iure etiam ſpeciali, quando fiſcus vendidit rem eius pro debitis, ſecus ſi credens fiſcus ſuam, vt & ſup. ſi aduer. fiſcum l. ſi hoc tamen verum eſt, ſi interuenit tutor, vel curator, vt ſupra ſi propter pu pe. l. fin. ſed contra inf. de fun. pa. l. 2. Solut vt ibi.

verbum, redigatur, & natura contractus ſic ergo in ſubſidium, cum non poſſit retrahere rem. habebit ratum, & actione negotiorum geſtorum contra fiſcum aget ad pretium, ut ſup. de reb. alie. non alie. l. 1.

l *De quibus*]ſcilicet prædiis. Accurſius.

Qui ſolenniter emit à fiſco, ſolum ad pretium tenetur, & ob aliud debitum nō conuenitur. Bar.

Ijdē AAA. ad Felicē. C. S. L.

LEX VI.

SI [1] † qui, proſcribente, [a] ac detrahente fiſco, debitorum [b] fiſcalium emerint facultates, pro earum rerū tantum pretio obnoxij ſint, quas eos patuerit, decurſis haſtis, [c] & proſcriptione habita, comparaſſe. Nam ita eos munimus, vt nullius cōuentionis [d] 2 † reliquorum nomine, patiamur extrinſecus ſubire [3] † iacturam. D. [4] † 7. Id. Mar. Martiano. Val. & Val. AA. Coſs.

TITVLVS IIII.

De venditione rerum fiſcalium, cum priuatis communium. [5] †

Ratione partis fiſcus poteſt vendere totum B.

Imp. Alex. A. Epicteto.

LEX VNICA.

FOrma * eſt, [e] quoties ad fiſcum, vel [f] minima portio rei pertinet, vt vniuerſa [g] à procuratoribus meis [h] diſtrahatur: [i] ſed pretium partis tantum in fiſcum redigatur, [k] reliquum dominis partium reſtituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quib. [l] libellum dediſti, apud ſuum iudicem [m] conueni, vſurum defenſionibus, ſi quæ ſibi cōpetunt. [n] PP. 7. Calē. Octo. Luſco, & Dextro Coſs.

6 † PARS EPISTOLAE. 7 †

TITVLVS V.

Ne fiſcus rem, quam vendidit, euincat.

Res fiſco ſolenniter venditæ, non euincitur, licet non pertinuerit ad ſtationē venditoris: & officiales inuicem experiuntur, etiam durante officio. Bal.

Imp. Alexander ad Hermiā.

LEX PRIMA.

GRauiſſimū verecūdia mea duxit, vt cuius rei pretium, cum bona [o] fide eſſet addicta, [p] ſemel fiſcus acceperit, [q] eius controuerſiam referat. [r] Nō ſolum ergo emptorem ab eadem ſtatione, [ſ] ſed ne ab alia quidem quæſtione pati debere, æquum eſt: cùm etiam in his venditionibus, emptore non inquietato, officia [t] inter ſe poſſint experiri. Da. 15. Cal. Maij Modeſto, & Probo Coſs.

Impp. Honor. & Theodo. AA. Palladio PP. [8] †

LEX II.

REtractare [u] fiſcum, quòd ſemel vendidit, æquitatis, honeſtatiſque ratio non patitur. Dat. Calen. Ian. C.P. Martiano A. & Adelphio Coſs.

a SI *qui proſcribente.*] ideſt ob debitum fiſcale capiente & deſcribente. Vel dic, ideſt publicè venale proponente, ut ſup. de diſtra. pig. l. creditor.

b *Debitorum.*] qui ceſſauerant in ſolutione, & ideo eorū bona vendebantur, & ſic eſt maſculini generis.

c *Decurſis haſtis.*] i. diebus quib. publicè ſtet r venalis, ut in auth. hoc ius porrectum Vel dic, haſtis decurſis, i. factis ſubhaſtationib. Acc.

d *Conuentionis.*] niſi ad pretium, vt dixi & eſt ſic ſupra l. proxi. & J. de fun. Reip. l. 2. & in agro deſerto idem eſt qui nouo poſſeſſori aſſignatur, ut J de cēſi. l. fi. Sed contra ff de iur. fiſc. l. prædiis. Solu. hæc illam corrigit vel hic alia prædia; ibi vt tributaria vendunt. Itē J. ff. de pub. l. Imperatores. ſed ibi priuatus priuato, & facit ī. ſi aduerſus fiſc. l. fi.

DE VENDITIONE rerum fiſc. &c.

e FOrma eſt.] id eſt cōſtitutio iuris, ſic ſup. de offi. P'ræfe. pt. Orientis. l. formā & ff de pac. l. reſcriptu.

f *Vel.*] pro ſaltem, vel pro etiam.

g *Vt vniuerſa*] aliàs vt uniuerſa. aliàs deeſt, ut, & dic, ideſt tota.

h *Meis.*] ſ. fiſco ſic J. cred. q pi. nō de. l. 1.

i *Diſtrahatur.*] ideſt diſtrahi poſſit. & eſt ſpeciale in fiſco. ſecus in alio, qui non niſi partem ſuam vendere poteſt, ut hic, & ſupra de commu. re. ali. l. 2. Sed quid, ſi nullam partem habet fiſcus, & vendit? Reſpond aut credit ſuam, & ſtatim emptor eſt ſecurus, vt ſupra de qua præ. l. fina. aut ſcit alienam, & non præiudicat domino: nam ſi ideo præiudicat, quia partem habet, ut hic, ergo vbi non habet, non præiudicat. Item ſecundum M. locum habet hæc lex, quando non poteſt commodè diuidi. ſed certè indiſtinctè dicit hic: ergo ſic eſt intelligendum, ut argu. ff. de pu. l. de pretio, & adde diſtinctionem, ut not. ſup. famil. erciſc. l. ſi familiæ.

K *Redigatur.*] ſ. cum totum fiſco eſt ſoluendum: ſed pars redigitur in fiſcum, ut irreuocabiliter habeat, & aliā reddat ſocio ſuo. hoc enim innuit verbum, reſtituatur, &

m *Suum iudicem.*] quia actor ſequitur forum rei, ut & ſup. vbi in rem actio. l. 1.

n *Competunt.*] quæ verè competunt, ut ſupra de comm. rer. alie. l. 2. & ſupra in principio huius legis.

NE FISCVS rem, quam, &c.

o GRauiſſimum bona fide.] ſ. emptoris, & vēditoris. ratione ergo malæ fidei ipſemet fiſcus refert controuerſiam, M. ſunt & alia neceſſaria, ut no. ſupra de fid. inſtru. l. 1.

p *Addicta.*] ideſt vēdita. ſic ff. de iure fiſci. l. fi.

q *Acceperit.*] non ergo fides de pretio poteſt haberi, vt ff. de iure fiſci. l. ſi procurator.

r *Referat.*] hoc ſiue, vt proprium, ſiue vt obligatam vendiderit, ut infra de fun. rei pri. l. prima, & ſupra credi. eui. pi. non de leg. prima, & de diſtr. pig. l. ſi hypothecas. & ff de diſtract. pigno. l. ſi is. & de excep. rei vendit. l. 1. & ſupra tit. 2. l. & ſi inſtrumenta. & de reſcin. vēdit. l. 3. & de euictio. l. ſiue poſſeſſio. & infra l. proxi. quæ omnes ſunt argumen. quod nemo veniat contra factū ſuum, vel eius, cui ſucceſſit. ad quod etiam eſt ff. de adoptio. lege, poſt mortem. & ſupra de rei vendi. l. cum à matre. & ff. de decr. ab ordin. faci. l. penult.

ſ *Statione.*] ideſt nomine eiuſdem ſtationis. habet enim fiſcus plures ſtationes, & ſi vendat rem vnius, quaſi ſit alterius, non poteſt alterius nomine reuocare. ad quod ſupra de ſolu. l. 2. Sed argument. contra ſupra. de compend. l. 1. Sed ibi eſt ratio, propter confuſionem vitandam. & eſt hic argument. quod ſi Abbas vendat rem vnius conuentus ſibi ſubditi, quaſi ſit alterius, quod non poteſt reuocari.

t *Officia.*] earundem ſtationum, vel diuerſarum, & dic, negotiorum geſtorum in ſubſidium actionis, ut ff. de rer. alien. non alie. l. 1.

u REtractare.] hic potes dicere ea. quæ ſuperiori lege dicta ſunt.

1 † Ex lo. 11. & 2. C. Th.

2 † conuentionis.

3 † Subiacere.

4 † Aliàs, Dat. 4. id. Nouem. Valentinia. N. P. & Vict. Col.

5 † Deeſt Græca conſtitutio Zenonis, eaq. repetēda eſt ex claſſe prætermiſſorū. infr.

* Forma i. regula, canon. Hinc formata epiſtola in veterib. conciliys vocantur, quas Græci canonicas vocant.

6 † ſuis.

7 † Imper. Ale. ad Romas.

8 † Orienti.

DE

DE IIS, QVI EX PVBLICIS ETC.

a S *I quis Tabularijs.*] qui cum ſuſceptoribus erant, vt inf. de ſuſcept. l. duos

b *Arcarijs.*] qui præerant arcis, in quib. pecunia publica reponebatur, de quibus habes inf. de ſuſcep. l. fin. & inf. de ijs, quæ ex pu. col. l. 2.

c *Officijs*] ſ. aliis.

d *Sumpſerit.*] non enim debet alicui pſonæ publicæ, vel priuatæ mutuari, ſed ad vſum deputatum ſeruari, & iuſſu ſuperioris ibi dari, vt inf. de ijs, q̃ ex pu. col. illata ſunt. l. j. 2. & 3.

e *Auctoritate.*] conditione ergo ex l. vel actione in factū. ad quod ſup. de iure fisc. l. qui in contractibus.

f *Teneatur.*] ſ. ſimul cū fraudis participe vno, pluribusve, vt ff. de iu. fiſ. l. aufertur. §. ſi & no. de iu. fiſ. l. defenſionis. Itē contra. inf. l. prox. Sol. vt ibi, & no. q̃ in quadruplo continetur res, vt inf. tit. j. l. j.

g S *Ciant. Accipiēdi.*] ſcilicet auri, quod ſubijcit.

h *Sacris.*] ideſt ſacris largitionibus deputatum.

i *Facultatem*] vt & infra de ijs, quæ ex pub. col. l. j. 2. & 3.

k *Commodis.*] ſcilicet acceptoris.

l *Occulte.*] qđ præſumitur eo ipſo, q̃ ſine auctoritate Principis, vt ſubijcit, vel Comitis ſacrarum largitionum, vt infra de auri pu. perſecutoribus. l. vnica.

m *Cau tionis.*] ſcilicet ſine fideiuſ. vt C. de verborum ſignif. ſancimus.

n *Fide.*] cum fideiuſſore, vel cautione in ſcriptis, ſpondere ſine ſcriptis.

o *Omnibus.*] imò in quadruplum, vt ſup. l. proxi. contra. Solu. ibi in alia pecunia: hic in auro, ar. in authen. de fideiuſ. § qđ autem. Vel hic mutuat, vt publicam, dicens habere mandatum, vt hic: quod nō licet, vt dixi, ſine auctoritate Principis, vel Comitis: ibi vt priuatam, & ſic hic furtum, ſeu peculatum, & falſum: ibi furtum, ſeu peculatum tantum. Vel ibi ciuiliter: hic criminaliter. Item contra infra de frumen. vrbis Conſtantinop. l. 2. Sol. vt ibi Accurſius.

p *Commodauerit.*] ideſt mutuauerit, & ſic impropriè.

1† Ex lib. 10 ſun. 34. l. 1. C. Th. 2† vt.

3† Co. S. L.

4† Ex lib. 10 ſun. 34. l. 4. C. Th.

5† ac.

6† Da. 10. Cal. Aug. Heraclea. Eucor. & Syagrio Coſſ.

TITVLVS VI.

De ijs, qui ex publicis rationibus mutuā pecuniam acceperunt.

Qui accipit pecuniā mutuam ab officialibus fiſci, tenetur in quadruplum. Bartolus.

Impp. Valent. & Valens, AA. ad Probum P.P.

LEX PRIMA.

SI quis ab 1† exactoribus, tabularijs,[a] & arcarijs,[b] officijsq́;[c] rationum fœnebrem pecuniā ſumpſerit,[d] detectus in eodē, ad quadrupli pœnam ex hac auctoritate[e] teneat.[f] Dat. 4. Id. Mart. Treu. Val. & Val. Coss.

Qui aurū fiſcale mutuo ſumpſit ſine Principis licentia, & qui dederit, pœna hic inſerta tenetur. Bart.

Impp. Grat. Valēt. & Theodo. AAA. Palladio PP. 3†

LEX II.

SCiant 4† omnes, accipiendi[g] mutuò ex largitionibus ſacris[h] auri, non parere cuiquam facultatem.[i] Quòd ſi quis aurum ex noſtro ærario, priuatis commodis[k] p futurum, occultè[l] aut cautionis,[m] aut ſpōſionis fide,[n] vt debitor redditurus, ſine noſtra auctoritate acceperit, ablatis bonis omnibus[o] perpetuæ deportationis ſubdetur exilio. Is etiam, qui ex memoratis theſauris ſub ſpecie publici creditoris aurum cuiquam commodauerit,[p] aut 5† dederit, capitalis ſententiæ ſubiugetur. 6†

POENIS FISCALIBVS, ETC.

q R *Em ſuam.*] Pone caſum per l. ſup. tit. j l. j & de iure fi. l. q in cōtractib. & tacit ff ſol. mat. l. ſi marito. & ff. de iu fiſ. l. in ſumma. & l. quod placuit. & l. Statius Florus §. ſi. & l deferre. §. ſi & l. Titi[a]. & arg. ſup. de iu. delib. l ſi. §. ſi vero.

r *Propria forma.*] vt poſtponat, vt in prin. huius l. in pretio aut redacto ex venditione pignorū pponantur priores, vt ff. de iu. fiſ. l res. §. j & hoc ſi perſonaliter agat, ſeu in hypothecaria prior in tēpore pfertur, vt ff. qui po i pig. l ſi pignus. quæ hypotheca etiam in delictis eſt, ſm Azo. vt ſupra de priu. fi. l. j.

DE FISCALIBVS vſuris.

s E *Ius.*] Pone exēplū in pœna conuētionali pmiſſa fiſco, pro quo int. placitū, &c. cuius non debet vſura. Vel pone in pœna legali dupli, vt ſupra de iu fiſ. l. delationis, vel quadrupli, vt ſup. de ijs, qui ex pu. ra. l. j. & dic, placitū eſt, i placuit procuratori; & ſic no. q̃ pœnæ non accedit vſura, vt hic, & ff de Magi. conue. l fin. ſed ſorti fiſco debitæ ſic, ēt ſine promiſſione, vt ff. de vſu l. cū quidam. §. fiſcus. & de iu. fiſ. l ſi fiſcus.

t *Mulctam.*] videbatur vſura deberi, quaſi quædā multa, q̃ pœnæ accederet, quod remouet: quia nō irrogauit eā vltra pœnā. certè nec potuiſſet irrogare eam, ſi voluiſſet, vt ſup de modo mul. l ſecunda. certi enim ſunt iudices, qui poſſunt mulctare: ſed pœnas ordinarias omnes poſſunt imponere ēt delegati, vt ff. de in. l. 2. §. his datur. & de verb. ſig. l aliud. § inter mulctam.

u S *I ſub pignore. De bitoris.*] vtitur enim in hoc iure priuati, vt ff de vſu. l. cū quidam §. fiſcus & argumen. ſup. ad legem Iul. de vi. l. tutores.

x *Pacto.*] hic fuit actum, vt pignus pro his teneretur, vt ſupra de vſur l. per retentionem. Argum. contra ff. de pign act. l. cum vitioſe. Sed hic non interceſſit vitioſe obligatio pignoris. Accurſius.

7† Alex. ſic reſtituimus, cum antea perperam legeretur, Anto. Conf.

8† ſeruanda.

9† Antioclo.

10† noſtro.

11† P. P. 13. Calen. Sabi o. & Anuline. Coſſ.

12† P. P. 1. No Sex. tum Iul. & Criſ Co ſ.

TITVLVS VII.

Pœnis fiſcalibus creditores præferri.

Perſecutio pœnæ præfertur, quando pœna additur per nomina multiplicatiua: in dubio ineſt ſimplum. Bal.

Imp. Antonius 7† A. Marcello.

LEX VNICA.

REm ſuam[q] perſequētibus, pœnæ exactio poſtponit. Sicut itaq; in ſortis quantitate, fiſci perſecutio potior eſt, ita in triplo, quod pœnæ nomine, adiectū eſt, propria forma[r] ſeruanda 8† eſt.

TITVLVS VIII.

De fiſcalibus vſuris.

Ex mora pœnæ non accedunt vſuræ. Bart.

Imp. Anton. A. Antigono. 9†

LEX PRIMA.

EIus[s] ſummæ, quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es, vſuræ non exigentur: nec. n. mulctam[t] tibi procurator meus 10† irrogauit, vltra quam placitum eſt, ſed pœnam te iuſſit inferre. 11†

Fiſcus, qui ſuccedit in locum priuati, vtitur iure priuati. Bart.

Imp. Alexand. A. Victorino.

LEX II.

SI ſub pignore creditum fuit, ēt fiſcū, qui ſucceſſit in locū debitoris,[u] vſuras pſtare oportet, ſi eas dependi ſaltem pacto[x] placuit. 12†

a Fiſcum Sanctiſsimi] quam habes ſupra de vſur. l. eos §. cæteras. quo dicitur regulariter quemlibet vſque ad ſemiſſem, & non vltra, poſſe ſtipulari vſuram, præter mercatores, quibus eſt permiſſum beſſes, & præter quoſdam alios qui centeſimam & item poſſunt ſtipulari: vn̄ verſus.

Diſcant illuſtres ſtipulari poſſe trientem:

Sed mercatores vſuras quærere beſſes.

Quærere ſemiſſes poſſunt communiter omnes.

In traiectitia poterit centeſima quæri. Stabit ergo fiſcus illi regulæ, vt hic, & ſupra de his, quibus vt indig. l. 1.

b *Deuoluta ſunt.*] puta per ſucceſſionem: quo caſu hoc vtetur priuilegio, poſtquam inter nomina debitorum retulit, vt ſupra de vſur. l. cum quidā. §. ſi debitores. & ff. de iure fiſ. l. ſi fiſcus. Accur.

Fiſcus non poteſt ſtipulari vſuras vltra legitimum modum vſurarum, nec iam ab alio ſtipulatas exigere. Bartolus.

Impe. Iuſtinianus A. Mennæ PP.

LEX III.

Fiſcum etiam noſtrum parere ſāctioni [a] noſtri numinis iubemus: per quā vſq; ad dimidiam centeſimæ vſuras ſtipulari creditoribus, exceptis certis pſonis, permiſimus: vt ipſe etiam fiſcus, vltra dimidiā centeſimæ partem à debitoribus ſuis minimè exigat: ſiue principaliter ei promiſerunt, ſiue a prioribus ſuis creditoribus actiones ad eum quocunq; modo deuolutæ ſunt. [b] 1†.

DE SENTENTIIS aduerſus, &c.

c Cauſas] Cùm iudicatur contra fiſcum, aut rite omnia facta fuerunt, & tunc valet ſententia, & appellatur iure communi, vt ff. de appella. l. illud. aut abſente aduocato fiſci, & non valet ſententia ipſo iure, iure ſpeciali, quod dic, vt ff de iure fiſci, l. ſi fiſcus alicui. & l. 3. §. Diuus & ita tempore non confirmatur, vt ff de appel. l. ſi expreſſim, & ſup. de fal. l. ſi. cut. aut omiſſum eſt inſtrumentum pro eo faciens, & tunc iure ſpeciali vſq; ad triennium retractatur, petita reſtitutione per officium iudicis, vt hic, & ff. de re iudi. l. Imperatores. nec ob. ff. de iureiuran. l. admonendi. vbi & in priuato dr idem; quia reſpon. vt ibi notaui. Item ſm hoc nō obſt. ſup de re iud. l. ſub ſpecie. & de tranſac. l. ſub prætextu, quia ibi in priuato non retractatur, & hoc, ſi non interuenit præuaricatio, aliàs diſtingue, aut corruptio pecuniæ interuenit in iudice, vel procuratore fiſci abſente, & tunc non valet ipſo iure, etiam poſt triennium, vt hic, & ſup. de pœ. iud. l. conſtitit. & ſic etiam poteſt intelligi ſup. de aduo. diuer. iudi. l. 1. aut gratia, vel ambitione tantum, & tunc valet, ſed retractatur vltra triennium, vt hic, & ff ad Treb. l. ſeruo. §. cū Prætor. ſed hoc caſu, quando non pretio, vſque ad quadriennium tantum à die ſententiæ, & per in integrum reſtitutionem, vt ſupra de temp. in integ reſti. l. fin. & ita vtimur communi iure, quando interuenit præuaricatio, & quæ dixi in Repu. eadem in eccleſia, 1 & in pupillo dici poſſunt, vt no. ff. de re iudica. l. Imperatores. Accurtius.

d *Præuaricatio*] præuaricatio in aduocato, fraus in iudice, vel aduerſario: ad quod ff. de iud. l. ſi Prætor. §. Marcellus. & ff. de iure fiſ. l. Imperatores. Item an ex eadem conteſtatione, & actis agetur, vel nouiter fiet conteſtatio? Dic, vt no. ff. de app. l. ſi expreſſim. Item an primo debeat agere Reſpu. § procuratorem ſuum? Rū. vt d. l. Imperatores.

TITVLVS IX.

De ſententijs aduerſus fiſcū latis, retractandis.

Imper. Alex. 2† *A. Acutia.*

LEX VNICA.

Cauſas, [c] in quibus cōtra fiſcum iudicatum eſt, intra triennium retractari poſſe, & poſt id tempus, ſi præuaricatio [d] arguatur, vel manifeſta fraus probetur, notum eſt. 3†

TITVLVS X.

De bonis vacantibus, & de incorporatione.

Etiam in priuilegio ciuitates non ſuccedunt in bonis vacantibus, & ſi occupauerint, ab eis auferuntur. Bart.

Imper. Dioclet. & Maximia. AA. & CC. 4† ad Eucharium. 5†

LEX PRIMA.

Scire dēt grauitas tua, [e] inteſtatorum res, qui ſine legitimo [f] hærede deceſſerint, fiſci noſtri rationibus vendicandas, [g] nec ciuitates audiendas, quæ ſibi earum vēdicandarum ius veluti ex permiſſu [h] vendicare nituntur: & deinceps quæcunque inteſtatorum bona ciuitatibus obtētu priuilegiorum [i] ſuorum occupata [k] eſſe compereris, ad officiū 6† noſtrum eadem [l] reuocare non dubites. 7†

Si res cōceditur in integro ſtatu per Principem, intelligitur cum pertinentijs, & cum iure ſuo, & inſtrumentis, & omnibus fructibus, & mancipijs, quæ in ea ſunt. Bart.

Imper. Conſtantinus A. ad Aemiliū V. P. Rationalem.

LEX II.

Si 8† quando annotationes [m] noſtræ contineant poſſeſſionem, ſiue domum, quā donauerimus, [n] integro ſtatu donatam, hoc verbo [o] ea vis continebit, quam antè

DE BONIS VAcantibus, &c.

e Scire debet. Tua.] loquitur Comiti rerum priuatarum, qui prædicta accipere, & incorporare debet, vt infra l. tertia.

f *Legitimo.*] vel honoratio, vt ff de iure fiſ. l. prima. §. Diuus. Item vxor excludit fiſcū, vt ſupra vnde vir & vx. l. 1. Item ſocius liberalitatis Imperialis, vt inf. ſi ſocius libera. Imperia. l. prima. Item curia, aliudq; collegium licitum fiſco præfertur, & patronus, vt ſupra de hæ. decur. per totum. & de epiſ. & cle. l. ſi quis presbyter. Item ſubſtituti, & cohæredes, vt ſupra de caducis tollen. §. his ita. item facit inf. eo. l. vacantia.

g *Vendicandas.*] dominium rerum ipſo iure ad fiſcum pertinet, ſi ſunt ſoluendo, non aliàs, deducto tamen ære alieno, & tunc cum ſint ſoluendo, vt ff. de iure fiſci l. 1. §. an bona. & l. non poſſunt, & obſtat præſcriptio 4. annorum ex die nunciationis, ſed à die, quo fuerunt vacantia, viginti annorum, vt ſup. de quadri. præſcri. l. 1. & ff. de iure fiſci. l. 1 § Diuus. & §. præſcriptio.

h *Ex permiſſu.*] Principis, vel legis: nam etiam permiſſio cum petitione non tenet, vt infra de pe. bon. ſub. l. prima, ſed ſine petitione ſic, vt eod. tit. l. 1. Sed an pro delictis accipit ciuitas? Reſpon. non, eadem ratione, imò nec ipſe fiſcus hodie, niſi in crimine læſæ maieſtatis, vt in authen. vt nulli. iudi. §. fin.

i *Priuilegiorum.*] de facto petitorum, & impetratorum.

K *Occupata.*] per ſuos officiales, vel ſub. ſ. in ciuitatibus.

l *Eadem.*] ſcilicet bona.

m *Si quando*] *Annotationes.*] idest priuilegia.

n *Donauerimus.*] non petenti: & ſic valet, vt inf. tit. 2. l. 1. & ſupra de quadri. præſcri. l. fin. ne ſit contra ſup. eod. l. prox. ad quod eſt inf. de præpo. ſacri cu. l. fin. ſed argum. contra inf. de agri. & mancip. l. fi. Accur.

o *Hoc verbo.*] in his verbis integro ſta. do. & ſic no. verbum pro oratione poni. Item pauca verba pro vna columna, vt ſupra de vſufruc. l. antiquitas. in fi. quod facit pro allegantibus. Accurſius.

Scribe-

1† Dat. 8. Id. April. C. P. D. V. C. Coſ.

2† Diocle. & Maxi. AA. Stecomantio. Anton n°, rimſum ut, cum antea legeretur, Alexāder. Comius.

3† PP. No. Iul. Duob. Aſpris Coſ.

1 Concor. c. 1 & 2 de reſti in in te. ſm lo. An. lib. 6.

4† Aliàs Sereno rationali.

5† Aliàs Rōnalem.

6† Fiſcū. et in ver. Cōt.

7† D. Pri. Id April. Hanibal. & Aſclepiodoro. Coſ.

8† Ex lib. 10. tit. 1. li. 1. C. Th.

ſcribebamus,[a] cum adiacentibus,[b] & mancipijs, & pecoribus, & fructibus, & omni iure ſuo,[c] vt ea, quæ ad inſtructum poſſeſſionis, uel domus, pertinent, tradenda ſint. 1 †

1 † Dat 6. Id. Mar. Mediolan. Conſt. A. 9. & Lici. Coss.

Si res fiſco deferatur, primò debet ſolenniter examinari per procuratorem Cæſaris, ſecundò incorporari cum authoritate procuratoris fiſci, & tituli ſine authoritate ſuperioris non debent ſcribi, & contrà facientes grauiſſimè puniuntur. Bar.

Imppp. Gratian. Valen. & Valés. AAA. ad Florentium Comit. R.P.

LEX III.

SI quando 2 † aut alicuius publicatione,[d] aut ratione iuris,[e] aliquid rei noſtræ[f] addendum eſt, ritè,[g] atque ſolemniter per Comitem rerum priuatarum, deinde per rationales[h] in ſingulis quibuſq; Prouincijs commorãtes[i] incorporatio impleatur & diligens ſtylus[k] ſigillatim omnia adſcribat: tituli verò quorũ adiectione prædia noſtra ſunt conſecranda[l] ſubſtantijs, 3 † non niſi publica teſtificatione proponantur, grauiſſimis ſtatim ſubdẽdis ſupplicijs, q huiuſmodi aliquid propria vſurpatione[m] tentauerint. 4 †

2 † Ex lib. 10. tit. 9. l. 1. C. Th.

3 † nominibus.

4 † Da. 4. K. April. Val. N. B. P. & Victore Coss.

Bona eius, qui nullo modo aliquem habet ſucceſſorem, dicuntur bona vacantia, & deferuntur in fiſcum hæredem. Bartolus.

Impp. Honor. Theodo. AA. & Cõſtan. A. Palladio PP. 5 †

5 † Ex lib. 10. tit. 10. lib. 10. D. Th. pars l. ut ſupra de iure fiſci.

LEX IIII.

VAcantia mortuorũ bona tunc ad fiſcum iubemus trãſferri,[n] ſi nullum ex qualibet ſanguinis linea,[o] vel iuris[p] titulo legitimum reliquerit inteſtatus hæredem. 6 †

6 † Da. 8. Idi. Iul. ... ut Euſtha. & Agr. Coss.

In Prouincijs, vbi non eſt procurator Cæſaris, de Principis cura certi officiales deſtinantur, quorum ſolicitudine bona vacantia ſub Præſide inueſtigantur, & de eis inuentarium conficitur: & Principi ſubſcribitur, & cõmittens fraudem pœna hic inſerta punitur. Bart.

Imp. Theod. & Valen. AA. Hieritocrati. 7 † Co. R.P.

7 † Hermocrati.

LEX V.

SI 8 † vacantia, vel alio modo bona delata[q] legibus ad ærariũ perhibeant:[r] certi Palatini[f] electi, & iure iurando obſtricti mittantur, vt eorum inſtantia[t] Præſes Prouinciæ, præſente fiſci patrono, diligenter inquirat, cuius vacans, cadenſque 9 † fuerit patrimonium, quantũque, vel quale videatur:[u] vt 10 † quum data[x] reclamãdi copia,[y] nullum id vel iure poſſidere, vel vindicare conſtiterit, locumque ærario factum eſſe, tam ipſius[z] relatione, quàm publicorũ monumentorum[a] fide conſtiterit, rerum nobis notitia intimetur: vt iuſſu noſtro vacãtia, vel aliæ 11 † res nomine occupentur[b] ærarij: quæ forma[c] etiam in parte bonorũ, vel vna, alterave re, ſeu actione vna, uel etiam pluribus ſeruetur. Nam ſi quid per fraudem in diſpendium ærarij fuerit admiſſum, miſſi quidem executores[d] nõ euitabunt indignationem: Præ-

8 † Ex lib. 10. tit. 1. l. 1. C. Th.

9 † caducumque.

10 † &

11 † caduca.

a *Scribebamus.*] in quadam l. quam non habemus, vel in quoddam priuilegio.

b *Adiacentibus.*] ſ. etiam mobilibus, vt ſubijcit: ſed immobilia adhærentia accedunt: etiam ſi hæc verba dicta non eſſent, vt ff. de leg. 3. l. prædijs. §. fin. & facit ſup. de verbo. ſign. l. 1. & 2. & ff. de vſu, & habi. l. ſi ita. & de leg. 1. l. quæſitũ. § peto. & de fun. inſtru. l. ſi cui. & adde quod non, ſup. de cõſti. Prin. l. ſi. Item no. generali, vel indefinito verbo oĩa contineri, ad quod ff. de offi. præſe. vrb. l. 1. §. cum vrbem. Item hæc verba ponũtur in inſtrumentis venditionum vel ſimilia.

c *Suo.*] ideſt inſtrumentis domus, vel fundi, & patrisfam. ibi morantis, nec ob. ff. de fun. inſtr. l. quæſitum, §. ſed ſi fundus. vbi dicit, non cõtineri inſtrũ agri: ſed ſubaudi ibi tantum.

d *SI quando. Publicatione.*] Quæ fit ex varijs cauſis, vt ff. de iure fiſ. l. 2. Accur.

e *Iuris.*] ſ. alterius, vt donatione, vel ſucceſſione.

f *Noſtra.*] ideſt fiſcali, quæ eſt noſtra, ut ſupra de quadri. præſcr. l. fin.

g *Rite.*] ſecundum formam hic ſubiectã quando quæſtio non refertur, ut hic, alias ſecundum formam, inf. eo. l. fin.

h *Rationales*] procuratores Cæſaris, vt ſupra de modo mul. l. 2. qui incorporabit, ut iudex, vt hic, qđ faciet primo Comes capiendo, ſecundo dando procuratori Cæſaris, qui ponet eos in numero, & corpore aliarum rerum fiſcalium.

i *Commorantes.*] ſ. Comites, & rationales.

k *Stylus.*] ſcribentur enim nomina, & qualitates rerum, quaſi quoddam inuẽtariũ, vt ſupra de bon. proſcr. l. ſi quis intra. Et no. hic, q in qualibet Prouincia erat unus procurator Cæſaris, & unus Comes rerũ priuatarum. Item no. quod hęc lex facit ad ſecundam partem rubricæ.

l *Conſecranda.*] ideſt adiungenda: & dic, quòd qñ adijcit, debet ſcribi manu publica, quo titulo ſcil. vtrum ex donati. vel ſucceſſione, vel quoquo modo fiſco obueniunt. Vel q quando adijciuntur, imponitur in ipſo prædio ſignum, quod non licet, niſi authoritate publica, i. competentis iudicis, vt hic, & ſup. vt nemo priua. l. 2. & in auth. de mand. Prin. §. titulos coll. 3. aliàs punitur, vt ibi, & hic dicitur.

m *Vſurpatione.*] vſurpat, qui contra prædicta facit.

n *VAcantia Transferri*] de facto: nã dñiũ ipſo iure q̃rit fiſco, ſi ſoluẽdo sũt, vt ff. de iure fiſci. l. 1. §. an bona.

o *Linea.*] inferiorib. vel ſuperiori, vel tranſuerſali etiã ultra 7. vel 10. gradum, ſm P. quod non placet: quia poſt legitimum ſucceſſorẽ ſuccedit vxor, & poſteà fiſcus. Sed legitimus non eſt vltra 10. gradum, ut ĩ. unde ui, & uxor, l. 1. Acc.

p *Iuris.*] legitimus ſucceſſor iuris eſt adoptiuus, ut ff. de ſu. & legi. l. 1. §. ſi. & l. 3. § hĩditas. Item alij, quod dic, ut no. ſup. l. 1. & facit ſup. de caduc. tol. §. ſi & infr. de præpo. ſa. cu. l. pen. §. inteſtatorũ, & in authẽ de hære. & Fal. §. inordinatu, & ĩ ti. j. l. 2 & in authẽ ut nul. iud. §. ſi. & in auth. de nup. §. ſi igit. colla. 4.

q *SI vacantia. Delata.*] i. dãnatorũ, uel alio m̃õ, qđ d c, ut ff. de iure fiſci. l. 1. Acc.

r *Perhibeantur.*] ideſt inueniantur.

ſ *Palatini*] de quibus habes infra de palat. ſac. lar. Vel dic, quicũq; de cura meli.

t *Inſtantia.*] qui executores infra dicũtur. & no. q quaſi offi iudi. expedimur, & ſic intelligo ſ. de iu. fiſ. l. defenſionis. Acc.

u *Videatur.*] reducendo hoc in ſcriptis, ut C. de bon. proſcri. l. ſi quis. Accur.

x *Data.*] ablatiui abſoluti. ſ. data copia: & facit ſ. de iu. fi. l. prohibitũ, & l. defẽſionis.

y *Copia.*] ſi ergo aliquis reſiſtit, debẽt remanere bona apud poſſidentem: donec liqueat ea confiſcanda, vt ſupra de iu. fiſ. l. defenſionis.

z *Ipſius.*] ſcilicet Pręſidis p. ppriã epiſtolã.

a *Monumentorum.*] q̃ facta ſunt ſup. bonis. inuentis, quaſi quoddam inuentarium, ut d. l. ſupra de bo. proſcri. l. ſi quis intra.

b *Occupentur*] per eoſdem Palatinos, uel alios ad hoc miſſos: uel ſi nõ mittatur aliquis pro capiẽdo, tradetur Comiti rerum priuatarum, & procuratori Cęſaris ad incorporandum, & iſti iterum inquirent, ut d. l. ſi quis, & ſup. eo. l. ſi qñ. Item quod dicit occupentur, de facto: nam de iure nõ eſt opus, ſi ſoluendo ſunt, ut ff. de iu. fiſ. l. 1. §. an bona.

c *Forma.*] de inquirendis, & capiendis bonis prædictis.

d *Executores.*] quos ſupra uocauit Palatinos, &c.

Fiſci.

a *Fiſci vero*] ſa. ſupra de aduo.fi.l.fiſci.& infra,de anno. & trib l.tertia.Accurſius

b DE DELATORIBVS.

Dixit de bonis vacantibus, nunc de eorum bonorum delatoribus, & no. ꝙ deferre dicitur mul.mod. Primò, id eſt, qui aliquid offert, vnde dicitur hæreditas defertur,vt ſup de Carb. edic. l.2. Item accuſare de quolibet crimine, vt C.ad le. Iul.repe.l.iubemus. Item bonorum nunciator, vt ff de diuer ꝑ-ſcri lantra, & ita hic. Item deferre.ſcilicet honorem, vt ſupra de epiſ. & cle.l.presbyteri.hic autem ponitur pro delatore bonorum iuſto,vel iniuſto, & eſt iniuſtus ratione perſonarum etiam ſi probet, vt infra eo l.fin. Item prohibentur aliqui deferre propter honorē, vt clariſsimi. Item veterani.Item milites ꝓpter honorem ſtipendiorum. Item propter ſexum, vt mulieres. Item propter damnationem, vt qui ſuſtibus caſi ſunt, & in opus publicum damnati ſunt Item in metallum damnati. Sed eas cauſas, quas ante damnationem ceperunt deferre, & poſt damnationē poſſunt exequi, vt ff. de iure fiſ.l.deferre.ſed qui admittuntur,ſi non probant, ſunt iniuſti & infames vt ff de iu fiſ l.2. in prin.& inf eo l.1.& l.nulla & l.ex varia. & l omnes,in fin & C. de epiſ. & cler l.nulli.in fi. & in alijs caſib.quod dic,vt inf.eod.l ex varia.ſi verò probant, præmium habeant, ut ff. de iu fiſ l.ex edicto,§. extat.Item differt hic titulus ab illo inf.de ijs, qui ſe deſe. quia ibi ſe, hic alios deferunt Accur.

1 † *& qui fuerit nūcia tus. Cos.*

2 † *Baſſo.*

3 † *PP. Ca. Maij. Maximo, & Æliano Coss aliàs P.13.Kal. Maij,Maximo II. & Æliano Coss.*

4 † *delatores.*

ſes autem facultatū parte dimidia mulctabitur:fiſci[a] verò patronus detrimentum, quod pro vitio eius fiſco ingeritur, reſarcire vrgebitur. Dat. 7.Id. Octob. CP.D.N. The.A.15. & Val.4.Coss.[1]†

TITVLVS XI.

De delatoribus.[b]

Si relinquitur tacite incapaci, non defertur in fiſcum.Bart.

Impe.Alex.A.Haterio.[2]†

LEX PRIMA.

SI ei, q capere poteſt,[c] tacitum [d] fideicōmiſſum relictum eſt, ceſſat delatio.[e] His enim prohibetur tacitè relinqui, qui palam relictum capere non poſſunt.[f] 3†

Qui defert ex neceſſitate officij, vel ex præcepto iudicis,pœnam delatoris non ſuſtinet. Bart.

Imp.Gordia.A.Eutychemo.

LEX II.

MOnente [g] officij ſolicitudine,quinimò iuſſu procuratoris,[h] vt cauſam ab alio delatam conuenienti diligētia inſtrueres, nō ipſum voluntariū delationis[4]† munus ſuſcepiſſe te,actorum lectio, quæ precibus intexta ſunt, manifeſtè declaret.Ea propter ne quid in perſona tua,quod eſt ſectæ temporū meorum alienum,attentetˀ,[i] Præſes prouinciæ vir clariſſimus ad ſolicitudinem ſuam reuocabit.

Qui ad defenſionem ſuā alium nominat,nō videtur deferre.Bar.

Idem A. Chlœlio.[6]†

LEX III.

NVlla [k] macula, vel crimine[l] delatoris aſpergitur is, qui cum ab officialibus [m] fundum, ſeu domum fiſci poſſidere cōtenderetur non ſe, ſed alium eius rei poſſeſſorem eſſe monſtrauerit.[n] 7†

Qui venit ad defenſionē Reipublicæ, vt delator non punitur. Bart.

Imp.Philip,[8]† A.Candido.

LEX IIII.

EX varia ſtatutorum[o] diuerſitate ad id decurſū eſt,vt ij,qui Reipublicę cauſas defendunt,[p] delatorum criminibus non teneantur:[q] cum omnib. notiſſimum ſit, eos ſolos execrabiles[r] nunciatores eſſe, qui fiſco deferunt.[ſ] 9†

Delator non admittitur ſine patrono fiſci,& malè deferentes ex conſuetudine, grauiſſimè puniuntur.Bartolus.

Imper. Conſt. A. ad prouinciales.

LEX V.

OMnes[10]† iudices inuigilare ꝑcipimus,delatores ſine fiſci aduocato de-

ro,& §.ſi quis palam,& §.tacita,& l.Ita fidei.in princip. & in fi.& de leg 1 in tacitis.

e *Delatio*] aliàs,ſi neutro tēpe fuerit capax,dodrans relicti aufertur non capaci,& quarta rogato,quicunq;, deferat, vt ff de iu.fiſ.l 1.& ī.ad le.Fal.l.3.& ff.de ijs,q b.vt indi.l. hæres rogatus aūt excuſat.ſi palā rogatur, vt ff de iu. fiſc. l.non intelligit. Item ſi eſt ſeruus rogantis, vt ff. ad l.Falc.l.ſi tacitum. Item ſi filius, vt ff.de ijs,q vt indi.l.ī fraudē,§ fi.Itē ſi ſe deferat, vt ī tit.2.l.1.Acc.

f *Non poſſunt.*]ergo ſi pñt,pōt tacitè relinq eis, loco ſūpto à cōſequenti deſtructo ad qd ff.de publ.l.ſi ego § partus.

g MOnente officij.] qd geris, quia erat Palatinus,ut ī ti.1.l ſi vel pone, ut ff. de iu fi.l.fiſcus, §.delatoris.

h *Procuratoris.*] fiſci, vel Cęſaris,q ēt excuſant, ut ar.ff de his q ut indi.l in fraudē.§ fi.& de bon. li.l.q cū maior.§.ſi pr̄is, & ī. de iu fiſ l.2 & l.ꝓhibitū eſt. nec ob. ff.de iur.fiſc l 2. §.Diuus, q a ibi mādatum,hic iuſſum eſt:inter q̄ eſt dr̄a, ut inſtit.de Ati. tut. §. nos autē,& ff. mand.l.1. Item hēt

i *Attentetur.*] i. ne patiaris pœnas delatoris,tria te excuſāt, offm̄,iuſſus,& ꝙ aliꝰ inchoauerat, licet nō probaueris: aliàs patieris pœnas, quas dic, ut no.inf.eo.l.ex uaria.

k NVlla macula.] infamiæ.

l *Vel crimine.*] i. pęna criminis,qđ cōmittit delator non probās, vt inf.l.prox.

m *Officialibus.*]Palatinis,ut inf.l prox.

n *Monſtrauerit*]aliàs nō monſtrauerit, ut ff de iu fi. l. deferre. § ſed & cōem.magis cm̄ vr̄ delationē ī ſe factā repellere,q̄ aliū quēquē deferre, vt ff. de iure fi l.2 in prin & l.fiſcus,in quæſt § fi & l.delator.

5 † *P.P Kalen. Sept. Pio, & Pōtiano Coss.*

6 † *Cæcilio.*

7 † *P.P In Kalen.Iul. Gordiano. II et Pōt Cos.*

8 † *Car.Ca ro. & Nū. Charm. Alias Impe. Carus, Carinus,et Numerianus AAA. Cādido ꝑ ꝑrā cum legitur, Philippus .A. &c.*

9 † *P.P.3. Kal. Sept. Carino,& Nū. Coss.*

10 † *Ex li. eod tit. 10. l 3.C. Th.*

c SI ei qui capere poteſt.]Cum eſſe ctu,ſcilicet ex teſtamento, vt ff. de verb ſign. l aliud, & in hærede ſuo, vel extraneo,quæ tpa inſpiciantur,an ſit capax,uel non,dic, ut no.Inſti de hær.quali.& dif.§.ſui & §.in extraneis, hac autē l hic legatarius, ſeu fideicommiſſarius generalis, uel ſpecialis, cui tacitè aliquid eſt relictum,duobus temporibus debet eſſe capax ſcilicet, teſtamenti,& mortis, & ſic,hic erat,ut de iu fi l. non intelligitur,§ qñ aūt, ſi autem primo poterat,ſecundo non poteſt capere, ceſſaret,& tunc delatio;niſi forte in futurū fidem accommodauit inſtitutus:item ſi non primo potuit,ſecundo potuit ei relinqui, de benignitate parcit, ut d l.non intelligitur, §. quando,& not ff de ijs, qui. ut indig.l in fraudem,in prin.& §.1.quæ autem faciunt non capacem,no.Inſti de le. § incertis

d *Tacitum*]ꝙ eſt,qñ domeſtica cautio,uel ꝓmiſſio eſt:nō palā in teſtō,uel codicillis, & de hæreditate, non de ſuo rogatur,ut ff.de iu fiſ.l.non intelligitur.in prin.& §.quę-

o EX varia ſtatutorum] ideſt legum ſtatuentium, ſic ſupra de ſen.ex breui rec.l ſtatutis.

p *Defendunt*] in iudicio, alio prouocante, ad quod ff qđ cu.uni.no.l 1.§.fi & ſup.de infa l.neminem.uel extra ius, ut ff de ope.no nun.l.in prouinciali,§.fi.& l.ſeq.

q *Non teneantur.*]eſt ergo crimē deferre,& non ꝓbare,& punit infamia,ut ſup l.prox. & ff de iu.fi.l.2.in prin & l. deferre,§.ſed & cōem.Item ꝙ tantum dat fiſco, quantum detulit,ut ff de iu fiſ.l ſenatus,§ ſenatus,& §.Diuus,& l. Arrianus.Itē alia,ut ī l.ꝓx.ab alijs pęnis excuſatur mult. mod.quos dic,ut ff. de iu fiſ.l.ex quibuſdam,& ſupra eod. l.monente.

r *Execrabiles* .] ideſt odioſos.

ſ *Deferunt.*] ſ inchoando, & ſpe præmij:& non probant, niſi

niſi excuſentur aliquo de prædictis mod. ad quod, ff. de iur. fiſ. l. deferre, §. ſed & communem. Item ciuitati non defertur, vt ſup tit. 2. l. 1.

a OMnes. Pœnis.] extra ordinem: cum non dicat quas, vt ff. de pœ. l. ſanctio. & facit ff. de iu. fiſ. l. ſi fiſcus alicui. & ſupra de ad no fi. l. fi. & ſupra ti. 2. l. fin.

b *Caſum.*] ex delicto vel quia ſine ſucceſſore deceſſit.

c *Legibus.*] vt ſup. tit. 2. l. ſi & l. antepen & de iu fiſ. l. prohibitū, & l. defenſionis.

d *Recto.*] aliàs retro, & aliàs recto, i. eo ordine, q. hactenus obtinuit, qui eſt in legibus prædictis. Accur.

e *Exiſtimant.*] ex tali delatione.

f *Implorare.*] accuſando, & faciēdo eos puniri diſtrictè cū ferro. nam vt dicunt, cōtineri in Theodoſiano Codice, caput, & lingua eis amputātur ad q. ſupra de calū. l. noſtris & id ſi habeas diſtrictam, aliàs deſtrictam. i. executā & habet locum hæc pęna, ſi criminaliter accuſetur: aliàs habent locum illæ, quas notaui ſupra, l. prox. ad quod. ff. de ijs, qui vt indig. l. prima, vel habet locum, quādo ex conſuetudine facit, vt inf. de ſuperexactor. l. 1. Accur.

g SEruum. Subiugari.] forte metalli, vt ff. de offic. præf. præ. vr. l. 1. §. qđ aūt, & §. cū patronus, vel ēt mortis, ad qđ ī. q ac non poſ. l. pe. in fi. & l. fi. Item facit ꝭ ī qui. cau co. cen. l. 2. & ff. de iur. fiſ. l. 2. §. pe. Item no in exemplū ad qđ C. ad l. Iuli re. l. 1 & ff. e. l. quāuis. & ff. de cuſto. re. l. diuus in fi. & ff. depoſiti. l. bona fides, in princ. Item no eum puniri. etiamſi ꝓbauerit, ad q. ff. de re. mili. l. 3. §. in bello. & ff. de neg. ge. l. fi. Sed ar. ꝯ ff. de bo. lib. l. q cum maior in fi. & ad Turp. l. 1. §. pe. Itē no. q. excipit crimē maieſtatis, vt hic & ff. ad l. Iul. ma. l famoſi. §. ſerui. ſed & torquetur eodem caſu ſeruus, & ēt in alijs quandoq. vt ſup de quæſtio. l. 1.

nunciantes pęnis [a] afficere. apertiſſimi enim iuris eſt, vt q. ex cuiuſq; patrimonio ceciderit in caſum [b] & legib. [c] & recto [d] iuris ordine fiſci aduocatis agentib. vindicetur. Sed quia non nulli ꝑcipites, ſm ius poſſeſſa patrimonia deferre non ceſſant, damus omnib. licentiā, qui ſe læſos exiſtimant, [e] cōtra delatores ſeueritatē iudicū implorare [f] ferro diſtrictā. Da. 11. Cal. April. Cōſtant. Cōſtantino, & Albino Coss.

Seruus punitur, ſi dominum deferat, præter quam in crimine læſæ maieſtatis. Bart.

Imppp. Gra. Val. & Theo. AAA. Pallio [1] † Conſulari Lydiæ.

LEX VI.

SEruum [g] † domini delatorem iubemus in exemplum omniū proditorū ſeueriſſimæ ſentētiæ ſubiugari, [g] etiam ſi obiecta probauerit excepto crimine maieſtatis. D. 7. Cal. No. Conſtan. Anto. & Syagrio Coss.

TITVLVS XII.

De petitionibus * [3] † bonorum [h] ſublatis, conſtitutio Gregoriana.

Bona, quæ deferuntur in fiſcum, nemo poteſt ſibi impetrare, & conceſſio facta ad petitionem alterius, non valet, ſecus, ſi fieret motu proprio Principis. Bartolus.

Imppp. Gra. Val. & Theo. AAA. Eutropio P. P.

LEX PRIMA.

QVisquis in crimine [4] † maieſtatis deprehēſus fuerit, & punitus, bonaq́ue eius (ſicut plectendi conſuetudo [i] criminis habet) fiſcus inuaſerit, nullus eadē [k] ſub ſpecie [5] † munificentiæ principalis audeat ꝓprio iure poſcere. qui cōtra legem [l] id auſus fuerit ſperare, q. non licet, reus violatæ legis habeatur. Sed qm̄ * plerumque ita in nonnullis cauſis inuerecunda petentiū inhiatione [m] cōſtringimur, vt ēt non concedenda tribuamus, nec reſcripto quidē noſtro aduerſus formā latæ legis, [n] loci aliquid relinquatur. [o] Si quid aūt ex bonis talibus noſtro iudicio, nullo tamen [p] deſiderante, atque poſcente, concedi cuiquā voluerimus, hmōi tm̄ valeat liberalitas. D. 16. Cal. Decēb. Theſſalonicæ, Gratiano 5. & Theodoſio I. AA. Coss.

Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiſcum, ſi ne fiſcalis. & impetrans, & officiales curiæ Principis, qui in his impetrationibus operam darent, vel ſcriberent, legitimè puniuntur. Bart.

Impp. Th. & Valen. AA. Flor. P P.

LEX II.

OMne ſemē [q] alienas appetendi fortunas, ſtirpitus [r] eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum eſſe licentiam. Et ſi inteſtatus [ſ] quiſquam, q̄damve, [t] [6] † ac nullis ex numero propinquorum exiſtētibus, vel vxore, vel marito, [u] fati munus impleuerit, cuiuſcumque [x] ſit cōditionis. aut ſectæ, ſeu quolibet titulo res fuerit fiſcalis: ne-

h DE PETITIONIBVS BONORVM, &c.

Aliàs bonorū, & tūc dic petitio, i petitionib. aliàs deeſt, bonorū q. tamē pone petitio neutraliter, vel ſubaudi rebus ſiue bonis,

i QVisquis Conſuetudo.] & lex vt ī ad l. Iul. ma. quiſquis, circa prin. etiam hodie, vt in authen vt nulli iud. §. fi.

k *Eadem.*] idem ſi ex alio delicto ſunt delata, vel etiam ſucceſſione, vt infra l. proxi.

l *Legem.*] ſcilicet iſtam.

m *Inhiatione*] i. frequenti petitione.

n *Legis*] i. huius, de quo extra ordinē punitur, vt ff. de pœ. l. ſanctio. item no q. ex ſola petitione, aliàs ſupplicatione licet infructuoſa punitur, vt inf. qui mi. non poſ. l. eis quidem.

o *Relinquatur.*] cuius prohibetur petitio, eiuſdem facta cōceſſio non valet, vt hic. & ſupra ſi nup. ex re ſcrip. pe. l. ſi i ſi & ī. de naui nō excu. l. ſi. & in auth. de non alie. §. q̄a vero. & ī authē vt oēs ob iu. Pro. §. hāc dicēres, & §. ſi vero q̄ſq;. coll. 5. niſi ex certa ſciētia dicendo, nō ob. hac l. ar. ff. de l. 3. l. ſi quis ī prin.

p *Nullo tamen.*] ad hoc ī de cri. ſac. l. fin. & ff. q. quiſque iur. l. 3. in prin. Sed ꝯ ſup de bo. va. l. 1. Sol. ibi cum petitione. Item ar. contra infra de locatio. prædi. ci. l. 2. Sed ibi ab alio poſſidebantur. Item dic tm̄, i. nō petēti, vel, i. res, non ius capiēdi, vt & res præbendæ, nō aūt præbenda poteſt cedi. Et no. hic, q. quędam honeſtè accipiunt q̄ non honeſtè petunt, vt ff. de ori. iu. l. 2. §. fin. & ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. proinde.

q OMne ſemen.] aliàs incipit, omnes enim, & ſm hoc dicunt continuari cum præcedenti, ſubaudi vias, vel ſubaudi initium apud omnes alienas fortunas Vel melius hēas oē ſemen i &c. ipſa enim in prin. &c. vt ī auth. de non alie §. finimus, nec enim leges Codicis cōtinuātus, cum quælibet p ſe, & certa debeat eſſe, vt ſupra de no Codic. conſ. l. 1. §. quib.

r *Stirpitus.*] i. in totū, vt non remaneat aliqua radix. Accur.

ſ *Et ſi inteſtatus.*] incipit verſus.

t *Quædamve.*] accipe ſcilicet fati munus, &c.

u *Marito*] vel alio, qui fiſco præfertur, vt ſupra tit. 2 l. 1. & l. vacantia.

x *Cuiuſcumque ſit*] ſcilicet defunctus, vel ille, cuius bona

1 † *Aliàs Pāthelemo aliàs Pamſo Hilleſino, aliàs Pātheliemo aliàs Palladio.*

2 † *Ex lib. 10. tit. 10. l. 17. C. Th.*

* *Deſunt hic duæ cōſtitutiones, græca, ſeptima, et octaua, ex prætermiſſis repertæ in fra.*

3 † *Inerem. vel. planè petitionibus legitur et ita reperiſſet Pythius hic add. Vectoris de petitione, non malè, ſemi inditæ, & aſtruat, & in Cuiacius hic.*

4 † *Ex eod. tit. l. 5. C. Th.*

5 † *Spe.*

* *Conco. ca. cum in iuuentute, § ceterū, extra, de pur. can. & q. no. gl. in verb. noſca tur, ad fi. ī c. 1. extra de conſt. lib. 6. & gl. in c. tua fraternitatis, extra de ꝑben. & di. vbi verba iſta recitat d. gl. ab hac le. extract.*

r Qualiter & in exemplari vetuſto apud ſanctum Victorē ad muros Pariſiēſes legitur.

6 † *Quæve.*

fuerunt fiſco deuoluta, vt ferrè, quia hæreticus, vt ſup de hær.l manicheos,& l.cognouimus.

a *Ad petitionem.*] aſpirare, quod eſt infra.

b *Quæſtor.*] nec enim aliter valet reſcriptum, niſi à quæſtore ſubſcriptum, vt in authen. vt diui. iuſti. §. primo, collat.octaua.Et dic, ille, qui circa latus principis erat. Alij erant quæſtores, quod dic, vt ff de offi Quæſto l 1.Et no. hic de illuſtribus quibuſdã.

c *Inſinuatur.*] i. oſtenditur Principi per eum.

d *Numinis.*] aliàs, numinis, & aliàs nominis.

e *Ceteriſq.*] ſcilicet minoribus,& ſic no. puniri maiores, vt terreantur minores, ſic quod not. ſup titulo primo, l finali.

f *Memoriales*] id eſt ſcriptores, ſeu exceptores, vt ſubijcit,& ff.loca.l ſed adde. §. fin quia reducunt ad memoriam per ſcripturam, vt ff. de pigno.l contrahitur.

g *Ediderint.*] id eſt, in publicum produxerint.

h *Proſcriptione.*] Hoc corrigitur in authen. vt nulli iud §.finali, collat 9 Item ad hoc infra de collat. do.l. prima, § finali,& in fra de metal. l. pen.

i *Res ciuiles.*] vt annonæ ciuiles, ſcilicet annui reditus ex publico, ad quod ſupra de ſacroſanct eccleſ. l. priuilegia. Et not. argumen. à ſimili, quod nec præbenda debet peti. Vel dic, dabitur publico, & ſic non poteſt impetrari remiſſio. ad quod infra de an. & tri. l. in fraudem.

K *Pragmatica*] imò contra vt ſup. de no. co.com. l.prima, §. 2, ſed ibi loquitur de his, quæ poſita ſunt in corpore iuris. Item contra ſupra de legi. & conſt. l. 2. Solu ſine alterius læſione hic, vel ſine petitione, vt ſupra l.proxi in fi. Item quid ſi ſemel.& bis, hoc eſt, quod dicimus ſecunda iuſſio? Reſpon. vt no ſupra ſi contra ius vel vtil. pub.l.fi. Item no. quòd licet bonorum petitio prohibeatur, quædam tamen permittuntur, vt bo poſ.iuris, vt vnde liberi, & ſimiles Item poſ. bonorum facti debitoris ceſſantis, vt ff.qui ex cau. in po ea.l 2. Item bonorum aditio facti.& iuris, vt inſt.de eo, cui li.cau.bo. addi. Itẽ bona hæredis non parentis, idest non obedientis, vt ſup. de fideicom.auth.hoc amplius. Item bona captiui, & furioſi, vt C de epi audi auth.liberi,& de epi & cle. auth. ſi captiui. Item ius iniquum poteſt peti, licet noceat petẽti, vt ff.quod quiſque iuris, l. 1. Accur.

mo audeat ad petitioné [a] rerum defuncti, defunctæve, cuiuſcumq; fortunæ, aut ſectæ ſit, ſi fiſco noſtro locus pateat, aſpirare: cum nec illis quidem, quorũ actu, atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat ſanctionibus noſtris aduerſari: ſed vir illuſtris quidé cuiuſcumq; temporis q̃ſtor, [b] ſi oblatæ petitioni ſubſcripſerit, vel etiam reſponſum dederit, vir que illuſtris Comes rerum priuatarum ſi vel inſtrui permiſerit, vel petitionem, ſi qua inſinuatur, [c] admiſerit, indignationẽ noſtri numinis [d] ſuſtinebit, ceterisq; [e] fiet [1] † vindictæ, & temeritatis exemplum. [2] † Memoriales [f] vero, qui excipienda huiuſmodi reſcripta, vel implenda curauerint, & palatinos, qui inſtruxerint, vel geſta admiſſę petitionis ediderint, [g] bonorum proſcriptione [h] puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles, [i] & ad ius publicum pertinentes, ab omni petitione muniendas eſſe cenſemus, ſcilicet nec pragmatica [k] iuſſione, vel ſacra annotatione, vel quolibet oraculo diuino, ſeu mandatis (ſi qua contra hanc ſanctionem noſtram fuerint impetrata) quippiam [3] † roboris habere valituris. [4] †

1 † *Fient.*
2 † *Cõcor. cle. 1. circa fi. de offic. ordi & 1 q 7 c qua propter, ibi vt transgreſſionis, vltio fiat ĩ terdictio de bunquendis.*
3 † *Quodcumque.*
4 † *Da. 11. Cal Maij. Theo A 18. & Albino Coſs.*

I DE HIS, QVI SE DEFERVNT.

Supra de delatoribus dixit, quando alius defert alium, hic quando ſe ipſum. Accurſius.

m *IS, cuius.*] ſcilicet inſtitutus hæres legitimus, vel qui rogatus eſt, vt non capaci det, ſecundum Bul. aliàs Pla.& dic, cuius ſcilicet fidei hæreditas eſt commiſſa, ſcilicet reſtituenda vxori non capaci, & expone tacitè, vt not. ſupra, tit. 1.l.1.

TITVLVS XIII.

De his, qui ſe deferunt. [1]

Grauatus tacitè de reſtituendo non capaci, ſi ſe deferat, lucratur tertiam. vxor vero defuncti non capax ſe deferens lucratur dimidiam: & facta diuiſione, habebit optionem occultantes vero legitimè puniuntur. Bartolus.

Imp. Conſt. A. Maximo.

LEX VNICA.

IS, [5] † cuius [m] tacitè fideicommiſſa fuerit hereditas, ſtati [n] officio grauitatis tuæ [o] nunciet, & geſta probat, & continuò quod actũ fuerit, renunciet, & poſt hãc fidem, tertiã [p] ex omnib. defuncti bonis percipiat portionẽ. Quòd ſi ab vxore [q] defuncti iſtud ad officium [6] † deuotionis tuæ fuerit reuelatũ, ipſa ẽt perſona, q̃ defunctus eſſe voluit hẽdem, [r] ſi geſta apparuerint, [7] † tali pmio manciperur, vt ex oĩ [ſ] patrimonio mediũ cõſequatur, & cũ fiſco nr̃o celebret diuiſionẽ: id ẽt habitura priuilegiũ, vt prior eligat [t] optionẽ: [8] † & tũc occultator [u] ille geſtorũ, fiſci, & mulieris pariter inimicus, exutus oĩ patrimonio ſuo, ac fiſco vindicato, in inſulã deporteť. [9] †

n *Statim.*] ad id, quod dicitur ſtatim, id eſt continuo. concor. ff. eo ſcilicet de iur. fiſc. l edicto. 1 reſpõ. Sed contra in ea.l §.cum autem vbi dicitur, exſpectandum illũ, cui relictũ eſt, vt ille primo deferat, ſi vult. Sol. ſecundum quoſdam, hæc illam corrigit. Vel hic fuerat in mora deferendi ille, cui erat relictũ. Vel dic, ſtatim poſt tabulas apertas: ante enim eſt alius expectãdus, vt ibi. Accur.

o *Tua.*] loquitur procuratori Cæſaris, vt ex ſubſcriptione legis apparet, quæ dicit rationali mitti.

p *Tertiam.*] imò videtur medietas dodrantis, vt ff de iure fiſc.l. cum tacitum. Sol. ibi de illo, cui erat reſtituendum, hic de rogato. magis eſt cõtra ff.eodem, l. Senatus, § Senatus, vbi etiam hæredi dat dimidiã. Solu.ſecundum. P. ibi per Hadrianũ, hic per Conſtantinũ, qui corrigit, vel hic capax hæres, ibi non capax.

q *Ab vxore.*] ſ. non capace, cui non erat reſtitutio facienda.

r *Haredem.*] ſcilicet fideicommiſſariam, quæ effectu hr̃s eſt, vt ff quod cum eo. l. ſi filio. Alij vt P. dicunt, quod fuit cum alio inſtituta, & alius rogatus ſuã partẽ mulieri non capaci reſtituere: & hoc ſi habeas in litera. ipſa ẽt quam, &c. aliàs eſt, ipſa etiam perſona, quam defunctus, & tunc dic, quod ſi vxor detulit, ſi idest quamuis inſtitutus probet, tamen tali præmio mancipetur vxor prædicta primo deferens.

ſ *Ex omni patrimonio*] contra, ff de iu fiſ l cum tacitum, vbi media dodrantis. Sol. ſpeciale in vxore non capace, vt hic: licet quidam dicant, illam corrigi. Item contra ſupra prox. reſpon Sol. refert, rogatus capax ſe deferat, & tunc obtinet prin aut rogatus non capax, & tunc dimidiam, vt ff de iu.fiſ.l Senatus, § Senatus, an vero ille, cui eſt relictum, qui nõ eſt capax, & tunc differt vxor ab alio, vt hic, ſi autem alius extraneus nec rogatus, nec alius, cui eſt reſtituendum, tunc forte tertia, vt no ff de iur. fiſ.l.edicto, §. extat, & facit ea.l in prin §. 1 & 2.

t *Eligat*] ſic infra de me. l 2.arg contra infra quando, & qui.quarta pars deb.l.2.circa prin

u *Occultator.*] ſ.hæres, qui non deferebat, quod intellige, ſi celabat ſtudioſè, non ſi differebat deferre: quia nec feſtinare debebat, vt ff. de iu.fiſ. l. edicto, §. cum autem, ſed P. dicit, occultator, idest officialis, quod non placet.

5 † *Ex lib. 10. tit. 11. l. 1. C.Th.*
6 † *Officio.*
7 † *Apparuerit.*
8 † *Portionem, legitĩ dum, vt in Codic. Th. Conſ.*
9 † *Da Id Mar. Gal. & Baſſo. Coſs.*

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS, &c.

a *Iubemus. Donatum ſit.*] nullo petente, vt ſupra tit. 1. l. 1. in fi.

b *Hærede.*] id eſt nullo liberorum, vt ff. ad Treb. l. ex facto, §. fi. & ſic præfertur ſocius vxori, & alijs præter liberos, & pro hoc, quod ſubijcit ad perſonam aliam. Vel dic, hæredem largè, dici, vt eſt ſupra, de bo. vac. l. prima. & ſecũdum hoc, quod dicit perſonam, dices extraneam, vel fiſcum, illud conſtat, quod teſtamentarius hunc ſocium præcedit, vt ſupra, de hæred. decurio. l. prima, & ff. de acquirendo rerũ dominio, l. ſi is, §. penultimo, & ſic nec vir. Et nota, quod hic dicitur in ſocio liberalitatis Imperialis, idem in bonorum poſſeſſ. conſortibus. Item in hæredibus iuris ciuilis. Item legatarijs, vt ſupra quando non peten. par. & de caducis tollen. §. his ita, & §. vbi autem, & Inſtit. de legat. §. ſi eadem. Item pluribus patronis, vt ff. de bon. lib. l. communi liberto. & de aſſign. lib. l. verum. Item in plurib. eiuſdem corporis, vt ſ. de hære decurio. per totum. Accurſius.

1 † *In Cod. Th. lib. 10. tit. 14. inſcribitur, ſi petitum ſocius, ſed poſt ſublatas petitiones, aliter hoc ſuit inſcribendum. Conc.*

2 † *Deſeſſerit.*

3 † *Ex lib. 10. tit. 14. l. 1. C. Th.*

TITVLVS XIIII.

Si liberalitatis [1] † Imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit. [2]

Inter ſocios liberalitatis Imperialis facta etiã inter viuos eſt locus iuris accreſcendi, etiã poſt dominium vtriuſque quæſitum. Bart.

Imp. Conſt. A. ad Mygdonium Caſt. Pal.

LEX VNICA.

IVbemus, [3] † vt ſi quis fortè ex ijs, quibus cõiter à nobis aliquid donatum ſit, [a] nullo hærede [b] relicto, deceſſerit, ad conſortem potius ſolatium, quàm ad perſonam aliam pars decedentis perueniat. Dat. 12. Cal. April. Antiochię, Cõſt. A. 4. & Licinio 4. Coſs.

TITVLVS XV.

De theſauris. [c]

Quærere theſaurũ in proprio omnibus licet, in alieno verò ſuo nomine nullo modo licet: & ſi theſaurus inuentus fuerit à fortuna, inter inuentorem, & dominum diuiditur. Bartolus.

c DE THESAVRIS.

Quia de theſauris dantur tributa, de quibus ſcilicet tributis eſt dictum, ideo de eis præmittit, ſecundum P. Vel quia inter cætera iura fiſcalia, de quibus conſ. fit in compendio dicere, nos ſimiliter ſcrip. ſcilicet, quandoque eſt in theſauris, ideo de eo dicit.

4 † *Zeno, & Leo.*

5 † *Erythro.*

* *Hactenus vage tam, quo eſt in Cod. Theo. vnde ita quarta tantum inuentori tribue. Conc.*

Imperator Leo [4] † A. Erythrio [5] † PP.

LEX VNICA.

NEmo [d] * in poſterum ſuper requirẽdo in ſuo, vel alieno loco theſauro, vel ſuper inuento ab alio, vel à ſe, eſſuſis precibus pietatis noſtræ benignas aures audeat moleſtare. Nam in ſuis [e] quidem locis vnicuique, dummodo ſine ſceleratis, ac puniendis ſacrificijs, [f] aut alia qualibet arte [g] legibus odioſa, theſaurum [h] (ideſt condita [6] † ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia [7] †) quærere, & inuento vti liberam tribuimus facultatem: ne vlterius Dei beneficium, inuidioſa calumnia perſequatur, vt [8] † ſuperfluum ſit, * hoc precibus poſtulare, quod iam lege [i] permiſſum eſt: & Imperatoriæ maieſtatis videatur præuenire liberalitas [k] poſtulanda. [9] † In alienis verò terrulis nemo audeat inuitis, imò [10] † nec volentibus, [l] vel ignorantibus dominis opes abditas ſuo nomine perſcrutari.

¶ Quòd ſi nobis ſuper hoc aliquis crediderit eſſe ſupplicandum, aut præter huius [m] legis [n] tenoré in alieno loco theſaurum ſcrutatus inuenerit, [o] totum hoc locorũ domino reddere [11] † compellatur, & velut temerator legis ſaluberrimę puniatur. Quòd ſi fortè vel arando, vel aliàs terrã alienam colendo, vel quocumque caſu, nõ ſtudio perſcrutandi, in alienis [p] locis theſaurum inuenerit, id quod repertum fuerit, dimidia retenta, [12] † altera dimidia data, cum locorũ domino partiatur. [q] ita enim * eueniet, vt vnuſquiſq; ſuis fruatur, & non inhiet alienis.

d *Nemo.*] præmiſſum incipit, quando in ſuo, vel alieno quis inuenerit, ſed poſtea diuidit.

e *Nam in ſuis.*] appellatione ſui accipe, ſiue ſit dominus directo, vel vtiliter, vt feudatarius, emphyteuta, & ſimiles, licet inutiliter dominus P. dixerit contra. non ergo creditur, non fructuarius dicuntur domini, vt ff. de acqui. rerum dom. l. ſi is, §. penult. & fin. nec vir, vt ff. ſol. matr. diuortio, §. ſi fundum. Item idem, quod in ſuo eſt, ſi quis in ſacro, vel religioſo caſu fortuito, vt Inſtit. de rerum diuiſio. §. theſauros. Sed in his contra, ff. de iure fiſci, l. 3. § in locis. Sol. vt ibi.

f *Sacrificijs.*] ad quod T. de paga. & ſacrifi. per totum.

g *Arte.*] puta magica. ad quod ſupra, de math. per totum. quo caſu totum fiſci erit: cum hic ſit indignus. ad quod ff. de iure fiſci, l. 1. circa princ. Accur.

h *Theſaurum.*] ſcilicet quærere: quod eſt infra, & quod inſeritur, eſt definitio theſauri, vt ff. de acquirendo rerum dominio, l. nunquam, §. theſaurus. ſic & propriè, & impropriè quandoque, vt ff. de exhib. l. theſaurus.

i *Lege.*] ſcilicet iſta, & no. ſic ſup. de epiſcop. audien. l. tertia, in prin. & arbitrium tutelæ, l. cum interdictæ, & ff. de condi. inſtit. l. quæ ſub conditione, §. fin. & de minor. l. in cauſæ, in princip. & ad munic. l. prima, in fi. & de legat. 1. l. ſi quando, in princip. & vt legato. nom. caue. l. 1. § reſcripto.

k *Liberalitas.*] ſi habes, liberalitas, plana eſt. ſi vero habeas, liberalitatibus tunc habeas Imperatoria magnanimitate, & dic, videatur præuenire conceſſio. & dictio, poſtulanda, eſt pluralis numeri: & liberalitatibus eſt ablatiui caſus. Item ſi habeas in genitiuo magnanimitatis, ſeu maieſtatis Imperatoriæ, tunc ſubaudi, ſcilicet conceſſio, vt ſupra tertij habent Imperatoria maieſtas, & liberalitatibus.

l *Volentibus.*] Nota domini voluntatem nil facere, vt alius ſuo nomine quærat. ad quod Inſtit. qui. alie. licet, in princip. & ff. de viutrue. ſed & ſi quid, in fine. & ad leg. Corn. de ſica. l. lege Cornelia, §. fi. contrarium in lapidicinis, vt ff. communia prædior. l. venditor, §. primo.

m *Huius.*] quę dicit, ſcilicet domino volente, vel inuito.

n *Legis.*] ſcilicet huius, de quo etiam extraordinariè poteſt accuſari, ad quod ff. de pœnis, l. ſanctio. & de crimine ſtellion. l tertia.

o *Inuenerit.*] inueniſſe dicitur, qui videt, vel percipit, & animum habendi habuit, ad quod ff. de acquir. poſſ. l. 3. §. Neratius. Accurſius.

p *Alienis.*] ad quod ſ. finium regun. ſi conſtiterit.

q *Partiatur.*] Idem ſi in loco Cæſaris, vel publico ciuitatis. nam dimidia inuentori, alia ciuitati, vel fiſco, vt Inſtitut. de rerum diuiſione, § theſauros. Item contra, infra de meta. l. cuncti. Solu. vt ibi. Item qua actione dominus conſequitur dominium l Reſpon. condi. ex hac l. vel ſeu vendic.

6 † *Ex lib. 10. tit. 18. l. 2. C. Th.*

7 † *Monſtrandum, legendum, vt in Cod. Theo. vbi traditur hæc theſauri definitio. l. 2. de theſaur.*

8 † *Cum.*

* *Concor. c. nuper de decimis, inuenitur ibi, ſic etiam gl. ſup. ver. compo. n. adm., au. m ſi. extra, de deci.*

9 † *Liberalitatibus poſtulandis.*

10 † *Legendum, ideſt, nec volentibus.*

11 † *Cedere.*

12 † *Emendatur l. 2. C. Th.*

* *Concor. c. non remittitur peccatũ, de reg. iur. lib. 6.*

51

DE.

TITVLVS XVI.

De annonis,[a] & tributis.

Onus æris alieni eſt perſonale: & ideo inter hæredes diuiditur pro hæreditarijs portionibus. Onus annonæ, & tributorum eſt reale: & prout quis poſſidet, et fructus percipit, oneratur. Bart.

Impp. Val. & Gal. AA.[1]† * Alieno.

LEX PRIMA.

AEs quidẽ alienũ pro portiõe, ex qua[b] quiſq; defuncto heres extiterit, præſtari oportet:[c] annonas[d] autem is ſoluere debet, qui poſſeſſiones tenet, & fructus[e] percipit.[2]†

Ad onera realia non tenetur quis in plus, quam de re poſſideat. Bart.

Impp.[3]† Diocl. & Maxim. AA. & CC. Herennio.

LEX II.

INdictiones[f] nõ perſonis, ſed rebus indici ſolẽt: & ideo, ne vltra modum[g] earundem poſſeſſionum, quas poſſides,[h] cõueniaris, præſes prouinciæ proſpiciet.[4]†

Omnes debent ſoluere, quod Princeps imponit: & officiales non poſſunt augere, vel diminuere. Bart.

Imper. Conſtan. A. ad[5]† Proculianum.

LEX III.

OMnes[i] [6]† pẽſitare debebunt, quæ manus[k] noſtræ delegationib. adſcribunt, nihil amplius exigendi,[l] vel remittendi poteſtatem eſſe. Nam ſi quis vicarius,[m] aut rector prouinciç aliquid iam cuiquã credide rit remittendũ, quod alij remiſerit, de proprijs dare facultatibus compelletur.[n] [7]†

Omnes coguntur ſoluere publicas functiones: cũ non ſit munus extraordinariũ: & ab eo nemo excuſatur. Bar.

Imper. Conſtantinus A. ad[8]† Taurum PP.

LEX IIII.

OMnes oĩno[o] [9]† ad oblationem functionũ[10]† publicarum oportet vrgeri. Lege enim noſtra[p] ſignatũ eſt, nec eſſe extraordinaria, nec vocari,[q] quæ ſolenniter[11]† à prouincialib. deuotiſſimis cõferenda ſunt.[12]†

a DE ANNONIS, ET TRIBVTIS.

De alio iure fiſci dicit, & dic de anno. & tri. idest de tributo, quod præſtatur pro annona militum, & equorum. vel annona in ſpeciebus tributa in pecunijs. vel dic, annona in ſpeciebus tributum, in auro, & argento, & ære, & dicitur tributum, quicquid tribuitur, ſed ſpecialiter, quod Principi datur. Et eſt ſciendum, quod tributum aliud capitis, vt ff. de cenſ. l. fin. aliud agrorum, vt infra eodem, l. 1. & vtrumque Italicu. & quibuſdam alijs remittitur, vt ff. de cenſi. l. prima, & l. fin. & ſupra, de epiſc. & cler. de his nec. obſtat ſupra ſine cen. vel rel. l. fin. & ibi no. nec quod dicitur Inſtit. de rerum diuiſio. §. per traditionem, vt ibidem dixi. Item no. quòd ſecundum P. tributum capitis eſt pro mare integer aureus, pro fœmina medius, vt argum. ff. de cenſ. l. fin. & infra eod. l. fin. ſed P. dicit, quodam modo temperandum, & pro eo infra de agric. & cenſi. l. cum antiq. lib. vndecimo. nemine prædij præſtatur quãtitas frumenti, quæ dicitur quinquageſima hordei, quadrageſima vini, & lardi viceſima in partibus non remotis, vt infra, de ſuſc. l. modios, pro ſingulis libris argenti quinque præſtantur aurei, vt infra, de argen. precio, quod the inſer. l. prima, ſecundum P. l. ſed verè aliud, quod dicit, lex illa ad inſtar argenti, & in auro, & in alijs pecunijs fiat computatio. Item differt hic titu. ab illo ſupra de annonis, & capita. &c. quia ibi de his, quæ pro ſalarijs dabantur officialibus hic fiſco. Item ab inferiori proximus, vt ibi nota.

b *Es quidem. Ex qua.*] ideſt ex quibus ſic ſ. de in ius voc. l. 2. aliàs pro portione, & tunc ponitur propriè pro qua.

c *Oportet.*] vt ſ. de hæreditarijs act. l. 2. ſed fallit in ſeptem caſibus, vt ibi no.

d *Annonas.*] etiam præteritas, vt ff. de pub. l. Imperatores, & infra, de præ naui. l. 2. & 3. & dic anno. i. tributa pro annona, vt in rubr. Item hoc caſu non opponitur compenſatio, vt ff. de iure fiſci, l. aufertur, §. qui compenſationem. Sed quid ſi non eſt ſoluendo? Reſpon. tenentur cohæredes ex perſona defuncti, quaſi auctores argum. ſupra ſine cenſu, vel rel. l. 2. & auth. ibi poſita & facit Auth. de mand. Princ. §. non permittas, & ſ. ſine cenſu, vel rel. l. omnes. Accurſius.

e *Fructus.*] non autem illi, qui penſiones recipiunt, niſi ſit conſuetudo regionis, vt J. de agrico. & cenſi. l. litibus, §. hæc de reditibus. & ff. de admin. tuto. l. ſi ſine hærede, §. Lucius Al. & arg. ſ. de vſufruc. l. ſi pendentes, §. 1. Item facit J. l. prox. & ff. de impen. in rebus dot. fac. l. neque ſtipendium. & infra, de co. fun. patrim. l. omnes.

f INdictiones.] ideſt munera patrimoniorum, quæ poſſeſſionibus indicuntur. eſt enim duplex patrimonij munus, vnum in rebus vt hic, quod ſoluunt etiam non municipes. Item etiam qui fœnus exercent, & præſtabit ſecundum modum notatum in rubr. Eſt aliud, quod perſonæ pro patrimonio indicitur, & tunc tantum municipes, vt ff. de munerib. & honorib. l. reſcripto, §. fin. & l. fina. § patrimoniorum, & tunc non præſtabitur ſecundum formam dictam in rubr. ſed prout indicitur per ſingula luſtra, vt no. infra proxi. in rubr. Item no. quod quædam leges huius titu. de vno, aliæ de alio, & aliç de vtroque dicunt, & facit infra, de mu. patr. l. ſecunda. & quod not. infra, de muner. & honorib. in rub. & ff. de negot. geſt. l. qui aliena, §. fina. & ſecũdum quod hic ponitur, eſt hodie ordinarium, vt infra titu. primo, l. 1. Item facit infra, de immun. nemi. conce. l. fin.

g *Nec vltra modum.*] ideſt pro eo, quod non poſſides, vt infra, de immun. nemi. conc. l. prima, & ſecunda, & in Auth. de manda. Princ. § non permittas, coll. 3.

h *Poſſides.*] pro quantitate fructuum tantum, vt not. in rubr. & facit ſupra, de al. l. ſecunda.

i OMnes.] ſcilicet homines.

k *Manus.*] dumtaxat, vt infra titu. 2. l. prima. & dicitur delegare, quando per ſuum notarium, vel nuncium ſuum ſcribit preſidi, vt exigat, & quandoque præmittit epiſtolam de indictione futura, vt infra, de excuſa. mu. l. placet. & reddit in quadruplum, vt infra, de excuſat. mu. l. placet. & dic, delegationibus, ideſt præceptis.

l *Exigendi.*] aliàs reſtituendi, vel remittendi poteſtatem eſſe: & ſic bene ſequitur nam &c. ſecundum aliam refert ſe ad principium, & reddit in quadruplum, vt infra, de excuſ. mu. l. placet.

m *Vicarius.*] puta Palatinus, vel alius vice Principis, vel rector prouinciæ, ad cuius officium pertinet tributa exigere, vt infra, de ca. larg. l. ſecunda, & infra, de exa. tri. l. in fiſcalibus.

n *Compelletur.*] dic in ſubſidium reſeruari eum, cui eſt remiſſum, vt ſ. de conue. fi. de. l. 2. in fi. ſecundum quoſdam, & ſic non valet remiſſio omnino, vt ſ. de tranſact. præſes, quæ eſt contra. pauperi tamen poteſt remitti, cum pater debeat agere, vt in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. eos, collat. 2. & facit ff. de pact. l. Imperatores, & de pu. l. fin. § fin. & de decr. ab ord. facien. l. 4.

o OMnes omnino.] ſcilicet prouinciales, vt in fi. huius legis, & no. ſ. ſine cenſu, vel rel. l. fin. & facit infra, de cenſ. l. 3. & de col. fun. pa. l. omnes, & J. de immune con. l. 1. adeo vt nec veterani excuſentur, vt ff. de priuileg. vet. l. pen.

p *Noſtra.*] quam non habemus.

q *Nec vocari.*] aliàs vocari, & facit J. titu. 1. l. 1. aliàs, vacare. q. d. nec extraordinaria conferuntur, nec ordinaria remittuntur, vt ſupra l. prox.

* *Hic inſerenda conſtitutio. 1. Græca ex prætermiſſis, infra.*

1† Et Valerianus Cæſar Antonino.

2† PP. Sen. & Donna. Coſſ.

3† Decius A. Scilinus in vet. manuſcr. Cõſ.

4† P. P. 17 Kalen. Non. Æmil. & Aquil. Coſſ.

5† Proculianum.

6† Ex lib. 11 tit. 1 l. 1. C. Th.

7† D. 15. Kalen. Iul. C. P. Conſtan. A. 4. & Licinio 4. Coſſ.

8† Hucanium. alias, Vranium.

9† Ex lib. 11. tit. 1. l. V. C. Th.

10† Pecuniarum.

11† Specialiter.

12† Da. 9. Non Febr. Conſt. A. 5 & Conſt. Coſſ.

Qui plus fructus colligit, plus ſoluit, qui minus minus. Bart.

Impp. Valēt. & Valēs AA. ad Dracontium Vic. Afri.

LEX V.

PRo [1]† locis, [a] ac proximitate poſſeſſionum, [b] annonam [c] ad limites [d] trāſuehi præcipimus. [2]†

Imppp. Gratian. Valen. & Theodo. AAA. ad Principium. [3]† PP.

Reſcriptum, in quo immunitas conceditur muneribus ordinarijs, non valet. Bart.

LEX VI.

IN fraudē [4]† annonariæ [e] rei, ac deuotionis [f] publicæ elicitum damnabili ſurreptione reſcriptum, manifeſtum eſt, iure nō poſſe vires ſortiri. [g] circa omnes igitur par, [h] atque æqualis illationis forma teneatur. [5]†

Ad operandum, vel portandum non debet quis longius mitti: ſed debet ratio itineris adhiberi. Bartol.

Imppp. Valent. Theod. & Ar. AAA. Cynægio PP.

LEX VII.

NEmo [i] [6]† poſſeſſorum ad inſtruendas manſiones, [k] vel conferendas ſpecies longius [l] delegetur: ſed omnes [7]† itineris, ac neceſſitatis habita ratione delegentur. [8]†

Non eſt faciendum id, in quo plus expenditur, quam de cōmodo percipitur. Bar.

Ijdem AAA. Cynegio PP.

LEX VIII.

MEditerraneę [9]† ciuitates [m] antè à maritimis, & maritimæ à mediterraneis onerabantur expenſis, [n] vt plus haberent diſpendij tranſlatio, quàm deuotionis [o] illatio. Hoc non ſolum in præſens, verum ēt in poſterum prohibemus, ea lege, vt ſe vltimo nouerint ſupplicio puniendos, qui iſta commiſerint. [10]†

Si vtiliter dominus intra tempus hic ſtatutum non ſolueris tributa, dominio priuatur, & ad habentem directum dominium reuertitur. Bart.

Impp. Ar. & Honor. AA. Mineruio. Comiti R. P.

LEX IX.

OBſiſtere [p] [11]† commodis [q] publicis, & ſtatutis neceſſitatib. non poſſunt priuilegia dignitatum. [r] Vnde, vt quiſque de prædijs emolumentum conſequitur, ſi non is, euoluto anni [ſ] ſpatio, intra ſex menſes [t] omnem, cui eſſe conſtrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulū, ad ipſos, qui ſunt domini prædij, exactionem [u] volumus pertinere. [12]†

Iudicibus negligentibus totum ſalarium aufertur. Bartolus.

Ijdem AA. Eutichiano [13]† PP.

LEX X.

IVdices, [x] quos circa profliganda [y] ærarij noſtri compendia [z] negligentes, ac deſides fuiſſe conſtiterit, omnia: quæ in adminiſtratione poſiti [14]† perceperūt, emolumenta, [a] reddere cōpellantur. [b]

a PRo locis.] i. pro magnitudine locorum.

b Poſſeſſionum.] quæ ſunt prope limina, ex quibus tributa penduntur.

c Annonam.] in ſingulis locis, & ſpeciebus conſtitutam, vt intra de ſuſcept. præ. l. modios. Accurſius.

d Ad limites] vbi de militib. in caſtris conſtitutis profligebāt, vel ad tempus reponebatur, vt hic, & inf. de erog. mili. an. l. 4. & J. de cano. largi l. j. & J. de fundis limit. l. j & facit inf. eodē, l. nemo.

e IN fraudem annonariæ.] idest tributi ad annonam, vt dixi in rub. Accur.

f Deuotionis.] i. dicti tributi deuotè ſoluendi.

g Sortiri.] niſi ſit pſcriptum quadraginta annis, vt J. de fun. pat. l. fi. lib. 11.

h Par.] idest neminem excuſando, vt ī. eo. l. omnes. pro modo tamen poſſeſſionum, vt ī. eodem, l. indictiones, & facit. ī. de vecti. l. quicquid & ſi j ius vel vti. publi. l. fi. & infra de nau. non excuſ. l. 2. & J. de canon. fru. vrb. Rom. l. a. & de aquędu. l. diligenter. Acc.

i NEmo poſſeſſorū] prędiorum, ꝓpter quæ tenentur ad infraſcripta.

k Manſiones.] publicas, in quibus fortè annona erat imponēda, vel aliàs publicas.

l Longius.] quia illi de vna Prouincia nō debent deferre ad aliam. & facit ī eod. l. pro locis. & J. de priui. do. aug. l. 2. & inf. l. proxi. Accur.

m MEditerraneæ ciuitates.] idest homines earum.

n Expenſis] idest inuicem aliæ pro alijs tributa ſoluebant, & ſic longius portabāt, quod hic remouet, ad quod ī cod. l. pro locis. & facit J. de priuil. do. aug. l. 2 & ī. l. prox. & in auth. de col. ę nullus autem. & J. de meta l. 4. itē videtur contra, quod dicit. Alter alterius onera portate. & ſic adimplebitis, &c. ſed hic non releuatur, imo grauatur alter.

o Deuotionis] i. tributi deuotè ſoluendi.

p OBſiſtere.] pone ſecundum R in emphyteuta, & fructuario, qui publicas debent ſoluere functiones, vt ſupra de iure emph l. 2. & ff de viuſfruct. l. hactenus. qui ſi non ſoluant intra tempora huius legis dominus exigit hunc, i. vindicat prædium. non obſtante aliqua dignitate. Vel ſecundum M pone in exactore tributorum, qui niſi inferat fiſco intra tempora huius l. dominus prædij, qui ſoluit, repetit, vt in fi. huius legis, & nihilominus tenebitur fiſco exactor, & exactus in ſubſidium, vt J. de eroga. mili. anno. l. 5. & ſupra de conue. fiſc de l fiſco. Vel verius, niſi emphyteuta, vel ſimiles ſoluant intra tempora huius legis, pertinet exactio ad dominum, i quia dominus exigit dicta tributa, vt ſi fiſco ſoluat: vt differt à primo, in quo primo reuocat fundum ab emphyteuta, & ipſe dominus ſoluet.

q Commodis.] idest tributis, quę fiſco egenti, & neceſſitatem habenti ſoluuntur, vt ſubijcit.

r Dignitatum] ſic ff. de mu. & ho l fin. §. ab huiuſmodi. & de vaca. mun. l. ſunt munera. & ſup. eod. l. in fraudem.

ſ Anni.] intra quem debet ſolui exactori, vt infra titu. 3. l. miſſi.

t Sex menſes.] nota purgatur mora commiſſa intra ſex menſes: quod eſt verum quò ad dominum, ſed quo ad fiſcum 20. dies ſtatuuntur, vt infra de ero. mil. an l 5.

u Exactionem.] idest vindicationem prædij ſecundum primum. Vel idest repetitionem pecunię ſolutæ ſecūdum alium per condictionem ſine cauſa. Vel dic, quia dominus exigit etiam pro præterito tempore: vt ff de pu. l. Imperatores. ipſe autem dominus reuocatur ab emphyteuta, vt ſupra de iure emphyteu. l. ſecunda, vel à fructuario, vt ff. de noxali act. l. ſi noxale. Vel dic recepta vltima poſitione, quòd dominus exigat, quòd debuit emphyteuta ſoluere, cum ipſe pro eo tempore ſoluere teneatur, & ſic condictio ex hac lege.

x IVdices.] idest Præſides prouinciæ, ad quos pertinet, & imponere, & exigere, vt infra titulo tertio, l. in fiſcalibus.

y Profliganda.] i. imponenda, vel exigenda.

z Compendia] i. lucra.

a Emolumenta.] i. ſalaria.

b Compellantur.] hoc propter negligentiam. Sed ſi quid acceperint, vt malè agant, tunc in quadruplum præter hoc, vt ſupra de ſtatu & imagin l j. & J. de cenſibus. & per æqu. l. peræquatores Item facit ad negligentiam iudicis puniendam J de ſuſce. l. j. & de col. ſun pa. l. placuit & ī de off Præf. præt. Ori ſi quos ſic in tutore, vt ff. de adm. tut. l. qui negotiationem, § 1. & § pen.

1† Ex eod. tit. l. 11. C. Theod.

2† D. 15. Calen. Iul. Med. Valent. Val. AA. Coss.

3† aliàs, Probino. & bas Arin... [illegible]

4† Ex lib. 11. tit. 1. l. 20. C. Th.

5† Da 8. Calen. Oct. Aquil. A... [illegible] & Bautone. Coss.

6† Ex eod. tit. l. 21. C. Th.

7† Omnes.

8† Da 10. Cal. Ian. C. P. Arc. A. 1. & Bautone. Coss.

9† Ex eod. tit. l. 2. C. T.

10† Da. 5. Non. Sept. Val. No. N. P. & Eucd. Coss.

11† Ex eo. tit. l. 28. C. Th.

12† P. P. in programmate. Vari. V. C. Vr. R. Hon. A. 4. & Eutbye. Coss.

13† Adriano.

14† poſitum

a I*D ab vnaquaque.*] localis eſt hæc l. ſcribit enim Conſtantinus Iſidoro Præfecto Illyrici ſuper tributis Græcorum dicens, quod multæ Prouinciæ Græcorum promiſerunt ſe ſoluturas medietatem eius, quod ante ſolu te ſolebant, vel medietatem aurei, quod dicto Præfecto viſum fuit ſufficiens.

Impp. Theod. & Valent. A A. Iſido. PP. Illyrici.

LEX XI.

ID [1]† ab vnaquaque [a] prouincia [b] cenſemus expetendum quod ab iiſdem nuper eſſe promiſſum, [c] tua ſublimitas indicauit. Nullus verò de cætero ad poſſeſſiones eorum [d] (quod maximè formidant) inſpector accedat. Macedonum reliqui [e] exemplũ ſecuti mediæ quãtitatis, vt obtuliſſe noſcuntur, tributa [f] ſuſcipiant. Sed & ij, [g] [2]† qui proteſtati ſunt, nihil à ſe vltra tertiã partẽ poſſe cõferri, illud exoluãt, ad quod ſe indubitanter fore idoneos [h] pollicentur. Quæ * diſpoſitio in perpetuũ obſeruabitur, ſacroſanctа [i] Theſalonicẽſis eccleſia ciuitatis excepta: ita tamẽ, vt apertè ſciat, proprię tantũmodo capitationis [3]† modum beneficio mei numinis ſubleuandum: nec externorum grauamine tributorum Rempublicam eccleſiaſtici nõis abuſione lædendam. [4]†

vnde non ſunt in plus exigendi.

b *Prouinciæ.*] Græcorum. C. de illis, qui promiſerunt.

c *Promiſſum.*] quod fuit medietas, vt ſubijcit.

d *Eorum.*] Macedonum, ſ. Græcorum; aliàs cãrum, ſ. Prouinciarum, l. de illis, quę promiſerunt. dic ergo non mitti inſpectorem pro ſuperindicto aliquo imponendo: tunc enim inſpectio fiebat, quãdo pp ſterilitatẽm aliquod ſuperindictum erat imponendum: nam tunc plus exigebatur tributorum gratia.

e *Reliqui.*] i. Græci, qui non promiſerũt aliquid ſequantur exemplum Macedonum, id eſt Græcorum illorum, ſcilicet qui promiſerunt. Accur.

f *Tributa.*] ſ. ſoluenda, vel i. onus tributorum & dic, medietatẽ aurei vnde aſſumit hic Py. ar. ꝙ medius aureus eſt tributum Cæſaris: ſed hoc in Græcis in alijs ſecus, quod no. in rub. ſ. quod aureus integer. quod & hic colligitur. nam ſi iſti dimidiũ, colligitur, quod illi totum aureum & ſecundum hoc non eſt contra. infra de ſuſce. l. modios. & facit ℐ. de col. fund. pa. l. 2. Vel dic, hic medietatem, ſ. eius, quod antea præſtabant.

g *Sed & ij.*] ſ. Macedones quidam ſpeciales.

h *Idoneos.*] ſic ff. de mune. & hono. l. 3. §. Præſes. & in Auth. de æqua. dot. §. quia verò. in fi. & caue, quia R. hanc non intelligit in tributis ordinarijs, ſed quãdo imminentibus neceſſitatibus publicis, aliquod extraordinarium Prouincijs imponitur & probat hoc, quia fundi patrimoniales non præſtabant has tertias, & medias, vt ℐ. de col. fun. patrimo. l. j. & 2. ſed tributa ordinaria ſic, vt ℐ. tit. 1. l. j. & ℐ. tit. 3. l. fin.

i *Sacroſancta.*] ſupra de ſacroſan. eccle. l. ſacroſancta.

1† *Ex cod. tit. l. 15. C. Theod.*

2† *Vet. Archon. quod l. gesse videtur. Acc.*

* *Lex 8. de ſacroſ. eccl. hinc ſumpta eſt.*

3† *Capitationum.*

4† *Da 6. Id. Oct. C. P. Vict. V. C. Coſſ.*

* *Deeſt hic lex vna Græca, ex prætermiſſis repetenda.*

TITVLVS XVII.

De indictionibus. [k] *

Indictio munus ordinarium eſt, & ideo ab hac indictione nõ excuſantur, qui à muneribus excuſationem habent. Bart.

K DE INDICTIONIBVS.

Dixit de publici munere patrimonij, vt no. ſupra tit. 1. l. indictiones: nunc proſequitur de altero, ſcilicet quod perſonis pro patrimonio imponitur, & quia hoc indicebatur Prouincijs per ſingula luſtra auri primo, argenti ſecundo, & aris tertio luſtro, vt in Auth. de colla. princ. & infra de luſtra. au. co. in rub. ideo de indictione dicitur: & vocatur hoc tributum ſuperindictum, vt infra l. 1. quia vltra ordinarium canonem, qui rebus imponitur. præſtatur per ſingula luſtra: & ſecundum hoc dicas ſupra tit. 1. l. omnes omnino eſſe poſt iſtam. Vel ibi de eo, quòd rebus imponitur, dicit, cum nemini hoc indicere velit. Alij dicunt ſuperindictum, quod vltra hac omnia præſtatur, vel propter ſterilitatem, vel propter publicam neceſſitatem, quod & ipſum ordinariũ erat, vt infra l. 1. ſed aliud, quod perſonis pro patrimonio erat canonicum etiam ante hanc l. vt ſupra titu. 1. l. omnes omnino. Et no. ꝙ Romani ante natiuitatem Chriſti computabãt annos ab indictione, Hebræi à diluuio, Græci à ludo Herculeo: qui fiebat per ſingula quadriẽnia in monte Olimpo: ſed hodie omnes Chriſtiani ab annis dominica incarnationis, & Imperatoris, vt in Authen. vt præp. no. Imp. in princip. Accurſius.

Impp. Honor. & Theodor. AA. Palladio PP.

LEX PRIMA.

OMnes [5]† omnino quocumque titulo poſſidentes, [l] quod delegatio [m] ſuperindicti [n] [6]† nomine videtur amplexa, velut canones [o] cogãtur inferre: & vt ne qua ſit dubietas, hac aperta definitione decernimus, vt id potius [p] canonis vocabulo poſtuletur. [q] Nulla igitur domus, vel ſacri patrimonij, [r] vel emphyteutici iuris, vel hominum priuatorum, etiam ſi priuilegium aliquod habere doceatur [7]† ab hac neceſſitate ſeiuncta ſit, quæ iam non extraordinarium, (vt hactenus,) ſed ipſis [ſ] facientibus [8]† canonicum nomen accepit. [9]†

Ante tempus ſolutionis debet ſingulis Prouincijs notificari, vt ſe præparent ad indictionem ſoluendã. Bar.

Impp. Theod. & Val. AA. Dario PP.

LEX II.

PArticulari [t] delegationũ notitia, ante indictionis exordium ſingulis tranſmiſſa ꝓuincijs, collationis modum à poſſeſſoribus multò ante proſpectũ, deuotionis ſolitæ, non ſubditis calũnijs tua Sublimitas faciat impu-

5† *aliàs, Anthemio.*

6† *Ex lib. 11. tit. 5. l. 2. C. Th.*

7† *Doceãtur.*

8† *Nobis ſancientibus: ſed præue ſunt.*

9† *Da. 7. Id. Ia. Rauẽna, Theo. A. 7. & Pallado Coſſ. Ex cod. tit. l. 4. C. Th.*

l O*Mnes poſſidentes.*] accipe infra cogantur inferre, qđ dele. &c.

m *Delegatio.*] i. præceptum factum per delegationem à Principe tantum, vt ℐ. de execu. mu. l. placet. & l. priuati. & ſupra tit. 1. l. 3.

n *Superindicti.*] aliàs ſuperindicti, & tunc expone, vt in rubri. aliàs ſuperindictione, & aliàs ſunt duæ partes ſuperindicti. i. ſuper nomẽ indicti, vt infra de priuil. do. aug. l. 2 & fi. Accur.

o *Canones.*] i. ordinaria tributa: nam canon. eſt regula: inde exactores dicũtur canonicarij, vt in Authen. de collat. §. & in hoc, collat. 9.

p *Potius.*] electiuè. Accur.

q *Poſtuletur.*] hoc autem quod ſit canonicum, prodeſt: quia nullus ſe excuſat, vt ſubijcit. & inf. titu. 2. l. fi. & ℐ. de pri. dom. aug l. 2. & fi. ſecus ſi eſſet extraordinarium, vt infra de collat. fun. pa. l. j. & 2.

r *Sacri patrimonij.*] ſi dicas, pro eccleſia, contra ſupra, de ſacroſ. eccleſ. l. placet. ſed ſol. vt infra titu. 2. l. fina. no. Item ſi dicas, pro domo noſtra, quod eſt verius, tunc eſt contra infra de priu. dom. aug. l. j. ſed dices, de ſuperindicto, quod eſt extraord. ibi loqui. & eodem modo reſpondeo inf. de exc. mu. l. euidenter.

ſ *Sed ipſis.*] l. nobis. Accur.

t P*Articulari.*] conſtrue tua, & ſubaudi, faciat Imputari, i. inferri modum collationis ſolitæ deuotionis, ſ. quantum debet ſolui à deuotis collatoribus: modum dico proſpe à poſ. multo ante: hoc autem facies particulari, &c. debet enim in vnaquaq; indictione, ſeu luſtro mitti Præfecto cuiuſque diœceſeos, & per eos Præſidibus Iulio, vel Auguſto, & per Præſides ciuitatibus ſingulis inter Septembrem, & Octobrem, vt poſſint deliberare, facere, ſeu celebrare facere ſolutionem, & non ſubditis damnum infligi, vt hic, & in Auth. de collat. in princ.

Neceſſitas.

tari, vt & prouincialibus ſubeundi diſpendij [1] † neceſſitas [a] auferatur, & officiis inferendi damna licentia [b] denegetur. [2] †

TITVLVS XVIII.

De ſuperindicto. [c] *

Imppp. Gra. Val. & Theo AAA. ad procōſ. VV. CC. & omnes rectores.

LEX VNICA.

NIhil [3] † ſuperindictorum nomine ad ſolas [d] præfecturæ literas quiſquam prouincialis exoluat, neque vllius omnino indictionis titulus [4] † etiam ſolemnis immineat, niſi cum [5] † noſtro confirmata iudicio, & Imperialibus nexa [6] † præceptis, ſedis ampliſſimæ [e] depoſcat indictio, [f] & cogat exactio. Dat. 7. Calen. Iul. Mediolani, Antonio, & Syagrio Coſs.

TITVLVS XIX.

De exactoribus [7] † tributorum. [g]

Exactores non debent exigere, niſi eos, qui in breuibus continentur, ſeu ex actis à tabulario ſibi datis. Bartol.

Imp. Conſtantinus A. [8] †

LEX PAIMA.

DVcenarij, [h] & [9] † centenarij, ſiue ſexagenarij non prius debent aliquem ex debitoribus [i] conuenire, quam à tabulario [k] ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum: quam quidem exactionem ſine omni fieri concuſſione [l] oportet. [10] †

Pro debitis publicis non debet quis poni in carceribus, nec nouitates aliquas pati in perſona. Bar.

Idem A. ad Populum.

LEX II.

NEmo [m] carcerem, [11] † plumbatarumque verbera, aut pondera, aliaque ab inſolentia [n] [12] † iudicum reperta ſupplicia, in debitorum ſolutionibus, vel à peruerſis, vel ab iratis iudicibus expaueſcat. Carcer [13] † pœnalium, [o] carcer hominum noxiorum eſt, & officialium, [p] & cum denotatione [q] eorum iudicum, quorum de officio certiores eſſe debebunt, qui contra hanc legem [r] admiſerint. Securi iuxta præſidem [s] tranſeant ſolutores. [t] vel certè ſi quis tam alienus ab humano ſenſu eſt, vt hac indulgentia [u] ad cōtumaciam abutatur; [x] contineatur aperta, & libera, & in vſum hominum inſtituta cuſtodia [y] militari. Si quis [z] in obdurata nequitia permanebit, ad res eius, omnemque [a] ſubſtantiā exactor accedat, ſolutionis obſequio cum ſubſtantiæ proprietate ſuſcepto. [b] Quia facultate præbita [c] omnes ſo-

a *Neceſſitas.*] quæ eſſet propter feſtinam exactionem. Vel dic, quia quis poſſet ſe tueri, aliàs non, propter breuitatē temporis poterit ſe excuſare: quæ excuſatio coram Præfecto Auguſto fit, ut ſupra de offic. Præfect. Auguſt. l. 1.

b *Licentia.*] quia inflixerunt pœnam non ſoluentibus. Et nota ex hac l. quod ſacula præuiſa minus ferire ſolent. Accurſius.

c DE SVPERINdicto.

Differt à ſuperiori proxi tit. quia ibi propter fertilitatem, vel aliam publicam vtilitatem, vel neceſſitatem. hic quando aliqua prædia erant deſerta, ut in Authen. de col. § ſi vero aliquando. Ab hoc excuſatur eccleſia, vt ſupra de ſacroſ. eccle. placet. & ſilentiarij, & in ſacris militantes, vt infra de ſilen l. 1. & de præp. ſac. ſcri. l. 4. & inſ. de excu. mu. l. maximarum. & de cano. ſac. lar. ſi præceperit. Nos ſecundum P. dicimus ſuperindictum, quod propter fertilitatem indicitur, vel neceſſitatem publicam extraordinariè, non per luſtra, ibi per luſtra.

d NIhil. *Ad ſolas*] ideſt propter ſolas. Accur.

e *Ampliſſima*] i. præfecti.

f *Indictio.*] ad quod infra de excu. mu. l. placet.

g DE EXACTOribus tributorum.

Dixit, quæ tributa præſtanda ſunt, & à quibus, nunc qualiter, & per quos exigantur. Accur.

h DVcenarij.] ſic dicti, quia ducētos exigebant, vel quia ipſi tot erant numero, & ſic ſequentia expone. hi habent alia nomina, prout diuerſificatur offm̄, vt ĩ. de apo. pub. l. pen. & ĩ. de iure fiſ. l. prohibitum, & l. ſuper creandis, § publicani. vt ff vi bon. rap. l. 2. §. ſi publi. & opinatores. vt ĩ. eo. l. miſſi.

i *Debitoribus*] ſcilicet tributorum. ad quod ĩ. de iure fiſ. prohibitum. & ff de iur. fiſ l. aufertur, § pe.

k *Tabulario.*] ad cuius officium pertinet debitorum modum ingerere. & fideliter eorum nomina prouidere, vt inf. eo. l. miſſi & infra de nume. & actu l. 2. Et no. hic tributorum debitorem non debere cōueniri, antequam breues fiant à tabellione.

l *Concuſſione*] vt id ſolum exigant, quod debent, & non vltra aliqua occaſione, ut infra de lucris aduo. l. 2. libro 12 quod ſi fiat, præſes audiat eum, qui ſe læſum dicit à dictis officialib. vt eod. tit. l. 1. & imponet forte pœnam criminis concuſſionis, vel falſi, vt ff de concuſſ. l. 2. & facit inf. l. & prox. & ſup. de fur. l. etiam. Accur.

m NEmo.] tributarius, aliàs fiſci debitor.

n *Inſolentia.*] ideſt, duritia, ſecundum quoſdam, & facit ſup. de act. & obligat. l. negantes.

o *Pœnalium.*] id eſt, hominum pœna dignorum. nec ſit contra. ff de pœn. l. aut damnum, §. ſolent. vbi dicitur, quod ad cuſtodiendum, non puniendum eſt carcer.

p *Officialium.*] i. iudicum quaſi dicat nō priuatorum, qui debent, ſed officialiū in officio exigendi modum excedentium, vt ſubiicit, & etiam in quadruplū exactio, ut inf. de excuſ. mun. l. placet. & inf de cenſib. l. peræquatores.

q *Et cum denotatione.*] aliàs, condemnatione, & aliàs, cum denotatione. Item infra aliàs certiores, aliàs coerctiones. & eſt ſenſus, quia cum pœna iudicum eorum, ſcilicet officialium, qui ſcilicet officiales cōtra hāc l. admiſerant ponendo in carcerem tributarios, de officio quorum, ſcilicet officialium malè geſtorum, ſcilicet in vinculando, certiores eſſe debebunt, ſcilicet iudices eorū.

r *Legem.*] non ſoluendo tributa.

ſ *Præſidem.*] qui facit exigi, vt inf. eo. l. in fiſcalibus.

t *Solutores.*] ideſt, tributarij, ſic dicti, quia ſoluere debēt, & ibunt ſecuri: nam timentes officiales pœnam inferendam à ſuis iudicibus non incarcerabunt, & ad hoc ĩ. de offic. Rec. prou. l. oēs. & de ſport. l. 2.

u *Indulgentia.*] quia non incarcerabunt.

x *Abutatur.*] quia non ſoluat: quod tamen facile fit.

y *Cuſtodia.*] capitur ergo. vt argum. ff ad legem Iul. pec. ſacrileg. §. fina. quod eſt in debitore publico, vt infra l. proxim. ſpeciale, aliàs ſecus, ut not. C. qui bon. cede. poſ. l. 1.

z *Si quis.*] ſcilicet debitor.

a *Omnemq;*.] non ergo pro menſura debiti, & ſic eſt contra in authen. de exhiben. §. ſi uero Solu. ſpeciale in fiſco. Vel uerius hoc corrigitur, & facit infra de cap. & diſtra. pign. l. 1. & 2 Accur.

b *Suſcepto.*] ſuſcepit enim executor obſequium, ideſt officium tributarij: quia ſoluit ſibipſi de proprietate rerum debitoris, quæ venduntur, ut infra de ca. & diſtr. pign. l. 1.

c *Præbita.*] exactori.

1 † *Diſpendia.*
2 † *Da. 5. Cal. Septē. Apamiæ Iſidoro, & Sena. Coſs.*
* *ideſt indictionis augmento Frāce vocant Creuē Cōr.*
3 † *Ex eod. lo tit. 6. l. 1. C. h. T.*
4 † *titulis.*
5 † *Exim.*
6 † *nixa.*
7 † *exactionibus.*
8 † *Ad Ælianum Proconſulem Afri. Conſ.*
9 † *Ex eodem tit. 7. l. 1. C. Th.*
10 † *Dat. Cal. Nouē. Treb. Cōſ. A. 4 & Licinio 4. Coſs.*
11 † *Cōſ. A. 4 & Licin. 4. Coſs.*
12 † *Ex eo. tem. l. 2. C. Th.*
13 † *In vetuſtis exēp. quibuſdam noſtris legitur, carcer. pœna eſt hominum noxiorum. eſt & officialium, & cū denudatione (aliàs dānatione) eorum iudicū quorum de officio certiores eſſe debent, &c. Tu ſi libet, vide Pyrrhū hic. Carcer ad hominū cuſtodiam nō ad pœnam ē inductus.*

re credimus ,pniores ad ſoluéda ea, quæ ad noſtri vſum exercitus [a] pro communi ſalute poſcuntur. [1]†

Qui debitorem captum eximit, ad id, quod fiſco, & priuato debebatur, tenetur. Bartol.

Imp. Conſtantius. A. [2]†

LEX III.

QVoties quis & priuati debitor inuenitur, & fiſci: abreptus [b] ab vno officio teneatur [c] ad vniuerſi debiti ſolutionem, qui eum abſtulit, [d] coerceatur: [3]† ac totius ſummæ exactionem in ſe ſuſcipiat, qui eundem auellendum, ſubtrahendumque crediderit. [e] [4]†

Officiales tenentur ad ſoluendum tributa, ne ipſis ceſſantibus cæteri onerentur. Bartol.

Idem A. ad Euſtachium PP.

LEX IIII.

ACtores, cæteriq; [f] rei priuatæ noſtræ, ad ſolutionem ſpecierum [g] ſolēnium, debiti vigoris auctoritate cogantur: ne prouinciales rei priuatę noſtrę fatiget immanitas. [h] [5]† [6]†

Exactores debent remittere ad curiam in ſcriptis, quid exactum eſt, & quid non: vt ex eorum ſcriptura officium reddatur inſtructum. Bar.

Imppp. Theodoſius, Arcad. & Honorius AAA. Rufino PP.

LEX V.

APparitores [7]† quicunque in collationem auri pręcepti fuerint officij ſui adhibere ſeruitium, [i] titulorum debitum, [k] [8]† & collationũ ſummas, relationi ſuæ fide, & annotatione perſcribant: ſitque ex officialis [l] [9]† inſtructione officium [m] conſcium, quid exactum, quidve perlatum [n] [10]† eſſe videatur: ne longinqui itineris diuerſitate ſuſceptor [o] abductus, & curię ſuę deſit, & rei familiaris detrimenta ſuſtineat. [11]†

Ad petitionem exactorũ cogitur Preſes facere exactionem. Bar.

Impp. Arca. & Hon. AA. [12]†

LEX VI.

IN fiſcalibus debitis, hoc eſt annonarijs, cæteriſque titulis, [p] qui ad arcã eminentiſſimæ pertinent præfecturæ: necnon in ijs debitis, quę rõnale [q] vſurpat [r] officium, Rectores Prouinciarum conſtringantur: [s] & ad eos neceſſitas maneat [t] exigendi, à qb. expectat̃ authoritas. [13]†

Iidem AA. Hadria. PP.

LEX VII.

MIſſi opinatores, [u] [14]† i. exactores militaris annonæ [15]† cũ delegatorijs [x] iudicib. eorũq; officiis inſiſtãt, vt intra anni [y] metas id, qđ debet̃, accipiãt. nihil his ſit cũ poſſeſſore [z] cõe, cui [a] nõ militẽ, [b] ſed exactorẽ, [c] ſi ſit obnoxius, conuenit imminere. [d] Iudices [e] itaque, qui prouinciales paſſi fuerint opinatoribus delegari, [f]

a *Exercitus*]facit in authen. de mand. princ. §. neque autem in fi.

b QVoties. *Abreptus.*] i. captus, vel abreptus ab eo, qui eum ſubtraxerat cuſtodibus.

c *Teneatur.*]ſcilicet & cuſtodiatur, vt ſup. l. nemo. in ſecundo reſpon. Al.

d *Abſtulit.*] ſ. officio cuſtodiendi. Al

e *Crediderit.*] & ſubtraxerit, ſic ff. de rerum diui. l. ſi Sed videtur non delinquere, qui exigit à debitore publico, quod debet exigenti, vt ff. ad legem Iuliã pe. l peculatus Solu ibi non in fraudem fiſci, ſed pro ſuo commodo, licet tamen reddatur fiſco, vt ff de iure fiſci. l. deferre, §. ſi hic autem in fraudem fiſci. item ibi pecuniam, hic perſonam, vt fiſcus eum non inueniat. & facit ſupra de ad ſ. tol. l. 3. & in Auth. vt omnes obed iud. §. ſi igitur. Item no. hac l. minus habere fiſcum, quam priua. cum priuatus iuraret in litem, ut ff. ne quis eum, qui in ius l. ſi per alium, §. primo.

f ACtores, *Cateriq.*] Officiales ſubaudi Py.

g *Specierum.*]per fiſcum commodatarum.

h *Immanitas.*] aliàs immunitas, & aliàs immanitas, i. nimietas. nam ſi iſti officiales non ſoluerẽt, totum onus portarent prouinciales: quare in immenſũ fatigarentur. portatur enim leuius, qđ à plurib. portatur, vt argu. in Auth. de nat in cu. de. in principio. & facit infra de omni agro deſer. l. omnium. & infra de priui. do aug. l. ſecunda. & infra eod l. ſi Et ſic no. ʒ officiales cõmunis Bononiæ, vt ſoluant collectam, ſicut alii.

i APparitores. *Seruitium.*] ſcilicet vt ſeruiant ſuſceptori, accipiendo aurum à collatoribus, & portando ſuſceptori, quales erant ducennarij, vt ſupra eodem, l. prima.

k *Debitum.*]i. quando debeat collator, vel pro ſcrinio exigitur, vt infra de cano. lar. l. 1. & 2.

l *Ex officialis.*]i. apparitore prædicto. Accur.

m *Officium.*]ſ. ſuſceptorum Accur.

n *Perlatum.*]idest ſponte datum, ſed exactum per vim, vt ſupra eodem, l. 2. ad quod ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa, §. ſi rem.

o *Suſceptor.*]propriè, quaſi dicat ideo per apparitores facit exactionem, ne &c. Alij dicunt, ſuſceptor, ideſt apparitor, qui ideo debet ſcribere, quod accepit, ne, &c. & ſecundum hoc detrimenta, &c. quia de ſuo emendabit, de quo neſcit reddere rationem, & facit inf. de ſuſcep. l. frumenta. & inf de apo. pu. l. 1. & in Auth. de man. prin. §. coges. & de col. §. iubemus.

p IN *fiſcalibus Titulis.*] certa sũt diſpẽdia Principis, & aliqui ſoluunt ad vnam, alij ad aliam expenſam, ſeu arcã, & alię arcæ erant apud Pręfectũ, & alię apud procuratorem Cæſaris, ad quod infra de cano. largitio. per totum. & illas hic vocat titulos.

q *Rationale*] i. procurator Cæſaris, ut ſupra de mo. mulct. l. 2.

r *Vſurpat.*] i. vtẽdo retinet. Et ſic no. quod hic ponitur in bona parte vſurpare, vt infra de agr. & cen. l. quemadmodum. cir. fin. & ſup. de mo. mu. l. 2.

ſ *Conſtringantur.*] exigere, ut infra de cano. lar. l. 2.

t *Maneat.*] i. detineat, & facit infra de col. fund. patro. l. fi.

u MIſſi *opinatores.*] multa nomina habet exactor, ut not. ſupra l. prima.

x *Cum delegatorijs.*] ſ. literis, & ſic iudicibus eſt datiuus, vel dic, quod ſit ablatiuus: quia Præfectus deleg t, ideſt mittit Præſidibus, ut no. ſupra titu. 2. l. 2. & in rub. illius tituli.

y *Anni.*] anno enim durabat officiũ exactoris, ut in aut. de col. §. iubemus nullam. & infra de ſuſcep. l. neminem. & infra de execu & exactori. l. 3. infra quod tempus fieri debebat exactio, vt hic, & ſupra de anno. & tribut. l. obſiſtere.

z *Poſſeſſore.*] ideſt tributario, qui pro poſſeſſionibus tributa debet dare & dic, commune, nec in exigendo, vt ſubijcit, nec commercium cum prouincialibus facit, ut infra de ero. mil anno l. opinatoribus.

a *Cui*]ſcilicet poſſeſſori.

b *Militem.*]i. opinatorem, qui in hac militia militat.

c *Exactorem.*] ideſt. Rectorem Prouinciæ, ad cuius officium pertinet tributa exigere, ut ſupra lege proxima.

d *Imminere*]ideſt ut ſoluat compellere R. ad quod infra de cano larg. l. 2.

e *Iudices.*]ideſt Præſides Prouinciarum:

f *Delegari.*]ideſt ab ipſis opinatoribus exigi, vel compelli ſoluere.

1† *Da. Calend. Febr. Conſt. A. 2. & Cõſt. C. Coſs.*

2† *Nemeſiano Com. S L. Ex eo. ti. l. 1. C. T.*

3† *Coerceatur.*

4† *Dat. 4. Id. May. Nic. ibi. Amantio, & Alb. Coss. Ex eo titu 14. C. Th.*

5† *Immanitas.*

6† *Dat 8. Id. Mar. P. P. Romæ Limenio, et Catullino, Coss.*

7† *Ex eod. ro. l. 14. C. Th.*

8† *Debita.*

9† *Officialibus. alias officialis.*

10† *Prolatum.*

r Vſurpare quãdoque in bonam partem, quandoque in malam capitur, ut l. clem. 1. de dec. vbi g do. Card.

11† *Dat. Prid. Id. Apr. C. P. Theo. A. 4. & Hab. Coss.*

12† *Theodoro PP.*

13† *Da. 8. Calen. Iu. Mod Hon. A. 4. & Eutych. Coss. Ex eo. tit. l. 16. C. Th.*

14† *Opinatores Forrb.*

15† *In impreſſione Haloandri legitur Miſſi Optiones cũ delegatorijs iudi.*

Quanti-

a *Quantitatis.*] quam opinatores à prouincialibus exegerunt.
b *Officio.*] i. cuiuſlibet officialis ſit. Accur.
c *Exigendos.*] id eſt quos ipſi debent exigere: vel exigendos, ſcilicet tributarios.
d *Militibus.*] i. opinatoribus.
e *Curiales.*] i. Praeſides curiae, ad quod in ſ. eo titu. 1. l. prima, in princ.
f *Manebit.*] id eſt tenebit.
g *Cum.*] reddit rationem, quare puniuntur praedicti.
h *Iudicem.*] i. Praeſidem loci.
i *Inquirere.*] cognoſcendo quid, & quantum debet, & ſuper hoc iudicare.
K *Nomina.*] redigendo inſcriptis, vt poſſit dare ducenarijs, vt ſupra. l. 1.
l *Conſuetudine.*] & not. hic pro conſuetudine.
m *Conuictis.*] ſ. legitimè, non per carcerẽ, vel ſimili modo, vt ſup. l. nemo.
n *Perceptis.*] per opinatores, qui accipiũt à iudicibus, qui exigũt cum ſuis officijs, vt in princi. huius l. Accurſius.
o *Anno.*] intra quẽ debet ſolui, vt no. in prin. huius legis.
p *Numeros.*] ſcilicet militum, ſi forte de militibus erat opinator. Vel dic, quod numerus opinatorũ erat in quaterno aliquo, qui ad diuerſas Prouincias mittebantur, vt faciunt Templarij.
q *Qui.*] ſcilicet opinatores.
r *Iudices*] dicunt quidam: iudices, qui miſerunt opinatores, ſoluunt de ſuo, & ſecundum hoc dic, pro tractis, id eſt venire diſtulerint, & dic obnoxios, ſcilicet opinatores. Vel dic iudices, id eſt Praeſides, & protracti, ſcilicet opinatores, & ſi propriè, & obnoxios, ſcilicet tributarios.
ſ *Militibus.*] pro ſtipendijs, ſecundum primum modum: vel militibus, id eſt opinatoribus ſecundum alium.
t *Quod debetur.*] ſcilicet pro annona, vel tributo annonario.
u *Seruata.*] actione neg. geſt. vt ff. de neg. geſt. l. ex facto. §. ſi vel condictione ex hac l. Accur.
x *Detentis*] id eſt ſi ex his, quae exegit, & militibus dare debuit, apud ſe retinuit, & ſecundum hoc dic, opinatoribus, id eſt ab opinatoribus: & quod dicit, miles, id eſt opinator pro militibus. Vel dic, quod iudex aliqua retinuit, quae non dedit opinatori, quae in duplum dabit, vt mediam miles, id eſt opinator pro ſuo officio, & aliam fiſcus ſecundum hos intellectus habeant non obſt. infra de cen. l. peraequatores, vbi à prouincialibus indebitè fuit acceptum, & ita in quadruplum punitur. Alij dicunt, quòd ibi per vim, vt infra de exeu mu. l. placet, & ſecundum eos tacit infra tit. 1. l. 1.
y *Iudicibus.*] ſ. Prouinciae. Accur.
z *Dignitatis.*] ſcilicet ſit tributarius; ad quod ſupra. ſ. de dec. con. l. 1. & vbi ſena. l. 1. Et notant quidã hic, quod officialis non dicit ius ſua auctoritate, ſed praeſidis iuſſu. ſic, & dic, authoritatem, ſ. capiendo perſonam, vt ſupra l. nemo, & in rebus, vt ſubijcit, & dicitur in eadem, l. nemo. & dic actores, &c. i. officiales praeſidis.

eiuſdem quãtitatis[a] duplex pęna retinebit; & apparitores ex quolibet officio[b] ſententiam deportationis excipient, ſi per ſemet exigendos[c] voluerint delegare militibus, [d] & curiales[e] temporale manebit[f] exilium, ſi eos, quos ſolemniter exigere conſueuerunt, opinatoribus putauerint eſſe credendos, 1 † cum[g] iudicem[h] oporteat inquirere[i] debitores, tabularios fideliter ſuidere 2 † noia[k] debitorũ, 3 † apparitores, ſiue curiales, cõſuetudine[l] ſeruata regionum, cõuictis[m] debitoribus imminere, vt perceptis[n] congruis emolumentis, opinatores impleto anno, [o] ad proprios numeros[p] valeant remeare, qui[q] ſi vltra annũ protracti fuerint, iudices, [r] eorumque officia abſq; vlla mora de proprio cogañt exoluere militibus, [ſ] quod debetur, [t] ipſis aduerſus obnoxios repetitione ſeruata.[u] Quòd ſi ad nos aliqua de retentis[x] opinatorib. 4 † querela peruenerit, in duplum ab his protinus exigetur, vt partem debitam miles, reliquam fiſcus accipiat. Iudicibus[y] quoque, eorumq; officijs eatenus ſubuenimus, vt in contumaces debitores cuiuſlibet dignitatis[z] auctoritatẽ ſuã exerceant. 5 † at ſi impudenter ſolutio differatur: actores, procuratores, eorumque praedia perſequãtur, de eorum quoque nominibus[a] ad noſtram ſcientiã relaturi. 6 †

Si domus imperialis, vel eccleſia res tributarias licitè emerit, & tributa non ſoluerit, ea res ei auferetur, & ciuitati aſſignabitur, vt integra tributa ſoluantur. Bartolus.

Impp. Theodoſius, & Valent. AA.

LEX VIII.

SI diuina domus, [b] aut quęlibet alia 7 † cuiuſcunque dignitatis, atque fortunae re vera fundos extra metrocomias[c] * non patrocinij[d] gratia, ſed emptionis[e] iure, vel quolibet alio legitimo titulo poſſederint, & non impoſitas Reipub. functiones agnouerint, quẽadmodum prior dominus[f] dependebat, omnibus modis poſſeſſiones[g] eorum publico vindicentur, & curiae eiuſdẽ ciuitatis, ſub qua vincti[h] 8 † ſunt aſſignentur: [i] 9 † vt publicis commoditatib. circa tributarias functiones vndique noſtra prouiſione[k] videatur eſſe conſultum. 10 † Deeſt hic conſtitutio Graeca Anaſtaſij Imp. ad Anthemium PP. Dat. 12. Calend. Auguſti. C. P. V. C. Cos. repetenda, ex praetermiſſis.

a *Nominibus.*] qui non ſunt ſoluere. Accurſius.
b *Si diuina domus.*] id eſt noſtra, vel Auguſtae, ſecundum Bul. & Py ſic ponitur, ſupra de quadri praeſcrip. l. fin. & vbi cauſae hic. vel dicui do in rub. Vel dic, diuina domus, vt pro eccleſia ponatur, vt not. infra ead. l. in fi. & facit inf. de mun. pat. l. euidenter. & ſupra de iudic. l. prima.
c *Metrocomias*] metros menſura, comos villa, deinde metrocomia, id eſt villa menſurata, quae dabatur metroicis, vt ſup. de iure fiſ. l. certa in qua villa, nec his domib. nec alijs licet emere, vt infra nõ licere ha. me l. 1.
d *Patrocinij.*] praeſtandi tributario infraudem publicarum functionum: quo caſu non licet ei tenere ꝑdia ob cauſam patrocinij data, ſed confiſcantur, vt infra. vt nemo aſſeu. patro. l. prima & ſic non praeſtaret tributa, cum non habeat rem. Accurſius.
e *Emptionis.*] ſcilicet.
f *Dominus.*] ſunt enim publicae functiones. i. tributa, & annonae onera rerum, & ideo cum rebus ambulatoria, vt ff. de pub. l. Imperatores, & infra de fun. pa. l. vniuerſi. & inf. de prae & omni reb nauicu. l. 2. & ff. de cen. l. forma, ſicut ſeruitutes, vt ff. de ſeruitu. ruſtico. praedior. l. viam. §. pen. & fi.
g *Poſſeſſiones.*] pro quibus tributa erant ſoluenda.
h *Vinctis*] alias viciſſim, alias iuncti. alias vicini.
i *Aſſignentur*] contra. ſupra de ſacroſan. eccle. l. placet, ibi, nulla tranſlationum, &c. Solut. ſecundum quoſdam, ibi de praedijs dedicatis euchariſtiae, hic de alijs praedijs collatis eccleſiae, ad quod infra de fund. rei priua. l. vniuerſi. ſed ibi non dicit praedia auferri. Tu dic, quod hic non dicit, fieri tranſlationem in alium, licet aſſignentur ciuitati quaſi ad pignus. Vel verius, vt dixi, hic diuina domus, non pro domo eccleſiae, ſed pro ipſa eccleſia ponitur.
K *Prouiſione.*] alias prouiſione, & alias praemiſſione, & dic, ſcilicet, quae eſt in hac l.

1 † Tradendos.
2 † Procedere.
3 † Dominorum &c.
4 † Ab opinatoribus.
5 † Exerceant.
6 † Da. ſ. Idus Iul. Med. Vincentino, & Frauito Coſs.
7 † Alias, aut quaelibet cuiuſcumq; &c
* Metrocomias dicit Alcia. pagos eſſe maiores, in l. 2. vnica. C. non lice. hab. med. lib. 11.
8 † Vincti.
9 † Aſſignentur.
10 † Dat. Cal. Septẽ. Ambiente, A. 9. Coſ.

a DE SVPEREXACTORIBVS.

Vltra quàm debetur, ne iſte titulus, vel ſuperior de ſuperindicto ſit ſuperfluus.

TITVLVS XX.

De ſuperexactoribus. [a] 1 †

Qui plus exigit, in duplum exigitur, & propter conſuetudinē capitaliter punitur. Bart.

Impp. Arcad. & Ho. AA. 2 †

LEX VNICA.

QVicquid 3 † vltra debitū fuerit elicitū à curialib. [b] vel cohortalib. vel alijs exactoribus, in duplum [c] eruatur: quod prouincialibus reſtitui protinus oportebit. Si quis autē exactorū in ſuperexactionis crimine fuerit confutatus, [d] capitali periculo cupiditas eius amouenda, atq; prohibenda eſt, ſi in ijſdem ſceleribus perſeueret. [e] 4 †

TITVLVS XXI.

De capiendis, & diſtrahendis pignorib. 5 † tributorum cauſa.

Imp. Conſtan. A. ad Afros.

LEX PRIMA.

REs eorum, qui fiſcalibus debitis per cōtumaciā ſatisfacere differunt, diſtrahantur, [f] comparatoribus data perpetua firmitate poſſidendi. [g] Dat. 15. Calen. Iun. Serdicæ Conſtantino Cæſ. V. & Maximo Coſs.

Idem. A. 6 †

LEX II.

SAtis [h] ſit 7 † debitorem annorum ad ſoluendi neceſſitatem captione pignorum conueniri. 8 †

b QVicquid à curialibus.] actiuè.

c In duplum] imò in quadruplum, vt infra de excu. mu. l. placet. & de cenſi. l. per æquatores, quæ ſunt contra. Solu. illa de rigore, hæc de æquitate, vel hæc ſm illas, vt hoc duplum aliud ſit, quod præſtatur prouincialibus aliud, quod fiſco, vt ſupra de aſſer. tol. l. tertia. Py vel verius, refert pro vim, vt ibi, an non, vt hic, & ff. de pu. l. licitatio. §. quod illicite, & ſupra de inf. l. ſecunda. vel hic habebat mandatum de exigēdo, & ideo in duplū punitur: ibi ſua auctoritate, & ideo in quadruplum.

d Confutatus.] i. conuictus, & ſic ciuilis nō tollit criminalē, vt & ſupra quan. ciui. act. præ. cri. l. vna.

e Perſeueret. 1] ſæpius faciendo, ad quod ff. de pœn. l. capitalium. §. ſolent, & §. graſſatores, & ſup. de epiſco. audien. l. tertia. in fin. aliàs, ſi ſemel, tunc extraord. vt l. licitatio. §. quod illicitè, ff. de publi.

DE CAPIENDIS, & diſtrahendis pignorib. tributorum cauſa.

f REs eorum Diſtrahantur] poſt duos menſes à die captionis, vt ff. de re iudic. l. debitoribus. Al. itē ſeruatis ſolemnitatibus, quas dixi ſup. de fide inſtrumē. & iur. ha. fiſ. l. prima.

g Poſſidendi.] etiam ſi res fuerit minoris, vt ſupra de iu. ha. fiſ. l. quæcumque, in fi. & facit infra de debit. ciui. l. fin. in fin. Accurſius.

h SAtis.] q. d. non incarceretur, ſed tamen bene capitur per perſonam, vt ſup. tit. 2. l. 2. item & vendentur pignora, vt ſupra l. proxi.

1 † In vetuſtis quibuſdam de ſuperexactionibus.

2 † Appellodoro, Procon. Afr.

3 † Ex lib. 11. tit. 8. l. 2. C. Th.

4 † D. Pri. Id. Mart. Stilicone, & Aurel. Coſs.

1 Cōcor. de pœ. diſ. 5. c. 1. poſt princ. ibi cōſideret, quantū perſeuerauerit, cū gl. ſuper verbo, perſeuerauerit.

5 † Officijs.

6 † Impp. Conſtāt. et Conſtanti. AA. Bibulenio. Abas Impp. Conſtan. et Conſtanti AA. Reſtituto pſi de Sardinia.

7 † Ex lib. 11. titu. 7. C. Th.

i DE APOCHIS PVBLICIS, &c.

Apocha ſoluenti datur, antapocha ſuſcipienti, vt ſupra de fide inſtrumentorum, l. plures, & ſupra qui potiores in pignore habeantur, lege penultima. Et nota, quod alias eſt, curialium, alias, curialibus, & expones, lege prima. item alias eſt, diſtributionibus ciuilibus, aliàs, deeſt.

TITVLVS XXII.

De apochis publicis, [i] & de deſcriptionibus curialib. & de diſtributionib. ciuilib. 9 †

Aeſtimum non ante ſumit effectum, quàm Præſidibus intimetur, & per eos recipiatur. Itē ſuſceptores, ſeu theſaurarij debent de ſuſcepto facere cautionem ſolemnem, & exactores prouinciales debēt ſingulis quatuor menſibus rationem ſuæ exactionis tranſmittere, & quod ex cauſa lucratiua acceperint, ſcribere. Bart.

Impp. Honor. & Theo. AA. Anthemio P P.

LEX PRIMA.

AD inferiorū [k] 10 curialium releuādas fortunas & impreſſionē potentium, & itidem curialium [l] cohibendam placuit, vt deſcriptiones [m] (ſi quæ per ſingulos ordines cogentibus diuerſis negotijs agitentur,) non ſumant ante principium, quam apud acta Prouinciarum Rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ ſententijs. Sed & aurum, quod ex huiuſmodi contributione [n] redigitur, ita debet ſuſceptori aurario [o] conſignari, vt ſecuritatibus [p] nomē inferentis, [q] dies, Conſul, menſis, cauſa, & ſumma

k AD inferiorum.] qui tributa accipiunt, & inferunt maioribus, qui maiores accepiſſe, negant, & ſic forma, ideſt ſubſtantia inferiorum grauatur in duplo, vt ſupra de exact. tribu. l. miſſi.

l Curialium.] potentes, & curiales pro eodē ponit, & eſt aliàs, idem, aliàs, eorundē. Accurſius.

m Deſcriptiones.] ſ bonorum, quæ vocant æſtimi, quas faciunt Principes, cogentib. diuerſis negotijs: vnde illud, Exijt edictū à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & ſecundū hoc, quod ſubijcit, per ſingulos ordines dic. i. per homines magnos, & paruos omnes enim debent ſoluere, vt ſupra de ann. & tributo. l. in fraudem, & pro hoc eſt in Auth. de coll. circa princip. & quod ſtatim hic ſubijcit. Alij dicunt, deſcriptiones ideſt ſcripturę, quæ ſunt de ſolutionibus, quæ fiunt de manu in manum, & hoc dicit per ſingulos ordines, quæ vocantur apochæ. quæ debēt inſinuari apud Præſidem, aliàs non valerent, vt donatio vltra legitimam ſummam vt ſupra de donationibus, l. ſancimus.

n Contributione.] i. tributorum ſolutione.

o Aurario] qui & ipſe eſt curialis, ſeu officialis de maioribus & ad hoc reſpicit, principium huius legis.

p Securitatibus.] ideſt apochis, quæ ad ſecuritatem ſoluentium, fiunt, ad quod infra de coll. fun. patrim. l. placuit.

q Inferentis.] i. ſoluentis curialis, vel, ideſt etiam tributarij, qui ſoluit curiali, ad quod infra de ſuſ. l. ſuſceptores præſentibus. Item ad hoc, quod dicit, de die, facit, ff. de accuſat. l. libellorum. Item ad cauſam facit, ff. de excep. do. l. ſecunda. §. primo. & de tran. l. cum hi. §. in cauſa, & ſupra man. per diuerſas, debet enim inſeri indictio, & nomen Imperatoris, vt in Authen. vt præpo. no. Impe. col. 5. Item ſubſcribit notarius: licet eius ſubſcriptio ſola

8 † D. 8. Id. Decē. Theſſ. Conſtan. 3 A. Coſs.

9 † In Codi. Tbe. additur, & de quadrimenſtruis, breuibus, libro 11. tit. 25.

10 † Ex li. 10. tit. 1. l. 137. C. Th.

ſola non ſufficiat, vt ſupra, de conueni. ſi. debi. l. 2.

a *Quo*] pro ut, vel quo ſcilicet facto. & quod ſubijcit, deſcriptionis, id eſt qualiter, & quæ fuit impoſita collecta, ſeu deſcriptio, ſecundum primam. Accurſius.

b *Deſcriptio*.] aliàs deſcriptus, ſcilicet tributarius, vel curialis inferior: aliàs deſcriptio, aliàs deſcriptis. Et ſic no. non ſufficere teſtes, vt ff. de probationibus, l. cenſus. & ſic duæ ſcripturæ ad minus ſunt neceſſariæ, vna de impoſitione, vt hic, & in Authen. de col. § pro fiſcalibus. alia de ſolutione, quæ fit ſuſceptori à curiali, vt hic, & infra, de col. fund. patrimo. l. placuit, & in Authent. de manda. Princip. § . coges. fit & tertia, quam facit curialis minor cum recipit. vt ſupra, de exacto. tributo. l. apparitores.

c *Fulciatur*.] ſcilicet æquitas deſcriptionis. Accur.

d *In quadrimeſtribus*. mos erat, vt hoc his expenſarum notitia quaternis, ſiue quatuor menſibus comprehenſa ad ſcrinia publica dirigeretur per Palatinos, ſcilicet ſuſceptores annarios, vel alios, vt totius erroris demerſa caligine, publici ratiocinij poſſet claritas apparere, vt ſupra, de offi. Com. ſacra. larg. l. prima. & facit infra titulo primo, l. penultima, in fine. erant & alij quadrimeſtres breues, qui in ſcrinio laterculi mittebãtur à magiſtro officiorũ, vt ſupra, de off. Mag. offi. l. 1. & ſi.

e *Celebrata*.] id eſt ſolenniter impoſitæ, & exactæ, & ſuſceptori aſſignatæ.

f *Diſpunctio*.] aliàs diſpoſitio, aliàs diſpunctio, ideſt datorum, & acceptorum collatio, vt ff. de verb. ſign. l cognoſcere, in princ.

g *Vt omnes*.] ſ. officiales.

h *Inopum*.] nam videbis quantum cuilibet impoſitum ſit, & ab eo exactum, & an ſuſceptor habuerit totum exactum. Accurſius.

i *Quod*.] ſcilicet, vt deſcribatur breuibus, puta ſi curialis donabat bona ſua alicui: nam quarta dabatur curiæ, vt infra, de imponenda lucra. deſcript. l. vnica. & infra quando, & quib. quarta pars debetur, l 2. niſi eccleſiæ donaret, vt ſupra, de ſacroſan. eccl. l. penult. hoc quidem lucrum curiæ obueniſſe ponetur in breuibus expenſarum, & introituum.

k *Inopes*] non ad proxima, ſed ad ſuperius dictum refertur, vel dic, ad proxima: quia ſi talia lucra celarentur, poſſet abſcondi, quod potentiores deberent ſoluere: & ſic ſoli minores grauarentur. Et no. æqualiter pauperes, & diuites ſecundum quantitatem patrimonij pati collectas, non ſecundum munus perſonarum, ad quod ſupra ead. l. & infra, de cenſi. l. prima, & ſupra, de exacto. tri. l. actores.

l *Simili*.] aliàs ſimili, aliàs ſimillimè.

1† Quadrimenſtruus. 2† Ab. 3† Officium. 4† Rectè ſic: nec legendũ eſt, diſpoſitio. 5† Scientiam.

comprehendantur: quò [a] & deſcriptionis æquitas illuſtretur, & deſcriptio [b] documentis euidentibus fulciatur. [c] hoc etiam obſeruando, vt in quadrimeſtribus [d] 1 † quoque breuibus, qui ad 2 † Excellentiæ tuæ officium 3 † ſolenniter diriguntur, celebratæ [e] deſcriptionis diſpunctio [f] 4 † ſocietur: vt omnes [g] veſtræ poteſtatis ſcientiam 5 † formidantes, nihil ad releuationem locupletum, atque inopum [h] perniciẽ audeant pertentare. Quòd [i] & tunc optimum eſt cuſtodiri, cum lucratiuæ facultates ex bonis curialium curiæ obuenerint: vt & inopes, [k] & locupletes fructu prouiſionis ſimili [l] potiantur. Quam diſpoſitionem [m] ſi quis iudicum numerariorum, [n] vel curialiũ mutilandam [o] eſſe crediderit, interminationi, quam noſtra [p] ſedes ſtatuerit, ſubiacebit. 6 †

6† Dat. 7. Kalen. Septemb. Varana. C.P. Coſs.

Qui habet inſtrumentum ſolutionis, ſeu ſecuritatis ſolenniter factum, non debet amplius moleſtari. Bart.

Impp. Theod. & Valent. AA. 7†

7† Celeri percurſ.

LEX II.

SEmel ſecuritatem de refuſione [q] munerũ emiſſam, [r] ab alio iudice 8† non liceat refricari. [ſ] & ideo ſpectabilitas tua ſaluberrimæ, ac iuſtiſſimæ præceptionis [t] formam ſecuta, prohibebit in poſterum eos ad diſcuſſionem tranſacti muneris conſtringi, quos claruit accepta ſecuritatis proſperitate lætari. [u] 9 †

8† Propenſo.

9† Dat. 5. Kalē. Mar. Rom. poſt conſul. Felic. & Tauri VV. CC.

Qui oſtendit, ſe tribus proximis annis ſoluiſſe, retro ſoluiſſe præſumitur, niſi contrarium probetur. Bartolus.

Imp. Martian. A. Conſtantino PP.

LEX III.

QVicumque de prouincialibus, [x] & collatoribus, decurſo poſt hac [y] quantolibet annorum numero, cũ probatio aliqua ab eo [z] tributariæ ſolutionis expoſcitur, ſi trium cohærentium ſibi [a] annorum [b] * apochas, ſecuritateſque protulerit, ſuperiorum [c] temporum apochas non cogatur oſtendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coerceatur: niſi fortè aut curialis, aut quicumque apparitor, vel optio, [d] vel actuarius, [e] vel quilibet publici debiti exactor, ſiue cõpulſor poſſeſſorum, vel collatorũ habuerit cautionem, [f] aut id, quod repoſcit, 10 † deberi ſibi manifeſta geſtorum [g] aſſertione patefecerit. 11 †

* Concord. c. 3. cum gl. ſup verbo, vltimo, extra, de conſ. poſſ. & proprie, vbi dicit, quod vltima tempora præſcriptionis ſpectanda ſunt.

10† Diſpoſitis.

11† Dat. 13 Kalen. Aug. Varane, & Io. Coſs.

m *Diſpoſitionem*.] ſupradictam.

n *Numerariorum*.] qui hodie tabularij dicuntur, vt infra, de muner l. 1.

o *Mutilandam*.] ideſt non obſeruãdam diſpoſitionem ſupra dictam.

p *Noſtra*.] ſi habes veſtra, præfecto loquitur.

q SEmel de refuſione] à refundo, dis, ſecundum P.

r *Emiſſam*.] ab his, qui faciendi hoc ius habent, non alio, vt infra, de ſolut. deb. ciu. l. prima, & ſup. de quadr. præſcript. l. ſecunda, §. fin. & ſolenniter, vt ſupra l. proxima. & facit ff. de pœnis, l. diui fratres, & C. ſententiam reſcindi non poſſe, l. prima. & J. de ſuſceptor. l. ſecuritates.

ſ *Refricari*.] niſi fuerit gratioſa. ſupra, de tranſactionib. l. præſes. & not. ſupra, de an. & tri. l. 3.

t *Præceptionis*.] huius legis.

u *Lætari*.] ſic, & qui fuit tutor, à cura excuſatur, vt ſupra, de excuſatio. tutorum, l. curator. P. item hoc, niſi alij non ſint idonei ad dicta munera, vt ff. de muneribus & honoribus, §. finali. ſed ibi, in perſonali, & idem in patrimoniali, vt ſupra nota de ſuperindicto. Item facit J. l. fin.

x QVicumque de prouincialibus. ſit ſubaudi.

y *Poſt hac*.] ideſt poſt hanc legem.

z *Ab eo*.] paſſiuè.

a *Sibi*.] ſ. præſenti conuentioni, ſecundum M.

b *Annorum*.] ſ. proximorum R.

c *Superiorum*.] præſumptio. de præterito ad plus præteritum, vel de præſenti ad præteritum, habes ſ. de adult. l. ſi quis. Item q præſumatur ſolutio eſt ſic. ff. de probat. l. ſi chirographum.

d *Optio*.] maſculinè, quia optatum percipit.

e *Actuarius*] aliàs aſtuarius, quia cum aſtu, & calliditate, & inſtantia extorquet P. aliàs actuarius: quia aliquid in exigendis tributis agit. ſunt enim hæc nomina exactorum.

f *Cautionem*.] qua promiſit tributa præteriti anni, vel qua confeſſus eſt ſe ea debere, quæ antapocha dicitur, vel quia tantum præteritorum dicit hunc recepiſſe. Accurſius.

g *Geſtorum*.] ideſt probatione teſtium coram geſtis, ideſt in actis receptorum, quod præteritorum annorum nomine debeatur.

Imp. Iuſtinianus A.[1] †

LEX IIII.

Securitatibus, quæ publicarum functionum gratia, ſiue inſolidum, ſiue ex parte ſolutę eſſe conſcribuntur, [a] nullam exceptionem non numeratę pecunię penitus opponi concedimus. [2] †

TITVLVS XXIII.

De canone [3] † largitionalium titulorum. [b]

Quod particulares exactores exigunt, debet dari theſaurario, qui eſt in illa prouincia, vt totum ſimul deuoluatur ad fiſcum. Bar.

Imppp. Gratian. Valentinian. & Theod. AAA. [4] †

LEX PRIMA.

Omnem ſummam [c] auri, vel argenti, & reliquarū ſpecierum, quæ ſacris largitionibus [d] ex more [e] penduntur, ſtatim vt exactio fuerit celebrata, ad theſaurarios vnius cuiuſque prouinciæ, [f] vel ad proximos [g] referri [5] † ſub obſignatione [6] † tabularij, [h] cæterorumque, quos ſolicitos [i] eſſe debere præcedentia iuſſa decreuerunt, & theſaurorum prępoſitis conſignari [k] præcipimus: vt exinde [l] ad ſacrū comitatū [m] integer omnium titulorum numerus [n] dirigatur. [7] †

Suſceptoribus ad prouinciam miſſis, non debet permitti, vt per ſeipſos exigāt: ſed iudices ordinarij exigere debent: quod ſi permiſerint, punientur. Bart.

Impp. Honorius, & Theodoſius AA. [8] †

LEX II.

Neque [9] † ſacrarum, vel priuatarū [o] largitionum Palatina officia [p] ex quacumque cauſa, [q] vel ex quocūque titulo fiſcalis debiti, cū ad prouinciam mittūtur, poſſeſſores per ſe audeant cōuenire, [r] ſiue id ex præterito reliquū trahatur, ſiue pręſentis tēporis tributa [s] [10] † ſolui conueniat: ſed Rectores prouinciarum frequēter adeūdo cōmoneāt, [t] eorumq; [u] officijs [x] incumbant. [y] Quòd ſi Rector prouinciæ imminentē ſibi memoratorū declinare moleſtiam quæret, vel qualibet alia rōne, Palatinis iiſdem [z] propria auctoritate publicæ exactionis permiſerit curam: tam ipſe, quàm officium [a] eius vicena auri pondo fiſco dependant. [b] [11] †

Notarij cameræ non grauantur ad munera, quæ per ſonæ laborem iniūgunt: & qui eos grauauerint, punientur: & per officium iudicis ſuperioris defendentur. Bar.

Imperator Leo A. [12] †

LEX III.

Præcepit noſtra Serenitas neq; veloci curſui, [c] neque alij, præter inueteratam [13] † conſuetudinem grauamini ſubiacere chartularios, qui de [d] cohortalib officijs vniuſcuiuſque prouinciæ largitionales [e] titulos retractare [f] conſtituuntur: cùm idem [14] † etiā ampliſſima [15] † præfectura diſpoſuiſſe perhibeatur: vt his neceſsitatib. liberati, fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quòd ſi aliquo tempore noſtra iuſſio [g] temerario auſu ex aliqua fuerit parte violata, [h] tam Rector prouincię, quàm apparitor [16] † eius 30. libras auri condemnatione plectentur. ¶ Inſuper virum ſpectabilē Comitem Orientis, eiuſque officiū, licentiam habere conatus [i] nefarios inhibendi tam moderatorum, q̄ cohortalis officij, cū de hac re admoniti fuerint a Palatinis eandē pœnam formidantibus, ſi non omnibus modis pietatis noſtræ decreta congruum mereantur effectum.

Electio, & defenſio ſuſceptoris ſpectant ad Proconſulem, & Præfectum, non tamen ad Præſidem. Bart.

---

1 † Menſa.

a *Securitatibus. Conſcribuntur.*] à procuratore fiſci, vel alio, qui habet ius exigendi. Et no. hac l. caſum, quo non opponitur exceptio non num pecu. licet non ſit numerata. & caſus alios habes ſupra, de num. pec l. in contractibus, §. ſed quoniam. & dic, vt ibi. Item facit ſ. eod. l. ſemel. & de quadr. præſcrip. l. 2. §. un. & infra, de ſuſcep. l. ſecuritates.

2 † D Kal. Iul. C. P. Iuſtin. A. II. Conſ.

3 † Cantione largitionum tributorum.

b DE CANONE largitionalium titulorum.

Largitionalium, id eſt de regulari præſtatione. Largitiones enim ea dicuntur, quæ prouinciales fiſco largiuntur, & dependunt. & dicuntur tit. quia ſpecialibus titulis, id eſt literis, breuibuſq; chartis leguntur, vt ſupra. de conſ. ſi debi. l. ſi. & ſupra, de an. & tri. l. 4.

4 † Iuliano

c *Omnem ſummam.*] id eſt tributum, quod pro auro, & argento præſtatur, quod dic, vt infra, de argen. precio, quod theſ. infertur, l 1. Vel dic, ſummam auri, quæ pro tributo præſtatur, & pro reliquis ſpeciebus, vt quadrageſimas, vel quinquageſimas, vt infra, de ſuſcep. l modios

d *Sacris largitionibus.* ablatiuè, vel datiuè.

e *Ex more.*] ſ. illius legis, modios.

5 † Deferri.

6 † Aſsignatione.

f *Prouinciæ.*] ſi vnus tantum ibi ſit theſaurus, alias ad proxi. vt ſubijcit. Vel dic, ſi prouincia ſua nō habet, tunc ad proximos, vt ſup. de ann. & tri. l. pro locis. & facit infra, de ſuſcep. l. diu. & facit ſ. de au. pu. per l. 1. & ſup. de offi. Com. ſacrar. largit. l. 1. Accur.

7 † D Kal. Aug. Merobaude ij. & Saturnino Coſſ.

g *Ad proximos.*] id eſt proximæ prouinciæ, ſi ille de illa prouincia deceſſit.

8 † Antiocho PP.

9 † Ex lib. 11. tit. 9. l. 87. C. Th.

h *Tabularij.*] qui ſunt cum ſuſceptore, vt ſ. de ſuſcept. l. alnos. & de numc. & actu. l. in prouincijs.

i *Solicitos.*] ſcilicet Præſides, & opinatores, & alios, vt ſup. de exact. tri. l. miſſi.

k *Conſignari.*] ſecundum ſolennitatem, quam habes ſup. de apoch. pub. l. 2.

l *Exinde.*] i. his ſecutis, quæ dicta ſunt.

m *Comitatum.*] i. ad Comitem rerum priuatarum.

n *Numerus.*] i. omnis exactio per titulos, i. breues facta, vt in rubr. no.

10 † Tributo.

o *Neque ſacrarum, vel priuatarum.*] pro eiſdē. vel dic, ſacrarum, i. fiſcalium, vel priuatarum, ſ. ſui patrimonij. & dic, neque hęc officia, i. nedum alij, qui mandatum non habent.

11 † D. 7. Id. Decēb. Conſtantinop. Baſſo, & Philippo Coſſ.

p *Officia.*] id eſt officia, quæ congruunt Palatinis.

q *Cauſa.*] ſ. debiti, quod eſt infra.

r *Conuenire.*] vt & ſ. de exa tri. l. miſſi. vbi dicuntur hi Palatini opinatores, vt ſ. de offi. Rect. prouinciæ, l nullum.

12 † Impp. Leo, et Anthemius Auguſt. Heliodoro Comiti ſacrarū largitionum.

13 † Veterem.

ſ *Tributa.*] aliàs tributis, alias tributa.

t *Commoneant.*] & vt exigāt a ſubditis, & ei ſoluant.

u *Eorumq;.*] ſcilicet Præſidum.

x *Officijs.*] i. officialibus memoratorum exactorum.

y *Incumbant.*] i. in exactores Accur.

14 † Is &.

15 † Ampliſsimam.

z *Iiſdem.*] Palatinis.

a *Officium eius.*] ſcilicet, Præſidis, i. officiales.

b *Dependant.*] id eſt, ſoluant.

c *Præcepit. Curſui.*] munus eſt, de quo habes ſ. de curſu pub. l. curſum.

d *Qui de.*] No qui dicantur chartularij.

16 † Apparitor.

e *Largitionales.*] hoc expone, vt in rubr.

f *Retractare.*] i. perfecte tractare, vt ſunt notarij.

g *Iuſſio.*] ſ. iſta.

h *Violata.*] quia & coguntur ad aliquod grauamen, vltra conſuetudinem veterem.

i *Conatus.*] id eſt, ſi aliquis vellet cogere chartularios, inhibeatur à Comite Orientis.

Generale.

Generali.

¶ Illud etiam generali [a] forma ſancimus, vt in omnibus prouincijs tā nominatio ſpecialium ſuſceptorum [1] † largitionalium titulorum, [b] q̄ defenſio tractatorum, [c] non tātum per viros clariſſimos moderatores prouinciarum, ſed etiá per viros ſpectabiles Proconſules, & præfectū Auguſtalem, ac laudabiles vicarios vna cum eorū officijs admouentibus ſemper, necnon imminentibus Palatinis procuretur, prouidentibus, [d] vt poſt nominationē etiam ſpecialium ſuſceprorum largitionalium titulorum, nulla [e] minuendæ exactionis ad ſacrum pertinentis ærarium, aut transferēdi ad arcarios, [f] aut quoſlibet alios extraneos titulos Rectorib. Prouinciarū, aut eorū officijs, ſeu [2] † etiam [g] curialibus licentia permittatur: quadrimeſtris breuibus per idoneum tractatorem [h] eorundem titulorum, ſuper commendandis ratiocinijs publicis, periculo rectorum prouinciarum ad ſacratiſſimam vrbem tranſmittēdis. nam quacumque [i] ex parte, quam iuſſit noſtra tranquillitas, ſi minus fuerit procuratum, pœna ſuperius deſignata tā ipſi iudices, quàm eorum officia ſe nouerint eſſe plectenda. [k] [3] †

Si literæ iudicis aliquid vltra veterem conſuetudinem contineant, præſumuntur erroneæ: nec eis eſt credendum. h.d. Bart.

Idem Auguſtus. [4] †

LEX IIII.

PRæcipimus, vt ſi fortè delegatio, [l] quæ ab ampliſſima præfectura in diuerſas prouincias ex more quotannis [m] emittitur, minus [n] contineat omnes largitionales titulos, [o] aut quoquo modo exactio eorū debet procedere, [p] nihilominus competentē exactionem eorum a viris ſpectabilib. tam proconſulibus, quàm vicarijs, & viro ſpectabili Comite oriētis, & præfecto Auguſtali, necnon & rectorib. prouinciarum, eorumque officijs, & curialibus omnium largitionalium titulorum exactionē [5] † procurari. vicenarum librarum auri condemtionem præ oculis habentibus, ſi quid [6] † minus exactum, vel illatum fuerit ſacro ærario, quàm priſca, & inueterata [7] † conſuetudo [q] ſacris largitionibus inferri conſtituit. [8] †

a *Generali.*] i. hac l. quæ generalis eſt.
b *Suſceptorum largitionalium titulorum.*] Nota ſuſceptorem eligi à præſide, cum conſilio aliorum tamen, vt infra, de ſu. & arca. l. exactores.
c *Tractatorum*] i. notariorum prædictorum, qui à grauaminib. defendi debent. & accipi hic procuretur, quod eſt J.
d *Prouidentibus.*] iſtis officialibus.
e *Nulla.*] licentia permittatur. quod eſt J. & quod dicit minuēdæ, facit ſ. de anno. & trib. l. omnes pœnæ, & ſ de tranſac. l. præſes. Item quod dicit transferendi, facit J. de ſuſcep. l. duos.
f *Ad arcarios.*] id eſt alios officiales. Accurſius.
g *Seu etiam.*] mihi plus placuiſſet, vel etiam.
h *Tractatorem.*] id eſt notarium: ſic enim dicitur ſupra, de officio Com. ſac larg. l. j. & facit ſ. de apoch. pub. l. 1. & quæ ibi no.
i *Nam quacumque.*] conſtrue, nam ſi minus fuerit procuratum, i. ſi minus fuerit procuratum, quacumque ex parte, quam iuſſerit, &c.
k *Plectenda*] ſcilicet officia.
l P*Ræcipimus. Delegatio.*] id eſt, litera delegatiua, in qua continetur, quod Princeps mittit præſidibus, vt exigant collectas ſuas. Accurſius.
m *Quotannis.*] i. ſingulis annis, in Septēbri, & Octobri, quando mittitur præfectus præſidibus, vt ſubiectis nuncient, vt ſe ad ſoluendum parent, vt ſup. de indict. l. 2. & in Auth. de coll. in princ. coll. 9.
n *Minus*] quam ſoliti ſunt præſtare.
o *Titulos.*] accipe procurari, & repete præcipimus, & dic, aut, pro &. quoquo modo, &c.
p *Procedere*] ſubaudi, procurari & cum ſubaudi præcipimus.
q *Conſuetudo*] ſecundum conſuetudinem, vectigalia, ſcilicet perſonis pro rebus inuectis ſunt præſtanda, vt ff de public. l. ſi publicanus, §. fin. quia illi magis ſcire poſſunt, quam præfectus: ideo puniuntur, & facit infra, de ſuſcep. l. 2.

† Tri...
1 † Specialium ſuſceptor.
2 † Sed.
3 † D. 7. Id. Decib. Conſtantinop. Baſſo, & Philippo Coſſ.
4 † Idem AA. Heindoro Com. S. L.
5 † Dat. 8. Kal. Aug. C. P. Antiochus A. 11. Coſs.

TITVLVS XXIIII.

Ne operæ à collatoribus exigantur. [r]

Imppp. Valeria. Gratia. Valen. AAA. [9] †

LEX VNICA.

OPerarum [10] † præbitionem, quæ illicitè [f] à prouincialibus hactenus expetita eſt, Synceritas tua [t] ceſſare pcipiat. [11] †

TITVLVS XXV.

De immunitate nemini concedenda.

Qui falſum inſtrumentū immunitatis conſcripſerit, igne eſt comburendus, & omnes ad ſolutionem canonis ſunt vrgendi. h.d. Bart.

Imppp. Gratia. & Valer. & Theod. AAA. [12] †

LEX PRIMA.

HIs [13] † noſtræ Serenitatis edictis ciuitatum tabularijs erit flamma ſupplicium, [u] ſi cuiuſquam [x] fraude, ambitu, poteſtate, iniuſtam cuiuſpiam profiteantur [y] [14] † immunitatem: ac non ſecundum præcedentem definitionem [z] omnes omnino, abolita ſpecialium immunitatum gratia, neceſſitas tributariæ functionis, firmata [a] cenſitorum, peræquatorumque [15] † prouincialiū iudi-

NE OPERAE à collatorib. &c.

r *A collatoribus exigantur.*] i. qui ſoluūt alia tributa facta. Accurſius.
f O*Perarum. Illicitè.*] prouinciales ergo, qui tributa præſtant, ad operas aliquas nō tenētur. nam nec balnea præſidib. ſuccendere ſunt compellendi, vt ſup. ne trib. laua. præ. l. j. nec beſtias eorum commodare, vt infra ne ruſt. ad vllum officium. l. 2. nec hoſpitium, vt inf. de meta l. deuotorum. nec ſalgamum, vt infra, de ſalga. non præ. l. 2. nec ad angariam, vel parangariam, vt in Auth. de mand Prin. §. illud, coll. 3. & de coll. §. ad hoc, coll. 9. niſi in aduentu principis, vt ſupra, de ſacroſan. eccl. l. neminem. & niſi, vt infra tit. 2. l. fin.
t *Tua*] præfecto loquitur, vt patet ex in præſcriptione.

DE IMMVNItate nemini concedenda.

u H*Is Supplicium.*] Nota flammam ſupplicium officialis, ſi alicuius profiteatur immunitatē, ſic ſupra, de fal. mo. l. 2.
x *Cuiuſquam.*] ſcilicet tributarij.
y *Profiteantur.*] ſcribendo aliquem immunem ſua authoritate: nec prodeſt immunitas talis, vt & J. de cenſ l. 1. & ſ. de an. & tribu. l. in fraudem, & inf. de decurio. l. vacuatis, & J. de agr. & cenſi. l. immunitates.
z *Definitionem*] quæ eſt, vt omnes ſoluāt, vt ſupra, de an. & tri. l. 4 & de oper. pub. l. omnes, in fine & de veſt & commi. l. omnium, & ſ de interdic l 1. & C. ſine cen. vel rel. l. fin.
a *Firmata*] quidam libri habēt, neceſſitatem

5 † Totum hoc, omn. ſ largitionalium titulorum exactionē, vacat.
6 † Quidem minus.
7 † Inuetata.
8 † Dat. 6. Id. April. Dino Iauiano, et Varroniano Coſſ.
9 † Ad venerium. PP.
10 † Ex li. a ſu. 10. li. 1. C. Th.
11 † D 10. Kal. Mar. Trem. Val. N. B P. & Victore Coſſ.
12 † Ad populum.
13 † Ex lib. 13. tit. 10. l. 6. C. Th. pars l. 9. infra. de agricola. Conſt.
14 † Profiteretur, immunitas.
15 † Peræquatorumque peræquatione onuſtis ... xero.

rem tributoriæ functionis, & firmata cenſitorũ prouincialium iudicum. Acc.
a *Peræquatione cõſtrinxerint.*] ſ. tributarij, ſed in lib. Azonis eſt neceſſitas conſtrinxerit, & cenſitorum, peræquatorũ. & deeſt prouincialium iudicum. Accurſius.
b *Per Bithyniam. Aggeris.*] ſ. fluminis impetum, vt ff. de allu. l. 1. Accur.
c *Huiuſmodi muneribus.*] vt in vallis ciuitatum faciẽdis, & ad portus, & vias, vt ff. de ope. pub. l. ad portus, & l. oẽs, & j. de priui. do. Ang. l. abſit.
d *Numero.*] quibus inſpectis imponitur patrimonij munus g. ſona, ſcilicet pro rebus, vt ſup. de an. & tribu l. 2. & l. pro locis. eſt & aliud pro ipſis rebus, vt j. de ſuſcep. l. modios.
e *Capitum.*] ideſt animalium.

f DE CONDITIS.

Id eſt repoſitis, à condo, dis.

g *Omnia.*] etiã corrupta, vt j. hac lege.
h *Expendi.*] vel dando militibus, vel vendendo.
i *Ad frumentum.*] ſcilicet nouum.
k *Vetera.*] ſcilicet frumenta.
l *Querela.*] ſ. militũ, & aliorũ, quibus præſtatur expẽſa. Al. Vel dic, q̃rela diſtrahentis in damno, ſ. fiſci. multum n. quis conqueritur, quãdo rem ſuam malè diſtrahit. Py. Vel querela maxima, ad quod ff. ne quid in flu. pub. l. 1. §. ſunt qui. Accur.
m *Ex noua portione.*] i. ex nouo frumento. Accurſius.
n *Velata.*] quæ velabitur in miſcẽdo nouum frumẽtum cum veteri corrupto.
o *Negotiũ.*] i. frumentũ accipiendũ, & expendendum, & cuſtodiendum, vt ſubiicit.
p *Mentis.*] aliàs, pro integritate mentis, & aliàs, pro integritatis meritis, & facit j. de decu. l. eum, qui. Acc.
q *Metiatur.*] cũ vendit, vel dat.
r *Condito.*] ſ. quando

1 † *Conſtrinxerint.*
2 † *Dat. 3. Non. Mar. Mediolan. Merobaude 2. & Saturn. Coss.*
3 † *In.*
4 † *Adſtringi.*
5 † *Aſtringatur. vet. meum manuſcr. Contine.*
6 † *Dat. 7. Kalen. Nouemb. C. P. Hono. 8. & Th. V. Coss.*
7 † *Ad Volus. P. V.*
8 † *Ex lib. 11. tit. 14. l. 1. C. Th.*
9 † *Eidem noua portio miſceatur.*
10 † *Integritatis meritis.*
11 † *Medio tempore metiantur.*
12 † *D. 6. Id. April. Dmo Ionia no et Varroniano Coss.*

cum peræquatione conſtrinxerint. [a] 1 † 2 †

Munitio viarum, & aggerum debet fieri expenſis pro quantitate patrimonij poſſeſſorum. h. d. Bart.

Impp. Hon. & Theod. AA. Anthemio PP.

LEX II.

PEr Bithyniam, cęteraſq; Prouincias poſſeſſores in reparatione publici aggeris, [b] & 3 † cæteris huiuſmodi [c] muneribus, pro iugerũ numero, [d] vel capitum, [e] quæ poſſidere noſcuntur, dare 4 † 5 † cogantur. 6 †

TITVLVS XXVI.

De conditis [f] in publicis horreis.

Non debet tangi de fructibus nouis, donec conſumantur antiqui. Item licitum eſt, commiſceri fructus corruptos cum incorruptis: & ad prædicta per Superiorem officialis ſufficiens deputetur. h. d. Bart.

Impp. Valent. & Valens AA. 7 †

LEX PRIMA.

OMnia, [g] 8 † quæ in horreis habentur, expendi [h] volumus: ita, vt non prius ad frumentũ [i] extendatur expenſa, quod ſub p̃fectura tua vrbis horreis infertur, quàm vetera [k] condita fuerint erogata: & ſi fortè vetuſtate ſpecies ita corrupta eſt, vt per ſemet erogari ſine querela [l] non poſſit, eidem 9 † ex noua portione [m] miſceatur, cuius adiectione corruptio velata [n] damnum fiſco non faciat. Ad iſtud autem negotium [o] arbitratu, ac iudicio tuo nobilis, prudẽs, fidelis, optimè ſibi cõſcius pro integritate mentis [p] 10 † appo natur cuſtos, ac menſor, qui vel frumenta modio 11 † metiatur, [q] vel iuſtis æſtimationibus colligat, quãta habeantur in condito. [r] 12 †

Rectores debent per ſeipſos inſpicere domos, & horrea publica: ne ex pluuia corrumpantur publica frumenta. Bart.

Iidem AA. & Grat. A. 13 †

LEX II.

CVm ad quamlibet vrbem, manſionemve [f] acceſſeris, protinus horrea inſpicere [t] te volumus vt deuotiſſimis militibus deputatæ, 14 † & incorruptę ſpecies præbeantur. Nam ſi per incuriam [u] officij Grauitatis tuæ ſartorum, [x] tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuijs infecta [y] perierint, ad damnum tuum [z] referentur. 15 †

Species in horreis publicis depoſitas nullus debet in ſuã vtilitatem conuertere, aliter deportabitur. Bart.

Impp. Arca. & Hon. AA. 16 †

LEX III.

NVlli 17 † poſthac horreaticas [a] ſpecies contingendi [b] copia præbeatur. ſi verò quiſquam temerator horreorum extiterit, qui ſibi ex prædictis aliquid audeat vſurpare, [c] hanc pœnã ſciat noſtro arbitrio definitam, vt deportationis pęnæ ſubiectus, totius ſubſtantiæ cogatur ſubire iacturam. [d] 18 †

TITVLVS XXVII.

Vt nemini liceat [e] in emptione 19 † 20 † ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitocomiæ. 21 †

Imp. Anaſtaſius A. 22 †

LEX VNICA.

QVoties, vrgente neceſſitate, [f] comparationes frumenti, vel olei, aliarumq; ſpecierum, quibuſlibet prouincijs indicuntur, 23 † nulli penitus [g] poſſidẽtium ſeſe ſub cuiuſcũque priuilegij occaſione excuſandi tribui facultatem

totum, quod eſt in horreo, vni vendit.
ſ *Cvm ad quamlibet vrbem manſionemve.*] in qua ſunt horrea publ. & loquitur Preſidi, vt ex ſubſcriptione patet.
t *Inſpicere.*] ad quod ff. de offi. procon. l. ſi in aliquam. Accur.
u *Per incuriam.*] ideſt negligentiam.
x *Sartorum.*] ad quod j. de vſufr. l. eum, & ff. ad leg. Iul. repetun. l. lex Iulia repetundarum, §. 1. & de off. præſid. l. præſes.
y *Infecta.*] i. corrupta, vt & aliàs res madatæ deteriorantur, vt ff. ad l. Rho. de iac. l. nauis, §. cũ autem.
z *Tuum.*] delictum officialis punit dominum, & eſt ratio, vt in Auth. vt iud. ſine quo. ſuff. §. cos. & facit j. de an. & tribu. l. 3. & laudices. Acc.
a *NVlli. Horreaticas.*] i. ſpecies in horreis poſitas. theſis. n. Græcè, Latinè dicit poſitio. inde bibliotheca, & dactyliotheca, vbi reponũtur libri, vt ff. de con trah. emp. l. Labeo, & ff. de leg. 3. l. librorũ, §. fi. alias eſt, horreothicas, & facit infra, de fru. vrb. Conſt. l. 1.
b *Contingendi.*] accipiendo eas.
c *Vſurpare.*] i. audendo vſurpet de pdictis ſpeciebus. Accurſius.
d *Iacturam.*] ſimilis pœna eſt ſup. ad leg. Iul. de vi pub. vel pri. l. ſi quis, in fi.

e VT NEMINI lic. in empt. &c.

Aliàs deeſt de munere ſitomia. & de hoc munere dic. q̃ hic non tractat: ſed in Græco dicitur, vt ff. de na. mu. l. 2. in prin. & de admi. re. ad ciui. pert. l. fi. §. ſatem reſcripſ. runt ſitonas.

f *QVoties. Neceſſitate.*] famis, vel guerrę, & ſic eſt ſuperindictũ.
g *Nulli penitus.*] niſi ætas 70 annorũ, aut numerus 5. liberorũ det excuſationem, vt ff. de mun. & honor. l. 3. §. cura. Vel dic, hoc corrigitur hic. Vel ibi eſt perſonale, vt in eod titu. l. 1. §. 1 hic patrimoniale: & facit j. quibus mu.

13 † *A. Anthemio Praſidi.*
14 † *In ma nuſcr. deſt rata. Cont.*
15 † *D. 8. Kal. Sept. Arelate Io uiano, & Var. Coss.*
16 † *Anatolio P. P. Illyrici.*
17 † *Ex li. 11. tit. 14. l. 3. C. Th.*
18 † *D. 7. Idus Iulij C. P. Caſtrio, & Attico Coss.*
19 † *Coemptione.*
20 † *In uno meo manuſcrip. ſcom paratione, in alio loco, emptione. Contius.*
21 † *Sitonia, vel ſitonica, legendum putat Contius.*
22 † *Macrobiano PP.*
23 † *Inducuntur.*

mo. vel præſta. l. 1. & 2. & fi. ſupra de an. & tribu. l. in fraudem, & de pe. bo ſub. l. 1.

a *Omniq.*] habeaſque breue, & accipe, licentia, & poſtea reddes, cuicunque. Accur.

b *Excuſatio.*] alias, excuſatio, aliàs, excuſationum, ſed tūc legitur, huius licentia, &c. & erit nominatiuus, licentia, & ſubaudi, erit.

cenſemus: omniq;, [a] cuicumque poſſidentium quocūq; modo, quocumque tpe per ſacros apices, vel etiā pragmaticam ſanctionem, aut iudicialem fortè diſpoſitioné huiuſmodi excuſatio [b] data eſt, vel poſtea data fuerit, licentia minimè vnq̄ cōtra tenorem noſtrę legis ſaluberrimæ valitura. adeo namq; huiuſmodi onera cunctis, p̄ qua ſingulos portione contigerit, [1] † volumus irrogari, vt ab iiſdem comparationibus nec ſacratiſſimā noſtræ pietatis, nec Sereniſſimæ noſtræ coniugis domum [c] pātiamur ſubtrahere. [2] †

c *Domum*] ideſt, habitantes in domo noſtra, quam habemus in ea Prouincia, cui indicit hoc munus, & no. quia intelligit de ea pecunia, q̄ confertur ad comparationē. Alij quod de munere perſonali, quo emere cogitur. Alij de munere, quod eſt, vt vendere cogantur.

1 † Contingunt.

TITVLVS XXVIII.

De collatione donatorum, vel releuatorum, [3] † aut tranſlatorum ſeu ad æratorum.

DE COLLATIONE donatorum, &c.

Vacat, & exponit ſupra in tex.

Imppp. Valenti. Theod. & Arca. AAA. Hermocrati. [4] †

LEX VNICA.

DIſpoſitionem [5] † ampliſſimæ recordationis Anthiochi, [d] † quæ certam quantitatem ante ſe releuatis poſſeſſionib. nomine canonis indixit, [7] † non imminui decernimus. id enim [e] qm̄ in canonem cecidit, & anniuerſaria [f] debet penſitatione perſolui, nec in præteritum, nec in poſterum patimur eſſe conceſſum. [g] indulgentiā vero memoratæ deſcriptionis & in ante actum, & in poſterum tempus non ſolum in releuatis, verum etiam in donatis, adęratis, [h] tranſlatiſq;, ſeu quodlibet aliud nomen nouæ deſcriptionis excogitatum eſt, volumus obſeruari: nullamq; ſuper his [i] vnquam [8] † exactionis moleſtiam formidari, quibus nō tantū reliqua præteriti tpis relaxamus, ſed nec in poſterum quicquā innouationis, aut oneris [9] † adijciendū eſſe cenſemus: nulliq; licere deinceps contra diualia ſtatuta releuare ſuas poſſeſſiones. [k] Nouerit tamen ampliſſimæ tuæ ſedis officiū, [l] q̄ ſi aliquando nobis ſuggeſtio huic noſtræ ſanctioni cōtraria porrigatur, vel ſi ſacris mandatis, ſi qua fortè citra [10] † ſuggeſtionē his pijs diſpoſitionibus aduerſa emanauerit, [m] obſequatur, & in aliquos tanquam debitores ex huiuſmodi titulo crediderit exponendos [11] † ducentarum librarum auri ſe ſciat condemnatione mulctandum eſſe. [12] †

2 † D. 3. Cal. Auguſt. CP. Olyb. VC. Cos.

3 † Relatorū, alias, releuatorū poſſ.

4 † Deſunt duæ cōſtōnes Græcæ & repetendæ ex prætermiſſis infra.

5 † Ex lib. 11. tit. 20. l. 6. C. Th.

6 † Arcadij.

7 † Inferri.

d DIſpoſitionem. Antiochi.] qui fuit imperator ſm Pet. Et dic, caſum, ſi tributarius non pōt vti fundo, prout deſcripſit in cenſum: q̄a chaſmate p̄ parte perijt, vel vites ſiccatæ ſunt ille, qui præeſt cēlui, releuat, vt ſ. de cenſi. l. forma, ante tempora ergo Anthiochi q̄dam erant releuata p̄dia, alia erant donata, vt nihil ſoluerēt, aliqua adærata, vt aliquid æris ſoluerent, aliqua tranſlata in alium: quia primus nō ſoluebat p̄ modico, q̄ ſolueret ſecundus: vnde Anthiochus fecit, q̄ oīa talia ſoluerent certum quid pro præterito, & futuro, & nil plus pro præterito, vel futuro: q̄d & Valentinus hic cōfirmat, nullo obſtante priuilegio: & ſic i certis prædijs tantū habet locum hæc lex.

e *Id enim.*] indictū.

f *Anniuerſaria.*] no. anniuerſaria: ex quo collige, illum eſſe canonē anniuerſarium q̄ ſingulis annis debetur ad quod ſupra de ſacroſan. eccl pla cet. item no. q̄ hæc lex conſuetudine approbata non tollitur reſcripto, ſic nec per aliam l. vt no. ſecundum quoſdam, C. quæ ſit lon. conſuet. l. 1.

g *Conceſſum.*] id eſt, remiſſum.

h *Adæratis*] vacat, ad, & dicitur adæratio, vel æratio, quaſi æris præſtatio: vnde prædia adærata, ex quibus æs præſtabatur, uſco. ad quod infra de commut. rerum l. 2. Vel adæratio, quia aliquid ex his ſoluebatur ærario.

i *Super his.*] ideſt, vltra quam ſtatuit Antiochus.

k *Poſſeſſiones.*] ſ. prædictas, nec enim tollitur hæc l. per illam, de cen. l. forma. Accur.

l *Sedis officium.*] loquitur præfecto.

m *Emanauerint.*] aliàs, mandauerint, & aliàs, manauerint Et no. non valere reſcriptum etiam proprio motu. ad quod C. de legi. & con. l. 2 ſed ar. contra. ſup de pe. bo ſub. l 2. in fi.

8 † Iniquā.

9 † Muneris.

10 † Contra.

11 † Aliàs exigendos.

12 † D. 8. Cal. Ian. Cōſſ DD. NN. 1349 Valen. 3o AA. Cos.

TITVLVS XXIX.

De collatione æris.

DE COLLAT. &c.

Pro ære poteſt ſolui aurum tanti valoris. h. d. Bar.

Impp. Arcad. & Ho. AA. [13] †

LEX VNICA.

AEris [14] † pretia, [n] quæ à prouincialibus poſtulantur, ita exigi volumus, vt pro 20. [15] † libris æris, vnus auri ſolidus à poſſeſſore reddatur. [16] †

n AEris pretia.] ideſt dicere collatores, qui in vno luſtro ęs ſoluebant, volebāt dare aliud pro ære ſ. aurum, quod licet ſit carius, tn̄ facilius datur, vt inſt. de act. §. huic, vnde ſtatuit, vt pro 20. lib. æris ſoluant vnū ſolidum, i. vnū aureum, vt inſti. de pœ. te. liti. §. ſi & ff de in ius vo. l. pe. & eſt ſic inf. de arg̃. pre. quod theſau. infer. l. 1. & ſm hoc, poſtulatur à ſpontè ſoluēte. Vel dic, pro p̄terito tpe, & tunc propriè poſtulatur ab inuito, vel pro publica vtilitate, alias cōtra.

13 † Hylario.

14 † Ex lib. 11. tit. 21. l. 2. C. Th.

15 † 16 † D 5. Cal. Ian. Mediolan. Arca. 4 et Hon. 3. AA Coss.

TITVLVS XXX.

De diſcuſſoribus. [o]

o DE DISCVSSORIBVS.

Si æſtimator malè æſtimat, ipſe tenetur. h. d. Bar.

Multis modis dicitur diſcuſſor. Primo, qui inquirit publicos debitores & redigit in ſcriptis, vt hoc tit. l. 1 & 2. Secundo, qui ſtatuit rerū pretia, ne vēdantur nimis, vt ſup. de ind. l. nemo externus Tertio, qui inquirit, & æſtimat facultates aliquorum pro imponenda collecta, vt infra de cen. l. peræquatores & l. qui granatos, et ita etiam poteſt intelligi. l. 1. huius ti. & de eius officio loquitur ſupra de in. & cur illu. per l. 1. in fi. & de Mag. con l. fi. Quarto ſecundum R. dicitur, qui deſertos agros quærunt colonos, et inquirunt, an ſint idonei, vt inf l. fi. Item eſt operis diſcuſſor, vt ſup. de adm. di in. l. ſancimus, alias dicitur, concuſſor, qui terret homines prætextu officij, vt ſup de con ob. tur. cau. l quod cuſtandi & ff de concuſſi. 1. Item alias improbus exactor, vt ſup de ſur l. ita, & de inſa l. neque, & facit infra in quib cau col. cen l. 1.

Imppp. Valen. Valens, & Gratianus AAA. [17] †

LEX PRIMA.

QVoties [18] † in diſceptatione [p] conſtiterit, iniquè diſcuſſionē fuiſſe confectam [q] & fidé

17 † Ad Artemiū Vic. Hiſp.

18 † Ex li. 11 tit. 16. l. 1. C. Th.

p QVoties in diſceptatione] i. poſt diſceptationē hoc liquet ſcilicet inique, &c. Accur.

q *Confectam.*] ſcilicet ſcribendo debitorem publicum.

blicum, qui non erat, vel ſcribendo patrimonium plus valere, quàm valeat, vt per hoc plus de collecta ſoluat, vt in rub. no.

a *Facti*] quod ſic fit, vt pronunciauit. Et not. quòd ab eius ſententia appellatur, vt ſupra de appel. l. cum poſt ſententiam.

facti[a] non poterit approbare diſcuſſor: ipſe in eodē titulo,[b] & in eodem modo ad ſoluendum protinus vrgeatur, in quo alterum perperā fecerit debitorem. [1] †

Licet ſoluens tributa, apocham de ſoluto perdiderit, poteſt tamen ex libris communis ſolutionē probare. B.

Impp. Arca. & Hono. AA. Meſſalæ PP.

LEX II.

NE caſu [2] † amiſſa ſecuritate, publica[c] quędā præda naſcatur collatorib.[d] decernimus, vt quando ſecuritates à diſcuſſoribus, ſeu apparitoribus expoſitæ, ratiocinijs publicis continent: rurſus per iniuriam non petantur.[e] Dat. 5. Cal. Decēb. Mediolani, Stilicone, & Aureliano Coſs.

Ab onere diſcutiendi, & æſtimandi patrimonia nullus excuſatur, nec etiā miles, nec militans. Bart.

Impp. Theod. & Val. AA. Apollonio PP. [3] †

LEX III.

PEr ſingulas [f] Prouincias, vel ciuitates, honoratis vſq; ad comitiuā cōſiſtorianā, necnon ēt militantib. & ſuis obſequijs non adhærentib.[g] aduocatis, quinetiā fori prouincialis, mādari[h] diſcuſſionis iugerum [i] ſolicitudinem decernimus. [4] †

b *Titulo.*] fortè mutui, vel dic, in eo. tit. ſcilicet collecto, vt quia ꝓ emendo frumento fiebat, vt ſupra tit. 3. l. 1.

1 † D prid. Id. Maij. Valent. N. B. P.: V. & Eum. Coſſ.

c NE *caſu amiſſa ſecuritate publica.*] quam habet priuatus, de qua loquitur ſupra de apo. pu. l. ſemel.

d *Collatoribus.*] i. contra collatores, cū dicant officiales, ꝙ ipſi collatores non ſoluerent. Vel dic, quia collatores habētes duas ſecuritates, dicerent ſe bis ſoluiſſe, licq; repetere velle.

2 † Ex Cod. Th. ibidē l. 2. quibuſdā mutatis.

e *Non petantur.*] ergo à cōtrario, ſi nō ſunt in libro fiſcalium rationum, poſſunt iterum peti ſecuritates, arg. à contrario ſenſu quod eſt validum, vt ff. de offi. eius cui man. eſt iur. l. 1. aliàs eſſet contra id, quod intendit. Et not. hic argu. ſi creditor perdat inſtrumētum debiti, vel debitor ſecuritatis, & nō eſt aliàs probatio in ſcriptis, quod poſſunt petere, vt iterum cōficiatur, & facit in authen. de mand. Prin. §. coges coll. 3. & ff. de ad tu. l. chirographis, & in authen. de hære. & Fal. §. 1. col. 1.

3 † In manuſcrip. legitur, præfect. Auguſtorum.

f PEr *ſingulas.*] in cipe conſtructionem, in fi.

g *Non adhærentibus.*] ideſt illis aduocatis, qui non aduocant in foro Comitis conſiſtorij, ſed fori ꝓuincialis ſic, vt ſubijcit, & ſic concordat. ſup. de aduoc. di. iud. l. ſancimus. Vel melius, iunge aduocatis cum ſequenti litera, & ſic eſt contra, d. l. ſancimus. Sol. vt ibi, vel operis diſcuſſio.

4 † Dat. 5. Cal. Ian. Eudox. & Dioſcoro. Coſs.

h *Mandari*] ſcilicet poſſe.

i *Iugerum*] aliàs iugorū, ſ. vt inquirat, quot iuga, & agros deſertos, & ipſos cultores inueniat ſecundum R aliàs, iugarum, ſ. vt inquirat, quot iugera, & quot poſſeſſiones habeant collatores, vt imponatur ſecundum illorum quantitatem collecta, vt ſupra de an. & tribu. l. 2.

k DE DECVRIONIBVS, &c.

1 Iſtā cōtinuationē, ſeqē Bar. Io. de Pla. & Luc. de Penna.

2 Idē Bar. & Io. de Plat.

De his maximè dicitur inf. eo ſ. tit. in tribus vltimis conſtitutionibus: & dic, quia dixit de multis & officialibus, circa tributa exigenda, & quia inter cæteros, decuriones habent quaſdam prærogatiuas, de his dicit. Et no. ꝙ decurio a decem dicitur, 2 vt ff. de verb. ſig. pupillus, § decuriones, olim enim cum Romani excreſcerent, mittebantur aliqui in aliquam partem quæ poſtea vocabatur colonia, & decurialis eligebatur pro conſilijs. Vnde ſecundum hoc, conſiliarij ciuitatum decuriones vocantur, 3 & differt, a curiali: quia decurialis genus, decurio ſpecies, vt in d. l. pupillus. ſed Py. dicit, non eſſe differentiam, vt argum. ſupra de inceſt. nupt. l. cum ancillis, & ſupra de epiſ. & cler. l. ſi quis presbyter. Item no. quod decurio 4 habet honorem, & onus, honorem, quia non torquetur, etiam ſi non decurionatum, vt ſupra de quæſtio. l. nihil. Item datur curia decurionum naturalis, ſi legitimus, vt ſupra de na. lib. l. quoniam. De onere conſtat.

3 Idē Bar. Il nō ambigit ſi de legi. & Io. de Pla. hic.

4 Idē Io. de Pla.

TITVLVS XXXI.

De decurionibus,[k] 5 † & filijs eorum, & qui decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ 6 † liberentur.

5 † Deeſt conſtitutio. Græca, ex ꝑermiſſis, repetenda.

6 † Alias, cur alis.

Pater, ſi ad decurionatū filij conſenſerit, tenetur pro eo, & hæres eius, prius facta excuſſione de principali. h. d. Bartolus.

Impp. Valerianus, & Gallien. AA. 7 †

7 † Et Valerianus Cæ. Carterio.

LEX PRIMA.

SI, cum te pater decurionem eſſe voluiſſet, [l] & illo in reb. humanis agente, [m] honor tibi iſte delatus eſt, tenentur quidē ēt hæredes eius Reipublicæ.[n] nam in hac parte vice fideiuſſoris pater accipitur: ſed non ante,[o] niſi tuis proprijs rebus excuſſis.[p] 8 †

8 † PP. 12. Cal. Decēb. Æmil. & Baſſo. Coſſ.

Ad officium Rectoris ciuitatis pertinet, conuocare concilium, & facere eligi officiales: vt eis electis nunciare poſſint, ſi velint appellare, & qui malè nominat, tenetur ad ſumptus. Bart.

Impp. 9 † Diocletianus, & Maximianus AA.

9 † Aliàs, exēplū ſacrarum literarum, Diocletian. & Maxi. AA.

LEX II.

OBſeruare[q] oportebit Magiſtratus,[r] vt decurionib.[ſ] ſolenniter [t] in 10 † curiā cōuocatis nominationē[u]

10 † Al. 6 Reprobat, ideo dic, ꝙ hic eſt ſpāle rōne indēnitatis quam pater præſtat excuſſo filio, & non ante, vt l. 1. ſ. de conue. ſi debi. ſecūdū Bar.

l SI *cum te. Voluiſſet.*] quod eſt eoipſo, ꝙ 5 ſcit, & non contradicit, & ſi eſt in poteſtate, aliàs ſecus, vt ſ. de filijsfam. & quemadmodum, l. 1. & ff. ad mu. l. 2. §. 1 & de decu. l. honores, §. fi.

5 Iſta gl. apꝓbat̃ p Bar. & Io. de Pla.

m *Agente.*] ſubau. maximè, ſi dicas patrem expreſſe voluiſſe, etiamſi poſtea decedit, tamen tenetur, vt ff. fam. ercis. l. ſi filia §. Neratius ſi vero dicas, tacitè, nihil ſubaudias.

n *Republica.*] ſi quod geſſit, vt decurio, & da exemplum, ff. ad muni. l. 2. §. geſtum, ſi autem extra ordinem factus eſt Magiſtratus alius, in quo ēt læſit rempub. diſtinguè, aut accepit Magiſtratū, mortuo patre, & non tenentur alij hæredes, vt ff. ad muni. l. Lucius §. idē reſpon. hæredes, niſi pater fuerat ꝓfeſsus filium ſuſcepturū ſua voluntate, vt ff. fam. ercisc. l. ſi filia. § Neratius, aut pater eo viuo, & tenetur inſolidum reipub. vt ff. ad muni. l. 2. in princ. & ſupra quod cum eo. l. 1. Si autem decurio, vel Magiſtratus lędat priuatum, non tenetur pater illi priuato, niſi de peculio, vt ff. de magiſt. con. l. 1. §. fi. & de pecu. l. 2. & 3. §. fina. & l. ſeq. in fi.

o *Sed non ante.*] ſ. tenentur hæredes, vel etiam pater.

p *Excuſſis.*] ſpeciale iure illo, 6 vt ff. de adm. re. ad ciui. pert. l. 3. §. fi. & ad mu. l. libertus, §. filium, regulariter cōtra, vt ſupra de fideiuſ. l. non rectè, & l. iure noſtro. ſic & in hypotheca, vt ff. de iu. fiſc. l. Moſchis, & eſt ratio ſpecialitatis in patre, quia facile obligatur, & ideo non conuenitur niſi excuſſis bonis principalis, arg. ff. de iureiu. l. eū, qui. Sed hodie idem, quod hic vbiq; vt in au. de fideiuſſ. § 1. col. 1. & facit ad l. illam. inf. de peri. ſuc. pa. l. 1. & ff. de admi. re. ad ciui. pert. l. ſi filius, & ff. fa. er. l. ſi filia. §. idem ſcribit & ſupra de app. l. hi qui.

q OBſeruare.] ideſt curare.

r *Magiſtratus*] puta defenſorem ciuitatis, vel præſides vel correctores.

ſ *Decurionibus*] loco quorū ſunt conſiliarij, 7 vt in rub.

7 Iſtā glo. ſequūtur Ioann. de Plat. & Luc. de Pen.

t *Solenniter*] ad ſonum tubæ, vel campanæ.

u *Nominationem.*] i. electionem aliquorum officialium.

Ad

a *Ad certa*] vt ad ſyndicum ordinandum.
b *Munera*] i. officia, quo caſu vnum de ſe eligere poſſunt vt ff de tu. & cu. da. ab his l. vbi. & debent eſſe in albo ſcripti, vt ff. de albo ſcri. l. j. & duæ partes conuenire, 1 vt ỹ. eod l nominationum. & fa. ff. de app. l. nominationes.
c *Faciant*] decuriones nō magiſtratus, vt ff q̃ app. tit l. j. §. ſolent, quod eſt no. ſed tutores nō dant decuriones, niſi in ſubſidiū, vt d l. vbi ſed nomina aliquorū p̄ſidi mittere debent, vt ff eo tit l diuus.
d *Curēt* decuriones, vel dic, officiales.
e *Appellandi*] no. appellari ab electione. aliàs vr cōſentire, vt ſ̃ de app. l. hi, qui & appellat, ſm quoſdam, intra datos mēſes, ex quo ſcit is, ſe nominatum, vt ſ̃ de temp. & re. l. j. quod falſum eſt, 2 imò intra biduū, vel triduū, vt ff q̃n app. ſit. l. j. §. quod in ſententiis ſed exercitiū ſit intra duos menſes, quibuſdam tñ remittitur neceſſitas appellandi, vt in minorib. & veteranis, vt ſ̃. de prouo non eſt ne. l. ſi pater. & l. veteranis.
f *Conſueto*] opponēdo excuſationem, & p̄bando de quib. habes inf. ſpecialem ti. & ff. de vaca. mu. per totum, & ff. de iure immu per totum.
g *Debuiſſe*] quia maior 55 an. vt ff. e. l. 2. §. ſi vel aliam excuſationem habet.
h *Sumptum litis.*] vt inf. de ſumpt. recu. l. j. & ff de va mu. l. j §. j. ſic & iudex facit litem ſuam, vt inſtitu. de ob. quæ ex deli. in prin. & facit ff de iu. l. eum. qui. & ſup. de excu. tut. l. ſeuerit. Accur.
3 Hęc gl. procedit, qñ mun' eſt publicũ auctoritate, & vtilitate: ſed nō qñ eſt vtilitate priuatū, vt tutela: quia tunc
i C *Vm decurionatus Sponte.*] habebas enim excuſationem, ut inf. de his, qui ſpon. mu. l. j.
k *Albo.*] in quo nomina eorum, ſcilicet decurionum ſcripta erant, vt ff de albo ſcri. l. j. & l in albo.
l *Annoſum.*] maiorem 55 an. 3 vt ff. eo. l 2. §. ſi. & l. nō tm̃. Sed quid ſi, durāte honore, ſit annorū 70. Reſpon. vt no. inf. eo. l. ſi vltra.
m C *Vm adoptiuum. Dignitate.*] vt quia pater adoptiuus factus eſt decurio. Accur.
n *Dubitatio ſit.*] vt ff. de ſena l. 5. & 6 ideoque eius onera ſubire debet pater, vt fideiuſſor, vt ff. ad muni. l. Lucius §. idem reſpondit.
o *Iniurijs.*] quas intulit hic filius in aliū, & quæ ſit atrox, habes inſti. de iniur. § atrox.
p *Pignoris.*] i. naturalis filij, ad cuius imaginem eſt adoptiuus, vt ff. de lib. & poſthu. l. filio. Vnde verſus.
Pignora natorum dicuntur pignora rerum.
q *Oportuit.*] bene ſequitur: nam pœnis, vel ſupplicijs plebeiorum non debent ſubiici, vt ff. de priu. vet l. 3. & ff. eo. l. 2. §. in filius. & ſupra de pœ. l. decurionum.

ad certa [a] munera [b] faciãt, [c] eamque ſtatim in notitiam eius qui fuerit nominatus, q o fficialem publicum perferri [1] † curent: [d] habituro appellandi, [e] ſi voluerit, atque agendi [2] † facultatem apud pręſidem cauſam ſuam iure conſueto. [f] quem ſi conſtiterit nominari minime debuiſſe, [g] ſumptū [h] litis eidem à nominatore reſtitui oportebit. [3] †

Iidem AA. & CC. [4] †

LEX III.

CVm decurionatus honorem ſpontè [i] ſuſceperis, ab albo [k] eximi, licet annoſum [l] te eſſe dicas, non potes. [5] †

Filius adoptiuus habet priuilegium filij decurionis. h. d. Bar.

Iidem AA. & CC. Caſ. S. P.

LEX IIII.

CVm adoptiuum filiũ ex adoptantis dignitate [m] decurionis filium effici, nulla dubitatio ſit: [n] pro atrocibus iniurijs [o] eum, quem ad vicē [6] † naturalis pignoris [p] tibi adſcribebas, à Præſide Prouinciæ illicitis corporis cruciatibus affici non oportuit, [q] [7] † hocque [r] congruẽti pœna coercebitur. [8] †

Filijfa. poſſunt eſſe conſiliarij, & pater tenetur pro eis, ſi conſenſerit. Item militans poteſt eſſe conſiliarius. Bartolus.

Iidem AA. & CC. [9] †

LEX V.

FIlios in poteſtate patris poſitos ad munera, ſeu honores nō poſſe euocari, [10] † falsò tibi perſuasũ eſt. [f] Sane ſi ad nominationẽ filij cõſenſum non accommodaueris, [t] ob adminiſtrationẽ ipſius minimè conueniri poteris. [u] [11] †

Illiteratus poteſt eſſe decurio. Bar.

Iidem AA. & CC. [12] †

LEX VI.

EXpertes literarum decurionis moneta peragere non prohibent [x] iura [13] † [14] †

Vnus frater non tenetur pro alio in officio delinquente, licet bona non ſint diuiſa. Bar.

Iidem AA. & CC. [15] †

LEX VII.

LIcet indiuiſa bona fratres habẽt, nihilominus tñ ſinguli ſuo noĩe [y] ciuilibus tenẽtur muneribus. [16] †

Qui perdit viſum, nō perdit officium: ſecus ſi infamaretur. Bar.

Ijdem AA. & CC. [17] †

LEX VIII.

INfamia, [z] quæ tibi abominanda [a] eſt, non etiam amiſsionis oculorum caſus quæſitum tibi adimit honorem [a] [18] †

Qui habet filios, præfertur non habenti. Bar.

Ijdem AA. Aurelio.

LEX IX.

IN albo decurionum præſcriptis, [b] [19] † patrem, nō hñti filios anteferri, [c] cõſtat.

ſeu Comites ſacrarum largitionum, ſeu Comites domeſticorum, quæſtores, aut magiſtri officiorum, licet ad actum adminiſtrationis gerendum prouecti ſunt, minimè curialium munerũ laqueos ob hoc euitare, ſed obligatos cum liberis ſuis quandocunque progenitis, & facultatibus ſuis poſt adminiſtrationem depoſitam, curiæ cõmoditatibus inſeruire, niſi fortè alijs priuilegijs ſuper hoc legibus cognitis muniãtur. His etenim,[a] qui memoratas adminiſtrationes, vel vnam ex his peregerunt, nec non liberis, & rebus eorum, beneficium, quod ante per illuſtrem[b] adminiſtrationem peractam eis acquiſitum[c] eſt, intactum, illibatumque iubemus ſeruari:[d] vt relaxatione conditionis, & munerum curialium, per anteriores principales diſpoſitiones ſibi conceſſa,[e] tam ipſi, quã liberi eorum poſt huiuſmodi adminiſtrationem adeptã procreati, vna cum proprijs ſubſtantijs potiãtur,[f] & ſi[g] contigerit, eos poſt diuæ memoriæ Zenonis conſtitutionem, ſiue per ſe, ſiue per ſubſtitutos ſuos curiæ competentia munera ſubijſſe: eadem[h] videlicet conſtitutione diuæ memoriæ Zenonis ex die quo promulgata eſt, ſuas vires obtinente, cum conueniat, leges futuris regulis imponere, non præteritis * calumnias excitare.[i]

Imp. Iuſtinianus A.[1]†

LEX LVI.

Curialibus[k] conſortijs* conſulentes, cenſemus, vt nemo ſibi blandiat, & nõ certis modis ſeſe liberum eſſe exiſtimet, ſed pro noſtra forma tantummodo ſciat, poſſe libertatem ſibi curialis competere conditionis: omnib. anteriorib. modis, quos non comprehendit præſens ſanctio ex præſenti die antiquandis. Si quis[l] igitur vel ſummum patritiatus honorem fuerit conſecutus, ſiue inſulis conſulatus honorarij,[m] aut ordinarii[n] fuerit ampliatus, vt vel conſul, vel conſularis[o]* efficiatur, ſeu præfectorum[p] prætorio inſulas ſuſceperit gubernãdas vel vrbicariam[q] in ipſo tamen actu meruerit prẽfecturam, necnon magiſtri militũ officium gerendum ſuſceperit, is gaudeat ſe huiuſmodi conditionis[r] eſſe exortẽ, & liberum cum ſuis facultatib. ſuaq; poſteritate, quam poſtquam meruerit dignitatem, vel actum geſſerit, ediderit,[s] anterioribus filijs in conditione priſtina remanſuris tã præfecturæ[t] 2† quæſtoris,3† quam viri eloquentiſſimi fiſci patroni, tam præfecturæ,[u] quæ Orientalibus & Illyricanis præſident 4† ſedibus, quam vrbicariæ nexibus curiæ liberantur,[x] cũ ad fiſci[y] patrnoatum peruenerint, vna cum ſubſtantijs, & liberis ſuis, quos vel ante habuerint, vel poſt q̃[z] ad eũdem gradum prouecti ſunt. ¶Viri etiam clariſſimi principes agentium[a] in rebus curiæ libertatẽ ex antiquis legibus conſecuti ſunt, & viri ſpectabiles proximi ſacri ſcrinij noſtræ memoriæ,[b] & ſacrarum epiſtolarum, necnon ſacri ſcrinij libellorum, ſacrarumque cognitionum, & diſpoſitionum eum ſubſtan-

q *Vrbicariam.*]vtriuſque Romæ, ut infra de priuileg. vrb. Con. l. 1. Accur.
r *Conditionis.*]ſcilicet, curialis.
ſ *Ediderit.*]facit ſupra l. prox. & infra de prin. agen. in re. l. quicunque. & ſupra de lib. & eor. lib. l. ſecunda, & ſup. de nupt l. Imperialis, §. his illud. & ſupra de lib. cau. l. fin. & ff. de ſen. l emancipatum, § 1. Sed argu. contra in eodem tit. l Senatores in fine, & ff. ead. l. §. in filijs. & de pęn. l. moris, §. iſte. & ſũt hęc arg. ad feudũ, vt delictum patris nõ noceat filio iam nato, vel naſcituro.
t *Præfectura quæſtoris.*] ſi habeas præfecturam quæſtoris, i. quæſtor, ſecundum Azo. aliàs, prætura, & tunc ſubaudi patroni, quod eſt infra, & ſecundũ hoc dignitas aduocationis in foro quæſtoris liberat, vt & alij fiſci, vt ſubijcit, qui ſcilicet erant duo p ſingulos annos, vt ſ. de aduoca. diuer. iu. l. ſancim. & l. binos.
u *Tam præfecturæ.*] vt punctum ſit loco copulæ, & aliàs, eſt p̃fectura, & ẽ ſẽſus, ideſt præfectus Oriẽtis, ſm Azo. & alias præfectura, & tunc dic, patroni dico tã, &c. & ſm hoc bene ſubiicit, vrbicariæ, quia in foro præfecti vrbis ſint aduocati, & hoc habẽt: aliàs oporteret dici, repetitũ de eo, quia ſ. de eo dixit ante, vel poſt dignitatem habitam patronat'. & ſm hoc not. aduocatos præfectorum habere idem priuilegiũ, quod aduocati fiſci, vt ſ de aduoc. di. l. poſt duos. Vel planius reperit, ſi q̃s fuerit cõſecutus honorem præfecturæ q̃ſtoris, &c. & eſt plana, & q̃d ſubijcit cum ad fiſci, &c põt legi cum ſuperiori, & inferiori.
x *Liberantur.*] hoc ex antiquis legibus.
y *Cum ad fiſci.*] hoc refertur ad eum articulum, vbi de hoc modo dixi.
z *Poſtquam.*] hoc ex antiquis legibus, hodie ſecus, ut infra §. ex æuo.
a *Principes agentium.*]hi ſunt decorati dignitate proconſulatus, & in ſcriptis conueniuntur. & non ſatiſdant iudicio ſiſti, ut infra de prin. agen. in re. l. 3. & ſi.
b *Noſtra memoria.*] ob hoc ſcilicet dicti proximi, quia

* *Quis ſit conſularis, Aug libro ſingul ad Modeſt.*

2† *Prelatura.*

3† *Quæſtoris.*

4† *Præſidet.*

militabant in ſacris palatiis, horum enim erat trina militia erant enim milites memoriæ epiſtolarum, erant ét qui militabant in libris memoriæ aliqui in libellis cognitiona'ibus & ſententiis, ut hic dicitur: hi excuſabantur à ſordidis, & aliis quibuſdam muneribus. Item nec conueniebantur, niſi apud magiſtrum officiorum. Item finita ad miniſtratione erant Comites cõſiſtorii, vt infra de proxi. ſac. ſcri. l. 3. & 4 & l. proximos. & l. in ſacris.

a *Suſceperant.*] ſcepe te, ex antiquis legibus ſunt liberati. hoc etiam, &c.

b *Prolixoq; tempore.*] ad quod ſup de offi. Ma. offi. l. 2.

c *Sobole.*] ante, uel poſt dignitatẽ nata.

d *Ex æuo.*] ideſt ab hoc tempore in antea.

e *Progenitos.*] ideſt, ante dignitatem patris aduocationis fiſci, vel aliam de ſuperioribus.

f *Non eſt conceſſum.* vt in quinque primis niatis hac l.

g *Progeniti*] ante ſcilicet dignitatem habitam patronatus fiſci.

h *Ex tribus.*] ſic ſ. de adop. l. cum adoptionis. & inſtit. de hære. quę ab inteſt. §. admonendi.

1 † *Emerſa.*

2 † *Protulerunt.*

3 † *Aliis, prædiximus ex æuo tamen ſequente. Nam progenitos antea, &c.*

4 † *Memorauimus.*

5 † *Quis.*

tijs ſuis, & liberis, quos poſt emenſa [1]† ſtipendia ſuſceperant.[a] hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multo, longo prolixoque [b] tempore pertulerunt, [2]† intactum, illibatumq; conſeruamus, vt hi omnes fortuna curiali liberentur, cum ſua ſubſtantia, ſuaque ſobole, [c] ſecundum ea, quæ prædiximus. Ex æuo [d] autem ſequente progenitos [e] antea, nullius [3]† futuri fiſci patroni liberos concedimus liberandos: vt ne quod ſummis apicibus dignitatum non eſt conceſſum, [f] hoc alii ſibi audeant vindicare; ſed progeniti [g] filij, antequam ad fiſci patronatum peruenerint, in conditione priſtina remaneant: alijs autem modis, quam his, quos ſigillatim enumerauimus, [4]† ſiue legibus antiquis comprehẽſi ſunt, (qualis erat is quẽ [5]† ex tribus [h] maribus conceſſum antea fuerat patri maximo Senatui * ſociare,) ſiue comprehenſi anterioribus ſcitis non fuerant, liberationem competere cuidam curiali fortunæ nullo patimur modo: ſed ſiue pragmatica ſanctio ſuper hoc proceſſit, ſiue ſententia eminentiſſimę præfecturæ, ſiue alius modus, quicunque excogitatus eſt, ea omnia penitus vacuari, & pro infectis [6]† haberi, & curialia corpora ſuis reddi ciuitatibus, & ſubſtantias eorum ſubiacere, nulla excuſatione eis [7]† penitus competente.

* Ideſt, vrbis Romæ. Cont.

TITVLVS XXXII.

Si ſeruus aut libertus ad decurionatum aſpirauerit.

Libertus, qui non habet ius annulorum aureorum, nec reſtitutus eſt natalibus, cum pœna à curia remouea tur. Bar.

SI SERVVS AVT libertus, &c.

i S*I libertus vel ius aureorum.*] per quod habetur vt ingenuus, quo ad honores, ut ff. de iu. au. annul. l penul. & fi. quod qualiter fiat notaui ſupra de iu. au. annulo. l 2. & ibidem, l. 1. qualiter natalibus reſtituatur: hodie tamen hoc conſequitur manumiſſus ex ipſa manumiſſione, & ſic non habet locum hæc lex, vt in auth. vt li. de cę in prin.

k *Legis.*] ſ. Viſcelliæ quæ punit in dãno extraordinariè cũ infamia, vt ſ. ad l. Viſce. l. j. q̃ hodie ẽ correcta, ut mõ no. ſed filii liberti ſic, ut ſ. de dig. l. libertorũ. Itẽ vt ſ. de epi & cle. l. iubemus, §. ſeruos.

l P*ræſes. Aedilitate.*] quorum erat officium ædes cuſtodire, vt ff. de lo. pu. fru. l. Aedilitas. & ff. de pericu. & com. rei vend. l. lectos. & no. ff. de ædi. edi. l. 1. in prin. Accur.

m *Congruenti.*] & domino, ſi fuit ignorans, redditur, vt ſubijcit.

n *Proceſſit.*] domino ignorante. Accur.

9 † *Imperfectis.*

7 † *Eis.*

Impp. Dioc. & Maximia. AA. & CC. [8]†

LEX PRIMA.

SI libertus vel ius aureorum [i] annulorum adeptus non eſt, vel natalibus ſuis non reſtitutus, prǽſes prouinciæ nõ tantum curiæ [9]† participare non permittat, ſed iuxta legis [k] ſeueritatem congruenti pœna vlciſcatur.

Si ſeruus ſcienter patitur, ſe ad dignitatem vocari, remouebitur, & punietur: ſi autem ignoranter, reuocabitur tantum. Bar.

Imp. Conſtantinus A. Oricinæ. [10]†

LEX II.

PRæſes prouinciæ ſi eum, qui ædilitate [l] fungitur, ſeruum tuum eſſe cognouerit, ſi quidem non ignarum conditionis ſuæ ad ædilitatem aſpiraſſe perſpexerit, ob violatam ſeruili macula curiæ dignitatem, congruenti [m] pœna afficiet. Si vero quum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capeſcendum honorem errore lapſus proceſſit, [n] dominio tuo eum ſubiugabit. [o]

TITVLVS XXXIII.

De prædijs decurionum ſine decreto * non alienandis.

Decuriones non poſſunt vendere bona immobilia ſine decreto: alias non valet venditio, & emptor perdit pretium, & reſtituit rem cũ fructibus. Bar.

Imppp. Valẽtinus, Theod. & Arcad. [11]† Cynegio PP.

LEX PRIMA.

SI quis [12]† [p] decurionum vel ruſtica prædia, vel vrbana venditor neceſſitate [q] coactus addicit, interpellet iudicem competentem, [r] om-

o *Subiugabit.*] ſ. intra 30. dies, ex quo ſciueris eum ad talẽ dignitatem promotum poſtea enim nõ audieris: imò liber, & ingenuus erat, nullo iure patro. ſeruato: quemadmodũ ſi te ſciẽte ab initio foret adeptus: ſed ipſe aut ea fruetur, ſi dign* appareat, aut ea, tanquã indignus ſpoliabitur, exiſtens nihilominus liber, & ingenuus, vt inf. qui milit. non poſ. l pe. & fi. hoc ita, ſi ad dignitatem: nam ſecus ſi ad ciuilia munera ſeruum aſpirare conceſſerit. nam ſeruus tunc cõfiſcabitur, cum verberib. & dominus pro his oĩb. q̃ ſeru* malè egit cõſtrictus tenebitur, ut inf. de tabu. l. generali Fy. Itẽ hæc vera, ſi quinquennium non trãſiuit à die mortis matris, aliàs nõ ſubiugabit, ut ſup. ne ð ſtat. defun. l. ſi mater. & facit ad hoc C. de ſer. fu l. fi. & ð fu. & leg. l. ex liber. & de libe. cau. l. nõ mutant. & ff. de regu. iu. l. ĩ his. & inf. de agri & cen. l. colonos & ff de offic. præſid. l. Barbarius.

DE PRÆDIIS DECVRIONVM, &c.

p S*I quis.*] ex hac l. poteſt notari, quod vẽditio rei factę a curiali non tenet niſi ſit facta cum auctoritate iudicis: quod tñ hodie non obſeruatur in ciuitatib. Lõbardiæ: licet deberet obſeruari, cum Imperator hoc conſtituerit, vt Reſpu. diuites curatores haberet, ut inf l. proxi. in fi ibi ex conſenſu, &c.

q *Neceſſitate.*] rei familiaris, de qua neceſſitate loquitur C. de reſcin. ven. l. non idcirco.

r *Competentem.*] prǽſidem, ut infra l. fi. & infra de ven. re. ciui. l. vnica. in fi.

Strau-

8 † *Saturnino.*

6 † *Curiã.*

10 † *Aliàs, Origma.*

* *Subaudi, propoſito, eo præcedente quidem reſcripto principis, cuius extat formula apud Caſsiodorũ lib. 7. var. pa. 178. Cõ.*

11 † AAA.

12 † *Ex li. 12. tit. 3. l. 1. C. Th.*

neſq; cauſas ſigillatim, quibus ſtrãgulatur,[a] exponat, & ita demum diſtrahendæ poſſeſſionis facultatẽ accipiat, ſi alienationis neceſſitatem probauerit. Infirma[b] enim vẽditio erit, ſi hæc fuerit forma neglecta: ita enim fiet, vt nec immoderatus[c] venditor, nec emptor cuiuſcunque ſit cõditionis, inueniatur iniuſtus. Denique nihil erit poſtmodum, quo uẽditor, uel circumuentum ſe inſidiis, uel oppreſſum potentia comparatoris quæri debeat,[d] quandoquidem[e] ſub fide actorum, & de neceſſitate diſtrahentis, & de uoluntate patuerit cõparãtis. Quòd ſi quis contra uetitum, occultis molitionibus per ſuppoſitas[f] fraude perſonas, cuiuslibet loci, quem tamen ei decurio diſtrahebat,[1] † comparator extiterit, ſciat ſe pretio, qđ dedit, eſſe priuandum,[g] & locum, quem comparauit cum fructibus eſſe reſtituẽdum.[2] †

Venditio rerum, & liberatio debitorum ad curiam pertinentium non debet fieri ſine decreto curiæ: & quicquid redigitur, debet reuolui ad curiam, & eodem modo debent fieri locationes. Bar.

Impp. Theo & Valen. AA[3] †

LEX II.

NEc uenditio[h] rei hæreditariæ curiæ acquiſitę, aut debitoris hęreditarii qui ſoluerit, liberatio aliter admittenda eſt, niſi apud acta[i] totius, uel maioris[k] partis ordinis intercedente decreto, incũdi contractus, uel diſſoluẽdę obligationis cauſa probetur. Ita enim & id, quod ex ea redigitur, ad prædiorum iubemus cõparationem expendi; quorum reditus omnes ſicut dictũ[l] eſt; eiuſdem curiæ publicis muneribus, quæ[m] ſolatio[n] egere conſtiterit, iuſtiſſimè ſeruabuntur, ex cõſenſu omnium, & maximè ditiorũ, uel[o] idonea[p] fideiuſſione oblata conductoribus eligendis.

Decuriones non poſſunt vendere ſine decreto: alios autem contractus non prohibentur celebrare: & decretum non poteſt interponi, niſi de conſenſu maioris partis decurionum. Bartolus.

Imperator Zeno A[4] †

LEX III.

CVriales[*] uendere quidem res[*] immobiles, uel mancipia ruſtica prohibemus ſine interpoſitione decreti;[q] donationes uerò, uel permutationes,[*] uel quoslibet alios etiã ſine decreto permittimus[r] celebrare contractus: quoniã & ſacræ conſtitutiones, quæ ſuper hoc à retro Principibus latæ ſunt, in plurimis ſuis partibus de pretio non redhibendo[ſ] locutæ ſunt, ut ex hoc apertiſſimè deƀ intelligi,[t] ſolum uenditionis[5] † decurionibus ſine decreto interdictum fuiſſe contractum. Cum tamen uenditio intercedente,[u] (ut dictum eſt) decreto agitur: nullum eos, uel qui ab his comparant, diſpendium cuiuſcunque perſonæ, uel cauſæ, uel theatralis[x] liberalitatis nomine (quòd frequenter fieri dicitur) ſuſtinere decernimus, nec ex tabella[y] decretum recitari, ſed curialium, vel maioris partis[z] curiæ, relatione currente,[a] ſine ulla malignitate referentium, uel damno contrahentium ad confirmandam emptionem competentis iudicis[b] proferri ſententiam.[c]

a *Strangulatur.*] idest, venditur, & loquitur ironicè, quaſi malè eſt, quod venditur, ſed neceſſitas cogit. ſic ff. ad Syl. l. 1. §. occiſorum.
b *Infirma*] ſic ff de re. eo. magis. §. ſi æs.
c *Immoderatus*] idest ſine cauſa.
d *Debeat.*] ſic ff quod met. cau. l. ſi. & ſupra de tranſact. l. tranſactionem.
e *Quandoquidem.*] i. quia.
f *Suppoſitas.*] ſic ſupra quod met. cau. l. ſi per impreſſionem. & de autho. tutor. l. pupillus. §. primo. Accur.
g *Priuandum*] ſic ſupra de rei vend. l. ſi fundum. & l. domũ. & infra de agri. & cenſi. l. quemadmodum. & ſupra de ſi. inſtrum. & iu. haſtæ fiſc. l. prima. & ſup. de præſcrip. 30. ann. l. 1. Sed argum. contra. infra ne ſi. ha. metro. l. 1.
h N*Ec venditio*] Hic no. qualiter vẽditur res curiæ, vt hic. Item qualiter curialis: vt inf. de ven. re ci. l. fina. Item qualiter eccleſiæ, vt in Auth hoc ius porrectum. Item qualiter fiſci, vt ſupra de fide inſtrum. & iu. ha fiſc l prima. & de ven. re. fi. cum priua. commu. l prima Item & no. qualiter liberetur debitor curiæ: vt hic. Sed Petr. intelligit hoc, quando per confeſſionem: ſi autem per ſolutionem, tunc ſufficit ſolus curator ciuitatis, ſecundũ eum. Item no. qualiter ciuitatis debitor liberatur, vt infra de ſolu. & li. debi ci. l. prima. Item qualiter fiſci, vt ſup. de conue fiſci deb. l. 2. Accur.
i *Acta.*] fortè Præſidis.
k *Maioris partis.*] ſic ff. de tuto. & cur. da. ab his l. vbi. & ſupra de dec l. nominationum. & infra de legatio. l. ſi quid Itẽ facit in Auth. de ali. & emphy. §. emph.
l *Dictum eſt.*] in græcis legibus, vel dic hac lege, eo q ſolẽniter fieri mandauit.
m *Quæ.*] munera.
n *Solatio.*] idest eſt expenſa aliqua, quæ ſolatiũ eſt illis, quibus datur, ut ſi, communia prædior. l. venditor. §. ſi conſtat.
o *Vel.*] pro etiam, vel dic, ſup. quando idoneus, hic quando non idoneus eſt conductor, ad quod in Auth. de man. Princ. §. non permittas, colla. 3
p *Idonea.*] quæ eſt ex facilitate etiam conueniendi, vt ff. qui ſatiſda. cogan. l. 2. & de publi. l. licitatio.
q C*Vriales. Decreti*] nec minus vendi tur res ſine decreto, vt ſupra de offic. eius, qui vicem al. l. ſecunda. & de Epiſco. & cler. authen. hoc ius porrectum.
r *Permittimus*] ſpecialiſſimum ius. ſic ſupra de iur. Emph. l. fina. in principio. regulariter contra, vt ff. de regul. iuris. l. cui ius eſt & eſt ratio. quia facilius vendunt, quam donent. ſic ff ad Velleian. l. quarta. ſed & mulieri donare permittitur, non fideiubere. Item facit in Auth. de non ali. § quia vero Leonis. Item poteſt hic eſſe alia ratio: quia cõtra ius cõmune dicitur decretum in venditione exigi; ergo non trahitur ad conſequentiã, vt ff. de de pignor. l. in quorum.
ſ *Non redhibendo.*] ſi quis emerit ſine hac forma, vt ſupra l. prima. in fin. cum concor.
t *Intellig.*] nam in venditione eſt pretium non in alijs cõtractibus, vt ff. de contrahen. emptio. l. ſecunda. §. primo. & eſt ſic C. de teſt. l. non codicillum. Ac.
u *Venditio intercedente.*] neceſſitate, non ſponte, vt ſupra l. 1.
x *Theatralis*] i. emptores talium prædiorum conſueuerãt aliquid dare ad ludum theatri.
y *Tabella.*] alias tabellio, alias, tabella, i. per delegatum: quia ſi cauſæ, cognit. &c. vt ff de offic. Proconſul. l. nec quicquam. §. vbi.
z *Maioris partis.*] ſic ſup. l. prox.
a *Currente.*] per circulum, vt in Auth. de defen. ciui. §. interim. collat. 3.
b *Iudicis.*] ordinarij.
c *Sententiam.*] i. decretum.

1 † *Diſtrahebat.*
2 † *Da. 8. Ka. Dec. C.P. Hon. N.B.P. & Euodio Coss.*
3 † *Florentino. PP.*
4 † *Sebaſtiano. Præfecto Prætorio.*
* *Hanc legem accuſat Iuſtin. Nouel. 120.*
* *de ſenſu huius l. vt Ioan. Bapt. Sanſ[illegible] in l omnes populi ff. de iuſt. & iur.*
* *Hic videtur innuere, q permutatio non ſit alienatio, cuius cõtrarium tamen dicitur in cap. nulli extr. de re. eccleſ. non alien. Sed hic ſpecialiſsimũ, vt hic in gl. i.*
5 † *emptionis.*

QVANDO

a QVANDO, ET QVIBVS QVARTA pars debetur, &c.

Quando debetur, & quid, & quando eſt hæres non curialis, vel quando curialis, ſed non in totum, vt infra l. 1 & 2. in princip & l. 3. in princip. Item quibus debetur. Reſpon. à curialibus, vt infra l. 2 in princip. qualiter diſtribuatur. idest, diuidatur inter curiam, & hæredes, quod habes infra eo. l. 2. §. 1.

* *Quarta conſtitutio Græca Iuſtiniani hic deeſt. quæ ſubebat. vt tam donatio, quam omnis alia alienationē continens, decreto ſubiaceret. vt idē ait Nouel. 38.*

TITVLVS XXXIIII.

Quando,* & quib.[a] quarta pars debetur ex bonis decurionum: & de modo diſtributionis eorum.

Si extraneus ſuccedit alicui decurioni, debet curia habere quartam. Bar.

Impp. Theod. & Valen. AA.

LEX PRIMA.

SI decurionum conſortio ſit alienus,[b] qui curiali ſucceſſit, competentis eidē[c] 1† iuris, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte hæres[d] ſit, bonorumve poſſeſſor,[e] partem quartam iure optimo à curia[f] peti decernimus.2 †

Curiales debēt habere quartam, extraneo ſuccedente curiali. non tamen de ſingulis rebus, ſed facta omnium diuiſione, prout hæc lex exprimit. Bar.

Iidem AA. Apollonio. PP.

LEX II.

MEminimus,3 † nuper emiſſa lege[g] diuali, portionem quartā de facultatibus curialiū fati munus implentium, ex qualibet nouiſſima voluntate, vel ab inteſtato etiam, ad quemcunque[h] (præterquam ſi ad filios curiales) deferatur, 4† curialium 5† deputaſſe corporibus: ſed multi,[i] tanquā corrumpēdi totius patrimonij occaſione 6† captata, vniuſcuiuſq; rei ſibi particulam[k] vindicando, adeò totas dilacerant facultates, vt dum participibus[l] relictarū opum nocere cupiunt, ſua quoque iura præcipitent. Quorum nimiam licentiam prouida diſpoſitione refrenantes, 7† ipſis quidem curialibus occupādi ſua auctoritate res mortui, copiā denegamus,[m] hęres autem, ad quē ab inteſtato, vel ex poſtrema volūtate directis, 8† vel fideicommiſſarijs verbis decurit hæreditas, omne patrimonium, quod relictum eſt, in partes quatuor diuidi procuret: vt rebus totis[n] in ſortium[o] 9† caſum 10 † deductis, vel curiæ quadrātis, vel hæredi, aut 11† fideicommiſſario per vniuerſitatem, dodrātis electio ex ſortis fęlicitate 12 † contingat: ita ſcilicet, & pręfati ſucceſſores, & curia promiſcui rerū dominij 13 † liberabuntur incōmodo. Naturale[p] * quippe vitium eſt, negligi, quod communiter poſſidetur, vtque ſe nihil habere, qui nō totum[q] habeat, arbitretur: denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dū inuidet alienę. Sed vbi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri, immobiles quidem res, quæ nec latere facilè poſſunt, nec cuiquam, 14 † ſi diuulgentur, officiunt,[r] ſub aſpectu etiā curialium ęſtimari, diuidique concedimus: mobiles autem res, vel ſe mouentes, vel inſtrumenta, vel ſi quid aliud 15 † in huiuſmodi iure conſiſtat, in medium proferri, diuulgarique non patimur: ſed iuratis ſucceſſoribus, cum apud ſe diligenter æſtimauerint, quæ quantique ſint pt̄ij facultates, credi oportere[ſ] decernimus. Quid enim tam durum, tamque inhumanum eſt, quam publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere 16 † diuitias.[t] ¶ In exigendis verò debitis, ſi pretium, quod pro quarta parte actionum curiæ competit, ſucceſſores

b *SI decurionum. Alienus.*] i. nō curialis ſucceſſit curiali, ut inf. eo. l. proxi. in princ.

c *Eidem.*] ſ. curiali, uel eius hæredi pōt. Item excipe quaſdā alias perſonas: vt ī. eo l. 2. §. ſed & ſi. & § extraneum.

1† *Einſdē.*

d *Hæres*] de iure ciuili. ex teſtamento, uel ab inteſtato.

e *Bonorumve poſſeſſor.* de iure prætorio.

f *Curia*] i. peret à curia, vt ſup. de natu. li. communiū. § ea vero quæ, & ī. de his, qui ſpon. pub. mu. ſu. l. fi. Et no optimè. nā ſecundum Py. ius petēdi tripartitum eſt. nā aliud eſt bonū, aliud eſt melius, aliud optimū. bonū eſt, ex quo tm̄ exceptio. vt ſup. de vſur. l. quamuis. melius, ex quo tm̄ iudicis officio eſt petitio, vt ī. eo. l. in bon e fidei. optimū eſt, qđ eſt vndiq; ex omnib. ſuis partibus circunuallatū: quia ēt petitionem inducit per actionem, vt hic, & ſupra eod. tit. l. j.

2 † *Da ſ. Id. Inn. C. P. Felice, & Tauro. Coss.*

3† *Ex Nouel. Theo titu de bon. Decl. 6.*

g *MEminimus nuper emiſſa lege.* ut ſup. l. proxi.

h *Ad quemcumque.*] excipe, ut ī. in fi. l. §. ſed & ſi. & §. extraneum. qui videt̄ contra.

3† *Deferātur.*

5 † *Curiarum.*

i *Sed multi*] ſ. curiales, quibus defertur dicta quarta.

6 † *accuſatione.*

k *Particulam*] ſcilicet quartam rei. ſic C. de inof. teſt. ſi qs in ſuo. vbi appellat minuſculam quartam.

l *Participibus.*] ideſt hæredibus. & not. argumen contra peſſimos, & maleuolos cohæredes. qui propter vnius minimā portionem, vel alterius maximam inuidiam minutatim, puta per ſulcos hęreditatē diuidere, vel et per perticas cupiūt. Debet igitur ex uniuerſitate diuiſio fieri, quæ uulgari ſermone apud Italicos dicitur, in groſſo, ſecundum Py. & pro hoc facit ff. ad legem Falc. l. 2. & quod ibi nota.

7† *Frenantes.*

m *Denegamus.*] ſic ſupra de iure fiſ. l. prohibitum. & l. defenſionis.

n *Totis.*] i. omnib. Accur.

o *In ſortium.*] ſic dictū à ſorte. ſubſtātia enim ſic diuiſa ſorte ditimetur, ſi aliàs nō cōueniat, vtrū curia quadrantis, an cohæredes, vel fideicōmiſſarij dodrantis, electionē habeant, vt is præferatur, quē ſors prætulit in eligēdo, vt ī. cōmunia de leg. l. fin. in prin. niſi forte ſit vxor defuncti, quæ ſucceſſit ex teſtamēto, vel ab inteſtato p bon. poſ. vnde vir, & vxor, vt ī. unde uir, & uxo. l. 1. cui circa iſtam ſortem, ſpeciali priuilegio optio conceditur, vt ī. de his, qui ſe defe. habetur tñ aliàs, qđ illi eſt optio cōmittenda, qui maiorem partem in re hēre noſcitur, ut ī de don. l. Sinimus §. ſi aūt argu. ff. famil. erciſ. l. cæteræ. & l. ſi quæ ſunt contra. Item ad idē. ff. fin. regundo. l. de modo ſed aliter intelligitur. Item aliàs datur uni electio, alia ex cauſa, vt ī. de meta l. 2. quæ eſt contra. Accurſius.

8† *Derelictis.*

9† *inſortitū, caſum rectè.*

10 † *caſum ꝗ.*

11 † *ac.*

12 † *conditione.*

13 † *dominij.*

* *Concor. c. 1. in glo. in verb. relegio. extra. ne ſed. va. aliquid innouetur. vbi hæc verba recitantur, infra. d. lins gl.*

p *Naturale quippe.*] Not. ſic ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulciſſimis & de admi. tutor. l. tertia, §. apparet & de ſeruitu. urbano. prædio. l. in re communi. Sed argum. contra. ff. pro ſoc. l. merito. Itē facit ff. de tute. l. inter eos.

14† *quicquam.*

q *Non totum.*] ſic ff. commod. l. ſi ut. §. fina.

r *Officiunt.*] Nota fieri, quod alii prodeſt, & nemini nocet, ut infra de præpoſ. ſacri cu. l. finali. & ſupra de prec. Im. of. l. reſcripta & nota, quod inducitur hic, quod pro re immobili non agitur ad exhibendum, quod per ſe patet, ut hic dicitur.

15† *etiam.*

16 † *parere.*

ſ *Credi oportere.*] ſic ī. de fideiuſ. l. fi. & in Authen de col. §. ſuper. & infra proxi. §.

t *Diuitias.*] ſic ff. ad legem Aquiliam. l. ſi quis teſtamen. §. pe.

prǽſtare noluerint: cautionibus, iurata fide [a] prolatis in medium, vnuſquiſq; à debitoribus conuenientem ſibi exigat portionem. Aequè ex diuerſo æs alienum (ſi cui defunctus fuerat obligatus) tam iidem ſucceſſores, quã curia pro ſua ſorte, [1]† reſtituere compellantur.[b] Quod ſi ſæpedicti ſucceſſores, ſacramentũ ſibi crediderint excuſandũ, tunc verò ad ſimilitudinẽ rerũ immobilium diligentior [2]† curialibus omnium rerum indago præbebitur, ſ. vt vniuerſis mortui facultatib. in aperto ꝓpoſitis, vel æſtimatio[c] rerũ, vel diuiſio ſub præſentia curialium celebretur. In omnib. autem caſibus vbi quarta pars curię competit, tranſactiones[d] interpoſitas, firmas, illibataſque manere decernimus.

Deſcendentes maſculi curiales, vel fœmina nupta curialib. vel extranei curiales ſuccedant in totum: non curiales, vel curialibus non nupta quartam dare curiæ debent: & cum nubent, triennium expectatur. Bar.

¶ Ad filiorũ verò curialiũ,[e] vel nepotum, ac pronepotũ, ſcilicet, decurionum ſimilitudinem [3]† ad quos integras opes peruenire cenſuimus,[f] filiam, quinetiam neptem, ꝓneptemve principali [g] eiuſdem ciuitatis, vnde pater, auus, vel proauus oritur, nuptam, rerũ vel ab inteſtato, vel ex diſpoſitione vltimæ voluntatis quæſitarum integrum, nullaq; parte minutũ dñiũ [h] habere ſancimus. Qđ ſi poſt parentum obitum inueniantur innuptæ, vel viduæ, in impuberibus quidẽ, poſt trãſactam pubertatem, in aliis uerò, quæ pubertatẽ exceſſerint, vel etiam [4]† in viduis, poſt mortem parentis, triennium duntaxat volumus expectari: ut interim quarta portio ſuſpenſa, aut apud eam, ſi in matrimonio curialis eiuſdẽ ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat, vel ſi intra id tẽpus, [5]† alienum [i] ab eadem curia ſortietur maritum, penitusve nupta non fuerit, memorata pars totius ſubſtantiæ, curiæ, cum triennii[k] tam vrbanorum, quã ruſticorũ prædiorum duntaxat fructibus [l] addicatur; ita tamen, ut & [6]† optionis conditio, in offerendis reb. quartę partis, uel dodrantis, & ſacramẽti tam de quantitate, quã de æſtimatione rerum mobilium, deque actionibus inferendis, uel excipiendis (ſicut in extraneis perſonis dictum eſt) ratio cõſeruetur.[m] Sed & ſi mater mortui, uel auia, tempore, quo filius, nepoſue moritur, in coniugio eiuſdem ciuitatis curialis inuẽta fuerit: nec ipſas quidẽ patimur quartę portionis ſubire iacturã. Extraneum quinetiam hæredẽ propinquitatis quidem iure diſcretũ, curiæ tñ, eiuſdẽ ciuitatis obnoxium, ſupradictæ portionis diſpendio liberamus. Dat. 7. Idus Mart. Conſtantinopoli, Dioſco. & Eudoxio [7]† Coſs.

Imp. Iuſtinianus A. [8]† *Mennæ PP.*

LEX III.

SI quis [9]† curialibus muneribus [10]† obnoxius, uno forte, uel pluribus filiis, uel filiabus[n] derelictis, filio quidem, uel filiis ſubſtantiæ ſuæ partem minimam dereliquerit (eam tamen, quæ excludere eos ab inofficioſi querela[o] poteſt) aliis[p] autem ſuam ſubſtantiam dereliqt, ut ex hac patrimonii diſtributione apud [11]† filium quidem, uel filios curiales minima[q] pars ſubſtãtiæ remaneat, totum autẽ curiale munus maſculis[r] immineat, ſiue filii ſint, ſiue nepotes uel ꝓnepotes, curiali tñ cõditioni obnoxii, ſancimus huiuſmodi iniquitatẽ reſecari, & nõ minus quarta[ſ] portione in maſculos poſſe teſtatorẽ tranſmittere, ſiue unus eſt filius, ſiue plures, nulla diminutione ex permiſtione[t] ſororum eis facienda, ut non ſolũ corporibus, ſed etiã ſubſtãtiis laborantes, poſſint curiale habere conſortium.

¶ Adhuc [12]† ſancimus, ſi quis curialis, filiabus pluribus derelictis, ab hac luce fuerit ſubtractus, quarum una curiali eiuſdem nupſerit ciuitatis, aliis filiabus, quæ ad huiuſmodi uota non migrauerint,[u] uel extraneis[x] in reliquam[y] partem hæredibus derelictis, non uideri curiæ ex ſententia legis Theodoſianæ,[z] ad Apollonium ſcriptæ ſatisfieri, ſed omnium [13]†

§. penultimo. & ſup. de ali. pu pr. l. 2.
a *Iurata fide.*] ſic ſupra prox. §. & eſt arg. q vxor iuramento patefacit bona hæredibus. Item vaſalli feuda ſic ſup. de his, qui ad eccle. contu. l. præſenti. §. ſicubi.
b *Compellantur.*] ſic C. ad leg. Iuliam de vi pub. l. tutoris.
c *Aeſtimatio.*] ſcilicet ſi diuidi non poſſunt.
d *Tranſactiones.*] ſi res ſit dubia, aliàs non, argum. ſup. de tranſactio. l. ætates. Accurſius.
e *Curialium.*] ideſt, quòd filii ſint curiales, ad quod, eſt ſequens ſimilitudo ſic eſt contra infra tit. 1. l. 1. in princ. ſolue, vt ibi.
f *Cenſuimus.*] vt ſupra in princip. huius legis.
g *Principali.*] i. decurioni, ſeu curiali, vt ſupra de decur. l. qui liber.
h *Dominium*] non habet enim curia quartam.
i *Alienum.*] infra tit. 1. in princ. contra ſolut vt ibi.
k *Triennii.*] quadriẽnio quarta ſtetit in ſuſpenſo.
l *Fructibus addicatur.* hic videtur matrimonium vinculo pœnæ aliquatenus adſtringi, ſic ſunt argumen. ſupra de inutil. ſtip. l. libera. & ff. de verb. oblig. l. Titia & l. ſtipulatio facta. ſic ſi de condit. & demonſtr. l. Titio. § primo. ibi, huic ſententiæ, &c.
m *Conſeruetur*] ſcilicet, hoc caſu, cum nõ nubit curiali, cũ curia habeat quartam, at quando nubit curiali, curia nihil habet, vt hic dicitur, & ſic non eſt locus huiuſmodi iuramento.
n *SI quis curialibus. Vel filiabus*] vel pro, &c. vt patet ex ſequentibus.
o *Querela*] quæ eſt quarta ſuæ portionis ab inteſtato iure ſuo, vt C. de inof. teſta. l. cum quæritur, ſed in re auth. ſecus, & dic, vt C. de inof. teſtam. auth. nouiſſima.
p *Aliis*] ſ. fœminis, vel extraneis.
q *Minima.*] legitima tamen omnibus computatis maribus & fœminis.
r *Maſculis.*] in minima inſtitutis.
ſ *Quarta.*] ſic infra, de his, qui ſpon. mu. ſu. l. ſi. §. 1. & in Authen. de na. li. curiæ deput. §. 1 ſed hodie nouiuncium, vt in authen. de trien. & ſe. §. excipiatur, coll. 3. & quib. mod. nat. eff. ſui, §. ſi quis autem, collat. 7.
t *Ex permiſtione.*] habentur ergo pro nihilo fœminæ, quo minus curiales habeant quartam omnium, niſi ſit nupta curiali, vt inf. proxi.
u *Non migrauerint.*] i. nõ nupſerint curiali.
x *Extraneis.*] vel datiuus, vel ablatiuus.
y *In reliquam partem.* ſcilicet quartam, quã prædicta debet habere, inſtar matris curialis, vt infra proxi. § & generaliter.
z *Theodoſianæ*] quæ eſt ſupra l. proxi. §. ad filiorum, volebat enim

1† per ſuã ſortem.
2† Diligentior.
3† Numerum.
4† Adeptaſunt.
5† Temporis.
6† incluſa deſunt in omnib. manuſcri. & perperã inſerta ſunt à ſciolis librorum corruptoribus, ex lib. Nouellarum Theodoſii.
7† & Theodoſ.
8† Annotationes ſane non aſpernãdã, hunc locũ commodam, repete ex prætermiſ. infra.
9† Huius ſua legis ſententiam Græcè recitat Iuſtinianus in Nouel. 38. Conſt.
10† Muneri nomaxys.
11† ad.
12† Ad hæc.
13† omnino modo.

enim illa, nihil ad curiam pertinere, ſi talis eſt filia inſtituta, quæ ſit nupta curiali: ſed illud intelligitur, ſi ſibi eſt totum relictum, non ſi extraneo, vel filiæ non nuptæ tali, vt hic.

a *Patrimonij.*] totius, ſi tantum poteſt auferri extraneis, quia tantum habēt. aliàs aufertur, quod habent, & quod deficit, non aufertur filię vt ſubiicit: ſed ſi ſint filiæ non nuptæ, illæ inſtitutæ, aut filii nō curialis, quo modo aufertur eis totum? Reſp hoc, quo ad curiam, & ad curialem. quæ duas quartas habent integras, vt inf. eo. §. nullo, & hoc ſ. curialem, quantū eſt ultra quartam, ſed iu uantur filij curiales, vt habeant debitum bonorum ſubſidiū.

quartam partē patrimonij [a] curia cōſequatur, ſiue vni filiæ, quæ curialibus nuptijs copulata ſit, deputāda eſt, ſiue ex alijs hæredibus colligenda: [b] filia proculdubio, quæ curiali nupſit, immuni ab huiuſmodi quartæ [c] datione ſeruanda: cum per maritum [d] eius, quantum ad ipſius [1] † perſonarum, curiæ ſit ſatisfactum, & hoc obſeruari, [2] † non ſolum ſi vltimo elogio condito teſtator curialis deceſſerit, ſed etiam ſi inteſtatus [3] † diem ſuū obierit. [e] ¶ Sed & ſi quid [f] [4] † minus quarta parte fuerit, vel minimè derelictum, hoc modis omnib. filio curiali, vel filiæ, quæ nupta eſt eiuſdem ciuitatis decurioni, ex ſubſtātia patris curialis modis omnibus, vł deputari, vel adimpleri, nullo obſtaculo curiæ opponendo, ſi ſecundum p̄dictam legem [g] filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali morienti fuerint derelicti, q nexibus curialibus ex quacūque, vel dignitate, [h] vel occaſione [i] fuerint abſoluti. In hoc etenim Theodoſianæ legi apertiſſimæ volumus eſſe derogatū. ¶ Et generaliter definimus, ex omni cauſa, neque maſculos liberos, neq; filias copulatas matrimonio curialis, [k] minus quarta parentis ſubſtantię habere: uel non extātibus filiis, uel filiabus, [l] ſed aliis [m] hæredibus, ipſam curiam ſecundū anteriores leges, quartę curialis morientis habere ſolatium. [5] †

c *Colligenda.*] ſ. ſit quarta ſubaudi, & nō filiæ danda. Accur.

c *Quarta datione.*] ſiue ſolam quartā, ſiue etiam plus habeat.

d *Per maritum.*] ſic ſ. de na. li. l. ſi quis, §. fi. & ſup. l. prox. § ad filiorum. & in Authē. quib. mo nat. effi. ſui. § & hoc ſimiliter.

e *Obierit.*] vt ſi non ſuccedat ſolus curialis, vel ſola nupta curiali, curia hēat quartam, & vnam curialis, vel nupta curiali, aliæ autem duæ diuidantur inter omnes filios etiam curiales, vt arg. C. de bono. p̄ſcrip l. ſi. Accur.

f *Sed & ſi qd.*] dixi filium curialē habere integram quartā, & filiam curiali nuptā habere integrā quartam, ſed & ſi, &c.

g *Legem.*] per l. enim ſuperiorem, §. ad filiorū, videbatur ſufficere, vnum eſſe curialem, vel vnam filiam curiali nuptam, vt curia in totum excludatur: ſed non eſt ita, ſi alii, quibus eſt relictum, ſunt non curiales: quia tunc curialis quartā, & curia quartā hn̄t reſiduū inter omnes liberos diuiditur, vt diximus, & lege ſecundum P. ſi filius, &c.

h *Dignitate.*] quod hodie non fit, niſi per 12. dignitates, vt ſupra de decu. l. fi.

i *Occaſione*] tali, de quali dicitur ſup. de decur. l. nemo iudex, & l. ſi quis decurio. non dico, præſcriptione: ne ſit contra ſup. de præſcrip. 30. ann. l. præſcriptione, & inf. de agri. & cen. l. cum ſatis. in prin lib. 11.

k *Curialis*] nam ſi non eſſet copulata curiali, non poſſet dicere teſtamentum inofficio. licet minus haberet quarta.

l *Vel filiabus.*] ſ. talibus, quæ ſint nuptæ curiali.

m *Sed alijs.*] qui non ſunt curiales, aliàs ſecus, ut ſupra l. prox. in fi.

1 † [illegible] ſona. 2 † ſeruari. 3 † Inteſta te. 4 † quidem.

n DE IMPONENDA, &c.

Aliàs lucratiuis, ideſt rebus tranſlatis tit lucrat. aliàs lucratiuorum: & ſimiliter exponunt, & dic, differentiam inter hunc & ſuperiorem tit. quia in ſuperiori tit. quarta rei totius datur curiæ; hic quatuor ſolidi tātum. Item illa quarta de omnibus rebus, vt ſup. tit. 1. l. 1 hic 4. ſolidi de immobilibus tantum, vt in prin huius l. Item ibi de titu ſucceſſionis tantum, hic de quolibet etiā inter viuos, per quæ apparet, q quandoq. vtraque deſcriptio concurrit, quando ſuccedunt curiali ab extraneo.

TITVLVS XXXV.

De [6] † imponenda lucratiua [7] † deſcriptione. [n]

Impp. Theod. & Valent. AA. ad Appollonium PP.

LEX VNICA.

Deſcriptionis [o] [8] † onere ſiliquarū [p] quatuor, quas ex lucratiuis iugationibus [q] tantum, non humanis. [r] vel animalium [ſ] cenſibus, neque mobilibus reb. iubemus indici, & ſi curiales non ſint, maiores, [t] ac poſteros liberamus, ut ſi pater, auus proauus, filio, nepoti, pnepotive (nec intereſt [u] [9] † nuptæ ſint curialibus necne) poſtrema uoluntate, uel inter uiuos etiam donatione quicquam de ſuis operibus largiatur, memoratæ deſcriptionis ceſſet indictio. Aeq; ex diuerſo, ſi poſteriores ad maiores [x] [10] † prædicta ſibi cōſanguinitate deuinctos, [y] præfatis titulis ſuas conferant facultates: nullius acceſſione grauaminis hmōi liberalitas oneretur. in [11] † tam enim neceſſarijs ſibi, coniunctisq; pſonis, ſub liberalitatis appellatione debitū [z] naturale pſoluitur. Cuius [a] auctoritatem iuris pariter ualere ſancimus, etiamſi ab inteſtato ſuccedant ſibi præfiniti [12] † generis ordine ſociati. Ex his. n. ſucceſſionib. maxi-

o *Deſcriptionis.*] i. impoſitionis, deſcriptione, i. præſtatione quatuor ſiliquarum.

p *Siliquarum.*] i. ſolidorum quod dic, vt ſup. de epiſc. & cler. authen. ſed hodie.

q *Iugationibus*] i. poſſeſſionib. immobilibus. vel quia ad iugera metiūtur, vel quia iugo arantur, & dic ſm M. q onus deſcriptionis ſiliquarū, eſt quod imponitur, qñ curialis rē immobilē lucratiuo ti. tradiderit, vel reliquerit alicui, q ſit eiuſdē ordinis in eadē ciuitate, & imponitur ipſi poſſeſſori lucranti; vt ſ §. res vero, &c.

r *Humanis.*] i. hominibus libertis, ſ. vel ſeruis, & quod ſubijcit, vel pro, i.

ſ *Animalium.*] ſ. rōnaliū, nā cætera in dubitāter aīalia inter mobilia, de quibus ſubijcit, continētur, ut ff. de ver. ſig. l. mouētiū.

t *Maiores.*] i. ſuperior linea, & inferior lucrās in infinitum, vt hic ſubiicit: licet pro prie vltra trinepotem & tritauum comprehendant: vt ff. de gra. l. iuriſconſultus, § parentes. Sed vī non curialis non debere excuſari, vt ſ. ti. 1. l. 1. & 2. §. ad filiorum. in prin. Solu. hoc corrigit, vel illud in alia deſcriptione, ſ quartæ, hoc ſiliquarum, ut in rub. mō not. & ſic eſt vna differentia inter hunc titulum, & illum.

u *Nec intereſt.*] imo ut ſup. tit. 1. l. 2. §. quod ſi poſt, ſed illud in quarta, iſtud in ſiliquis, ut modo proxi. dixi; alij, q hic corrigat.

x *Maiores.*] ſ. exiſtentes in ſuperiori linea.

y *Deuinctos.*] i. diuerſis modis coniunctos, puta ex parte patris, vel matris.

z *Debitum naturale.*] no ſic ſup. de codi. l. fi § 1. & ff pro ſo. l. & quia, & ſ de cur ſur l fi. §. ſinautem perpetuis, & ff. de bo dā. l. cum rō. & ad l. Fal. l. pater. & in Auth. de hæt. & Fal. §. 1. col. 1. & ſ pxi. & in Auth. de triē. & ſe. §. 1. co. 1.

a *Cuius iuris*] ſ. huius legis.

5 † Da. Cā. Ian. C. P. Iuſt. A ij. Corr.

6 † Videtur hic deeſſe Græca conſtitutio, cuius meminit Nouel. 18. cap. 10. vt curiales filijs ſuis dodrantem relinquant.

7 † Lucratiuorum, legendum, uel lucratiuis, vt in manuſcrip. Cō.

8 † Sumpta ex Nouel. Theo. titu. de Decurio.

9 † refert.

10 † Aeq; ex diuerſo, vt ſi poſteri ad maiores.

11 † ita.

12 † Præſumti.

I [illegible] rn-

mè debiti potius ſolutio, q̃ muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis, ipſa propinquitatis ſerie deferuntur.[a] cæteri[1] † verò, licet quadam inter ſe cognatione, iungantur, nunquam tamen curiale[b] prædium ſine prædicto onere lucrabũtur, niſi is fortè, cui lucro res ceſſerit, eiuſdem ciuitatis ordini ſit obſtrictus, q licet inter extraneos[c] numeretur, uacuũ tamen ea functione, quod datum eſt, conſequatur. nã cum perſonæ conditio non mutetur, nec rei quidem ſtatum conuenit immutari.[d]

¶ Lucratiuas[e] uerò res eas tantum uolumus appellari, atque à prædictę deſcriptionis grauamine excipere, quę hæreditatis, legati, fideicommiſſi iure, mortis cauſa donationis,[2] † vel cuiuslibet poſtremę volũtatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter uiuos[f] etiam donatio ſimplici liberalitate confecta, lucratiuæ merebitur, & nomen, & ſarcinam.[g] Si verò vel ſocer futurus,[3] † filij, vel nepotis,[4] † uel pronepotis, ſponſæ affinitatis coeundæ cauſa donauerit,[h] uel parens etiam filiam, neptem, vel proneptem curiali, ſeu extraneo nubentẽ dotauerit, licet caſu mortis, vel diuortij euẽtu[5] † res eius cui data eſt, uertatur ad lucrum,[i] nec inter lucratiuas numerabitur, nec deſcriptionis oneri ſubiacebit. Nec enim iuris optimi eſt, matrimonium, cum tot, tantiſque ſuis difficultatibus[k] opprimatur, aduentitijs etiam cumulare ponderibus.[l] *

¶ Res uerò, quæ memoratis cauſis[m] lucratiuę ſemel nomen, exordiumque ſortita eſt, licet ab eo, qui ſuſceperat, ad alterum emptionis, vel cuiuſcunq; contractus iure migrauerit, cũ p̃dicto deſcriptionis grauamine, p̃culdubio trãſferetur,[n] vt vel ſciens ſibi imputet,[o] qui accepit oneratam, vel, ſi ignorauerit, quod intereſt, conſequatur.[p] Contraque, ſi cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaſerit, & ſi poſtea lucri titulo in dominiũ alicuius ceciderit, ſarcinã[q] memoratæ deſcriptionis effugiet. Nulla enim in huiuſmodi cauſis confuſionis intercedit occaſio, & ſi ad primordium[r] tituli poſterior quoq; formet euẽtus: niſi fortè res decurionis, q̃ ad eũ cuiuslibet mercimonij iure peruenerit,[s] ad alterũ fuerit poſtrema eius voluntate, vel ab inteſtato, vel inter viuos donatione tranſlata: tũc enim quia ſemel in perſonam cecidit principalis (veterum titulorum nequaquã ratione perſpecta) conditionẽ, & onus merebitur lucratiuæ. Dat. 7. Id. Mar. Cõſtantino. Dioſcoro, & Eudoxio VV. CC. Coſs.

TITVLVS XXXVI.

De prębendo ſalario.[t]

Imp. Conſtantinus.[6] † *A. ad Marcellinum. C. R. P.*

LEX VNICA.

NVlli[7] † ſalarium tribuatur ex iuribus[8] † Reipublicæ, niſi ei, qui, iubentibus nobis ſpecialiter[u] fuerit conſecutus.[x] Dat. 5 No. Octob. C. P. Limenio, & Catulino Coſs.

a *Deferuntur*] ſcilicet ab inteſtato.

b *Curiale.*] quod datur tit. lucratiuo. & no. onus impoſi lucranti, vt inf. ead. l. §. res.

c *Extraneos*] dicitur quandoque extraneus, quilibet. pręter eum, qui habet in poteſtate, vt dixi ſupra de rei vxo. act. l. vna. §. extraneum. & inſtitu. de hære. qual. & dif. §. ſui. quandoque ille, qui nullo modo eſt cognatus, vt in Auth. de hær. & Fal. §. inordinatum. & C. de iu. dot. l. fin. in prin. quandoq; omnes, præter ſuperiorem, & inferiorem lineam, vt hic, & ſupra proxi. §.

d *Immutari.*] Itẽ excipe loca venerabilia, vt ſup. de ſacroſanct. eccl. l. penult. quæ etiam eſt cõtra.

e *Lucratiuas.*] ſcilicet hæreditatis, licet & onera hæreditaria contineat, quod ſecus eſt in legato, vt ff. manda. l. ſi hæreditatem.

f *Inter viuos.*] etiam ſi aliquid in corde geram mihi fieri, vt ff. de condict. cau. dat. l. tertia §. quamquam.

g *Sarcinam*] ideſt, onus, de præſtandis. q. ſili quis.

h *Donauerit.*] ante nupt. quod fit, quia hodie ante, & poſt, dicitur propter nup. vt C. de donat. ante nup. l. fina. non autẽ dicit ſponſalitia: quæ eſt lucratiua: & q̃ propter nupt. dicatur, p̃batur ſtatim, cum de dote dicat.

i *Ad lucrum.*] ex pacto, vel ex l. quia aliquid mulier committat de his, quæ ſunt ſupra de repud. l. conſenſu.

k *Difficultatibus.*] ſic ff. ſolut. matri. l. ſi cum dotem §. ſin autem. in ſæuiſſimo. & ff. de iur. dot. l. ſi is. §. ibi. Item facit ff. de act. & oblig. l. ex promiſſione & de exceptio. dol. l. apud. §. ſed ſi mulier. & ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. l. ſicut. §. ſi debitor. & ff. ſi q d in frau. pa. l. 3. §. ſi libertus.

l *Ponderibus.*] ſ. 4 ſiliquarum.

m *Cauſis.*] ſup. hac lege.

n *Transferetur.*] ſi non eſt ſolutum, quaſi comitetur res, ſicut onus hypothecæ præteriti tributi, vt ff. de public. l. Imperatores.

o *Imputet.*] nam tunc non ab alio, ſed à ſe decipitur, vt ff. de rei vindicatio. l. nam ſi. & ff. quod fal. tuto. auto. l. prima, §. finali. nemo enim, &c. vt ff. de reg. iur. l. nemo videtur, facit ff. de actio. empti. l. prima. in fine. Item facit ſecundum Py. in Authen. de monachis. §. ſi quis autem. col. prima. & ſupra de epiſcop. audien. l. ſi legibus & commu. vtriuſ. iudic. l. ſi fratres, & ff. de libera. cau. l. imo. & ſup. de actio. empt. l. ſi minor. & de euictio. l. ſi fundum. & ff. de condi. ſine cau. l. fin.

p *Conſequatur.*] à vẽditore.

q *Sarcinam.*] ideſt, onus Accur.

r *Primordium tituli*] ex origine namque cuiuslibet contractus, & cauſæ quid ſit ſtatuendum, diſtinguitur, vt & ff. man. l. ſi procuratorẽ. in principio. & ff. depoſiti. l. prima §. ſi ſeruus depoſuit. & ad Maced. l. ſi tamen. Nempe origo potius obligationis, quam tit. inſpicitur, vt ſupra ad Macedo. l. tertia, & ff. de do. l. qui id, quod. in princip. & de priui. cred. l. tertia. ſecundum Py. Item facit ſupra ſi certum pet. l. ſi ex pretio. & ff. de ſal. l. de eo & ſupra de inter. ma. l. tertia.

ſ *Peruenerit*] de nouo aliquo contractu & ita ratione p̃cedentis contractus non erit indicenda inſcriptio: tamen ſi ipſe alienaret, ſeruabitur quod ſupra idẽ ſi aliquando fuerit ſua, & alienauit titulo non lucratiuo: tandem per plures manus ad eundem decurionem, vel ad aliũ redit. nam ſi alienet titulo lucratiuo, ſubiacebit oneri deſcriptionis, & facit in Auth. de eccle. ti. §. interdicimus. col. 9. Accur.

t DE PRAEBENdo ſalario.

Melius dixiſſet, de non præbendo, vt patet infra, vel quia præſtatur, conſentiente; v. accipe.

u NVlli. *Specialiter.*] non ergo generaliter conceſſio ſufficit, ſic ff. de pec. l. quam Tuberonis. § alia.

x *Conſecutus.*] & niſi ob liberalem artem, vel medicinã, ut ff. de decre. ab ord. fa. l. ambitioſa. & facit infra ut armorum vſus, inſcio Principe. l. j. Accur.

1 † *Cæterum.*

2 † *Donatione.*

3 † *Futuros.*

4 † *Nepotes.*

5 † *Euentus ad ius.*

* *Facit ad hunc text. c. ex parte tua. ext. de ce. agro.*

6 † *Alexander.*

7 † *Ex lib. 12 titu. 2. l. 1. C. Th.*

8 | *Viribus.*

SI CVRIALIS RELICTA, &c.

a Curiales fiſco.] non ciuitati. hoc autem eſt verum niſi publica neceſſitas exegerit, vt ſup. de decur. l. curiales vltra. Item ſecundum Py. niſi ratio incolatus aliud ſuadeat; quo caſu ſeruabitur quod eſt infra tit. j. l. fi. & facit ſ. de decu. l. quidam. & ff. de decu. l. j. & de vac. mu. l. j. §. pen. & ſup. de ædifi. priua. l. ſi quis poſt. & de aduoc. d. iu. l. 2.

b Demonſtrauerint.] Et ita notari poſſet hic, quòd impiũ eſt, relinquere propriam patriam.

1† Imper. Conſtantinus A.

c DE MVNICIpibus, & originarijs.

2† Ex li. 11. tit. 15. 3. l. 1. C. T.

Municeps genus, originarius ſpecies, ſic ſup. de ſer. & aqua l. 4. Nã aliqd ſpeciale eſt in eo, qui eſt municeps origi eſt ergo municeps proprie, qui ſubit munera, ſiue ibi natus, ſiue non. ſed hodie etiam omnes, qui non ſubeunt, vt ff. ad muni. l. 1. & dicitur originarius, ab origine patris, non ſua vt inf. e. l. filios. & ff. e. l. aſſumptio §. 1. vel ſecundum Azo ſua etiam, vt inf. e. l. origine.

d Cum te Biblium. nomẽ ciuitatis, de qua proponens quæſtionem, dicit ſe fuiſſe natum.

e Incolam.] hoc eſt, qa aliũde illuc iuit, cã perpetuo habitandi, vt inf. ti. 1. l. ciues.

3† Antoninus A. Siluano

f Berytios.] i. aliam ciuitatem.

g Muneribus.] nec nõ municipali iuriſdictioni parere, vt ff. e. l. incola. Vel dic, vt notaui ſ. ti. 1. l. ciues. Sed quid ſi vtraq; ciuitas munera ſimul imponat? Reſp. potior eſt originis cã, vt ff e. l. libertus. §. 2 & fa. ſ. tit. 1. l. priuilegio.

ſic in meo manuſcri. Contius.

* *Biblius. te ſe A'c. in hunc locũ. Vrbs eſt in Phænicia, nõ longe a Libano, vicina Beryto.*

4† Com.

TITVLVS XXXVII.

Si curialis relicta ciuitate, rus habitare maluerit.

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem, & ad curiam: & locus, in quo in rure habitant, publicatur. Bartolus.

Impp. Arca. & Ho. AA. 1† Eutychiano PP.

LEX PRIMA.

Curiales 2† omnes iubemus interminatione moneri, ne ciuitates fugiant, aut deſerant, rus habitandi cauſa: fundũ, quem ciuitati prætulerint, ſcientes fiſco a eſſe ſociandum, eoque rure ſe carituros, cuius cauſa impios ſe, patriam vitando, demonſtrauerint. b Dat. 18. Ka. Ianuar. C.P. Arc. 4. & Hono. 3. AA. Coss.

TITVLVS XXXVIII.

De municipibus, & originarijs. c

In loco originis, & incolatus cogitur quis ſubire munera. h. d. Bart.

Imper. Alexander. A. 3 †

LEX PRIMA.

Cum te Biblium d * origine, incolam e autẽ 4† apud Berytios f eſſe proponas, meritò apud vtraſq; ciuitates muneribus g fungi compelleris.

Damaſiano ad libertatem peruenerit, quod perinde habetur, ac ſi vt oportet, manumiſſus eſſet, quia eſſet hæres, infans, vel furioſus, vel ſimilis, hæredis eſt libertus, & eius domicilium ſequitur, vt ff. de fideic. li. l. neque infantes, & facit inf. ti. 1. l. ciues. & facit ff. eo. l. eius. & l. de iure. §. l. libertus, & l. aſſumptio. §. fi.

Sortitur quis forum ex perſona, ſui manumiſſoris, licet de neceſſitate manumiſerit. Bar.

Imper. Gordianus A. Frontoni.

LEX II.

Si (vt proponis h) ea, quæ ex cauſa fideicommiſſi te manumiſit, ab ea libertatem iuſtã fuerit conſecuta, quæ originem ex Prouincia Aquitania 5 † ducebat, tu quoq; eius conditionis, eiuſque ciuitati ius obtines, vnde quæ te manumiſit, fuit. Eorum enim conditionem ſequi ex cauſa fideicommiſſi manumiſſos pridem placuit, qui libertatem præſtiterint, i non qui dati rogauerint. k

Filius ſequitur originem patris, & non matris: niſi ex alia cauſa ciuitati matris ſit adſtrictus. Bar.

Imper. Philippus A. 6†

LEX III.

Filios apud originem patris l non in materna m ciuitate, etſi ibi nati ſint (ſi modo nõ domicilijs n retineãtur) ad honores, ſeu munera poſſe compelli, explorati iuris eſt.

Impp. Diocl. & Maximin. AA. 7†

LEX IIII.

Origine o propria 8 † neminem poſſe voluntate ſua eximi, manifeſtum eſt.

k Rogauerint.] quĩ non manumiſerunt.

l Filios. Patris.] vbĩ ſ. pater fuit natus, ut hic, & ff. eo. l. aſſumptio. §. 1. adeò, ꝙ ſi auus fuit aliunde, non ſequitur eum nepos alias oportet nos quærere, vbi Adã natus fuit, qđ dicitur eſſe ager Damaſcenus. Et not. ꝙ dr quis naſci in ciuitate, qui in territorio naſcit, vt ff. eo. l. qui ex vico. itẽ dic, filios legitimos, & adoptiuos durante adoptione: nã vulgò quæſiti matrẽ ſequuntur, vt ff. eo. l. eius, qui iuſtum. & l. ordine. §. fi. & l. ſi is. & ff. de ſtat ho. l. cum legitimè. Item not. originem non dici domicilium patris, maxime ſi filius alibi habitet, ut ff. eo. l. libertus. §. patris. & l. aſſumptio. §. filius.

m Non in materna] & ſi ibi nati, dic, nõ ſequuntur, vt maternam, ſed vt propriam originem. vt infra l. prox. & ff. e. l. aſſumptio in prin. Itẽ hoc fallit infra de mur. l hi. & de agri. & mãcip. l ex ingenuo. & ſup. de decu. l. nati. Item & quando priuilegium habet origo materna, vt ff. eo. l. 1. & facit ſupra de decur. l. exemplo. & infra de tabu. l. fina. Item quid de natura legitimato per Principem; Reſp. idem, quod in adoptiuo, vt ſequatur patrem, vt C. de adopt. l. in adoptionem. & ff. e l. ordine. §. ſi Acc.

n Domicilijs.] & niſi in prædictis caſibus.

5† Hunc locum, ita reſtituit. Alcia. hic.

6† Patrocle.

7† o'ectado.

8† Origine propria.

h Si ut proponis.] Titius fecit Arethuſam libertã Seiæ hæredem, & rogauit de manumittẽdo ſeruum ſuũ. hic ſeruus manumiſſus ſequitur domicilium Arethuſæ, ꝙ eſt idem, quod Seiæ, non autem Titij, vt ff. eo. l. filij.

i Præſtiterint.] quia eorum ſunt liberti, non teſtatoris, vt inſti. de ſin. re. per fideic. re. §. pen. idem dicas, de eo, cui directa in teſtamento fuit relicta libertas, in caſu illo, vbi non teſtatoris ſit libertus, ſed alterius, qui, ſcilicet petit bona ſibi adici, vt inſti. de eo, cui li. cau bo. addic. §. 1. & habes idem ff. eod. l. libertus, §. ex cauſa. Sed quid ſi hæres non manumiſit, ſed per decretum Prætoris abſente hærede datum, ad libertatem peruenit? Reſpõ. ſi quidem ex Rubriano Senatuſc. hoc eſt factũ, quia Orcinus eſt libertus teſtatoris, cuius, non hæredis ſequitur originem. vt ff de fideic. lib. l. cum verò. §. ſubuentum. ſi autem ex

hoc ergo caſu duobus locis tenebitur, vt infra eod. l. fi.

o Origine.] vt & ff. eodem, l. aſſumptio, in princ. hoc autem fallit propter matrimonium, vt infra de mul. & in quo lo. l. prima. & ff. ad muni l. fin. §. item reſcripſerunt. Item quando fit Senator, quo ad quid, vt ff. eod. l. filij. § Senator, & l. municeps. Quid in paterna? forte ſecus, argum. ſupra l. proxi. Sed certè illud ad matrem excipit, non quod non paternam, vt ibi dixi. Item incolatui poteſt benè renunciari, vt ff. e. l. incola. dummodo re, & facto non verbis tantum, vt ff. eodem, l. domicilium, & facit ff de pact. l. ius agnationis. & ff de reg. iur. l. iura. & infra l. proxi. ſed ſecundum P. propriam originem vocat paternam. nam propter ſuam originem propriam non contrahitur domicilium, ſecundum eum, quod non placet, ut ſup. l. j.

Si quis.

a S[I] *quis. Originem.*] propriam, vt ſupra l. proxi.
b *Duarum.*] Quid autem, ſi vtraque ciuitas ſimiliter vocet? Reſpon. vt dixi ſupra l. prima. Item fallit hoc ſecundum Py. ſi publica ſit neceſſitas, vt ſupra de decu. l. curiales vltra. Item no. quod in duobus locis hẽt quis domicilium; ſic ff. eodem, l. ſi quis à pluribus, & l. ſi qs inſtructum. & ff. de interd. & rele. l. relegatorum, §. dubitatum, & ff. de mune. & honor. l. qui originem. in principio. Item quod etiã vilem terrã propriã non poteſt quis deſerere, ad quod ſupra de aboli. l. fallaciter.

Imp. Conſtantinus A. ad Maximum Vic. Vrbis. [1]†

LEX V.

SI [2]† quis cũ ex maiore, vel ex minore ciuitate originem [a] ducit, ſi eandem euitare ſtudeat, & ad alienã ſe ciuitatem incolatus occaſione contulerit, & ſuper hoc vel preces dare tentauerit, vel qualibet fraude niti, vt originem propriæ ciuitatis eludat, duarum [b] ciuitatum decurionatus onera ſuſtineat, in vna voluntatis, & in vna [3]† originis gratia. [4]†

TITVLVS XXXIX.

De incolis, & vbi [c] quis domicilium habere videtur & de ijs, qui ſtudiorum cauſa in aliena ciuitate degunt.

Poſtquam quis tranſtulit incolatum non poteſt renocari ad munera. Bar.

Imper. Antoninus A. [5]†

LEX PRIMA.

NOn tibi obeſt, ſi cum incola eſſes, aliquod munus ſuſcepiſti: [d] modo ante, quam ad alios honores vocareris, domicilium tranſtuliſti.

Scholares non dicuntur conſtituere domicilium, vbi ſtudent; niſi 10. ann. ſteterint, vel alia ratione conſtituerint; idem in patre filiũ viſitante. Bart.

Imp. Alexand. A. Criſpo.

LEX II.

NEc ipſi, [6]† qui ſtudiorũ cauſa aliquo loco [7]† morantur, domiciliũ ibi habere creduntur, [e] niſi 10. an. tranſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint, [f] ſm epiſtolã diui Hadriani: nec pater, qui pp filium ſtudẽtem frequentius ad eum commeat. [g] Sed ſi alijs rationibus [h] domiciliũ in ſplẽdidiſſima ciuitate Laodiceorum [8]† habere probatus fuerit, [9]† mendaciũ, [i] quominus muneribus fungatur, [10]† non proderit.

Impp. Dioclet. & Maximin. AA. [11]†.

LEX III.

EST verum, eos, qui in territorio [k] alicuius ciuitatis commorantur; velut incolas, [l] ad ſubeunda [m] [12]† munera, vel ad capiendos honores non adſtringi.

Propter ſolam poſſeſſionem, quis non vocatur ad munera. Bar.

Ijdem AA. & CC. [13]†

LEX IIII.

CVm neq; originales, neque incolas vos eſſe memoratis, [n] ob ſolã [o] domũ, vel [14]† poſſeſſionem, licet ex ſubſtãtia decurionis [p] acquiſita ſit cauſa, publici iuris auctoritas muneribus [q] ſubiugari vos, non ſinet.

Ijdem AA. & CC. [15]†

LEX V.

SI in patria [*] vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixiſti, [r] incolatus in re vltro te eiuſdem ciuitatis muneribus obligaſti.

c DE INCOLIS, & vbi quis domicilium, &c.

Superiori tit. de originarijs, ſcilicet de ijs, qui contrahunt municipatũ origine, principaliter dixit, vt per omnes leges illius tit. patet, nunc generaliter qualiter iſto, vel alijs modis quis ſit incola, dic, vt infra eod. l. ciues.

d N[On tibi.] *Suſcepiſti.*] ut amodo primo incolatui tenearis, cui renunciaſti, ut & ſupra titulo primo, l. origine, ſi autẽ eſſet vocatus ante translationem, ſecus vt hic, & ff. ad mun. l. incola. & ff. de mune. & honor. & l. & qui originem. in princip. & de iur. immu. l. ſẽper, §. hoc circa, & ff. de iudic. l. ſi quis poſtea, & ff. de iuriſdic. omnium iud. l. cum quædam, quid autẽ, ſi dicat, ſe tranſtuliſſe, & ciuitas, quæ reuocat, dicat contra? Reſpódeo cognoſcit Præſes, qui præeſt ciuitati reuocanti, ut ff. ad muni. l. de iure. in principio.

e N[Ec ipſi.] *Creduntur.*] ſcilicet ex eo, quod ibi ſtetit, vt hic, & ff. de iniu. l. lex Corne. § ſi tamẽ. & infra l. proxima, ſed quia ibi contraxit, ſeu deliquit, habere præſumitur domicilium, vt infra in fin. legis.

f *Conſtituerint.*] quod præſumitur ex tranſcurſione decennij, vt ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. & ſupra de petitio. hæredita. l. ſi filium, ſecundum Py. & hoc maxime, ſi emat ibi domum, uel poſſeſſionem: idem tamen ſi códucat: argum. ff. de iniur. l. lex Cornel. § domum. Quid autem, ſi iuit ad domum hoc decennio? Reſpond. aut iuit, ut cum denarijs rediret, aut vt de ſuo receſſu diſponeret, argumen. ff. de cap. l. nihil. Item not. hic aliquid ex tempore factum, vel non factum, præſumi ſic, vt d. l. cum de in rem verſo, & l. ſi filius, & in Auth. de teſtib. & ea quæ pa. §. fina. & infra, de fun. pa. l. fin. Item quid de alio, qui ſtat per 10 ann. non cauſa ſtudij? Reſpond. idem, vt præſumatur domicilium animo conſtitutum, ſecus ſi minori tempore, vt infra l. proxi.

g *Commeat.*] etiam plus, quàm decennium: nam interpolatim, vt ff. de ſerui. l. ſeruitutes. Itẽ non animo ibi manendi, vt d. l. nihil.

h *Rationibus.*] quod contingit multis modis, vt j. eod. l. ciues.

i *Mendacium.*] aſſeris enim te ibi non habere domicilium, & tamen habes; ad quod eſt ff. eod. l. aſſumptio, & ſic verbis nec ſit, nec deſinit habere domicilium, ut ff. eod. l. domicilium, & not. j. titu. 1. l. origine.

K E[St verum.] *In territorio.*] Quid autem ſit territoriũ, dic, vt ff. de verborũ ſignific. l. pupillus, §. territorium.

l *Incolas.*] qui non ſunt incolę, ſed velut ſtantes in territorio quaſi non ſint incolæ niſi qui ſtant in ciuitate, ſm quoſdam, quod non placet, vt ff. de verb. ſign. l. pupillus, §. incola. Sed dic, quod hic commorantur, nõ vt ibi habeant domicilium, ut ff. eodem, l. libertus, §. poſtliminio. & l. ſcire. ſecus, ſi animo ibi ſtandi vero, vel præſumpto decennio: quia tunc eſt incola, & cogitur, vt infra l. proxima, & ſupra l. proxima: ſola enim habitatio non facit, ſic nec domus, vt infra l. proxi.

m *Ad ſubeunda.*] aliàs obeunda munera, ſcilicet perſonalia, ut infra l. proxi. notatur.

n C[Vm neque.] *Memoratis.*] ideſt, non eſſetis, quando cogeremini, vt infra l. ciues.

o *Ob ſolam.*] ſine priuilegio ciuitati dato, aut laribus non tranſlatis, ut ff. eodem, l. libertus, § ſola ratio. & infra l. proxima, & l. ciues.

p *Decurionis.*] vt quia Mutinenſis emit domum a decurione Bononiæ, per quod videbatur facilius fieri Bononienſis municeps.

q *Muneribus.*] ſ. perſonalibus: ſed patrimonialia pro his poſſeſſionibus, quas ibi poſſidet, ſubire debet, vt infra de mu. & in quo lo. &c. l. prima. & not ff. eod. l. libertus, §. ſola ratio.

r S[I in patria.] *Defixiſti.*] quod ſit, vt ff. eodem, leg. domicilium, & fieri poteſt, vt ſupra tit. 1. l. 1. in fi. & ff. eodem, l. non vtique. & de mune. & hon. l. 3. in princ. Accurſius.

1 † aliàs, Comitem Orientis.
2 † Ex lib. 12. tit. 1. l. 11. C. Th.
3 † in altera.
4 † PP. 8. Calen. Ian. Paulino, & Iuliano. Coss.
5 † Paulo. Aliàs Paulino.
6 † ipſis.
7 † Loco.
8 † Laodiceorum, redict. Alcia. hic.
9 † Fuerit.
10 † Fungaris.
11 † Alexandro.
12 † Obeunda.
13 † Alexandro.
14 † Per.
15 † Maximo.
* Facit ad hanc l. cap. nullus epi. ſũſtã gl. 1. ext. de paro. & alte. parochia.

Priuilegio,

Origo, & domicilium facit, quem vocari ad munera: niſi per priuilegium contrarium ſit expreſſum. Bar.

Iidem AA. & CC. Marcellino. [1]†

LEX VI.

PRiuilegio [a] ſpeciali ciuitatis non interueniente, tamen originis [b] ratione, ac domicilij voluntate, [c] ad munera ciuilia [d] quemque vocari, certiſſimum eſt.

Ijdem AA. & CC. [2]†

LEX VII.

CIues [e] quidem * origo, [f] manumiſſio, allectio, [3]† vel adoptio; incolas vero (ſicut & Diuus Hadrianus edicto ſuo manifeſtiſſimè declarauit) domicilium facit. Et in eodem [4]† loco ſingulos habere domiciliū nōn ambigitur, vbi quis larē, [g] * rerumque, ac fortunarū ſuarum ſummam [h] conſtituit, vnde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet: [i] vnde cum profectus eſt, peregrinari videtur: quod ſi redijt, peregrinari iam deſtitit.

Imperator [5]† Conſtantinus A. [6]†

LEX VIII.

SEnatores [7]† in ſacratiſſima vrbe [k] domicilium dignitatis habere videntur. [l] [8]†

Mulieres ex perſona maritorum ſortiuntur dignitates, & forum. h. d. Bar.

Imppp. Valent. & Valens, & Arca. AAA. Martiano Comi. Or. [9]†

LEX IX.

MVlieres honore [10]† maritorum erigimus, [m] & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus. [n] Si autem minoris ordinis virum poſtea ſortitę fuerint; priore dignitate priuatæ, [o] poſterioris mariti ſequantur conditionem; & domicilium mutamus. [p] [11]†

TITVLVS XL.

De muneribus, [q] & honoribus non continuandis * inter patrem, & filium, & de interuallis.

Continuatio honorum, & munerum impeditur in ijs, qui ſunt idem, vel quaſi: interualla vero in ijs tantum, qui ſunt idem verè. Item in dubio fideiuſſor non tenetur, niſi ad id, quod principali poteſt iniungi. hoc dicit. Bart.

a PRiuilegio.] poteſt duobus modis intelligi, vt quia ciuitas habet priuilegium, quod omnes habentes in illa ciuitate domum, teneantur munera ſubire, uel quod etiam originarij, quidam, ut legum doctores, & decuriones munera non ſubeant.

b *Originis.*] paternæ, vel propriæ, non maternæ, ut ſup. ti. 1. l. filios.

c *Voluntate.*] ſupple, vel alijs communibus modis, vt inf. eo. l. ciues q. d. non ſola poſſeſſio, vt ſup. l. cū neque. Item non ſola habitatio, vt ſup. eo. l. eſt verum. non origo materna, vt ſupra tit. 1. l. filios, ſimile tamen ſup. de iuriſd. om. iud. l. 2.

d *Ciuilia.*] perſonalia: aliàs ſecus, vt ſ. l. cū neque, & facit ſ. de teſt. ſi nō ſpeciali, & ff. e. l. libertus, §. ſola.

e CIues.] dic, quod municeps eſt genus, ciuis, & incola ſunt ſpecies: ſit colligitur ff. ad mu. l. 1. & hic fit ciuis origine, ſ. propria, vel paterna, ut ſup. tit. 1. l. filios, & l. origine, itē manumiſſione, ſ. de ſe, vel de patre ſuo facta, ut ff. eo. l. aſſumptio, §. pen. & l. filij, in princ. & l. de iure. §. libertos, & ſi à pluribus manumittitur, omnium originem ſequitur, vt ff. eo. l. ſi quis à pluribus.

f *Allectio.*] i. delatio honoris in aliqua ciuitate, vt inf. l. proxi. vnde allecti, i. electi, vt ff. de iu. immu. l. pe. in fi. quid ergo de Rufino Guaſco poteſtate Boñ. reſp. Pyn. idē, vel dic, allectio, ſcilicet de milite electo, vbi ſtipēdia meretur, vt ff. eo. l. municeps, §. fin item adoptione, & quamdiu durat, vt ff. ad mu. l. ordine, §. fi. Incola uero dicitur, i. valde colens, & venerans Prouinciam, in quā ſe contulit, vtpote cum pp eam aliam reliquit, ut tñ vtrobique habeat æqualiter domiciliū, vt ff. eo. l. Labeo, & l. aſſumptio, § in re & fit incola etiam ſi in territoriū ſe conferat, vt ff. de verb ſig. l. pupilius, §. incola. Et no. quod incola fit ſolo animo, facto eius, qui acquirit domiciliū aut ciuis fit, vel alterius facto tm̄, vel ſuo & alterius, vt in prædictis exēplis in prin. huius l. & ſm hoc rōne patriæ cōis fit ciuis, non incola, vt ff ad mu l. Ro ſed in muliere vr̄ ſ. quia incola fit, vt ff. ad mu. l. fi. §. 1. & domicilium dr̄ ſortiri, vt ſ eod. l. fi. & tñ ex alterius ēt facto pendet matrimonium: ſed impropriè dr̄ ibi incola: nam ciuis fit. ſunt aūt quidā modi, quib. nec ciuis, nec incola fit, & tñ ibi cōuenitur rōne contractus, itē rōne ordinis clericatus, & rōne poſſeſſionis, vt not. ff. de iud. l. hæres abſens, § 1. Sed quid. ſi qs eſt ciuis, vel incola duobus locis, vel altero ciuis, & altero incola. & ab vtroque vocatur ad munera. reſp. qui prior vocatur ad munera, præfertur, vt ff. de iud. l. qui prior quod ſi ſimul; rñ. ſi ad originē, terra illa pfertur, vt §. eo. l. libertus, §. præſcriptio, aliàs forte inuicem ſe impediēt, donec cōueniant, vt ff. de le. 1. l. hmōi. §. fi. & de vſu. l. quoties duobus, vel ſortiri eos oportebit. ar. ſup. cōia de le. l. fin. & de iu. l. ſed cum ambo, vel gratificationi eſt locus, vt ff. de reli. & ſump fu. l. fin. & de le. 2. l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter, & ff. de cond. inde. l. planè, ſ. vt electus eligat. vel defertur nobiliori, & maiori ciuitati, vt ar. in Auth de hær. & Fal. §. ſi qs āt non & in Authen. de Defe. ci. §. interim, col 3. & ff. de fid. inſt. l. fi. & C. de nat. lib. l. ſi quis, vel, quod eſt verius, ei ſeruiet, qui minus munus imponit, arg. ſupra qui bo. ce. po. l. fi. & ff. de pa. l. maiorem. Item quo ad quid eſt ciuis, vel incola, reſpon. vt nota. ff. eo. l. aſſumptio. §. filius.

g *Larem.*] ideſt animum habitandi perpetuo, & habitet, nā facto opus eſt, ut ff. eo. l. domicilium, & hoc etiam ſi non habeat ibi maiorē partem rerum.

h *Summam.*] i. maximā, & dicitur ſumma, ſi non habeat alibi plus, vt ff. eod. l. aſſumptio, §. iure, ſic ergo ſufficit alterum iſtorū, ſ. vel larem cōſtituere, vel ſummam rerum habere, vt ſup. vbi. Sen. vel cla. l. 2. & facit ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi ea res, & infra de his. qui ſpon. mu. l. 3. in fi. & de ver. ſig. l. in lege.

i *Auocet.*] ſ. eum: nā ſi aliquid eſt, quod faciat eum recedere, aut animo redeundi, & dicitur peregrinatio, vt hic, aut non, & tunc eſt ſine domicilio, vt ff. eod. l. ſi quis inſtructus.

k SEnatores. Vrbe.] Roma veteri, vel noua.

l *Videntur.*] & habēt: ſed & primum retinent, quo ad honores, non munera, vt ff. de Sena. l. pen. & ff. eod. l. municeps. Et not domicilium in ciuitate, ratione dignitatis, vt ſupra l. prox. ſed ratione communis patriæ non eſt ciuis, vt ff. eodem, Roma ſed quo ad hoc, vt poſſit ibi conueniri ſecundum H.

m MVlieres. Erigimus.] coruſcant. n. &c. ſed & mater per filium, ſi filius vult, & nurus per ſocrum, ſed non ſoror per fratrem, nec filia radijs patris, vt in auth. de Cōſ. §. ſi vero, col. 4 & ſ. de Di l mulieres, & ff. de Sena. l. fœm.

n *Statuimus.*] vt ff. de iudi. l. exigere, & ff. ad mu. l. filij, & l. fi. §. 2. & l. de iure, §. fi. Accur.

o *Priuatæ.*] vt in d. ll. & in Authen. de nupt. §. non tamen col. 4.

p *Mutamus*] referas ad primam partem. Vel dic, ad ſecundam. nam ſequitur cond ſecundi, non primi viri, ad quod no. ſup. ti. 1. l. origine. Item facit ſup. de nup. l. cum te.

q DE MVNERIBVS. &c.

Qua ratione originis, & domicilij deferuntur honores, & munera, de his dicit, vt non continuentur: ſed nec perpetuò excuſantur, & ideo ſubijcit de interuallis.

Sicut

1† Marcellino.

2† Aurelio

** De hac materia vi de bo glo. in c. ſtatutum. §. cum vero, de reſcr. lib. 6.*

3† Adlectio.

4† eo.

** Adde, an ſola conuerſatio conſtituat domicilium Vide Felyn. in c. dilectus. el 2. nu. 11. de reſcrip. Nā hic duo videntur copulatiuè requiri.*

5† aliàs, Imppp. Valentinianus, Theodo. & Arcad. AAA. ad Senatum.

6† Valent.

7† Pars l. 2. ſupra vbi Senatores, vel Clariſſimi.

8† D. Cal. Mart. Val. A. & Neoterio. Coss.

9† Sic in C. Theo. 2. 17. extat eadem lex, iterū infra lib. 12. ti. 1. 13. Conſt.

10† Honore maritorum erigimus, &c. nam vir, & vxor cēſentur vnū & idē corpus, vt in c. debitū, ext. de big. & 4. q. 3. c. ad. domei.

11† Da. 4. Calē. Feb. CP. Arca. ij. & Rufino. Coss.

** Adde Felin. in cap. ſin nu. 6. de iudic. vbi ponit regulā cum fallentijs, quando officia, et honores ſint perpetua.*

Impp. Seuerus, & Antoninus AA. 1 †

LEX PRIMA.

SIcut honores,[a] & munera cum pater, & filius decuriones ſunt,[b] in eadem domo continuari [c] non oportet, ita vacationum cõceſſa tempora: [d] non alijs [e] prodeſſe poſſunt, quam ijs, qui ad eoſdem 2 † vel alios honores, eademq́; vel alia munera [f] denuo vocantur. Pro infante verò filio, quẽ decurionem eſſe voluiſti, q̃ quam fidem tuam in poſterum adſtrinxeris, [g] tamen onera [h] ſuſtinere non cogeris: cum ad ea tantum, quæ mandari poſſunt, voluntatem [i] dediſſe videaris.

2 † Septimo Zenoni.

Imper. Gordianus A. 3 †

3 † Cyrillo.

LEX II.

AB honoribus [k] ad honores eoſdẽ quinquennij [l] datur vocatio; triennij verò ad alios: legatione [m] autem perfunctis, biennij vacatio conceſſa eſt.

Frater propter fratrem non habet vacationem, ſed propter alios idoneos nondum grauatos rectè excuſatur. Bart.

Idem Auguſtus. 4 †

4 † Imp. Diocl. A.

LEX III.

INterualla [n] temporum, quæ in vnius [o] perſona locum habent, fratrib. [p] (licet communia poſſideãt bona,) minime prodeſſe, frequenter conſtitutum eſt. Sanè [q] ijs miſſis, qui, necdum functi muneribus, ad hæc idonei conſtituti, vocari debent, vos ſi ad obſequium ciuilium munerum repererit paruiſſe, ne interim interpellemini, Præſes Prouinciæ prouidebit.

TITVLVS XLI.

De muneribus [r] patrimoniorum.

Iidem Auguſtus. 5 †

5 † Filio, alias Philino, alias Filio Sg.

LEX PRIMA.

CIuilia [ſ] munera per ordinem pro modo fortunarum ſuſtinenda ſunt.

a *Sicut honores.*] Honor eſt adminiſtratio Reipub. cum gradu dignitatis, & quia aliàs eſt cũ ſumptu, alias ſine ſumptu. vt ff. de mune. & hono. l. honor. ideo hic loquitur de vtraque in prin. l. Quid autem, ſi ſponte vellet continuare? reſpon. non poteſt, niſi cum eſt inopia tunc enim poteſt, & cogitur, vt ff. de mu. & hon. l. honor. § pe. & fi. & in legẽ Iul. de ambitu incidit, vt ff. ad leg. Iul. de amb l. 1 a prædictis excipit decurionatum; quia quãuis honor ſit, ab alijs, non pſtat vacationem, vt ff de vac. mu l. ad decu Item q̃ de munere ſubijcit, de mixto dicit. Item & de mere perſonali & dic, quid ſit, vt ff. de mu. & ho. l. hono. §. 1. ſed non de patrimoniali mere dicit: nam ibi cõtinue ſubeunt excuſatione omni ceſſante, vt inf. tit. 1. per totum. Item & de illo munere, quod principaliter reſpicit publicam vtilitatem, de quo habes exempla. ff. de mu. & hon. l. 1. & l. fi. in princ. ſi aũt priuatam principaliter, vt tutela, vel cura. tunc nec ab ipſa, vel ab alijs, vt ſ. de excu. mu. l. 3. nec alia ab illis, niſi in caſu vſque ad annum, vt inſti. de exc. tu. §. itẽ qui Reip. item alio, vt in eo tit. §. qui tutelam, in fi.

b *Decuriones ſunt.*] ex quib. eliguntur ad honores, vt ff de decu. l. honores, §. 13 qui. & ad nulla munera, vt ſupra de dec. l. ad ſubeunda. Sed quomodo erunt ſimul in honore decurionatus, cum hoc ipſum hic prohibet? Reſpon. ſine ſumptu eſt decurionatus, niſi ad aliud munus, vel honorem vocetur. Vel melius ſpeciale eſt in decurionatu, vt ſupra dixi.

c *Continuari.*] Continuatio dicitur, quando idem denuo vocatur. Item qñ pater poſt filium. Item qñ econtra. Item multo magis, ſi ſimul vocentur, & ſic filius per patrem, & econtra, vt hic, q eſt, ſi eſt in poteſtate, non aliàs, vt inf. de filijs tam. & quemadmo. l. 3 Item non frater per fratrẽ, vt inf. l. fi. niſi eſſet in poteſtate eiuſdem. vt hic; quia in vna domo ſunt, vt ff. de mune. & hon l. 3. §. ſi duo.

d *Tempora.*] quæ ſunt inf. l. proxi

e *Non alijs.*] etiam filio per patrem, vel econtra non prodeſt. quo ad interualla, niſi eſſet honor cum ſumptu, vel munus mixtum: quia tunc et ad interualla prodeſt vnus alteri, vt ff de leg. l. filio, ſic ergo in continuatione non diſtinguitur ſi cum ſumptu munus, vel honor, vel non, vel in ſeipſo, vel in patre, & filio, vt in prin l. ſed in interuallo, dic, quia aut de ſeipſo ad ſeipſum, & tunc idem, vt non diſtinguatur, an filio per patrem, vel econtra, & tunc diſtinguitur, cum ſumptu, vel ſine, vt dictum eſt. Sed Py. dixit etiam in continuatione, quæ fit inter patrem & filiũ, diſtinguit ſit cum ſumptu, vel ſine per l. prædi filio.

f *Munera.*] Idem ſi de munere ad honorem, vel econtra, ad quod ſup. de decu l. quidam, & ff de vac. mu. l. eos. §. 1.

g *Adſtrinxeris.*] tacitè, vt ff ad mun. l. 2. in princip. idem & ea preſſe.

h *Onera.*] ſ decurionatus, ſcilicet interim, dũ eſt infans: quinimo etiam, dum eſt minor 25. ann. cum interim non poſſit eſſe decurio, vt ff. ad mu. l. Lucius, §. pro infante, & ff. de mu & ho. l. Rempublicam, 2. reſpon.

i *Voluntatem.*] tacitam, vel expreſſam, ad hoc, vt infans ſit decurio, mandari non poteſt.

k *Ab honoribus.*] idem de munere ad munus, vt ff. de mun. & ho l. nauicularij, & facit pro hoc, q excipit de legato, quod eſt munus vt ff. de mu. & l. fi. § legati.

l *Quinquennij*] præterquam ſi ad decurionatum vocetur, vt not. ſup. l. proxi item hoc niſi in ſubſidium vt not inf. l. proxi.

m *Legatione*] remota non proxima, vt infra de leg. l. 3 Item ad ſeipſum non ad aliũ, vt ff. de legatio. l. filio & l. filius, & l Paulus reſpondit. in prin. & §. Imperator Item facit ff ad muni. l. libertus. § præſcriptio. & l. Diuus

n *Interualla.*] quæ ſunt ſ l. proxi.

o *Vnius.*] vel quaſi vnius, vt not ſupra l. proxi.

p *Fratribus*] licet decurionibus ad q ſup. de decu l. licet, & dic, q vel erant emancipati, vel pater mortuus, vt not. ſup. l. 1. ſed quid de ſocijs omnium bonorum? videtur idem, quod in fratrib ſm Py. quia ipſi fratres dicuntur, vt ff. pro ſoc. l. verum. ſed contra videtur: quia onus eſt commune, quod non eſt in fratribus, vt ff pro ſoc. l. cum duob. §. Pomponius, & l. ſi fratres. §. idem Pomponius. Item arg contra ſup de diuerſis reſcriptis, l. 1.

q *Sane*] conſtrue, ſanè Præſes Prouin. prouide, ne interim, & hoc dico miſſis, i. vocatis, qui nec &c. vel miſſis ad munus, quod in idem recidit. ad quod infra titulo ſecundo. l. 3 & ſup. de dec. l. quis tam, & ff. de legat. l. ſciendum. §. penult.

r DE MVNERIBVS, &c.

De perſonalibus dixit in ſuperiori tit. nunc di patrimoniali & dic, munus tribus modis, vno donum, ſecundo onus, & ſic hoc titu. 3. officium, & fi. ſup tit 1 & ff de verb ſignif. l. munus trib modis & l inter donum & l munus propriè, & l pupillus, § munus. Item diſtingue, quia munus aliud perſonale, aliud patrimoniale, & aliud mixtum. perſonale cum ſollicitudine perſonæ, patrimoniale cũ diſpendio rerum. mixtum ex vtroque procedit quòd dic per exẽpla ff eodem, l 1 & l fi. in prin & § patrimoniorum, & § mixta perſonalia, alia reſpiciunt publicam vtilitatem principaliter, vt legatio ad c. nſus: alia priuatam principaliter, vt tutela Item patrimoniale aliud indicitur perſonis pro rebus, & hoc tantum ciuibus, & incolis aliud ipſis poſſeſſoribus, & hoc etiam alienigenis, qui modo aliquid hic poſſident, vt ff eod reſcrip. §. fi. & ſup de an. & tri l. 2 & infra eo l 2. Accur.

ſ *Ciuilia.*] Omnia patrimonialia, perſonalia, & mixta ciuilia ſunt, vt ff. de muneribus & hono. l. fin. §. pen. & ſic hæc lex de oĩbus dicit, nam in perſonalib. eſt ordo.

ordo, pro modo fortunarum, i. prout fortuna reddit aliquem diuitem, vel prouidum, vt ſup. de dec. l. ad ſubeunda, & ff. de decu. l. honores, & ff. e. l. honor. §. de honorib. & de albo. ſcri l. 1. idem de miſtis, vt ff. e. l. 3. §. præſes & d. l. honores idem de mero patrimoniali, vt per ordinem, i. non vnus tm̃ grauabitur, vt alius releuet. Item ſecundũ facultates, vt inf. tit. 1. l. fi.

Idem Auguſtus. [1] †

LEX II.

MVnera, [2] † quæ patrimonijs publicæ vtilitatis gratia indicuntur, [a] ab oibus [b] ſubeunda [3] † ſunt.

Imper. Alexander. A. [4] †

LEX III.

QVi immunitatem [c] munerum publicorũ cõſecuti ſunt, onera patrimoniorum ſuſtinere debent: in quibus cauſis, & hoſpites [d] recipiendi ſunt.

Onus alimentandi equos decurionum eſt patrimoniale. Bart.

Impp. Val. & Galien. AA. [5] †

LEX IIII.

NOn videtur abhorere [6] à ratione [e] ſententia, quà præſes prouinciæ equos curiales [f] [7] † alere, non perſonarum, ſed patrimonij eſſe decreuit: [g] &, tamen ſi iniqua eſſet, [h] omiſſo [8] † à te appellationis auxilio, neceſſariò permanet. [i]

Nihil eſt, quod tribuat excuſationem a muneribus patrimoniorum. Bar.

Imppp. Carus, Carin. & Num. AAA. [9] †

LEX V.

NEque tempore ætatis, neque numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum [k] ſunt, excuſationẽ [10] † quis habere pòt.

Philoſophi nõ debent habere immunitatem à muneribus patrimonialib. Bart.

Impp. Diocler. & Maxi. AA.

LEX VI.

PRofeſſio, [l] * & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant, nam cum Philoſophum te eſſe proponas, vinceris auaritia, & rapacitate, [11] † & onera, quæ patrimonio tuo iniunguntur, ſolus [m] recuſare conaris: ꝙ fruſtra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.

Minores non excuſantur a muneribus patrimonialibus. Bar.

Ijdem AA. & CC.

LEX VII.

ETiam minores ætate patrimoniorum muneribus ſubiugari ſolent. [n] Vnde intelligis, te fruſtra plenam immunitatem deſiderare: cum munera, quæ impenſas exigunt ſubire te neceſſe ſit.

Imp. Conſtantinus A. [12] †

LEX VIII.

NEc protoſtaſiæ, [o] vel ſacerdotij, [p] vel decaprotiæ [q] munera corporalia ſunt: ſed tantum patrimonij eſſe non ambigitur.

Impp. Valent. & Valens AA. [13] †.

LEX IX.

PAtrimoniorum [r] munera mulieres etiam ſuſtinere debent.

Superindictiones sũt munera patrimonialia. Bar.

Ijdem [14] † AA. & CC. Grat. A. ad Præfectos.

LEX X.

QVantum ad extraordinarias indictiones [s] pertinet, præſidibus ſignificamus, vt omnes poſſeſſores, [t] cæteroſq́; [u] ſciant conueniri debere: [x] quandoquidem

a *MVnera. Indicuntur.*] q̃ olim extraordinaria, hodie ordinaria ſunt, vt ſ. de ſuperindicto. l. 1.

b *Ab omnibus.*] etiã alienigenis, dummõ aliqđ poſſideant ibi, vt no. in ru. & fa. ſ. de vec. l. oium & inf. l. prox. & l. neque & l. profeſ. & l. etiã, & l. patrimonio. & l. fi.

c *QVi immunitatem.* Not. generaliter immunitate conceſſa perſonalia munera remitti, vt inf. de exc mu. p totũ, & ff. de iur. immu. per totum, & de vac. mu. per totum, ſed nõ patrimonialia, vt hic, quæ duob. mod. relaxant. primò ſpãli cõceſſione patrimonialiũ, vel alicuius patrimonialis, vt ff. de va. mu. l. ſunt munera & inf. de his, qui à Prin. va. l. 1. vel lege ſcripta vt magiſtri liberaliũ artiũ, Doctores legũ, Grãmatici, & Philoſophi, quib. remittit munus hoſpitis recipiendi, vt ff. e. l. fi. §. fi. & inf. de profe. & me. l. medicos. Itẽ militib. & veteranis capitis pſtatio remiſſa, eſt, vt ff. e. l. fi. §. pe. Itẽ veteranis conceditur, ne fiant tributorũ exactores, vt ff. de pri. vet. l. fi. idemq́; in alijs, quæ non patrimonijs indicunt, vt ff. de vac. mu. l. his honorib. Itẽ clericis, vt ſup. pe Epiſ. & cle. l. 1. Itẽ mulieres non ſubeunt corporalia munera, licet ſint pĩmonialia, qa miſſa, qđ dicas ſm P. ſ. adminiſtranda, ſicut nec minores, vt ff. e. l. ad rẽ, & adde diſtinctionẽ, quam feci ſuper ru. ſ. de exc. mu Accur.

d *Hoſpites.*] quod eſt patrimoniale, vt ff. eo. l. 3. §. munus. Item facit ff. eo. l. reſcripto §. fi.

e *NOn videtur a ratione.*] i. non vł lex eſſe ꝯtria rõni.

f *Curiales*] i. curialium.

g *Decreuit.*] cum fortè prætenderet aliquis excuſationem perſonalium: ſed certè, imo male decreuit. quia eſt perſonale, vt ff. eo. l. fi. in prin. Sol. ut ibi.

h *Eſſet.*] quis ſumptu publico, tñ ſine appellatione non reſcinditur. ut ſu. ſen. reſc. nõ poſ. l. 1 & de itu & li. ex l. is. & ff. ad Treb. l. ſeruo inuito. §. cũ Prætor, & ſ. de poſtu. l. 1.

i *Permanet.*] ſcilicet ſententia firma. Accurſius.

k *NEque tempore. Patrimoniorum*] vt ff. eo l. reſcripto. §. fin. & de vac. mu. l. ſunt munera. ſecus in perſonalibus, vt infra de ijs, qui numero li. ſe excu. l. fi. & ff. eo. l. 3. §. quamuis, quæ ſunt contra. Accurſius.

l *PRofeſſio*] hoc poteſt dici Doctori legum petenti teſti, in integ.

m *Solus.*] dic, ꝙ ſolus à pſonalib. excuſat, ſed à pĩmonialib. nõ ut hic, & ff. ď vac. mu. l. in honorib. §. Philoſophi pter hoſpitis recipiẽdi, ut ſ. not. l. q. immunitatẽ. & infra de profe. l. reddatur.

n *ETiam. Solent.*] ſ. vt ea ſuſtineant, & pſoluãt, nõ aũt, ut ea exigãt, & adminiſtrẽt, ut ff. e. l. ad Rempub. ſic & i ueterano, ut ff. de pri ue. l. fi. Itẽ qđ differt hæc ab illa ſ. eo. l. neq; tpe forte illa in ſeruili, ut inf. q. æta. hæc in iuuenili, ut d. l. ad Rempubl.

o *NEc protoſtaſia.*] Protos græce, latine dr̃ anterior, vel prima; ſtaſia. i. ſtatio. inde eſt, ꝙ illi dñr hr̃e proſtaſiã, qui primũ hñt locũ in ſtationib. P. ſoluebant ergo pro ſe, & p alijs. Alij dñt, ptos. i. maior, vñ munus ptoſtaſiæ. i. ea pſtatio, q̃ dabat prouinciali. i. ei, qui ſtabat maior, inter curatores Prouinciæ. Acc.

p *Vel ſacerdotij.*] munus, qđ dabat ei, qui pẽrat ſacerdotio totius Prouinciæ, ut ff. eo l. ſponte.

q *Vel decaprotia.*] i. munus decimarũ, ſiue pſtatio decimarũ, ſicut decaptores, primus de decẽ, ut ff. e. l. 3. §. decaprotos, ſed ꝯ in l. fi. § miſta. ubi dr̃ miſtũ. Sol. ille, q colligit, hẽt miſtũ, ille, q ſoluit, onus pĩmonij ſubit, uel eſt patrimoniale, ut hic, i. naturã pĩmonij habet, eſt tñ miſtum, ut d. l. 3. §. decaprotos. & no. ſcđm P. ꝙ decaprotiæ, non decaprotitiæ debemus dicere, ſicut decaprotos non decaprotitios.

r *PAtrimoniorum.*] ſed & perſonalia munera ſexui congruentia, non incõgruentia, ut inf. de mu. & in quo loc. l. 1. & ff. eo. l. 3. §. corporalia. & dic, quæ ſunt patrimonialia, ut ſup in rub. & quod no. in l. qui immunitatem.

s *QVantum ad extraordinarias indictiones.*] quæ hodie ſunt ordinariæ, ut ſup. de ſuperindicto l. 1.

t *Poſſeſſores.*] immobilium. Accur.

u *Cæteroſq́.*] ſ. mobiliũ poſſeſſoris cũ de pĩmoniali dicit.

x *Conueniri debere.*] excipe quoſdam in muneribus quibuſdam, ut ſup. eo. l. qui immunitatem. & ibi not.

1 † Muneris.
2 † vel.
3 † Obeunda.
4 † Attilio.
5 † Nerenu.
6 † Aberrare.
7 † Curules.
8 † Commiſſo.
9 † Antepoſito.
10 † Excuſationes.
* Turpe eſt, ſi profeſſio bonis, & deſideriũ inter ſe diſcrepant. Item allegatur hac l. quo non auditur diuerſa proponens, et cõcord. c. ſolitæ vndinẽ cum glo. fi. in prin. de appel. & c. de multa, in gl. ſuper verbo, literas, in fi. ex tr. de præbẽ. et digni.
11 † Neceſſitate.
12 † Idem AA. & CC. Longino.
13 † Idem AA. & CC.
14 † Aliãr, exemplũ ſacrarũ literarũ eorundẽ AA. & CC. ad Præſides Prouinciarum.

Merito

a *Merito ab omnibus.*] etiam milite, & veterano, & Pontifice, vt ff. eod. l. fin. §. patrimoniorum, & § ab eius.

b QVEMADMODVM CIVILIA munera indicuntur.

Ciuilia dicuntur munera, vt sup. tit. 1. l. 1. in quibus inspicitur persona eius, qui imponit munus, vel indicit, quod habeat illud officium, vt supra de iure fisc. l. super creandis. & de de urio. l. 9. secundo inspicitur, quod est infra l. fin. tertio persona eius, cui iniungitur: quarto origo naturalis: quinto facultates: sexto consuetudo, vt ff. de mun. & honor. l. honor. § de honoribus. persona scilicet vt sit habilis, vel non excusetur: origo, vt honores ingenuorum non deferantur liberto, vt supra ad l. Visel. l. 1. facultas, vt sit sufficiens muneri iniuncto. Item septimò, vt potiores eligantur: vt ff de decu. l. honores. Item octauò, quod dicitur infra l. 9. nonò, quod dicitur inf. l. 1. decimò, quod dicitur infra l. penult. in personalibus enim hæc considerantur, sed in patrimonialibus non omnia.

1† *Similis est tit. in C. Th.*

2† *Impp. Ca. Car. et Nu. AAA.*

ea patrimonij munera eſſe conſtet, quæ merito ab omnibus [a] agnoſci debeāt, quo facilius obſequijs publicis pareatur.

TITVLVS XLII.

Quemadmodum ciuilia [1] † munera indicuntur. [b]

Non debet quis eodem tempore habere plura officia. Bart.

Imperator Alexander A. [2] †

LEX PRIMA.

CVm te curatorem ad cogendas [c] angarias [d] creatum, appellationem [e] interpoſuiſſe proponas, Præſes prouinciæ, ſi alterius [f] curię te eſſe animaduerterit, ad alieni corporis munera vocari nō ſinet: quia eius patrię [g] onerib. reſpondere debes, cui te attributum eſſe commemoras.

Impp. Dioclet. & Max. AA. [3] †

LEX II.

MAioribus [*] honoribus functos, [h] ad minores deuocari non oportere, rationis eſt.

Iidem AA. Eutychiano.

LEX III.

CVm te [i] omnibus muneribus functum eſſe aſſeueres, ad eadem munera, ſi aliorum ciuium copia eſt, [k] qui obſequijs ciuilibus fungi poſſunt, Præſes prouinciæ deuocari te, non permittet.

Iidem AA. & CC. Regio.

LEX IIII.

VLtra [l] modum ſumptuum, [m] te muneribus ciuilibus grauari, leuatis alijs, Præſes [n] prouinciæ non patietur, ſed æqualitatē, [o] 4† tam iuris, quam cenſuræ [p] memor, circa [5] † ordinem [q] cuſtodiet.

TITVLVS XLIII.

De ijs, [r] qui ſpontè publica munera [6] † ſubeunt. [7] †

Qui patitur ſe decurionē creari, videtur ſuo priuilegio renunciaſſe, niſi ſub pacto hoc priuilegium acceptauerit, ſaluo ſuo priuilegio, ſecus ſi ad alium honorem ſe eligi paſſus fuerit. Barto.

Imperator Antoninus A. [8] †

LEX PRIMA.

VEterani, qui cū poſſent ſe tueri immunitate his conceſſa, [s] decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt, redire ad excuſationem, [t] quam reliquerunt, non poſſunt:

c CVm ad cogendas.] idest, colligēdas. Accursius.

d *Angarias.*] i. operas, vt ſupra, de ſacroſ. eccl. l. neminem. Accur.

3† *Dionysio.*

e *Appellationem.*] quando fieri debet, vt ff. quando appellan. ſit, l. prima, §. alia cauſa.

* *Facit contra cap. ad ſupplicationem, in fi. extra, de renun. vbi Papa permiſit Archiepiſcopo Raguſien. miniſtrare ſine vſu pallij, quod pallium ſuis Archiepiſcopis competit.*

f *Alterius curiæ.*] aliàs curæ, alias curationis: & eſt ſenſus, vt in vno officio electus, non cogatur ad aliud ire, donec finiatur primum, vt hic, & infra, de ſuſcep. l. neminem, & ff de vac. mun. l. fin. & tunc habet interualla, vt ſup. tit. 2. l. 2 aliàs eſt curiæ, & eſt ſenſus, vt decurio vnius curiæ non eligatur ad munera, ad quæ vocantur alterius curiæ curiales. Vel curiæ, ad quod ff. de coll. illi. l. 1. §. fin.

g *Quia eius patria.*] ideſt, eius honori, vel, ideſt eius curiæ onere, &c. ſed ſecundum primum intellectum, quid ſi ad duo munera in eadem ciuitate vocatus fuerit, nec apparet ad quod prius? reſpondeo ſi idem eſt nominator vtriuſque, eius ſit electio, qui elegit, vt arg. ff. de excu. tut. l. ſi duas, in prin. ſi autem ſunt diuerſi, tunc dic, ut no. ſupra de inco. l. ciues.

h MAioribus. Functos.] ad quæ nemo venit, niſi habuerit minores, ut ff. de muneribus, & honoribus, l. honor. §. gerendorum, & nota haberi hic inſpectionem, vt aſcendendo, (vt ff de muneribus & honoribus. l. vt gradatim.) non deſcendendo contentantur honores, vt hic, & ad hoc ff. de negotijs geſtis lege quæ vtiliter, item hoc, niſi ſit neceſſitas, vt dicta l. honor. in fine.

i CVm te.] ſcilicet decurionem, ex quibus ad munera quis vocatur perſonalia, & miſta, quæ publica vtilitate principaliter indicuntur, vt ff. de decur. l. honores, §. is, qui.

k *Copia eſt.*] vt ſupra tit. 2. l. fin. & ff. de muner. & honor. l. honor. §. fi. aliàs ſecus, ff. de mun & honor. l. vt gradatim, §. quoties, & d. l. honor, in fi. Item inter vnum, & aliud debet habere interualla, vt ſupra titu. 2. l. 2 imò hoc caſu erit comes, vt ſup. de dec. l. Alexandrinis. Accur.

l VLtra] hic bene exprimitur sub intentio, vt ſup. tit. 1. l. 1.

m *Sumptuum.*] faciendorum. nam facta computatione plus ſoluis, quàm te tangat

n *Præſes*] cuius eſt officium hoc facere, vt ff. de mun & hon. l. 3. §. præſes.

4† *æqualitatem.*

5† *cura.*

o *Aequalitatem.*] imò ſi de quantitate fiſcalium collator dubitauerit, vel de ratione poſſeſſionis, pro qua exiguntur fiſcalium deſcriptionum cuſtodes, vel per iudicem prouincialem, vel per locorum Epiſcopum proferre coguntur, & fiſcaliū oſtendere quātitatem, vt ſecundum æquitatem, vel æqualitatem publicæ deſcriptionis pro viribus patrimonii poſſeſſores exigantur, vt in Authen de co. §. hæc autem iubemus. Item facit ſupra, de ann & tribu. l. in fraudem.

6† *munera.*

7† *ſuſceperunt.*

8† *Alex. A. Feliciano.*

p *Cenſuræ.*] pro eo, ideſt cenſuræ de iure exigendę, vel iuris ſtricti cenſuræ, ſ. æquitatis.

q *Ordinem.*] eſt enim ordo, vt nunc vnum, nunc aliud, nunc ſimul æqualiter: non autem, vt vnum ſemper grauet, vt & ſupra tit. 1. l. 1.

r DE IIS, QVI SPONTE, &c.

Dixit de cogendis, nunc de ſpontaneis, & dicas quod immunis ſponte decurionatum ſuſcipiens, omnia munera decurionibus iniungenda ſubire cogitur, niſi pacto iungatur vt inf. eod. l. 1. ſed aliud munus ſuſcipiens, in alijs non præiudicat, vt l. 2. ſed in eo ſic, ſibi non filijs, vt l. 3. & 4 niſi naturales curiæ offeras: tunc etiam liberis, vt infra l. fi. §. fi.

s VEterani. His conceſſa.] quæ qualiter concedatur, dic, vt ſup tit. 2. l. qui immunitatem, habent autem, & quædam priuilegia, quorum quædā & filijs eorum conceduntur, vt ff. de priui. ve. per totum. & de vac. mun. l. in honoribus, §. vacationum.

t *Ad excuſationem.*] quam ante habebant, & cui renunciare videntur, accipiendo decurionatum, vt hic, & infra proxi. & l. 3. in fi & ff. de iu. immu. l. pen. §. fi. & de priui.

niſi certa lege, & pacto [a] ſeruādę immunitatis, vel partē eius honoris [b] agnouerint.

Imp. Alexander A. [1] †

LEX II.

Qvi publici [c] muneris vacationē habet, [d] ſi aliquē honorē, excepto decurionatu, ſpōte ſuſceperit, ob id, quod patriæ ſuæ vtilitatib. ceſſerit, vel gloriæ cupiditate paulisper ius publicum relaxauerit, cōpetens [e] priuilegium non amittit.

Imp. Leo A. Puſco [2] † *PP.*

LEX III.

Qvi condōni [3] † non obnoxius curiali, [f] quēlibet honorē, vel munus voluntate propria in quacūq; geſſerit ciuitate, nullū præiudiciū circa fortunā ſuam, ſtatumq; [g] ſuſtineat: ſed tā ipſe, q̃ liberi eius, & qui ex his in poſterū pcreādi ſunt, ab omni huiuſmodi nexu cū ſuis facultatib. liberi, alieniq; permaneant: [h] ita tñ, vt ſi aliqua functio volentibus eis fuerit iniūcta, ex qua neceſſe ſit, eos aliquid accipere, [i] quod ex data ſibi pecunia in reliquis apud eos māſiſſe [4] † cōſtiterit, ſoluentes, ſine vlla moleſtia, vel conditionis ſuæ formidine diſcedant. [k] Si quis verò ex his [l] oīa [m] decurionum munera, vel functiones, vel honores nulla imminēte neceſſitate, ſed ſua ſponte peregerit, cū pro ſua liberalitate patrē [n] ciuitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, ſi hoc libuerit ei, fieri, conſtituiq; hac lege decernimus. [5] †

Liber homo, qui ſpontè curiæ ſeipſum tradidit, ſeipſum obligat, non ſuos liberos, quandocumque genitos; ſecus, ſi naturalis filius ſe offerat. Bart.

Imper. Iuſtinianus A. [6] †

LEX IIII.

Eos, qui curiali fortuna liberi conſtituti, poſtea ſe curiæ cuiuſcūq; ciuitatis obtulerint, confidere volumus, quod poſteritas eorū, non ſolum iam procreata, ſed etiā poſt talem deditionem [7] † procreanda, hmōi fortuna libera manebit, [o] ſiue ſpecialiter ſub hac lege [p] curię ſe obtulerint, vt ab eis deſcendentes, tali fortuna liberi permaneant, ſiue nullam hmōi fecerint mentionem: nullo audente dicere, q̃ nati, vel concepti poſt talem deditionē, paternā conditionem ſequi debeāt. hoc enim ſpeciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus hmōi opitulationem conſtituere properauimus, [q] ita tñ, vt nec occaſione quartę portionis bonorum hmōi decurionis, [8] † quicūque ſucceſſores [r] eius aliquam inquietudinem patiantur: vtpote libera eius ſubſtantia omni curiali grauamine conſeruanda, & ſiquid [9] † defunctus, vel ex adminiſtratione curialiū munerū, vel ex quarta portione [ſ] ad eandē curiam ſemel, vel ſępius deuoluta, vel ex alia quacūque cauſa eidem curiæ debuiſſe probetꝰ, hoc idem ſucceſſores curialibus reddere minimè dubitēt: [10] † illis ſ. quæ ſuper naturalib. filijs, quos naturalis pater ſub hac lege curię dedit, vel poſtea dederit, vt legitimos tam ex teſtamento, q̃ ab inteſtato ſucceſſores habeat, non ſolum veteribus [t] legibus, ſed etiā noſtris ſanctionibus [u] diſpoſita [11] † ſunt, præſenti lege excipiēdis: vt non ipſi tantum filij naturales, [x] ſed etiam ex his procreandi mares paternam ſequantur fortunam, vel marib. liberis minimè ſubſiſtentibus, [y] quarta pars ſubſtantiæ mortui curiæ deputetur.

TITVLVS XLIIII.

De ijs, qui à Principe vacationem acceperunt.

Impp. Theod. & Valen. AA. [12] †

LEX VNICA.

Nvllus [13] † vacationēm temporalem curialis [z] accipiat, niſi id fortè veris, ac probatis cauſis [a] annotatio noſtra conceſſerit. [14] †

---

vete. l. fin. in fi. & de vac. mun. l. à decurionatu. & ſunt ſimilia de tacita renūciatione, vt ff de vac. mun. l. pe. §. fi. & de noua. l. ſi qs delegauerit. & de ope. li. l. Cāpanus, & J. de tab. l. 2. Item no. aliquē nō uenire ꝯ ſuum factū, ad qđ eſt ſup. de reb. cred. l. ſi quis iuſiurandum.

1 † *Aliàs, Impp. Dioc. et Max. AA. Valerio.*

a *Pacto*] i. Imo pacto. valet. n. hæc conuētio, vt ſ. de iu. im. l. 2. & J. l. fin. in princ.

b *Honoru.*] aliàs honoris, & tunc dic immunitatis, i. honoris in totu, aliàs eſt oneris. Et no. q̃ idē eſt, ſi filio imuni facto decurioni cōſenſerit. vt no. ff de mu & ho. l. ſpōtè, §. 1. Itē huic legi ꝯ Inſt. de exc. tu. §. pen. ſed ibi in matrio ſpāle, vt ibi notaui.

2 † *Aliàs, Paco PP.*

3 † *Pars legis prima, ſup. de offic. Com. Orient.*

c *Qvi publici.*] omnia cōprehendit, vt ff. de mun. & hon. l. fin. §. hæc oīa.

d *Habet.*] qđ qualiter ſit, hēs ſ. titu 2. l. vlt.

e *Cōpetens*] ſ. in alijs, vel ēt in eodē, ſi denuo vocetur, vt ſ. de excu. tut. l. volūtaria. & ff. de priu. vete. l. 2. in fi. & ſ. de epiſc. & cler. auth. pſbyteros. & J. l. prox. in princ. & ff. de vac. mun. l. in honorib. §. q muneris. Itē ad hoc, qđ dicit decurionatū, facit ſup. de lati. liber. toll. l. vnica, §. ſed & ſi. & ff. de pœ. l. reſpiciendum, circa prin. Acc.

4 † *remanſiſſe.*

f *Qvi conditioni Curiali.*] nō. n. eſt curialis, ſeu decurio.

g *Statumq.*] q erat, vt ad talia ibi nō cogeret, cū nō eſſet ciuis, vel incola, vt ſ. de inco. l. cū neq;. in alijs ergo ſibi non pıudicat, vt ſ. l. proxi. Sed qđ, ſi curialis erat, & in alia ciuitate talia egit? Rñ. reuocat ad curiā, vt ſup. de decu. l. q dereliċta, & l gñalis, & l. ſi qs decurio. Itē & tanq̄ vilis, non habet priuilegiū, ne ſubdat tormentis, vt J. de tabul. l. 2. & ſic prǫiudicat ſibi in aliquo, & facit ff. de vaca. mun. l. 1. §. pen.

5 † *Dat. 9. Id. Nouēb. CB. Baſil. & Armer. Coſs.*

6 † *Menna PP.*

h *Permaneant.*] ſi alia cauſa eos non vrgeat.

i *Eos accipere.*] vt opus puta publicum extruat.

k *Diſcedant.*] vt alia,

ſcilicet munera non cogantur ſubire.

l *Ex his*] nō obnoxijs.

m *Omnia.*] indiſtinctè. per qđ fit municeps, vt ſubijcit, vt ſ. de incolis, l. ciues.

7 † *Conditionem.*

n *Patrem.*] i decurionem, vel dic, vt ſ. de decu l. Alexandrinis.

o *Eos qui Manebit.*] non aūt ipſi, vt ſup l. 1. & 2. & ſup. de decur. l. 2. & 3. ſed in filijs eſt ſecus, in dignitate: vt infra, de digni. l. ſi Senator.

p *Sub hac lege.*] ſic ſ. l. 1. in fi. Accur.

q *Properauimus.*] ſic ſ. de bon. quę lib. l. 2.

r *Succeſſores.*] ēt non curiales, qđ ſecus eſt in eo, qui origine, vel ſnīa, vel alio modo fuit curialis, vt ſ. qñ & quib. quarta pars de l. 1. & 2. in princ.

8 † *Decuriones.*

ſ *Ex quarta portione.*] vt quia antequā eſſet curialis, ſucceſſit curiali, ſicque quartam debuit curiæ. Acc.

t *Non ſolum veteribus.*] vt ſup. de natu. lib l. 3. & 4.

9 † *Quidem*

u *Sanctionibus.*] vt ſ. de nat. lib. l. cōium. & adde in Auth. quib. mod. nat. effi. ſui, §. ſi quis igiť, coll. 7. Acc.

x *Naturales.*] ſ. curię dati. Accur.

y *Subſiſtentib.*] ſubaudi, vel filia nupta curiali, vt ſup. quādo, & qui quar. pars debe. l. 2. §. ad filiorū, & l. fin. §. 1. & §. 2.

10 † *Debeant.*

DE IIS, QVI à Principe, &c.

z *Nvllus Curialis.*] ideſt decurio, vt ceſſet à decurionatu.

a *Ac probatis cauſis.*] nota tria neceſſaria: vt Princeps,

11 † *Expoſita.*

13 † *Et Ho. no. Rufin. PP.*

12 † *Ex C. Theo. 1. 2. 135.*

14 † *Dat. Frid. Non. Iun. CP. Th. A. 1. & Albin. Coſs.*

ceps, vt temporalia, vt cauſa neceſſitatis probata, vt hic. & ſup. de decur. l. nemo. ſi enim cuilibet affectanti concederetur, non eſſet, qui munera ſubiret, vt ff. de va. mu. l. 1. in prin. & facit inf. de agr. & cenſit. l. immunitates.

a DE VACATIONE PVBLICI, &c.

Dictum eſt, à quo cōcedatur vacatio, nūc qd conceſſa operatur, & dic munus aliud publicum, quod in adminiſtratione Reip. ſine tam. dignitatis ſubimus, vt ff. de mun. & ho. l. honor. §. 1. aliud priuatum, vt tutela, quæ etiam publicum eſt, quo ad quid, vt inſtitu. de excuſa. in prin.

b M*Uneris Iniunguntur.* qñ concedit vacatio, aut ſimpliciter, vt hic, aut plenius, vt & militiæ detur, cui concedit immunitas, vt ff. de vac. mu. l. pen. § duo. cū ergo ſimpliciter extra ordinarias collatiões. dūtaxat euitat i. ex Iprouiſo à Magiſtratibus indictas, ordinarias vero i. quæ à legib. vel Senatuſc. vel conſtōnib. vel aliqua lege imponunt recuſare non pōt, qualia ſunt oīa patrimonialia ordinaria, vt hic, & ff. de vac. mu. l. in honorib. §. q muneris, & l. hi qui. de patrimonialib. n. nemo ſe excuſat, vt ſup. de mu. pa. l. 2. cū cōc. & l. q immuni. & ff. de mu. & ho. l. fi. §. fi Itē quędā ēt perſonalia à Magiſtratibus indicta non euitat, vt q̄ habēt honorē oneri miſtū, vt ff. de mu. l. cui muneris, & ad idē de va. mu. l. ſextū, §. numerus, itē & tutelam fauore pupilli nō euitat, vt ff. de exc. tuto. l. ſpadonē, §. qui accepetint, patrimoniale extraor. euitat. vt ff. de vac. mu. l. in honoribus § qui muneris.

1 † Ganuarum. 2 † Vacatione. 3 † Continere. 4 † Formam. 5 † Pertinens. 6 † Vrſatio.

TITVLVS XLV.

De vacatione publici muneris. [a]

Vacatio ſimpliciter conceſſa non porrigitur ad munera ordinaria. Bart.

Imp. Gordianus A. [1] †

LEX VNICA.

MVneris publici vacationem [2] † ea continere, [3] † quæ non lege, non Senatuſconſulto, non conſtitutionibus. Principum iniunguntur, [b] meritò reſponſum eſt: ad quam formam [4] † iuris pertinens, [c] [5] ſi cœperis ad munera extraordinaria à Magiſtratibus deuocari, appellatione interpoſita, poteris apud Præſidem iuris rationibus protegi.

TITVLVS XLVI.

De decretis decurionum, ſuper immunitate quibuſdam concedenda. [d]

Impp. Dioclet. & Max. AA. 6 †

LEX PRIMA.

EXceptis, qui liberalium ſtudiorum antiſtites [e] ſunt, & qui medendi cura funguntur, [f] decurionum decreto immunitas nemini tribui poteſt.

Iidem AA. & CC. 7 †

LEX II.

ORdinis ambitioſa [g] decreta ſacris conſtitutionibus reprobantur.

TITVLVS XLVII.

De excuſationibus, munerum. [h]

Qui gerunt negotia Principis, non habent immunitatem à muneribus, niſi ſint ex illis officijs, quibus eſt ſpecialiter conceſſum. Bart.

Impp. Diocl. & Max. AA. & CC. [8] †

LEX PRIMA.

ETiam ij, qui noſtra [i] procuraſſe monſtrātur muneribus ciuilibus, [9] quæ dignitati eorum congruunt, fungi debent.

Pars actorum Diocletiani, & Maximiniani AA. & CC.

LEX II.

INductis [k] Firmino, & Apollinario, & cæteris principalibus Antiochenſium adſtantibus Sab. dixit. [10] †

c *Pertinens.*] quia vocaris ad extraor. & habes vt per priui. & ſic habes ius appellandi. ergo, &c. vt ſupra quemad. ciui mun. indi. l. 1.

d DE DECRETIS DECVRION. &c.

Nam & ſuper alijs interponuntur, vt ſuper alienatione prædiorum curialium, vt ſup. de præd. cu. l. 2. & ſuper eligendo ſyndico, vel actore, vt ff. quod cuiuſ. vni. l. nulli. vel alio officiali, vt ſup. de dec. l. 0. Item ſuper ſalarijs Medicorum. & magiſtrorum liberalium artium, vt ff. e. l. 4. Item ſuper bannis. & ſtatutis, vt ff. eo. l. ſi quid autem ſi ſtatuerunt, vt pater teneatur pro delicto filij, vel aliud contra ius? Reſpon. ſecundum P. ſi contra tale ius eſt ſtatutum, cui poſſit derogari pacto, vel renunciatione, tunc & per ſtatutum, quaſi quilibet renunciet, alias non: quod habes ſup. de pact. l. ſi quis in conſcribendo.

e E*Xceptis. Antiſtites.*] vt magiſtri non dico repetitores.

f *Cura funguntur.*] & ſunt intra numerum, vt ſupra de Epiſc. & cle. l. parabolani & multo magis legum Doctoribus, vt infra de profeſ. & me. l. medicos, & de mun. & hon. l. fi. §. 6 Et dic, q etiam in patrimonialibus tenet immunitas conceſſa, ſi modo ſpecialiter dicatur, vt no. ff. de mu. pa. l. qui immunitatem, cum etiam de burſa dare poſſunt, & decernere, vt ff. eo. l. 3. & 4. Item videtur ſolus Princeps poſſe concedere immunitatem, vt ſup. de iis, qui à Prin. quæ eſt cōtra. ſolut. ſpeciale in his duob. quis ergo alij p̄ſtabit imunitatē, ſi opus fuerit? Rñd. ſolus Priceps, vt ib. dr. Ac.

g O*Rdinis ambitioſa.*] vt ſi liberent publicū debitorē, vel ex publico largiantur, vt ff. e. l. ambitioſa & no. q duæ partes debent adeſſe. Itē maior pars cōſentire, vt ff. e. l. lege, & ff. q cui. vni. l. nulli, alias non valet. Itē & ſi valet reſcindit qñque vt ff. e. l. q ſemel. & facit ſup. de aſſeſſor. l. nemo. & de Epiſ. & cle. l. ſi quamq̄ & in Auth. qūo opor. Epi. § item. & ff. de re. c. l. magis, §. ſi xx.

7 † Caſſio.

h DE EXCV. &c.

NVllus fabricenſiū conductioni, [m] vel adminiſtrationi, vel agriculturæ alienarum rerum ſe poſthac immiſcere conetur, [n] dominis quidē (ſi qui contra hæc ſtatuta meæ pietatis venire auſi fuerint) res, vel pdia, q̃ ſcientes, [o] q̄ fabricēſes ſunt, iiſdem fabricenſib. miniſtrāda cōmiſerint, amiſſuris: fabricenſibus verò grauiſſimè coercitis, [7]† poſt facultatum ſuarū amiſſionē, perpetui, [8] exilij pœna, & animaduerſione retinendis. Quoties ſanè in tranſlatione armorum angariæ neceſſariæ fuerint, Sublimitas [p] tua literas ad eminentiſſimam iubeat dirigi præfecturam, & numerū ei armorum, & ex quo loco transferenda ſunt, indicare, vt continuò ſuper prębēdis angarijs pro numero eorū, q̃ trāsferunt, armorū pceptione ſua viros clariſſimos moderatores Prouincię conueniat, [9q] [9]† & ſecundū miſſam à Sublimitate tua notitiam naues, vel angariæ cōfeſtim de publico [r] præbeantur. Quòd ſi aliqua tarditas, vel negligentia poſt datas à ſublimitate tua ad eminentiſſimam pfecturam literas in deſtinādis auctoritatib. [ſ] [10]† ampliſſimæ tuæ ſedis interceſſerit, & ex hoc armorum tranſuectio fuerit impedita, in q̄nquaginta libras [11]† auri tam numerarium pro tpe officij eiuſdem ampliſſimæ ſedis, q̄ alios, quorum intereſt, condemnari pręcipimus: eamq; auri quantitatē protinus exactam fiſci iuribus aggregari: multa prætérea triginta librarum auri propoſita tam viris clariſſimis, qui Prouincias regunt, quàm eorum apparitoribus, [12]† ſi conniuentib. his armorū ſubuectio tarditate aliqua fuerit præpedita. [13]†

TITVLVS X.

De veteris nummiſmatis poteſtate. [t]

i *Finem.*] quando in certum tempus fuerit aſſumptus, aliàs perpetuo ipſe, & filij tenerentur, vt ſupra l. proxi. in princ. Accur.

6 † Euſemio, Magiſtro offic.

K *Monſtrantur.*] etiā durante officio, ſecundum P. & ſic ſub. ſupra poſt finem, ſcilicet, etiam. Sed contra ſupra eo. l. 2. nam ſi eſt ſpeciale in primicerio, in alijs ergo ſecus.

l *Licitum.*] i. quod eſſet contra licitum.

7 † Coercendis.

m N*Vllus fabricenſium. (onductioni*] aliàs conditioni, aliàs conductioni.

8 † perpetuam.

n *Conetur.*] ad quod ſup. loca. l. ſi. Accur.

o *Scientes.*] ſic ſupra loc. l. ſi ignorans.

p *Sublimitas.*] Magiſtro officiorum loquitur, & fac. inf. de curſu pu. l. curſum. & ſupra de nau l. cum nauarchorum. Acc.

q *Conueniat.*] vos in quam conuenio o iudex.

r *De publico.*] Nota de publico.

9 † conueniant.

ſ *Auctoritatibus.*] aliàs actoribus, i. literis Præſidis, vt pędixi, & dicuntur actores: quia auctoritatē præbeant deferenti.

t DE VETERIS nūmiſmatis &c.

Dixerat de fabricatione armorum, nunc de fabricatione moneta, & dic, quod nūmiſma, & aureus, & ſolidus aurei idem eſt, vt hic, & ſupra de ſport. l. ſecunda. & in Euang. Cuius eſt imago, &c. cuius pondus erat tale, vt 72. facerent libram auri, vt ſupra de ſuſc. l. quoties. hoc nummiſma, ſiue moneta tantum fiebat olim de auro, vt infra l. fina. & effigies Principis erat ibi, vt infra l. 1. & vſuſfructus, veluti gemmarum poterat legari vti, vt ff. de vſuſfru. l. nummiſmatum. & qui hanc falſant puniuntur, vt infra eodem, l. fina hodie vero cum conceſſione Principum fit a ditis, Regibus, & ciuitatibus etiam de ære, nō dicas à priuato, vt ſ de fab. l. 2. Solidos.

10 † auctoribus.

11 † libris.

12 † apparitoribus.

13 † impedita.

Imper. Conſtantinus A. [1]†

LEX PRIMA.

Solidos [a] veterum Principum [b] veneratione formatos, ita tradi, ac ſuſcipi ab ementibus, & diſtrahentibus iubemus, ut nihil omnino refragationis [c] oriatur: modò, vt debiti ponderis ſint, & ſpeciei [d] probæ: ſcituris vniuerſis, qui aliter fecerint, haud [e] leuiter in ſe vindicandum. [f]

Minuta æſtimatione florehi, minuitur æſtimatio rerum, quæ venduntur ad florenum. Bar.

Idem Auguſtus. [2]†

LEX II.

Pro imminutione, * quæ in æſtimatione ſolidi fortè [g] tractatur, omnium quoque pretia ſpecierum decreſcere oportet.

Omnes aurei debent capi æquali æſtimatione: & contra faciens grauiſſimè punitur. Bar.

Imppp. Gratia. Valent. & Theod. AAA.

LEX III.

Vniuerſos auctoritas tua, propoſito edicto commoneat, [h] obryzatorũ [i] * omnium ſolidorum vniforme pretium poſtulare: capitali ſcilicet, ſupplicio puniendo, qui vel iuſſa noſtræ Maieſtatis auaritiæ cæcitate contempſerit, [k] vel æternales [l] vultus, dum fraudibus ſtudet, duxerit violare. [m]

TITVLVS XI.

Nulli licere in frenis, & equeſtribus [n] ſellis, & in baltheis [o] margaritas, & ſmaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis. [p]

Imp. Iuſtinus [3]† *A.* [4]†

LEX VNICA.

Nulli prorſus liceat in frenis, & equeſtribus ſellis, vel in baltheis ſuis margaritas, & ſmaragdos, & hyacintos [q] aptare poſthac, vel interere, alijs autem gemmis frena, & equeſtres ſellas, & baltheos ſuos priuatos exornare pmittimus: de cucurnijs [r] [5]† verò omnem prorſus qualiumcunq; ſtemmatum habitum [6]† præcipimus ſubmoueri. fibulis [ſ] quoque in clamidibus ijs vtantur, quæ ſolo auro, & arte pretioſæ ſunt. [t] Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit, ſciat ſe continuò quinquaginta libris auri eſſe mulctandum. Nulli [u] præterea priuatorum liceat (exceptis ſcilicet ornamentis matronalibus r & tam muliebriũ, [x] quàm virilium annulorũ habitu) aliquid ex auro, & gemmis, quod ad cultum, & ornamentum Imperatorium pertinet, facere: neque illud ſub [7]† hoc colore, & prætextu præparare, quod [8]† velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre. pietas enim mea huiuſmodi dona non expetit, neque regium ſibi offerri à priuatis cultum requirit. [y]

¶ Sanè ſi quis poſthac aliquid contra vetitum huiuſmodi ſanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ vſibus regiis deputata ſunt, auro, gemmiſque decorata, iuſſus fuerit præparare, centum librarum auri condemnatione ſciat ſe eſſe feriendum, capitali quoque ſubdendum eſſe ſupplicio. Ornamenta [z] enim regia intra aulam meam fieri à palatinis artificibus debent, non paſſim in priuatis domibus, uel officinis parari. Vnde ſumma ſeueritate ſancimus, ut quod in cultu, ornatuque noſtro ſacrum, & adoptabile eſt, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis ſanè cõtra uetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam ſuperius mulctam ab his per officia Palatinorum exigi, & ſacris largitionibus noſtris iubemus inferri.

a Solidos.] id eſt aureos, à ſoliditate: quia de ſolido auro fiunt, vt ſupra de ſuſce. l. quoties. & nota. in rub.

b Principum.] vt Philippi, vt ff. de auro & argento legato l. Quintus. §. ſin autem.

c Refragationis.] i. refutationis.

d Speciei.] quòd non deteriorata ſit res, ut ſupra de ſponſa. l. 2.

e Haud leuiter.] id eſt, non ſic ſupra qui. mu. vel præ. l. prima.

f Vindicandum.] offic. iudi extraor. Accurſius.

g Pro imminutione. Solidi fortè.] argentei, ſecundum P. vel dic, aurei, & dic tractatur à Principe, vel eo, qui habet auctoritatem, & quod ſubiicit pretia, ſcilicet, ipſius aurei qui ſunt pretia rerum, quaſi dicat pro minori ſumma accipiuntur, cum dantur pro pretio cuiuſlibet ſpeciei.

h Vniuerſos. Commoneat.] poſtulare, quod eſt infra vnitor. &c. Accurſius.

i Obryzatorum.] id eſt, nummorum aureorum de optimo auro, quod ſic dicitur vt ſupra de veſti. holo in rub. no ac ſi dicat, tantum valeat vnus aureus, quantum alius, & tantundem vendantur.

k Contempſerit.] vendendo plus vnum, quam alium.

l Æternales.] id eſt, Principis, cuius eſt ibi imago, vt ſupra l. prima. & dicitur æternalis, quia imperium ſemper durat: vt in Authent. quo oper Epiſco. §. fina. ſcilicet vno exiſtente pro alio, ſic ſupra de fab. l ſecunda. & ſic non eſt contra, ff de ſeruituti vrban. prædior. l. cum.

m Violare.] radendo fortè, vt ff de falſa moneta. l. qui nummos. & eſt pœna ignis. in hac aurea Principis, & in alia, capitis, id eſt, deportationis, vt ſupra de falſa moneta. l. ſecunda. & in §. authore.

NVLLI LIcere in frenis, & equeſtribus ſellis, & in baltheis margaritas, & ſmaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis.

n *Ab equo dicta.*

o *Et in baltheis.*] *id eſt cingulis, vel genus veſtis, ſed hic videtur poni pro cingulo equi, vel pectorali, quæ quaſi cingunt.*

p *Palatinis*] *vt infra §. nulli.*

q Nulli. *Hyacinthos.*] qui ſunt pretioſiores alijs, ut hic probatur.

r *De cucurnijs.*] cucurnia dicitur morſum freni. ſed R. dicit id quod, equis imponitur, ut non incuruentur.

ſ *Fibulis*] id eſt, chlamydibus, chlamys militum: purpura Regum, ſtola, ſacerdotum, toga aduocatorum, habitus ruſticorum, cuculla monachorum appellatur, ut hic, & ſupra de veſti. holo. & infra qui mili. non poſſunt. l fina.

t *Pretioſæ ſunt.*] quaſi dicat ſine omni gemma.

u *Nulli.*] hic de ſecunda parte rubricæ, vſque ad finem.

x *Muliebrium.*] repete exceptis. ſic ergo in annulis licet ponere gemmas maris, & fœminæ, ſed mari non aliàs. & facit ſupra de veſt. holo. l. tertia.

y *Requirit.*] Nota ſic ſupra de auro co ro. l. 1.

z *Ornamenta.*] Nota ſic ſupra de veſti. holo. l penultima.

1 † Impp. Valent. & Val. A. A. Germano PP.

2 † Ad Iuhanũ PP.

** De materia mutationis, & minutione monetarũ vide bonũ textum per eam. in ca. cum olim. ext. de cenſibus.*

** Obryzati ſolidi ſunt ex puro auro formati. Plin. lib. 33. ca. 3.*

3 † Iuſtinianus.

4 † alias, Imp. Leo. A. Leontio.

5 † alij turnicunys, alij cucunnu. Alc. autem legit gutturnys.

6 † ambitũ.

7 † ſuper.

8 † quo.

DE

DE CLASSICIS.

a C*Laſſem Seleucenam*] à Seleucia ciuitate Orientis ſic nominata Seleucena.& dic, ideſt nauigium ad bellandum aptum.

b *Vniuerſas.*] claſſes, ſeu naues. Accurſius.

c *Obſequitur.*] Præfecto prætorio Orientis loquitur.

d *Ex incenſitis.*] ideſt, ex iis, qui cenſentur, ſeu volunt deputare ſe huic miniſterio: ſic res dicitur in nullius bonis cenſura.

e *Accreſcentibus.*] i. qui ſuperabundant in aliis nauibus

f *Et Seleucena*] claſſis, ſeu nauigium.

g *Purgandi*] malis hominibus, vel prædonibus: ut argum. ff. de offic. Præfect. l. congruit. Accurſius.

h *Deputetur*] à Præfecto prædicto, qui deputatur Comiti.

i DE CVRIALIbus vrbis Romæ.

Decuriones à muneribus excuſantur, vt ſupra de ſuſce l penul. & maximè vrbis Romæ decuriones. & differt a tit de decu. quia hic in ſpecie.

k S*I quis decurialem.*] aliàs curialem.

l *Pulſandum*] ideſt accuſat eum de aliquo per quod à curia eſt remouendus, vt ff. de fal. l. falſi §. ord. ne. Item de quacunque lite: niſi forſan contractus, vel delictum aliud exigat. Accur.

m *Iudicem.*] qui præeſt curiæ decurionũ illorum, ad quod ſupra de iuriſd. omn. iudi l. fina. & dicas hos alios, quam Senatores: quia illi cõueniuntur ſub certis iudicibus, ut ſupra ubi Se. l. Senatores. Argum. contra ſup de decur. l. omnes iudices.

n L*Eges. Atterere.*] ideſt atterendo infligere, P. ad quod ſupra de decur. l. omnes. & de pœn l. decurionum. & ff. de decu. l. fin. niſi in caſu, vt ſupra de decu. l. quilibet.

1 † *Auxonio PP.*

2 † *Ex lib. 10 tit 14. l 1. C. Th.*

3 † *D Iuſti Nov. 12.*

4 † *Decurionibus.*

5 † *Ex lib. 14. ti. 1. li. 4. C. Th.*

6 † *Decuria.*

7 † *Da. 13. Cal. Febr. Medio Timaſio, & Tromo. Coss.*

8 † *Ex lib 12. 1. ti. l. 3. C. Th.*

9 † *D. 8. Id. In. Ro. Ho. A 8. & Ariſ. Coss.*

TITVLVS XII.

De claſſicis.

Impp. Valent. & Valens AA. [1] †

LEX VNICA.

CLaſſem [2] † Seleucenam, [a] aliaſque vniuerſas [b] ad officium, quod magnitudini tuæ obſequitur, [c] volumus pertinere: vt claſſicorum numerus ex incenſitis, [d] vel accreſcentibus [e] compleatur: & Seleucena [f] ad auxilium purgandi [g] Orientis, aliaſque neceſſitates Comiti Orientis deputetur. [h] [3] †

TITVLVS XIII.

De curialibus [4] † vrbis Romæ. [i]

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Trifolio PP.

LEX PRIMA.

SI quis [5] † decurialem [k] de auferendis priuilegijs putauerit lite pulſandum, [l] intelligat ſe curiæ [6] † interpellare debere iudicem. [m] [7] †

Imppp. Arcad. Hono. & Theod. AAA. Exuperantio Iulio, & alijs decurial.

LEX II.

LEges [8] † decuriales tam à ſuperioribus Principibus, quam à Diuo parente noſtro conditas, noſtra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices ſcire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus. tenter notam atterere, [n] neque ab ijs commodis, quæ rationibus approbantur, audeat ſeparare. huic enim collegio

o *Seruari.*] in tormentis, & pœnis, & ſimilibus euitandis. Et no. duo decurionibus. ſ. decuriones non torquendos, & antiqua priuilegia ſeruari.

DE PRIVILEGIIS CORPOR. &c.

volumus antiquam priuilegiorum prærogatiuam ſeruari. [o] [9] †

TITVLVS XIIII.

De priuilegiis corporatorũ, vrbis Romæ.

Incola vrbis Romæ gaudent priuilegijs ciuium. Itẽ ciues Romani vbicunq; morãtur, poſſunt ad ciuitatem retrahi. Bart.

Imppp. Valent. Theod. & Arca. ad Alpium. [10] †

LEX VNICA.

NVlli [11] † ſit [12] † liberum, nulli permiſſum ut nouum aliquid vrbis [p] incolæ in vrbæ ſuſtineant: ſed in honorem æternæ vrbis corporatis [q] [13] † indulta ſuffragia valere [r] præcipimus. Cura autem Rectorum Prouinciarum, corporati vrbis Romæ, qui in peregrinatione [s] [14] † tranſgreſſi ſunt redire cogantur: ut ſeruire poſſint functionibus, quas impoſuit antiqua ſolennitas. [t] [15] †

TITVLVS XV.

De piſtoribus.

Imppp. Gratian. Valen. et Theod. AAA. [16] †

LEX VNICA.

QVicunque ex mancipijs [u] Comitis horreorum dignitatem, & officium, vel ambitioné, vel gratia, vel pecunia, ſeu quolibet alio [17] † modo [x] poſthac fuerit aſſecutus, exutus dignitate, quam contra interdictum noſtræ Serenitatis adeptus eſt, mulctatus etiam in viginti libris auri ad antiquum dé nuo conſortium, collegiumque reuocetur: omne etiam ſpeciale beneficium, quocunque modo contra hanc ſanctionem fuerit impetratũ, penitus conquieſcat.

p N*Vlli. Vrbis.* qui aliunde venientes, ibi domicilium conſtituerunt, vt ſupra de incol. ciues. & ff. de ſtat. hom. l. in vrbe.

q *Corporatis.*] corporatus dicitur, qui in corpore aliquo ſcribitur propriè, ſicut quodlibet membrũ hominis corporatũ dicitur, & ciuis factus, vel incola, & ſunt priuilegiati, ut plebei à tributo capitis excuſentur, ut j. d e cap. ciui. cen. l. 1. & facit j de Alex. primat. l. 1. Accur.

r *Valere*] etiam qui nunc de nouo ſunt ciues per domiciliũ.

ſ *In peregrina.*] ſcilicet, loca, ad quod ſupra de decu. l. quidam ignauiæ.

t *Solennitas*] ſic infra de paſ. pub. l. j. & inf. de agr. & cen. l. cum ſatis. in prin.

DE PISTORibus.

u Q*Vicunque. Ex mancipijs.*] ideſt piſtoribus facientibus panem palatii. ſic j. de fru. vrb. Cõ. l. 1. hi ſubſunt Comiti horreorũ, vt hic dicit. & omni tempore de eis ius dicitur, vt ſ. de fer. l. publicas. & conueniuntur ſecundum P. ſub Comite rerum priuatarum, ideſt proc. Cæſaris, ut ſup. vbi c. ſi. l. ſi quis. & l. dominicis.

x *Alio modo*] ſ. illicito, vel dic, generaliter eos ad nullam dignitatem aſpirare & facit ad ſimonia cam iſtam electionem ſupra de epiſ. & cle. l. ſi quenquã. & ad l. Iu repetun. l. fina. & in Authen. iuſiuran. quòd præ. col 2.

DE

10 † *aliàs, Imppp. Ho. et Theo. AA. ad Alypiũ P. V.*

11 † *Ex li. 14. titu. 2. l. 4.*

12 † *Hæc conſtitutio ex 2. 3. & 4. conſtitutione cõflata eſt, q̃ extant in C. Teodoſiano lib 4 tit. 2. Quare ex eo loco pate inſcriptiones, & conſules commodè in hac repeti non poterunt, niſi hae conſtitutio rurſus diſſoluta fuiſſet in tres illas cõſtitutiones.*

13 † *comparatis.*

14 † *peregrina.*

15 † *D. 15. Cal. Apri. Medio. Cæſario, et Attico Coss.*

16 † *aliàs, Imp. Leo. A. Viuiano.*

17 † *quoquo.*

a DE SVARIIS, ET SVSCEPT. &c.

Ideſt, porcarijs, qui cuſtodiunt porcos euntes in paſcuis, vt infra l. 1.

b *Suſceptoribus.*] *de his nihil in nigro, ſic ſupra de condu. vt. l. fin. ſed de his dicitur ſupra de ſuſ. l. medios.*

1† Varijs. c *Porcinarij. Exhibeant*] quatum animal datur baſtagarijs, vt ſupra de mun. l. qũ ad præſens.

d *Sordidis*] quæ ſunt ſup. de exc mu l. maximarum. & idẽ de cuſtodibus cæterorũ porcorũ, argum. ſup. ad leg. Fal. l. fi. Accur.

2† Ex li. 14. tit. 4. l.6. C. Th.

e *Quicunque. Prouocatus.*] actor prouocatur, eo quod ſibi aliàs non ſatisfit, ſic ff. de ſepa. l fi.

3† Dat. 6. kal. Sept. Rom. Tiſmaſo, & Promoto. Coſs.

f *Fori*] i. præfecti vrbis. Et not. q̃ reus ſequitur forũ actoris, contra regulam ſupra de iuriſd. om. iud. l. iuris ordo.

4† Hilario. P. V. al. Flo. P. P.

g DE COLLEgiatis, &c.

5† Ex li. 14 tit. 4. l. 8. C. Th.

Dixit ſpecialiter de quibuſdam collegiatis, nunc generaliter. & dicuntur a collegio. vt priuilegiatus a priuilegio. & ydem dicuntur chartopratæ. a quia eorum nomina ſcribebantur in charta, vel matricula patria, quaſi in patria charta deſcripti intra numerũ, ſed qui ſunt ſupra numerum, non gaudent priuilegio: vt infra §. quid autem. Vel dicũtur chartoprati, i. qui gaudent in patria ſecundũ Græcos dicitur enim græce charta apud latinos patria, vel dic ratio, vt infra in ſ. domus l. Accur.

6† Spontanea.

a Chartopratę teſte Alcia lib. 1 præter. in hac ipſa d. ctione. & Pyer hic dicunt publicæ chartæ ſeruatores.

7† auditorium.

h *Qui ſub prætextu.* hanc habes de verbo ad verbũ. ſupra de ſacroſanct. eccle. l. qui ſub prætextu.

i *Memoratorum.*] ideſt, in locum memoratorum.

k *Primatum.*] ſcilicet, quod de nouo habebit primates, q eum eligant. Py. vel dic eorũ, à quibus recedit: & ad hoc ſ. de aduo di iu. l. nemini.

8† Iã ſemel poſita fuit hæc lex ſub ti. de ſacroſ eccle. l. qui ſub prætextu.

l *Quod autem.*] hic accipe nemo, quod eſt inf. & lege ſuſpẽſiue, vſque illuc, ſed ne, &c. Accurſius.

m *Qui.*] ſ. numerus continetur in breuibus cautis, ideſt, cautela ſcriptis facta examinatione eligendorum, & facit ſupra de ſacroſan. eccle. l. non plures.

n *Supplicibus.*] qui ſupplicant, vt ſuum locum eis vendere liceat.

TITVLVS XVI.

De ſuarijs, a 1† & ſuſceptoribus b vini, & cæteris. corporatis.

Imppp. Val. Theod. & Arcad. A.A.A. ad Albin. P.V.

LEX PRIMA.

Porcinarij 2 † vrbis æternæ cum peruigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, c ſordidis d ſemper muneribus liberentur. 3 †

Prætor vrbis eſt iudex porcariorum, ſiue ipſi agãt, ſiue conueniantur. Bart.

Impp. Arcad. & Honor. AA. 4 †

LEX II.

Quicunque 5 † ex corporibus ſuariorum, ſiue excipiendæ neceſſitate litis adſtrictus, ſiue inferendæ voluntate ſpontanea 6 † prouocatus e iudiciũ voluerit experiri, fori f vrbani auditorium 7 † præſtoletur. Dat. 18. Kal. Febr. Romę Baſſo, & Philippo Coſs.

TITVLVS XVII.

De collegiatis, g & chartopratis, & nummularijs.

Qui intrat vnum collegiũ, & munera, ad quæ ordinatus eſt, non exercet, non effugit munera alterius collegij, de quo exiuit: ſed debet de nouo extrahi, & alius in locum eius ſubrogari, requiſitis primatibus collegiorum, idem ſi decederet. Bart.

Impp. The. & Valen. AA. Cyro P.V.

LEX VNICA.

Qui ſub 8 † prætextu h decanorum, ſeu collegiatorum, cum id munus non impleant, alijs ſe muneribus conantur ſubtrahere: eorum fraudibus credimus eſſe obuiandum: ne quis ſub ſpecie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris operibus releuetur: ne argentariorum, vel nummulariorũ munera declinentur ab ijs, qui dici tantummodò collegiati, vel decani feſtinant. Ideoque ſi quis eorum ſub nudæ appellationis velamine collegiatũ ſe, vel decanum appellat, ſciat pro ſe alium ſubrogandum, qui prædicto muneri ſufficiens approbetur: ſubrogatione, videlicet, 9 † memoratorum, i vel eorũ, qui moriuntur, primatum k eius, qui ſubrogatur, admiſſa 10 † iudicio.

Qui ſupra numerum admittantur in collegio, non gaudent beneficio collegij. Bartol.

¶ Quod autem l ſupra numerum, qui m in cautis breuib. continentur, nemo ſe quolibet patrocinio, vel cuiuslibet aſſumpta potentia debeat excuſare, hoc noſtræ eſt Serenitatis cẽſere, & tuæ ſublimitatis, tuique officij cautius obſeruare. Hoc inter omnes æqua lance ſeruari præcipimus, nullo diuinæ domus patrocinio, nulla ſacroſanctarũ eccleſiarum reuerentia, nullo qualibet, vel cuiuslibet potentia ſe excuſante. Sed ne tantum circa munera releuanda ſupplicibus n conſuluiſſe noſcantur, illud etiam dicendum, obſeruandumq́ue eſſe cenſemus, vt chartæ venditio, o quæ de Prouincijs ad corporatos ſupplicium p per inuocationem 11 † tranſlata eſt, primæ conſtitutionis q terminis concludatur, hoc eſt, quod in initio diſpoſitionis cõſtitutum eſt, r id in poſterum nulla addita 12 † nouatione ſeruetur.

9 † vid.

10 † admiſſo.

11 † innouationem.

12 † adita.

o *Venditio.*] emptores huius chartæ dicuntur chartopratę, qui per chartæ emptionem a quopiam, qui in charta, vel in matricula ẽ, collegiatorum, vel Cõſulum acquirere volunt, vt illius loco ſubrogentur, i. vt alludant, nomini, ideſt, agãt emẽdo chartam, i. locũ, cuique per chartam aſſignatum, vt patrię fiant corporati, vt hic. Vel aliter, vt notatur in rubrica.

p *Supplicium.*] i. ſubiectorum ſupplicantium.

q *Conſtitutionis.*] aliàs diſpoſitionis.

r *Conſtitutum eſt.*] i. quæ onera primus, & ſecũdus agnoſcat. ad quod ſup. de col. donatorum vel releua. l. j. & ſup. de prædijs, & omnibus rebus na. l. 2.

ſ DE STVDIIS liberalib. &c.

In quibus duabus tãtum legitimum ſit ſtudium, non alias, niſi ex priui eg. vt in proœ. ff. rum §. hæc autem tria. hodie imperium eſt ſciſſum, & ſtudiũ multis locis fit, maxime Bononiæ, quæ legalis ſtudij obtinet monarchiam.

t *Vniuerſos. Vſurpantes.*] ideſt, frequenter vtentes legibus, & ſic in bona parte, vt ff. de vſuca. l. fi. Accur.

Cellulis, &c.]

TITVLVS XVIII.

De ſtudijs liberalibus ſ vrbis Romæ. & Conſtantinopolitanæ.

Impp. Theod. A. & Valen. C. 13 †

13 † Impp. Theod. & Vali. AA. P.V.

14 † Ex lib. 14 tit. 9. l. 3 C. T.

LEX VNICA.

Vniuerſos, 14 † qui vſurpãtes t ſibi noĩa magiſtrorũ, in publicis magiſtrationibus, 15 †

15 † Magiſtratib.

cellulisq; [a] collectos vndecunque diſcipulos circunferre cõſueuerunt, ab oſtentatione [b] vulgari præcipimus amoueri: ita, vt ſi qs [1] † eorum poſt emiſſos diuinæ ſanctionis [c] affatus, quę prohibemus, [d] atque damnamus iterum fortè tentauerit, [e] non ſolùm eius, quam meretur infamiæ notam ſubeat, verùm etiam pellẽdũ ſe ex ipſa, vbi verſatur illicitè, vrbe [f] cognoſcat. Illos verò, qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim ſtudia conſueuerũt, [g] ſi ipſis tantummodò diſcipulis vacare maluerint, quos intra parietes domeſticos docent, nulla huiuſmodi interminatione prohibemus. [h] Si autem ex eorũ numero [i] fuerint, qui videntur intra Capitolij auditorium conſtituti, hi omnibus modis priuatarum ædium ſtudia ſibi interdicta eſſe cognoſcant, ſcituri, quòd ſi aduerſus cœleſtia ſtatuta facientes deprehenſi fuerint, nil penitus ex illis priuilegijs [k] conſequantur, quæ ijs qui in Capitolio tantummodo docere præcepti ſunt, meritò deferuntur. Habeant [2] † igitur auditorium [l] ſpecialiter noſtrum in ijs, [m] primũ, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Oratores quidẽ tres numero, [n] Grammatici [3] † verò decem. In ijs [o] etiam, qui facundia grauitatis [4] † pollere noſcuntur, quinque numero ſint ſophiſtæ, & Grammatici ęquè decem [p]. Et quoniam non his artib. tantùm adoleſcentiam glorioſam [q] optamus inſtitui, profũdioris [5] † quoque ſcientiæ, atque doctrinæ memoratis magiſtris ſociamus auctores. [r] Vnum igitur adiũgi cęteris volumus, qui Philoſophię [ſ] arcana rimetur, duos [t] quoque, qui iuris, ac legum volũtates [6] † pandãt: ita, vt vnicuique loca ſpecialiter deputata aſſignari faciat tua Sublimitas: ne diſcipuli ſibi inuicem poſſint obſtrepere, vel magiſtri, nevè linguarum confuſio permiſta, vel vocum aures quorundam, aut mentes à ſtudio literarum auertat. [u] 7 †

TITVLVS XIX.

De honoratorum vehiculis.

Antiquitus in ſignum dignitatis, & honoris in dignitate poſiti ibant in curribus, ſeu vehiculis. Bartolus.

Imppp. Gratian. Valen. & Theod. AAA. [8] †

LEX VNICA.

OMnes 9 † honorati, ſeu ciuilium, [x] ſeu militarium, vehiculis dignitatis ſuæ, ideſt, carrucis, [10] † intra vrbem ſacratiſſimi nominis ſemper vtantur. [y] [11] †

TITVLVS XX.

De priuilegijs urbis Conſtantinopolitanæ.

Impp. Honor. & Theo. AA.

LEX VNICA.

VRbs [12] † Conſtantinopolitana non ſolũ iuris Italici, [z] ſed etiam ipſius Romæ veteris prærogatiua lætetur. [a]

TITVLVS XXI.

De metropoli [b] Beryto.

In eadem Prouincia poſſunt eſſe duæ matrices Ciuitates. Bart.

a *Cellulisq;*] ideſt, qui volunt docere publicè, vel priuatim, abſtineant ab oſtentatione vulgari.
b *Ab oſtentatione.*] i. conuerſatione cum laicis.
c *Sanctionis.*] ſ. huius: quæ &c.
d *Prohibemus*] ſcilicet, ſe imiſcere vulgari oſtentationi.
e *Tentauerit*] vulgariter ſe oſtentando.
f *Vrbe.*] ſcilicet, Roma veteri, vel noua, de quibus hic dicit.
g *Conſueuerunt.*] in cellulis, vt ſupra l. proxi.
h *Prohibemus.*] niſi, vt ſubijcit. Item hoc in dictis duabus vrbibus. Accur.
i *Numero.*] qui numerus eſt, vt inf. hac l. & iuxta capitoliũ regebant, vel intra cap. &c. ideſt habent licentiam, vt regant, & ſic audiuntur in capitolio, ſcilicet, ab ijs, qui conueniunt in capitolio, vt à populo, vel a Senatoribus.
k *Priuilegijs.*] quæ ſunt ſupra de profeſ. l. medicos. & l. fi.
l *Auditorium.*] hoc expone, vt ſup.
m *In ijs.*] ſ. ciuitatibus duabus. Et not. quia permittit oratores etiam ad leges, nedum ad alias, quaslibet artes, cuius flos, & turba Romani eloquij fuit Tullius.
n *Numero.*] numerus etiam alius ſtatuitur in maximis ciuitatibus, vt ff. de excu. tutor. l. ſi duas. §. j. & ij. ſed ibi de alijs, hic de Roma, & Conſtantinopoli ciuitatibus.
o *In ijs.*] ſ. ciuitatibus, & habeas, infra grauitatis, aliàs eſt, grammaticis, & tunc dic, in his grammaticis, qui fallacijs ſunt ſapientes, & doloſi ſecundum P. aliàs garrulitatis.
p *Decem.*] vitium ſcriptoris. nam & ſupra dixerat. ſic ſupra de excu. arg. l. j.
q *Glorioſam.*] not. adoleſcentiam glorioſam. Item no. has artes in adoleſcentia addiſci.
r *Auctores.*] id eſt, hos, qui ſequuntur, vnum, &c.
ſ *Qui philoſophiæ.*] per hos etiam medicos potes comprehendere.
t *Duo.*] No. duos, ſcilicet intra numerum aliàs ſecus, vt in principio, l. Item hoc in dictis duabus ciuitatibus, vt in rubr. Et nota, quod de diuina ſcientia nihil dicitur. Item facit infra de profeſſ. qui in vrb. Conſtan. l. 1.
u *Auertat.*] quod facilè euenit in ijs, qui malè intentã quandoq; caſtra ædificant, quandoq; tegulas domus numerant, & eſt hic argum. a quod faber non poteſt malleare iuxta ſcholas. publica enim vtilitas, quę replet ciuitatem ſapientibus, præfertur, ſic ff. ſolut. matri. l. j.

DE HONORATORUM vehiculis.

x *OMnes. Ciuilium.*] dignitatum, vel virorum. & erant honorati quidam, qui habebant priuilegia, vt intrarent ſecretarium Principis, & aliorum iudiciũ, & ſedendi in ſalutationibus, vt ſupr. de offi di iu. l. ſecunda. & tertia. Vel ponitur pro ijs, qui habent dignitatem ſine adminiſtratione, de quibus dic, vt in Auth. ut or. præd. quod in in idem recidit.
y *Vtantur.*] ideſt, liceat eis vti, ſi volunt.

DE PRIVILEgijs vrbis Conſtantinopolitanę.

z *VRbs. Italico.*] Eſt ergo immunis à tributis, ut ff. de cen. l. j.
a *Lætetur.*] vt ſupra de ſacroſan. eccleſ. l. omnium. ergo mater legum, vt in Authen. vt eccle Ro. in prin. co. 2. Item eius conſuetudinem ſequitur, vt ſup. de ve. iu. enu. l. j. §. fina. & inſtit. de ſatiſ. §. fin. Item mater fidei erit illius, ciuitatis eccleſia, vt ſupra de ſacroſan. eccle. l. decernimus.

b DE METROPOli Beryto.

Ideſt, metropolitana. & ſic eſt apocope. Propter.

1 † q.s
2 † hĩat.
3 † grammaticos.
4 † gracatis.
5 † profundioris.
6 † Formulas.
a Vide de hoc per Bart. & alios in l. j. ff. ſo. mat.
7 † Dat. 3. kal. Mar. CP. Theo. A. 11. & Val. C. Coſſ.
8 † Nebridio. P.P.
9 † Ex li. 14. tit. 11. l. 1. C. Th.
10 † bringis.
11 † D. 3. Kal. Febr. CP. Hon. N. P. & Eud. Coſſ.
12 † Part legis 6. ſupra de ſacroſ. eccle.

Impp. Valen. & Theod. AA.

LEX VNICA.

PRopter multas, iuſtaſque [a] cauſas metropolitano nomine, ac dignitate ciuitatem Berytum decernimus exornandam, iam ſuis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro [b] nihil de iure ſuo derogetur. Sit illa [c] mater Prouinciæ maiorum 1† noſtrorum beneficio, hæc [d] noſtro: & vtraque [e] dignitate [f] ſimili perfruatur.

TITVLVS XXII.

De canone [g] frumentario vrbis Romæ. [h]

Nauta debet confiteri, ſe recepiſſe ſpecies incorruptas: quod debet approbari aſpectu officialium tempore, quo dantur, & quo reſtituuntur. Bar.

Imppp. Valent. Valen. & Grat. AAA. ad Iulianum P. F. Annonæ.

LEX PRIMA.

NAutici [i] 2† apud Præſidum, aut Magiſtratuum acta [k] confiteãtur incorruptas ſpecies ſuſcepiſſe, eorumque, apud quos deponitur illa teſtatio præſens aſpectus [l] probet, nihil in his eſſe vitii, quod eo tempore, [m] quo ad ſacræ vrbis portum peruenit, præfecturam iugiter obſeruare præceptum eſt. 3†

Annullat omnia priuilegia concedentia remiſſionẽ canonis. Bar.

Impp. Arca. & Hon. AA. 4†

LEX II.

SI quid 5† frumenti, vel olei vrbicarii canonis remiſſione indultum eſt ſpeciali beneficio, commodum publicum reſcripta elicita [n] non valeant. 6†

Nullus poteſt poſtulare canonis mutationem: impetrata priuilegia à iudice nõ admittantur: & impetrantes in duplum puniuntur: & iudices, qui canones in proprios vſus conuertunt, puniuntur. Bart.

Iidem AA. Meſſalæ PP.

LEX III.

NEminem 7† patimur in mutando [o] canone vrbis Romæ [p] noſtræ clementiæ beneficium poſtulare: ſed etiam ea reſcripta, quæ quoquo modo potuerint impetrari, [q] ſuſcipi nõ ſinimus. eos verò, qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos eſſe decernimus. vicarios, [r] quin etiam cæteros iudices (niſi deinceps ab vſurpatione vrbicarii canonis abſtineant) deportationis pœna detineri, primates officiorũ capitali ſupplicio ſubiugari perpetua 8† auctoritate ſancimus. [ſ] 9†

TITVLVS XXIII.

De 10† frumento [t] vrbis Conſtantinopolitanæ.

Quod dari debet in pane non debet ſolui in frumento. Item ex inordinata adminiſtratione creſcit cariſtia. Bart.

Impp. Hon. & Theo. AA. Vrſo. 11†

LEX PRIMA.

NVlli, [u] nec 12† diuinæ quidem domui noſtræ frumentum de horreis publicis pro annona [x] 13† penitus præbeatur: ſed integer [y] canon mancipibus [z] conſignetur, annona

a PRopter Multas, iuſtasq.] maximè, quia nutrix eſt legum, vt in procem. ffocum § hæc autem.

b Tyro] datiui caſus, & eſt nomen ciuitatis, & erant duę ciuitates Tyrus, & Berytus in Prouincia Phœniciæ, ut ſ. qui æta. l. 1. quarum vna erat ante Metropolitana, nunc ſit, & alia, & dicit, ꝙ nil derogatur patriæ. Et ſic nota. hic arg. quod nil derogatur Epiſcopo, ſi alter in eodem epiſcopatu eligatur Epiſcopus. & idem in prælato. ſed diſtingue, aut dignitas additur perſonæ, puta cum erat vnus Epiſcopus in vna ciuitate, datur alius in eodem epiſcopatu (& ipſe in Archiepi. poteſt. dici) & fieri non poteſt, aut rei: & fieri poteſt, vt hic. nec. n. erunt duo metr. ſed vnus, & ſic duæ matres eccleſiæ, ſed vnus prælatus, vt bigami. Item & duæ prouinciæ vnũ Præſidem, ſic ſupra tit. 1. duę ſunt Romanæ eccleſiæ i. Roma vetus, & non. & tantum unus Papa: ſed hæc rei coll. dignitas non fit, niſi ex cauſis, vt in prin huius l. ſed & Prouincia ſcinditur, & erunt duo præſides, non vnus, ſed duarum prouinciarum, ſic & Archiepiſcopatus, vt ff. de off. aſleſ. l. ſi eadem. ſed in vna eſſe duos Metropolitas, & in ſolidum non poteſt eſſe, ut dixi arg. ff. comm l. ſi vt certo, §. ſi duob. econtra de duab una fit, vt in Auth. ut iu. fine quo. tuth. §. illud & §. hoc autem col. 2.

c Illa.] ſc. Tyrus.

d Hæc.] ſcilicet Berytus.

e Et vtraque.] Tyrus & Berytus.

f Dignitate] metropolitana.

g DE CANONE frumen. &c. *Certus canon in frumento ſingulis annis mittebatur Romam, quod patet, quia dicit canon, ad quod ſupra de ſacroſan. eccl. l. placet & appellatione frumenti omnia quæ ad victum ſunt neceſſaria, accipiuntur, vt ſupra de ſuſce. l. modios. & inf. e l. 2. & in pub. horreis Romæ imponebatur, vt ſupra de conduct. pu. horreis. l. prima & ſecunda.*

h *Romæ.*] *vtriuſque, vt ſup. tit. 1. & inf. tit. 1. in rub.*

i NAutici.] Qui portant annonarias ſpecies, ut ſupra de nauic. l. 1.

k *Acta.*] in prouincia, vnde accipiunt.

l *Aſpectus.*] ſubiiciendo oculis. ad ꝙ ſup. ff. regund. l. ſi irruptione.

m *Tempore.*] i. ſimilis inſpectio fiat à Præf. anno. cui hæc lex mittitur, & de quo hic loquit, uel dic per Præfectum urbis.

n SI quid. Elicita. à debitoribus. ut ſupra de anno. & tri. l. 3. l. nec compenſari, ſed tam cito ſolui, ut ſup. de comp. l. in ca. & l. ſi uelut. & ff. de adm. re. ad ci per. l. 2. & 3. & 4. & facit ſup. de prec. Imper. l. nec damnoſa & ſi contra ius, vel vti. pu. l. ſi. & ĩ. de piſto l. 1. & inf. l. proxi. & in Auth. vt nul iud. §. & hoc. col 9.

o NEminem. In mutando.] d e ſpecie in ſpeciem, ut ĩ. de ſab. l. 1. uel de perſona in pſonam.

p *Romæ.*] dic, ut in ſubri.

q *Impetrari.* à quocũque debitore, uel alio, ut ſit generaliꝰ ꝙ ſuperior proxi.

r *Vicarios*] ab uſurpatione, quia ſibi retinent, quod Romã mittere, uel qđ in horreis condere debent & fac. ĩ de exo mu. l. placet, ibi ciuiliter conueniuntur.

ſ *Sancimus.*] niſi ab ea uſurpatione abſtineant.

t DE FRVMENto urbis, &c. *Cum qua prouidentia deferatur, dicit ĩ. ti. prox. nunc qualiter delatum expendatur ꝙ enim in vna vrbe dicitur, & in alia intelligi, vt ſup. de pre. vrb. Conſt. l. quinimo. id ĩ in horreis publicis aliarũ ciuitatũ, vt ſup. de con. in pub. hor. l. 2.*

u NVlli.] priuato.

x Pro annona] i. pro pane.

y *Integer*] i. nõ minutus per huiuſmodi præbitionem.

z *Mancipibus*] ſcilicet piſtoribus, ut ĩ. de piſt.

1† i. Traianus, a quo et Paulus Titius orator primus impetrauit, ait Suida. Vide in hoc Alc li. 4 par erg ca. 15. Cons.

2† Ex lib 14 ti. 15. l. 2. C. Th.

3† Da. 18. Calen. Iul. Rhe. Grãno A. 1. & Dagalaipho. Coss.

4† Ad Senatum.

5† Ex eod. tit. l. 3.

6† Da. 17. Cal. Maij. Med. Caſario, & Atico. Coss.

7† Ex eod. ti. l. 5. & 6. C. Th.

8† perpetu.

9† D. 4 Calen. Oct. Arino & Th. V. C. Coss.

10† de canone, & fru.

11† P. V.

12† Ex li. 14. ti. 16. l. 2. C. Th.

13† vide Alciatum hoc.

in pane cocto domibus exhibenda.ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Conſtantino præſtitus, nec non à Diuo [a] pietatis meæ auo Theodoſio auctus, expendi: quoniam creſcit inopia, ſi frumenta, quæ pro annona tribuuntur, ad uſus alios deputata cognoſcuntur.cogentur [b] enim de publico ſibi emere, [c] quæ alijs uendere potuiſſent.[1]†

Quantitas ſtatuta ad emptionem frumenti, non poteſt minui, nec ad alios vſus conuerti: & quod de ea fit, debet in publicum librum ſcribi: & contra facientes puniuntur in duplum, & lucrum ſumit naturam ſortis. Bart.

Impp. Theod. & Valent. AA.[2]†

LEX II.

AVri ſtatuta [3]† quantitas ad coemptionẽ frumentariam[d] perpetuò ſit dedicata: nec liceat cuiquam poſt [e] adminiſtrationem urbicariæ poteſtatis perceptã, aliquid ex eadem [4]† ſumma minuere, uel ad quoſcunque alios uſus conuertere, [f] ſed ſub geſtorum teſtificatione certum fiat; & quod mancipibus [g] mutui [h] nomine datum eſt, [5]† & quod ab iiſdem ſit (excepta omni concuſſione) ſoluendum. eum autem, qui hanc formam auſus fuerit inquinare, [6]† quantitatem, in qua ſuam calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus, & quicquid ex prædicta ratione acciuerit, [7]† ad cumulum eiuſdem auri quantitatis, & frumẽtarij tituli firmiter [8]† redundare, legiſq; huius tenorem æneis tabulis incidi.[i] [9]†

TITVLVS XXIIII.

De annonis ciuilibus.

Annonæ ciuiles non dantur pro titulis in dignitatibus, ſed pro meritis. Bart.

de diſt.l.1.qui panẽ coctum reddũt annonæ præbendum, vt hic & inf.l proxima. & prius vetus frumentum, quam nouũ, niſi ſit opus de nouo immiſceri veteri, ꝙ venit propter corruptionem, veteris, vt ſupra de com.in pub.horreis l prima.

a *Diuo.*] vbi non habes, ſed facit inf. de ero.mili.an.l. j. itẽ. inf.tit. 1.l.fi.

b *Cogentur.*] horreorum comites.

c *Emere*] ſubau.frumenta, quę &c.ſi bene ſcilicet, diſtribuiſſent.

d *AVri.Frumentariam*] ꝙ quando fit, dic, vt ſ. vt in emp.ſpe.l.1.

e *Poſt*] aliàs, poſt perceptam, aliàs poſtea percepta.

f *Conuertere.*] ſic ff. de adm.rer.l.2.§.2. & 3 & 4 & ſup ti.1. l.3.& ſup.de com.in pu.hor.l.fi.& inf de col fun.pa.l.fi.

g *Mancipibus.*] i.piſtoribus, vt ſup.l.proxi.& caue, quod dicit, quia non dicit, quod mutuo detur, ſed datur frumentũ & recipitur panis, vel datur pecunia, vt emat frumentũ, aliàs eſſet contra ſupra de iis, qui ex pu.ra.mu.pen.l.1. & 2. & ſic hic ad pu.vti. ibi ad priuat.

h *Mutui.*] aliàs mutuo, & tunc eodem modo expone.ſic ſupra de præ.& omni.re naui.l.2 §.domus.

i *Incidi.*] i.ſculpi, vel imprimi, ſic ff. de ori.iur.l.2. & poſita ne diutius.& repete hic iubem⁹, ꝙ eſt ĩ.ſic in l. Moyſi ĩ lapideis. Accur.

DE ANNONIS ciuilibus.

k *ANnonas. Conſtantini.*] argum. contra inſufficientes Doctores, vt etiam ſcholares optimi facilius adnocentur.

l *Ex his.*] annonis ſcholarum, ſcilicet ſi nihil meruerunt, vel dic, quoſua ſchola, vel vniuerſitas, hæc non reuocet.

1† Dat.10. Cali. Aug. C.P. Th. A. 9 & Palla. Coſs.

2† Leontio. P.V.

3† Ex eo.ti. l.vlt.C.Th.

4† Memorata.

5† ſol.

6† inquinare.

7† exercuerit.

8† ſomitẽ.

9† D.5.Cal. Decẽb. C.P. Arcadio & Aſpa.Coſs.

Imppp. Theod. Arcad. & Hono. AAA. Proculo PV.

LEX PRIMA.

ANnonas [10]† publicas [11]† non tam titulis dignitatum, quàm ſingulorum uirorum [12]† meritis attributas Diui Conſtãtini [k] liberalitate, ſatis claruit. Ideoque nihil ex his [l] ſcholarum nomine uindicetur: ſed pro uniuſcuiuſque merito, quæ ſunt conceſſa, ſeruentur: ut quicunque perceptarum annonarum emolumenta, uel in hæredes proprios iure ſanguinis [m] tranſfuderunt, uel in extraneos diſtractionis titulo tranſcripſerunt: maneat, quod geſtũ [n] eſt, uel hæreditatis merito, uel alienationis arbitrio.[13]†

Imperator Martia.[14]†

LEX II.

CEntum uigintiquinque modios frumenti, præter ſolitum canonem, per ſingulos dies de præſenti ſexta indictione ex die Calen. Ianuarii [15]† nomine parapeteumatis [16]† de horreis publicis huius almæ urbis inſita noſtræ pietatis liberalitate tribuimus: [o] datis ſacris apicibus [p] ad ſublimiſſimã quoque per Orientem præfecturam, quibus poſſit, & modum [17]† noſtræ donationis [q] agnoſcere, & incunctanter præbere, quæ iuſſimus. quam modiationem iugiter, & in perpetuum ciuibus noſtris [r] debere conferri ualitura in æuum hac lege ſancimus.

TITVLVS XXV.

De mendicantibus ualidis.[s]

Qui ſine neceſſitate mendicant, poſſunt inſpici, & qui eos inſpexerit & prodiderit, & eſſe probauerit, dominium eorum conſequitur, ſi ſunt ſerui, vel ius colonatus, ſi ſunt liberi, ſalua dominis actione ſerui corrupti. Bartolus.

m *Sanguinis.*] vel etiam non iure ſanguinis, vt ſtatim colligitur.

n *Geſtum.*] hic de iam perceptis, ſic in vſufru.vt ff.de vſufr. l. defuncta & facit ſupra de inof.teſta. l.omnimodo, §.fin. & de co. Illyrici. & infra de ſilen. l. fin. & de ero.mil.anno. l.in his. & qui mi. non poſſ.l.5.§.fin. quæ faciunt, ut mos tuo militante, aliquid ad hæredem defuncti tranſeat. Item argum. quod idem ſit in præbenda clerici iam percepta.

o *CEntum. Tribuimus.*] ſimile additamẽtum fit quandoqꝫ præbendis, ad ꝙ ſupra titu. 1.l.1. & ſubaudiunt hic per ſingulos annos. & ſic quod ſupra eſt per ſingulos dies, iungitur ſuperioribus.

p *Apicibus.*] ideſt, noſtris literis miſſis, &c.

q *Donationis.*] quã facimus per l.iſtam, augendo annonas.

r *Noſtris.*] militibus ſcilicet, vel dic, omnibus tempore, ſcilicet neceſſitatis.

ſ DE MENDIcantibus ualidis.

Quia mendicantes habent præficiuntur publicis an vacantis. nemis, de quibus eiſdẽ Periſſemma illum, & debet hoc ſic. autem, vt vt, ſcilicet de verè mẽ aut Alc his, dicantibus, non ficte: dicitur aliõ ideo de mendicantibus dantia ſuper validis, i. robuſtis, petit. quos ſpanaldos, vulga. commu ter vulgus appellat, dum. qui mendicare non debent, ne miſeris, vel vere debilibus panem auferant, vt hic, & in Authen de qua.col.6. & 1.q.1.c.non omnis. & 80 diſt c.1. & gloſ ſuper Mattha uiſtitur. feceris, ſi iniuſtè petentem correxeris, quam ſi ei dederis.

Conditu.]

10† Ex li. 10. tit.17. l.10.C.Th.

11† ciuitat.

12† virorum.

13† Dat.9. Cal.Iul. Cp. Arcad. A. 11. & Ruf. Coſs.

14† aliàs, Imppp. Theo. Arcad. & Hon. AAA

15† Iuniorum.

16† Qualẽ exemplaria

a Cunctis Quæstum] qui publicè panem quærunt.
b Incerta.] quia ignoratur vtrum verè ægeant, vel non.
c Inertibus]ſic ſe gerunt, quaſi non habeant artem, cum habeant, & ita ſingunt ſe debiles, cum ſint fortes, quia nolunt laborare, ſed mendicando ſine labore viuere.
d Neceſſitas.] laborando eo modo, quo ſequitur & die, interatur per Quæſtorē, vt in authen. de Quæſtore.
e Proditor.] ideſt, delator. ſic ſupra pro quibus cau. ſer. l. finali.
f Lenitudinem.] aliàs, lenitudinem, ſcilicet fictam, aliàs, plenitudinem, ideſt valetudinem. & eſt ſic ſup. de collu dete. l. fi. Sed contra in auth. de quæſto. §. ſi vero. colla. 6. vbi dicit, quod ſerui dominis liberi operi publico mancipantur. Sol. hæc corrigi. ſecūdum quoſdam, vel ibi in ijs, qui in ſacra vrbe reperiuntur, quaſi cum eis mitius ſit agendum. Vel loquitur de ijs, qui faciunt, ſe videri ægros, apponentes herbam, vel aliud, p quod tumeſcunt, ibi non ſic delinquunt, ſed ſolum ſingunt paupertatem, ſeu debilitatem.
g Actione.] furti, & ſerui corrupti, vt de ſer. cor. l. prima, & ſupra de fur. l. aduerſus.
h Præſtiterunt] ſiue aliàs facturi non erant, vt ff. de fur. l. qui ſeruo, & l. ſi quis vxorem. §. neque vel etiam ſi eſſent, quia non debet laudando augeri malitia. vt ff. de ſer. cor. l. prima, in fine, & ſa. inſti. de ob. ex delicto. §. ope. & ff. de verborum ſignific. l. ſæpe §. fi. & ff. man. l. prima, §. fina. & ſupra de muri. l. qui aliquem & infra de agri & cen. l. omnes profugi. & ſupra de tabul. l. fi.

1 † Ex lib. 14. tit. 17. l. 1. C. Th.

2 † Atque ea.

3 † D. 11. Ka. Iul. Patauij. Ant. & Syagrio Coss.

4 † Ex lib. 13. tit. 11. l. 4. C. Th.

5 † Nullus.

6 † Da. 8. Id. Oct. Al[illegible] Dim[illegible] & Var. Coss.

Impp. Grat. Val. & The. AAA. ad Seuerum PV.

LEX VNICA.

Cunctis,[1] † quos in publicum quæſtum[a] incerta[b] mēdicitas vocauerit, inſpectis, exploretur in ſingulis, & integritas corporū, & robur annorum, atq; inertibus,[c] & abſque[2] † vlla debilitate miſerandis neceſſitas[d] inferatur, vt eorum q. dem, quos tenet conditio ſeruilis, proditor[e] ſtudioſus, & diligens dominium conſequatur: eorum vero, quos natalium ſola libertas perſequitur, colonatu perpetuò fulciatur, quiſquis huiuſmodi lenitudinem[f] prodiderit, ac probauerit: ſalua dominis in eos actione,[g] qui vel latebram fortè fugitiuis, vel mendicitatis ſubeundæ conſilium præſtiterunt.[h] 3 †

TITVLVS XXVI.

De nautis Tyberinis.

Quisnauem Tyberinam habet, onus publicum cogitur ſuſcipere, nec vllo priuilegio excuſatur. Bar.

Impp. Valen. & Val. AA. ad Symmach. P V.

LEX PRIMA

Qui nauem[4] † Tyberinam[i] habere fuerit oſtenſus, onus reipub. neceſſariū agnoſcat, quodcunque igitur nauigium in alueo Tyberis inuenietur, competentibus, & ſolitis obſequiis mancipetur: ita vt nulla[5] † dignitas, aut priuilegium ab hoc officio vindicetur.[k] 6

DE NAVTIS TYBERINIS.

i Quisnauem Tyberinam]ſcilicet qui nauigat. in flumine Romano conuehendo Romam, vel extrahendo, ducendo ad caſtra.
k Vindicetur.] ideſt ſeparetur, vel remoueatur.

DE FRVMENTO ALEXANDRINO.

l In æſtimatione.] præfectus orientis ſtatuit munus, ſcilicet ſalarium duobus officialibus quos elegit ad congregandum frumentūm ad ciuitatem Alexandriæ, & naucleris pro æſtimatione frumenti, ſcilicet ſecundum quantitatem, quam fieri facerent, puta pro modio tantū, quod hic Imperator confirmat, & dicit ammodo curiales non eligendos ad hæc offi.

TITVLVS XXVII.

De frumento Alexandrino.

Impp. Honor. & Theod. AA.[7] †

In[8] † æſtimatione[l] frumenti, quod ad ciuitatem Alexandrinam conuenitur, quicquid crithologia[m] 9 † de ſitoſtaſi[10] † munere, & p naucleroum tuenda ſubſtātia Eminētia tua diſpoſuit, roboramus: atque vt curialibus prædæ auferatur occaſio, iubemus eos ad huiuſmodi ſolicitudinem affectandam nunquam accedere, ſed deſignata officia[n] tuis prouiſionibus examinata, ſolicitudinem prædictam implere.[11] †

Impp. Th. & Val. AA.[12] †

LEX II.

Diurnos[13] † centum, & decem modios alimonijs Alexandrinæ[o] ciuitatis addi decernimus, vt nemo[p] priuetur eo, quod nunc vſq; percepit, & periſſochoregiæ[q][14] † nomen penitus amputetur, & teſſeræ[r] deſignentur, & noſtræ pietatis nomine cenſeantur.[s] 15 †

TITVLVS XXVIII.

De Alexandriæ primatibus.

Impp. Th. & Val. AA.[16] †

LEX VNICA.

Corporatos[t] ciuitatis Alexandriæ, repurgādi fluminis[u] onere liberamus, & pro tenore depoſitionis tuæ quadringentos ſolidos ex dinumo[x] 17 † vectigali memoratæ ciuitatis præcommodari decernimus: ita, vt ex titulo[y] nauium[11] † modis omnibus repenſetur.[z] 19 †

m Crithologia] noſa ſunt officiorum. & in lit. M. eſt emendatum, debito decreto elogij.
n Officia.] in prædictos duos viros.
o Diurnos. Alexandrina] ab Alexandro puta Magno ſic dicta, cui fauetur hic in alimentis Item & habet iuriſdictionem, vt ſupra de offi. iu. Alex. item aliud, vt infra [illegible] i. l. 1.
p Nemo] priuatus.
q Periſſochoregia.] vna dictio, & dicitur periſſochoregius, & periſſochoregia, q. eſt iuxta, regem, à peri, iuxta, & rege. Colligitur ergo hoc nomen eius officij. & per hoc effectus, vt ſupra de fer. l. à nullo. quia fortè malè ſe habuit in congregatione frumenti, & committitur electio præfecto, vt ſupra l. proxi.
r Ex teſſera] ſcilicet frumentanæ, vt ff. de iu ſed & fi. §. primo.
s Cenſeantur] vt dicantur teſſeræ Honorij Imperatoris, ad quod ſupra de Iuſti. Co. confir. in fine. & infra de aquæ du. l. decernimus in fine.

DE ALEXANdriæ primatibus.

t Corporatos.] i. decuriones illius terræ, vt patet ex tu. vel de omnibus ciuibus dicit, qui omnes ſunt priuates reſpectu aliarum ciuitatū.
u Fluminis.] Nili, quem expedit purgari per agros, quia nō pluit in Ægypto.
x Ex dinumo.] ideſt loco, vbi reponuntur nummi accepti ex vectigali, vt ſacrum, vbi ſacra reponuntur, vt ff. de re. di. l. ſacra. §. fin & dicitur à dinumero as, diminutiuum. alij dicunt à duo, & nummus, quia ciues illius terræ dabant pro vectigali duos nummos quilibet, de quibus modo accipiuntur 400 illi ſolidi.
y Ex titulo] puta ex telonio, ſeu ripagio, quod ibi percipitur.
z Repenſetur.] dinummus, quia tantum ibi reponitur ex alio titu ſcilicet, nauium, quantum tollitur ex titulo vectigali.

7 † Anthemio P. P.

8 † Ex lib. 14. tit. 26. l. 1. C. Th.

9 † Vide Alciatū, & Pyrrhū.

10 † Zigostaſi Pyrrhus autem hic legit, de ſitologia, & ſigeſtaſia munere.

11 † D. 5. Kal. Feb. Cr. Ho. 9. & Theo. V. AA. Coss.

12 † Iſidoro PP.

13 † Ex eo. ti. l. 2. C. Th.

14 † Vide Alciatum hic.

15 † Da. pri. No. Iunij. C. P. iſdē & Senatore Coss.

16 † Iſidoro P P.

17 † Diminuo. aliàs dinummo. 10.

18 † Nauigium.

19 † Da. Pri. No. Iunij C P. I. pa. & Senatore Coss.

TITVLVS XXIX.

De iure reipublicæ. [a]

Sententia lata contra ciuitatem indefenſam, eſt ipſo iure nulla. Bar.

Imp. Antoninus A.

LEX PRIMA.

SI quid [b] [1] † aduerſus rempublicam indefenſam, in ea ſpecie, in qua neque defenſores creati fuerint, neque vt crearentur placuit, [c] ſtatutum eſt, [d] actionibus eius nihil [e] eſt præiudicatum.

Reſpublica: non habet tacitam hypotecam, niſi ex ſpeciali priuilegio, vel ex pacto. Bartolus.

Idem A. Phorodio. & alijs.

LEX II.

AN reſpublica, [f] i cuius locum vos ſucceſſiſtis, ideo, quia [2] † ſatisfeciſſe debito proponitis, ius [g] pignoris [3] † in eo fundo habeat, apud ſuum iudicem quæritur. ſi enim neque beneficio ſibi conceſſo id ius nacta eſt, [h] neque ſpecialiter in obligatione pignoris ſibi proſpexit, [i] cauſa eius non ſeparatur à cæteris creditoribus, qui habent perſonalẽ [k] actionem.

Imp. Alexander A.

LEX III.

REmpublicam, [l] vt pupillam, extra ordinem iuuari moris eſt.

Quod ciuitas facit ſecundum ſua ſtatuta, non reuocatur per præſulem, vel præſidem. Bar.

Imp. Dio. & Maxi. AA.

LEX IIII.

SI ſecundum legem [m] ciuitatis reſpublica, cuius meminiſti, ruina collapſis [4] † ędificijs tuis diſtraxit aream, nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur.

TITVLVS XXX.

De adminiſtratione rerũ publicarum. [n]

Imp. Gordianus A. [5] †

LEX PRIMA.

FVndum [o] vectigalem, ſi quibuſcunque temporibus debitæ quãtitates inferantur, inuito poſſeſſore auferri non poſſe, manifeſtum eſt.

Si officialis eſt negligens in exigendo cautionem de legato, vel fideicommiſſo præſtando tenetur ad intereſſe. Bartolus.

Impp. Dioc. & Maxi. AA. & CC.

LEX II.

COntra eos, qui rẽpub. adminiſtrantes, ꝑ officij neceſſitatem ſub conditione relicti [p] fideicõmiſſi ſatis accipere debuerunt, q̃ [q] reipub. intereſt, ſatis non eſſe acceptũ, ꝗ dirigendã eſſe actionem [r] perſpicitis. [6] †

a DE IVRE REIPVBLICÆ.

Alterius, quàm Romanorum ſic .n. in toto hoc ti. accipitur, vt differat a ti de iu fiſ. dic ergo, quod ciuitates regulariter vtuntur iure priuatorum, vt ff de verb. ſig. l. eum, qui vectigal. & infra eo. l. 1 & ff quod met. cau. l. metum §. animaduertendum. & inf tit. 1. l. 1. & in Falcidia iure inſtitutionis, & Trebel. vt ff. de admin re. ad ciui. per l. legatum. & ff. ad Trebel. l. omnib. ſed quandoque habet ius ſingulare, vt infra l. 1. & 3. Item ff. de vſur. l. etiam. & ſi cer. peta l. ciuitas. & de ſac. ſan. eccl. l. ſi. infra & de ven re. ci l ſi. & inf. de debi ci. l ſi. & l. 1. & ſupra ne fiſ vel reſpub. l. 1. & ff. ex quibus cau. ma l. legatis. & C. de fideiuſſ l ſina. Item ſunt alia, quæ vtuntur iure ſpecialiſſimo, vt vtraque Roma, vt ſupra de priuil. vr. Con. l. 1. & Antiochenſis, vt ſupra de priuil. cred l. Antiochenſium. & Ilienſis, vt ff. ad munic. l. 1. & Alexandria. ſupra tit. 1. & 2. & Metropolitana, vt ſupra de Metro. Beryto item quædam habent priuilegia per reſcriptum, vt infra l. ſi. & ſupra de teſta. l. ſi non ſpeciali habent enim quædam ius fabricandi monetam per priuilegium.

1 † *Quis.*

2 † *Eo q.*

3 † *Pergamenses.*

b SI *quid.*] Rempub. cuiuslibet ciuitatis, vt in rub. no.

c *Placuit.*] idem ſi placuerit, ſed creati non fuerint.

d *Statutum eſt.*] definitiua. ſic in minore, vt ff. ſi aduer. rem iudi. l. cum & minores. ſi autem fuerit legitimè defenſa, valet vt reſtituatur, vt ꝫ. de offi. eius q vi. alte. l 1. & 3. & inf. l. 3. interlocutoria. vero valet, etiam ſi non ſit defenſa. vt ſupra quod cuiuſ. vni. no. l. 1. §. cuius. & l. ciuitates. quia contra minorem, vt ff. quibus ex cau. in poſ. l. hoc iure & facit ff de re iudic. l. contra pupillum. & ſupra qui legi. per. l. 1. & ſupra quomodo, & quod iu. l. ſi vt proponis. & l. ſi præſes. Accurſius

e *Nihil.*] ipſo iure alij dicunt, quod, per reſti. ar. ſupra de ſen. aduer. fiſ. latis. l. 1. ſed ibi fuit defenſa reſpub. vel fiſcus, licet præuaricatio interuenerit. & Adde, quod not. infra l. 3.

Militantes in ſcrinio vltra numerum, loco deficientium ſuccedunt, ſecundum ordinem gradus ſui; niſi, qui poſterior eorum eſt, laborum comparatione ſuperet antiquiorem in ordine: quia tũc ſuccedit in locum defuncti, excluſo priore in ordine; niſi defunctus teneatur illi, qui eſt in ordine prior; quia tunc poſterior, licet melior, in locum defuncti non ſuccedit, ſed qui primus eſt in ordine. Bart.

Impp.[10]† Val. & Mar. AA.

LEX VII.

VNicuiq;, q. ĩ ſacris ſcrinijs militat, ſui loci[o] merita ſeruari [11]† oportere conſtituimus, & vniuerſos, q. vltra numerũ ſtatutorum in ijſdem ſcriniis militant, ſui gradus reſpectu, per ordiné, p quẽ ſortiti ſunt, in deficientium ſtatutorum locum (ut tñ vltimis ſocientur) ſubire decernimus, ſ. vt nemini[q] penitus liceat, cũ ſit poſterior tpe, locum præcedentis ambire: niſi fortè ab eo, qui tpe vincitur, laborum comparatione ſuperetur,[r] ut 15. primatum [12]† eiuſdem ſcrinij teſtimonio cum ſacramenti religione ſubnixus, præcedentibus dignior iudicetur. Hanc quoque obſeruationẽ extra filios[ſ] proximorum volumus cuſtodiri. etenim, unicuique proximo vnum de ſuis filiis, qui temporis duntaxat ſuffragio nititur, (licet parum obſeruaſſe[t] militiam cognoſcatur) inſequentibus[u] tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri poſſe decernimus. Illum[x] [13]† tamen, qui locum ſtatuti [14]† meretur, pro ximo[y] quidem ducentos quinquaginta ſolidos melloproximo * vero, vel adiutori pro conſuetudine vniuſcuiuſque ſcrinii 20. aut 15. ſolidos offerre præcipimus. Quòd ſi quis[z] de ſupernumerariis, qui in ſtatuti locum ſubire debuerat, ne pecuniam offerat, ſtatuti etiam gradum recuſare uoluerit, ſequenti tam offerendæ quantitatis prædictæ quam ſubrogandi licentia permittatur: ita videlicet vt ſi ſecundus, vel etiam tertius, uel alterius, cuiuslibet numeri, in eadem excuſationis uoluntate durauerit, accedẽti [15]†

a *Temonum.*] i. plauſtrorum, à temone. Accurſius.
b *Equorum.*] vt ſup. de Silẽn. l. 2. & inf. eo. l. in ſacris. & ſup. de Silen. l. 3.
c *Omnibus.*] ſ. prædictis militantibus in ſacris ſcriniis.
d *Honoris.*] alterius dignitatis.
e *Seruentur.*] facit ſupra de Silen. l. 1. & de dig. l. 3. & de excuſa. mu. l. eos. & J. de Pala ſacr. largi. l. vlt. & ſupra de Primice l. 1.
f PEculiari.] i. ſpeciali, ſic ſup. de ſu. rei pri. l. vniuerſi.
g *In ſcrinijs.*] ſubaudi, militantes.
h *Memoriæ.*] i. diſpoſitionum: & militãte, ſubaudi.
i *Melloproximos.*] vna dictio, & ſunt nomina graduũ militantium in ſacris ſcriniis, qui gradus multi ſunt, ut inf. l. vnicuique.
k *Contributam.*] facit ſupra eod. l. 2 in fi. cum concor.
l PRo biennio. *Agere.*] i. adminiſtrare ſic inf. đ Pala. ſacr. lagitio. l. Palatinos. & ĩ. de ſuſcep. l nemině. & de Conſu. l. pe & vlt.
m *Memoria.*] ſubaudi, diſpoſitionum.
n *Proximorum.*] nũc dicit de cæteris inferiorib. militantib. q maiori tpe ſtabant, vt J. eo. l. prox. & ĩ. eo. l. in ſcriniis.
o VNicuique. *Sui loci.*] ſtatuti. Accurſius.
p *Ordinem.*] ſunt. n. plures ordines, ut J. hac l. inter oẽs tñ certierant numero, vt J. l. hac Parte. Itẽ alij erant vltra numerum, & illi ſucceſſiuẽ electi, q primas vacantes hẽbãt hoc ordine, vt primo primus, & ſic per ordinem vocentur: nec tñ in locum vacãtis, ſed alii ſtatuti poſt vacantem aſcendẽt, vt ultimus vacet, & cum locum accipit, q vocatur, & facit ĩ. l. pro. & ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. & ſupra ut dig. or. ſer. l. 1. & 2. Acc.
q *Nemini.*] qui eſt vltra numerum, non præcedet conſocius Item nec præcedet ſtatutos, ut dixi.
r *Superetur.*] No. nõ ſufficit diu ſtuduiſſe ſed bñ, nec Hieroſolymis fuiſſe, &c. Et no. 15. teſtibus hoc probari, q vltimus, vel poſterior ſit melior primo, qui ĩ. ordinem vult admitti, regulariter ſufficiũt duo. ad quod dic, ut ff. de teſt. l. ubi.
ſ *Extra filios.*] hæc exceptio exceptionis. nam licet poſterior melior admittatur, verum eſt, niſi prior erat filius unus de ſtatutis. Et ſic no. priuilegiũ patris filio prodeſſe, ſic ĩ. de aduo. di. in. l. petitionẽ. § filiis. & de aduo. di. iud l. iubem⁹. & §. filios. & l. petitiones. §. & filios.
t *Parum obſeruaſſe.*] ſed parũ proficit, & ſic, qui parũ ſtudet, parum proficit.
u *Inſequentibus.*] vna dictio.
x *Illum.*] extra numerũ ſtatutum, hactenus conſtitutum.
y *Proximo.*] i. prim⁹ ordo, ſ. primus mello pxim⁹, ſcđs, adiutor, tertius, vel pars ſcđi. Nã diuerſi ſunt grad⁹ militãtiũ, vt ſ prin. huius l. & facit ĩ aut. đ ſan. epi. §. ꝯſuetudine. col. 9. & ĩ aut ſcriptũ exẽplar. ſed hodie hoc datur aliis, ut J. eo. l. ſi qs.
z *Quod ſi quis.*] ſ. de his,

1 † *Dignitatis.*
2 † *Militãt.*
* *Contrarium facit in c. de mala. extra, de p̃ben. & dig.*
3 † *Dat. Id. Oct. Rauennæ Hon 7. & Theodo. 11. AA. Coss.*
4 † *Fauſtino. PP.*
5 † *Ex li. 6. ti. 16 l. 16. C. Th.*
* *Qualiter hæc dictio, vſq; ponat exclusiuẽ, vel incluſiuẽ, vide hic per Ioan. de Pla. & per Arch. in c. gratum, de reſcri in 6. vide plenè p Io. And. in c. 1. extra de ordi. ab epi. qui re epiſcopatum.*
* *Mello proximus eſt, qui ſe cum primo ſacri ſcrinij exercebat cui q̃, cum eo gerebat, quaſi ſub aduena. Alcia. hic.*
6 † *D. 8. Id. Ian. Rauẽ. Lucio. V. C. Coss.*
7 † *V. I. Quæſtori, & Heliom V. I. magiſ. officio.*
8 † *Ex li. 6. tit. 16 l. 17 C. Th.*
9 † *D. 8. Id. Febr. C. P. Theo. A. 7. & Palladio Coss.*
10 † *Theod. A. Nomo. mag. officiorum.*
11 † *Seruare.*
12 † *Quindecim primatũ numerum legendũ eſt quẽadmodũ decemprimatus dicitur Pyrrh⁹ hic.*
13 † *Illi.*
14 † *Statuto.*
* *Mello proximus teſte Alcia hic, dicitur, qui ſe cum proximo ſacri ſcrinij exercet. inferior tamen illo gradu dignitatis. ita illũ videto. Militantiũ diuerſi ſunt gradus.*
15 † *Accedendi.*

kis, qui ſunt ultra ſtatutũ numerum, & facit ĩ de condi. inſer.l.pe.Ar.ꝭ ff.qs or.in bo.poſ l.4. itẽ facit in decre.7.q.j. eos ſacerdotes. item arg ꝭ.ꝭ. de numera. l.nulli item facit ꝭ. de Pala.l.6. & de agen.in re.l.1.& ſup. de potio. ad munera l.1 & de Cõſu.l. 1.& ꝭ.de eroga. mi. anno.l iubemus.

1† Concedimus.

a P Roximos.Liberataq́ militia.] militant namq; pationi cauſatum,&c. vt ſupra de aduo.diuer iud.l. aduocati. b Comitem.]hic Comes erat proximus ſcrinij diſpoſitionũ: nam proximus erat, & Comes.

2† Magiſtro officiorum.

c Saluu.]ſic ĩ.l.4 & l.iubemus.in fi & ĩ. ti.j.l.j.& inf.de pri. eo. qui in ſac. pala. mi.l 1.& 2 & ĩ de præpo.ſac cubi. l.2. & de ſilen l.3.

d I N ſacris]militans in ſacris, h habita licentia ad tps,non continua,i. perpetua,interim ꝯ uenietur corã cõi iudice ſed poſt profectionem, ante reuerſionem excuſaſ, ſed ſuus iudex eſt infra eo.l.in ſacris. Item & à muneribus.

3† Præſtitutis.
4† Proximos.

e Ante conuentionẽ.] i anteq̃ citetur Acc. f Indultum.] i ante commeatum ff. de iu.l 2.§. in omnib. & facit ĩ.de Comi. conſiſto.l.2. & de ſilenti.l. ne ad diuerſa. Accur.

g Poſt]non ſolum ea durante.

h Excuſatione.]dictorum munerum,&facit ſupra de præpo. ſac.cu l.2.

i Metatorum.] de hoc habes inf.de metatis.

k H Ac parte.] i. inter militãtes in ſacris ſcriniis principis. Nã ſecus in militãtib. in ſcriniis inferiorum,vbi pauciores adſunt, vt infra eo.l.competimus.

l Antiquarios.] fortè ſenes. Accur.

m Duplici.] No.duo officia non debere haberi. ſic ſupra de aſſeſ l.fi & ff.de off. aſſeſſ.pe. & ad mu. libertus. §.pręſcri-

ſemper eadem copia, quam præcedens recuſauerit, tribuatur. Hos autem qui ad ſtatutorum ordinem progredi noluerint, nec de ſuo gradu volumus remoueri:& cũ uacauerit ſtatuti locus,conditionem,quam antea repudiauerant,i. & offerendæ pecuniæ, & adipiſcendi ſtatuti locum,liberam habere præcipimus [1] † facultatem.

Qui longo tempore probè militauerunt in ſacris ſcriniis,finito officio, cingulo comitiua ſacri palatii, dum viuunt, potiuntur, & nihilo minus omnia priuilegia eis data ſalua manent. Bart.

Ijdem AA.Nomo.[2]†

LEX VIII.

P Roximos ſacrorum ſcriniorum,quos fides, ac diuturnæ obſeruationis induſtria, literataq; militia, [a] Comitem [b] quinetiã diſpoſitionum,quem probitas, ac ſtrenuitas meritò commendant,completo tpe ſuæ militiæ comitiuæ ſacri noſtri conſiſtorij cingulo in diem uitæ potiri (manentibus uidelicet,iam dudum pſtitis[3]† ſaluis[c]priuilegiis ꝓpriis[4]†) decernimus. Quibus enim pietatis noſtræ arcana meritò committuntur, ijs pietas noſtra uitam cingulo ſupradictæ comitiuæ ornandam, decorandamque decreuit.

Militantes in ſacris ſcriniis,qui ante,quam conuenirentur in iudicio,commeatu accepto,ſe abſentant,durante tempore commeatus prædicti, conueniri non poſſunt, & ab indictionibus munerũ publicorum officio depoſito ſunt immunes, & domus quas in prouincia poſſident, ab onere metatorum non vexantur. Bart.

Imp.Leo A.Patritio Mag. Offic.

LEX IX.

I N ſacris [d] noſtris ſcrinii militantes,per commeatũ non cõtinuatim præſtitũ,[5]† ante conuentionem [e] profecti, intra indultum [f] temporis ſpatium erunt cũ ſuis cõiugibus,& liberis à conuentione ſecuri, ab indictionib. etiam publicorum,&ciuiliũ munerum,etiam poſt [g] completam militiam,excuſatione [h] potiantur: ſuper domibus quoque,quas in prouinciis poſſident, metatorum [i] moleſtia liberentur.

Militantes in ſacris ſcriniis principis,debent eſſe 62. ſuper epiſtolis verò 34.ſuper libellis cõuentionalibus 34. & quatuor,qui ſunt omnib. prædictis ſeniores:nec duplici officio fungi poſſunt. Bar.

Idem A.Illico [6] † Comi.

LEX X.

H Ac parte[k] ſtatutos memoriales præcipimus ei ſe in ſcrinio quidem memoriæ ſexaginta duos, epiſtolarum uero, trigintaquatuor, libellorum quoq; trigintaquatuor,antiquarios[l*] uero, qui habenẽ in ſcriniis memoriæ, nunquam minus eſſe,quam quatuor ſupradicti autem memoriales nullo modo duplici [m] fungãtur officio,nec geminis [n] chartis irrepſerint:ut non occupentur, [o] plura in unum ſe commoda collaturi nihilque reliquis relicturi.

Si militans in ſacris ſcriniis deceſſerit, & in eius locum fuerit alius ſubrogatus, ſalarium ei debitum inter creditores diuiditur, hæreditate nondum adita, ſalua tamen priuilegiorũ prærogatiua: ea verò adita ſalarium hæredibus debetur pro præterito tempore, & etiam reſidui temporis. Bar.

Imp. Zeno. [7]† A.

LEX XI.

S I quis in ſacris noſtris ſcriniis,ideſt, memori diſpoſitionum epiſtolarum,& libellorum ſtatutis iam connumeratus, ab hac luce fuerit ſubtractus,ab eo,quicunque, utpotè uacante loco,de ſubſtitutis in ſtatutorum conſortio fuerit ultimus ſubrogatus, [p] pro ſolatio, uel ſuffragio proximi, [8]† definitam ſacræque conſtitutioni [9] † diuæ memoriæ Theodoſij, & Valentiniani [10] † principum inſertam quantitatem defuncti hæredes, & ſucceſſores, uel liberi eius,ſeu creditores cui fœnus cum mortuo pro ſtatuti loco ei acquirendo contraxerint,conſequantur, [q]ita ſcilicet, ut ſi hæreditas!, uel ſucceſsio defuncti minimè fuerit ſuſcepta, uel adita, tales perſonæ, ideſt creditores

ptio.& ĩ auth.ut iud. ſine quoquo ſufr.§. illud.& inf.de agen. in reb.l.pe.§.illi. & q militia.poſ.l.eos. Accur.

n Geminis] faciendo ſe ſcribi in diuerſis officijs. Accur.

o Occupentur.]aliàs, aucupentur, i. non debent aucupari plura cõmoda, ꝙ eſſet per hoc, ꝙ hẽnt plura officia illi, q ſũt collaturi in vnum,ſ. offm, & nihil reliquis,&c.i.ille, q debet tm̃ vni intẽdere, non quærat plura. aliàs eſt,occupentur à ſe.ſ. in ſe diuerſa officia collaturi,&c. & idem eſt ſenſus.

p S I quis. Subrogatus]ꝙ dic, ut no.ĩ.eo.l.vnicuique circa prin.

6† Hilario Comiti, magiſtro officiorum.

q Conſequantur.] ꝙ ergo olim p l. vnicuiq;.§ illũ dabatur diuerſis gradib. hoc hodie dat certis perſonis,vt hic. Vel dic ꝙ illa ſm hanc loquebaẽ,& no.ꝑ ſolatio.ſic iſtit.ad Tert. §.j.itẽ no.acq rẽdo. ſic ĩ.de pig.l. vlt. & in auth.ibi poſita. Contra.

* Antiquarios, inquit Alcia hic, eos intelligit, qui antiquarum rerum memoriam principi ſuggerũt

7† Anaſtaſius. A Euſebio magiſtro officiorum.

8† Proximo.
9† L.7.ſupra eo quæ eſt Theodoſij, & Val.
10† Vt.

a *Contra cæteros.*] ſ. filios, non hæredes. & not. ordinẽ hunc ſeruari, ſicut diximus ff. de le. 2. l. cũ pater. §. a te. Vel dic, cæteros, ſ. & cũctos alios creditores, q̃uis t[em]pe priores, vt ĩ. de pign. l. vlti. & qui pot. in pig. l. diuerſi. Sed hodie ita demũ, ſi ad hoc eſt mutata, aliàs nõ ꝑfertur alijs, vt in Auth. ꝗ æquali. dot. §. qa vero. coll. 7. & de exhi. §. optimum. colla. 5.

b *Maximè cum.*] Accipe finem, non dubitet viros. &c. ſi ergo dat hæredib. ſalariũ, ergo & hoc lucrũ: ad ꝗ ĩ. de dome. l. fi. & ȷ. tit. 1. l. 3. & de Primipi. l. 1. ĩ de inoſ. teſta. l. omnimõ. & de aduo. diuer. iud. l. poſt duos. §. 1. & Auth. de exhib. §. optimũ. & de var. & extraor. cogni. l. 1. § pe. & ȷ. de erog. mili. an. l. per hãc. Itẽ no. ꝗ aliqd hñt filij, nõ vt hæredes patris, ſed ut liberi. ſic ĩ. de lati. liber. tollend. §. ſed & ſi ſub conditione.

c *IN ſacris ſcrinijs.*] ſ. Principis: quæ ſunt tria, vt in rubr. notaui Accur.

d *Parentes.*] tranſit ad ſuperiores priuilegiũ, ſic ȷ tit. 1. l. fi. & ȷ de caſtr. l. fi. § hæc autem. Sed contra. ff. de ſena. l. 1. in fi. Solue. vt ibi. Ac.

e *Tua celſitudinis.*] Magiſtro offic. loqtur, vt ſup. de ſilen. l. pe. & dic, ſnia citatoria, ſic ȷ. de epiſ. & cle. l. cũ clericis, & de arb it. l. qualẽ. & dic, ſtatutis, vt ĩ. eo. l. vnicuique.

f *Seruos.*] in his ſpeciale, vt in ſeruis Principis, vt ſup. vbi cau. fiſ. l. fi.

g *Committendos.*] dictos militãtes, & eorum familiã: & hoc in vrbe, ſed in Prouincia iurabunt, vt ſubijcit. Acc.

h *Etſi.*] i. quamuis. aliàs contra ff. qui ſa tiſd. cog. l. ſciendũ. & de hoc loquitur inſt. de ſatiſda. § ſed hodie & facit ȷ. de priu. agen in re. l. fi. & de priui. ſcho. l. fi.

i *Fidei.*] ſ. cautioni de iudicio ſiſti. Acc.

k *Eius.*] memorialis in Prouincia, & conuenientur ibi coram

quidem contra cæteros[a] ꝓrogatiua ſibi ſeruata, liberi autem, uel agnati, ſeu cognati non hæreditatis, ſed priuilegij nomine ſimili modo huiuſmodi ſummã percipiant, ſibique petere, ac vindicare permittantur: nullius machinatione huiuſmodi noſtra diſpoſitione retractanda, ſeu violanda: maximè cum[b] viros etiam pro tempore ſpectabiles eorundem proximos ſcriniorũ, ſi quis eorum ante completum proximatus actum, morte præuentus ſit, ad hæredes, ſucceſſoreſque ſuos reſidui tẽporis ꝓximatus ſolatia ſine quadam imminutione tranſmittere non dubitetur.

Militantes in ſacris ſcriniis, et eorum parentes uxores, liberi, coloni, & adſcriptitii, & ſerui eorum ciuiliter, & criminaliter corã officiorum Magiſtro ſunt conueniendi, & ſi in Prouincia conueniuntur, ſatiſdare non coguntur de iudicio ſiſti, licet immobilia non poſſideant: ſed eorum iuratoriæ cautioni committitur: & nomine ſportularum nihil ſoluent: nam executoribus, agentium in rebus unũ ſolidum præſtabunt: & cum ingrediuntur iudicium dicti Magiſtri, ſoluent ſolidos duos; & pro editione actorum notariis dimidium ſolidum: & ſi litigant coram delegato, vel arbitro eiſdẽ, nomine ſportularum unum ſolidum tantum præſtabũt, pro omnibus uerò aliis in iudicio agitandis tertium ſolidum tantum, & ſi non coram Magiſtro, ſed coram aliis iudicibus maioribus ſuper annonis ciuilibus tutela, vel curatione, vel nunciatione noui operis conueniant, illos ſumptus faciunt in tali iudicio, quos facere tenebantur coram officiorũ Magi. ſi uerò conueniantur coram Præfecto, uel fiſci patrono, aut vrbis tãtum Præfecto, vel apud architectos, illos ſumptus præſtabunt nomine ſportularum, quos coram arbitris præſtare tenentur, & non ultra: & habent locum prædicta ſiue per ſe, ſiue per procuratorem litigent: & ad prædictas ſportulas tenẽtur, cum proceſſus ordinariè agitatur in ſcriptis, ſecus ſi extraordinariè. Item dictis militantibus donec militant, & etiam, depoſito officio, priuilegia data ſunt ſalua, & ob æqualitatẽ in iudiciis obſeruãdam priuilegia eis competẽtia circa præſtationem ſportularũ ad aduerſarios porriguntur. Item mutatione loci priuilegia eis conceſſa non perdũtur. Bart.

Idem A. Celeri. Magiſt. offi.

LEX XIII.

IN ſacris ſcrinijs[c] militantes, & parentes,[d] atq; vxores, eorum necnon liberos, ex ſentẽtia tãtummodo tuę Celſitudinis[e] criminales, & ciuiles intentiones agẽtium excipere iubemus: inſuper et colonos, ſeu adſcriptitios & ſeruos[f] eorum in hac Regia vrbe degentes, eodẽ beneficio potiri: fidei pro t[em]pe adiutoris viri ſpectabilis ꝓximi, vel vnius eſt ſtatutis, cõmittendos:[g] [1] † ita vt ſi in Prouincia quicunq; memorialis repertus fuerit, iuratoriæ cautioni committatur: vt etſi[h] non poſſideat immobilem ſubſtantiam, ſerui nihilominus, & coloni ad eũ ꝑtinẽtes, fidei[i] eius[k] tradãt. ¶ Modum inſuper ſportularũ, ad mediocrẽ deduci q̃titatem,[l] & executorib. de ſchola agentium in rebus attribuendis[m] [2] † vnũ ſolidũ ſingulos[n] vſq; ad finẽ negotij, proq; ingreſſu in iudicio tuæ Magnitudinis quolibet mõ faciendo, duos ſolidos,[o] & pro editione geſtorũ,[p] exceptorib. dimidiam ſolidi partem, & ſi apud arbitrum[q] negotium ventilari contigerit, ipſi quidem arbitro unum ſolidum, & nihil amplius, exceptoribus[r] aũt eum[ſ] obſeruantibus, tam pro ipſo, quod implere uidentur miniſterio q̃ pro editione geſtorum, ſeu relationis, uel definitionis, tertiam partem ſolidi præbere ſancimus: nec pro tempore uirum ſpectabilem fiſci patronum, uel executores,[t] quibus in minuendis,[3] † litibus ſolicitudo iniuncta eſt,

delegato à Magiſtro officiorũ, vel Præſide Prouinciæ. arg. ĩ. de epiſ. & cler. l. oẽs, qui j & 2. reſpon & ȷ §. dimidiam & facit ĩ. de dign. l. quoties. & intra de agen in rebus l. fi. Acc.

l *Quantitatem.*] repete iubemus, vt ecce & execu. &c.

m *Attribuendis.*] Magiſtro officiorum, q aſſumebat de ſchola alia, vt Defenſor ciuitatis de ſchola Præſidis, vt in Auth. de Defen ciui. §. ex Prouinciali. coll. 1 item dicitur executor hic, qui facit partes in iudicio comparere, vel aliter, & propriè, vt ſup. de exec. rei iudi. l. executorẽ.

n *Singulos.*] ſ. proximos conuentos.

o *Duos ſolidos.*] non aperit euidenter: quidam dñr, oſtiarijs. Vel dic, Ipſi Præfecto. arg. in Auth de iud. §. ne autem. & ȷ prox. & l. ſi ad arbitrum & dic, ſolidũ, i. aureum, ut inſtit. de pœ. te. liti § fi.

p *Geſtorum.*] i. eorum, quæ aguntur in iudicio Accur.

q *Arbitrum.*] i. delegatũ, vel propriè, vt in Auth. de iudic. §. appellõnes collat. 6.

r *Exceptoribus.*] i. notarijs.

ſ *Eum.*] conuentum coram arbitro.

t *Executores.*] ſ. aliquos ab his coram arbitrio conuentis.

Dimidia.]

1 † ſtd.

2 † attinendi.

3 † imminuendis.

quicquã ab ęis exigere, ſeu profligare[1]† concedi: dimidia,[a] ſcilicet, expenſarum, quas in iudicio tui culminis à memoratis perſonis pręberi ſtatuimus portione, in iudicijs prouincialibus ab his agnoſcenda: ita vt ſi de ciuilibus [b] annonis, uel tutela, ſeu curatione uel noui operis nunciatione litem eos [c] ſubire cõtingat, in maiore [d] quidem iudicio ad ſimilitudinem ſumptuum, quos in iudicio Eminentiæ tuæ dependere præcepti ſunt, apud uirum [2]† clariſſimum Præfectum annonæ, ſeu fiſci patronum[e] urbicariæ magnificæ præfecturæ, uel architectos,[f] pro modo eorum, quę ſuper arbitris, & litib⁹ apud eos, exercendis ſuperius ſtatuta ſunt, ſoluẽtes expẽſas, nihil ampli⁹ agnoſcere, ſeu dependere cogatur. Quæ omnia cuſtodiri iubemus, ſiue per ſe ſiue, p procuratores, aut etiam defenſores,[g] lites exercere maluerint.

¶Hoc, ſi prolata ſcriptis ſententia [h] moniti ſunt, Si verò ex depoſitione, [i] ſeu aliter quis eorum conuentus fuerit, nihil eũ, uel ſcrinio uiri Clariſſimi adiutoris, [k] uel cuilibet[3]† alij nomine ſportularum offerre cõpelli omnibus antelatis [l] priuilegijs, quibus poſteà[m] per anteriores Diuorum Principũ ſanctiones defenduntur, in perſona[4]† tam eorum, qui adhuc militant, [n] qui poſteà eãdem militiam ſortiti ſunt quam eorum, qui prædictã militiam gradu uacante[o] [5]† iam depoſuerant, vel poſteà depoſuerint, ſeruandis: ut eorum commodo ipſi quoq; una cum uxoribus, & liberis; colonis prætereà, & ſeruis proprijs perfruantur.

¶Et quoniam in controuerſijs,[6]† quas* in iudicijs moueri contigerit æqualitatem litigatoribus uolumus ſeruari, & aduerſarijs eorũ, p ſumptibus, & expenſis ſimilem antelatorum beneficiorum prærogatiuam cuſtodiri.[p] Propter hãc etenim cauſã, & uiros deuotos memoriales non tantum agẽdo in quolibet iudicio, ſed etiam actiones ab alijs ingerendas excipiendo priuilegijs à nobis indultis potiori decernimus: ijs, uidelicet, qui militiam uirorum deuotiſſimórum memorialium gradu ſolito[q] depoſuerunt, ſeu, depoſuerint, & ſi quieti [7]† amore per Prouincias domiciliũ [r] fouere maluerint, omnibus nihilominus priuilegiis, quę huiuſmodi perſonis per ſacratiſſimam legẽ, nuper promulgatam à noſtra liberalitate præſtita [s] ſunt, muniendis, & eorum cõmodis, atque auxilio potituris.

Numerus adiutorum primo determinatus, & poſteà per ambitionem ampliatus, eſt ad primum ampliatum numerum poſt præſentes adiutores reducendos. Et ſi vnus ex dictis adiutoribus fuerit incorporatus inter ſcriniarios memoriales libellorum, vel epiſtolarum, poteſt alium coadiutorem loco ſui ſubrogare, dummodò Quæſtori inſcriptis, vel per libellum notificet nomen, tempus, & meritum ſubrogati, & Quæſtorum ſubſcripto apponatur, & adiutor talis ſubrogatus remanebit in ordine, qualis tẽpore dati libelli fuerat. Quod etiam in dignitatibus obſeruatur. & h. d. tota l. ſecundum Io. de Plat.

Imper. Iuſtinianus A. [8]†

LEX XIII.

COmperimus diuinitus pridem fuiſſe diſpoſitum, [t] uiros deuotos adiutores tuæ[u] Magnitudinis, certo [9]† eſſe numero: nec ad huiuſmodi nomen, uel operam plures licitum eſſe aſpirare, quàm in ſcrinio quidem ſacræ memoriæ duodecim [x] tantum: ſeptenos uerò in duobus reliquis ſcriniis, ideſt, ſacrarum epiſtolarũ, ſacrorumque libellorum; ſed poſterioris licentiam temporis ſupra modum indulgendo ambitionibus diſturbaſſe rei merita, ac multitudinẽ

1 † proſtigare.
2 † autem.
3 † cuiuslibet.
4 † perſonã.
5 † vacante.
6 † cauſis.
* Concor. ea. in iudicijs cũ ſua gloſſ. extra med extra de reg. iur. & in c. per tuas iuncta. gloſſ. ſuper verbo, excellentioris. extr. de ſimon.
7 † quietis.
8 † Proculo Quæſtori ſacri palatij.
9 † certis.

a *Dimidia.*]Nota, minus præſtatur, ſi conueniatur in Prouincia, quam ſi Romæ: ſic ſup. de epi. & cle. l. omnes. §. 2. & 3.
b *De ciuilibus.*] & de his habes ſupra de diuer. præſcri.
c *Eos.*] militantes in ſacris ſcrinijs. aliàs eorum familia: ſed quõ hoc, cũ corã Magiſtro officiorum tantum debeant conueniri, vt in prin. huius l. Reſpon. ſponte, vel ſpeciale in talibus, vt certus habeant iudices, vt ĩ de Pala. l. viros. Accur.
d *Maiore.* ſ. illuſtriũ, vel ſpectabiliũ: quia ſeparat ſpectabiles, cum dicit &c. Acc.
e *Patronum.*] ex curia Præfecti erat electus patronus fiſci, q audiebat de his cauſis, vt iudex. Accur.
f *Architectos.*] iudices de tectis cognoſcentes, vt ſup nũciatione noui operis, aliàs ſummi Magiſtri rectorũ vocabantur, vt conſulerent: ſic in Authen. de non alie. §. quod autem. Al.
g *Defenſores.*] p curator actoris, defenſor rei, vel procurator cũ mandato rei, vel actoris, defenſor, ſ. rei ſine mãdato; & hoc in ciuili, non in criminali: ut ff. de public. iudic. l. pen. §. ad crimẽ.
h *Sententia.*] citatoria, vt puta, per albũ, vel p ſcripturã miſsã ſibi, vt veniat.
i *Ex depoſitione.*] q a actor dicit, q petit, & notarius ſcribit, vel tm̃ verbis dicit. & ſic extraordinariè; & tũc nihil debetur: & ſic eſt argumen. q iudex medi⁹ nihil accipiat de decimis, quando extraordi. agitur.
k *Adiutoris.*] de curia Magiſtri officiorum erat.
l *Omnibus antelatis.*] ante hanc legem, per alias leges huius tit.
m *Poſtea.*] i. poſtquã fuerint conceſſa.
n *Militant.*] de his. qui tpe priuilegij militan; vel poſtea cœperunt, vel dic, ſunt, ideſt erunt.
o *Vacante.*] aliàs gradu vacãte aliàs genere vacante perfruantur, ſic ſup. de ſilen. l. fin. in fi. cũ concor.
p *Cuſtodiri.*] & ideo eorũ aduerſarij non damnificantur, idcirco habeant agendo, vel defendendo: & not. æqualitatem in iudicijs ſeruandam, ſic ſup. de fru. & lit. expẽ l. fin. & de poſt. l. prouidendum. & ĩ. de re mil. l. fin. §. ita videlicet. & ff. de re. iudi. l. non tm̃ & ſupra commu diuid. l. pen & in arbitris, vt ff. de arbi. l. ſi cũ dies. §. penult. & ĩ pactis, vt ff. p ſocio. l. ſocius pro filia argumen. contra ff. de act. empt. l. Iulianus. § penul.
q *Solito.*] aliàs ſoluto, & facit ad prin. l. ſupra de Comi. cõſi. l. 2. & de Silentiarijs. l. penultima. & ĩ. vt omnes tam ciui. l. 1. & in Authen. de litigioſis. §. ad excludẽdas. collat. 8. & ĩ. de caſtren. l. fina. & inf. de princip. agen. in rebus. l. fina itẽ ad fin. ſupra de pri. ſcho. l. 2. Accur.
r *Domicilium.*] ex differentia enim locorum, &c. vt ſup. de tẽpo. in integ. reſti. l. fi. Acc.
ſ *Præſtita.*] in l. quã non habemus.
t C*Omperimus. Diſpoſitum.*] in l. quã non habemus.
u *Tuæ.*]Quæſtori loquitur, vt ĩ. l. fi. Ac.
x *Duodecim.*]ſup. eo. l. hac parte. contra. Sol. vt ibi. Alij, quia ibi in memorialib. hic in adiutoribus. Accur.
Numerum.]

diuulgaſſe : vt inter memorialium, & adiutorum numerum [a] nō longum [b] penè interſit. Sancimus, itaque redu ci eis, ac renouari ſtatutum ordinis terminū: non vt eximantur adiutoribus ij, qui præter prædictam diſpoſitionem in præſenti exuberant, ſed vt interea omnibus alijs interdicatur ab affectando hoc nomen, donec, exeuntibus ſingulis, ac recedentibus, decreſcere poſſit vetita conglomeratio, legitimusque iam reſideat numerus: [c] non prohibendis viris deuotis adiutoribus deſiſtentibus ab eodem officio, cum vel ad laterculenſis [d] gradum in ſcrinio ſacræ memoriæ prouecti fuerint, vel ſecundum locum obtinuerint, in duobus alijs, [e] ſcrinijs, poſtquàm proximi [f] creabuntur, licet nondum redacta ſit quantitas priſtina, tamen alios pro ſe, quos elegerint, ſubrogandos adiutores petere: qui poſteriores erunt cæteris.

¶ Illud etiam diſponendum duximus, vtpote nonnullis anterioribus exemplis ſubnixum, necnon iuſtitiæ congruum, vt ab ijs, quibus conceſſum eſt adiutorum agmini pro ſe ſociare libellus offeratur viro illuſtri pro tempore Quæſtori, petendaque eius ſubſcriptio tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipſam continens, ideſt, quòd inter [g] adiutores ei, quem pro ſe ſubrogat, mereri permiſſum eſt: ordinandis videlicet ijſdem adiutoribus pro ratione temporum, [h] quibus libelli porrecti ſunt: vt etiamſi in memorialium matricula inferiori loco [1] † ſit, qui prior in adiutoribus meruit, [i] adiutor quidem habeatur ſuperior memorialis verò poſterior, pro vtriuſque ordinis modo, vel diſcrimine: quod etiam in alijs quoque penè omnibus officijs [k] obſeruari dignoſcitur.

Adiutores cum conueniuntur ſine ſcriptis, eorum nomen voce ſola ſufficit demonſtrari: aliàs tam in ſcriptis, tam in cauſa, quàm in actis eſt demonſtrandum. Item ſi adiutores, commeatu accepto ſe abſentauerūt, durante tempore abſentia, integrum debent habere ſalarium, ac ſi præſentes eſſent. Bartolus.

Idem A. Proculo. [2] †

LEX XIIII.

HAc lege ſancimus, ſi quando adiutores viri magnifici pro tempore quęſtori ſacri noſtri palatij, in accuſatione ciuilis cauſæ, vel criminalis deducti fuerint, ſtrictum iuris, & integritatis congruum ordinem conſeruari: vt ſi ſine ſcriptis conueniendi ſint, nomen eius præcipientis [l] ore deſignatum eſſe ſufficiat. Sinautem ſcriptis in querimoniam vnus adiutorum, aut plures fortè ferendi [3] † ſint, monumenta [m] ſententiarum in perſona tantummodo conueniendi adiutoris præcedentium, æquum, & iuſtum initium futuro præſtent certamini. Et quoniam probationibus, [n] & exemplis potius, quàm indecoræ conſuetudini decet indulgeri, quod in vniuerſo deuotiſſimorum ſcrinio libellenſium euiciſſe monſtratur, id in adiutores ſacræ memoriæ, ſacrarum etiam epiſtolarum transferendum cenſemus: vt qui liberam proficiſcendi licentiam pręnunciatione commeatus adepti fuerint, ſine qualibet ſtipendiorum, aut emolumentorum deductione [o] peregrè degant. etenim pro tempore viris clariſſimis proximis, & meloproximis, aut eorum adiutoribus, abſentiæ cauſa, vel offerre de ſuo proprio, aut ex annonis, ſeu ſtipendiis quicquam relinquere cogendis: [4] † quamuis Ianuarias Kalendas indultum excedat ſpatium, & intra ſe feſtum diem contineat. Ad hoc illud obſeruari ſancimus, nec alius adiutor propter quamcumque ambitionem ijs, qui in præſenti ſunt, vel poſt eorum diminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint. [p]

Adiutores ſacrorum ſcriniorum etiam ſupernumerati poſſunt alios ſubrogare loco ipſorum, vt ipſi aſſumantur inter ſcriniarios collegiatos, non autem propter morbum, vel ſenium, vel aliam neceſſariam cauſam: conſtitutione hoc permittente, hac in parte correcta. Bartolus.

Marginal notes: 1 † leu. — 2 † Traiano Magiſt. offic. — 3 † ferendis. — 4 † cogendi.

a *Numerum.*] nota duas ſcholas, ſeu numeros memorialium adiutorum.

b *Longum.*] ideſt longè cum memoriales debeant eſſe plures.

c *Numerus.*] ſic in Authen. de Referen. collat. 3. & de menſu. ordinando. clericorum. & vt determinatus ſit numerus cleri. in princip. collat. 1. & ſupra, de ſacroſanct. eccleſ. l. non plures.

d *Laterculenſis.*] gradus quidam in ſcrinio memoriæ diſpoſitionum principis. Accur.

e *Alijs.*] ſcilicet libellorum, vel epiſtolarum, quod dic, vt in rubr.

f *Proximi.*] ideſt in dictis gradibus fuerunt incorporati.

g *Inter.*] aliàs hoc continet ſubſcriptionem, quod inter adiutores ei, quem pro ſe ſubrogat.

h *Temporum.*] ſic infra, de priuil. eo. qui in ſac. pala. l. fin. Accurſius.

i *Meruit.*] ideſt, qui diſceſſit ab adiutoribus, inter quos erat prior, nunc eſt vltimus inter memoriales: ſed ſubrogatus ab eo inter adiutores, erit primus inter eos, ſi modo ordo temporis libellorum ei dederit: quia præcedētes eum ſunt mortui: ne obſtet ſupra eod. ibi, qui poſteriores erant cæteris. Vel dic, quòd memorialis vltimus ſit adiutor, & poterit eſſe primus idem ſi deſinant præcedentes, argument. infra l. proxima. & ſic duo habent officia. quod contra dicit ſupra l. hac parte. niſi dicas, quòd hic quaſi vnum reputatur, cum ſint circa idem.

k *Officijs.*] puta in ſcrinijs Principum. Vel dic etiam in ſcrinijs aliorum Magiſtratuum. nam & alij habent, vt infra l. proxima.

l H*Ac lege. Percipientis.*] ideſt agentis, vel accuſantis.

m *Monumenta.*] id eſt, ſcripturæ ſententiarū præcedentium, ſcilicet conuentionalium: & facit ſupra l. in ſacris, §. hoc ti prolata. & de dignit. l. quoties.

n *Probationibus.*] aliàs procurationibus, aliàs prouocationibus, ideſt procurationibus, quibus homines vocantur ad ius, & ſic ſunt duæ partes. Accur.

o *Deductione.*] videtur adeſſe, qui abeſt licito commeatu, quo ad prębendam: & ſic facit pro clericis abſentibus. Item quo ad priuilegium, vt ſupra eodem, l. in ſacris. aliàs ſecus, vt ſupra, de domeſticis, l. 3. & de epiſcopis & cleric. ſi qua per calumniam.

p *Fuerint.*] facit ſup. l. proxi. & j. l. proxi. §. illo.

Certe.

a Certè. Prima.] Hæc eſt ſupra eodem, l. comperimus.
b Adiutorum.] i. adiutorum ſyncopa, ſic ſupra, de præpoſ laborum. & ſic in hac lege frequenter ponitur. Accur.
c Laterculenſis.] hæc omnia expone, vt in d. l. comperimus.
d Habeant.] ſubrogantes: non autem dicas, quod vnus habeat duo officia, vt ſup. eod. l. hac parte. vel dic, vt not. in d. l. comperimus.
e Altera.] hoc eſt, Græca. Accur.
f Diminutionem.] nã cum multi erant ſupra numerum, non poterant minui: ſed liceat cuilibet ſeni, vel morboſo. Accurſius.
g Venditionis.] quia fingens, vel non fingens ægritudinem, vēdebat locum ſubrogato.
h Adepti fuerint.] vt l. comperimus.
i Secunda.] ſcilicet Græca, quam non habemus.
k Illo.] facit ſupra l. prox. §. fin.
l Addatur.] vt ſit vltra numerum.
m Sanctione.] ſcilicet Græcæ. Sed argumen. contra, infra titulo primo, l. penult. item facit in Authen. de defen. ciuit. §. nulla, collat. 3. & vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. nulli, collatio. 2. & de mandat. princ. §. eos autem, collat. 3. & ſupra, de aſſeſſ. l. nullus.

n DE AGENTIbus in rebus.

Hi ſunt, quibus electionum cura mandatur, vt infra, de decur. l. vlt. & erant plures diuiſi per diuerſos numeros, vt infra l. 3. & quilibet numerus habebat præpoſitum, vt ſupra de officio Magiſt. offic. l. 1. & dicebantur principes: vt infra titu. 1. per totum: nam de illis ibi dicit. Accur.

o Nullus.] ſcilicet alter, quàm ille, de quo dicitur.
p De ſchola.] neque de extraneis: adeo,

Idem A. Traiano Magiſtro officiorum.

LEX XV.

Certè quidē ſunt diſpoſitiones noſtri numinis, quas ſuper adiutoribus viri illuſtris pro tempore quæſtoris noſtri palatij, quorum obſequio res agitur queſtoria dedimus, quarũ prima [a] quidem ad ſupplicationem eorundem adiutorum [b] emiſſa, numero eorum, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerunt, neque aliquem eximi, neque addi pręcipit; pręterquam, ſi quis eorum, vel ad laterculenſis [c] gradum in ſcrinio ſacræ memorię, vel ad ſecundum locum in duob. alijs ſcrinijs, i. ſacrarum epiſtolarũ, ſacrorumque libellorum, & cognitionum prouectus fuerit: nam his licere deſiſtentibus ab adiutoris officio, alios pro ſe, quos voluerint, adiutores ſubrogare, vltimum [1] † locum in ijſdem adiutoribus obtenturos, licet ſuperiora in memorialibus habeant. [d] Altera [e] verò per ſacram pragmaticam facta eſt, per quam excelſę memoriæ, viro Proculo ſuggerente, pręcipimus illos etiã adiutores poſſe in ſuum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum caſum minus implere ſuum officium valeant, veluti ſenium, vel morbum, vel aliam neceſſariam cauſam: quod ex ipſorum adiutorum petitione idē magnificę memorię Proculus ad nos retulit. Sed in præſenti ab alijs memorialibus tam in ſcrinio ſacræ memoriæ, quàm in cæteris duobus, ſacrarum epiſtolarum, ſacrorumque libellorum, & cognitionũ relatis, adijci [2] † comperimus, diminutionem [f] eorundem adiutorum impediri per memoratam pragmaticam ſanctionē, & inſuper venditionis [g] quodã modo memorati officij locum introductũ eſſe: quod ne de cætero fiat, præſentem ſanctionem ad tuam Magnitudinē mittimus: per quam iubemus illis tantùm permiſſum eſſe, ſecundum patris noſtræ Serenitatis reſcriptum, alios in ſuum locum ſubrogare, qui vel laterculenſis gradum in ſcrinio memorię, vel ſecundum locum in alijs duobus ſcrinijs adepti fuerint: [h] ſecunda [i] noſtra ſanctione ſuper hoc capitulo de cætero ceſſante: nulliq; danda licentia eorundem adiutorum, præterquàm ſi ad memoratos gradus aſcenderint, alium pro ſe eiſdē adiutoribus ex quocũque fortuito caſu connumerare: vt eo modo ad veterem numerũ ijdem adiutores redeant, & duodecim quidem in ſcrinio ſacræ memoriæ, ſeptem verò in alijs duobus ſint, ideſt ſacrarum epiſtolarum, ſacrorumque libellorum, & cognitionum.

¶ Illo [k] videlicet, obſeruando, ne alius adiutor per quamcumque ambitionem ijs, qui in præſenti ſunt, vel poſt eorum deminutionē, licet in veterem numerum redacti fuerint, addatur. [l] Nam ſi per mutationem, licet fortuiti caſus inciderint, prohiberi diſpoſuimus: multò magis prioribus manentibus, alios introduci vetamus: cæteris, ſcilicet, anterioris ſanctionis [m] capitulis in ſuo robore permanſuris. [3] †

1 † intimum.
2 † ſiti.
3 † durat̃urū.

quòd ſi militauerit in officijs ſpectabilium, non accipiet hic locum, vt ſupra, de offic. milit. iud. l. penult.
q Obiectione.] aliàs obiectione, aliàs obreptione. & facit ſupra, de proxi. ſacro. ſcrini l. vnicuique. & infra, de caſtren. l. prima, & in Auth. de monac. §. ordinationem, coll 1. & ſupra, de offi. Magiſtro offic. l. nemo. & de aduer. diuerſ. iudic l. petitionem, §. quando autem, & de aduoca. diuerſ. iudic. l. fin. in princip. & infra, de tyro. l. fina & ſupra, de murileg. l. ſi quis, & ſupra, de profeſ. l. magiſtros, & ſupra, de ſtud. lib. vrb. Rom. l 1. & ſupra, de off. Rect. prouinc. l. ſi quis. & infra, de diuer. offic. l. prima, & ſupra, de off. prædio. vrb. l. fin.

Nulli.

TITVLVS XX.

De agentibus * in rebus. [n]

*quinam hi ſint, vide apud Pyrrhũ in hũc titulum.

Nullus de numero agentium in rebus locum mortui per pecuniam debent inuadere; ſed in locum eius ille debet ſuccedere, qui in gradu poſt eum erat proximus, & dignus labore.

Imppp. Arcad. Hono. & Theo. AAA. Anthemio Magiſtro officiorum.

LEX PRIMA.

Nullus [o] de ſchola [p] agentium in rebus, decætero locum mortui conetur inuadere: ſed is, qui ordine ſtipendiorum, & laborum merito ad gradum militiæ ſequebatur, ſtatim atque illum fata ſubduxerint, in eius præmia percipienda ſuccedat, omni obiectione [q] [4] † ceſſante. [5] †

4 † obreptione
5 † Dat. Prid. Id. CP. Honor. A. 6. & Ar. Coſſ.

Agens in rebus deponendus, vel eximendus de libro agentium non eſt per aliquem in-

dicem, ad cuius officium nō ſpectat cognitio contra eos. Bartolus.

Iidem AAA. Helioni [1] † Magiſtro offic.

LEX II.

NVlli [a] poſthac ſine noſtræ Maieſtatis auctoritate diſcingendi [b] agentem in rebus, nulli eximendi [c] 2 † pateat copia nam probata ſcola, & animaduerſionem vereri iudicis, [d] & nullam timere debet contumeliam vilitatis. [e] 3 † 4 †

Matricula agentium in rebus non debet eſſe, niſi 48. quorum quilibet præeſt ducentis: circitores verò debent eſſe trecenti, & equites quadringenti quinquaginta. Bart.

Imp. Zeno A. Patritio Magiſtro offic.

LEX III.

MAtriculam [f] * agentium in rebus à tua [g] celſitudine confectam admittentes, iubemus, ne ducenarii pluſquam 48. in ſingulis [h] 5 † habeantur in poſterum: & numerum centenariorum ducenti uiri, quos, vacante 6 † tempore, gradus competentes admiſerint: [i] parique modo biarchorum nomen, meritumq́ue 250. viri duntaxat, præterea circitorum [k] 300. & equitum 450. impleant, ſit in æternū illa quoque fixa, ſtabiliſque tuæ Sublimitatis diſpoſitio, vt ſi quis de numero ducenariorum, quos 48. 7 † quotannis [l] eſſe cenſuimus, forſitan de luce migrauerit, laborum eius fructum ſucceſſores ab inteſtato, vel ex teſtamento venientes, & lucrum [m] diſpenſent: & ita 8 † omnibus inter cæteros ſuperſtites potiantur ſolatiis, tanquam ſi viuus, 9 † qui hæc eadem diu ſperauerat, ſibimet vindicaſſet. qua de cauſa locum etiā eius ſucceſſorum intuitu vacare [n] conueniet. Nemo autē ſine diuali probatoria, 10 † quam codices in ſacro noſtro ſcrinio memoriæ poſiti debeant inſerendam accipere, [o] militaribus eiuſdem de uotiſſimæ ſcholæ ſtipendiis, vel priuilegiis potiatur. 11 †

Nullus de numero centenariorum, vel ducenariorum in rebus agentium moram contrahens, in ciuitate Conſtantinopolitana conueniri poteſt coram alio, quā coram officiorum Magiſtro in cauſa ciuili, vel criminali: quo priuilegio non vtitur, ſi extra ciuitatem illā degat, vel depoſito officio. Bartolus.

Iidem A. Patritio Magiſt. officiorum.

LEX IIII.

EX eo, [p] quo primum ducennæ, vel centenariorum gradum [q] in ſchola agentum in rebus militantes meruerint, deſinant [r] in ſacratiſſima videlicet, ciuitate conſtituti alterius iudicis cuiuſlibet auctoritate pulſari, vel in alio quolibet examine, præterquam viri magnifici Magiſtri officiorum, & cui forſitan ipſe conceſſerit, actionibus ſui quiſquam 12 † aduerſarii reſpondere. quod multò magis in criminalibus cauſis obſeruari decernimus. Abſurdum [ſ] eſt enim, vt in eius ſalutem, vel exiſtimationem valeat quiſquam proferre ſententiam, cuius de nulla re poſſit pecuniaria iudicare.

¶ Huius autem beneficij prærogatiuam Subadiuuis [t] 13 † etiam, qui pro ſingulis inueniuntur temporibus deferri iubemus: licet hanc in eorum perſona more quoque 14 † veteri ſeruari cognouerimus: vt tamen poſt depoſitum [u] officium memoratum, ſi non inter centenarios numerentur, communi iam lege reſpondere non ambigant. Prædictas autem omnes centenariorum perſonas, in Prouincijs repertas, conceſſa nunc ſpeciali fori prærogatiua (niſi publicæ executionis [x] ſolicitudo his iniuncta ſit) vti prohibemus, eoſque ordinariorum [y] etiam iudicum pro veteri iure ſententijs obedire præcipimus.

a NVlli.] ſ. iudici. b Diſcingendi] id eſt deponendi, ſic ſupra de agri. & mē da l. 3. Accur.

c Eximendi.] a matricula, ſeu libro, in quo nomina eorum erant ſcripta: ſed ipſa lege eximit quandoque propter delictum eius, vt infra de comme. l. fina. & argum. ſup. de Primicer. l. fi. & facit ſupra de decurio. l. nemo.

d Iudicis.] alicuius.

e Vilitatis.] viles vocat alios iudices, uel reſpectu eius agentis: dicit quaſi vile ſit timere, vt ff. de regulis iuris, l. vani.

f MAtriculam.] idest librum, vbi nomina infraſcriptorum erant deſcripta per ordinem, & fuerant vocati. Accurſius.

g A tua.] Magiſtro officiorum loquitur vt patet ſupra de offic. Magiſtri officiorum, l. 3.

h In ſingulis.] hi quadrageſimooctauo. erant principes dicti, vt hac d. l. 1. & quilibet præerat fortè ducentis. Accurſius.

i Admiſerint.] accipe, impleant, quod eſt, infra & hi ducēti ſuum principem habent, qui centenarius dicitur, & ſic ſequentis numeri quilibet ſuum, vt d. l. prima.

K Circitorum.] circitores dicuntur, quibus veſtiarij, vel lintearij dant veſtem circumferendam. & diſtrahendam, vt ff. de inſtit. l. cuicunque, §. primo, & dic quod omnia ſunt nomina numerorum militantium inter agentes in rebus.

l Quotannis.] id eſt ſingulis annis.

m Lucrum.] ſic ſupra de proxi. ſacr. ſcrin. l. ſi quis in ſacris. & de aduoca. diuer. iudic. l. poſt duos, §. primo. & ſupra de dome. & pro. l. fin.

n Vacare.] vſque dum debebat durare defunctus, ſi vixiſſet: ne duobus ſalariis grauaretur Reſpublica. Accurſius.

o Accipere.] hoc eſt, quaſi regiſtrum. ſic infra de diuerſis officijs. l. probatorias.

p EX eo.] ſcilicet tempore.

q Gradum.] Ad quem non ſuffragio, ſed labore quis peruenit, ut ſupra de offi. Magiſtri officiorum. l. prima. & ſecunda. & ſupra eodem, l. 1.

r Deſinant.] aliàs deſtituant, & aliàs deſinant, & aliàs deſerant.

ſ Abſurdum.] ſic ff. de pœni. l. capitalium, §. & vt generaliter. & de Sen. l. qui indignus. Sed argumentum contra ff de iudi l. ſolemus, §. latrunculator. & facit infra de appar. Præfecto prætorio. l. finali. & de Palati. l. viros, & de caſtren. l. finali. & de vetera. l. finali. & de diuerſis officiis, l. viros. & de priuil. ſco. l. ſecunda. & ſupra de Silentia l. penul. Accurſius.

t Subadiuuis.] nomina appellatiua quorundam militantium inter agentes, vt infra l. proxima.

u Poſt depoſitum.] infra titulo primo. l. principes contra. & infra eodem, l. finali. Solutio vt ibi.

x Executionis] aliàs executoris.

y Ordinariorum.] ſcilicet, Præſidum, vt ſupra de modo mulct. l. eos. Accurſius.

DE

1 † aliàs, Heliodoro.

2 † exemendi.

3 † vilitatis.

4 † D. 3. Id. Nou. CP. Hon. 1 & Th. 7. AA. Coss.

* Multa in hanc l. Alc. hic, & Pyrrhus.

5 † Cingulo.

6 † vacante.

7 † n. al. 8.

9 † ita, vt.

10 † tunc.

10 † probatione.

11 † potiantur.

12 † quiſquis.

13 † his &c, cum ſub al. ſingu. aliàs his etiam.

14 † quo velut.

TITVLVS XXI.

De præpoſitis [1] † agentium in rebus.

Imp. Zeno. [2] † *Patr. Magiſtro offic.*

LEX PRIMA.

AGentes in rebus, qui per ordinem [a] conſe qui ſolent principatus [b] inſignia, in vnoquoque ſcrinio fabricarum, & barbarorum [3] † quaternos ſub ambarum [c] [4] † ſolicitudine per annum duntaxat integrum procedentes gradatim ſubire, hac in æternum valitura lege decernimus: exceptis, videlicet, vniuerſis negotiatoribus qbuslibet mercimonium per [5] † ſe gerentibus, interpoſitas ve perſonas: cum eis antè ſacratiſſimis conſtitutionibus interdictum ſit militare, [d] exceptis nihilominus ijs, qui poſſeſſionum alienarum ſolicitudinem, procurationemve ſuſceperint. Eos enim ad hęc officia volumus aſpirare, quorum labores ſcholæ agẽtium in rebus teſtimonio comprobantur. Illi quoque ſunt ab hac liberalitate noſtræ manſuetudinis excludendi, qui cum ſcholæ eidẽ ſocientur, in ſacris ſcrinijs, quibus viri ſpectabiles [6] † Primicerius, & Tertiocerius præſunt, adiuuantes eos, publicarum chartarum tractatibus occupantur, & duob. officijs [e] operam ſuam adhibere non poſſunt. Nam præter emolumenta, quæ de prędictis ſcrinijs cõſequuntur, principatus etiam ſolatio debent eſſe conteuti. Quod ſi morbo, vel ætatis ſenio capti, & imperiti huiuſmodi rerum, vel quocumque alio vitio præpediti, per ſe memorati officij curam ſubire nequiuerint, conſideratis ꝓcedentibus eorum laborib. [f] per ſubſtitutum [g] chartularium eiuſdem ſcrinij, cui pręfuturus [7] † eſt ipſe, idoneum, & tam moribus optimis pręditum, quàm ſcientiam, peritiamque rerum habentem, electione ſua ſuarumque periculo facultatum, præfatũ [8] † munus eos implere præcipimus.

Agentes in rebus, & eorum ſerui, vxores, & liberi ſiue agant per ſe, ſiue per procuratores eorum ſiue conueniantur, habent circa ſoluendas ſportulas priuilegium, quod habent in ſacris ſcrinijs militantes: nec cogũtur dare fideiuſſores extraneos de iudicio ſiſti, ſed ſufficit fideiuſſor de ſuo numero in rebus agentium: & per hoc priuilegium non derogatur alijs priuilegijs eis conceſſis. Io. de Pla.

Imperator Anaſtaſius A. Celeri. [9] †

LEX II.

HAc ſaluberrima ſanctione [10] † decernimus agentes in rebus pro conuẽtionibus, & modo ſportularum executoribus, [11] † præbendarum, pro quantitate ſumptuum, quæ circa litigia ſibimet ab aliis inferenda, vel à ſe contra alios per ſemetipſos, ſeu per ordinandos à ſe procuratores [h] exercenda, conuenit ab his agnoſci, ac beneficiis, quæ in ſacro noſtro militantib miniſterio iampridẽ per diuinas ſanctiones indulta [i] ſunt, per potiri. Fideiuſſorem idoneum de eadem ſchola, [k] non autem extraneum offerre cõpelli: ita tñ, vt priuilegia, quæcũq; centenarijs, ſeu ducenarijs, vel chartulariis, ſeu viris Clariſſimis principibus, poſt depoſitam quoq; militiam iã per diſpõnes principales impertita, [l] & nunc vſq; obſeruata eſſe noſcuntur, intacta, inuiolataq; cuſtodiantur: cum per abſurdum, perq; temerarium ſit, hanc nſæ liberaliatẽ pietatis (q̃ q̃. aſtuta ĩterpretatione) non ad augmentum anteriorũ priuilegiorũ, ſed diminutionẽ cõuertere [m] cõcedi: ſimili, videlicet, forma ꝓ matrib. [n] & vxorib. eorũ necnon ẽt libris ſub eorũ ptãte cõſtitutis, nec aliã ſortitis, vel ſortituris militiã, necnon ẽt ſeruis ad eos pertinentibus ſeruãda: ita, vt in prouinciis quoq; ſupradictæ perſonę degentes, ſimili beneficio perfruantur: ſportulas tñ, & litium expenſas pro tertia ſuperius enarratæ quantitatis [o] parte ſoluturæ, denarũ [p] librarũ auri condẽnatione, aliaq; grauiſſima ĩdignatione, ijs feriendis, quicunq; noſtra iuſſa quolibet modo, ſeut pe violauerint, ſeu violari cõſenſerint. [12] †

DE PRÆPOſitis agentium in rebus.

a *Gentes. Ordinem.*] matricula decurrente, vt ſupra de off. Mag offic. l. 1.
b *Principatus.*] vt fiat princeps agentium, vt d. l. 1. & ȷ. tit. 1. l 1.
c *Ambarum.*] i. præponebantur cæteris agentibus: minores tñ erant principib. vt hic colligit, quales erant antiquarij in ſcriniis memorię vt ĩ tit 2. l. hac parte. & hæc ſunt noĩa quorundã numerorũ in reb. agentium.
d *Militare*] No. negotiatores non militare, vt ȷ nego nemi. & ĩ. de digni. l. ne quis item conductores, & procuratores, & ſup. loca. l. fi.
e *Officijs.*] not. ſic ĩ. tit. 2. l. hac parte. cũ concor. Accur.
f *Laboribus.*] prodeſt hactenus fuiſſe bonũ. ſic ff. de re mil. l. 3 §. is qui. & l. nõ oẽs, §. à Barbaris.
g *Subſtitutum.*] ſic ĩ. ti. j. l. 4. Sed ȝ. ĩ. ti. 1. l. fi. §. pe. Sol. ibi ĩ alio officiali, q̃ hic. Item facit, ꝙ aliqs ꝑ ſubſtitutum facit, & ſuo periculo, vt hic, & ĩ de epiſc. & cle. l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinẽ. & de adm tut. l. decreto. & ad muni. l. qd ergo. & de pol. l. de pollicitationib. & ĩ. de peri. nomina. l. fi. & quo quis or. l. fi. & de decu. l nullus. & ff. de conſti. pecu. l. quod autem. §. ſed & ſi quis. Accur.
h H*Ac. Procuratores*] quoſlibet, niſi ſint illuſtres, & ĩ. vt in Aut. vt illuſtres. §. 1. col. 5. & ĩ. de ꝓcu. l. pen.
i *Indulta.*] vt ſupra ti. 2. l. in ſacris.
k *Eadem ſchola.*] ſic prædi. l. in ſacris. §. j.
l *Impertita.*] per ll. quas non habemus. nam leges, quæ ſunt ſupra non dicunt de priui competentib. poſt depoſitum officium, & facit infra tit. 1. l. ex eo. ibi, vt cum &c. & verbum ibi poſitum, ſi non certè, &c. vbi ſubaudi, vel ſimiles principes, ſoluit contrarium. Accur.
m *Conuertere*] priuilegia extenduntur, vt ff. de conſtit. Princi. l. vlti. item nota cum datur priuilegium priuilegiato, non ideo aufertur primum priuilegiũ ſic & ſupra de dign. l. 3 & arg. ff. de act. & oblig. l. Lucio.
n *Pro matribus.*] de matribus, & de ſeruis dic, ut nota ſup. tit ſecundo. l. in ſacris. in prin.
o *Quantitatis.*] facit dicta l. in ſacris. & inf. eo. titu. l. fi. & de priu. ſcho. l. quoties, & ſupra de ſilen. l. quoties. & ſupra de ſilen. l. penul. & de exc. mu. l. eam. & ȷ. qui milit. non poſ. l. eis. & de priui. eo qui in ſacro. l. ſecunda. & inf. de mu. l. ſcriniarios. & infra de caſtr. l. 3. & l. fin. & ff. de liber. agno. l. ſi quis a li. §. fina. & ꝺ fabr. l. eos qui, & ȷ de priuil. ſchol. l. hac lege.
p *Denarum.*] i. decẽ vt ff. de legat. 1. l. ſi quis teſtamento. & facit ſupra de legi. & conſti. l. 2. in fi.

DE

1 † *Principib. in manuſcri. Alciat non eſt in ea Rub. nec eſſe debet. Cont.*
2 † *Leo.*
3 † *Barbaricorum, vel barbaricariorum.*
4 † *adminiſtrationum.*
5 † *pro.*
6 † *ve ſpectabilis.*
7 † *præfectus erat.*
8 † *ſubaltern̄a.*
9 † *Magiſtro offic.*
10 † *Hanc ſaluberrimam leg.*
11 † *executionibus.*
12 † *conceſſerint.*

TITVLVS XXII.

De principibus [a] agentium in rebus.

Finito labore agentium in rebus, agens princeps agentium creandus eſt: nec poteſt ad aliquas publicas, vel priuatas functiones vocari, niſi de principis conſciẽtia, nec vexari poteſt coram aliquo iudice, niſi coram principe: nec patronus cauſarum poteſt ignorante principe contra eum aliquid poſtulare: & contra faciens pœna 10. lib. auri punitur. Bart.

Imppp. Gra. Val. & Th. & Arc. AAA. Cynegio PP.

LEX PRIMA.

AGentes [b] [1]† in rebus poſt palmam laboris emeriti, principatus [c] honore remuneramus: atque ideo officiales [2]† tam ad neceſſitates publicas, quàm priuatas non niſi, à principe [d] mittantur [3]† auctore: nullarumque [4]† ſine ipſo cuiquam mandetur exhibitio perſonarum, [e] etiã ſi interceſſio in locis degentis officii fuerit impartita. Cauſarum etiam patronos, ita, volumus eſſe conuẽtos, [f] ne ignorante principe, vllam poſtulationem introducant, [g] neue ſub vnius perſona ſuſcepti, fraude quadam aliena [h] negotia inferenda eſſe pertentẽt. Quòd ſi fuerit definitio [i] contempta, decem libras auri fiſco noſtro ab officio tuo iubemus inferri. [5]†

Omnes agentes in rebus ſunt ſub eorum principe conueniendi, etiam ſi ſenatoria dignitas præfulgeat in eis: actus verò ſoliti expediri per cœtum Senatus, expediuntur per ipſum, aliquo reſcripto ſubuentionum non obſtante. Bar.

Imp. Anaſtaſius A. [6]†

LEX II.

OMnia citatoria, [k] omnium ſcilicet cauſarũ, atque perſonarum, licet ſint ſenatoriæ dignitatis [l] ad principes [m] [7]† ſpecialiter reuocari præcipimus: actus [8]† verò cæteros, qui à ſacratiſſimo cœtu Senatus tractari conſueuerunt, cenſualium [n] ſolicitudine celebrari: nec aliquod præiudicium [o] ex ſurreptitio reſcripto ſupplicibus inferri. [9]†

Principes agentium in rebus decorantur dignitate proconſulari. Bart.

Idem A. [10]†

LEX III.

PRoconſularis [11]† apicis dignitatis adiectiõe principes, agentium in reb. præcipimus decorari. [p] [12]†

Principes agentes in rebus poſſunt habere domeſticos, quorum induſtriam, & fidem putant eſſe comprobatam: licet illi domeſtici eodem officio ſæpe functi fuerint: & ſi in dicto officio per 25. annos ſeruire nõ poſſint corporis valetudine impediti, & ob hoc ad honorariam dignitatem principis beneficio transmigrauerint iiſdẽ priuilegijs, & beneficijs potientur, quib. potitur factus princeps agentium. Bar.

Impp. Theod. & Valent. AA. [13]†

LEX IIII.

EX agentibus [14]† in rebus principibus domeſticos in ſuis actibus habere liceat [q] eos, quorum fidem, induſtriamque probatam ſibi exiſtimant: & ſi ſæpe eodem officio fuerint [r] ante perfuncti. Et ſi quis agens in rebus poſt 25. annorum curricula, ob aduerſam corporis [ſ] valetudinem militiæ finem minimè valuerit expectare, ſed ad honorariam ex principe dignitatem teſtimonio [t] ſcholæ proſiluerit, iiſdem eum priuilegijs muniri cenſemus, quibus ij, qui ad principatus actum progreſſi ſunt, potiuntur.

¶ Sed in ſalutationibus iudicum, confeſſionibuſque priores eos, qui per longæ militiæ metas, ad principatus actum peruenerint, & ſi actus tempore poſteriores [u] ſint, eſſe præcipimus, nihil cenſualibus, vel apparitoribus ad-

a DE PRINCIpibus agen. &c.

Dic, vt ſupra tit. 1. in rub.

b *AGentes.*] Et hoc expone, vt in rubri. ſup. titu. 1. & dic, palmam, i. victoriã, & finem laboris, ſic aduocatus habet palmam, cũ vincit cãm, vt ff. de var. cog. l. 1. §. & ſi palmari.

c *Principatus.*] i. vt ſit princeps agentiũ in rebus, ꝙ fit per laborem non ſuffragio decurrẽte matricula, vt ſup. de offic. Magiſt. offic. l. 1.

d *A principe.*] i. ab Imperatore, vt non conueniatur, niſi corã Imperatore dictus princeps. Vel dic, à principe prædicto, & dic ad citandum, vel exigendũ aliquid ab eo, qui eſt de ſua militia, vt inf. l. proxi.

e *Perſonarum.*] vel dic, dictorum principum, vt ſine ipſo. ſ. Imperatore. Vel dic, perſonarum, ſ. militantiũ ſub principe. nam non vexabutur ab alio iudice, niſi à dicto principe, & ꝙ ſubijcit, ẽt ſi interceſſio. i. pceptio fuerit impertita offic. in loco degentis, i. citati, vel conuenti, corã Imperatore, ſm primum, vel corã principe, ſm. alium intellectum: videbatur. n. tunc contra, quaſi nõ trahatur extra locum ſuum, arg. ſup. de epiſco. & cle. l. oẽs qui.

f *Conuentos.*] i. admonitos.

g *Introducant.*] contra prædictos in permiſſo examine vocatos, ſm vtrumq; caſum, vel nec pro eo, nec contra, quia in vetito examine vocatur, ſecundum vtrũque caſum.

h *Aliena.*] ſ. dicti vocati principis, ſecundum primũ caſum, vel ſub eo militãtis, ſecundum alium.

i *Definitio.*] ſ. huius legis, & facit inf. de re mili l. nemo. & ĩ. tit. 3. l. in ſacris. Acc.

k *OMnia citatoria.* quæ hñt fieri coram principe agentium in rebus, vt de his, qui militant ſub ſe, vt ſup. l. proxi.

l *Dignitatis.*] ſ. qui ſub eo militant, & ſic ex conſenſu Imperatoris, qui fecit legem iſtam, hoc pmittitur, ne ſit contra ĩ. de dig. l. nemo. vel dic hic honorẽ ſenatoriæ tantum; ibi habet & actum.

m *Ad principes.*] ſ. agentium in rebus.

n *Cenſualium.*] i. corã Magiſtro cenſus, cu dicat actus. ſ. legitimos, ſ. inſinuatio, & ſimiles vel ſubau. coram alio, cuius ſit iuriſdictio.

o *Præiudicium.*] i. ꝙ præiudicet pdictis, aliàs ma'e videntur ſonare leges.

p *PRoconſularis. Decorari.*] ergo eſt ſpectabilis, vt in Auth. de nõ alie. §. fi. coll. 2. nec ob. inf. eod. l. vltima. in prin. ut ibi not.

q *EX agentibus. Liceat.*] quod non licet, ſ. habere domeſticum Rectori Prouinciæ, ut ſup. de aſſeſſ. l. nullus.

r *Fuerint.*] ſic ſupra de aſſeſ. l. liceat.

ſ *Corporis.*] facit ſup. tit. 1. l. agentes. §. ꝙ ſi morbo. Et not. ꝙ non dicit hic, ꝙ eligat, & alium ſubſtituat, & ſic non eſt contra ſup. tit. 2. l. fi. Sed illa agens dicit, ibi ſolui.

t *Teſtimonio.*] fortè totius. & ſic non iurãt, ſed verbotenus bonũ de eo dicunt. ſic in Auth. de mona. §. cogitandum. col. 1. vel dic, ꝙ iurent 15. arg. ſup. tit. 3. l. vnicuique ſecus ergo ſi miles feciſſet prius, vt infra de re mili. l. miles, & ff. de iſ. l. 2. §. ignominia. & ff de re mili. l. milites, §. 1. & 2.

u *Poſteriores.*] facit ſupra de conſu. l. 1. in fi.

1† Ex li. 6. titu. 18. l. 4. C. Th.
2† Officialis
3† mittantur.
4† nullarum.
5† D. Pri. Cal. Mar. CP. Honor. Neb. P. & Euodio Coss.
6† Impp. Arcad. & Hon. AA. Theo. P. V.
7† principes.
8† Ex li. 6. tit. 28. l. 8. C. Th.
9† Da. 13. Calen. Iun. CP. Olibrio, & Probino Coss.
10† Impp. Hon. & Th. AA. Arcad. alias. Palladio Afr.
11† Ex li. 6. ti. 28 l. 7. C. Th.
12† Da. 7. Calen. Oct. Rau. Varane V. C. Coss.
13† Valentin. Aras, Valerio, Mag. offic.
14† Ex li. 6. titu 28. l. 8. C. Th.

In fin. Sed contra ſupra de præpo. ſac. cubi. l. 1. & de ſilen. l. ſ. vbi videtur præferre eum, qui eſt tantum honorarius. Sed dic, illas intelligi ſecundum iſtam, vt q eſt in actu, ſemper præferatur honorarijs eiuſdem, vel alterius dignitatis, vt ſup. vt dign. or. ſerue. l. 2. §. ſed adminiſtratores.

1† D 4. Calend. Febr. CP. Theo. A. x. & q fuerit nun otatus.

a *Tanquam.*] verè nil, quia habentur pinde, ac ſi fuiſſent in actu, & compleuiſſent militiam: quia omnes præcedentes eum deceſſiſſent: & ſic iſte fuiſſet princeps. & facit ad l. iſtam infra de Pala. l. Palatinos. & ſupra tit. 2. l. 2.

2† Ex nou. Theo.

b E*Os, qui ordine.* quod eſt faciẽdum, vt ſupra de officio. Magiſtro officiorum. l. 1.

3† vicaria

c *Ducenam.*] dignitas eſt, vt d. l.

d *Principis.*] ſ. agentium in rebus.

e *Extiterint.*] quia tunc debet fieri princeps, cum ſteterit in ducena per annum, vt ſupra tit. 1. l. matriculam aſſumptus. n. adiutor fuit Magiſtro officiorum: quia ſuper omnes iſtos princeps erat. nam ipſe faciebat matriculam, ut ſup. ti. 2. l. matriculam.

f *Numerari.*] hoc ipſo.

g *Vicariana.*] qui eſt ſpectabilis, ut Procõſul. quod patet: quia inter ſpectabiles ponitur, vt ſup. de offi. vica qui Proconſuli æquiparatur ſup. eo. l. proconſularis. & facit infra l. proxi.

h P*Rincipes. Renũciatio*] renunciat, qui ſe ſupponit periculo. & facit ff. pro ſoc. l. ſi non fuerint, §. j. in fi. & infra tit. j. l. vlt.

i *Comitiua.*] & hoc cingulum comitiuæ eſt ſpectabile, vt no. ſup. de offic. eius q pro. l. 1. & concordat cum ſuperiorib. & duab. proximis. Accurſius.

k *Saluis.*] facit infra de priui. eo. qui in ſac. l. de cubiculis. & ſupra de ſilen. l. fina.

uerſus priuilegia eorum excogitantibus, tanquam [a] in actu principatus fuerint verſati: vicenarum librarum auri condemnatione cõtra eos propoſita. [1] †

Vicariana dignitatis titulis honoratur, qui princeps agentium, aut Magiſter officiorum eſt effectus. Bartolus.

Ijdem AA. Cyro PP.

LEX V.

EOs, [2] † qui ordine [b] tranſcurſa militia, poſt ducenam [c] ad deſideratum principis [d] peruenerint gradum, aut adiutores viri illuſtris Magiſtri officiorum extiterint, [e] cum inter honoratos cœperint numerari, [f] vicarianæ [g] [3] † dignitatis titulis decorari cenſemus.

Princeps agentium in rebus cingulo comitiuæ primi ordinis fungitur. Bart.

Ijdem AA. Nomo. Magiſtro officiorum.

LEX VI.

PRincipes agentium in rebus, quos ſæpe ſæua pericula, vitæque interdum renunciatio [h] ad memoratum gradum adduxit, completo tempore militiæ ſuæ, comitiuæ [i] primi ordinis cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præſtitis ſaluis [k] priuilegiis) decernimus.

Militans in ſchola agentium, ſi fuerit de corpore cohortalium, licet princeps agentium factus ſit, filium curiæ obligatum relinquit: ſed ſi ipſum ſuſceperit, poſtquam princeps factus fuerit, liber erit à curia. Bar.

Imper. Leo A. Nicoſterio PP.

LEX VII.

QVicumque ex corpore cohortalium militans ſchola agentium in rebus filium procreauerit, antequã ad metas militiæ ſuæ perueniat, principatus [l] honore decoretur: & licet ipſe poſt finitam militiam, vt pote liber nulla debeat huiuſmodi conuentione pulſari, [m] filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si verò poſtquã adeptus fuerit principatum, [4] † ediderit filium, is qui natus eſt, etiam ſi in ſchola deuotiſſimorum agẽtium in rebus militiam ſortitus non fuerit, ita liber ſit, ac ſecurus, vt nec vllis cohortalis officii nexibus obligetur, quaſi iam ex patre libero, & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

Imp. Anaſtaſius [5] † A.

LEX VIII.

MVltis deuotiſſimę ſcholæ agentium in rebus aditionibus permoti, viros Clariſſimos [n] eiuſdem ſcholæ principes, qui, finitis militiæ ſtipendijs exeunt, quoties ex maioris iudicis ſententijs [o] ipſi, vel eorum coniuges, aut liberi, vel ſerui, [p] aut coloni, ſiue per ſe, ſiue per procuratores [q] conueniantur, non amplius, quàm vnum ſolidum executoribus ſportularum [r] nomine præbere compelli: apparitoribus vicariani, ſeu præſidialis iudicij, non niſi tertia parte ſolidi tantum præſtanda: [ſ] nullaſque ijſdem concuſſiones, aut vexationes in præbendis fideiuſſoribus ingeri, ſed eos fideiuſſores, quos locorum defenſor exiſtimauerit, [t] dare: ita videlicet, vt pro tenore generalium edictorum ij, qui vel in ſacratiſſima vrbe: vel in Prouinciis immobiles poſſident facultates, adiuratoriæ [6] † cautioni, [u] & ſubſtantiæ ſuæ credantur. Hoc etiam adijciendo, vt nunquam, niſi ex ſententia [x] in ſcriptis prolata, penitus moneantur. [7] † Ad ſimilitudinem inſuper aliorum [y] officiorum, quoties ciuiles, vel criminales contra eoſdem cognitiones mo-

l Q*Vicunque Principatus.*] ſubaudi, & prin. &c. qđ fit matricula decurrente.

m *Pulſari.*] vt ĩ. de dec. l. ſi §. viri quoque. & facit in eadem l. §. necnõ magiſtri. & ĩ. de digni. l. Senatores. & ff. de Senato. l. emancipatum. & ff. de decurio. l. 2. §. 1.

4† Principatus.

n M*Vltis. Clariſſimos.*] i. claræ dignitatis: ſpectabiles tñ ſunt, vt ĩ. eod. l. proconſularis. & ſub. iubemus.

o *Sententijs.*] citatorijs. Accur.

p *Vel ſerui.*] de his dic ut ĩ. tit. 3. l. in ſacris. in prin.

q *Procuratores.*] de hoc ſupra titulo primo. l. fi.

5† Zeno. A. Ioã. Mag. offic.

r *Sportularum.*] in fiſcum dandarum. ideo in ſporta ponitur: vt ſeruiamus verbis, ut inſti. de don. §. eſt & aliud.

ſ *Præſtanda.*] nomine ſportularum pro fiſco. nam pro ſe infra accipient.

t *Exiſtimauerit.*] de ſuo forte numero, vt arg. ſupra. tit. 3. l. in ſacris, §. fidei. & ſup. tit. 1. l. fi. §. fideiuſſorem. Acc.

u *Cautioni.*] ex quo collige generaliter, omnes poſſeſſores immobilium rerum debere iurare iudicio ſiſti, quanquam non ſatiſdent. M. vt no. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. Item quid, ſi non poſſidet? Reſpõ. idem, vt iuramento ſtetur, vt ĩ. ti. 3. l. in ſacris. ibi, ita, vt ſi, &c. nunc iurat ſatiſdare nõ poſſe, licet hoc alii faciant, ut ſup. de epiſ. & cle. auth. generaliter. Vel potes hic dicere ſecus, quàm in proximo ſac. ſcri. vt, ſcilicet ſatiſdet, ſi non habet immobilia, ut ſup. prox. nullaſque &c. Item no. ꝙ hic innuit, ꝙ ſi poſſidet Romæ, cuitet in Prouincia, & econtra, quod non puto, cum loco ſatiſdatiõis ſit poſſeſſio.

6† Adiuratoria.

7† Moneantur.

x *Sententia.*] i. epiſtola citatoria.

y *Aliorum.*] vt ſup. tit. 3. l. in ſacris. & ĩ. de dig. l. quoties.

Concurrunt.]

uentur, executorem quidem negotij vſque ad finem litis ciuilis, ſeu criminalis vnius eſſe ſolidi pręſtatione cõtentum, [a] & pro inſinuandis [b] noſtræ Serenitatis apicibus, vel ſimplici cõtra obnoxios eorũ poſtulatione deponenda, binos ſolidos ab his, vel coniugibus, eorum præberi, & quotieſcunque exemplaria [c] poſtulantur, ij quorum intereſt, accepto ſolido, qđ petitur pręberenon differát. [1]† Pro implendis uerò monumentis, [d] vnde conueniendi tribuitur executoribus facultas, non ultra, quam tres ſolidos, quibus competit impertiri pręcipimus, arbitro [e] verò non amplius, quàm ſolidum, & fiſci [f] patronis dimidiam ſolidi partem, notariis [g] uerò tertiam, [h] vſq; ad finem (ſicut dictum [i] eſt) cauſæ præſtare: ſuper editione [k] quoque chartularum ſolidi partem dimidiam præbere. Quòd ſi non apud arbitrum, ſed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur, inducendi quidem negotii gratia, non niſi quatuor ſolidos eoſdem viros Clariſſimos erogare, [l] geſtorum [m] uerò excipiendorum cauſa duos tantummodo ſolidos dare: & nullius ultra ſupraſcriptas quãtitates, cuilibet alteri, [2]† præſtandi ſumptus exactione uexari: his omnibus locum habentibus, ſiue ipſi alius litem ingerant, ſiue ab aliis pulſentur.

TITVLVS XXIII.

De curioſis, * & ſtationarijs. [n] [3]†

Denuncians maleficium, punitur, ſi non probat: & ideo alium pro delicto non incarcerat. Bartolus.

Imp. Conſtan. A. ad Iulian. [4]† PP.

LEX PRIMA.

CVrioſi, [a] & ſtationarii, [o] uel quicumque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuncianda meminerint, & ſibi neceſſitatem probationis [p] incumbere, non citra periculum ſui, [5]† ſi inſontibus eos calumnias nexuiſſe conſliterit. [6]† Ceſſet ergo praua conſuetudo, [7]† per quã carceri aliquos immittebant. [q] [8]†

Officium agentiũ in rebus eſt, curam habere ſuper euictionibus curſus publici, portando pecuniam publicã per Prouincias, & conducendo naues, & animalia ad deferendum annonas: & alius officialis ſub pœna ſe intromittere non debet, & recipiens pecuniam pro animali in curſum publicum non edicto, pœna quadrupli punitur. Ioannes de Pla.

Idem A. [9]† ad Taurum PP.

LEX II.

AGentes in rebus in curis agẽdis, & euectionibus, [10]† publici curſus [r] inſpiciendis, noſtrorum memores præceptorum credimus, [s] in omnib. velle profutura Reipublicę: ideoque ſolos agentes in reb. in hoc genere iuſſimus obſequium adhibere, & non ab alio penitus officium. [t] Hi verò per vigili diligentia prouidebũt, ne quis cõtra euictionis auctoritaté moueat curſum, [u] vel amplius poſtulet, quam conceſſit euectio. [x] Quiſquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi cœpti priuetur effectu. Demonſtretur etiam iudicibus vel curioſis euectio, etiã ſi quis, nobis iubentibus, feſtinare memoret in obſequiũ neceſſarium, nec præualeat contumacia, vel dignitas. Ergo nummum, tam, vetamus expoſci pro animalibus, [y] in curſum minimè conſtitutis. Quòd ſi fortè aliquis exiſtimauerit per

Tres lib. Cod.

a *Contentum.*] hoc pro ſe accipit.

b *Inſinuandis.*] ideſt, ſcribendo reſcripto Principis, vel ſimplici petitione actoris in libro iudicis. Accurſius.

c *Exemplaria.*] hic illa eadem exemplificantur. & ſic aliud pro ſcribendo, & aliud pretium pro exemplatura datur. Accurſius.

d *Monumentis.*] ideſt pro ſcribenda epiſtola citatoria, vt ſupra eo. l. omnia.

e *Arbitro.*] ideſt, de legato, vel proprie, vt not ſup. tit. 3. l. in ſacris.

f *Fiſci.*] qui cogunt arbitrum procedere, ut d. l. in ſacris.

g *Notarys.*] arbitri.

h *Tertiam.*] partem ſolidi.

i *Dictum.*] in executore expreſſe, & in alijs ſenſit idem.

K *Editione*] ideſt, pro dãdis exemplis geſtorum ſed ſup. l. proxi. pro ſcribendo in quaterno iudicis.

l *Erogare.*] hoc habebunt iudices, vt in authent. de iud. §. ne autem inter hæc. col. 6. ſed ſupra in princ. l. hicus.

m *Geſtorum*] hic de nomine aliorũ iudicum: non arbitri. de quorũ nomine ſup. prox. dixi. & not ꝙ omnia priuilegia habet comes conſiſtorij. vt ſup de Comi. conſi. l. 1. & 2. & facit inſ. de pri. ſcho. l. hac lege. & ſupra de agri. & cen. omnes. & de ſpor. l. 2. & inſti. de ſatiſ §. ſed hodie, & in authent. de nup. §. 1. collat. 4. & infra de Caſtren. & miniſte. l. ante omnia. Item non turberis, ſi in aliquo differat lex iſta ab illa, in ſacris. Accurſ.

n DE CVRIOſis, & ſtationarijs.

Dictum eſt in genere de agentibus in rebus, & eorum principibus, nunc de duabus ſpeciebus. Primo de curioſis, quorum officium erat, nunciare crimina, & remittere criminoſos, ut infra, l. ſi item ſecundo, de quibuſdam qui praeerant euectionibus, vt in tribus ſequentibus legibus.

o *CVrioſi, & ſtationary.*] Pro eodem curioſi, & ſtationarij, forte: quia ſtabant certo loco, vnde conſueuerant ſugere delinquentes: idem dicitur irenarcha, vt ff. de cuſt. reo. Diuus.

p *Probationis*] not. ergo non credi. officiali, niſi & probet, quod dic, vt ſupra, de accu l ea quidem, & facit l. ſinguli. & de cuſto. reo. l. prima. Sed arg. contra. ff. de offic. præf. vrb. l. 1. §. fin.

q *Immittebant.*] vt infra, de cohor l. prima, item quod conſuetudo praua reijcitur, facit in Authen. vt nul. iu. §. primo, col. 9.

r *Agentes. Curſus.*] officium huius erat, portare pecuniã publicam per Prouincias, & conducere naues, & animalia ad ferendam annonam Reipub. & tempore competenti facere incipi iter, vel curſum, & prouidere, ne quid ſubtrahatur, vt hic, & infra, l. ſi & inf. de cur. pu. l. 3 & l. ſi.

s *Credimus.*] ſic de præfecto credit princeps, vt ff de offic. præfect præto. l. prima

t *Officio.*] id eſt alius non intromittat ſe, vel dic, quod iſte nõ intromittat ſe de alio officio, ad quod ſupra de agen. in re. l pen & ult. prima, placet.

u *Curſum*] arripiendo iter ante alios, vel aliàs faciendo contra præceptum illius.

x *Euectio.*] id eſt, quod vehitur, vel, id eſt quando iter arripitur, dicatur huic, aliàs, eſt aduocatio; ſic dicta euectio: quia animalia vocantur, ad publicum curſum

y *Pro animalibus.*] mulis puta, vel pro equis quiſque accipiat pro 10 cum non habeat, niſi 5.

[1]† differat.

[2]† Cuiuſlibet alterius.

** Curioſus exiſtimat Alc. hic dictos, non qui vbi delicta fierent, denunciabãt, vt ſentit Accur. ſed tantũ, qui cõmiſſa in curia Principis, vel in comitatum ꝓſidium per omnes Prouincias referrent ad Præfectũ: Stationarij autem (nunquam ille ſpec[?] accipiẽda ſunt) qui ſtationario rum ... (hoc eſt, eorum, qui ad aliquem locum tuen dũ deputati ſunt) delicta deferebant. Nihil tamen horum ex legibus ... depribẽdas.*

[3]† περὶ κουριόσων τῶν ... Graci introduxit. Cur angendary etiam vocatur libro 1. C. Th.

[4]† Lolliano.

** Adde Alciat. reg. 1. pra 14. nume. 7.*

[5]† ſi vero.

[6]† C. nigeris.

[7]† L. ſi. de cohor.

[8]† Dat. 11 Calen. Aug Medi. An 11. Calen Sep. Arbitriona et Lolliano Conſ.

[9]† ad agentes in rebus

[10]† euectionib C. Th.

1 † Da. 15. Cal. May Metiola, Conſtan. 10. A. 9. et Iu liano Caſ. 3. Coſſ.

a *Cogatur.*] ad hoc J. de erog. mili. an l. Excellentiæ, & ſup. de exc mu. l. placet.

b P*Er id Suſtinetis.* loquitur agentibus in rebus. Accurſius.

c *Seruanda.*] no. non iuuatur officio, vel dignitate, qui malè eam ſeruat ſic ſup. de dignit. l. iudices, & l. quoties, & infra, de cur. pub. l. 3. & de vete. l. 3. item & facit ff de in ius voc l. 2. & de mino. l. auxiliũ in fi. & ſupra de epiſco. & cle l. generaliter.

2 † Al agẽtes in reb.

d A*Gentes. Cenſemus*] ad quã curam, & curſum illi ex ſchola agentiũ debent exire, quos ordo militiæ vocat, & laborum adiutor, vt ſup. de off Magiſt. off. l. 1. plures ergo, & alij agentes erant in rebus, vt d. l. & ſup. de principi. agen. in rebus. l. matriculam. Et no. huius officiũ, vt ſup. eo l 2.

3 † PP. Pr. Calen Decemb. Euſebio, & Hypatio Coſſ.

e *Commune.*] ſic inf. tit. 1. l. nihil.

f *Suſcipere.*] ad audiẽdum. Accur.

g *Tradere.*] vt ſupra eo. l. 1. in fi. ſed ſi inueniat fugitiuos, in cuſtodia detinere poſſit, vt ff. de fugi. l. fi. in princ. cum illi dicantur ſtationarij, vt ſup. eo. l. 1. in prin.

h DE PALATInis ſac. larg. &c.

4 † Tam.

Scilicet Principis. nã vtriſque priuilegium idem datur, vt infra. eo. l. fin.

i P*Alatini.*] aliàs, vicarij Palatini: quia quodam modo, gerunt vicẽ Principis, & ſic pro eodem, aliàs deeſt, vicarij.

5 † Tradere

6 † Curſui.

7 † Da Calen. Iu. CP. Olibrio, & Probino Coſſ.

K *Pro capitibus.*] not. ſic ſup de agri. & cẽ. l. cũ antea, & ne ruſ. ad vllum, &c. l. 1. Sed contra. ſupra de ca. ci. cen exi. l. 1. & de colo. Thracen. ſed & illa ſpecialia.

* *Palatini (inquit Alciatus) dicuntur oẽs in palatio habitãtes: alij quidem ſemp. in domo Auguſti præſentes, qui comitatẽſes dicuntur,*

l *Iugis.*] ſ bouum, vt in authen. de mãda. Princi. §. coges, co ll. tertia. Accur.

m *Suſceptionibus.*] hoſpitum, vt de clericis dicitur, ſup. de epiſ. & cle. l. a.

petrandum, eius quadruplũ quod accepit, inferre cogatur. [a] 1 †

Condẽnatio Præfecti facta de agente in reb. eſt nulla: niſi talis agens aliquid contra honorem, honeſtatẽ, & decus ſui officij commiſerit: quia tunc grauius punitur. Bart.

Imp. Conſtantinus A. 2 †

LEX III.

PEr id tẽpus, quo curſus tuendi ſolicitudinẽ ſuſtinetis, [b] condemnationes Præfectorum circa eos ſolos irritæ ſunt futuræ, qui ſeruauerint honeſtatem: erga eos verò, qui inhoneſtè, & contra decus ſęculi, vel honorẽ militiæ verſabuntur, non ſolùm condemnatio manſura eſt, verùm etiam grauior pœna eſt ſtatuenda. [c] 3 †

Agentes in rebus ſingulariter per ſingulas Prouincias ſunt mittendi: qui in emictionibus inſpiciẽdis curam tantum habebunt cum alijs iudicibus, vel prouincialibus: & alios illicitè nõ vexabunt: de cauſis non cognoſcent, & non detrudent in carcerem. Bart.

Idem A.

LEX IIII.

AGentes in rebus ſingulos ꝑ ſingulas Prouincias mittẽdos eſſe cẽſem⁹: [d] qb. 4 † inſpiciendarũ euectionum tm̃ debeat cura mãdari: vt nihil prorſus cõe [e] aut cũ iudicib. aut prouincialib. habeant: nec naues debebũt illicita concuſſione vexare, nec libellos, aut atteſtationes, vel conteſtationes litis gratia ſuſcipere, [f] aut in carcerẽ quẽquam trudere [g] 5 † ſed curſui 6 † ſolũ vacare. 7 †

TITVLVS XXIIII.

De Palatinis* ſacrarum largitionum, & rerum priuatarum. [h]

Palatini pro capitib. eorum, & iugis tantum penſitationem fiſco ſoluent: ab alijs verò muneribus ſordidis vacant. Bart.

Impp. Conſtant. & Conſt. AA. Veroniciano.

LEX PRIMA.

PAlatini [i] pro capitib. [k] ſeu iugis [l] ſuis tantum penſitationem, atque obſequia recognoſcent, extraordinarijs, & ſordidis muneribus, & ſuſceptionibus, [m] & temonarijs [n] *oneribus liberari. 8 †

Theſaurarius, vel Comes Theſaurariorum reuerſus ſemel culpabilis in officio, iteratò ad eandem militiã non aſpirabit, nec etiam aliam acquirere poteſt. Bart.

Imppp. Valens, Gratian. & Valer. AAA.

LEX II.

NVllus theſaurenſis, vel officialis Comitis theſaurorum ſemel deprehẽſus euerſor, [o] quocũque pacto [p] aut repetat militiã ſuã, aut aliam ſibi requirat per ambitum dignitatem, vel ſeſe transferat ad aliam quamcumque militiam. 9 †

Singulis annis vnus ex Palatinis mitti debet ad regẽdum principatum (comitis domorum Capadociæ. Bartolus.

Imppp. Grat. Val. & The. AAA. 10 †

LEX III.

PRiſco [q] iam nunc ordine reuocato, [r] de palatino potius officio ad regendum principatum officij Comitis domorũ ꝑ Cappadociã mittantur, quales Comes et domorũ, ſi inhoneſtũ aliquid geſſerit, 11 † vereat. Idoneos itaque ſingulis annis è numero mittendariorum [ſ] ad hoc eligere debebis, [t] & mittere. 12 †

Palatini nihil habent commune cum alijs iudicibus Prouinciarum: ſed excepta reuerentia, quæ eis debetur, non ſolum per iudices minores, verumetiam per maiores quilibet iudex debet in ſuo officio deſeruire. Bart.

Ijdem AA. ad Heſperium PP. LEX IIII.

NIhil omnino vllis iudicibus [u] cũ Palatinis noſtræ clementiæ, quicumq; à Comitib. diriguntur, ſit commune, atque coniunctum: [x] ſed excepta reuerentia, quæ non ſolùm ab inferioribus, [y] ſed ẽt à maioribus, & in Prouincia

n *Temonarijs.*] aliàs, temerarijs, aliàs temonarijs, & facit infra de priui. eorum, qui in ſac. pa. l. prima Accur.

comitatenſes, aũt locũ appellabãt, in quo vitam ducebat Imperator, q verò ĩ Prouincias mittebantur, dicebantur mittẽdarij, à nunciis mittendo.

o N*Vllus. Euerſor.*] qui malè geſſit.

p *Pacto*] id eſt modo, & facit ſupra de ſuſce. l ſi aliquid & ſupra de digni. l. iudices, & ff de ſuſpe tut. l. 3 § quæſi. in fi. §. & de acc. l. ſi cui. §. ijſdem, & inf. de cohor. l. ſi cohortalis. & ſupra ad l. Iul. de ambi. l. 1.

* *Temonarij inter penſitationes, & munera referũtur, dicta cã a temone quo currus, & boues iũguntur Temonarij, q temones exigunt, & temonarium munus. l. 4. ſup de pr. ſacr. ſcri l. 14. C. Th. de Extraord. mun.*

q P*Riſco*] principatus Capadociæ ſpecialiter deputatus pro ſuis ſtipendijs Comiti domorum ad quem regendum, mittitur de Palatinis, quem etiam verebit Comes malè aliquid per ſe, vel ꝑ alium gerens.

r *Reuocato*] antea ſic fuerat, ſed in diſſuetudinem habitum reuocat.

ſ *Mittendariorum.*] id eſt, Palatinorum, qui ſunt habiles admittendum.

8 † D. No. May. CP. Cõſtant. & Conſt. 3. AA. Coſſ.

9 † Dat 7. Cal Auguſt. Gratiano A. 4. et Merobaude Coſſ.

t *Debebis.*] Comiti domorum loquitur, vt inf. l. prox. & not. hic arg quod malus prælatus timet bonũ ſubditum.

u N*ihil Iudicibus.*] aliàs, militibus, & aliàs, Comitibus, ſcilicet Prouinciarum.

10 † Pãcrẽtio con. R. P.

x *Communctum*] dum palatini gerũt ſuum officium; & ſic non obſtat. ſup de agen. in reb. l. ex eo. in fi. & l. fin §. ita. quæ ſunt contra. & facit ſup. tit. 1. l. fi.

y *Ab inferioribus.*] not. reuerentiam maiori à minore debemus.

11 † Cõgeſſerit.

12 † D. Pr. Non. Iu. ſeptemb. Auſonio, & Olibrio Coſſ.

ri..., & econtra. ſic ſ. de offi. Rect. Prou. l potiores. & de offi. diuer. iud. l. 2. Itē no. φ Archieps in hac terra honorare debet Epm, ut hic, nec ſuā iuriſdictionem per illius præſentiā perdit, vt in auth. de defen. ci. §. nulla. col. 2.

1† D. 8. Id. Decēb. Sirmio, Auſonio, & Olibrio Coſſ.

a Q*Vidam Exceptorum.*] i ad aliā dignitatē. Acc.

b *Militando.*] ſubaudi, eligit. & facit ſ. vt dign. or. ſer. l. 1. & de proxi ſacro. ſcri. l. vnicuique.

2† Ex C. Th. 6. 30.

c A*B officijs. Neque ipſa.*] ſ. Excellentia tua. Ac.

d *Poſtmodum*] idest poſt legem iſtā. Vel dic. poſt finitum officium, & dicit, in ſordidis, & ſimilibus: ne fit contra ſupra eo. l. 1.

3† audiēdi.

4† á ſe. alias quem.

e S*Crinijs.*] hac l. nominant officiales, qui ſubſunt Comitib. domorū. & hi ſoli habebant ſtipendia, & eſt falla hæc l. in omnibus ferè libris circa literam.

5† qui.

6† D. 5. Id. Octob. CP. Merobauda 11. & Saturnino Coſſ.

f *Suffragio.*] ſic ſup. de princ. agen. in rebus. l omnia.

7† Ex C. T. 6. 30. 6.

g P*Lacuit. Et Palatinis.*] & pro ideſt.

Ex

degentibus Rectoribus Prouinciarum debetur, atque defertur, ſuis quiſque neceſſitatibus obſecundet. 1†

Effectus principes Palatinorum, ad aliam dignitatem connolare non poteſt. Bartolus.

Ijdem AA. Nebridio PP.

LEX V.

QVidam 2† poſt impletum ordinem militiæ palatinæ, quam geſſerant, honoremque tranſactum, ad exceptorum a ſcrinia tranſire nituntur. Hac igitur lege ſancimus, ut nulli prorſus dehinc iſta audendi 3† relinquatur occaſio: ſed vnuſquiſque eius ſcrinij 4† primum militādo b quē elegit ordinē perſequatur: nec in alterius loco finem militiæ requirat: quia 5† iam proprij ordinis tranſegerit principatum. 6†

Præſes Palatinus iniunge re non poteſt ſordidum munus. Bartolus.

Ijdem AA. ad Probum PP.

LEX VI.

AB officijs 7† palatinorum Excellentia tua ſciat, ita penitus eſſe recedendum, ut neque ipſa c poſtmodum d licitum ſibi credat, ijſdem aliquid iniungere: 8† & propterea 9† Prouinciarum Rectores prohibeat quicquam vlterius tale conari. 10†

8† adiungere.

9† ꝑterea.

10† Da. 7. Cal. Nouē. Medio poſt Conſ Merobaudis, Secundo, et Saturnino.

Hac lex eſt hodie modicæ utilitatis: ideo nō eſt circa eam inſiſtendum. vide eam per teipſum: quia circa eam laborare, eſſet littus arare. Bartolus.

Ijdem AA. Tripholio. C. S. Lar.

LEX VII.

Cuiacīū ſequuti ſumus. * Nos hic

11† Ex C. Th. 6. 30. 7.

12† valuerit.

13† aliás, pſumi breuius, quam dignita. alias. præſumi breuius, quā d gm.

14† Præfectus.

15† vnuſq;

16† al. ſequitur. item Secundicerius excepto rum nu 19.

SCrinijs e * omnibus 11† largitionum comitatenſium infraſcriptas decernimus dignitates, ut his contenti, ambiendi ſibi aditum interclusum eſſe cognoſcant, etiamſi ſpeciale beneficium, emendicato ſuffragio, f quiſquam valuerit 12† impetrare. Annonas etiam iuxta definitū dignitatum modum volumus præſtari: nec amplius quicquam præſumi, 13† quas dignitates per ſingula ſcrinia officium ſacrarum largitionum habere ſtatuimus, hoc eſt, ſcrinij exceptorum perfectiſſimus 14† ordinis ſecundi numero vnus 15† ideſt Primicerium. Omnis ſcholæ perfectiſſimus vnuſquiſq; Primicerius, exceptorū numero vnus, ducenarij duo, ideſt Tertiocerius & Quartocerius, centenarius vnus, 16† ideſt Primicerius, inſtrorū, epiſtolares num. duo. formæ primæ numero triginta ſex, formæ ſecūdæ num. quatuor, formæ tertiæ numero tres. Scrinij numerorum 17† præfectiſſimus ordinis tertij nu. vnus. Quiſq; ducenarij 18† numero vnus, centenarij num. duo 19† epiſtolares num. duo, formę primæ nu. tres, 20† formæ ſcđæ nu. vnus, formę tertiæ nu. duo, ſcrinij ſacri tabellariorum pręfectiſſimus ordinis tertij nu. vnus, ducenarius nu. vnus, centenarius nu. vnus, epiſtolaris nu. vnus, 21† formæ primæ nu. tres, formę ſecundæ num. quinq;. 22† Scrinij canonum perfectiſſimus 23† ordinis tertij nu. unus, ducenarij nu. vnus, centenarius num. unus, epiſtolares num. duo, formæ primæ num. quatuor, formæ ſecundæ num. quatuor. Scrinij mittendariorum ducenarius num. unus, centenarij num. 2. epiſtolares nu. 8. formæ primæ nu. 7. formæ ſecundæ num. 33. perfectiſſimi ordinis nu. 3. idem, Primicerius ſacræ maſſæ perfectum numerum. idem Secundicerius ducenarij. nu. 2. idem Tertiocerius ducenarij, & quartocerius centenarij. nu. 6. epiſtolarum nu. 4. aurifices ſpecierum perfectum numerum: ducenarij 4. nu. centenarij nu. 6. epiſtolares nu. 8. formæ primæ nu. 8. formæ 2. nu. 4. artifices ſolidorum ducenarij nu. unus, centenarii nu. 8. epiſtolares nu. 6. formæ primę nu. 9. formæ ſecundæ nu. 30. ſculptores, & cæteri artifices centenarii nu. unus, epiſtolares nu. 1. v. formæ. nu. 1. vj. formæ 2. nu. 19. Scrinii ad reſponſum per formam primam nu. 1. per formam ſecundam nu. duo, ducenarii, num. 1. centenarii num. duo, epiſtolares, nu. 3 formæ primæ nu. 4. formæ 2. num. 2. formæ 3. nume. 1. ſcriniarii ad limitē per formam num. 1. ducenarii num. 1. formæ. nu. 2. formæ 2. nu. 2. formæ 3. nume. 3. ſcrinii noſtri per formam ordine. 3. nu. 1. per formam epiſtolares nu. 2. formæ 1. nu. 7. formæ 2. num. 20. formæ 3. nu. 4. officialium ſacrarum ueſtium ducenarii nu. 3. centenarii nu. 3. epiſtolarum nu. 2. formæ 1. nu. 12. formæ 2. nu. 10. formæ 3. nu. 8. deputatis ſacræ ueſtis per formam ſecundi ordinis nu. duo, ducenarii num. duo, centenarii num. duo, epiſtolares nu. duo, formæ 1. nu. 3. ſcrinii ab argentariis per formam ordinis nu. 1. epiſtolares nu. 1. formæ 1. nu. 6. formæ ſecundæ num. 3. formæ 3. nu. 5. ad pecunias per formam ordinis nu. 1. formæ primæ nu. unus, formæ 2. nu. 2. formę 3. nu. 5. Argentarii comitatenſis ducenarii num. 1. centenarii nu. 2. epiſtolares num. 3. formæ 1. num. 8. formæ 2. nu. 25. Barbaricarii centenarii nu. duo, epiſtolares nu. 5. formę primæ nu. 8. formæ ſecundæ nume. unus. 24†

17† canonus.

18† ducenarius.

19† idem.

20† idem.

21† duo.

22† quatuor.

23† præfectus.

24† Da. 4. Id. Iun. Heraclia Richomere, et Clearchio Coſſ.

Palatini tranſmiſſi per prouincias anno elapſo cingulo liberantur. Bart.

Ijdem AA. & Arca. Tripholio C. S. L.

LEX VIII.

PLacuit 25† iuſtè 26† omnibus mittēdariis, & palatinis g officiis 27† profutura ſug-

25† Ex C. Th. 6. 30. 8.

26† ita.

27† palatini officij.

* *Ducenarij tantum, & centenarij habito, et C. Centenarij autem dicuntur qui centenā, i. gradum illum promouentes tenebant in ſchola agentium in rep. et ita dicti Ducena, & Ducenarij, qui ſ. ducentis ſcolarib præſunt. Nicep. lib. 6. hiſt. c. 30. Præs lib. 3. & 4. de verb. ſignifi.*

1 † D. 4. Id. Mar. CP. Ana. A 1. & Bantone Coss.

2 † Ex C. Th. 6. 30. 28.

3 † D. Prid Id. Aug Ancyra Stilicone 2. & Anthemio Coss.

4 † Ex C.T. 6. 30. 20.

6 † D. 7. Id. Iun. Rau poſt Conſulatum Honorij 8. & Theodoſij 5. V. A.

9 † Id: m. A.A.A. Annio C. S.L.

7 † D 4 Calen. Iul. C P. Theod. A. 7. & Palladio Coss.

a *Ex iiſdem.*] ſ. Palatinis. Accur.

b *Terni.*] aliàs, ita-men; aliàs, tantum; alias, terni, & q ſūt centenarij, & ducenarii, & certi numeri, habes ſup. l. p xi. de quib. ſingulis annis aliquot quieſcunt, ut hic.

c *Prouiſionis.*] ſ. tua, & Præfecto loquit.

d *Non aliter Annotationem.*] idest priuilegium noſtro motu, ſed cum conſilio Procerum eſt pragmatica ſanctio & facit ī de princ. agen. in re. l. matriculā. in fi. & inf. de re mili. l neminem.

e *Palatinos. Ad calcem.*] idest finem, nā calx calcis, pars pedis extrema, vt vbi eſt iunctura tibię, & pedis concauum, inde ſubcelliis, ſecundum P.

f *A tyronum.*] ab his excuſantur prin. agē. in re. ut ī de princ. agen. in re. l. ex agētibus. & facit ſupra de proxi. ſac. ſcri. l. 1. in fi.

g *Ad ſimilitudinem.*] ibi ad ſimilitudinē, incipit lex, vt ſup de prox. ſac. ſcri. l. pro biennio.

h *Viros. Videatur cauſa.*] ſic ī. de prox. ſa. ſcri. l. in ſacris §. ita.

i *Reſpondere.*] ſic ſup. de ſilen. l. penult. & de agen. ī re. l. ex eo. & l fi. §. ita. & facit, infra de offi. Præ. vr. l. 1. & de offi. Comi. re priua. l. pen.

k *Permiſerit.*] ſic ī. vbi Sena. vel Clariſ. l fi. & in auth vt cle. apud propri. Epiſ. §. pen col. 6.

l *Inter. Tres*] aliàs, res, aliàs tres.

m *Tribuni.*] ī. prox.

n *Neceſſitate.*] niſi ordinaria, vt ī. eo. l. fi.

o *Iubemus. Par*] nā omnia ſunt Principis, ut ſup. de quadr. præſcrip. l. fi.

p *Iuſtum.*] Vbi eadem ratio, idem ius, ſic ſupra ad legem Falcid. l. fin. & ff. ad l. Aqui. l. illud. cum ſeq.

q *Poſſint.*] vt ſupra l. proxim. & ſupra eod. l. prima, & ſupra de proxi. ſac. ſcri. l. iubemus. 32. quæſtio. 5. cap. item apud.

geſtio, quam inſinuaſti, vt ex iiſdem [a] annis ſingulis ex ducenarijs terni, [b] ex centenarijs habito,* prouiſionis [c] intuitu, cingulo liberentur. [1] †

Nullus officium ſacrarū, vel priuatarum largitionū aſſumere poteſt, niſi mediante Principis auctoritate. B.

Imppp. Valent. Theod. & Arc. AAA. Neſtori. C. Ori.

LEX IX.

Non aliter [2] † quilibet in officio ſacrarum largitionum, vel priuatarum rerum cingulum militiæ ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtræ manſuetudinis annotationem [d] meruerit. [3] †

Palatini adiutores, et primicerij, finito officio, ſicut agentes in rebus à præbitione tyronum, cæteriſq; muneribus ſordidis ſunt immunes. Bart.

Imppp. Theo. Arc. & Hon. AAA. Ioanni PP.

LEX X.

Palatinos, [4] † qui ſacrarū remunerationem rationum tractantes inculpantur, ad calcem, [e] terminumq; militiæ peruenientes, necnon etiam adiutores, & Primicerios diuerſorum officiorum præcipimus habere priuilegia, quæ nuper agentium in rebus ſcholæ noſtra ſunt māſuetudine contributa, ſcilicet, vt a tyronum [f] præbitione memorati reddantur exortes, cæteraque onera non agnoſcant. [5] †

Impp. Arcad. & Honor. AA. [6] †

LEX XI.

Ad ſimilitudinem [g] ſanctionis, quam de proximis ſacrorū promulgauimus ſcriniorum, etiam in officio ſacrarum largitionum, atque priuatarū rerum p biennio annū ſub perpetua obſeruatione pcipim᷑ cuſtodiri: ita, vt priuilegia, q̄ huiuſmōi officiis vel Primicerijs ſacris legibus deferuntur, integra, illibataque ſeruentur. [7] †

In ciuitate Conſtantinopoli. Palatinus apud præfectum vrbi non compellitur litigare: niſi pro ſeruitutibus, domibus, vel annonis quæſtio moueatur: in Prouincia vero cognoſcit Præſes contra Palatinum, ſed in cauſa criminali contra eum non fert ſententiam, niſi ex ſuggeſtione Principis, ſub quo militat Palatinus. Bar.

Imp. Theodoſius A. [8] †

LEX XII.

Viros deuotos* Palatinos non oportet in hac Regia vrbe apud virum illuſtrem Præfectum vrbi litigare compelli, niſi de ædificatione domorum, & ſeruitutibus, & annonis orta videatur cauſa? [h] in aliis vero cauſis tam pecuniarijs, quam criminalibus apud viros illuſtres tantummodo Comites ſuos reſpondere. [i] Rectoribus autem prouinciarum intra adminiſtrationis ſuæ fines inter præſentes Palatinos nec cauſis publicis occupatos cognoſcere tam pro ciuili, quàm pro criminali cauſa permittimus: ſic tamen, vt non aliter criminalis ſententia aduerſus eos proferatur, niſi ex ſuggeſtione puincialis iudicij vir Illuſtris Comes, ſub quo militat, [9] † certioratus hoc ei permiſerit. [k]

Palatini Primicerij, & tres ſcriniorum Primicerij, & tres Tribuni prætoriani militari dignitate funguntur, & nulla poteſt eis iniungi neceſſitas publica, vel priuata. Bart.

Idem A. & Valent. Cæſ. [10] †

LEX XIII.

Inter alias prærogatiuas, quas antea meruerant ſcholæ ſocietatis ſacrarum largitionum Primicerius, & tres [l] Primicerij ſcriniorum Tribuni [m] prætoriani, militari dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniungenda publica, vel priuata neceſſitate. [n]

Palatini Principis eiſdē priuilegijs funguntur, quibus Palatini ſacrarum largitionum, et ideo Primicerij, & primates ſcriniorum Principis, finito officio, inter militares Tribunos numerantur, & nulla ſolicitudine negotij publici, vel priuati poſſunt vrgeri. Bar.

Iidem AA. [11] † LEX XIIII.

Ivbemus viros [12] † deuotos Palatinos rei noſtri numinis, [13] † priuatæ, eiſdem priuilegiis decorari, quib. etiam Palatini, qui in ſacris largitionib. deferuntur. Cum enim par, [o] ſimiliſq; militia ſit, iuſtum, [p] & competens videtur, iiſdem vtrumq; officium priuilegijs gloriari. Primicerios itaque officij, treſq; primates ſcriniorum rerum priuatarum, finito tpe militiæ, inter Tribunos militares prætorianos, ſaluis iiſdem præſtitis Priuilegiis ſacris conſtitutionibus, noſtram clementiam adorare decernimus, ita tamen, ut nullam iniunctionem, nullam ſolicitudinem priuati, vel publici negotij quolibet iudiciario præcepto ſuſtinere poſſint, [q] ſed excepta omni neceſſitate, omnique fatigatione, adeptæ dignitatis honore potiantur.

8 † & Vaſ. C. Maximino C. S. L.

** Adde Decisū, in l. 1. nu. 11 ff. de offi. cius.*

9 † militāt.

10 † Eudoxio C. S. L.

11 † Florētio PP.

12 † Ex nou. Theod.

13 † nominatur.

a DE STRATOribus.

1† Alias, ſtratoribus, (inquit Alcia.hic) vt eos intelligam', quos Pricepe varia neceſſitate mittit ad Prouincias, vt nō cum aliqd quibus tenētur prouinciales ſub inde mutare equos, quò celerius eant. Tu ſi libet vide Pyr hic.

Gen. 31. cap.

2† Alias, Impp. Val. & Valens A A. ad Zoſimam, præſidē nouæ Epiri.

3 † Nouæ Epiri pro. &c.

4 † &.

5† æqualem.

6† alias c.

8. ſolidorū modo.

7 † Perdidiſſet.

8† Da. 13. Calen. Iul Apollonia Valētiniano, & Valente Coſs.

9† Magiſtriane (inquit Alc. hic) dicerentur, de caſtrenſib. miniſtris, vt illum videro. Sic appellatur à Lāpridio ī Alex.

10† Ex C. Th.6.32.1.

Hinc ſtratorum, id eſt ſtabulum, vnde in Geneſi, * Rachel hoc videns poſuit idola patris ſui in ſtratorio cameli, & ſedit ſuper ipſum, vnde ſtratores dicuntur, qui præſunt ſtabulis, ſeu equis ſternibus in ſtabulo.

b PEr omnes. Poſceretur.] ff. de offic. proconſ.l. 3.§. nemo, contra. Sol. hic in cognitione cauſarum, & definitione præſidentes non debent eis vti, ſed circa equos ſic. Vel aliud in Proconſule, & aliud in Præſide, vt hic; imò ibi aliter accipitur, ideſt viridarius, hic qui preeſt equis ferrandis, & ſellis, & frenis Præſidis. vnde verſus. Sternitur æquiuocè ma'è lectus aſellus, & hoſtis, aureum hic habet pro ſuo ſtipēdio ſingulis diebus Item & quādo preſes, vel Rex, vel Comes donat equum, habet à donatario ſolitā quātitatem, puta alium aureum: ſic enim faciunt Reges Hiſpaniæ: nam in Præſidibus Prouinciarum loquitur, & eorum ſtratoribus.

c Cognoſcant. illi donatarij, & ſic nota, q donans punitur, ſicut ſimoniacus, quaſi corrumpens eum, vt equum donandum vituperet Principi, ſic ſup. de epi. & cle l. ſi quenquam. Item facit inf. de metatis, l. deuotum, & ſup. ne rn. ad vllum obſequi. l. 2.

d Quos.] prouinciales, id eſt, donatores. Accurſius.

[illegible]

e DE CASTR. [illegible] &c.

In lib. Ir. de conſiſtorianis, aut caſtrenſianis, qui forte præerant caſtris Principis, ordinandis: & erant plures & eligebantur decani, vt inf titulo primo, & menſores, qui menſurabant quantum mœnia muta caſtrum, vel ſimilia, vt inf. titu primo. & ſecundo. Accurſius.

11 † D. 6. Idus Febr. C.P. Theo. A. 7. & 9. fuerit nun ciatus.

TITVLVS XXV.

De ſtratoribus. a 1 †

Impp. Arc. & Ho. A A. 2†

LEX VNICA.

PEr omnes 3 † Prouincias edictum generale miſimus, ut ſtratoribus unus tm̄ ſolidus probæ nomine poſceretur, b & in offerendis equis certam formam ſtatutam 4† æqualem 5† prouinciales noſtri cuſtodiendā eſſe cognoſcant: c quos d èt fiſco certo 6 † modo ſolidorum obnoxios ſecimus, ſi ꝙ ſtratores petere interdictū eſt, illi dare ſtratoribus non timerent: officium quoque grauitatis tuæ centum argē ti libris mulctabitur, ſi ſciēs prædictam rem geſtā fuiſſe, non illicò eam ſeueritati iudiciariæ prodiderit. 7 † 8 †

TITVLVS XXVI.

De Caſtrenſianis 9 † & miniſterianis. e

Caſtrenſiani, & miniſteriani officio finito, per lapſum biennij, alius ſubrogatur: ipſe verò ad idem officium nullatenus eligetur. Bart.

Imp. Conſtant. A.

LEX PRIMA.

IN officio 10 † ſpectabilitatis tuæ ſecundum formam diualium reſponſorum poſt completum tempus præfinitum, id eſt biennium, prioribus decedentibus, in ſequentes ad locum pro merito f laborum, ſtipē diorumque ſuccedant: nec ulla licentia tribuatur ijs, qui impletum depoſuerint officium, denuò ad eandem militiam, uel ſolicitudinem remeandi. 11 †

Si vltimus inter miniſterianos gradum primæ, ſecundæ, vel tertiæ formæ inter caſtrenſianos fuerit adeptus, ſcribendus eſt in matricula tertiæ formæ. Bart.

Idem A. Scholaſtico Caſtr. ſa. pa.

LEX II.

SI quis * primæ, uel ſecundæ, uel tertiæ formę ſpecialiter inter ſtatutos gradū 12 † cęlitus g ualuerit impetrare, ſupernumerarius 13 † vltimus h formæ tertiæ in matriculis habeatur. 14 †

Militantes in hac militia, & eorum matres, & vxores non poſſunt conueniri in cauſa ciuili, vel criminali, niſi ſub Comite caſtrenſianorum Bart.

Impp. Valentin. & Theod. AA. 15 †

LEX III.

II, qui in ſchola veſtis ſacræ militant, vel matres eorum, vel vxores criminalem, vel ciuilem litem contra ſe cōmouendam, in nullo alio, niſi in Sublimitatis tuæ ſuſcipiant examine. i

Caſtrenſiani, & miniſteriani, eorumq́ matres, vxores, & filij, ſolum coram Magiſtro officiorum ſunt conueniendi, niſi pro tributis, & muneribus ſuſcipiendis, & delictis commiſſis: pro quib. poſſunt coram iudicibus locorum conueniri: habent etiam priuilegium circa minores ſportulas, ſecundum modum hic deſcriptum ſoluendas, ac etiam circa fideiuſſorem iudicio ſibi præſtandum, vt vnum ex coniunctis, vel de ſuo numero præſtare poſſint.

Imper. Zeno A. 16 †

LEX IIII.

ANte omnia nullius penitus alterius iudicis minoris, vel maioris ſacro miniſterio noſtro deputatos (quorum officia ſigillatim breuis k ſubter annexus continet) niſi a tuæ duntaxat Magnitudinis ſententijs conueniri, l vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulſantium, niſi in tuæ tantummodò Amplitudinis examine præbeant aliquando reſponſum. Sed ne in hoc ipſo iudicio enormib. moleſtenē diſpendijs, vel ex nudis conueniantur, facilè iudicis cuiuſcumque mandatis, ipſis quoque ſportulis, & fideiuſſionibus modum conſtituimus obſeruandū: ante omnia decernentes, nequando ſine ſcriptura, m vel interpellatione depoſita, ac ſententia prorogata tuæ Magnitudinis, eademque non edita, n conueniri poſſe: 17 † conuentos verò non alium fideiuſſorem, niſi actuarium, o

f IN officio. Meritò] ſic ſup. de agen. in re. l. 1. & infra de tyronibus, l. fi. item facit ſup. ad legem Iul de ambi. l. 1. & infra, titu 1. l. 1.

g SI quis cælitus] id eſt, diuinitus, vel à Principe.

h Vltimus] tertia forma erat maior alijs, vt innuit, & patet ī titu 2. l ſcrinijs, vbi pauciores ſemper ponuntur in tertia forma.

i II, qui. Examine] facit ſupra eo. l. fi & ſup de agen in re. l. fin.

k ANte omnia. Breuis.] hunc breuem, non habes.

l Conueniri] ſubaudi, iubemus, vt nulli pulſantium, &c. qđ eſt infra.

m Scriptura.] ſic ſup de digni l quoties, & inf de proxi ſac ſcri. l. in ſacris, & quod ſubijcit, vel, pro, etiam.

n Non edita.] in ſcriptis.

o Actuarium] ſupra de proxi ſac ſcri. l. in ſacris, §. fidei.

Conuen-

* Adde Felin in c. inter cæteras. num. 4. de reſcr.

12 † Gradus.

13 † Supernumerarij.

14 † D pr. Id. Ian. C. P. Honorio, 11. & Theod. 10. AA Coſs.

15 † Imper. Leo A Io. Magiſ officiorum.

16 † Impp. Leo. & Anthemi' AA Mariano C. & Magi off.

17 † poſſint.

vel vnum ex primatib. ſuæ ſcholæ executoribus, pro reſponſione ſuæ perſonæ ſine ſcripto pręſtare, ſiue p ſeipſos, ſiue per procuratorē da tū in iudicio reſpōſuri ſunt, ſiue in cauſis ciuilibus appetantur, ſiue in criminalibus accuſentur: nec vltra cōuentionis [a] nomine ſportularū, q̃ vnum aureum executoribus vſq; ad finem litis præſtent, quemcumque cōtigerit conueniri. Inducendorū [b] ſanè nomine, & cognitionū exercendarū, pręſtandæq;[1]† perſonæ gratia, ex ſimplici [c] poſtulatione contra eos habita, ſiue ex appellatiōe ſubſecuta, vel alio quolibet modo [d] in iudicio deponatur, tribus tm̄ modo ſolidis vſq; ad terminum negotij eos, qui accepturi ſunt, præcipimus ſemper eſſe contētos: in cognitionalibus [2] † verò geſtis edendis, duos tantum modò præſtari [e] ſolidos.

Hæc aūt priuilegia non in eorum tm̄ modò, ſed in matrū [f] quoque, & vxorum [g] perſonis valere, & ad integrū permanere: filijs [h] quoque, & maritis eiuſdē fideiuſſionis noīe, ſi neceſſitas i terpellationis exegerit, tradi, nec alios vades [i] exigi; ipſoſque [k] dum militant, & poſt emenſam [l] militiam, cū ijs, qui ex tpe prioris præſtitæ ſibi pragmaticæ ſanctionis eiuſdem militiæ ſtipēdia impleſſe noſcuntur, omnib. priuilegijs perfrui, (cunctis nihilominus capitulis, ſacris affatib. diuæ recordationis Martiani, quos ſe meruiſſe aſſerunt, valituris excepto hoc, q in diuerſis iudicijs tunc reſpōdere pcepti ſunt) hac ſanctione decernimus: aduocato quoque fiſci, exceptoribus ēt, [3]† qui apud arbitros hoc vtuntur officio, ab exordio incipiendo, vſq; ad terminum, finemq; negotij tertiā dūtaxat ſolidi partem prębituros. In huiuſmodi autem arbitrorum geſtis edendis non vltra præſtare, quam dimidiā ſolidi partē & cum per Prouincias cōſtitutus, [4]† fideiuſſoribus conuentus caruerit [5] † adiuratoriæ [6]† tantummodò cautioni [m] committi: nec vllo tempore, niſi ex tuę dūtaxat Magnitudinis ſententia cōueniri, exceptis tributarijs, & munerū functionib. & criminibus, quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta [n] conſtituunt: præſenti ſanctione decernimus, viro clariſſimo adiutore Sublimitatis tuæ in ſpeculis [o] conſtituto, ne q d ex ijs, qui ſtatuimus, aliqua ſubreptione violetur.

TITVLVS XXVII.

De Decanis. [p] *

Quatuor ex decanis, qui primum locum in ordine tenuerunt per biennium, ad Primiceriatus officium aſſumuntur, & alij in locū eorum debent ſubrogari tranſacto biennio. Bart.

Imppp. Theod. Valen. & Arcad. AAA. [7] †

LEX PRIMA.

QVatuor, [8]† qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerint: [9]† biennij ſpatio Primiceriatus [q] gerant [10] † officium: neque vlterius cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia, & ambitione ceſſante, poſt duorū annorum curricula ſuccedant prioribus ſubſequentes. [11] †

Decani adhærentes famulatoribus Principis, coram illuſtri Magiſtro officiorum ſunt conuenienti. Bartolus.

Impp. Theo. & Valent. AA. [12] †

LEX II.

NOſtræ pietatis famulationibus adhærētes decanos non oportet pro deſiderio pulſantium ad alia pertrahi [13] † iudicia: ſed viri illuſtris tantum Magiſtri officiorum obſeruare examen. Hoc namque modo neque manſuetudinis noſtræ obſequia decipiuntur, & agentib. aduerſus eos iure adhibetur reſponſum: [r] ad exemplū itaq; deuotiſſimorum ſcholarium, [ſ] nulli licere memoratos ad aliud iudicium trahere, & pulſatos [t] priorum fidei ſcholæ permitti, pcipimus.

TITVLVS XXVIII.

De Menſoribus. [u] *

Imper. Zeno. [14] †

LEX VNICA.

PRimicerius [x] menſorum, biennio expleto, agentis in rebus militis militiam ſortiatur. [15] †

a *Conuentionis.*] ſcilicet ſportulis, quæ dantur à conuentis.
b *Inducendorum.*] id eſt, executorum, qui inducunt partem in iudicio quandoq; eſt opus.
c *Simplici.*] in cauſa principali.
d *Alio modo.*] putà extraordinariè.
e *Præſtari ſolidos.*] ſ. exceptoribus.
f *Matrum.*] tranſit ad ſuperiores per priuilegium, quod dic, vt not. ſupra de proxi. ſac. ſcrin. l. in ſacris, circa principiū.
g *Vxorum*] ſic ſuprà de dignit. l. mulieres.
h *Filij.*] ſic ſupra qui ſatiſdare cog. l. ſecunda §. ſecundo, & ſupra de prox. ſac. ſcrin. l. in ſacris, §. vt ita.
i *Vades.*] id eſt fideiuſſores, inde vadiū, vel vadimonium, id eſt pignus.
K *Ipſoſq;*] ſcilicet deputatos noſtro miniſterio.
l *Emenſam.*] id eſt, finitam ſic ſup. de ſilen. l. fin. in fi.
m *Tantummodo cautioni.*] ſic ſupra de aſſeſ. l. prima, §. ſuper. & in authen. vt nulli iudic. §. neceſſariū. colum 9. & ſupra de proxi. ſac. ſacri. l. in ſacris. §. vt ita, &c. cum ſuis concordantijs.
n *Legum præcepta.*] vt ſupra vbi de crimin. agi oportet l. prima, & in authen. qua in prou. & infra, vt omnes tam ciui. quam mili. l. prima. in princip. & infra de priuileg ſcholar. l. ſecunda. Accur.
o *In ſpeculis*] ſic ſupra de priu. cat. l. prima. & fac. ad l. ſupra de ag. ī in re l. ex eo, & l. fi. & ſup de Co. conſi. l. ſecunda, & inf de priuileg. ſchola. l. quoties. Accurſius.

p DE DECANIS.

Decanus, i. decem virorum ſocietas, ſecundum H. vel qui præ eſt decem. vnde decaniſſa, id eſt vxor decani. & dic, vt ſupra tan primo in rubr.

q QVatuor. *Primiceriatus*] fac. infra, tit. 1. l. 1. & ſup. tit. 1. l. 1.
r NOſtra. *Reſponſum.*] ſic ſupra, tit. 1. l. fin. & de præpo. ſac. cu. l. 3. & de ſilen. l. pe. & de agen. in re l. ex eo. & l. fin.
ſ *Scholarum.*] vt infra, tit. 3 l. 2.
t *Pulſatos.*] vt ſupra, tit. 1. l. fi.

u DE MENS. &c.

Columnarum, vel lignorum, vel hominum, a metior metiris, ſecundum H. & dic, vt in rub ſup. de caſtren. vel dic. menſores frumentarios, vt ff. de in imm. l. fi. vel illos, qui metiebantur hoſpitia militum, vt infra de metatis. l. prima, vel etiam hæc omnia officia habebant.

x PRimicerius.] facit ſupra, titu. primo, l. 1.

1† *Haud.*
2† *Cognitionibus.*
3† *&.*
4† *Conſtitutus fideiuſſore, vel cōſtitutis.*
5† *Caruerit.*
6† *Adiuratoriæ.*
* *Decani dicebantur, qui decem militib. præerant, qui nunc capita cōtubernij vocantur. Alci. bie.*
7† *Impp. Ho. & Th. AA. Helioni Cō & Mag. offic.*
8† *Ex C. Th. 6. 33. 1*
9† *Peruenerit.*
10† *gerat.*
Hæreditas fratris quæſita militanti in caſtris, in caſtrenſi peculio numeratur. Bart.

Imp. Gordianus A. LEX IIII.

CVm allegas, te à fratre tuo, eodemq; cõmilitone in eiſdem l caſtris inſtitutũ hr̃dem, ſucceſsionẽ eius potius in caſtrẽſi peculio tuo, q̃ patri tuo, cuius in poteſtate es, per te quęſitã videri, rationis eſt. Etenim peregrinationis laborẽ 10† ſociatũ cõmilitii eius, & obeundorũ munerum conſortium, affectioni fraternæ nõnihil m addidiſſe, quinimmo uice mutua chariores inuicem ſibi eos reddidiſſe, credendum eſt.

10† Aliàs, labor ſociatus commilitonis eius, et infra credendus.

l. dotem. §. finali.
m *Nonnihil.*] id eſt non parum. Et no. ꝙ conſuetudo auget affectione parentelæ ut ff.eod. l.penult.in princ.

Intel-

a INtelligis. Quæſitam.] vt ff co.l. 1. & 2. & ad legem Falci.l. filiusfamilias & ſupra, de bo. quæ lib.l 3. Sed hodie cõtra: vt in Authen.de hære. ab inteſta. §. 2. coll 9.

b IVs caſtrenſis. Adiutrice noſtræ.] vel adiutrice noſtræ. Sed videi contra ſupra de teſtam mili l. pen. Sol. hic ſcriniarius erat miles: ibi non: vel hic in ruſtico: ibi non, vt in eo. tit. l fi. & ff de bono. poſ ex teſt mil. l. 1. Vel hic habet ius caſtrenſe: non tñ dicit, quod iure militari teſtetur, & facit inf. de appari. Magiſt. mili. l. 2.

1 † Impp. Theo. & Valen. AA. Zoilo PP.

c DE EROGAtione, &c.

* Alciat. hoc.

Ideſt, quid, & vnde habeant milites ſtipendia.

d REpetita.] q̃a fuerat primo conſuetudo, ſed deſijt; deinde redijt.

2 † Et Iuban. Caſ. Hop:dio.

e Buccellatum.] i. bucellas panis aliquas, ſiue aliquot, ſicut habent fratres, vel ſm P. dic, vt inf. tit. 1. l 2. aliàs aliter ponit bucellarius, ſup. ad leg. Iul. de vi pub. l. oib.

f Panem.] integrum.

g In duabus.] aliàs biduo, & aliàs duobus diebus.

* Tenorem huius l. refert gl. in c. quanto, ſuper ver. pragmaneri circa med. extr de cen ſibus.

h Acetum.] cum lactucis agreſtib. immo ad bibendũ: quia etiã de vino dicit, & ſic faciũt Florentini, qui acetũ in exercitu portant, & faciunt hoc, vt Reſp. non grauet, arg. infra eo. l. iubemus. Item vt aſſueſcant ad malum, vt ff de mi. teſt. l 1. Item quia non fiunt ebrij, ſicut ſi quotidie vinum, & carnes haberent: ſed an de ſuo hoc poſſent facere? Forte ſic: & facit infra de ſal. hoſ. non p̃ſtan. l. 1. & ſupra de iu. trib. Conſtan. l. 1.

3 † Imp. Iouianus A. Secũdo PP.

i Lardum.] ad condimentum.

4 † Impp. Valent. & Valẽs AA. ad Viſtorẽ Mag. militum

k VIceſimo. Lapide.] i. miliario, vt inſtitu. de exc. tu §. quod autem, & eſt ratio ſm Plat. vt facilius de proximo

5 † Veteranorũ al. veteranorum

6 † ſuper his formes.

Impp. Dioclet. & Maximianus AA.

LEX V.

INtelligis filio, qui militauit, defuncto, peculium eius penes patrem remanſiſſe, non hæreditatem patri quæſitam.[a]

Milites ſcriniarii, & exceptores, & cæteri militantes habent caſtrenſe peculium. Bart.

Imper. Conſtantinus A.[1] †

LEX VI.

IVs caſtrenſis peculij tam ſcriniarios, quam exceptores, cæteroſque, qui in officio tui culminis merẽdi licentiam habere noſcũtur, ac ſi in legione * prima adiutrice noſtræ[b] Reipub. militent, inuiolatum habere præcipimus.

TITVLVS XXXVIII.

De erogatione militaris annonæ.[c]

Imper. Conſtantinus A.[2] †

LEX PRIMA.

REpetita[d] * conſuetudo monſtrauit expeditionis tẽpore buccellatum,[e] ac panem,[f] vinum quoque, atque acetũ, ſed & lardum, carnem etiam veruecinam milites noſtros ita ſolere percipere, in duabus[g] diebus buccellatum, in tertio die panem, vno die vinum, alio die acetum,[h] vno die lardum,[i] biduo carnem veruecinam.

Imperat. Valent. & Valens A.[3] †

LEX II.

VIceſimo nõ amplius lapide[k] milites ſibi iubemus paleas conuectare.[l]

Milites, vt aliquid in cœna habeant; à prouincialibus nihil poſſunt accipere. Bart.

Ijdem AA. & Gratian. A.[4] †

LEX III.

COenaticorum[m] ſ[5] † nomine milites, & eorum ſuperinſtantes[n] [6] † nihil penitus à prouincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites, q̃ oportet eos commoda ſua, quæ in annonarũ perceptione adipiſcuntur, accipientes extrinſecus detrimentis prouinciales non afficere.

Annonaria ſpecies prouinciales tribuendæ, ſunt militibus exiſtentibus in caſtris vicinioribus, & milites conſtituti in caſtris veteranis duas partes tantũ annonæ ibidem retinere debent, tertiam verò partem extrahere. Bart.

Imppp. Valens,[7] † Grat. & Valent, AAA. PP.

LEX IIII.

SIcut fieri per omnes limites[o] ſalubri proſpectione præcipimus, ſpecies annonarias viciniorĭbus limitibus à prouincialibus ordinabis[p] [8] † ad caſtra conferri, ſed in veteranis[q] caſtris cõſtituti milites duas alimoniarum partes ibidem[9] † de cõditis[r] ſumant: nec amplius, quàm tertiam partẽ ipſi vehere cogantur.

Conſtituti ad deferendum, ſeu deſcribendum militares annonas, ſi intra triginta dies annonam receptam, & militib. aſſignatam non oſtenderint per publicum inſtrumentum, tam Reipublicæ, quàm militibus de ſuo inferre cogẽtur. Bart.

poſſint vocari, & vt paleas in area dimittant. & fac. infra eod. l. prouincialium.

l Conuectare.] aliàs, conuelare.

m COenaticorum.] vt aliqd fortè in cœna habeant.

n Superinſtantes] puta fortè p̃curatores, qui inſtabant annonas colligere, & accipere ſm Alb. ſed Bononiæ dicuntur, qui præſunt capitis Mutinenſib & facit inf. de ſalgamo. l. 1. & de metatis l. deuotum, & l. ſeq. & infra. eo. l. ſeptem.

o SIcut limites.] aliàs, limites, & aliàs milites ad quod ſupra de ann. & trib. l. pro locis, cum ſuis concor.

7 † Idem. AA ad Auxoniũ, PP.

p Ordinabis.] loquitur Præfecto prato.

q In veteranis.] i. antiquis, vbi horrea publica, & annonæ publicæ ſunt repoſitæ: ſed ſupra proxi. caſu vel non erat caſtrũ, vel erat ſine annona.

r Conditis.] i. de annona publica, ibi repoſita, ad quod ſup. de condit. in publicis horreis per totũ. Accurſius.

8 † Ordinarĭu.

9 † Idem.

ſ ACtuarij. Pictacia.] ſcriptuas breues ſecundum Hugo. quæ continẽt, quantum ex publicis conditis receperant, vt militib. darẽt: ſed ad diſtribuẽdũ aliud tempus datur, quod dic. vt inf. eod. l per hanc. §. hoc videlicet.

t Addicantur.] i cogantur.

Fortiſ-

Imppp. Grat.[10] † Valent. & Theod. AAA.

10 † Idem, al. Imppp. Valent. & Grat. ad Probũ PP.

LEX V.

ACtuarij, niſi expleto triginta dierum ſpatio, pictacia[ſ] * authentica confeſtim tradiderint, ſpecies, quas ex fiſcalibus conditis[11] † diſſimulauerint excludere, vel numero cuius ratiocinia pertractant, ſuperſederint erogare de proprijs facultatibus, vel militibus ipſis, vel fiſcalibus horreis addicantur[t] inferre.

* Vid Budæ, l. 1. D de offic. Quæſt.

11 † Creditis. Honor. nolentes fertur.

Militibus præſtanda eſt annona ſingulis diebus, & ante lapſum anni, & ſi eam noluerint recipere, fiſci commodis applicatur. Bart.

a F*Ortiſſimi Capita*] ideſt, quod pro cuiuſlibet militis per ſona præſtabatur. Et not. hic honorem in recipere nolentem, ſic ff. de act. emp. l. ratio. §. ſi per venditorem.

b N*Vlli. Delegantur.*] hodie non delegantur, vt j. eo. l. annonas, quæ eſt contra.

c *Expetit.*] puta pretium. Et not. contra Alb. Gal. in eo, quod ſic faciebat contra ruſticos. Item facit ſup. de cond. inſer. l. ſi. & ff. de ſta. lib. l. 3. §. Stichus. Accur.

d P*Rouincialium. Comites.*] No. illuſtres comites, argum. contra. ſup. de Comit. qui Pro. re. l. prima.

e *Peruenire*] ſ. in notitiam.

f *Iuxta legem*] i. à vi ceſimo lapide, & nõ amplius, vt ſup. eodem, l. ſecunda. vel ad caſtra tantum, vt ſupra eod. l. ſicut, aliàs, vbi illæ ſunt, valent.

g E*Xcellentia tua*] loquitur præfecto prætorio.

h *Per ſuſceptores.*] ſ. qui ſuſcipiebãt à prouincialibus, & dabãt militibus.

i *Opinatores.*] i. exactores, vt inf. eo. l. opinatoribus.

k *Datorum.*] ſunt enim dandi nobis, vt inf. eod. l. vlt.

l *Indictionis principiũ.* vt in Auth. de colla. in princip. colla. 9. & infra eodem, l. opinatoribus, & ſupra de apo. l. 1.

m I*Vbemus. Vino.*] Nota, Vinum annonam dici. Accurſius.

n O*Pinatoribus Cõmercium*] vt & ſupra, de ſuſce. l. prima. & ſecunda, & ſupra de offic. Re. prouin. l. nullum. Item facit ſup. de exacto. trib. l. miſſi. & infra, de exec. & exac. l. fi. ne Accur.

o S*Eptem diebus.*] ſta beas inſtantes, quod eſt infra alias dierum: & dic ſpecies ſeptem dierum, &c. ſed ſuperfluit reſiſtentes, & dicas, quod pro minori pretio, quam alijs dabatur,

1 † Sibi.
2 † &.
3 † Valẽ. & Val. AA.
4 † Aliàs, militum.
* Pro ſententia huius l. vide Iaſo. ad l. Præter. in §. ſi aliquando, num. 3 poſt medi. ff. de opeo no nun.
5 † Per.
6 † Hilario PP.
7 † Sen.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA.

LEX VI.

FOrtiſſimi, ac deuotiſſimi milites annonas, & capita [a] ſingulis diebus, aut certè competenti tempore, ideſt, priuſquam annus elabatur, de horreis cõſequantur: aut ſi perceptionẽ ſuã, ac ſi [1] † debitam ſtudio voluerint protelare, id [2] † quod competenti tempore minimè perceperint, fiſci noſtri commodis vindicetur.

Qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico tempore cariſtiæ pretium ipſius, aut annonam non petet. Bart.

Imppp. Theodoſius, [3] † Arcad. & Honorius AAA.

LEX VII.

NVlli militarium [4] † pro ijs annonis, * quæ in prouincijs delegantur, [b] repudiata ad tempus ſpecierũ copia, & inopiæ occaſione captata, pretia liceat poſtulare; ita, vt ſi quis propter [5] † anni abundantiam ſuſcipere oblata neglexerit, ac poſteà impoſitis præ neceſſitate rerum pretijs, repudiata taxa uerit: neque id, quod contra hanc legem expetit, [c] ſinatur exigere: neque id, quod accipere diſſimulauerit, conſequatur.

Fœnum militibus, & Vexilliferis opportunum, ac etiam ſcholarum tribunis, & Comitibus illuſtribus ad domum eorũ habitationis apportatur. Bart.

Impp. Arca. & Honorius AA. [6] †

LEX VIII.

PRouincialium commodis nos conuenit ſubuenire. Ad omnium itaque, numerorum, ſiue vexillationũ aut etiam ſcholarum tribunos, vel viros illuſtres Comites [d] Sublimitas tua faciat peruenire, [e] vt meminerint fœnum [7] † militibus iuſtis apicibus præſtandum, iuxta legem [f] Diui Valentiniani, nec tamen [8] † ad oppidum deferendum.

Omnis erogatio annonæ reo per ſuſceptores facta, in ſcriptis eſt redigenda, & etiam quantitas ipſius annonæ ſuſceptæ, quam debent principi declarare, & ſi quid vltra acceperint, quam ſcripſerint, in duplum tenẽtur. Barto.

Ijdem AA. PP.

LEX IX.

EXcellentia tua [g] erogationis per ſuſceptores [h] factæ modum quantitate breuium * conferri perficiat: ita vt quo die numeris datũ ſit, diligentius exploretur; ac ſi quid amplius actuarios, vel opinatores [i] [9] † accepiſſe conſtiterit, quàm breuium datorum [k] ſcrinijs noſtris, veritas continet: memorati in duplum reddere cõpellãtur: ſuſceptoribus ea ſumma imputanda, quam ſemel flagitantibus eoſdem erogaſſe mõſtrauerint. nam ad illuſtres quoque viros Magiſtros vtriuſque militiæ ſacri apices cucurrerunt, [10] † quibus prouida ſanctione decreuimus, [11] † vt breues ante indictionis [l] principium ſumma fide, ac veritate confecti ad noſtrã ſcrinia dirigantur, ſecundum quos à ſuſceptorib. erogatio celebretur.

Poſt Calendas Nouembris militib. vinum nouum non vetus tribuitur. Bart.

Ijdem AA. [12] †

LEX X.

IVbemus per omnes Prouinciás cunctis numeris, ac militibus à Nouembri menſe de nouello vino [m] annonam dari: quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio.

Exactor militaris annonæ cum prouincialibus nullum debet habere commercium, ad hoc, vt communem ſummam intra annum poſſit conferre. Bart.

Ijdem AA. [13] † LEX XI.

OPinatoribus, [14] † ideſt, exactoribus militaris annonæ nullum ſit cum prouincialibus commercium: [n] ita vt à Ducibus, vel officio prouincialis omnis ſumma debiti poſtuletur, intra anni ſpatium conferenda.

Septem diebus fori militibus non venduntur res pretio viliori. Bart.

Ijdem AA. [15] †

LEX XII.

SEptem diebus, [o] per quos Tribuni prætoriani emolumenti gratia ſolenniter ſtellaturæ [p] * nomine ſpecies conſequuntur, ſpecies reſiſtentes non aliter adærentur, [q] niſi vt in foro rerum venalium diſtrahuntur.

Miles impediens exactionem annonæ, vel conſuetam erogationem, pœna hic inſerta punitur. Bar.

his, vt puta plauſtrum lignorum nomine. Accurſius.

p *Stellatura.*] quod remouet. Et nota foro venalium: ſic inf. de cohorta. l. ſpeciebus, & ad legem Aquiliam, l. ſi ſeruum.

q *Adærentur.*] ideſt, in ærarium deferantur, per hoc, quod dantur prædictis; aliàs adhibentur, aliàs aduehentur.

Lege

8 † Non.
* Buda. ibi ſupra.
9 † Opinatores.
10 † Cucurrunt.
11 † Decreuimus.
12 † Eutychiano P.P.
13 † Et Th. A. Anthemio PP.
14 † Opinatoribus.
15 † Et Th. A. Anthemio PP.
* Stellaturam interpretatur hic & in ti. prox. Alc. eſſe priuilegium quoddã monetã, quo in liors pretio annonã conſequuntur: quale quid eſt alijs reſſera frumentaria.

Ijdem AA.[1]†

LEX XIII.

Lege repetita cenſemus, vt ſi quis militum interclusam ſpecierum exactionẽ refricare tentauerit,[a] vel ad ærationes 2† ſtatutas auſus fuerit immutare, tam vir ſpectabilis dux,[b] centum librarum auri, quam eius etiam officium pari condemnationis ſumma quatiatur,[3]† adiecta ſacrilegij pęna, quæ diualium ſcitorum violatores palam inſequitur.

Exactor militaris annonæ ſcholari ad numerum cogendum deputato, vnũ ſolidũ præſtabit: deputato verò ad onus pſtandi equis annonam, ſalariũ debitũ dabit vna cũ annona ẽt ſuis hæredibus ipſo defuncto. Bart.

Impp. Hon. & Theo. AA. 4†

LEX XIIII.

Is ſcholaribus quib. laborũ intuitu regendos numeros dedimus, de ærarijs annonis ſingulos ſolidos per opinatores,[c] 5† caballationis quoq; rõnem pro administrato tpe debitã, qñ militib. erogat, ſine mora pberi oportet: vel ſi qs eorũ antequam accipiat in fata conceſſerit, qđ ex vtraq; cã ei debebat, hæredibus [d] eius reſtitui.

Annonæ debita in publico vniuerſis officijs, & ſacri palatij miniſterijs ſacriſque ſcrinijs, & cæteris adminiculis dignitatum pberi eis debent in pretio taxato. B.

Imp. Leo A. 6†

LEX XV.

Annonas omnes, q̃ vniuerſis officijs, atq; ſacris palatii miniſterijs, & ſacris ſcrinijs, cæteriſq; cũctarum adminiculis dignitatũ aſſolent delegari, quaſq; ij, qui ad earum exactionem mittũtur pro cupiditate, & libidine ſua grauiter ex prouincialium viſceribus eruebant, ad ſimilitudinem militum, quibus ærariæ [e] prębentur annonæ, adhærere 7† præcipimus, vt omnibus ſupra dignitatis, emolumenta debita in pretijs diſpoſitio tui [f] culminis pro publica vtilitate taxatis præcipiat erogari.

Erogator iurare debet, ſe officium legaliter, & ſecundum iuſtitiam peracturum, & ſua manu numerare debet militibus annonam eis debitam. Bart.

Imp. Anaſtaſius A. Magiſtro equitum.

LEX XVI.

Ivbemus per hanc diuinam diſpoſitioné eos, quibus ex officio tuæ Sublimitatis [g] militarium meritorium, ſeu cuiuslibet præſtationis cõmittitur erogatio, in primis iurare * pro iuſtitiæ [h] rõne iniunctam ſibi ſolicitudinem peracturos, & ſm præſentem ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis obſeruationem ſolatium (ſicut dictum eſt) publicum erogator manu ſua, ſine vllo dolo, & fraude ſingulis militib. enumeret: quatenus vnuſquiſque miles accepto per ſuam manum ſolatio, ipſe cum actuario de negotiatione [i] actuarijs permiſſa ſecundum rationem agat iuſtitiæ: hoc videlicet obſeruando, vt pro ſingulis ſolidis actuario, ſiue ſtatim, ſiue poſt vnum, duoſve, ſeu amplius annos reſtitutum fuerit debitum,[k] minus quidem vno tremiſſe, * pro temporis ſcilicet breuitate paciſci liceat: amplius autem, quam vnum tremiſſem nullus actuarius pro quoquo tempore, ſeu annorum ſpatio paciſci penitus pmittatur, nec vlla poſſit actuarius machinatione pro temporis prolixitate vnius quantitatem tremiſſis excedere.

Si tempore erogationis ſtipendiorum oriatur quæſtio inter militem præſentem, & actuarium de lucro ex pactione actuarij debito: pecunia deponitur apud principes militum, donec per eos principes propoſitis eis ſacroſanctis euangelijs cauſa interim fuerit terminata. Si verò erogationis tempore miles fuerit abſens ex legitimo commeatu intra taxatum numerum, ſequeſtratur pecunia in inſtrumento contenta apud dictos principes, donec poſt reuerſionem militis fuerit cauſa determinata inter militem, & actuarium per ipſos principes. Bart.

¶Si qua tamen inter actuarium, & militem ſuper pactione, uel negotiatione tempore erogationis emerſerit dubitatio: iubemus eidem militi dandas pecunias ab erogatore principis 8† dari, & ſecundum hactenus obſeruatam 9† conſuetudinem [l] eaſdem pecunias, vel ab erogatore principis, uel ab actuario retineri: [m] 10 † quatenus cauſa apud deuotiſſima principia, propoſitis [n] ſacroſanctis ſcripturis inter actuarium, & militem tractetur: vt ex omni parte miles nullum damnum ſub quacũque occaſione (præterquam id, quod eum ex iuſta, & permiſſa actuarijs negotiatione [o] debere conſtiterit) patiatur.

a Lege tentauerit.] impediẽdo exactores exigere, qđ debet ſolui.
b Dux.] ſi ipſe hoc fecerit, vel eius officialis. Vel dic, niſi punierit facientem. & ſecundum hoc facit in auth. de depo. & denun §. 1.
c Iis ſcholaribus. Per opinatores.] & expone, ut ſup.
d Hæredibus.] facit ſ. e. l. per hanc in fi. & ſup. de aduoc. diuer. iud. l. poſt duos. § 1. & de prox. ſac. l. ſi quis. & de domeſti l. fi. & ſup. de an. ciu. l. 1. & inf. de primipi. l. j.
e Annonas Ærariæ.] i. ad ærariũ pertinere, & de ærario ſolui. vr̃ ergo ↄtrariũ ſ. e. l. nulli. dic, vt ibi. Vel hic non phibet accipi ſpẽs, ſed debet accipere à fiſco taxato pretio quod ibi nolebant facere milites, ſed tantum pretium.
f Tui culminis.] præfecto prętorio loquitur. Accur.
g Ivbemus per hanc. Sublimitatis] loquit Mag. militum.
h Pro iuſtitia.] ſic ſ. de iud. l. rem nõ nouam. in prin. & § patroni. & in Auth. vt ij, q obli. § 2. co. 6.
i De negotiatione] nã aliquid paciſcebatur ſibi reſtitui actuarius, vt ſubijcit.
k Debitum. vr̃, ꝙ mutuabat militibus, & dicit tremis, ſm H. i. tertiã fortè ſolidi ad plus, ſed plerũq; minus, vel à triente, ſic inf. de mi. veſte. l. 3. Accur.
l Conſuetudinem] ſic inf. de diuer. offic.
m Retinere] vñr ex eo retineri, ꝙ nõ datur militi, ſicut mulier vr̃ ſtare in primo mr̃imonio eo, ꝙ nõ nubit ſcđo, vt in Auth. de nu. §. ſoluto col. 4. nam ſtat apud ſuperiorẽ in ſequeſtro, vt dicit;
n Propoſitis.] nõ tactis. ſic ſ. de epiſc. & cler. auth. ſed & iudex. & de iud. l. rem non nouam.
o Negotiatione.] ſcilicet decreuiſſe.

Conſti-

1† Impp. Hon. & Th. AA. Anthemio PP.
2† erogationes.
3† quatiantur.
4† Conſtantio Magiſtro militũ.
5† opinatores.
6† Idem AA Aſclepiodoto PP.
7† adæran.

* lege Solonis apud Æſchi. cantum eſt, vt iudices iurent, ſe ſecundum leges iudicaturos P. Prætemus ad eaſdem leges.
* Tremiſſis, nũmus erat, qui tertia aurei parte valebat, quem poſteriorum Cæſarũ tẽpore ſiliquis pependiſſe conſtat. Prat. li. 19. de ver. ſig.
8† principibus.
9† obtinentem.
10† tenere.

¶Super ijs vero, quos datis fortè commeatib. eſſe contigerit, hoc volumus obſeruari, vt pecuniæ, quę erogandæ ſunt, vſque ad triginta milites, quos tantummodò datis commeatibus, dimitti ſacra conſtitutio [a] continet, apud deuotiſſima principia ſe queſtrentur; [b] illorum ſcilicet tantummodo militum, quorum intra triginta commeatales * viros conſtitutorum actuarius tempore erogationis pyctacia, [c] * vtpote habita ſuper pactione, ꝓtulerit, quatenus cum ijdem redierint milites, cā apud deuotiſſima principia ſecundũ præfatum modum tractata, vtriuſque partis indemnitati ſimiliter conſulatur.

Tribunus triginta militibus tantum poteſt dare licentiam commeandi, & ſi pluribus dederit, illi plures non habebunt ſtipendium, ſed erogator rationi publicæ reportabit: ipſe tamen Tribunus eis de ſuo proprio ſatisfaciet. B.

¶Non danda pro tempore Tribuno licentia triginta viris amplius ſub commeatus occaſione dimittere. Sin uero ſaluberrimam cōſtitutionē auferēdo, [1]† amplius, quam triginta viros datis commeatibus Tribunus dimittere auſus fuerit, pecunias quidem, quæ poſt præfatorum triginta virorum numerum per commeatus [2]† dimiſſis militib. erogandæ fuerant, publicæ rōnis [3]† erogator non dubitet reportandas. Sciat vero Tribunus pręter iam conſtitutas ſuper hmōi facinore interminationes, ſeſe de proprijs facultatibus ſingulis militibus, quib. vltra numerum triginta virorum ſub noīe commeatuū eos dimittendo, cauſa non conſequendi publica ſolatia dederit, quicquid ob iniquā dimiſſionem amiſerint ſoluturum. Nec prius idem Tribunus ab eo dē decedat [4]† numero, niſi oēs huiuſmodi milites, i. quos poſt permiſſam triginta virorum quantitatem, commeatus nomine dimiſerit, indemnes in hac parte, atque illæſos reddiderit.

¶ Hoc etiam [5]† adijciendo, vt ſub geſtorum teſtificatione tam decem ex deuotiſſimis [d] principijs, primates eorum videlicet, quam vnuſquiſque caput ſcholæ iuratus, deponat ſub præſentia ſua rē (ſicut ſuperius diſpoſitum eſt) fuiſſe ſubſecutam, & ſub obtutibus ſuis vnumquemq; militem ſolatium ſuum manu ſua ab erogatoris dextera ſuſcepiſſe: & huiuſmodi geſta, relatione à viro Clariſſimo Tribuno, vel deuotiſſimis principijs intra tres menſes mittenda, ex quo profectus [6]† fuerit, numerandos, ad noſtram referat pietatem. Hoc videlicet, ante omnia curando, vt pro tempore erogator, poſtquā datæ fuerint ex [7]† publico pecuniæ, intra duos vel tres menſes, ſeu quatuor, pro qualitate, ſ. ſpaciorum, commiſſam ſibi ſolicitudinē erogationis non dubitet faciendam, [8]† vel ſi vlterius apud ſe pecunias publicas, differendo erogationem, auſus fuerit retinere, ſciat, ſe modis oībus damnū, ꝙ ex negociatione [e] miles ſuſtinnerit, ex proprijs facultatib. militib. ſoluturum. Sciētibus ijs, ꝗ præfatæ diſpoſitionis obſeruantiā, ſiue in differenda vltra ſigillatim definitum tpis ſpatium erogatione, ſiue in qualibet alia parte fuerint egreſſis, non ſolum ſeſe militiæ cinguli amiſſionem, verum etiam facultatum quoque ſuarum publicationem pro tanto ſubituros flagitio, & inſuper erogationum quoq; ſolicitudinem ab officio tuæ Celſitudinis (ſi imperatoria fuerit violata diſpoſitio) ad alios transferendā. Si verò idem officium ſimul atq; [f] hmōi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notitiam noſtræ manſuetudinis, vel certè ad ſcientiam illuſtriſſimæ magiſteriæ referre curauerit [9]† poteſtatis, vt eiuſdē apparitionis [10]† periculo tale flagitium principales minimè poſſit aures latere: quatenus [11]† ex oī parte eodem delicto reuelato, ꝗcunq; ſaluberrimas noſtrę conſtōnis, vel pietatis ordinationes auſus fuerit violare, interminatas minimè poſſit pœnas euadere: ita vt ſingulis militib. qui non obſeruato in eorū perſona tenore dictæ diſpoſitionis, læſi fuerint, liceat ſacratiſſimū nr̄m per vnum forte, vel ēt binos milites pro oībus verba facturos, petere commeatum, & porrectis precibus, quod contra noſtram diſpoſitionem paſſi ſunt, approbare, eoq; facto, ſtatutis violator imperatoriæ diſpoſitionis ſuppliciis percellatur.

¶Illud præterea omnibus modis obſeruari decernimus, vt erogator omnes pecunias, q̄ mortuis militibus vſque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, ſecundum iam datam diualem diſpoſitionem vxoribus, vel liberis eorum non dubitet miniſtrandas. [g]

Milites deputati ad cuſtodiam alicuius perſona, vel loci annonam, de publico non percipiant: ſed à conſtituta perſona ſalarium habebunt de publico. Item milites nō debent ad cuſtodiam alicuius deputari, ſine principis licentia obtenta in ſcriptis. Bar.

Imperator Iuſtinianus A. [12]†

LEX XVII.

CVm ſæpe cōtingat, ꝑꝑ quaſdam maximas, & inexcuſabiles rōnes, [h] quibuſdā ad cuſtodiā, vel ob aliam hmōi cām [i] milites deputari, vel etiam iam deputatos eſſe, & non conuenīat hoc modo publicum aliquod damnum, ſeu diſpendium ſuſtinere; iubemus ſi qui fortiſſimi milites ex quocumque numero curiis,

a *Conſtitutio.*] ſ. iſta, vt ī. § proximo.
b *Sequeſtrentur.*] ſic ſ. de probi. ſequeſt. pec. l. 1. § Solu. hic ſpāle, vt & ſ. de agr. & cen. l. litibus.
c *Pyctacia.*] i. ſcripturam breuem ſecundum Hug.
d *Decem ex deuotiſſimis.*] not. decem teſtes neceſſarios, ſicut & aliàs 15. vt ſ. de proxi. ſacr. ſcri. l. vnicuique regulariter ī, ff. de teſt. l. vbi. Item not. ſub pn̄tia ſic, ff. de teſt. l teſtiū. & in Auth. de hær. & Falc. § hinc.
e *Negotiatione.*] qa fortè in ea eſt erogator.
f *Simul atque.*] id eſt, poſtquam.
g *Miniſtrandas*] facit ſup. eo. l. his ſcholaribus.
h *CVm ſæpe Rationes*] ꝑꝑ timorem forte galdanæ.
i *Cauſam*] ſ. fortè ꝑꝑ ductum perſonarum, vel rerum.
Ingeratur.]

* *commeatales, milites ſunt, qui in partem ſtipendij accipiunt alimenta, ex commeatu, i. ex alimento publico l. 2. in nomine C. de off. pf. prat. Afr.*
* *Pyctaciū erat tabella dealbata, in qua indiuiſū ſe lectorum nomina ſcribebantur, Lampr. in Alex.*

[1] † offendendo.
[2] † pro commeatu.
[3] † rationis.
[4] † diſcedat.
[5] † vero.
[6] † facta.
[7] † à.
[8] † facienda.
[9] † procurauerit.
[10] † apparitoru.
[11] † quia.
[12] † PP.

a *Ingeratur.*] pro ſti pendio puta, talium militum.
b *Agnoſcere.*] videtur, q; cuſtoditus à nuncio communis, debeat ſoluere nuncio, non communi, p l. iſtam, ſed certè imò ille, qui facit cuſtodiri, ut patet infra ibi, vel ſi ante latam, &c.
c *Imputando*] i. q; ſoliti erant antea de publico hic pro ſalario, hoc habeant, aût plus à publico, ſed ab eo, in cuius ſtant ſeruitio
d *Iuſſione*] ſic ff. de manda. Princ. l. 1.
e *Tua celſitudinis.*] loquitur Præfecto. Accur.

f DE EXCOCtione, & tranſlatione.

Expone vt patebit, inf. eod.

g OPinatores.] i. exactores mi litaris annonæ, vt ſ. tit. 1. l. opinatores. aliàs optiones.
h *Delegantur.*] vt ibi exigant, & militib dent, qui ibi ſunt p republica.
i *A nullis.*] i. non petant ab illis familijs excoctionẽ panis, quas conſuetudo excuſat. & ſic nota pro conſuetudine prouincialium, ſic ff. de off. procon. l. ob ſeruare. & l. ſi in aliquam, & ferias. & ſup de teſta l. teſtamenta. & ff. de aqua plu. arcen l. ſi prius. & de dec. l. nõ enim. §. vlt. & ſ. de expen. ludo. l. 1. & ſ. de diuer. offi. l. viros. ſed ab aliis omnibus, quos cõſuetudo nõ excuſat, efflagitent, vt in l. proxi.
k *Tua.*] magiſtro militum loquitur. Ac.
l IN *excoctione buccellati.*] i. panis azimi, q ideo buccellatus dr, quia facilè per buccellas. i. p parua, & minima fruſta diuiditur. P.
m *In tranſlatione.*] idest in deferẽdo ad milites, qui ibi prope in limitib. ſunt.
n *Nullius.*] niſi conſuetudo excuſet, vt ſ. l. prox. & ad idem ff. de mune. & hon.

1 † capitum. 2 † aliàs, deeſt rem. 3 † deeſt ſotime. 4 † pro ſua deſidia.

vel quibuſdam corporibus, vel ſacroſanctis eccleſijs, vel alijs perſonis pro cuſtodia, (ut dictum eſt) vel tali alia cauſa à noſtro nomine deputati ſunt, vel fuerint, ne per eorum tranſlationes, circa annonarũ, vel capit um [1] † eis præbendorum erogationem, publicis rationib. quædam læſio ingeratur, [a] eandem rem [2] † de proprio perſonam, ſeu etiam perſonas, cui, vel quibus deputati sũt, vel fuerint, hæc modis omnibus agnoſcere, [b] hoc tantummodo de publico pro iiſdem annonis, & capite p̃bendo, & imputando, [c] qđ in locis, ex quibus præfati milites perueniunt, ſeu peruenerint, imputabatur: vel ſi ante latã p̃ſtationem ſupradictæ perſonæ recuſauerint, eoſdem, milites non recedere de ſuis locis vel eos, qui receſſerint [3] † ſine quadã mora ad ea redire: hoc omnifariam cuſtodiendo, vel nemo deuotiſſimorum militũ cuicunq; perſonæ, ſeu corpori ſine ſpeciali noſtræ Serenitatis iuſſione [d] ſcriptis proferenda deputetur: officio tuę Celſitudinis, [e] ſi hanc noſtrę manſuetudinis formam, quoties ſuper militibus quibuſdam deputandis aliquid ſtatutum fuerit, geſtis inſinuare, & quid eos, quibus dati ſunt, prout nobis placuit, agnoſcere oporteat, itidẽ publicare minimè curauerit, tã diſpendium quodcunq; publicũ hac ex cauſa ſuſtinuerit, ei de proprio reſarcire, quam triginta librarum auri mulctã propter deſidiam [4] † ſuam, imò magis conniuentiam, dependere cogendo: Rectoribus nihilominus Prouinciarum, & apparitoribus eorum, ſi ſtatuta noſtra violauerint, ſeu violari conceſſerint, eiuſdem cõdemnationis ſolutione percellendis.

Deſiderantur hic duæ conſtitutiones Græcæ, ex prætermiſſis repetendæ.

TITVLVS XXXIX.

De excoctione, [5] † & tranſlatione militarium annonarum. [f] [6] †

Opinatores delegati, vt militibus annonam exigãt, & eis ſoluant, à prouincialibus non petant panis excoctionem, niſi ſit inter eos conſuetudo contraria.

Imp. Theodoſius [7] † A. Magiſtro militum.

LEX PRIMA.

OPinatores, [g] [8] † quibus ſpecies in diuerſis prouinciis delegantur, [h] contra omnem cõſuetudinem à nullis [i] conſiſtentib. famulis [9] † excoctionem panis efflagitent. Illuſtris igitur auctoritas tua [k] nouam vſurpationem congrua auctoritate repella: ut cũ opinatores [10] † in Prouincias delegantur, vetus conſuetudo ſeruetur.

Ab excoctione panis nulla domus etiam Principis excuſatur: & ſi procurator domini, cui panis coquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit, punitur ipſe, & dominus, ſi fuerit conſcius. Bart.

Idem A. & Valentinus A.

LEX II.

IN excoctione [l] buccellati, * quod deuotiſſimis militibus conuenit præparari, in tranſlatione [m] etiam anno, nullius, [n] excipiatur perſona, uidelicet vt nec noſtra quidem domus [o] ab ijs habeatur immunis. Et ſi quiſquam (quod nõ opinamur) implere, quæ ſunt præcepta, neglexerit, in procuratorem [p] eius ſeueriſſimè vindicetur: ita, ut ſi huiuſmodi contumaciæ dominum * conſcium eſſe conſtiterit, quadruplum id, quod pro eius capitatione poſcitur, poſthabita [q] * dilatione ſoluetur.

TITVLVS XL.

De militari veſte.

Canonem veſtium à Calendis Septembris, vſque ad Calen. Apr. Reſpublica ſoluet. hoc dicit Bartolus.

Imppp. Valent. Theod. & Arca. AAA. [11] †

LEX PRIMA.

OMnem canonem veſtrum [r] ex Calendis Septembris ad Calendas Aprilis [ſ] noſtris largitionibus tradi præcipimus: propoſita pęna Rectori Prouinciæ, vel eius officio condemnationis, quæ tuæ [t] iuſtitiæ videbitur.

l. 3. §. eo.
o *Domus.*] ſi, quam in ea prouincia habemus ad quod ſup. vt in emptione ſpeciерum, l. 1. & infra de cur. pub. l. nullus. & ſupra de priuil. do. Aug l. 4.
p *In procuratorem.*] cum dominus abeſt ad quod ſupra vnde vi. meminerint. & de ſal. mo. l. 1. §. acto re.
q *Poſthabita.* i. ſine dilatione.

DE MILITARI veſte.

r OMnem. Veſtium] militum, vt ex rubri. patet.
ſ *Aprilis.*] no. in Calendis Aprilis veſtiẽdum pro æſtate, ſed & tunc nauigium incipit, vt ſup. de nau. l. quoties, in ſi.
t *Tua.*] loquitur pręfecto prætorio. Accurſius.

5 † aliàs, exactione. 6 † Militaris annonarum. 7 † Arcadius. & Ho no. AA. Stilicont Con. & Mag. vtriuſq; militia. 8 † Optiones. 9 † Familys. 10 † Optiones.

* Buccellatum ſpecies eſt panis caſtrenſis, & frumenta-cei, quẽ vulgo biſcheotti dicimus Am. Mar. li. 18 Spar. in Peſcen.
* Cõc. cum hac l. e. 1 in gl ſuper verbo, procuratoris, exte. vt lit. non conſtet circa med. glo. ibi, & dol° pcuratoris.
* De hoc verbo, quid ſignificet, & qualiter exponatur, vide gl. ſuper verbo, habitaaenc. inter mena ſtratiũ. extr. de re iud.
11 † Impp. Valent. & Valẽs AA. Auxonio PP.

Proem-

Imppp. [1]† *Theo. Arcad. & Hon. AAA.*

LEX II.

PRouinciæ Thraciarũ [2]† per triginta[3]†iuga, ſeu capita conferant veſtẽ. Scythia, & Myſia[4]†in triginta[a] iugis; ſeu capitib. interim[5]† annua ſolutione dependant: per Aegyptum, & Orientis partes in[6]† triginta ternis [b] iugis; per Aſianam verò, & Ponticam diœceſim ad eũdem numerum in capitibus, ſeu iugis annuæ veſtis collatio dependatur; ita, vt per Orientem[7]† Prouinciæ in titulo auri cõparatitij, quod per iugationem reddit, compenſationis gratia perfruantur: exceptis Oſtroenatis, [8] & Oſdrohenia, & Iſauria; nam eas demum conſtat aurum comparatitium [c] minimè debere. [d]

Ad veſtem militis non præſtabuntur bini termiſſes ſed vnus ſolidus. Bart.

Impp. Arcad. & Honor. AA. [9]†

LEX III.

FOrtiſſimis militibus noſtris per Illyricum nõ binos tremiſſes [e] pro ſingulis chlamydibus, [f] ſed ſingulos [10]† ſolidos dari præcipimus.

Quinque partes pretij Veſtis militaris in pecunia debent dari fortiſſimis militibus; debilib. uerò ſexta pars in panno. Bart.

Impp. Honor. & Theod. AA. [11]†

LEX IIII.

MIlitaris adæratio[g] veſtis à collatorib. exigatur, ſacratiſſimis, videlicet largitionibus inferẽda: ita, vt quinque eius partes fortiſſimis militibus erroget ur in pretio, ſexta verò portio à gynæciarijs [h] clementiæ noſtræ abſque vlla, vel ipſorum, vel publica incommoditate pro eadem cõtextione ſuſcepta, minorib. [12]† gregariſque [i] militibus in ipſa, quam maximè eos conſiderare conſtiterit, ſpecie præbeatur.

TITVLVS XLI.

De metatis, [13]† & epidemeticis. [k]

Menſor deputatus ad hoſpitia mẽſuranda per epidemeticos, & militib. danda, ſeu aſſignãda, ſi in hoſpitis domo ſcripſerit nomen militis, cui ſit hoſpitium aſſignatum, & poſtea deleuerit, punitur pœna falſi. Bart.

Imppp. Theodorus, [14]† Arcad. & Honor. AAA. [15]†

LEX PRIMA.

SI quis [l] metatorum[m] noſtrorum manum, qua deputatas ſingulis q buſq; domus denotant, & poſtibus [n] hoſpitaturi [o] nomen adſcribunt, delere non dubitauerit, ad inſtar falſi [p] reus [16]† conſtituti huius auctoritate teneatur.

Impp. Arcad. & Hono. AA. [17]†

LEX II.

IN qualibet, vel nos ipſi vrbe fuerimus, vel i qua ij, qui nobis militant, cõmorentur, omnium tam metatorum, [q] quam etiam hoſpitũ iniquitate ſũmota, duas dominus ꝓpriæ domus, tertia hoſpiti deputata, eatenus intrepidus, ac ſecurus poſſideat portiones, vt in tres domus [18]† diuiſæ partes, primam eligendi dominus habeat facultatem, ſecundam hoſpes quam voluerit exequatur, tertia domino relinquenda. Plenum enim æquitate, atque iuſtitia eſt, vt q aut ſucceſſione fruitur, aut emptor, [19]† vel extructione gaudet, electam præcipuè iudicio ſuam partem teneat, & relictam: [r] Ergaſteria [ſ] verò, quæ mercimonijs deputantur, ad ꝑdictam diuiſionis iniuriam non vocentur, ſed quieta ſint, & libera, & ab omni hoſpitum iniuria defẽnſata, ſolis dominis, conductoribuſque deſeruiant. Sanè ſi ſtabulum (vt aſſolet) militari viro in tertia domus parte defuerit, ex ergaſterijs (niſi id dominus qualibet occaſione prouiderit) pro animalium numero, vel domus qualitate deputabitur.

¶Illuſtribus ſanè viris non tertiam partẽ domus, ſed dimidiam[20]† hoſpitalitatis gratia deputari decernimus: ea duntaxat conditione ob-

a PRouinciæ In triginta.] fortè pro ſingulis 30. iugis vnum aureum dabit aliquis. Item pro tot capitibus alium aureum, ad veſtes militum.

b *Ternis.*] i. triginta quatuor, ſecundum Hugo.

c *Comparatitium.*] i. qui comparabunt, ſi non habent.

d *Debere*] ſed in mercẽ forte dabunt ęquiualens.

e FOrtiſſimis. Tremiſſes.] ſcilicet, quia in trientes remittuntur. P. & de his fit mentiõ ſupra, de erog. mi. anno. l. per hanc, § hoc vide licet.

f *Chlamydibus*] fortè pro ſutura, vel fibulis: nam pro toto parum eſſet.

g MIlitaris adaratio.] ideſt, æris congregatio certo tempore, vt ſupra, eo. l. 1.

h *Agynaciarijs*] hoc expone, vt ſupra de murileg. in rub.

i *Gregarijs*] i. vilib. puta de plebeis natis ſicut grex eſt inferiorum pecorum, ſcilicet ouium; maiorum autem dicitur armentum ſecundum Hug. Not. ergo quod fortiſſimis quinq; dantur partes in pecunia inferiorib. datur ſexta in panno, quod volunt eligere.

k DE METAtis, & epidemeticis.

Metati dicuntur milites in terminis caſtrorum, qui caſtra vallo vndique circumdabant, vnde in Exo. Caſtrametati ſunt filij Iſrael. ſic ponitur ſupra de epiſco. & cleri. l. omnia. Sed epidemetici dicuntur, qui ſupra milites ſunt conſtituti, metantes. ſiuè demetientes militibus hoſpitia. ab epi. quod eſt ſupra, & metor, ideſt, metare, ideſt de ijs, qui ſupra milites demetiuntur, ideſt diuerſis diuerſa aſſignant hoſpitia.

l SI quis] videtur dicere, quod epidemetici, habebant ſub ſe menſores, qui quidẽ menſurabant hoſpitia accipientes tertiam, vt infra l. proxima. & in eminenti loco ſcribebant nomen eius, qui ibi debebat hoſpitari, quibus non licet delere, nec variare, poſtquam fecerint, quaſi ſuo officio functi: vt ff. de re iudicata. l. iudex, & ſupra de officijs Pro. Cæſa. l. fi.

m *Metatorum.*] dicti menſores, de quibus habes ſupra de menſoribus.

n *Poſtibus.*] ideſt, hoſtijs, ſic ff. de inſtito. l. ſed & ſi pupillus, § de quo.

o *Hoſpitaturi.*] ſ. militis. Accur.

p *Falſi.*] quia delèt verum, vt & ff de falſis. l. 1. §. qui in rationibus.

q IN qualibet. Metatorum.] expone, vt ſupra, l. proxima.

r *Relictam*] præfertur, qui maiorem habet partem de re, vt ſupra de dona. l. ſancimus, §. primo, & fa. ſupra de ijs, qui ſe dele. l. prima, circa princip. Argum. contra ſupra quando, & qui. quarta pars debe. l. ſecunda. circa princ. Sed quis diuidet? Reſpond. menſor, vt ſup. hac l. innuit, & ſupra l. proxi.

ſ *Ergaſteria.*] quæ ſunt in plateis, vel angiportis, vt infra l. vltima.

Si

1† *Valen*

2† *Pyrrhus Tarſiarũ, legit, alias tricẽd. c. l.*

3† *Viginti, alias tricena, alias quinquagenã: vt notat Alci. hic. Cont.*

4† *Meſia legi vult. Alcia hic.*

5† *Item.*

6† *In triginta terrenis iugis.*

7† *Orientiũ Prouinciã.*

8† *Alias bile legit orthodoſiana tu.*

9† *Marciano Cõ. S. L.*

10† *Singulos.*

11† *Aſclepiodoro PP.*

12† *Aliàs minorib.*

13† *Aliàs Metatorib. ſunt autem Metata, hoſpitia, quæ superuenientibus militibus aſſignata, & poſita ſũt, Metatores aũt qui militib. diſgrãt hoſpitia, vel Metata. Epidemetici, ſunt ſoſpitionũ in vrbe metatores. i. Epidemetica pecunia collatio nẽ, quam à ciuib. extorquent milites, vt in vnum domibus hoſpitẽtur. M. in l. omnes, infra hoc ti.*

14† *Valẽt.*

15† *Theodoto Mag. offic.*

16† *Ex hac.*

17† *Oſo Mag. offic.*

18† *Domo diuiſa.*

19† *Emptione.*

20† *Media.*

ſeruata, vt alter ex his (ſi libet,[a] atque [1]† maluerit) diuiſionem arbitraria æquitate faciat, & alter [b] eligendi habeat optionem. & firmiſſimũ perpetuò, quòd iuſſimus perſeuerer: ita vt triginta librarũ auri, qui illuſtriſſima ſunt prędiri dignitate, fiſco noſtro ſi pœnam illaturos eſſe cognoſcant, cæteri vero militia ſciant ſe eſſe priuandos, ſi generale præceptum amplius vſurpando, quàm iuſſimus reprehẽſibili temeritate violauerint.

Præſentibus iudicibus, qui de cauſis cognoſcendi poteſtatem habent, non debent eorum Prætores adiri. Bart.

Ijdem AA. [2]†

LEX III.

CVnctos iudices ſcire uolumus à prætorijs ordinariorum iudicum, his [c] præſentibus, abſtinendum.

Domus fabricenſium ad hoſpites recipiendos non grauantur. h. d. Bar.

Ijdem AA. [3]†

LEX IIII.

FAbricenſium [d] domibus vbicunque [4]† conſtitutis omnem moleſtiam hoſpitum præcipimus amoueri: quòd [5]† & Antiochenſibus, & cæterarum ciuitatum fabricis ſimilis domorum excuſatio præbeatur, abſente, ſcilicet ſacro Comitatu.[e]

Imp. Theodoſius. [6]†

LEX V.

DEuotum [f] poſſeſſorem ab omni inquietudine liberamus. Primò igitur omnium ad nullum prædium [g] publicum, vel priuatim domus noſtræ, vel cuiuſcumque iuris vllus [7]† metator [h] accedat, ſi à quoquam fuerit deſtinatus. Licentiam enim domino, actori, [i] ipſique plebi Serenitas noſtra commiſit, vt eum, qui præparandi gratia ad poſſeſſionem uenerit, expellendi habeat facultatem, nec crimen * aliquod pertimeſcat: cum ſibi arbitrium vltionis ſuæ ſciat eſſe conceſſum: [k] recteque ſacrilegum prior arceat, qui prim⁹ inuenit: adminiſtrantem verò eiusque officij proceres, quorum præcepto inhibitã perſonam ad agrum aliquẽ deſtinauerit, in tempus proſcribi debere cenſuimus.

¶Solam ſanè hoſpitalitatẽ [l] ſub hac obſeruatione conceſſimus, vt nihil ab hoſpite, quod vel hominum, vel animalium paſcuis neceſſarium creditur, poſtuletur: omniũque ſit acceleratum iter, atque continuum, nec vlli liceat reſidere: ne diuturnitas commanentium, vlla ex parte prædium vexet. Decem etiam librarum auri mulcta ferietur, quiſquis adminiſtrator, rogator, apparitor ve vllus, militans ſcilicet, vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hoſpite poſtulauerit [m] In tantum enim inhiberi ſceleratum morem iubemus, vt ipſis quoque præbentib. impunitum eſſe non patiamur: ſi quid [8]† ſponte [n] contra p̃ceptum noſtrum probati fuerint obtuliſſe.

Idem A. & Valenint. C. [9]†

LEX VI.

HOc proſpectum eſt, ut infauſta [o] [10]† hoſpitalitatis præbitio toleretur, nec balneum [p] quiſquam à domino ædium poſtulet.

Iidem AA. [11]†

LEX VII.

DEuotiſſimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiſcentes ad bella, muri [q] ſacratiſſimæ vrbis ſingulæ turres in pedeplanis [r] ſuis ſuſcipiant.

Medici ſacri palatij, & vrbis Romæ magiſtri liberalium artium, & pictores ingenui, quoad viuunt, ſunt immunes ab onere hoſpitandi. Bart.

Ijdem AA. Helioni. [12]†

LEX VIII.

ARchiatros [ſ] [13]† noſtri palatij, necnon vrbis Romę, & magiſtros literarum, [t] pro neceſſarijs artibus, [14]† vel liberalibus diſciplinis, necnon picturæ profeſſores (ſi modo ingenui ſunt) hoſpitali moleſtia quò ad viuent, liberari præcipimus. [15]†

Hoſpitantes milites in domibus habitationum ipſorum nullam aliam diſcuſſionem, vel pœnam debent ſubire. Item nullus debet impetrare, vt à munere hoſpitandi militis ſit immunis, & vicini domus grauentur. Bart.

a *Si libet.*] ſi habes, quilibet, videtur abundare, propter verbum alter, ſi habes, quibuslibet, l. de p̃dictis illuſtribus.

b *Et alter.*] puta hoſpes, nam & ſupra eligit hoſpes. Acc.

c C*Unctos. Hu.*] ordinariis iudicibus. Et no. contra legatos curiæ Romanæ, qui hoſpitantur in domibus epiſcoporum, & aliorũ prælatorum, eis præſentibus, & facit in Auth. de defen. ciu. §. nulla. ubi defenſor non perdit iuriſdictionem, propter præſentiam Præſidis.

d F*Abricenſium.*] hi ſunt, qui faciunt publica arma, vt no. ſ. de fab. i rub.

e *Comitatu.*] aliàs Comitatu, aliàs commeatu.

f D*Euotum.*] quales debent eſſe omnes prouinciales.

g *Prædium.*] quia ſecus in domo ut inf. eo. l. §. ſolam.

h *Metator*] i. miles, vt ſupra in rubr. not.

i *Actori*] idem caſtaldioni domini, co abſen.

K *Conceſſum.*] Nota hic, & ſupra de iure fiſ. l. prohibitum. & eſt argu. ad id, quod not ff. de iuſti. & iu. l. ut uim. Item facit ſupra quando lice. vni ſine iu. ſe vin. l. 1. & 2. & de iu. emphy. l. 2. & de adult. l. Gracchus. & ff. de adul. l. mariti. & ad l. Aquil. l. ſed & quicunque. & l. quemadmodum, § 1. & in Auth. ut lic. mat. & aui. §. his. & ſup. de decu. Leon. & l. generaliter. Item not. q hic permittit vltionem, non ſolum defenſionem, ſic ff. de bo. li. l. qui cum maior, §. ſi libertus. in fi. ſed hic pro defenſione ponitur, & d. l. qui cum maior. p iudicium vindicat, vt no. ff ad l. Aquil. l. ſcientiam, §. qui cum aliter. in fi.

l *Hoſpitalitatem.*] i. recipiẽdo hoſpitem in tertia, vel dimidia parte domus, vt ſup. l. 2. Acc.

m *Poſtulauerit.*] ſic ſup. De tuituc. ad vilum l. 2 & de erog. mili. an. l. 3.

n *Sponte.*] ſic & ſ. ne ruſticani ad vllũ l. 2. in fi. & inf. tit 2. l. 2 Accur.

o H*Oc proſpectum. Infauſta.*] id eſt, horrenda, ſecundum Hug. aliàs pro malo homine. ut ſ. de ſepud l. conſenſu. circa prin. Acc.

p *Nec balneum*] ſcilicet, nec Comitibus lauacra.

q D*Euotiſſimos. Muri*] genitiui caſus eſt. Acc.

r *Pedeplanis*] id eſt in pedibus turrium, & murorum vrbis, quę ipſiſſæ ſunt, poterũt milites ſe defendere. ut ſe ibi præparent aliis veſtib. ad eundum, & redeundum, & v̄ vna dictio, in pedeplanis.

ſ A*Rchiatros.*] i. principes medicorum, ſeu maiores medicos. & facit ſupra de inof. teſt. l. fi. & ſ de profeſ. & medicis. & l. fi. Accur.

t *Literarum.*] nõ primarum, vt ff. de mune. & hono. l. vt gradatim, §. fi. Acc.

[1]† quilibet, quiuis.

[2]† Vincentio PP.

[3]† Æmiliano Magiſtr. offic.

[4]† vbique.

[5]† Sed.

[6]† & Hon. AA. ſed. PP.

[7]† nullus.

* Hæc verba recitantur in gl. ſuper verbo, expellit

prim. c. v. extra de loca. & cõdu. & per hũc tex. vult ibi dñ gl. dicere q dominus pōt propria auctoritate expellere emphyteutam, ſi non ſoluat ei canonem. Conſuluit tamē illa gl. q dominus expellat emphyteutam, iudicis auctoritate, g l. 2. de pignoribus.

[8]† quid.

[9]† Idem AA. Adriano procur. Africæ.

[10]† infanda.

[11]† Euſtachio PP.

[12]† Mag offic.

[13]† Ex lib. 13. tit. 30. l. 18 C. Th.

[14]† &.

[15]† D. 14 Cal. Sept. Herio, & Ardab. Coſſ.

Omnes.

Ijdem AA.[1] †

LEX IX.

Omnes, qui metata [a] 2† in ſuis domibus præſtant, ſiue hoſpitia 3† præbuerint metatoribus, [b] ſiue quolibet pacto ſatis eis fecerint, nullam, vel penſionis, vel diſcuſſionis domus gratia moleſtiam ſuſtinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci, vel ordinis in hac florentiſſima vrbe domum propriam excuſantem, metatum ſibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare, [c] quod & in Prouincijs obſeruari oportet. cæteris vero quibus illuſtris dignitas ſub cingulo, vel citra cingulum [d] pro ſuo ſolo honore delata eſt, excuſandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in ijs præcipimus obſeruari, quos ipſa quidem adminiſtrationis cõditio ſpectabiles nouit: honor tamẽ additus à noſtra liberalitate reddit illuſtres. Scituris omnibus, quod ſi quis cum cingulo perfruatur, & excuſationem, ita propriæ domus impetrauerit, vt a penſione etiam portionis tertiæ [e] ſit immunis, & militiæ cauſa metatum in alienis domibus ſibi crediderit vindicandum, ſi quidem honore præditus excuſationis ius habeat, carebit legum priuilegiis, [f] quas fraudare conatus eſt: ſi vero inter eos, quibus nulla ſuffragatur dignitas, numeretur, centum librarum auri ſacratiſſimis largitionibus pendendarum illatione mulctabitur.

Quidam in hac lege nominati, dum viuunt, & poſt mortem eorum hæredes filii, parentes, nepotes, frater, ſoror, vxor, & eorum tres domus a moleſtia recipiendi milites habent immunitatẽ: quidam duas, quidam vnam tantum, quidam dimidiam tantum. Bartolus.

Imp. Valentinianus 4† A.

LEX X.

Hac lege ſancimus, ut ſi quis conſularem, ac patritiam meruerit dignitatem, [g] tres domos proprias, dum ſupereſt, habeat hoſpitum, immunitate ſecuras: hæredes vero eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut ſoror, aut vxor, duarum [h] domorum ſuarum excuſatione potiantur. Si quis vero conſulatu 5† tantummodo gloriatur, duas ſemis [i] domos ſuas immunes habeat: poſt fata vero eius memorati hæredes vnam ſemis domum ſuam habeant nullis hoſpitijs prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis hęredibus, qui ſolius patritiæ dignitatis ſine conſulatu decoratur inſignibus. Præfectorij verò, necnon & magiſtri militum duas domos ſuas habeant, quoad vixerint, hoſpitibus liberatas. Hæredes vero eorum memorati vnam defendant domum ſuam ſimili excuſatione munitam. Magiſtri vero officiorum, vel Quæſtores vnam ſemis domum ſuam, quo ad vixerint, habeant hoſpitum onere liberatam. Hæredes vero eorum prædicti vnam ab hoſpitibus iure defendant. Comites autem domeſticorum, & protectorum, & ſacrarum largitionum, & rerum priuatarum, & vir ſpectabilis 6† Primicerius notariorum ſingulas domos ſuas ab hoſpitum grauamine, dum viuunt, gaudeant eſſe ſecuras. Memorati vero hæredes eorum mediam partem vnius domus ſuæ ſciant excuſatione muniri: reſiduæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hoſpitibus deputandam eſſe cognoſcant.

¶ Si qui illuſtres honorarias dignitates quaſcunque ſine actu cœlitus [k] impetrauerunt; æquo animo ſuas domos hoſpitibus poſt hanc legem pandant, pro tertia, quæ legibus pręfinita eſt, portione: exceptis videlicet, ergaſterijs, [l] quæ in plateis, [m] uel augiportis eſſe noſcuntur. quod in omnibus domibus, quæ hoſpitales ſunt, obſeruari iubemus: ita ut nemo, vel ex ſacro reſcripto, vel ex diuina adnotatione, ſeu pragmatica ſanctione contra hanc legem vti poſſit excuſationis auxilio: [n] ijs omnibus, quæ per hanc legem conſtituimus, in hac æterna vrbe obſeruandis.

Tribuni ex Primicerio immunitatem habent ab hoſpite recipiendo in domibus, quas tenent in vrbe Conſtantinopolitana. Bartolus.

Imperator Leo 7† A.

LEX XI.

Decem [o] poſt Primicerium Tribunos in domibus, quas in hac Regia vrbe poſſident, metatorum iuſſimus vacationem mereri.

Deeſt conſtitutio Græca, ex prætermiſſis repetenda.

1 † Nemo Mag. offi.

2 † metatum.

3 † ſiue officia.

4 † Et Marcianus AA.

5 † conſulatum.

6 † &.

7 † Zeno.

a Omnes. Metata.] id eſt, caſtra, vel hoſpitia, vt poſtea exponit.
b Metatoribus.] i. militibus.
c Vindicare.] ſic ff. quod quiſque iur. l. prima.
d Cingulum.] ad ꝙ ſupra vt dign. ordo. ſer. l. 2. & in Auth. vt ordi præfect. coll. 5. Item & facit infra l. proxi. §. ſi qui.
e Tertia.] 3. co. l. 2.
f Priuilegijs.] Nota. cum carere priuilegijs legum, qui eas fraudare conatur. ſic ſupra de iudæ. l. iudæos. & ff. de mino. l. auxilium. in fi. & facit ff. de pęn. l. quędam. & ſupra de epiſcopis & cler. l. p̄ſbyteros. Sed argum. contra ſupra de iud. l. properandum vbi etiam contumaci ſeruatur ius.
g Hac lege. Dignitatem.] & ſic habet duas. Acc.
h Duarum] minus habet hæres, quam defunctus, & ſic eſt argum. contra ff. de re iud. l. hæredem. Itẽ nota. ꝙ priuilelegium tranſit ad ſuperiores. quod, dic ut ſupra de proxim. ſacr. ſcri. l. in ſacris. vel non ſunt ſuperiores. cum iam defuncti non ſint.
i Semis.] ideſt, medietas, vt inſtitu. de hær. inſtit. §. hæreditas. Alij ergo ſemiſſes pro tertia præſtabant hoſpitium, vt infra eod. §. Comites,
k Cœlitus.] ideſt, a Principe, ad quod ſupra l. proxima.
l Ergaſterijs.] ideſt, ſtationibus, vt ſupra eadem, l. 2. §. ergaſteria.
m Plateis] nã quaſi omnia ſunt in plateis, vel angiportu; quod expone, vt ff. de verborum ſigni. l. portus. in fin.
n Auxilio.] ſic ſup. de pe bo. ſub l. 1. & 2. aliud ſi per l. ſcriptam in corpore iuris, vt ſup. hac l. & l. proxi.
o Decem.] ſup. l. proxi.

DE

TITVLVS XLII.

De ſalgamo [a] [2]† hoſpitibus non præſtando. [1]†

Imp. Conſtantinus A.

LEX VNICA.

NE quis [2]† comitum, vel tribunorum, aut præpoſitorum, aut militum nomine ſalgami culcitras, lignum, oleum à ſuis extorqueat hoſpitibus: ſed nec, volentibus hoſpitibus, in prædictis ſpeciebus aliquid auferat: [b] ſed ſint prouinciales noſtri ab hac præbitione ſecuri: comitibus, tribunis, vel certè præpoſitis militibusq; graui vexationi ſubiacentibus.

TITVLVS XLIII.

De commeatu.

Tēpore expeditionis nullus militibus commeatum dare poteſt: contra faciens capite punitur. Bar.

Impp. Arcad.[3]† & Hono. AA.

LEX PRIMA.

NE cui liceat præpoſitorum, vel tribunorū [c] cohortium, vel vicariorum, & familiarium eorum tempore expeditionis quocunque genere cuiquam de militibus a caſtris, atque ſignis, vel ijs etiam locis in quibus prætendant, diſcedendi commeatum dare. [d] Si quis vero contra hanc legem facere auſus fuerit, & militem contra interdictū commeatum dimiſerit eo tempore, in quo Barbarorum incurſio [4]† extiterit, & tunc cum p̄ſentes in caſtris, atq; apud ſigna milites eſſe debeant, quiſquam abfuerit capite [e] vindicetur.

Impp. Th. [6]† & Val. A A.

LEX II.

QVicunque de ſcrinijs, aut agētibus in rebus, vel etiam ex officijs palatinis, ijs videlicet, qui ſacrarum, [f] & priuatarū [g] remunerationum comitibus obſecundant, ſex menſiū ſpaciū ſupra diem commeatus, aut iuſſionem euectionis abfuerit; is in inferiorē locū, quinque antelatis poſterioribus, deuoluatur. His [6]† vero, qui anni vocationem [7]† arbitratu proprio iudiciarij præcepti oblitus aſſumpſerit, à decē poſt ſe militantibus tranſferatur ac deinde cū iam aliq̄s deſidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de ſequētibus poſtferatur. Qui vero nec [8]† poſt quadriennij quidem tempus, [h] militantiū [9]† non immeritò matriculis auferatur.

Qui ſine commeatu biennio, aut triennio, vel quadriennio vacauerit, modo hic inſcripto punitur. Bar.

Imp. Zeno A [10]†

LEX III.

SI quis [i] ſine commeatu aliquo annum in penatibus [k] proprijs, vel in quibuſlibet locis deſidioſa quiete tranſegerit, decem ſequentibus poſtponatur. [l] quo vero biennalis [11]† culpa deprehēdit, viginti ſibi antepoſitos congemiſcat: tertius autē annus triginta prelatos iure deflebit: ita, vt quartus exempto matriculæ, nullam veniam derelinquat.

TITVLVS XLIIII.

De tyronibus. [m]

Imppp. Valens, Gra. Valent. AAA. [12]†

LEX PRIMA.

NVllus tyro, vagus, [n] * aut veteranus, [o] aut cēſibus [p] obnoxius, ad militiam accedat.

Imppp. Theo. Arcad. & Hon. AAA.

LEX II.

QViſquis alieni [13]† iuris mancipium in tyrocinio militiæ ſcribi curauerit, conuictus, ac proditus auri libram ærario noſtro cogatur inferre, mancipio, ſcilicet, domino (ſi factum ignorauerit [q]) reddendo.

Imp. Anaſtaſius [14]† A.

LEX III.

TYrones in ſcholis [r] loco ſemper poſteriore ponantur: nec enim patimur, quenquam celſiorem gradum obtinere, niſi * cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur. [15] §

---

a DE SALGAMO hoſpitibus, &c.

Hoc expone vt inf. l. 1 ſed P. dixit nomine ſalgami & oleum intelligas gamos. i. mulier. ſed ſecundum H. ſalgamum, ideſt, culcitra, compoſitū a gamos, & ſalsea, vel ſalue, & gamos nuptia, vel mulier: quia maximè propter talia fiunt culcitra, & eſt neutri generis.

Salgama ſunt, quæcunque condita ad victus cauſa in vaſis ex ſale adſeruantur. Pra. li. 18. de ver. ſig.

1† Præbendo.

2† Qui.

b NE quis. *Auferat.*] i. accipiat. & hoc ad officium preſidis pertinet, vt ff. de offi. præſ. l. illicitas. Et no. etiam à volente: quia ſemper præſumitur concuſſio, ſic ſupra ti. j. l. de uotum. in ſi. & ſupra de re mi. l. 6. § vt autem. & de offi. procon. l. obſeruare. & ſupra ne ruſti. ad vllum. l. 2 & ne quid à coll. exi. l. j. & de rap. vir. l. j. & ſup de ero. mili. an l j. & 3. Item ſicuti ſalgamum hoc comprehendit, ſi penus omne id quod eſui, & potui eſt deſtinatum, vt ff. de penu. leg. l. 3. in princip.

3† Conſtantinus. & Conſtans A A. Leōtio. PP.

DE COMMEATV.

c NE cui. *Tribunorum.*] niſi vſque ad triginta milites, vt ſupra de ero mili. an. l. per hanc. §. vt autē. Vel hic Barbari erāt propriè, vt ſubijcit, ibi non.

d *Dare.*] facit ſup. de teſta militis. l. Tribuni. & l. milites. & l. ſi. in prin.

e *Capite.*] ſed qui in pace deſerit militiā, perdit eam, vt ff. de re mi. l. non omnes. §. j. Et no. puniri licenciantem, & licentiatum.

4† Excurſio.

f QVicunque. *Sacrarum.*] fiſcalium.

5† Gratia. & Val. & Th. AAA. Syagrio mag. officiorum.

g *Priuatarum.*] principis.

h *Tempus.*] ſubaudi curauerit ad ſuum officium redire, & habeas militantium nō immerito &c habetur tamen ratio tēporis, & valetudinis, vt ff. de re mili l. qui commeatus, & facit l. pt l prox. cum ſuis.

i SI quis.] differt à præcedenti: quia hic ſine commeatu, ibi ſic.

K *In penatibus.*] id eſt, domibus p̄prijs, vt ſupra de exhi. l. 2. Accurſius.

6† Is.

7† Vocationem.

l *Exempto.*] aliàs, exemplo, & augetur pœna, quia aſſueſcit delictum. ſic ſupra de domeſti. l. 3. li. 12. & de primicerio. l. ſi. & de aduo. diuer. iu. l. fina. & de ſup exact. iri l. j. & ſupra l. prox. Sed arg. contra ff de pœ l. ſi diutino. & de ritu nup. l. qui in prouincia. §. ſi. ſed vtrobique patet ratio.

8† Ne.

9† Militantis.

m DE TYRONIBVS.

Ideſt, nouis militibus, quia adhuc non erant ſcripti inter milites fortiſſimos, vt ff. de mili. teſta. l. ex eo.

10† Impp. Honor. & Th. AA. Hoſiſoni cō. et mag. Milit.

n NVllus. *Vagus*] q̄a firmiter debēt ſtare in militia, vt ſupra de re mil. l. milites. Et ſic eſt argumen. quod vagus ſcholaris nō fiat magiſter.

11 Biennalis.

o *Veteranus*] vel propter debilitatem, vel quia diu laborauit, vt ſup. de ijs, qui non implet. ſti. l j. & 2. Accurſius.

p *Aut cenſibus.*] ſ. qui mil. non poſ l j. & 2.

q QViſquis *Ignorauerit.*] facit ſupra qui mil. non poſ. l. pen. & ſi & ſupra de tabu l generali, & ff. de pub. l. cotē §. dominus. & ſupra l. proxi. in ſi. Accur.

12† Modeſto. P. P.

** Alternatum hunc tex. dum loquitur de vagabundo, vt Fel. in c. ſi. nu. 5. de foro compe.*

r TYrones in ſcholis.] & non dicas vbi addiſcunt: quia ibi omnes ſunt tyrones. vnde

13† Similis eſt conſtitutio lib. 5. Co. Tit. ti. 9. l. 2.

14† Honorius.

** Adde Felyan c. clerici 1 prim. de maio.*

15 † Suffragatur.

de nō eſſet poſt quos poncrētur. Sed dic, q tyro electus inter milites, ſtet loco poſteriori in ſcholis, ideſt, in ſocietatibus militū, ſeu in matriculas; vt ff. de teſta. mili. l. ex eo. & ſ. tit. 1 l. pen. & vlt. & ſic bene ſequitur nec enim. &c. & ſ. de offi. Ma offi. l. 1. & 2. & de proxi. ſacro. ſcrin. l. vnicuiq; & de agen. in re. l. vnicuique. & facit ſ. de di. offi. & ap. l. 1. & ſ. de offic. Co. rei mil. l. 1. & de profeſ. l. magiſtros. & ff. de alb. ſcri. l. fin. Sed ar. cōtra ſup. de off. rec. prouin. l. potioris.

1 † Litoribus.
2 † Hon. & Th. A. A. Eullathio PP.
3 † Mittuntur.
4 † Ex.

DE LITTORVM, & itinerum, &c.

a Saluberrima illicita.] vt victualia, & arma: aliàs, pęna capitis cū amiſſione bonorum imponitur, vt ſ. quæ res expor. non deb. l. 1. & 2. & ff. de public. l. cotem, in princ.

5 † Al. deeſt, eorum

b Suſtineant.] ſic ſ. de naucle. l. 1.

c DE DESERtoribus, &c.

Deſertores, milites, occultatores & primores vocat.

d Si quis Amiſſione] ſic ſup. de fal. mone. l. 1. & de ijs, q latro. vel ali. l. 2. & de cap. & poſtli. re. l. fin. & de inceſt nup. l. 3.

6 † Grat. Va. & Th.
6 † Grat. Va. & Th. A A A. Syagrio PP.

e Prodiderit.] i. manifeſtauerit. Accur.

f Mediocris.] i. homo pauper; ſic econtrario honeſti loci diues; vt ff. de tráſact. l. cū hi. §. ſi in annos.

g Immunitate.] munerum forte: ſeruus vero fit liber, vt ſ. pro qui cau. ſer. pro pię. ac. li. l. fin. & facit in Authen. de non alie. §. fin. & ſup. de Epiſ. & cler. l. nulli. in fine. & ſupra loca. & conduc. l. fina.

h Militaribus.] licet non ſint proximè applicati.

i A ſignis.] alibi largius; vt ſ. de re mili. l. tertia. §. emanſor.

k Praceſſerit.] ideſt, qui ſe prodiderit, antequam ab alio manifeſtetur. ſic ſup. de

TITVLVS XLV.

De littorum, [1] † & itinerum cuſtodia.

Imppp. Grat. Valent. [2] † *& Theo. A A A.*

LEX VNICA.

Saluberrima ſanctione cenſemus, ne merces illicitæ [a] ad nationes barbaras deferantur: & quæcunq; naues ex quolibet portu, ſeu littore dimittuntur, [3] † nullam concuſſionem, vel damna ſuſtineāt: [b] ita tamen, vt earū naucleri deponant, in quam prouinciam ituri ſunt: vt [4] † hoc manifeſtato, nulla cōtra eos poſtea indignatio, ſeu concuſſio quoquo modo procedat.

TITVLVS XLVI.

De deſertoribus, & occultatoribus [c] eorum. [5] †

Recipiens ſcienter deſertorem in agro, vel in domo, ſi eſt actor, vel procurator, capite punitur ſed domus, vel prædium confiſcatur, ſi ipſius eſt domus. Item manifeſtans deſertorem, pręmiatur. Item manifeſtans qui tempore belli ſe abſentauit à ſignis. Item ſi ſeipſum prodiderit, veniam meretur. Punitur verò deſertor pœna a legibus ſtatuta: quā ſi iudex diſſimulauerint, vel gratia diſtulerit, ipſe punitur. Bar.

Imp. [6] † Theod. A.

LEX PRIMA.

Si quis fortè deſertorem agro, rectove ſuſceperit, atque apud ſe diu paſſus fuerit delitescere; actor quidem, vel pcurator loci, qui hoc ſciēs, prudensq́ue commiſerit, capitali ſupplicio ſubiugetur: dominus vero ſi huius rei conſcius fuerit, prædij in quo latuerit, deſertor, amiſſione [d] puniatur.

¶ Si quis autem deſertorem prodiderit, [e] mediocris [f] loci ingenuus immunitate [g] potiatur. Neque ſolum de ijs loquuntur, qui proximè ſignis fœlicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt [7] † verum etiam, qui ſtipēdijs militarib. [h] degenerē latebrā pbuiſſe monſtrātur. ¶ Deſertor autē habebitur, quiſquis belli tēpore aberit à ſignis. [i] Horum qui ſpontè pceſſerit, [k] peccati anterioris ſuppliciū nō timebit. Sin verò flagitioſa ignauia delitescat; per eum, in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinſecus quoque officijs publicis vbicunq; correptus, ſeueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladiū [8] † ſubiturus. Sinautem rector prouinciæ propoſitam ſeueritatem vel gratia, vel diſſimulatione diſtulerit, patrimonij, atque exiſtimationis damno ſubijciatur, & in officij primores [l] [9] † capitaliter vindicetur.

7 † Timuerunt.
8 † De generis mortē gladij.
9 † Officij priores.

pęn. iud. qui ma. iu. auth. nouo iure.

l Officij primores.] i. in officiales præſidis. Et not. contra Præſidē, & officiales. qui pœnas legib. impoſitas vel gratia, vel diſſimulatione differunt. ſecundum Al.

m Si deſertores Opprimantur.] vt ſ. qd li. vni. ſi. in. ſeruo. l. prima. §. primo

n Tractoriarum.] i. abſentiarum, vel licētiationum. ad quod infra, de tra. l. 1.

DE VETERANIS.

o Cum introiſſent.] principia, ſ. numerorum.

p Salutatus.] not. q non licet cuilibet ſalutare Principem; vt ſup. de ſil. l. 1. & facit ſup. de ſent paſ. l. 1.

Indica

Deſertor inuentus reſiſtens, vt rebellis opprimitur. Item diligens debet eſſe iudex, ne ſe prætextu alicuius licentiæ deſertor poſſit euadere. Bar.

Imp. Leo A. [10] †

LEX II.

Si deſertores inuenti reſiſtendum, atq; armis oppugnandum [11] † putauerint, tanquam rebelles in ipſis temeritatis ſuæ conatibus opprimantur: [m] ita tamen, vt prouinciarum iudices ſolicita cautione diſquirant, ne ſub falſarū tractoriarū [n] nomine deſertionis ſuæ crimen defendere moliantur: nec [12] † ſuppoſitis, & commentitijs [13] † epiſtolis euadendi habeant facultatem.

Iidem A A. [14] †

LEX III.

Qui, relictis militaribus caſtris, ſe ad deprædationem, vel latrocinium contulerint; ſeueritatem iudicis non euadant.

10 † Imppp. Arca. Th. & Hono. A A A. Adriano. PP.
11 † Obtinendum.
12 † Ne.
13 † Aut cōmentijs.
14 † Longino. PP.

TITVLVS XLVII.

De veteranis.

Veterani gaudent priuilegiis hic inſertis. Bar.

Imp. Conſtantinus A.

LEX PRIMA.

Cum introiſſent [o] [15] † principia, & ſalutatus [p] eſſet à præfectis, & tribunis, & uiris eminentiſſimis, acclamatum eſt, Auguſte Conſtantine Deus te nobis ſeruet, noſtra ſalus: uere dicimus, iurati dicimus. Adunati veterani exclamauerunt; Conſtantine Auguſte, quo nos ueteranos factos, ſi nullam indulgentiam habemus? Conſtantinus Auguſtus dixit: Magis, magiſq́ue conueteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere. Victorinus veteranus dixit: Muneribus, &

15 † In nōnullis codd. ſic incipit hæc lex, Imperator Cōſtantinus cū introiſſet principia, & ſalutatus eſſet a præfectis, & tribunis, & à viris eminētiſſimis, acclamatū eſt, Aug. & c.

oneribus vniuerſis locis conueniri non ſinamur. Cõſtantinus Auguſtus dixit: Apertius iudica, quę ſunt [a] maxima munera, quę uos contumaciter grauant. vniuerſi veterani dixerunt: Ipſe perſpicis. Conſtantinus Auguſtus dixit: Iam nunc magnificentia [b] mea omnib. ueteranis id eſſe conceſſum perſpicuũ ſit, ne quis eorũ in ullo munere ciuili, [c] nec in operibus publicis conueniat, nec ulla collatione [d] nec à magiſtratibus, nec vectigalib. in quibuſcumque nundinis interfuerint, ullam ob uenditionem [e] proponendã dare debebunt. Publicani quoq; (vt ſolent 1† agentib. ſupplere) ab iiſdẽ veteranis amoueantur: quiete poſt labores ſuos perenniter perfruãtur. Fiſco quoque noſtro eadem epiſtola interdicimus, ut nullũ omnino ex his inquietet: ſed liceat eis emere, & uenderes optimis negotiis pecuniam tractare, & mercimonia agitare, nec ſolũ integra beneficia eorum ſub ſæculi noſtri otio, & pace perfruãtur, ſed etiam nullo munere ciuili. i. corporali, ſeu perſonali, uel deportatorio [f] onere eos af fici concedimus, 2 †

Veteranus factus protector nullis iniurijs eſt pulſandus: contra faciens eſt ſecundum qualitatem facti puniendus per rectorem prouinciæ. Bar.

Idem Auguſtus Maximo.

LEX II.

PRouidendum eſt, ne veterani, qui protectoria dignitate cumulati, [g] aut honores varios pro meritis ſuis conſecuti ſunt, incongruis pulſentur iniuriis: quòd ſi quis in hoc crimine fuerit deprehenſus; rectores prouinciarum pro iuriſdictione ſua examinantes factum, pro ſui qualitate eos coerceant.

Veteranus, qui ſe latrocinio dedit, priuilegijs nudatus, cõpetentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. Bar.

Imp. Conſtantius A. & Iulianus C. 3†

LEX III.

VEterani, qui ex negligẽtia uitę nec rus colũt, [h] nec aliqd honeſtũ pagunt, ſed latrociniis ſeſe dederũt; 4† omnib. veteranorum priuilegiis exuti, [i] pœnis competentibus a prouinciarum rectoribus ſubiiciantur.

Veteranus effectus inuitus, vel volens non militat: & ſententia contra eum lata, tali ordine non ſeruato, non valet, niſi dum ipſe militabat, quæſtio in cognitionem eſſet deducta: quia tunc ibi finitur, licet veteranus ſit effectus: niſi ſpeciali priuilegio ſit indultum ſibi contrarium. hoc dicit Bart.

Imp. Theodoſius 5† A.

LEX IIII.

NVllus eorum, qui ſacramentis inhærere deſierit, uel uolens permittatur, uel inuitus militare cogatur, ſeu ſtare iudicum ſententiis; quæ non his obſeruatis, latæ fuerint, nullã firmitatem habentibus: niſi fortè reperiatur ibi tempore militiæ cœpta [k] cognitio: tunc enim, velut necdum cingulo depoſito, ſub militari iudice rem tractari, finiriq; precipimus: niſi principali beneficio ſpecialiter indulto quidam ex his ſeſe defendant.

TITVLVS XLVIII.

De filiis officialium militarium, qui in bello moriuntur. [l]

Imp. Conſtantinus A. 6†

LEX PRIMA.

II, qui ex officialibus quorumcumque officiorum [m] geniti ſunt ſiue eorundem parentes adhuc ſacramẽto tenentur, ſiue iam dimiſſi ſunt, [n] 7† in parentum militiam nocentur.

Impp. 8† *Arc. & Honor. A A.*

LEX II.

FIlios [o] primipilariorum paternam ſequi conditionem oportet.

Deeſt cõſtitutio Gręca, ex prætermiſſis repetẽda.

TITVLVS XLIX.

De oblatione 9 † votorum. *

Impp. Arca. & Honor. A A.

LEX VNICA.

QVando 10 † votis [p] communibus fœlix annus aperitur, in una libra auri, [q] & ſolidis obryzatis * principibus offerendi deuotionem animo libenti ſuſcipimus: ſtatuentes, ut deinceps ſequentibus annis vniuſcuiuſque ſedulitas principalibus 11 † ſuis talia inferat ſemper, & deferat. 12† 13†

---

a *Iudica quæ ſunt.*] Not. benignam reſponſionem. ſic ſup. de tranſact. l. ut reſponſum.

b *Magnificentia.*] ablatiui caſus.

c *Ciuili.*] ſ. perſonali; ut infra, in fi. ſed patrimoniale ordinarium ſubeunt; ſic ff. de priui. uete. l. 3. & quarta.

d *Collatione.*] extraordinaria. in ordinarijs. n. ſecus, ut dixi.

e *Ob venditionem.*] hoc eſt, ut aliquid detur pro loco, ubi tenent pergulam. ad quod eſt ſupra, de nundi l. 1.

f *Deportatorio*] deportatorium dicitur onus, quod redemptor pontis à tranſeuntibus pro onere vehendo exigebat, vt innuitur. ff. loca. l. cum plures. §. vehiculum. & de uerbor. ſignif. l. in lege Acc.

g *PRouidendum. Cumulati.*] quia facti ſunt protectores, ad quod ſupra, de dome. & prote. l. prima.

h *VEterani. Nec rus colunt.*] Not. milites ueteranos rus colere. Sed contra ſup. de man. & col. pa. l. fi. ſed ibi non colunt, ut ſint adſcriptitij.

i *Exuti.*] vt ſupra de digni. l. iudices. & facit ſup. de circen. l. 3. & de Epiſ. & cle. l. generaliter, magis enim pœna ſunt digni, &c. ut ſupra, de Epiſ. & cle. l. presbyteri. Accur.

k *NVllus Cœpta.*] vt ff de iuriſdi. om. iu. l cũ quędam. & de iudi. l. ſi quis poſtea. & l. ubi. & ſupra. ubi decu. con. l. fi.

l DE FILIIS OFficialium militarium, &c.

Quæ officia multa ſunt, vt ex ſuperioribus ti. patet.

m *II, qui. Officiorum*] militarium, ut ex ru. patet.

n *Sunt.*] cum filii vocentur q d. non in aliã militiam. ad qđ con. cor. ſup. de tab. l. fin. & inf. l. prox. non n. dẽnt diuidi familię,

ut ſupra cõ. utri. in & poſſeſſionũ, ſed ubi eſt emolumentum, præfertur illis omnib. aliis, ut ſup. de proxi. ſacr. ſcri. l. unicuique. §. 1.

o *FIlior.*] ſupra l. proxi. cũ ſuis concor.

DE OBLATIONE votorum.

p *QVando votis.*] idest, uoluntati donandi principibus annus aperitur Accur.

q *Vna libra auri.*] donum erat in libra auri per ob olos puri auri, quod uocatur obrizatum, ut ſupra de vete. nu. poſ l. prima, & fi. Et no quod qui donat, de melioribus rebus debet dare.

---

1 † *Adſolent, vel adſolet.*

2 † *D. K. Mar. Cimitate Beleme circum. Conſtan. A. 6. & Conſtan tu Cæſ. Coſſ.*

3 † *Euagrio P. V.*

4 † *Dedũt.*

5 † *Hon. & Th. A A.*

6 † *Euagrio.*

7 † *Erunt.*

8 † *Idẽ A.*

9 † *Obligatione.*

* *Ideſt, ſtrenarũ, quæ ſena. offere pro P. V.*

10 † *Ex C. Th. 7. 17.*

* *Alde ſolidum obryzatum expone, ideſt, purum, & multoties coctum. vide Forca. dial. 6 nu. 5.*

11 † *Principibus.*

12 † *Inferant.*

13 † *Da. III. Non. Mar. Mediola. Olybrio, & Probino Coſſ.*

TITVLVS L.

De numerariis actuariis, & chartulariis, & adiutoribus, ſcriniariis, & exceptoribus [1] † ſedis excelſæ, cæterorumq; iudicum tam militarium, quàm ciuilium.

Numerarij ſeruiẽtes rectoribus in diuerſis obſequijs tormentis, & lacerationibus puniuntur. Bar.

Impp. Valen.[2] † & Valens. AA.

LEX PRIMA.

VOrax,[a] & fraudulentum numerariorum propoſitum, qui diuerſis obſequiis rectoribus obſequuntur, ita inhibendũ eſt, vt antea ſanciuimus, & nunc itidem ſancimus [b] conditioni eos ſubdi tormentorum, & eculeis * atque lacerationibus ſubiacere.

Numerarij cõſularium, qui hodie tabularij appellãtur, tormentis ſubijciuntur: niſi iudicibus, uel alijs ad prouinciã per principẽ deſtinatis nomen debitorũ ſub actorum teſtificatione monſtrauerint, ut eis indicantib. omnes fiſci debitores ad ſolutionem compellantur: tempusq́; tabulariorum triẽnio concluditur. Bart.

Imppp. Grat. Val. & Th.[3] † AAA.

LEX II.

QVi numerarii appellari conſueuerant conſularium, atque præſidum duntaxat tabularij poſt hãc noſtrã ſanctionem uocabuntur: [c] ſcientes ſe tormentis eſſe ſubiectos, niſi iudicibus, uel iis, qui prouecti noſtro iudicio ad prouincias uenerint, vel exactoribus debitorum, aut reliquorum nomen, & modum frequenter ingeſſerint ſub actorum teſtificatione: [d] quos ſcire oportet cum iis, qui debitores ſunt, ſeſe ad ſolutionem eſſe retinendos, niſi omnia debita ipſis fuerint indicantib. perſoluta.[e] triennii [f] tamẽ ſpatio tabulariorum decet tempus omne concludi.

Tabularius præfecti prætorio cingulum, & ordinem militiæ retinet. Bar.

Iidem AAA. [4] † P.P.

LEX III.

NVmerarios [g] ampliſſimæ tuæ ſedis cingulũ habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarij, & tabularij collocantur: unus ad ratiocinium arcæ fiſcalis, alius ſuper titulis largitionalibus, nulliq́; alterius officio ſe immiſceat. Bart.

Imppp. Val. The. & Arca. AAA. [5] †

LEX IIII.

IN prouinciis, [6] † ſingulis duo numerarii, q & tabularii, [h] collocentur: [i] quo [k] ad unum fiſcalis [l] arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales. [m] ptinere tituli iubeãtur: hoc ſcituri, q̃ ſi exalterius quicquã actib. ad alteram partẽ illicita fuerit vſurpatione tranſlatum, [n] is, qui culpam iudicis diſſimulatione texerit, [7] † grauiſſimo ſit ſupplitio ſubiugãdus.

Licet ſcriptor alieni iudici obſequens, efficiatur decurio, non deſinit eſſe ſcriptor, & agnoſcere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam redit. Bart.

Iidem AAA. [8] †

LEX V.

EXceptores [o] omnes iudicibus prouincialibus obſequentes, qui nec cohortalem militiam ſuſtinere uidentur, neq; à fiſco ullas conſequuntur annonas; abſque metu dare cœptis operam (etiam ſi decuriones ſint) minimè prohibemus: [p] dummodo munera [q] propriæ ciuitatis agnoſcant, & peracto ſecundum morem exceptionis officio, ad propriam ſibi curiam [r] redeundum eſſe non neſciant.

Numerarij a communione actuariorum abſtinere debent. Bar.

Impp. Arcad. & Hono. AA. [9] †

LEX VI.

NE diutius [10] † ad cunctorum perniciem actuarii [s] numerariorum conſortiis adiuuentur, illuſtris auctoritas [t] tua cunctos ex numerariis actuariorum ſocietate præcipiat [11] † abſtinere, atque ab eorum communione diſcedere, q̃ ſi hoc moniti [u] cuſtodire neglexerint,

a VOrax.] ſic ſupra ne lic. po. l. 2.

b *Sancimus.*] in quadam. l. quam non habemus. & facit ſup. de decurionibus. l. quilibet.

c QVi numerarij. *Vocabuntur*] nota mutari nomen ſic in auth. ut iud. ſine quo ſuffr. §. illud.

d *Teſtificatione.*] ſic ſupra de ap. l. præcipimus. §. in his autem omnibus.

e *Perſoluta*] prædictorum deſidia, quaſi litem ſuam quodammodo faciãt, ut iudex, ut inſtitu. de obl. quæ ex qua. de li. in prin.

f *Triennij.*] no. officium tabularij triennio durare.

g NVmerarios ampliſſima tua ſedis.] præte. præto. loquitur.

h IN prouincijs. Tabularij:] ſcilicet, uocãtur, ut ſup. eo. l. 2.

i *Collocentur.*] vt ſupra de ſutce. l. duos.

k *Quo ad.*] aliàs, quo, pro ut, aliàs, quo, pro quia.

l *Fiſcalis*] fiſcalis autem arca dicitur, q̃a à principio conſuetudo fuit populi Romani, ut pecuniam, quàm ex tributis p̃cipiebant, in marſupium ab initio reponerent, ſed ſi marſupium non ſufficeret, ad fiſcum, i. ad ſaccũ deuenirent hoc idẽ & in principe fuit, vt primo in burſa: deinde ad fiſcũ deuenirent, i. ad ſaccum, & ſic quandoque ratio fiſcalis dicitur ratio Imperatoris poſtea cum nec fiſcus ſufficeret, ad domum deuentum eſt, quę uocatur ærarium, eo quod ęs ibi reponebatur. Aeris vero appellatione forte tunc temporis omnis pecunia continebatur, & ſic populus Romanus auctus eſt.

m *Largitionales.*] .i. qui ipſi principi largiuntur, ſeu dãtur, ut ſupra de cano. lar. titu. i. l. 1. & l. 2.

n *Translatum.*] ſic ſupra de compen. l. 1. & de exacto. l. 2. Et no. inferiorẽ debere accuſare ſuperiorem. Accurſius.

o EXceptores.] .i. ſcriptores. H. ut ff. pro ſoc. l. ſed addes. §. fin.

p *Prohibemus.*] ſi q̃s ex ſcriptore fit decurio, remanet ſcriptor idem in notario, ut ff. de fal. l. ſi quis decurio. ſed non de nouo, ut ſupra de decu. l. uniuerſos.

q *Munera.*] quę decurionib. imminent.

r *Curiam*] ideſt, officium decurionum. & facit ſup. de aſſeſ. l. ult. & C. de aduoc. diuer. iu. l. 2.

ſ NE diutius. Actuarij.] q̃ recipiunt pecunias publicas, vt ſup. de ero. mi. an. l. actuarij. numerarij. n. ſciẽtes de abaco docerent facere Trebellianum: vnde non debent eis ſociari, ut infra eodem, l. nulli. & infra de diuer. off. l. in his. & facit ſup. de pag. l. prima.

t *Auctoritas tua.*] loquitur præte. ur. Accurſius.

u *Moniti*] numerarij.

Subiacere.]

1 † *Executoribus.*

* Numerarios, cõputatores dicimus, qui numerum publicum ęrarijs inferũt. Iſidor. lib. 9. Eth. c. 3

2 † *Conſtã. A.*

* *Equuleus tormẽti genus eſt, quo Romani ad quæſtiones vtebantur. ab equi forma ſic dictum. alij ardentẽ laminam interpretantur. alij q̃ſtionem per cruces vi. Archid. in c. 1. 23 q. 1.*

3 † *Valen.*

4 † *Ruſino.*

5 † *Omnibus rectoribus prouinciarum.*

6 † *Ex C. Tbe. 8. 1. 11.*

7 † *Traxerit.*

8 † *Et Arcad. al. præcepto PP.*

9 † *Sœnero. P. V.*

10 † *Ex C. Tbe. 8. 1. 14.*

11 † *Percipiat.*

ijſdē pęnis ſe, quibus actuarios non ambigant ſubiacere. [a]

Actuarij ſecundum conſuetudinem antiquam ſunt ordinandi: & ſi aliter factum fuerit, factum ab eis non valet, & ipſe faciens punitur. Bar.

Imp. Leo A. [1] †

LEX VII.

ACtuarios [b] tam clariſſimæ vrbis. Conſtantinopolitanæ, quā Chimeleę, [c2] † & quarumcūque curialium ciuitatum diuerſarum, [d] non aliter niſi, [e] vt conſueuerat, manus ſanxerit principalis, ſublimitas tua [f] præcipiat ordinari. quòd ſi quis talis ſub tua fuerit iudicatione conuictus; profectò irritis ijs, quæ vetita contrectauerit, [g] etiam congruam indignationem incurrat.

Scriniarij, vel numerarij non poſſunt à præfecto prætorio pecuniam ſumere mutuò, vel aliquid pro expenſis publicis alicui promittere. Bartolus.

Idem Auguſtus. [3] †

LEX VIII.

SCriniarios, vel numerarios officij magnitudinis [h] tuæ iubemus nullatenus in poſterum aut mutuā pecuniā ſumere, [i] aut polliceri cuiquā pro publicis expenſis cogi, [k] quos nullā poſt depoſitam militiam inquietudinem ſuſtinere volumus. [l]

Nullus in numero militum numeratus, actuariis fieri pōt, nec actuarius officio depoſito ad aliquam militiam aſpirare poteſt. Bar.

Impp. Leo Iun. & Zeno AA.

LEX IX.

NEmini [m] licere deinceps iubemus in quacunque militia cōnumerato, ſolicitudinē actuarij ſubire; vel poſt depoſitam eandem curam, ad militiam aſpirare, quatenus inter priuatos agens, omnique militari priuilegiò denudatus, nihil nundinationis, vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius eſt, attētare valeat.

Scriniarij adiutores non debent ſociari numerariis, & chartulariis, niſi ſecundum modum hic declaratum. Item numerariis in prouinciis hic deſcriptis adiungūtur ſcriniarii adiutores, ordine hic declarato. Item adiutoribus, & tractatoribus incumbit neceſſitas ſcribendi praecepta, & commonitiones, & euectiones, quæ fiunt prouincialibus: & ſcriptura ſine forma p̄dicta factæ præſumuntur falſæ, & contrafaciētes pœnis hic declaratis puniuntur. Bartolus.

Imp. Zeno A. PP.

LEX X.

NVlli ſcriniario [n] licet pro tempore numerarios, pluſquam quaternis, vicibus nec his tamen continuandis, adiuuare. [n] idemq; hoc ſuper chartularijs [o] in præbenda pro tempore numerarijs opera obſeruari decernimus; ita vt adiutorum [p] quidem biēnij; chartulorum verò vnius anni interuallo cōtinuatio interrūpatur: nulla [q] adiutoribus ad chartulariorum ſolicitudinem, quam ſemel de dignati, ſunt diſcedendi danda licentia; ita vt Orientalis quidem tractus pro tempore numerarijs, non niſi ab ijs ſcriniarijs, qui inter triginta viros à numerario retrò numerandos: Aſianæ [4] † verò diœceſeos numerarijs, nō niſi ab ijs, qui intra quinquaginta à numerario ſimiliter retro numerandus inueniuntur: Ponticæ vero, & Thraciæ [5] † diœceſeos paſſim, & ꝓ ſuo libito ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia ſanè commonitoria, vel pręceptiones, aut euectiones, ſeu quælibet publicā inſtrumenta non ſolū adiutoribus, verumetiā prouincię illius, de qua diſponitur, tractatori inſpiciendi, itidemq; ſubſcribendi, aliorum quoque, qui vna cum eo tractant, in eadem ſubſcriptione mentione habenda, neceſſitatem incumbere. Si quid autem ſine hac obſeruatione ex Orientali, vel Aſiano, vel Thraciano ſcrinio fuerit emiſſum, falſi ſuſpicione non careat: exceptis publicis inſtrumentis, quæ à ſcrinio Ponticæ, diœceſeos emittuntur, quòd in iiſdem inſtrumentis ſolum numerariū eiuſdem diœceſeos, eius que adiutorē, & chartularium ſubſcribere magnitudo tua diſpoſuit; ita [t] vt ſi quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus ſui, quàm ſolennitatū, ſeu ſolatiorum vniuerſi vnius anni iacturā, adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularii, quindecim itidem librarum auri pęnam ſubeant. [6] †

Officium actuarii, quod olim durabat biennio, hodie concluditur anno. Bar.

Idem A. [7] † Magiſtro militum.

LEX XI.

OFficio tuæ magnitudinis [r] datis precibus [ſ] poſtulante, vt numeratorium actus non in biennium, ſed in vnum annum ſtatuatur; [t] noſtra pietas huiuſmodi petitionibus annuens, [u] diſpoſitionem, quæ ſuper biennio

---

a *Subiacere.*] fortè extra ordinem, vt d. l. in his.

b *ACtuarios.*] expone, vt ſ. l. pxi.

c *Chimelea.*] nomen ciuitatis eſt.

d *Diuerſarum.*] ſcilicet, actuarios.

e *Niſi.*] accipe manus, &c. Ac.

f *Sublimitas tua.*] loquitur præfe. præto.

g *Contrectauerit.*] no. non valere, quæ fiūt à non iure electo. argum. cōtra. ff. de offi. præ. l. Barbarius.

h *SCriniarios. Tuæ magnitudinis.*] loquitur præfe. præ.

i *Sumere.*] ſic ſup. ſi cert. pe. l. cos. & ff. ſi certū peta. l. prælidis.

k *Cogi.*] ſ. ſcriniarios. Accur.

l *Volumus.*] ſic ſup. de admi tuto. l. cum quædam.

m *NEmini.*] ſic ſ. de epiſ. & cler. l. officiales & argu ſ. de agen. in re. l. bna. §. fideiuſſores.

n *NVlli. Adiuuare.*] ꝑpter timorē rationis corrumpendæ, & corruptibiliter notandæ.

o *Chartularijs.*] chartularij ſunt ſcriptores, qui nō ſunt ſcriniarij, i. notarij, vel, i. q non p̄ſunt ſcrinijs.

p *Adiutorum.*] i. ſcriniariorum.

q *Nulla.*] no. aſcendendum ad dignitates per gradus, non deſcendēdum, ut ſupra quemadmodum ciui mu. ind. l. maioribus. & ff. de mun. & hon. l. ut gradatim.

r *OFficio tuæ magnitudinis*] loquitur magiſtro militum officiorum

ſ *Precibus.*] ſcilicet, porrectis.

t *Statuatur.*] i. ſtatueremus. quod & fecimus tunc.

u *Annuens.*] ſcilicet, tunc.

Pro-

---

1 † *Impp. Th. & Valen. AA. Hiero. P. V.*

2 † *Cyrenea legit Alc. hic, cum Pȳ cū Chimelea nomē nuſquā apud Coſmographos reperiatur. alij vero ſic legunt, quā Antiochia quamq; cętera, &c.*

3 † *Idem AA. Protogeni PP.*

* *Adde Alciat. reg. 3. præ. 13. nume. 13.*

4 † *Aſia.*

5 † *Thracia.*

7 † *Pœna ſubiacent.*

6 † *Cuoni.*

a *Promulgata*]ad poſtulationẽ tui officij.
b *Reuocauit*] i.tunc, vel poſtea. & ſic nũc reuocamus, qđ tunc conceſſimus ad petitionem officij tui.ſed quanto ſpe durabũt? Reſpon.triennio fortè.vt ĩ eod.l. 2. in fi. Vel aliter expone legem: quia ſtatuerat, vt per biennium duraret, nunc remouet, quod eſt vltra annũ ad petitionem tui officij. ad quod ſup. de proxi.fac.ſcrin.l.pro biennio.
c PEr hanc tua celſitudinis.]loquitur præfecto prætorio Illyrici. nam eius officiales deponebãt officium, & fiebãt tribuni prætoriani, aſcẽdendo ad maiorẽ dignitatẽ.vt ſ. l. nulli. & tunc proferebatur quædam interlocutoria,ſeu decretum electionis, & aliquid ei dabatur. hic ergo ſtatuit, idem ſeruari in illis,qui eligantur ad comitiuam de dictis officialibus.

d DE CVRSV publico, &c.

Quandoque ponitur curſus per officio currendi, quandoque pro loco, per quem curritur ſecundum H vt inf.l. 2.etenim quidam officiales, qui præerant officio, vt facerent conduci militibus annonam, & arma in plauſtris, quæ ducebantur cum equis, vel in ipſis equis inf. eodem, l.curſum & ſup de fabricen.l fin.§.quoties.

e EQuos decernimus.]ſic ff.ad Sylla l.i.§ impuberi.
f PRæſidibus,Pecoribus]ſub pro.
g *Parauerdi.*] indeclinabile,i.quadrigarij. & dicitur à para, quod eſt, iuxta, & verẽdo,i equo ducẽte rhedã.à veho, & rhedã, ſecundũ H & ſic bubulci vel aurigæ dicuntur parauerdi Ac.
h *Derogetur*]i. denegetur.
i *Dignoſcitur.*] vt inf. eodem l.ſi quis. & ff. de rerum diui.l fi.
k *Tua*] loquitur p̃fecto prætorio.
l *Præſto eſt*] i.conceſſa eſt, vel præſtita, vt inf.eodem,l.iudicib.

promulgata [a] fuerat, ſuper vno tantummodo anno reuocauit. [b]

Officiales præfecti prætorio Illyricanæ,ſi dignitatem comitiuam adipiſcuntur,pfertur ſententia interlocutoria, ſeu decretum electionis. Et illud eis dari debet, quod ante hanc legem dabatur, cum officio prædicto depoſito eligebantur prætoriani tribuni.Bar.

Imp.Anaſtaſius A. PP. Illyrici.

LEX XII.

PEr hãc diuinam pragmaticam ſanctionem decernimus, quod antea tribunis prætorianis, dum dignitas eis,qui in ſcrinijs,ſeu gradibus officij tuæ celſitudinis [c] deponunt militiam, præbebatur, & cuſtoditum fuiſſe dignoſcitur,hoc ſuper honore quoque comitiuæ dignitatis eis impertiri, vt ſententia pro fine eorum militiæ proferenda dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantũmodo & ſine ſpeciali codicillorum, vel diuinorum apicum ſanctione ad eandẽ dignitatem adipiſcendam,& priuilegia eã ſequentia ſufficiat:ita tamen vt primi ordinis comitiuam per interlocutionem eiuſdem poteſtatis mereantur hi,i. cornicularius,& chartularius, & primiſcrinius,& numerarius ſcrinij Macedoniæ, & ſcrinij Daciæ,& ſcrinij operum, & ſcrinij aurihoc eodem in ijs etiam, qui poſt nouellam diſpoſitionem diuæ memoriæ Zenonis,quæ de eiſdem pœnis loquitur,& de eiſdem pſonis,quæ depoſuerunt militiam, obtinente,

TITVLVS LI.

De curſu [*] publico,& angarijs, & perangarijs. [d 1 †]

Imp. Conſtantinus A. [2 †]

LEX PRIMA.

EQuos,qui publico [e] curſui deputati ſunt, non lignis, vel fuſtibus, ſed flagellis tantummodo agitari decernimus: [e] pœna non defutura contra eum, qui aliter fecerit.

Præſides & rationales, quibus per rempublicam annonæ ſubminiſtrantur, pro pecoribus gubernandis,vſurpare non poſſunt bubulcos. Item nullus cum annona, aliam viam debet tenere, niſi per curſum publicum: quo proficiſcendi licentia eſt conceſſa.Bar.

Idem Auguſtus [3 †] PP.

LEX II.

PRæſidibus, & rationalibus, cæteriſq́; , quibus propterea Reſpublica & annonas,& alimenta pecorib. [f] ſubminiſtrat, vſurpandi parauerdi [g] licentia derogetur. [h] Sed nec per aliam viam, eundi quiſquam habeat facultatem, niſi per quam curſus [*] publicus ſtare dignoſcitur; [i] excepta videlicet tua [k] ſublimiſſima ſede, cui curſus publicus, & proficiſcendi per eum licentia, & vbi ratio exegerit; præſto eſt [l]

Nullus index,vel cuſtos publici curſus pati debet per publicum curſum aliquem ire,niſi vadens primo ſeriem ſuæ euectionis oſtendat: & volens reſiſtere,aut vltra tempus vehere, ſi repertus fuerit,retinebitur.Bar.

Impp.Arcad. [4 †] & Hono. AA. [5 †]

LEX III.

EVectiones ab omnibus [m] poſtulentur,& tã iudices,quam cuſtodes [n] publici curſus minimè tranſire patiantur, antequam ſeriem euectionis aſpexerint:Quòd ſi quis putauerit reſiſtendum,& ſine euectione iter facere detegitur vel vltra tempus, quod euectioni inſertum [o] eſt, publico curſu vti conatus ſit,vbi repertus [p] fuerit,ibidem iubemus retineri,& ſi quidem dignitate præditus, ſit, de eius nomine ad prouidentiam [6 †] tuam [q] & ad illuſtrem virum comitem, & magiſtrum officiorum referri: aduerſus vero cæteros protinus [r] indignatio competens exercenda eſt,quos ſynceritas tua pro loco,graduq́; militiæ [ſ] ibidem coerceri poſſe crediderit.

Parhippus appellatur,qui licentiam habens de duobus vehendis,tertium vehit, aut euectionem extra ordinem facit. Si autem ſecundum licentiã ſibi datam quis euenit, non debet delictum reputari, ſine euectionem faciat euectioni præpoſitus ſine mulio.Bar.

Impp. [7 †] Hono. & Theod. AA.

LEX IIII.

PArhippum [8 †] eum videri, & habendum eſſe, qui, vſurpato vno,vel duobus veredis, [t]

& loquitur præfecto prætorio.vel eſt aduerbiũ tẽporis,i præſentialiter conceſſa.
m EVectiones ab omnibus] ſcilicet prouincialibus, niſi ſpeciali lege excuſentur, vt ĩ.e.l.curſũ.
n *Cuſtodes.*] vt ſunt agentes in rebus, vt ĩ. de decu l.2.& l.fi.
o *Inſertum*] ſic ff.ex q.cau ma.l.ſi cui.§.fi.
p *Vbi repertus.*]aliàs, reperit, ſic ff. de offi. præſi l.3.
q *Prouidentiam tuam.* loquitur præfecto p̃torio.
r *Protinus.*]facit ſup. de deſerto.l 2.
ſ *Militiæ.*] ſic ff. de offi præſi.l.3.
t PArippum.Veredis.]expone, vt ſupra

* *De curſu publico multa Alcia. hic nõ aſpernanda iterum & Budæus in anno poſte ad Pandectas.*
1 † *Parangarijs Angaria. Perſida vxorẽ, quæ ſignificantur, equorũ præſtationes ad curſum publicum, vulgo poſtas appellamus. Bud. ad l. cer de falſ.*
2 † *Triano*
* *Nota contra doctorẽ non teneri ſi equum calcaribus vel flagello percuſſerit, ſic ſi ligno, vel baculo. Arg l. contractus ma. ad de reg. iu. Cerſet. in ſing in ver. conductor.*
3 † *Meyandino.*
* *Aldo Belly in c.poſtulaſti.nu. 8.de fo.cõp.*
4 † *Idem A. PP.*
5 † *Imp.Cõſtantinus. A Tauro PP.*
6 † *Prudentiam.*
7 † *Iulian Caſſiod. l. 4. & 5.var. epiſt c 4.*
8 † *Parhippum.Vide Caſſiodorũ lib.4.& 5. Variar.epi. 4.*

quos ſolos euectio continebat, alterū, tertiumve[a] extra ordinem cōmoueat. Nihil autē intereſſe debet nec ad crimen vocari, utrū agēs in reb. ſuo itineri, an[b] mulionis ſubiugādo modo, euectionis datæ formæ licentiam non excedat.

Imp. [1]† *Theodoſius A.*

LEX V.

SI quis per publicum curſum[c] iter faciēs, cuiuſcunque dignitatis, uel militiæ, ab itinere recto diuerterit; pœna in eum competens[d] proferatur.

Senatus habet poteſtatem euectionis, cum ad principē vadit: vehens verò contra publicum curſum, pœna hic inſerta punitur. Bart.

Idem Auguſtus. [2]†

LEX VI.

EVectionum copiam Senatui,[e] cum proficiſcendi ad nos neceſſitas fuerit, Serenitas noſtra largita eſt: ita tamē, cū aut à nobis euocatur, aut à clemētię noſtræ veneratione diſcedit.[f] Si q̃s ergo poſt hac contra vetitum[g] ſibi curſum publicū illicita temeritate præſumpſerit, motum in ſe noſtræ manſuetudinis excitabit.

Stabula prouincialiū non debent fieri ſumptu publico; ſed expenſis prouincialium, pro quibus habebunt animalium ſtercus. Bartolus.

Ijdem A. & Valen. C.

LEX VII.

IN omnibus prouincijs veredorum quarta pars[h] reparetur. ſtabula autē, ut impenſis publicis[i] extruātur, contra rationem eſt, cū prouincialium ſumptu, in quorum locis ſtabula conſtituta ſunt, citius arbitremur apparanda, & utilius ſit tam publico, quā ijs, quos ſtercus animalium pro ſuo ſolatio[k] habere concedimus.

Imp. Valentinianus. [3]†

LEX VIII.

VT agendi itineris poſſit eſſe moderatio, deni veredi[l] per dies ſingulos[m] ex vtraq; parte[n] dimittātur,[o] pœna quinque librarum auri minimè defutura contra eos, qui ſtatuta noſtra [4]† neglexerint.

Facienda euectionis copia oībus iudicibus denegetur, excepto præfecto pratorio, & officiorum magiſtro, niſi ad trāſmittendas publicas functiones euectionē faciat. Bar.

Impp. Leo & Authē. AA. [5]†

LEX IX.

IVdicibus[p] faciendæ euectionis copiā denegamus: cum id tantum noſtro numini, [6]† & tuæ ſedi, nec nō viro illuſtri magiſtro officiorū ſit reſeruandum:[q] cum nec præfecto vrbi, nec magiſtris militum, nec ducib. nec uicarijs, nec cuiquam [7]† alij prę ter memoratas duas poteſtates à nobis hoc cōceſſum ſit. Ijs enim tantum ambulandi facultatem iudices[r] ex ſuo arbitrio præbituri ſunt, quos in tranſmiſſionem publicarum functionum perſecutores viderint conſtitutos:[ſ] ſcituri, ſi definitionem noſtrā exceſſerint, ſe quidem vigintiquinque auri libris, officia vero quinquaginta eſſe mulctandos.

Super animalibus publicis ad euectionē curſus publici deputatis, nullus contractus locationis etiam ad vecturam emptionis, tenet. Bart.

Ijdem AA. [8]†

LEX X.

GRauiſſimæ pęnę acerbitate propoſitā, euectionum contractus,[t] animalium quoq; publicorum merces,[u] & ementis, & diſtrahentis coerctione [9]† prohibemus.

Iidem AA. [10]†

LEX XI.

NVllus euectione vtatur priuatus,[x] tametſi valuerit impetrare.

Imp. Leo A. [11]†

LEX XII.

QVoniam veredorum[y] quoq; cura pari ratione tractanda eſt; ſexaginta libras auri ſella cum frænis, ſexaginta itidem auerta[z] nō tranſeat,[a] ea conditione, vt ſi quis præſcripta moderatione imperatorū [12]† libramenta tranſcenderit, eius ſella in fruſta cędatur; auerta vero fiſci iuribus deputetur, exceptis auri centenarijs,[b] * quæ neceſſarium eſt ab hippocomis in ſolitis ſacculis[c] reportari.

Non debent ruſtici, qui hippocomi appellantur, perducendo equos per publicum curſum indigna ſpoliatione vexari. Bart.

ſupra l. 2. vel ſecundum P. veredus dicitur currus, à veho, & rheda. inde dicitur veredus, id eſt, vehens rhedam.

a *Tertiumve.*] aliàs, tertium ve, alias, tertiū vel, &c. & dicas agens in rebus, qui pręeſt euictionibus, vt ſup. eo. l. euictiones.

[1]† Val. & Val. A.A.

b *An.*] aliàs, necne. aliàs, an ne.

c *SI quis per publicum curſum.*] expone, vt in rub. & facit ſup. eo. l. 2. & 3. §. j. & eſt rō, vt tollatur copia ſe furandi.

d *Competens.*] id eſt, arbitraria, ff. de pe. l. ſanctio.

e *EVectionem Senatus.*] quia parificatur principi.

f *Diſcedit.*] ſic ſupra de decu. l. ſi quis decurio.

[2]† Gra. A.

g *Vetitum.*] omnibus eſt vetitum, niſi certis: vt infra eo. l. iudicibus.

h *IN omnibus. Quarta pars.*] nam nō omnes ſimul, ſed ſeparatim. & expone veredorum, vt ſup. l. parippum.

i *Publicis.*] ſic ſupra de oper. pu. l. turres.

k *Solatio.*] id eſt, ſtallatico.

l *VT agendi. Deni veredi.*] id eſt, 20. vt ff. de lega. primo, l. ſi quis teſtamento.

m *Per ſingulos dies.*] vt non ſeſe inuicem impediant.

n *Ex vtraque parte.*] ſcilicet mittentium, & remittentium. ad quod infra eodem, l. finali.

o *Dimittantur.*] id eſt mittantur, & remittantur.

p *IVdicibus.*] id eſt, alij magiſtratus, quam inferiores nō debent de publico habere euectiones: ſed accipiant ad vecturam.

q *Reſeruandum.*] & Senatui, vt ſup. eo. l. euectionum.

r *Iudices.*] qui præſunt mittendis, & agentes in rebus, vt ſupra eo. l. 3.

[3]† Val. & Gratian. A.A. Floro Co. R. P.

ſ *Conſtitutos.*] id eſt, deputatos in quarta veredorum, vt ſupra l. in omnibus non autem aliū pro alio, quia tunc eſſet parhippum, vt ſup eo. l. parhippum.

t *GRauiſſimæ. Contractus.*] id eſt rerū, quæ vehuntur. quod dic, vt ſup. de nauicu. l. pen. & quę res ven. non poſ. l. 3.

[4]† Lego.

u *Merces.*] quia locant alicui ad vecturā animalia publico curſui deputata.

x *NVllus Priuatus.*] quinimmo nec magiſtratus, niſi duo, ut ſup. eo. l. iudicibus.

[5]† Gratia. Valen & Val. P. P.

y *QVoniam veredorum.*] expone, vt ſup. eod. l. 2.

z *Auerta.*] id eſt, pectorale equorum.

a *Non tranſeat.*] ſcilicet, ſella, & auerta.

[6]† Nomine.

b *Auri centenarijs.*] aliàs, aurigenarijs, aliàs, auri centenarijs.

c *Sacculis.*] ſine ſella aliqua forte, & q̃d dicit hippoconos, expone, vt inf. l. proxi.

[7]† Cuidē.

Non

[8]† Philagio.

[9]† Coercitione.

[10]† Cinegio.

[11]† Impp. Val. Theo. & Arcad. AAA. Cynegio.

[12]† Alias, impetratione altas moderamine imperatoru.

* Centenaria exiſtimat hic Alciat. intelligenda omnimodum numiſmatis, qua equorum pectoribus aſſiguntur. al. Angarys.

Idem Auguſtus Floro.

LEX XIII.

NOn patimur hippocomos [a] * per eos, qui veredis vtentur, indigna ſpoliatione vexari; ſi quidem nonnulli veredarij [b] ſaga eorũ [c] dicunt auferre, vel pcidere. Quocirca per oẽs iudices, & curioſos miſerabilis remoueatur iniuria; ſcientib. cunctis, q; ſi obſeruata non fuerit noſtra ſanctio, non ſolum damna reſarcire, verumetiã notam, [d] & mulctam, qui neglexerit, ſubire cogetur.

Exhibitio curſus publici ſecundum cõſuetudinem locorum committitur, ut plauſtra faciant onerari. Bart.

Idem Auguſtus. [1]†

LEX XIIII.

PVblici [e] curſus exhibitio ſecundum locorum conſuetudinem uel curialibus, uel cohortalibus debet committi, [f] vel ijs, qui [2]† ſuo periculo ab eminentiſsima pręfectura ſub competenti cautela excipiunt. [g]

Mittens equum in curſum publicum non mittendum, quadruplum pretij dicti equi fiſco reſtituat. Bart.

Imp. Zeno [3]† A.

LEX XV.

SI quis [h] vel pro una mutatione [i] veredum ſuperducendum eſſe crediderit, in quadruplum ſuperductorum [4]† animalium pretium fiſci iuribus inferat.

Legati gentium principi non ſubditarum curſu publico poſſunt vti. Bart.

Idem Auguſtus. [5]†

LEX XVI.

IIs tantummodo [k] utendi curſus publici facultas cõceſſa eſt, qui legati de diuerſis gentibus ad noſtram clementiã properare feſtinãt.

Subtrahẽs mulionẽ euectioni deputatum, decem libras argenti fiſco perſoluat. Bart.

Idem Auguſtus. [6]†

LEX XVII.

NEmo mulionem mutationibus [l] deputatum, vel per ſolicitationem, uel per receptionem [7]† ſubtrahere audeat, decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans.

Curari dẽt, ne equorũ curſus publico deputatorũ pabula, i. prabẽnda cariori pretio uendatur, & etiam, ut non teneantur prouinciales uiliori pretio uendere. Bart.

Idem Auguſtus. [8]†

LEX XVIII.

ANimalia [m] publica, dũ longè maiore, [9]† ac p iniquo pretio pabula ęſtimãtur, per mancipes, [n] atq; apparitores [o] apertè vexãtur: ne id [p] cõtingat, ſublimitas tua [q] diſponat, ut nec pabula mutationibus [r] deſint, nec prouinciales ultra, quàm iuſtitiæ ſinit ratio, prægrauentur. [ſ]

Prouinciales, & curiales ad præſtandum animalia indebita ad curſum publicum, non grauentur: quia ſatis eſt, ſi conferunt in pabulis, & pecunijs equorum deputatorum curſui publico. Bartolus.

Idem Auguſtus. [10]†

LEX XIX.

COmperimus prouinciales & pabula, & pecuniam pro curſu equorum curſualium ſolemni ratione conferre, & extrinſecus etiam paraueredorum [t] onere prægrauari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne unquam curſus publicus ueniat in querelam, & occaſio deceptionis curiales, uel prouinciales animaliã indebita præſtare compellat.

Nullus dux, poſtquam ducatum ſuum intrauit, uti debet curſu publico, ſed iumentis proprijs: quod etiam obſeruatur in officialibus cohortalibus pœna contra facientibus imminente. Bartolus.

Idem Auguſtus. [11]†

LEX XX.

NEmo ducum ingreſſus ſemel prouinciam [u] ſuam, poſtmodum in itineribus faciendis curſu, atque angarijs ipſe ſine [12]† ſuo vtatur officio: ſed expeditionem militarẽ iumentis proprijs [x] exequatur. De cohortalinis [13]† etiã officijs eadem lege ſancimus, ne quis ex his per prouinciam ſuam diſcurrẽs, veredo [y] vti conetur in poſterum: cum ſacra prohibitũ ſanctione cognoſcat. Quòd ſi quis ducum, uel apparitorum, uel cohortalium officiorum temerario animo ea, quæ decernimus, contemnẽda putauerit: per ſingula animalia, quibus uſus fuerit, ſingularum librarũ auri illatione mulctabitur.

Etiam eccleſia tẽpore expeditionis non excuſatur ab angarijs, uel parangarijs. Bart.

---

a NOn patimur hipp. comos.] hippocomus equiſo, ſeu equorum curator a græco verbo hyppocomeo, i. equos curo.

b Veredarij] i. ducentes equos. alibi pro ipſis equis, ut no. ſupra eo. l. 2.

c Saga eorũ.] hoc ſagum ſagi, veſtis tenuis & abraſa. ſecundum Hug.

d Notam] i. deſt infamiam: ut ſupra de digni. l. 2. uel ſecundum P. i. bullam ſingulis manibus eorũ impreſſam, ut ſupra de aquædu. l. decernimus & de fabricẽ. l. ſtigmata.

e PVblici] no. conſuetudinẽ. inf. eo. l. curſum. & ff. de teſt. l. 3. § fi.

f Committi] ut faciãt onerari plauſtra.

g Excipiunt.] i. accipiunt.

h SI quis.] ſ. officialis. Accur.

i Mutationi] mittit equos non mittendos, & releuat mittendos ad quod ſup. eodem, l. pathippum.

k IIs tantummodo.] legatis, q &c. & dic, gentibus non ſubditis, ſed de ſubditis ſecus, ut infra eo. l. curſum. ibi, quoniam etiam legatorum. &c. & facit inf. eo l. iudicibus.

l NEmo. Mutationibus.] i. euectionibus, quæ fiunt per mutationes perſonarum, & equorũ, ut ſupra eo. l. in omnibus. Accur.

m ANimalia.] i. equos ducentes ueredos.

n Per mancipes.] qui manu capiunt.

o Apparitores.] i. deſt, publicanos, ut ſupra de uect. l. ſi quis. P. nam cum mancipes ea ſe uendunt, parũ datur eis: & ſic laborem pferre nequeũt. Et ſic not. q equus qui malè pabulatur, malè uadit. Accur.

p Ne id.] ſub. unde ne, &c. Accurſius.

q Sublimitas tua] loquitur præfecto prætorio. Accurſius.

r Mutationibus.] i. equis, qui per mutationes uehunt, ut ſupra l. proxi.

ſ Prægrauentur.] quia non debent minus uel vili pretio vendere. Accurſius.

t COmperimus Paraueredorum.] expone, ut ſupra eodem. l. ſecunda, & facit infra de lucr. aduoc. l. 2. & ſupra de vecti. l. uſurpationẽ. & ff. de off. præſi. l. illicitas.

u NEmo. Prouinciam.] i. ducatum.

x Proprijs.] facit ſupra de ſtatuis, & imagi l. & uirtutum. & in aut. de man. Prin. §. illud.

y Veredo.] expone, ut ſupra eodem, l. ſecunda.

Nullus.

---

* Hippocomi dicuntur ſtabularij, ſeu equorum curatores.

1 † Idem A. A. Potamio.

2 † Quas.

3 † Arcad. & Hon.

4 † Supraductorum.

5 † Idem A A. Remiſtheo duci.

6 † Idem A A Laurentio.

7 † Alias, obreptioni.

8 † Idem A A. Meſſala. PP.

9 † Minore.

10 † Idem A A. Theo. alias An. & Th. A. Sep. P. Afr.

11 † Idem A A. Anthemio.

12 † Sine ſuum vtatur officiũ.

13 † Cohortalibus.

1† 11 Th. & Va. A.A.

a NVllus. Habeat] ſic ſup. de ſac. ſan. eccl. l. nemině. & de exc. mu. l. maximatum. & ſup. de qui. mu. uel præ. l. 2.

b CVrſum. Tui culminis.] loquit̃ præfecto prætorio.

c Conſuetudinem.] ſupra eo. l. publici.

2† Leo PP.

d Tranſlatione.] ſup. de fabri. l. ñ. §. quoties.

3† Quidã legunt, clabulare: eſt autem clabula uehiculi genus. Vide Cuia cium hic.

e Legatorum.] ſupra eo. l. his tantummodo, contra, Sol ibi.

f Tractatorias.] ideſt, literas datæ licentiæ vehendi aialia, & ad de, ut ȝ. ti. 1. in Rub.

g IVbemus. Verendum.] hoc expone, ut inf. eo. l. 2. Ac.

h Iudiciali.] præfecti non alterius, ut ſup. l. proxi. in fi.

i DE TRACTATORIIS, & ſtatiuis.

Forte declinatur hic & hæc tractatoria, & erant viri, qui tractabant, & contrectabant animalia publica, & equos ſacro uſui deputatos. Vel forte tractatoria dicuntur litteræ data licentia uehendi animalia, ut ſupra titu. 1. l. curſum in fi. uel ut liceret ad tractandum i. ad apprehendendum criminoſos impetrare, ut ſupra de deſerol. 1. §. 1. unde & ubi erat licentia militi data forte falſa.

k TRactatores.] expone, ut in Rubr.

4† Anaſtaſius.

l Accipiant.] ut iter arripiant.

m Proſequuntur] i. qui deputati ſunt ad hoc. vt ſup. ti. 1. l. iudi cib § his enim.

n Corpore].ſcribebatur dies datarum in quodã libro, vbi omnes ſcribebantur, & biduum & inchoandum iter, & quinq; dies alij, quibus poſſit ſtare in itinere, vbi velit, non plures. alias capitur, vbi inuenitur, vt ſup. tit. 1. l. 3. Et no. ꝙ ſic biduum datur iis, qui accipiunt literas ad tranſeundum p Caſtrum francum.

5† Specialem.

DE APPARITORIBUS præfect. &c.

o PRæfecturæ.] ſ. prætoriæ, vt in Rub. & cornicularii erant, qui cornua ſo nabant, quando milites ibant ad bellũ, ſecundum H. de quibus inf. l. 3. & ſup. de offic. di. iud. l. ſciant & facit ad hanc l. infra, ti. 1 & ſup. de pala. ſac. lar. l. 1. & de dome. & protect. l. 1. Accurſius.

p Suſceptionem] i. officiũ ſuſceptoris de quibus habes ſup. de ſuſcep. l. 1.

q PRæfectiarios.] i. officiales præfecti.

r Perniciem] i. quod eſſet pernicies prouin.

ſ Suis] ſic ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis.

t Horreorum] publicorum Alciati.

u Curiarum.] ſcilicet, vt ſunt agentes in reb. vt ſupra de curioſis. l. 2.

Imp. Anaſtaſius A.1†

LEX XXI.

NVllus penitus cuiuſlibet ordinis, ſeu dignitatis, vel ſacroſancta eccleſia, vel dom' regia, tpe expeditionis excuſationẽ angariarum, ſeu parãgariarũ hẽat.a

*Imp. Iuſtinianus. A.*2†

LEX XXII.

5 Adde text. in l. necnō. & ibi Doct. ff. de ſol. c. cum illi lecta ext. de reſcri. c. cauſa quæ 40. diſtinct. | 6 Approbatur per Bartol & Ang. | 7 Iſta eſt de mēte Bartol. & Ang. | 8 Scilicet ſi perſeuerauerit in cōtumacia vſque ad ſentētiā. & uide latius de hoc per Nic. Angel. & Ia. in inſtit. de act. §. ex maleficijs. | 9 Quid ſit Falcidia & q̄d appellatione eiꝰ veniat, vide bo. gl. in Auth. vnū ſi parēs. & ibi Bar. C. de inof. teſt. eundē in l. 1. ff ad l. Falci. de hac Falc. & alijs q̄rtis vide bo nā glo. iuris can. in c. Ray. ſup verb. Trebellianū. ext. de teſtamen.

quando perſona fuit inſtituta, cui fuit neceſſe relinqui, hæc ſcilicet, quæ ſequuntur. Accurſius.
a *Seruos.*] libertate donatos.
b *Prius.*] vt ſupra eod. §. ſi quis autem. & §. ſi verò nullus.
c *Venire.*] repete, ſancimus.

vel non, dic, vt ff. de lib. & poſthum. l. ſi poſthumus. & ll. ſeq. vſque ad l. gallus.
p *Nihil ex patris.*] quid ſi aliquid habuit iure prælegati fortè, quod eſſe poteſt, vt ff. de inoffic teſtamen. l. finali? Reſpon. tūc ſicut quilibet legatarius, vel fideicommiſſa-

ad fideicommiſſarios, legatarios, & ſeruos,[a] & omnes abinteſtato ſecundū prius[b] à nobis traditum ordinem res venire,[c] vbique onere cohęrente[d] quatenus oporteat compleri ea, quæ teſtator ſecundum legem (ſicut prius diximus[e]) imperauit. ¶ Si verò[f] inſtitutio etiam ſubſtitutionē habuerit, certum eſt, quia prius ad ſubſtitutum[g] volentem venient omnes res ſm legem complentē, quæ relicta ſunt: & ſic illo nolente,[h] tūc ad cohæredes,[i] & legatarios & ſeruos, & qui abinteſtato, & qui extra ſunt, & fiſcū, ſm à nobis datā[k] obſeruationem, ea, quæ auferūtur, venient:[l] complentes vbique deficientium legitimas diſpoſitiones: propterea namque etiam ad tantas reſpexim⁹ ſucceſſiones, vt nō remaneat ſine aditione[m] ipſius moriētis hæreditas.[a]
¶ Exhæredatos[n] autē liberos, ſi iuſte[o] à patre excluſi ſint, & nihil[p] ex patris habeant voluntate, non vocamus, neque reſpicimus,[q] licet decies[r] millies velint. Vna eſt enim legis[ſ] intentio, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus impleātur. Eū enim qui ab ipſo teſtatore ꝓpria ſubſtantia pulſus eſt, quomodo erit iuſtum vocare ad res, quarum cum ille per exhæredationem factā in eum, expreſſim[t] fieri participem noluit?[u]

d *Cohærente*] ſcilicet cautionis.
e *Diximus*] vt ſupra eodem. §. his igitur. & §. ſi quis autem. in fin. Accurſ.
f *Si verò.*] iſte §. cū tribus ſequent. reſpicit tā legitimos hæredes, & legatarios, quàm extraneos hæredes.
g *Ad ſubſtitutum.*] Sed nunquid hæc ſubſtitutio vulgaris, adita hæreditate expirauit, vt C. de impub. & alijs ſubſtitutio. l. poſt aditā. quæ eſt contra? Reſpondeo quidam dicunt, illam corrigi. Alij dicunt, hoc ſpeciale, vt non expiret. Vel dic ſecundum Ioānem, 1 quod non ex vi ſubſtitutionis admittitur: ſed huius legis beneficio. Accurſius.
h *Nolente.*] ſcilicet, ſubſtituto. Accurſ.
i *Ad cohæredes.*] imò videtur primò, & immediatè tranſire ad cohæredes, vt ſupra eodem, §. proximo. & §. ſi quis autem. Sed dic, 2 quod non erat ſubſtitutus aliquis, vnde tranſit ad cohæredes immediatè: hic autem erat, vt patet ex illa dictione, verò, & alia etiam, quæ ſunt in primo caſu huius §.
k *Datam.*] vt ſupra eod. §. etenim. Accurſius.
l *Venient*] ſed nunquid liberatur ille, à quo res auferuntur? Videtur, quod ſic, interuentu nouæ perſonæ obligatæ, 1 inſtitut. quibus modis toll. obl. §. præterea. Item ideo tenebatur, quia erat hæres: ſed deſijt eſſe, cum alius ſit factus hæres inſolidum, vt infra eodem, §. in omnib. ergo deſijt teneri, ceſſante cauſa. 3 Sed contra videtur ſecundum Azo. vt ff ſol. mat. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. & de nego. geſt. l. ſiue hæreditaria. & C. de decu. l. ne quis, libro decimo. in fin. Prima tamen verior 4 videtur. Item quid ſi nullus vult habere illam hæreditatem à primo vſque ad vltimum: nunquid compellimus hæredem, vel alium, qui non compleuit voluntatem defuncti, eam aſſumere, & dare relicta? Reſpondeo ſic. vt enim hæc regula, quod fauore, &c. ut C. de legi. & conſt. l. quod fauore. vera eſt: ita & eius contraria, ſcilicet ſi aliquid in odium alicuius eſt inductum, non debeat in eius vtilitatem redire, vt ff. de interdict. & relegat. l. relegatorum. §. finali & de legatis primo. l. ſi ſeruus plurium § 2.
m *Sine aditione*] not. intereſt eum, &c. ut ff de interrogat. actio. l. & quia. & inſtitut. de bono. poſſeſ. §. quos autem. Accurſius.
n *Exhæredatos*] ſcilicet, cauſa adiecta: aliàs exhæredatio fortè non noceret ſecundum Ale. arg ff. de bo. lib. l. ſi patronus. §. ſi quis. imo ſine forte: vt inf. vt cum de ap. cog. §. aliud collat. 8.
o *Iuſte.*] hic exigo iuſtitiam legis, & hominis legis, ut rectè exhæredetur, 5 ſcilicet nominatim hoc modo, filius meus Sempronius ſit exhæres, vt inſtitu. de exhær. libe. §. 1. & ff. de lib. & poſthu. l. 1. 2. & 3. Item ab omnibus hęredibus eiuſdem gradus, vt ff de lib. & poſthum. l. 3. §. ſi ſius & C. de lib. præte l. 1. aliàs reſtitui debet ei hæreditas, vt ff. de bon. lib. l. ſi patronus. §. ſi quis hominis ut quia ſit ingratus, & cauſa ingratitudinis exprimatur a teſtatore & ab hærede probetur, ut infra ut cum de appel. cog. aliud. & §. ſiue igitur. collat 8. & C. de inoffic. teſtamen. l. omnimodo. vel dic, iuſte, ideſt recte, quod qualiter fiat

rius tantæ qnātitatis admittitur, vt ꝭ eod. §. etenim. & §. ſi vero, aut nō fuerit & §. ſi verò nullus. Acc.
q *Reſpicimus*] quia pro mortuo habet, vt ff de coniun. cum eman. lib. l. 1. §. ſi pater. 6 Accurſius.
r *Decies millies.*] ſic infra vt omnes obed. iu pro. in prin colla. 5. & infra de leno. in prin. col. 3. & de nup. §. ſed hæc. collat. 4.
ſ *Legis.*] ſcilicet huius, vt ſupra eodem, §. ſemper. & §. his igitur. ſed aliæ multæ hoc volunt, & intendunt, vt infra de nupt. §. diſponat. & ff. ad leg. Falcid. l. 1. in prin. vnde poteſt dici, legis in genere. prima verior eſt.
t *Expreſſim.*] ideſt, nominatim. & hoc exigitur, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina iure iſto, vt C. de lib. præt. l. fi. § 1. olim ꝭ in fœminis. vt inſti de exhæ. lib § 1.
u *Noluit.*] quaſi dicat nullo modo. Sed nunquid, quæ dicta ſunt in exhæredato, locum habent in præterito? Reſpon. 7 ſi a patre, in cuius eſt poteſtate, eſt præteritus: ipſo iure non valet teſtamentum: ſiue cauſam præteritionis expreſſit, ſiue non: ut C. de libe præte. l. fina. § penult. & inſtitu. de exhæ. lib. 1. reſpon. Si autem ab aliquo de linea materna: ſiue cum cauſa expreſſa, ſiue non, ualet teſtamentum, ut inſti. de exhære. lib. §. penult. & ff de contratab. l. illud. §. at teſtamenta. Sed hodie cauſa præteritionis 8 debet inſeri a teſtante, & probari ab hærede, ut ꝭ. ut cum de ap. cog. §. aliud & §. ſiue igitur. collat. 8. Idem de emācipato filio, ſcilicet quod debeat inſeri cauſa præteritionis, ut infra ut cum de appell. § ſiue igitur. & §. aliud. unde apparet, ꝙ in duobus ultimis caſibus, quando præteritus a linea materna, uel a patre emancipatus, olim etiam ſine cauſa, hodie uerò cum cauſa, locum habet, quod in hoc §. dicitur. Item quare nō uocatus exhæredatus inter eos, qui nominati fuerunt in teſtamento, cum ipſe fuerit nominatus? Reſpond. 9 fuit nominatus ad damnum, non ad lucrū, & hoc modo intellige hūc §. Item nunquid finitis perſonis nominati, in teſtamento, uocabitur inter eo, qui ab inteſtato ueniunt: cum & ipſe de illis ſit, & quidem primus, ut ff. de ſuis & legi hære. l. filius? Reſpondeo non, niſi per querelam, ut C de inoffi. teſtamen. l. ſi hæredum. Quintiniani & l. filiam. & ratio eſt: quia uidetur adhuc teſtamentum ualere, cum lex faciat etiam alios ab inteſtato uenientes hæredes loco repulſi: ut infra eod §. in omnibus. & hæres hæredis teſtatoris eſt hæres, ut C. de hæred. inſtit. l. fina. & quod dicitur filium agnatum proximum, & ideo admittendum, uerum eſt non facto teſtamento, uel eo facto, non tamen adita hæreditate: ut ff. de contratabul. l. filium. §. ſed cū exhæredatio. Item nunquid inter extraneos prorſus admittitur, uel cum fiſco, uel etiam poſt? Reſpondeo quidam 10 non. fortè propter prædictas rationes in proximo. §. ſed poteſt contradici, ut non tamquā ipſe, ſed tamquam quilibet extraneus admittatur: ut C. de adopt. l. ſi pater. §. qui duos. Item quid ſi teſtator unū nummū mihi legauit, & hæres inſtitutus non compleuit ſuam uoluntatē: nunquid occaſione nummi totā habeo hæreditatem, & priuabo agnatos, qui quaſi ex debito ſperabant, ut ff. pro ſo. l. & quia? Reſpōdeo ſic. nam plus me dilexit

teſtator

1 Iſtā ſequunt B. & Ange hic, & Bar to. Bal. P. Sal. Alex & Iaſ. in l. poſt aditam. i gl. allega. & ſcribetes in Auth. hoc amplius. C. de ſideic.
2 Idem Ang. i cōtrario, & hic Bart. & idem Ang.
3 Scilicet finali, ut c. cū ceſſante. de appel. & Angel. in § 1. inſtit. de mil. teſtamen.
4 Et bene Bart.
5 Sing. eſt ſm la. in l. iuſte de acq. poſſ. & iſtā primam expoſitionē ſequitur. Ang.

a Ex hac nouella, ut & ex alia. inf. ut cū de ap. cog. apparet magna ex parte correctū eſſe, quod vulgo dicitur, non adita ex teſtamēto hæreditate. & cætera.
6 Vid. pulchrè Alb. de Roſ. l. d. §. ſi pater. & ſeq. Bart. in l. quidā cū filium de verb. obl.
7 Idem Bar.
8 Iſta gl. eſt ſingu. ſm la. in Auth. ex cauſa. C. de li. præter.
9 Iſta eſt de mente Bar. & Ang.
10 Idē tenēt Bart. B. & Sal. in Auth. hoc amplius. C. de fideic. quamuis Bart. dicat, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis.

teſtator, cum ſis nihil, mihi aliquid legauerit, vt Inſtitut. de hæred. inſtit. §. ſi plures, & ſup. eod. §. ſi quis autem, & §. ſi vero aut non.

a *Si verò.*] vero accipitur pro enim, vel pro certè. Accurſius.

b *Deduximus.*] vt ſupra eod. §. ſi vero inſtitutio.

c *Vocantur.*] aliàs, ſcilicet. nam hic velut ex teſtaméto admittitur huius l. auctoritate.

d *Et ad extraneos.*] qui admittuntur cum ſa libertatum ſeruandarum. Sed quid ſi nulla libertas eſt relicta? Reſpondeo adhuc admittitur extraneus, vt cætera relicta ſoluat. & ſic intellige, quod hic & alibi dicitur de extraneo per hanc conſtitutionem. Sed quid ſi nulla ſunt relicta: ſed fortè propter timorem creditorum tantum præcedentes extranei noluerût adire? Reſpondeo adhuc videtur idem, vt habeat locû hæc conſtitutio argum. Inſt. qui man. non poſſ. §. 1. Sed contra credo cum propter vltimam voluntatem ſeruandam hæc conſtitutio facta fuerit, vt ſupra §. proxi. ibi, vna eſt enim &cæt. Accipient ergo eam creditores, & diſtribuent prout volunt, vt Inſtitut. de hæred. qualit. & differ. §. 1. fiſcus autem non per hanc legem, ſed ſuo iure tanquam vacantem poteſt accipere. ſi vult, vt ff. de iure fiſ. l. prima. vt tamen reſpondeat creditoribus, vt ff. de iure fiſ. l. non poſſunt. g Accurſius.

1 Iſta glo. eſt de mête Bart & Ange. ad hoc quod bona dûr vacantia, quã hæreditas non adiitur.

2 Sequitur eam Bart.

e *Nec quaſi aliquem lateat.*] i. nullus ignoret: quia ita decreuit fieri hæc conſtitutio. & eſt hic verius interpoſitio.

¶ Si verò [a] ablatam partem à non complente morientis voluntatem, prius deduximus [b] ad ſubſtitutos, deinde ad cohæredes, & poſt illos ad legatarios, & fideicommiſſarios, necnon & ad ſeruos. & ita ad eos, qui ab inteſtato vocantur, [c] & ad extraneos, [d] atque ad fiſcum venimus: non abſurde hoc factum eſt, nec inaniter, nec quaſi aliquem lateat, [e] quod decet: ſed ex prouidentia, & ſecundum legem, [f] vt finitis primum omnibus ſecundum teſtamenta perſonis, deinde abrenunciantibus [g] ita ad eam, quæ eſt ab inteſtato vocationem, & alios veniremus.

¶ In omnibus [h] autem caſib. in quibus ſcriptis non complentibus, vocamus, aut ex teſtamento perſonas, aut ab inteſtato, & cæteros extraneos, & fiſcum, damus omnibus talibus perſonis fieri hæredes, [i] & aditionis, aut pro hærede geſtionis habere ius, (hæc enim [k] legis verba ſunt) & tanquam hæredes omnia gerere, & conuentos, & conuenientes.

Hæres extraneus, & quilibet honoratus inobediens, omni commodo hæreditario priuatur ſuo ordine applicãdo perſonis enumeratis, exhæredatis penitus excluſis, vocatis à iure hæredibus effectis. hoc dicit. Bart.

Item cognati, licet neque à lege xij. tab. neque ex teſtamento vocentur, tamen admittuntur iure prætorio, quod antiquiſſimum eſt, vt Inſtit. de ſucc. cog. & ff. vnde cogn. per totum. Item emancipati, 3 vt Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. §. emancipati. Sed hæc non videntur bona exempla de cognatis, & filijs emancipatis, cû non ſint hæredes, vt Inſt. de bonorum poſſeſſ. §. quos autem. Sed dic, quod quo ad effectum hæres eſt: vt ff. de bono. poſſ. hær. pe. l. 1. & de fideicô. hæred. pe. l. 2. ſed & nouæ leges hoc faciunt, vt C. de epiſc. & cler. l. ſi quis ad declinandum. Accur.

¶ Hæc quidem etiam antiquiſsimæ [l] leges ex propria auctoritate præſtabant, & hęredes faciebant eos, qui neque ſcripti hæredes, neque ab inteſtato ad hæreditatem vocabantur. [m]

¶ His omnibus [n] obtinentibus licet non ab hęrede, ſed à legatario, aut fideicômiſſario, aut mortis cauſa percipiente, dari aliquid, aut fieri teſtator voluerit: [o] eodem ordine in occaſione ablatarum rerum ſeruando: & inchoante quidem à ſubſtitutis [p] legatarijs, [q] terminante verò [r] in fiſco. [s]

¶ Et nullus [t] hanc legem duram habeat tãquam relictis priuatus, [u] ſed côſiderans, [x] quia omnibus [*] hominibus terminus [y] vitæ eſt mors: [z] & non ſolùm ab alijs ipſe ſe percipere côtempletur, ſed cogitet, [a] quia & ipſe alijs moriens imperabit, [1] † & ſi non huius legis mereatur auxilium, nihil horû, quæ cum omni ſtudio diſpoſuerat, ad effectum perducet. [b] Non enim [c] ijs, qui ſub nobis, neque qui nunc ſolum ſunt hominibus, ſed omni etiam poſt hoc currenti tempori [d] legem ponimus.

Hæres Falcidiam detrahit de legatis, ſi nihil malignitatis in hæreditate commiſit, & inuentariû ſolicitè fecerit tempore, & modo ſtatutis: aliàs ſecus. Ang.

m *Vocabantur.*] innuit, quod . ſtis duobus modis tantum fiant hæredes. quod verum eſt, vt hic, & Inſtit. de bonor. poſſ. §. quos autem.

n *His omnibus.*] ſ. vt à non complente auferatur commodum, & quod detur alijs ſecundum ordinem, vt ſ. §. ſi quis autem, & §. inordinatum, & §. ſequen.

o *Voluerit.*] nam omnes illos potuit onerare, vt hic, & Inſtit. de ſin. reb. per fideicom. re. in princ.

p *A ſubſtitutis.*] ablatiui caſus eſt.

q *Legatarijs.*] datiui.

r *Terminante.*] id eſt finiente.

ſ *Fiſco.*] ſcilicet ponendo. Sed quis admittitur poſt ſubſtitutum legatario? Reſpond. hæredes, vel alij, qui magis fuerunt à teſtatore honorati, vt ſupra eodem, § etenim, & in ſequen. §. ſed quid ſi habuerit collegatarios, & coniunctos, & re, & verbo? Reſpondeo 4 idem quod ſupra, ſcilicet, vt hęredi detur, nec alteri accreſcit: quia iam erat ſciſſum iuris præſumptione, vt Inſtitutio. de legat. §. ſi eadem.

3 Dic, quòd ria agnationis, & cognationis, emancipatiõis, & ſuitatis ab inteſta to eſt ſublata ſm. Ang. & vi de omnes ſcribentes in l Gallus, ff. de lib & poſthum §. & quid ſi tantum.

* *Concord. tex. in §. deinceps, in frã de nup. & de pœn. diſtin. 1 & per Archi. in cap. placuit, de con ſecr. diſt. 4.*

1 † *Manda ti dabit.*

4 Idê Bar.

5 Iſta gl al legatur, quod appellatio ne mortis in dubio venit naturalis, & ciuilis. & an hoc ſit verum, quod mors naturalis æquiparetur ciuili, vide ſcrib. in l. Gallus, §. & quid ſi tm, ff. de libe. & poſthu.

6 Facit ad gu. §. 35.

7 contidimus, & c. ideo, & C. de legi. l digna vox, cum ibi not.

f *Secundum legem.*] ſcilicet factum eſt hoc. Accurſius.

g *Abrenunciantibus.*] ſcilicet expreſſè. Sed quid ſi nec repudiat, neque accipit? Reſpondeo 2 inſtantibus ijs, qui conſequenter deberent admitti, compellentur intra tres menſes eam renunciare, vt C. de iu. delib. l. vlt. §. ſimiliq; modo. 420.

h *In omnibus.*] ſ. caſibus.

i *Fieri hæredes.*] ergo & ille, qui erat, deſinit: cum duo inſolidum non poſſint eſſe hæredes, vt ff de hæred. inſtit. l. item quod Sabinus. Accur.

k *Hæc enim.*] interpoſitio eſt, vt demonſtrant hæc verba, adire, & pro hærede gerere, quæ exponuntur, vt Inſtit. de hæred. qual. & diff. §. fin.

l *Antiquiſsima.*] vt illum, qui petit ſibi bona dari cauſa libertatum ſeruandarum. vt ff. de fideicom. lib. l. 4. §. 1. vſque in fi. l. & Inſtit. de eo, cui lib. cau. bo. addi. per totum.

t *Nullus.*] ſ. hæres, vel alius oneratus. tacitæ enim reſpondet obiectioni.

u *Priuatus.*] per hanc l. Accur.

x *Sed conſiderans.*] ſic quia, &c.

y *Terminus.*] licet incertus, vt ff. de cond. & demon. l. 1. Accurſius.

z *Mors.*] ſ. naturalis, 5 vt hic, & ‡. de nup. §. deinceps, coll 4. non ciuilis.

a *Cogitet.*] ſic ‡. vt cum de appel. cogn. § hæc autem diſpoſuimus, coll 8.

b *Perducet.*] ſ. quando teſtabitur ipſe. Vel ſi habes, perducent, dic, ſ. hæredes eius.

c *Non enim* 6] Reſpon. tacitæ obiectioni. Accur.

d *Tempori.*] non autem ad præterita tempora trahitur, vt C. de leg. & conſt. l. leges.

Cap. II. De lege Falcidia.

¶ Hinc nobis [a] ingreſſa eſt cura, [b] & quædam conſideratio Falcidiæ [c] legis, quæ etiã, inuitis [d] teſtatoribus, ſi expẽdantur [e] res per legata, præbet [f] etiã retinere hęredes quãtùm eis impleat [g] quartam ſubſtantiæ. Et hic enim repugnare quidam videntur [h] voluntati [i] deficiẽtis, [k] & incumbere legi [l] talia permittenti.

¶ Sancimus igitur (qm̃ tuenda nobis * vbique eſt deficientiũ voluntas) hæredes, ſi voluerint hac vtilitate [m] potiri, puram ſeruare legis poteſtatem, [n] & non per ea, quę fortè ſubripiũt, aut malignãtur, [o] introducere pertentent Falcidiam: cum vtique ſi nihil malignati eſsẽt, non fortè [p] competeret. Fiat igitur inuentarium ab hærede metuẽte, ne fortè non habeat poſt debita, & legata Falcidiam ſm modum, & tempora, [q] per quæ dudum ſanciuimus, quando [r] homines excepimus [ſ] 1 † ex damno rerum ſuarum: in aditionib. ſtatuentes onera vſque ad ſubſtantię relictæ menſuram: illo adiecto [t] ſolo, vt oporteat hmõi hæredẽ, qui non creditorem ſolum, ſed etiã legatarios, & fideicommiſſarios vereẽ, & metuit, nõ damnificari [u] ſolùm, ſed etiam non lucrari, conuocare [x] omnes legatarios, & fideicommiſſarios, [y] quanticumque in eadem ciuitate ſunt cõſtituti: aut quoſdam pro eis agẽtes, [z] ſi fortè perſonarum natura, [a] aut dignitas, [b] aut qualitas, [c] aut ætas, [d] aut quælibet neceſſitas [e] facultatem eis non dat ad inuentarij præſentiam.

¶ Si verò abſunt [f] aliqui, [g] intereſſe teſtes [h] in ipſa ciuitate fide dignos, & poſſidentes ſubſtantiam, [i] & optimæ

a *Hinc nobis.*] quaſi dicat, ex quo de incõmmodo hæredis vidimus, & de commodo videamus, ſcilicet l. Falcidiæ. Accurſius.

b *Cura.*] aliàs hora. i. caſus, vel euentus. vnde illud: Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora: vel dic, hora, i. pars tẽporis, vel tempus. nam dicit hora pars tẽporis ex momẽtis plurimis conſtituta, & p tales particulas diuidit dies, & nox, vt ff de verb. ſign. l. 2. & C. de tranſactio. l. non minorem. ſecundum P nam 24. horæ diem naturalem faciunt 12. faciunt artificialẽ: vt ff. de verb. ſignif. l. 2. §. fin. & de adult. l. capite. Acc. 1

c *Falcidia.*] dicitur autem Falc. à falce: quia ſicut falx reſecat: ſic & hæc lex: vel Falcidio auctore: vt Publiciana à Publicio prætore, vt Inſtit. de act. § aliæ. Et no. q̃ ſuper hac materia primo lex 12. tab. inuenta eſt, quæ plenũ ius tribuit teſtatoribus, vt ff. ad leg Falc. l. 1. dic, vt ibi. Secundò lex Furia, & Voconia. Tertiò lex Falcidia: quia dictę duæ leges non erant ſufficientes, vt Inſt. ad l. Falc. primo reſpon. quia Falcidia fuit modificata per Iuſtinianũ, vt demum, facto inuentario, haberet locum, vt C de iu. delib. l. fin. & iterum plus per eundem fuit modificata, vt ei tantũ competat, qui non ſurripuerit: & qui ſolennitatem in inuentario adhibuerit, vt ſtatim ſequitur. Accur.

d *Inuitis.*] hoc eſt verum per l. iſtam Falc. & de iure veteri, vt hic, & Inſt. ad l. Falc. § 1. & ff. ad l. Falc. quod de bonis, §. 1. & §. fin. hodie vero contra, vt ꝫ. eod. §. ſi verò expreſſim. ſed quomodo etiam iure veteri fiebat contra voluntatem teſtatoris, vt ſup. eod. §. ſemper? Reſpon. hoc fit, lege permittente, ſ. Falc. vt hic dicitur.

e *Expendantur.*] ſ. in totum, vel ita quod non remaneat hæredi quarta illius partis, ex qua fuit inſtitutus, vt Inſt. eo. §. 1. Accur.

f *Præbet.*] i. concedit hæredibus, vt retineat. Accur.

g *Impleat.*] ſiue aliquid deerat, ſiue non: vt inf. eod §. hoc autem.

h *Videntur.*] ſ. hæredes, ſecundũ Azo. ſed non repugnant præſumptiones huius l. ꝫ. eod. § prox. & §. ſi verò abſunt, in fi. Accur.

i *Voluntati.*] tacitæ: in expreſſa ſecus: vt infra §. ſi verò expreſſim.

k *Deficientis.*] i. morientis teſtatoris.

l *Legi.*] ſ. Falcidiæ.

m *Vtilitate.*] ſ legis Falcidiæ.

n *Poteſtatem.*] aliàs voluntatem.

o *Malignantur.*] ſ. deſtruendo. Accur.

p *Fortè.*] cum non ſic lege, ſi non ſurripuiſſet, ceſſaret: quia ſufficienter erat ibi pro quarta, & poteſt poni exemplum. vt ſi erat patrimonium centum aureorum 75. legauit hæres ſubtraxit 25. & q̃ dicit non fortè, ideſt non haberet locum, cum non eſſet neceſſaria, vel ſi non habes, non 2 dic, q̃ erat patrimonium 100. legata erant centum, vel nonaginta: ſubtraxit aliquid, puta 5. nunc non poterit vti Falcid. & ſi hoc non feciſſet, potuiſſet. Nam priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate, vt hic, & C. de Iudæis, l. Iudæos, in fi, & in Decretis, vndecima quæſt. tertia, priuilegium. & quòd dicit fortè, ſit ſuperfluum. Vnde hoc caſu punitur plus quis per legem iſtam, quàm per l. C. de iure deliber. l. fin. §. illo. ſed ius vetuſtius hoc velle videtur, vt ff. ad leg. Falcid. l. beneficio, & l. hæreditatum, §. fin. Accurſius.

q *Tempora.*] per quæ dudum, vt ſigno crucis præpoſito 2 incipiat fieri intra 30. dies ab apertura teſtamẽti, & compleatur intra duos menſes alios, rebus, & perſonis in præſentia poſitis: aliàs intra annum, vt C. de iu. delib. l. fin. §. ſi autem dubius, vſque ad § & ſi præfatam. Accur.

r *Quando.*] ſubaudi, eo tempore, quando, &c.

ſ *Excepimus.*] i. deliberauimus.

t *Adiecto ſolo.*] ſ. illã conſtitutioni. C. de iu. delib. l. fi. per hanc conſtitutionem.

u *Non damnificari.*] repete metuit dico, & cætera.

x *Conuocare.*] oportet dico, &c. Azo.

y *Fideicommiſſarios.*] Nunquid etiam creditores? Reſp. quòd ſic: quia & eorum intereſt, vt infra, de ſponſ. larg § ad hęc, collat. 9. plus etiam, quia damnum euitant, vt C. de iu. delib. l. fin. § licentia.

z *Agentes.*] procuratores. ſed qualiter hoc fiet? Reſpon. mittetur ad domum, vt aut veniat vocatus, aut alium pro ſe mittat, 3 vt ff. quib. ex cau ma. l. item ait prætor, §. pen. & §. fin. & C. de auct. præ. l. 1. in fi. Accur.

a *Natura.*] vt quia mulier, quæ non debuit in iudicio cõparere, vt C. de procur. l. maritus. imò punitur vocans, vt C. de offic. diuer. iud. l. 1.

b *Dignitas.*] vt ſacerdotij, 4 vt C. de epiſc. & cler. l. omnes, in princ. & ff de in ius voc. l. 2.

c *Qualitas.*] vt quia valetudine eſt impeditus, vt ff. de iureiur. l. ad perſonas.

d *Ætas.*] vt pupilli, & adulti curatores habentes: quia per omnes ſe repræſentant, vt C. de in integ. reſt. min. l. 3. & C. ſi aduer. rem iud. l. & cum minores.

e *Neceſſitas.*] vt quia captus ſit, vel in vinculis, vel latumijs, vel nudus, vt ſine ſuo dedecore in publico apparere non poſſit, vt ff. ex quibus cauſis maio. l. ſuccurritur, & l. in eadem.

f *Si verò abſunt.*] ſed de qua abſentia hic dicitur, cum multa ſint genera abſentiarum, vt diximus ꝫ. de fideiuſſ. §. primo? Reſpon. ſi extra ciuitatem, dicitur abſens, vt ꝫ. proxi. innuitur.

g *Aliqui.*] ſ. ex legatarijs, vel creditoribus. Accur.

h *Teſtes.*] oportet repete.

i *Subſtantiam.*] aliàs facultatem, ideſt ſubſtantiam, vt Inſtit. qui manu non poſſunt, §. præualuiſſe. Vel dic facultatem, ideſt poſſibilitatem dandi aliquid, vt ff. de verborum oblig. l. continuus, §. illud. ſed poſſidens ſacculum, habet facultatem: ſed intellige 5 idoneam pro motu iudicis, vt ff. de iure delib. l. 1. §. fin & C. de epiſc. aud. l. de creationibus. nam facit facultas, vt ſibi magis credatur, vt ꝫ. de teſtibus, §. ſancimus, collat. 7. Sed quale erit iudicis arbitrium, vt æſtimet idoneum? Reſpond. vt habeat tantum, quantum id, ſuper quo poteſt eſſe 6 quæſtio, vel ſi ſit par iniuncto oneri, vt Inſt. de excuſ. tut. vel curat. §. item propter paupertatem.

1 Vide gl. in §. ruſſus, Inſtit. de act. & inſcrib.

* *Concord. c. nos quidẽ. ibi, cuncta ſecundum voluntatem defuncti ſine altercatione conſtrue, & c. tua nobis, cum gloſſa ſuper ver. voluntatem, ext. de teſt.*

2 Eius tñ omiſſionõ vitiat inuentariũ. Bart. hic, & Ale. in rubr. ff. de oper. noui nunc.

1 † ἐζημιῶμεν.

3 Dicit B. q̃ ad primum decretũ ſufficit citatio procuratoris: ad ſm requirit citatio dñi, & vltra dicit, q̃ inuentariũ dẽt fieri corã iudice.

4 Idem dicas de clericis quibuſcõque, qui largè dñr habere dignitatem gl. & ibi Doct. in c. vnico, de vita & hon. cleric. in 6.

5 Idẽ Bar. & Angel. hic.

6 Sequuntur Bar. & Ang. & eſt ſingul. ſm Iaſon. in l. fideiuſſor. ff. qui ſatiſda. cog. idem Bal. in Authẽ. ſed cũ teſtator. C. ad l. Falc.

a *Opinionis.*] quæ formatur ex bonis moribus, vt ff. de tuto. & cura. da. ab his, l. ſcire oportet. §. ſi. Accur.
b *Tres.*] i. tribus, qui hæredem cognoſcant, vt C. de iur. deli. l. ſcimus. §. ſin autem dubius, & dic, vt ibi plenè no. Ac.
c *Tabularijs.*] interpoſitio eſt hic verſus, & ponitur hic plurale pro ſingulari. 1 ſic C. de epiſc. & cle. l. orphanotrophos, & C. de ijs, qui in eccle. ma. l. 1. ff. de neg. geſt. l. ait prætor. Sed quid ſi ſint tabelliones tres in cõfectione inuentarij? Reſpõ. 2 valet. nã non iõ minus quod ſint tabelliones tres, credit eis: immo plus, cum ſint publicæ perſonæ, vt inf. de teſt. §. ſancimus, coll. 7. & propterea reſoluitur plurale in ſingulare.
d *Quantum ad hoc.*] ergo à contrario ſenſu, aliàs ſoli tabellioni credimus etiã ſine teſtib. cõfecto inſtrumento, & eſt pro hoc C. de do. l. in donationib. Sed certè 3 non credit ei ſoli: niſi teſtes adhibuerit ipſe tabellio in inſtrumẽto, vt int. de fi. inſtru. §. ſed & ſi inſtrumenta. coll. 6. & ꝙ in d. l. in donationib. continetur, verũ eſt, vt non ſint neceſſarij cũ ſubſcriptionib. propria manu ſcriptis, tabellio tñ ſcribere debet eorũ nomina, vt dictũ eſt. Et ꝙ hic dicit q̃tum ad hoc, iõ eſt: quia aliàs tabellio, & duo teſtes, quorũ nomina nõ ſunt ſcripta, ſufficerent: hic aũt exiguntur tres, ſed videntur hæc omnia eſſe correcta, & ꝙ ſemper ſoli tabellioni credatur per ius nouiſſimum, vt C. de fid. inſtru. l. ſi verò neque annumeratos? Reſpon. diſtinguendo 4 tempus, quo conficitur inſtrumentum: vt tunc teſtes ſint neceſſarij à tempore quo vult aliquid probari ex inſtrumento, vt tunc ſoli inſtrumento, ſi non negetur publicum. aliàs ſi negetur publicum, credatur ei cum iuramento tabellionis, & per comparationem, vt infra de inſtr. caute. & fide. §. ſed & ſi iuſtr. & §. ſi verò moriantur & §. ſi verò neque tres. i. tribus. Accur.
e *Inuentarium.*] i. ſola ſcriptura in qua res inuentæ in hæreditate conſcribuntur, vt ff. de adminiſt. tuto. l. tutor, qui repertorium, primo reſpon. Sed nunquid vno contextu fieri debet? videtur quod ſic, ad inſtar teſtamenti, vt C. de teſta. l. cum antiquitas. Sed contra dico, 5 vt C. de iure delib. l. ſi. §. ſin autem dubius. Item nunquid idem tabellio vſque ad finem debet adhiberi? Et idem in teſtibus quæro. Reſpon. ſic. 6
f *Superuenientibus.*] i. redeuntibus.
g *Quærentibus.*] pro, conquerentibus.
h *Examinationem.*] quæ fiet per tormenta, vt C. de iure de lib. l. ſi. §. ſcientia.
i *A nobis.*] vt C. de iu. deli. l. ſi. §. licentia vel dic, vt C. de quæſt. l. 1. & fin.
k *Hæredis.*] qui iurabit nihil malitioſè feciſſe, vt ſequitur.
l *Et vidiſſe.*] not. teſtimonium de auditu non recipi, ſecundum noſtra iura, vt hic, & C. de teſt. l. teſtium, niſi in caſu, vt in actione aquæ pluuiæ arcendæ, & ff. de probat. l. ſi arbiter. Item not. teſtem debere videre; vnde cæcus nõ admittitur hoc caſu. Nunquid aliàs? Dic, quòd admittitur. 7 cum non inuenitur prohibitus: vt ff. de teſtibus, l. 1. Item no. eum debere dicere ſic eſſe, vel non eſſe, non autem de credulitate 8 vt hic, & C. de teſtibus, l. teſtium, aliter in ſacramento calumniæ, vt C. de iur. cal. l. 2. §. quod obſeruari. Item not. quod negatiua probatur, quod eſt contra. C. de probat. l. actor. ſed habet æquipollẽtiam affirmatiuæ: cũ enim 9 iuret, ſe ſtetiſſe vſque ad finẽ in uentarij, & nihil potuiſſe fieri, quin ipſe videret: perinde eſt, ac ſic affirmatiuã proponeret, vt ff. de codicil. l. nec codicillos.
m *Veritatem.*] Not. ꝙ iudex debet omnino inquirere veritatem: vt C. de edend. l. is, apud quem.
n *Niſi fortè.*] hoc, niſi refertur, ſupra cum dicit, conuocare omnes, qui ſunt in ciuitate, &c.
o *Teſtium.*] ſ. trium: vt ſupra dixerat, nam videtur repetitum, vt ff. de ver. obli. l. Titia. § idem reſpõdit. Vel dic, duorum, in odiũ nõ venientium cum minus non dicitur, vt ff. de teſti. l. vbi numerus, arg. C. de cad. toll. l. vnica. §. pen.
p *Deſcriptionem.*] i. inuentarium
q *Repoſito.*] i. remoto. q. d. non iurabit hæres, neque torquetur ſeruus in odium non venientium, ſecundum quoſdã, vel melius dic, repoſito, id eſt, reſeruato: vt nihilominus dicta auxilia ei reſeruentur. Accurſius.

opinionis [a] exiſtentes: non minus tres [b] (tabularijs [c] enim ſolis quantum ad hoc [d] competit, non credimus [4]) coram quibus conuenit fieri inuentariũ, [e] ita vt ſuper uenientibus [f] legatarijs, & quærentibus [g] forſan ſurreptum aliquid rerum, aut nõ manifeſtatum: licentia ſit nõ ſolum per ſeruorum examinationem [h] [1] † cauſam quærere, (nam etiam hoc præbuimus per prolatam dudũ à nobis [i] in ſeruilibus examinationibus obſeruationẽ,) ſed etiam per iuſiurandum hæredis, [k] & iuſiurandũ teſtiũ, dicẽtium ſe, & affuiſſe ijs, quæ geſta ſunt, & vidiſſe, [l] quæ tunc agebantur, & in nullo [2] † conſocios eſſe factæ ab hærede malignitatis: ſicque in ijs, quæ relicta ſunt à teſtatoribus inuenire veritatem: [m] niſi fortè [n] præſentes legatarij omnes, aut quidã conteſtatione ſibi prę miſſa noluerint venire, nec adeſſe inuentario, tũc enim licentia erit hæredi, etiam non aduenientib. legatarijs, contentum eſſe teſtium [o] prę ſentia, & facere deſcriptionem: [p] repoſito [q] [3] † etiam ſic legatarijs, & iureiurando hæredis, & ſeruorum examinatione, & his [r] omnibus obſeruatis, habere ex Falcidia præſidium. [ſ] Sic enim non videbimur, neque legẽ, ita hactenus approbatam minuere, [t] neque iniuſtitiam facere morienti. Si .n. omnino quidem ſibi vult aliquos fieri hæredes, & habere quandam conſolationem [u] ex ſua ſucceſſione, & arbitratur ſufficientẽ ſe habere ſubſtantiam, non tamẽ hoc cauſæ veritas oſtẽdit: [x] certum eſt, quia non hæc cõ trarietas erit ſententiæ morientis, ſed ignorantiæ puritas illius. [*]

¶ Si verò non fecerit [y] inuentarium ſecundum hanc figuram, ſicut prædiximus, non retinebit Falcidiam: ſed cõplebit legatarios, & fideicõ miſſarios: licet puræ ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſuram legatorum [z] datio. Et hoc dicimus non no-

r *His omnibus.*] ſ. quæ diximus, ſupra. §. hinc nobis, vſque huc. Accur.
ſ *Præſidium.*] contra legatarios, & fideicommiſſarios. Nunquid contra creditores? Videtur, quod ſic, quia ſupra dixerat, eum timere legatarios, & creditores: & coniunctim de his locutus eſt: & ſic concluditur hic. 10 Item eſt argumen. inſti. de hære. quali. & diffe. §. 1 item expreſſim infra. §. ſi vero non fecerit. in fin. §. & hæc videntur per hanc conſti. ſed per l. C. ſolum habeat hoc, 11 vt vltra vires non teneatur creditoribus, vt C. de iu. deli. l. fin. §. ſed & ſi præfatam & poteſt eſſe ratio: quia hic maior ſolennitas exquiritur in inuentario, vnde maior ſit vtilitas, vt ff. de reg. iur. l. ſecundum naturam, & inſti. de legit. patr tu. §. fin. Sed contraria ſententia vera eſt: 12 & quod dicitur infra eod. §. ſi verò, in fin. expone, vt ibi diximus. Item nunquid aduerſus libertates vtetur Falcidia? Reſpon. non, vt inſti. ad leg. Fal. §. cum ratio. & argumen. ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus, § ſed an libertates. Accurſius.
t *Minuere.*] imò augere, ſcilicet vt conuocentur teſtes, vt ſupra dictum eſt, ſed & iſtud eſt reſtringere illam legem.
u *Conſolationem.*] ſic ff. de interro. act. l. & quia.
x *Oſtendit.*] nam plus ſæpe de facultatibus ſuis, quam in his eſt, homines ſperant. argumen. ff. qui & à quibus. l. in fraudem, & inſtitu. qui manu non poſſ. §. in fraudem. Accurſius.
y *Non fecerit.*] ſic, vt ſup eo. §. fiat igitur Accur.
z *Legatorum.*] olim contra, etiam quando non habebat locum

1 Vid. de hoc ſcrib. in §. 1 inſti. de iur. perſo.
* *Facit ad hanc text. glo. 1 in c. poſt ceſſionem, circa med. glo. ... ſcripta tabellionum, ext. de probatio.*
2 Sequit eã Bar. & eſt ſingu. ſm Lud. Ro. in repe. rub. ff. de arbitr.
1 † Διὰ τῆς τῶν οἰκετῶν βασάνου.
3 Idẽ Bar.
4 † *Hæc verba ponũtur in ijs, ... ſuper verbo, ſinguares, in pro. extr. de teſt.*
4 Sequit eã Ang. & eſt ſingu ſm Lud. Ro ſingu. 33.
5 Iſta eſt de mente B. & Ang.
6 Niſi impedimẽtũ ſuperueniat B. & Ang. & canoniſtæ, in ca. qm contra falſam. de prob. ext.
7 Hoc verum ſuo actu, quã alio ſẽſu q̃ viſu p̃cipit ſm Ang.
8 Hoc verũ in his, q̃ in vera certitudine teſtis cadere põt aliàs ſecus. Ang.
3 † ἀποκειμένων.
9 Truffa eſt ſm Ange. Veritatẽ debet iudex inquirere.
* *Quamq; ex hoc §. et ſeq. admittatur in teſtatore allegatio ignorantiæ pro prij patrimonij, in cõtrarium tamen non admittitur. l. quiſquis, C. de reſc. vend.*
10 Nota, ꝙ vbi poſt plures q̃ſtiões ſormatas vna ↄcluſio ſequtur illa concluſio d̃cidit qõnes præcedentes vniformiter: niſi ſit rõ quare deci. ſit diuerſa An.
11 Imò et de iur. C. Fal. detrahet. Bar.
12 Et bñ Car. & eſt de mente Ang.

locum Falcidia contra legatarios, vt ff. ad Treb. l. 1 §. ſi is qui. & §. denique, ſed in creditoribus idem. ſ. quòd inſolidum tenebantur, etiam vltra vires hæreditatis, vt C. de iure deli. l. fi. § cum igitur. Accur.

a *Minuentes.*] imò augentes eam firmamus, ſtatuendo maiorem pœnã: nam per eam ſolum denegabatur Falcidia cõtra legatarios: hic autẽ plus dicit, vt inſolidum teneantur hæredes, ſcilicet vltra vires, vt hic, & C. de iur deli. l. fi. §. ſi vero poſtquam.

b *Damnificentur.*] ſ. facto inuentario.

c *Creditoribus.*] ablatiuè accipe, & largè ẽt pro legatarijs: vt & aliàs ff. de act. & obl. l. hæreditarium, & de verb ſig. l. creditores, & l ſi cui.

d *Lucrari.*] hoc facit p eo, quod diximus, vt etiam contra creditores poſſit vti lege Falcidia, vel vt referatur 1 tantum ad legatarios id, quod de lucro dicitur. nam qui de damno certant, pferendi ſunt, ſed de ſuo hæredes non ſoluunt: vt arg C. de iur. deli. l. fi. §. licentia. Item nunquid priuabitur debito iure naturæ, ſi non facit inuentarium ille, cui ex neceſſitate relinquit, vt eſt filius, & ſimiles vt ſupra eod. §. primum? Reſpon. 2 non. Si enim non obedit teſtatori leganti, & legi præcipienti, vt ſupra. §. his igitur, & iudici decernenti, vt ſupra eodem, §. ſi qs autem, non punitur: multominus hic, qñ ſoli legi non obedit. præualere enim debent iura potiora, & plura, vt C de edict. di. Hadr. tol. l fi. & infra de cõſang. & vter. l. fratri. § fi. coll. 6. quod cum non eſt: ergo & hoc non debet perdere. Item quod ſupra dictum eſt non perdatur, hic intellige, repetitur: vt arg. inſt. ad l. Aquil. §. cæterum, licet quidam dicant contra, quod in hoc §. loquitur indiſtinctè, & C. de iu delib. l. fi. vbi etiam plerumque fit mentio huius ver. miſcuerit, quod ad filios pertinet, vt in ſti. de hær. qua & dif. §. teſtamenti. Item quæro, quid addit hæc conſtitutio illi l. ſcimus, nam & ibi ſic puniebantur non facto inuentario? Reſpon. 3 hic tenetur legatarijs vltra vires hæreditarias: quod non erat ibi, vt hic, & in d. l. ſi vero poſtquam. Item per iſtam vocantur legatarij, per illam non: vt ſi ſupra. §. ſi vero abſunt. Item hæredes ſurripientes carent toto, ibi puniebantur in duplum, vt ſupra eod. §. ſancimus, & C. de iur. delib. d. l. fin. §. illo. Item & quidam caſus ponuntur, inf. de hac materia, qui non ponuntur ibi, vt inf. §. ſi vero, & §. non autem, & §. illud, & quod hic dicit non minuentes, &c. Reſpon. eſt verum in inuentarij confectione.

1 † ἀλλ' οὐ χαλεπὰς καὶ ἀκριβὰς ἐπο- … τίμιας

1 Approbatur per Bart.

* *Al. Itel. buiur §. vt de Id. Anteh in l. me mo põt. nu. 201 de leg. 1.*

* *Vnde Apoſtolus. 1. ad Cor. 9. E tenim cũ ſi liber ab omnib. meipsũ ſeruum feci, quo plures lucrifaciam.*

2 Idẽ Bar. & Ang.

3 Iſtã glo. vſque ad §. ſequuntur Bar. & Ang.

ſtrãm minuentes [a] legem, quam poſuimus, vt nihil de proprio damnificentur [b] hæredes creditoribus: [c] ſed dabit ei pœnam exactio ſuæ malignitatis cur tranſcenderit leges, ex quibus cautè omnia agens, nihil poterat damnificari: ſed ex diuerſo etiam quæ ſunt ex Falcidia lege lucrari. [d] Hæc autem dicimus [e] vbi errans teſtator de ſua ſubſtantia hoc egit: [f] aut fortè cum debuiſſet etiã ampliorem quantitatem hæredi relinquere, pro minore diſpoſuit. [g] etenim etiã hoc errantis [h] ſententiæ eſt, & non puræ, [i] & integræ deſignationis.

¶ Si verò [l] expreſſim * deſignauerit non velle hrdem [k] retinere Falcidiam, neceſſariũ eſt teſtatoris valere ſententiam, & aut volentẽ eũ parere teſtatori, forſan etiã quædam iuſtè, & piè relinquenti, lucrum * non in percipiendo, ſed ſolummodo [l] piè [m] agendo habentem, [n] & non videri ſine lucro [o] huiuſmodi eſſe hæreditatem: aut ſi parere noluerit, eum quidem recedere ab huiuſmodi inſtitutione, locum verò fieri (ſicut dudum pdiximus [p]) ſubſtitutis, [q] & cohæredibus, & fideicõmiſſarijs, & legatarijs, & ſeruis, & ijs q ab inteſtato ſunt, & alijs, ſecundum prius à nobis inuentam in talib. viam.

Hæres ſubſtantiam defuncti ſubtiliter agnoſcens, vni integraliter perſoluens, omnibus alijs inſolidũ ſoluere compellitur, pœnitentia, & inconſtantia repulſa: niſi inopinabile emergat dãnum, tempore inſtantiæ cauſæ ſolutioni ſtatuto, his obtinentibus in omni vltima voluntate, & perſonis omnib. minoribus duntaxat exceptis. Bar.

¶ 2 † Non autem [r] dabimus licentiam hæredi menſuram ſubſtantiæ ſubtiliter [ſ] agnoſcenti, ſoluere quidem mox ab initio quibuſdam [t] integra 3 † legata, & ad plenũ ſententiã teſtatoris ſeruare (q ẽt [u] præcedentium [x] nos dñt conſtõnes) ab aliquibus aũt retinere [y] velle: [z] neque ex parte qdẽ complere teſtatoris ſniam, [a] ex pte verò eã [b]

e *Hæc autem dicimus.*] ſ. vt facto inuentario habeat locum lex Falc. vt ſup. eo. §. ſi verò abſunt, in fi. ibi, & his omnibus, &c. Accur.

f *Hoc egit.*] i. tantum reliquit, vt nihil apud hæredem remaneat. Accur.

g *Diſpoſuit.*] nam reliquit, ſed minus Falcidia, ſed ſupra nihil dimiſerat. Accur.

h *Errantis.*] ſæpe enim &c. vt inſti. qui manu. non poſ. §. in fraudem. Accur.

i *Si verò.*] cui certam portionem non cogebatur relinquere per legem hanc.

k *Hæredem.*] penitus extraneũ. Sed quid in ſuo, vel quaſi, vt in aſcendentib. & patronis, & fratrib.? Rñ. 4 in ea grauari non põt filius à patre, vel §: vt J. vt cum de ap. cog §. aliud, & §. hoc quidem, colla. 8. & J. de triẽ. & ſem. §. phibemus, coll. 3. nec patronus à liberto, vt J. e. §. non aũt, & inſti. de ſuc. lib. §. ſed noſtra, nec frater fratrem, turpi pſona inſtituta, vt J. e. §. primum, & C de inoffi. teſt. l. fratres, & idem in oĩ pſona, cui neceſſario debetur, vt J. coniuge ſuperſtite apud morientẽ diuitẽ vt inf vt lic. mat & auię. §. quia verò legẽ, &c. collat. 8. Accur.

4 Approbat p B. & eſt de mẽte Angel.

l *Sed ſolummodo.*] olim contra, vt ff. ad l. Falc. l. quod de bonis §. 1. & §. fi. Accur.

m *Piè.*] ſed hic hodie non eſt neceſſaria expreſſio, vt infra de eccl. titu. §. fin autẽ. collat 9.

n *Habentem*] ex quo ẽt lucro locuples habetur, vt ff. de verbo. obl. l. ſi quis, in fi.

o *Lucro*] ſic ff. de reg. iur. l. ſi in duab.

p *Prædiximus*] vt ſupra eo. § ſi vero.

q *Subſtitutis.*] ſ. hi, & cohęredes iure cõi, alij aut auctoritate huius l ſpecialiter vocãtur. Nunquid idẽ in Trebel q in iſta, quæ iure inſtitutionis debetur? Reſpon. ſic: 5 quia ſimilis eſt effectus quodammodo, vt inſti. de fideic. hær §. ſed quia & C. ad l. Falc. l. ſi vt allegas, arg. contra. C. de appel. l præcipimus, in fi. & C. de teſtam. l. ſancimus.

2 † *Cap. 3. delegatarũ, exequutiõ. Sic in vet rib. manuſcr. & epitome Iuliani antecedẽſor.*

3 † ὁλόκληρα *Ser. ſecũ Iulia.*

5 Idẽ B. & Ang. hic, & ſcribentes i l. Marcellus. ff. ad Trebe.

r *Non autem.*] licet hæredi inuentarium facienti demus Falcidiæ commodum: hic autem non damus.

ſ *Subtiliter.*] non errando in facto, vt C. eo. l. error.

t *Quibuſdam*] forte amicis hæredis.

u *Quod etiam.*] interpoſitio eſt.

x *Præcedentium.*] i. imperatorum, qui fuerunt ante nos, pone exemplum, vt C. ad l. Falc. l. 1. & l. error. vel dic, 6 q eas non habemus, quæ hunc caſum ſic expreſſe ponant, vel ſi habes in literas præcedentes, dic, vt C. eo. l. fi.

6 Sequitẽ Bar. & eſt de mẽte Ang.

y *Retinere*] de non ſolutis. Accur.

z *Velle.*] imo videtur concedi, vt ff. eo. l. q de bonis. § non idcirco contra. ſed dic, eam corrigi per iſtam legem. Vel diſtingue, an voluit in totum ſoluere, & hoc conſtituit in animo, vt hic, aut non, vt ibi. Vel melius, 7 & verius, hic ſubtiliter agnouit, & totum ſoluere incœpit, vnde præiudiciũ in reliquis ſibi parauit, vt arg. ff. ad Maced. l. ſed Iulianus, §. fi & C. de fideicommiſ l. 1. & 2. ſed in contrario nõ ſubtiliter agnouit. Item videtur contra. ff. eodem, l. ſi ex pluribus. Sed hic 8 dicas, non eſſe contra: nam nullum ſolidum legatum fuit ibi ſolutum, vt ex illa litera patet: quia omnes res erant vnius legatarij.

7 Approbat p B. & Ang.

8 Sequuntur Bar. & Ang.

a *Sententiam.*] ſ. in ſolutis.

b *Eam.*] ſ. in non ſolutis.

Agn

minuere: ſed omnino nó errantē circa ſubſtantiæ quantitatem, ſed agnoſcentem, [a] & mox ſequentem ſententiam [b] teſtatoris, [c] per omnia eam ſequi, [d] & non ad peiora pęnitere, neq; enim hoc [e] erit curæ ſequentis [f] hęredis. Sed neque concedimus eis ab initio ſciētibus [g] quidem, & incautè ſoluentibus poſtea lites percipientibus [h] inferre, [i] & recipere velle ab eis quodcumque contigerit exſoluiſſe [k] eos. Oportet enim ante exactionem [l] cogitare, & agere, [m] & non cogitantem rectè, [n] deinde transferri ad indeuotionem: niſi fortè quædam iuſta cauſa hoc introduxerit inopinabili [o] quodam ære alieno apparente, quod minuat ſubſtantiam, & locum receptioni [p] faciat.

¶ [1]† Illud quoque proſpeximus, ne tempus fiat longum in talibus quæſtionibus. [q] Nullam. n. talium quæſtionum, aut litium tranſcendere anni tēpus ſancimus: neceſſitatem [r] imponētes omnino intra annum poſt aditionem, & legata ſolui, [ſ] & quę a teſtatore ſunt relicta, compleri ſēm ſui naturam, & omnia agi, quæcūque prius ediximus. Initium autē anno [t] damus, ſicut prius iam diximus, [u] ab admonitione ex iudiciali decreto [x] [2]† facta. Anno enim per culpam hæredis tranſacto, tunc ille quidem cadet relictis, [y] alij verò adhæc venient, quos prius vocauimus. Pupillis aūt, [*] & minoribus ætate, [z] nihil [a] noſtra præiudicat [b] lex. Eſt enim eis ſi quidem ſēm dictas à nobis cauſas, ne lædantur, duplex quoddam ſubſidium, & per [c] reſtitutiones, & per viam contra negligentes curatores.

¶ Non autē excipimus à lege [d] neq; patronatus [e] ſucceſſiones. & ibi enim legitima eis ſeruata parte, quam

a *Agnoſcentem.*] ſcilicet ſubſtantiam.
b *Sententiam.*] i. voluntatem in non ſolutis.
c *Teſtatoris.*] qui ſolida voluit præſtari, vt ff. de don. inter vir. & vxor. l. ſi ſponſus, §. ſi quis cogatus.
d *Sequi.*] ſubaudi volumus.
e *Hoc.*] ſcilicet pœnitere.
f *Sequentis hæredis.*] ſequētis voluntatem teſtatoris.
g *Scientibus.*] ſcilicet, quantitatem patrimonij.
h *Percipientibus.*] ſcilicet legatarijs, qui percipiunt legata.
i *Inferre.*] ſ. velle.
k *Exſoluiſſe.*] redarguitur enim varietas, ſiue particularis approbatio, ſic ff. de admin. tut. l. cum quæritur. & de bon. lib. l. nam abſurdum. & de legat. 3. l. neminem. & ad exhiben. l. Celſus. §. item Celſus.
l *Exactionem.*] quam legatarius ad hæredem facit.
m *Agere.*] i. Falcidiam retinere.
n *Rectè.*] de ſoluēdo toto, ac incipiendo.
o *Inopinabili.*] vt grauе æs alienum ſit, quod latuerat prius, vt Inſtitut. de hæred. qualit. & diff. §. ſciendum eſt. quæ enim de nouo emergunt, auxilio nouo indigent, vt ff. de interrog. act. l. de ætate, §. ex cauſa. & ff. vt in poſſeſſ. leg. l. planè, & ꝗ de æqualit. dot. §. quia verò, collat. 7.
p *Receptioni.*] alias retentioni. nam cui damus, &c. vt ff. de ſuperfic. l. 1. §. quod autem. ſed ſecundum ea, quæ hic dicuntur factum cum vno inter alios faciet præiudicium, quod eſſe non debet, vt ff de iureiur. l. quia. & de re iud. l ſæpe, primo reſpon. ſed dic, [1] hoc ideo euenire: quia quaſi ex vno fonte, & quaſi vnum factum videtur, vt C de duo. re. l. fin. Sed quid ſi partem legati legatario ſoluit: nunquid in reſiduo multo magis ſibi præiudicat? Reſp. non: quia quando ſolidum ſoluit vni, vnam voluntatem compleuit inſolidum: at hic non ſic. præterea ſi debeantur 20. nomine legati, 15. ſunt debita, & alia 5. indebita, iure Falcidiæ. vnde ſoluta parte, in duriore videtur accepiſſe, vt ff. de ſolut. l. 1. reſidui ergo nulla eſt petitio. at cum ſolidum vni ſoluo, ceſſat hæc ratio electionis. Item no. [2] quatuor caſus, in quibus ceſſat Falcidia hoc iure. Vnus eſt ſupra §. prox. alius eſt in hoc §. alius, ꝗ de eccl. titu. §. ſi autem, coll. 9. alius infra, vt ſponſa larg. §. penult. coll. 9. eſt & alius ſ. eod. §. hinc nobis. eſt & ſextus, ſup. eod §. ſi vero non fecerit.
q *Quæſtionibus.*] puta agitur pro legato, vel fideicommiſſo generali, vel ſpeciali: ex tempore litis conteſtatæ, vſque ad annum debet finiri hæc cauſa, quod intelligas continuum, & ita eſt hoc ſpeciale, vt lis duret anno: licet aliàs ciuilis triennio, vt C. de iudic. l. properandum, primo reſpon. criminales biēnio durent, vt C. vt intra certum tempus cri. quæ. ter. l. fin. ſic eſt etiam alias ſpeciale, vt minus triennio duret. infra vt cler. apud propr. epiſ. §. 1. collat. 6. & C. vt omnes iudi. tam ciui. quam crim. l. 1. in fi. & ff. de excuſatio. tuto. l. quinquaginta. & C. de naufrag. l. penult. & de decu. l. generaliter. & de alter. tollen. l. 1. & de ædifi. pri. l. fin. Accur.
r *Neceſſitatem.*] i. aditionem, & admonitionem, vt ſequitur ibi, initium autem. & ſup. eod. §. ſi quis autem.

ſ *Solui.*] hic annus computatur huic facto, id eſt ſolutioni, ſed ſupra proxi. reſpon. iuri, ideſt inſtantiæ finiendę. Sed quid, ſi in vndecimo menſe poſt aditionem, & admonitionem fuit cauſa pro legato inchoata? Reſpond. ſi vult legatarius hoc dicere, cum cecidiſſe à ſuo iure, non agitur cauſa contra eum plus: aliàs poteſt cauſa durare vſque ad annum, ne quod in odium eius eſt inductum, in eius vertatur vtilitatem, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum, in fine.
t *Anno.*] ſ. vtili, qui datur ſolutioni legati. Accur.
u *Diximus.*] vt ſ. eo. §. ſi quis autem non implens Accur.
x *Decreto.*] per quandam interlocutoriā: quod præcipiat ei, vt ſoluat, vel per ſe iudicem, vel per nuncium, vt ff. de arbit. l. qualem, in fi. argum. infra, de ſanct. epiſc. §. pen. collat. 2. & infra. de eccleſ. tit. §. ſi quis autem, collatio. 9. licet dicatur in nouellis contineri, quod debeat in definitiua dari.
y *Relictis.*] ſcilicet hæreditate. Accur.
z *Et minoribus ætate.*] ſcilicet adultis curatores habentibus, vt C. de in integ. reſtit. milit. l. ſi curatorem. aliàs non habet, niſi viam reſtitutionis.
a *Nihil.*] ſ. quo ad effectum. præiudicat tamen ipſo iure: aliàs non eſſet neceſſaria in integ. reſtit. de qua ſequitur: vt ff. de minor. l. in cauſæ. Et ita erit hoc ſpeciale, vt temporalis præſcriptio currat contra minorem, regulariter contra: vt C. in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ. l. ſi. ſic eſt ſpeciale, & circa iudicia in ſpatio x. dierum, qui dantur appellanti: vt ꝗ de app. & int. quæ temp. §. 1. coll. 4. Item in inſtantia cauſæ, vt C. de iud. l. properandum, in fi. Item in præſcriptione, quæ obeſt minori volenti accuſare, vt ff de minorib. l. auxilium. Item in præſcriptione quinquennij, quæ objicitur minori ad tuendum ſtatum defuncti, vt C. ne de ſtatu defunc. l. ſi mater. Item in præſcriptione dotis non numeratæ, quæ objicitur minori ſuccedenti alij, vt etiam non reſtituatur vltra tempora, vt ꝗ. de temp. non ſolut. pe. ſuper do §. ſin autem minor, coll. 7.
b *Præiudicat.*] ſcilicet in ſpatio illius anni, qui datur ſolutioni, nam per hoc minor, & hæres non perdit hæreditatem quo ad effectum. Idem dico in illo anno, qui datur pro inſtantia cauſæ: nam etſi ſua interſit fortè litibus non vexari, quia oportet à capite incipere: reſtituetur intra illum annum, vt non videatur cucurriſſe: vt ff. de minor. l. in minoribus; & econtra ſi agat idem minor, & petat legatum, cum alius ſit hæres: nam reſtituitur, vt C. de iud. l. properandum, in fi.
c *Per reſtitutiones.*] ergo cucurrit. Sed nunquid eligit quam viam prius velit? Videtur, quòd ſic, vt C. ſi tut. vel curat. per totum, quod verum credo quo ad annum, qui datur ſolutioni, quo ad aliud non: imò primo contra tutorem, vel curatorem agit, poſteà reſtituitur in ſubſidiū. & eſt ratio: quia perditum non eſt ius defendendi, vel agendi, licet inſtantia perierit, vt C. de iudic. l. properandum, in fine.
d *A lege.*] iſta, i. de pœna noſtræ legis.
e *Patronatus.*] i. ſi patronatus inſtituatur à liberto.

1† Cap. 4. vt legata intra annū modo omnibus præſtentur in veteribus, & Epitome Iuliani Cōſtit.

1 Sequitur hanc glo. Angel. q eſt de mēte Bart.

2 Iſta glo. hēt locū in Trebel. Ita Ange. hic, Bart. & Ang. in gl. fi. §. pcedenti.

2† Definitiua ſnia.

* Facit ad hunc §. gl. in c. auditis, ſuper verbo, Eccleſia. verſ. ſed in quibus caſib. paulò ante med. extra, de reſtit. in integ.

a *Definiuimus.*] ſ. hodie tertiam: ſi moriatur ſine filijs, con dito teſtamento: ſed ab inteſtato totum: ſed iure veteri erat aliter. quod dic, vt Inſtit de ſucceſſ. lib. à princ. tit. vſque ad § multis autem. Accur.

b *Petiti fuerint.*] i. liberti petierunt, ꝙ patroni aliquid debent, vel faciāt. Acc.

c *Diximus.*] vt ſ. eo. §. ſi quis autem.

d *Legalis.*] id eſt lege debita.

e *Pura talibus.*] ſ. pœnis: licet de ea nolit præſtare, vt ſup. eod. §. ſi quis autem.

f *Conſtitutione.*] ſ. Græca, quæ multa cōtinebat, cum multoties eius memoriā habeamus: vt Inſt. de ſucc. lib. §. ſed nr̃a. & de ſeruil. cog. in princ. & de leg. agn ſuc. §. pe.

1 Facit c. Imperatorum. ext. de iur. calum. vbi ponit definitionem œconomi.

e *Mouere.*] ſ. apud iudices ordinarios, & communes, i. iudices qui ſunt boni, & optimi. Acc.
f *Et petitiones.*] i. libellos petitorios, in quibus petitur. Acc.
g *Dirigere.*] ſ directo. vt ĩ de mã prin. §. deinde, col 3. & ff. de app. l. Imperator.
h *Impetrare.*] ſ. a dictis ordinarijs iudicibus.
i *Propterea.*] ex quo ad eos hæc negotia remittimus.
k *Neceſſitas.*] ꝓpter quam oporteat huc venire: puta pp confirmationem alicuius priuilegii, vel impetrationem, qđ neceſſe eſt per Principẽ fieri non per alium, vel pp aliquod aliud ꝓpter quod oportet Principem adiri.
l *Hanc.* ſ. neceſſitatẽ.
m *Imperio.*] i. Imperatori.
n *Occaſionem.*] Not. duplicem læſionem, vt ſubiicit, tã in prouincia, &c.
o *Et vndique.*] ſubaudi fieri Accur.
p *Cauſam.*] i. abſentiam.
q *Læſionem.*] propter expenſas.
r *Dirigere.*] ſ. ſemetipſum, vt ſequitur, vt differat à ſuperiori ꝓximè dicto, vbi conceſſit mitti. Accur.
ſ *Eius.*] ſ. Archiepĩ:

1† *Ca. 12. ne Epiſcopi ad Comitatum principes accedant abſq; ſyſtaticis literis.*

2† βασι-λικάς.

3† συστατικὰ γράμματα.

titudine, quã neceſſe eſt epiſcopũ habere miniſteria,[a] luſtrent[b] peregrè: & expendant, & neque vllum ſanctiſſimis eccleſiis lucrũ, neque vllum præbere iuuamen, neque ſm quod decet ſacerdotem, proprium habere habitum. Præſertim ſi quædã ſint lites fortè ſanctiſsimis eccleſijs, propter quas has occaſiones afferunt: hoc per eos, qui ſub ipſo ſunt religioſos clericos, aut apocriſarios,[c] aut œconomos[d] mouere,[e] & petitiones[f] nõ ad imperiũ dirigere,[g] impetrare[h] aũt ſperata propterea[i] ſancimus, ſi qñ pp eccleſiaſticam occaſionẽ inciderit neceſsitas,[k] hanc,[l] aut per eos, qui res agunt ſacrarũ eccleſiarũ (quos apocriſarios uocant) aut per aliquos clericos huc deſtinatos, aut œconomos ſuos notam imperio[m] facere, aut noſtris adminiſtratoribus, ut impetrent, quod cõpetens eſt: & non hoc Deo amabilibus epiſcopis erroris, & abſentiæ, & ſanctiſsimis eccleſijs læſionis occaſionẽ[n] fieri, tã in prouincia eccleſiaſticarũ rerũ per abſentiã eorũ neglectarũ, quã etiam hic expẽſis multis ab ipſis factis: nec non in peregrè habitatione non habili conſtituta, & undiq;[o] cãm[p] nullum iuuamen, magis aũt læſionem[q] eccleſijs ſanctiſſimis inferentem.[1]†

¶Non aũt aliter Deo aliquẽ amabilium epiſcoporũ præſumere dirigere[r] ſe ad hanc feliciſsimã ciuitatẽ prius q̃ (ſiquidẽ quis epiſcopus ſit) literas acceperit proprij metropolitę ad imperium,[2]† & quæ ſm diuinas regulas probabilia[3]† uocantur, teſtimonium perhibentia neceſsitatis eius[ſ] præſentiæ. Si uerò metropolita ſit, qui proficiſci uult literas ſumat eiuſdem diœceſeos Patriarchæ eius præſentiam neceſſariã eſſe dicentes: & ſic oportere Imperatorem iubere hunc præſentari, & non temere, & ſine conſcientia metropolitarum, aut Patriarcharum proficiſci, pro eo, q hoc diuinis interdictũ eſt regulis: ut hunc aduenientes non præſumant p ſemetipſos ſe pro̱nunciare ad imperium: ſed primitus, aut á Deo amabilẽ Patriarchã[t] pficiſci, aut ad uniuſcuiuſq; diœceſeos,[u] ex qua ſunt,[x] apocriſarios:[y] & cum ipſis conferant cauſas pp quas uenerunt, & ingredi ad imperium eius, & deinceps imperiali pfrui aſpectu. mox quã imperanti adſtiterint, liceat quidem petentibus epiſcopis, aut per eos, qui uocantur referendarij[z] ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, aut p religioſos apocriſarios cuiuſq; diœceſeos ſanctiſſimorum Patriarcharum ſuggerere[a] ſe imperio, & promereri reſponſum celeriter, ita ut ſi aut iuſta ab imperio petierint, hæc accipiãt: aut ſi non iuſta quærũt uelociter reuertantur, unde profecti ſunt.

Clericus[4]† ordinandus eſt boni teſtimonij vir, literas omnino ſciens: concurrentibus quibuſdam, quæ in epiſcopi ordinatione ſtatuta ſunt. Bar.

¶Hæc autem de Deo[b] amabilibus epiſcopis ſecundum diuinas conſtituentes[c] regulas, & religioſos clericos[d] cum multa fieri inquiſitione ſm diuinas regulas, & boni teſtimonij viros ordinari ſãcimus, literas omnino ſcientes, & eruditos cõſtitutos.[e] Literas enim ignorantes omnino nolumus, neque vnũ[f] ordinem ſuſcipere, clericorum uidelicet, presbyterorũ & diaconorum, tam ſacras orationes docentium,[g] quã eccleſiarum, & canonum legentium libros, ordinationem ſine querela, & inculpabilem, & ſine aliqua contractione, & datione pecuniarum, aut rerum ſuſcipientes.[h]

¶Neq; autem eos volumus omnino officiales, aut curiales conſtitutos ſuſcipere ordinationẽ,

vt hic, & inf de ſan. epiſco. §. interdicimus coll. 9.
t *Patriarcham.*] ſ. Cõſtantinopolitanum.
u *Diœceſeos.*] Quod nos territorium dicimus, 2 l vbi habet iuriſdictio in tpalibus, vt ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi. & de verbo. ſig. l. pupillus. § territorium Hinc dr diœceſis in genere fœmineo, vbi eſt iuriſdictio in ſpiritualib. ut hic innuitur
x *Ex qua ſunt*] nam ſi eſt eps, & mittitur ad ciuitatem Conſtãtinopolitanam: & ibi ſit apocriſarius ſui metropolitæ ob cãm iſtam fortè, vel aliã, vel metropolita ſit, & ſit ibi apocriſarius ſui Patriarchę ob hãc vel aliam cauſam: vel ſibi, vel Patriarchæ illius ciuitatis prius ſe debet pñtare, & cauſas conferre, vt hic. Sed hodie ad ſolum Patriarcham vr, q debeat ire, ut infra, de ſan. epiſc. § interdicimus. collat 9.
y *Apocriſarios.*] ſi eos ſecum duxerunt.
z *Referendarij.*] 3 qui ſtant in curia, vt pñt aduocationem uenientib ut dicta eorum referãt, ut ĩ. de referen. per tot. titu.
a *Suggerere.*] i. negotia ſua dicere.
b *Hæc autem de Deo*] quæ dicta ſunt ſup.
c *Conſtituentes.*] ſ. nos.
d *Clericos.*] ſ. cæteros nã & epi clerici ſunt, ut ĩ. eod. § igit. Et not. q ferè eadem hic exiguntur, quę in ordinatione epiſcopi, ut hic. & ſup. eod. §. 1. uſq; ad §. illud.
e *Conſtitutos*] de theologia Accur.
f *Neque vnum.*] ſ. nolumus illiteratos eſſe, nedũ plures: hoc tñ fallit ſi de literatis habere non pôt.
g *Docentiũ*] i. docere debentiũ. q. d. cum hæc debeant facere, nõ debent eſſe illiterati in aliquo ordine.
h *Suſcipientes.*] ſ. nos ordinationem. &c.

Pridem.

2 An ciuitas & diœceſis ſint idem uide in cap. Rodulphi. in gl unica. in pri. ext. de reſcrip.

3 Qui ſint referendarij vid. in Specu. de ſuppl. §. j. poſt prin.

4† 2. pars. *Capit. 13. De clericis, qua'es eligẽdi ſint.*

niſi ſm leges, quas ſuper his poſuimus pridem:[a] quas & hic nũc confirmamus: ipſos aũt ordinatos, ſacra præcepta in conſpectu totius populi ſuſcipere, pp has ipſas cãs, pp quas hoc ipſum agi etiam ſuper Deo amabilib. epiſcopis ſanciuimus.[b] Neque enim[c] aũt ſecundas habentem, aut eum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum,[d] aut presbyterũ, neque ſi mulieri cõiungat ſeiũctæ,[e] & proprium virum derelinquenti:[f] ſed neq; ſi cõcubinam hẽat, ſed & ipſam vxorem, ſi cum caſtitate,[g] & ex virginitate ſit. Nihil eñ ſic in ſacris ordinationibus diligimus, quam cum caſtitate viuentes, aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnius uxoris virum, qui uel fuerit, uel ſit, & ipſam[h] caſtitatẽ[i] eligentem, primum principium,* & fundamentũ manifeſtum ſecundum diuinas regulas, & reſiduæ uirtutis conſtitutam.[k]

¶Si autẽ aliquis presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus poſtea ducat vxorẽ, aut concubinam, aut palam aut occulte: ſacro ſtatim cadat[l] ordine, & deinceps idiota[m] ſit. quia ſi[1]† & lector[n] ſecundã ducat uxorem pp q̃dam,[o] & hoc forſan irrecuſabili neceſſitate: nullatenus ad altiorem accedat gradũ, neque perfruatur gradu maiori in ſacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuò: ſed non ad tertias veniat nuptias. ſatis eſt enim ſi ad ſecundas. Si verò aliquid tale egerit, & ad ſecũdas veniens nuptias, ad maiorem gradum uenire feſtinauerit, exinde idiota erit. & laicus, omnino ſacro miniſterio cadens.[p] Pudicè etenim nobis per oĩa pertinet uiuere. Si.n. tales cõſtituti ſint, qui in clero adducuntur, ordinentur: facilis eis ad epatum aſcenſus erit: & ex multis[q] bonis viris facilius inuenientur, q̃ adducantur ad primum[r] gra ſacerdotij digni.

Diaconiſſa[2]† *ordinari debet ætatis quinquaginta annorum, & non minoris: niſi ex neceſſitate imminente pudicitiam, & caſtitatem ſeruare compellatur.* Bar.

¶Quanta[s] igitur ſuper venerabiles clericos à nobis dicta[t] ſunt, hæc etiam ſuper Deo amabilib. diaconiſſis[u] agi volumus: vt neque ipſe citra obſeruantiam[x] fiant: ſed primum quidem eis ætatem, neque nouellam eſſe, neque creſcentem, neq; ex hac[y] ad delinquendum ſalientem: ſed ſuper mediam conſtitutas ætatem, & circa quinquaginta[z]* annos ſecũdum diuinas regulas agẽtes: ſicque ſacram promereri ordinationem: & aut virgines conſtitutas, aut vnius viri, quæ fuerunt vxores. nõ enim permittimus, neque ſecundas contrahentibus nuptias, neque vitam non habentibus (vt diximus) irreprehenſibilem,[a] ſed nec ſuſpectam omnino ad ſacrum venire miniſterium, & adorandis miniſtrare baptiſmatibus, & alijs adeſſe ſecretis quæ in venerabilibus miniſterijs per eas[b] ritè agũtur. ¶ Si vero quædam neceſſitas[c] fiat, & minorem[d] hac ętate quam dicimus, ordinari diaconiſſam contigerit: liceat[e] eam in aliquo venerabilium aſceteriorum ordinari, & in illo habitare; nequaquam viris admiſta conſtituta ſit, neque ſuo arbitrio habitans: ſed vitæ ſeparatæ,[f] & mediocris, & à conueniente multitudine[g] bonum teſtimonium[h] habens.

¶Volumus autem, & ipſas, quæ ad ordinationem perducuntur, diaconiſſas, ſiue ex viduitate, ſiue ex virginitate, non cum aliquo cohærentes, aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos (talibus enim nominibus vtentes; maligna ſuſpicione ſuam replent vitam) ſed aut ſolæ habitent, aut cum parẽtibus ſolis, & filijs, aut verè fratribus, aut iis cohærere, de

a *Pridem.*] i. prius, vt ſup. eo. §. & neque ex officiali Acc.
b *Sanciuimus*] vt ſ. eo. §. illud, in fi.
c *Neque enim*] ſic j. de ſan epiſc. §. clericos coll. 9.
d *Diaconum*] idem in ſubdiacono, vt j. hoc §.
e *Seiuncta*] ſ. quõque, ideſt viduæ. quid ſi virgini fuit cõiuncta? Reſpõ põt eſſe clericus, dũmodo voueat caſtitatem, non aliàs vt j. de ſanct. epiſc. §. clericos, & in Auth. vt lice. mat. & auiæ. §. quia vero. coll. 9. & infra ſtatim, §. pe.
f *Derelinquenti.*] morte viri, vel repudio, multo minus, ſi adhuc iunctam alij habeat. Acc
g *Caſtitate.*] præterita, vt modo dixit, & præſenti, quam vouere debet: vt modo diximus: ſic j. de leno. §. pen. coll. 3.
h *Ipſam.*] ſ. mulierẽ.
i *Caſtitatem.*] ſic j. de lenonibus, §. pe Acc.
k *Conſtitutam.*] ſ. caſtitatem. nam eſt fundamentum aliarum virtutum, quæ in ordinando requirũtur, q̃ multæ ſunt, vt ſup. prox. §. & hoc §.
l *Cadat*] No. q̃ cauſa principijs impediẽs, & poſt ſuperueniens deſtruit. argu. contra inſtitu de leg. §. ſi qs debitori.
m *Idiota.*] i. eo loco, quo ſunt idiotæ.
n *Lector.*] q. d. careat beneficio clericali, vt hoc §.
o *Quadam.*] ſ. quæ inuitãt hominem ad matrimoniũ, & quaſi neceſſitatem imponunt, vt ſequitur, vt dilectio filiorum procreandorũ, quod vtile eſt: vt ff. de bon. dam. l. fi. §. fi. Vel qa iuuenis eſt: vnde feruori naturæ reſiſtere non poteſt: vt infra proxi. § & ſ. de non eligen. §. cum igitur. vel. ſi autem. Vel qa amore pulchræ fœminæ delectetur, quo ſæpe eſt vehementius: vt j qui. mo. na effic. legi. §. illud collat. 6. vel quia amore eius eſt inebriatus, per artem forte magicam: vt qs vino bacchatur, vt in ſtitu de ſuc ſub. quæ ſi. per bonorum venditionem, §. fin.
p *Cadens.*] & nihilominus curiæ ciuitatis dabitur, cum ſua ſubſtantia tota, vt infra eo. § ſemel, & inf de ſan epiſ. §. ſed neque curialem.
q *Ex multis.*] ſubaudi autem, ſi non eſt in textu.
r *Ad primum*] ideſt, ſummum, ſ. epiſcopatum.
ſ *Quanta.*] i. quot, vel quæ iura Accur.
t *Dicta.*] vt ſup. eod. per totum.
u *Diaconiſſis*] ordo erat monacharum, quæ habebant quandam prærogatiuam: non tamen cãtabant Euãgelium, ſed aliàs ſacerdoti miniſtrabant, vt inter mares ſunt primicerij, & cãtores. & alij ordines.
x *Obſeruantiam.*] ſ. ſupradictam.
y *Ex hac.*] ſcilicet, ætate.
z *Quinquaginta.*] ſic C. de epiſc. & cler. l. nullam.
a *Irreprehenſibilem.*] i. valde reprehenſibilem, ſic ſupra eo. §. ſi vero nemo. in fin. §. & ſubaudi hic, tantum Acc.
b *Per eas.* ſ. diaconiſſas.
c *Neceſſitas.*] ſic C. qui. & aduer. quos. l. 1. ſic ff. de decur. l. generaliter, §. ſpurios, ad idem ff. de mun. & hon. l. ad rem.
d *Et minorem.*] ſcilicet, quinquaginta anno. quod hodie indiſtinctè fieri poteſt, dummodo 40. ann. habeat, vt infra, de ſanct epiſc. §. diaconiſſam.
e *Liceat.*] i. licitum ſit epiſcopo.
f *Separata.*] à viris.
g *Multitudine*] i. monacharum.
h *Teſtimonium.*] ſ. famam. quod dic, vt ſ. eo. tit. §. 1.

Suſpicari.

* *Concor. c. cãm matrimonij in gloſ. ult. in prin. iũt, & eſt illa extra de preſbyt. Et habetur eccleſiaſtici ca. 30. ubi dicitur omnis ponderatio non condigna continentis animæ.*

1 † *quod.*

2 † *Ca. 14. De Diaconiſſis minoribus 50 annis non ordinãdis.*

* *Nec ob illud Pau. 1. ad Ti.*

quibus ſi quis ſuſpicari [a] aliquid præſumpſerit malignũ, ipſe inſipiẽs ſimul, & impius forſan putabitur. Et ſi dicat tale aliquid de aliqua earũ, quæ in diaconiſſarũ ordinationẽ ingredi vult, quod alicui cohæſerit ſub imagine quidẽ bonæ appellationis, maligna verò ſuſpicione nõ oportet, huiuſmodi mulierẽ perduci omnino ad ordinationẽ diaconiæ. [b] Nam ſi ordinet̃, & tale aliquid egerit, & cohæſerit alicui cum prædicto nomine, aut ſchemate: [c] cadet quidẽ à diaconia: & ipſa, & ille ſubiecti erunt huic legi, & reliquis, [d] quæ corruptores puniunt. Oportet em̃ omnes, quæ ordinant̃ venerabiles diaconiſſas, tẽpore ordinationis, & moneri, & ſacrorũ audire [e] mandatorũ p̃cepta corã [f] reliquis, [g] quæ dudũ ſunt venerabiles diaconiſſæ: vt & ipſe Dei timorem habeant, & adhærentẽ ſacris mãdatis fiduciam: timere autẽ, & confundi ſacro cadere ordine: ſcituras, qđ ſi præſumpſerint, aut erubeſcẽtes [h] ordinationem, aut derelinquentes [i] ſacrum miniſterium ad nuptias venerint, aut aliam oĩno elegerint vitã, ipſæ quidem obligatæ efficient̃ morti: [k] & ſubſtantia earũ applicabit̃ ſanctiſſimis eccleſijs, aut monaſterijs, ĩ quib. ſunt. Qui verò, eas aut vxores accipere, aut corrumpere præſumpſerint: obnoxij quidem & ipſi gladio erũt: ſubſtãtia autẽ eorũ applicabit̃ fiſco. Si.n. in antiquis legibus virginib. illis, * quæ in eorũ errorem vocabantur, [l] mortis incũbebat damnũ corruptis: qũo nõ magis nos in his, quę a Deo glorificantur, definimus pudicitiã * (quæ quam maximè [m] mulieres exornat) conſeruari volẽtes: cõpetens [n] venerabilibus diaconiſſis, vt quod decet naturæ cuſtodiant, & quod debetur ſacerdotio, [o] conſeruent.

Clericus [1] † ordinem ſuſceptum relinquere non debet. Bart.

¶Semel autẽ [p] ſecũdum hoc factos diaconos, aut p̃sbyteros, nullo modo derelinquere ſacerdotiũ, qđ non ſolum in presbytero, & diacono ſancimus, ſed etiã ſi ſubdiaconus, aut fortè [q] lector [r] fiat aliqs, hũc relinquere priſtinũ ſchema, & ad alteram migrare vitam: ſcientẽ, quia ſi tale aliquid egerit (ſecundum quod a nobis iam ſancitum [ſ] eſt) aut in curiã cum ſubſtantia, aut ſub inopia [t] degens ad officialem [2] | deponetur fortunam. [3] †

Eccleſiarum omnium antiquus numerus ſeruari debet: & vltra numerum conſtitutum permanere non debent: & in eorum locum alij creandi non ſunt, donec ad antiquam perueniatur menſuram. Ang.

¶Sed [4] † neq; effuſas cõpetit fieri de cætero Reuerendiſſimorũ clericorum ordinationes, quod enim hactenus geſtum eſt, licet corrigi oporteret: attñ pp tempus ſinimus: [u] de cætero autem non pp hoc [x] fieri, neq; ad damnũ ſanctiſſimarum eccleſiarum venire ſancimus. Quæcumque igitur oportebat de tali modo in ſanctiſſima maiore eccleſia huius noſtrę regiæ ciuitatis, & ſub ea conſtitutis ſanctiſſimis eccleſijs, & alijs, quæ hic ſũt, fieri hac ſpeciali lege [y] cõplexi ſumus. in omnib. autẽ, quę foris [z] ſunt, locis ſancimus, ſi quis cum conſtituerit ab initio, & ædificauerit eccleſiam, definiuit ordinationũ [5] † mẽſuram tanquam ſecundũ eã expenſas conſtituẽs, non prius ordinari quẽquam in eadem eccleſia, niſi ad numerum a principio definitum eius mẽſura redigatur. [a] Si verò hoc non [b] fecerit, ipſa verò ciuitatis eccleſia [c] miniſtrat emolumenta, [d] & ſibi & alijs eccleſijs: tunc non promptum [e] ſit augere illi clericos, neq; propter aliquas fortè compaſſiones, [f] aut beneficia ex hoc eam ſumptibus prægrauare (non ſunt enim hæc [g] pia, neque ſacerdotibus digna) ſed ex quibus dominus dederit Deus, ex ijs, quæ poſſibilia ſunt, adminiſtrare aut antiquã conſeruare conſuetudinem nihil penitus innouantem. Vnde competit Deo amabiles Patriarchas, & metropolitas huius habere prouidẽtiam: & eos, quidem, qui hactenus ſunt, ſinere in ſchemate in quo ſunt, clericos metiri verò vniuſcuiuſque eccleſiæ virtutem: & ita ipſos quoque ſanctiſſimos Patriarchas ſub ſe conſtitutas eccleſias ordinare, & metropolitas hoc ipſum a ſanctiſſimis Patriarchis commonitos facere: illos autem alios

a *Suſpicari.*] ſic C. de epiſc. & cler. l. eũ, qui. & inf. de ſan. epiſ. §. presbyteris. & §. ſi quis. colla. 9. Accur.
b *Diaconiæ.*] i. diaconiſſæ.
c *Schemate.*] i. ordine, vel figura.
d *Et reliquis.*] ſ. legibus, vel pœnis, vt C. de rapt. vir. l. vnica & C. de epiſco. & cler. l. ſi quis non dicam. & l. pen. & inſt. de pub. iudic. §. item lex.
e *Audire.*] ſcilicet, diaconiſſas.
f *Coram reliquis*] vt ſit in ordinatione clericorum, vt ſup. eod. §. hæc autem de Deo.
g *Reliquis.*] ſcilicet, eo conuocatis.
h *Aut erubeſcentes.*] quia verecundabantur portare velum.
i *Aut derelinquentes.*] ob aliam cauſã quãlibet: vel ſine cauſa, vt ſequitur.
K *Morti.*] ſ. animæ. nam ſciat, qualem Deo, &c. vt ſup. tit. 1. §. ſi quis autẽ ſemel. alias ſi vero relinquens. & §. ſi qs autem monaſticã. Alij dicũt, eã vltimo ſupplicio damnandã, vt hic: licet monachus ſic recedens non puniatur in perſona, ſed mittitur in aliud monaſteriũ, vt ĩ. de ſanc. epiſc. §. ſi monachus.
l *Vocabantur.*] erant enim quædam mulieres diaconiſſæ, vel virgines noĩatæ, quaſi Dianæ ſociæ, vt in fabulis legitur.
m *Maximè.*] i. valde, ſic inf. de mand. prin. § ſi tibi.
n *Competens.*] id eſt, quod competit.
o *Sacerdotio.*] id eſt, honeſtas.
p *Semel autem.*] redit ad maſculos.
q *Forte.*] ſub dubio fortè reſpondent ſæpe periti & ſupfluit: vt hic & infra titu 1. §. quia vero veriſimile eſt.
r *Lector*] ſed nũquid idem in alijs in minoribus ordinib. poſitis quod in lectore? Reſpon. ſic: cum eadem ſit ratio, vt ff. ad legẽ Aquil. l. illud.
ſ *Sancitum eſt.*] in Græco. Accur.
t *Sub inopia.*] id eſt, quia non habẽt ſubſtantiam.
u *Sinimus.*] ſic ſupra eo. §. ſed neque ineruditus.
x *Non propter hoc.*] ſ. quod retro ſit factũ.
y *Lege*] vt ſup. vt determ ſit nume. cleri.
z *Forte.*] id eſt, extra hanc vrbem.
a *Redigatur.*] nã plures nunc fortè reperiuntur.
b *Non fecerit.*] neq; expenſas conſtituit: neque numerum clericorum conſtituit
c *Eccleſia*] ſ. maior.
d *Emolumenta.*] ſcilicet, neceſſaria.
e *Non promptum.*] i. non prompte.
f *Compaſſiones*] puta clerico pauperi, cui eſt compatiendum.
g *Hæc pia*] hic ſume prouerbium „non eſt eleemoſyna, vnũ altare tegere, & alterum detegere.

Sermne

* *Id eſt, veſtalibus.*

* *Habetur eccleſiaſtici. 16. c.*

1† Ca. 15. De clericis in aliã vitæ formam tranſeuntibus.

2† ταξεω τικὴν.

3† Conditionem.

4† Ca. 16. De expẽſis eccleſiarũ, & clericorum multitudine non facienda.

5† Ordinãdorũ relliur Hacander.

omnes ſub ſe poſitos epiſcopos ad mĕſuram hanc deducere:& ſtudere non vltra expenſas facere clericorū ordinationes, ſcimus.n.quantæ [a] ſanctiſſimæ eccleſiæ propter hanc ordinationem, & alterius expenſę effuſionem inopes [b] factæ ſunt. Et quia aliquas earū vix quidē,tn̄ liberauimus: quædā verò adhuc oneratæ iacent, ex tali releuari anguſtia nōvalētes:ideo hoc ꝓpudeāt ſanctiſſimi Patriarchæ,& metropolitæ, & reliq̃ Deo amabiles epi̅: vt & nos, quæ ab eis aguntur, diſcentes approbemus eos,qui noſtram legem in literis poſitam apud ſemetipſos oſtenderunt operibus adimpleri.

¶Quæ igitur [c] a nobis ſancita ſunt, & ſacrum ordinē ſtatumque cuſtodiunt,ſecundū ſacrarum regularum obſeruationem, & virtutē de cætero conſeruēt perpetuò integra, & ſāctiſſimi Patriarchæ vniuſcuiuſq; dioeceſis, & Deo amabiles metropolitæ, & reliqui reuerendiſſimi Epiſcopi, atque clerici vbique Dei culturam,& ſacram diſciplinam cuſtodientes inuiolatā, pœna imminente hæc prǣuaricanti, quo penitus alienus ſit à Deo, & impoſito ſibi ſacerdotij ordine. [d] nam velut indignus hoc excluditur.

¶Licentiam verò vniuerſis [e] damus cuiuſcunque ſint officij,vel conuerſationis,reſpicientibus aliquid horū præuaricari,nunciare nobis, & ad Imperium,quòd ſemper [f] eſt, vt nos, qui hæc ſecūdum ſacrarum regularū explanationem apoſtolicamque traditionem conſtituimus, decētem etiam indignationem præuaricantibus inferamus: etiam his videlicet,quæ ſancita [g] ſunt à nobis de hæreditatibus Deo amabilium epiſcoporum cuſtodiendis. Sanctiſſimi ſiquidem Patriarchæ vniuſcuiuſque dioeceſis hæc proponant in eccleſijs ſub ſe conſtitutis: & manifeſta faciant Deo amabilibus metropolitis, quæ à nobis conſtitūta ſunt. Illi quoque rurſus etiā ipſi proponant ea in metropolitana ſanctiſſima eccleſia,& cōſtitutis ſub ſe epis hæc manifeſta faciant illorū [h] verò ſinguli in ꝓpria eccleſia hæc ꝓponant:vt nullus noſtræ Reip. ignoret, quæ a nobis ad honorē,& ad augmentum magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti diſpoſita ſunt.

¶Inſuper ſequens hæc tua [i] ſanctitas omnibus, qui ſub ea ſunt metropolitis ſanctiſsimis hæc faciat manifeſta, vniuerſo tempore cōtrahenda. [k] Scripta [l] exemplaria Epiphanio ſanctiſsimo Archiepiſcopo [1]† Theopolitano:ſcripta exemplaria [2]† ſanctiſsimo epiſcopo Hieroſolymorum: ſcripta exēplaria Ioanni viro glorioſiſsimo præfecto ſacrorum prætoriorum ſecundo. Exconſuli,& patritio: [3]† cui etiam hoc adiectum eſt: [m] & tua quoq; celſitudo hæc ſciens vna cum ſemper ſuſcepturis ſedem tuam hæc ſeruari feſtinet:& ſi denunciatum fuerit, aliquod tale delictum, prohibeat & maximè quæcunque in ordinationibus curialium,vel officialium interdicta ſunt. Nunciet autem etiam nobis, vt decens ſuper eis imponatur correctio. Vtatur quoque præceptis ad clariſsimos prouinciarum iudices: vt & ipſi quæ fiunt,inſpicientes,non permittant aliquid extra hoc, ꝙ a nobis conſtitutū eſt,fieri. imminebit enim eis pœna quinq; librarū auri: ſiquidem & ipſi præuaricari videntes nō denunciauerint,aut ſedi tuæ, aut Imperio:vt vndique decens ornatus ordinationis gradui conſeruetur. [4]† Scripta cum adiectione dominica. [n]

TITVLVS PRIMVS.

Nouella Conſtitutio ſeptima.

De non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis immobilibus, aut in ſpecialem hypothecam dandis creditoribus, ſed ſufficere generales hypothecas.

Res immobiles eccleſiæ maioris vrbis Conſtantinopolitanæ, & eccleſiarum ſuæ diœceſis alienari generaliter prohibentur: omni fraude, & circumuentione remota. Bar.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Epiphanio Archiepiſcopo, & Patriarchæ [5]† Conſtantinopolitano.

Collatio Secunda.

PROOEMIVM.

VNAM intentionem hanc ſemper proponimus, [o] omne quicquid prius imperfectum, aut confuſum videbatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare: quod etiam in omni legiſlatione facientes,credimus oportere,

a *Scimus enim quanta*] i.quot.
b *Inopes.*] ſic ſupra vt deter. ſit nume. cleri.
c *Quæ igitur*] prout.
d *Ordine.*] reycere, ſit alienus.
e *Vniuerſis.*] fortè etiam ſeruis hoc caſu. ſic aliàs C. de preci. Imp. off. l. prima, & fortè ſine inſcriptione,& ſolēnitate actionis, cum ſuam iniuriam quilibet proſequatur. nam quod in diuinā religionē. &c. vt C. de hære. & mani l. 4.
f *Semper eſt.*] ſic infra vt præpo. no. Imper. do.coll.5.
g *Sancita ſunt.*] ſcilicet, in Græca conſtitu. nec enim dicit de illa, quæ eſt inf de eccle titu.§.ſin autem. colla.9. quia illa poſt illā eſt: ſed fortè idē dicebāt Græca, quod dicit illa Latina.
h *Illorum*] ſ. epiſcoporum.
i *Tua*] Epiphani.
k *Contrahenda*] i.tenenda.
l *Scripta.*] hæc conſtitutio iſtis ꝑſonis fuit miſſa.
m *Adiectum eſt.*] plus quàm alijs, quibus fuit miſſa, & hæc eſt adiectio vſq; in fi.
n *Adiectione dominica.*] i.cum annis domini:tamen non habemus eos. Accur.

DE NON ALIEnandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis immobilibus,&c.

Vt in ſpecie repete: & de non, &c. & expeditur hæc pars infra eod. §. ſi verò creditor. & §. ſi enim.

o *VNam intentionē proponimus.*] ſic ſupra de non eligend. in princip. ſic infra titu. primo, in prin.

Super

[1]† *Alexādria: Aefremio ſanctiſsimo Archiepiſcopo.*
[2]† *l. ætro.*
[3]† *Hæc verba, Dominico glorioſiſsimo Præfe. Prætoriorū Illyrici, cui etiam, &c. licet deſint hic, in manuſcriptis, extant tamē in Græcis, vbi pro Dominico, legitur* Δομνίνῳ:
[4]† *Dat. 17. Calen. Apr. Conſ.*
[5]† οἰκουμενικῷ.

a *Super ſacris.*] ideſt, quaſi ſacris.
b *Lege*] ſcilicet iſta. Accur.
c *Renouet.*] ut in lege Leonis, quæ confirmatur, & inf. eo. §. vult enim.
d *Emendet.*] vt infra eo. §. Anaſtaſius, & §. finimus, in fi.
e *Adiiciat.*] vt infra eo. §. ab Anaſtaſio, & § quia vero Leonis.
f *Abſcindat.*] ſunt autẽ aliæ, ſcilicet, Leonis, & Anaſtaſij ſuperfluæ ex quo iſta, ſcilicet, Iuſtiniani generaliter omnia comprehendit.
g *Auxit*] Hic nota argu. ad quæſt. quam diximus ſup. titu. 1. in princ.
h *Lex.*] ut C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus, licet quidam dicant, ꝙ eam non habemus.
i *In omnibus.*] ſ. terris: quia localis eſt: vnde fit generalis, vt infra eodem, §. nos igitur. Item in contractibus, quia non in pignore, nec in cõtractu emphyteuſis loquitur, ſed per hanc ſuppletur, ut ĩ. eod. § quia vero Leonis.
k *Correctione.*] not. corrigi ex eo, quod ſuppletur ſic ff. ad l. Rho. de iactu. l. ſi §. j. & §. fi.
l *De talibus.*] ſ. rebus eccleſiaſticis immobilibus non alienandis
m *Lex eſt.*] apud Græcos
n *Priori.*] ſcilicet legi Leonis, nam generalior eſt quam illa: vt infra ſequitur.
o *Minus*] in perfectione plus tamen, quam lex Leonis.
p *Foris.*] ſcilicet extra Conſtantinopolitanam ciuitatem, ꝙ nõ erat in lege Leonis: vt C. de ſacroſ. eccle. l. iubemus. primo reſpon.
q *Ciuitatis.*] Conſtantinopolis.
r *Perſcrutata.*] ſcilicet, lege Anaſtaſiana.
ſ *Sedes.*] i. alia loca, præterquam in vrbe Conſtantinop. & eius diœceſi.
t *Arbitrabatur.*] in hoc credidit Anaſtaſius, Leonem corrigere dicendo generalius, & non fecit, ut ſequitur: ſed Iuſtinianus hoc fecit per hanc conſtitutionem, vt inf. eod. § nos igitur. & infra eo. §. pe.
u *Vacare.*] i. neceſſaria non eſſe hæc omnia, ſ. à Leone, & ab Anaſtaſio dicta, quod facimus addendo, ut infra eod. §. in fi. ſic & aliàs corrigit lex diſtinguendo, vt ff. ad legẽ Rhod. de iact. l. ſi prin. o reſpon. & §. 1. & § fi.
x *Omnibus.*] accipe, rebus, quod eſt intra. Accur.
y *Xenodochiorum*] locus eſt, vbi peregrini ſuſcipiuntur, vt hoſpitale ſancti Ioannis.
z *Noſocomiorum.*] locus, & vbi ægroti curantur.
a *Monaſteriorum.*] locus, vbi monachi ſimul conuerſantur, ut ſupra de mona. §. hinc nos.
b *Brephotrophiorum.*] locus, vbi infantes aluntur.
c *Gerontocomiorum.*] locus, vbi pauperes, & propter ſeneſtutem infirmi curantur.
d *Et totius ſacrati*] i. rebus cuiuslibet alterius loci ſacri: vt Prochotrophium, de quo habetur mentio infra eo. § nos igitur, & eſt loc⁹, in quo pauperes, & infirmi homines paſcuntur. Itẽ orphanotrophiũ, i. locus, in quo orphani vtroque parente carentes, paſcuntur. Item aſceterium locus, in quo fœminæ debilium ſubſtentatrices habitant: & probantur hæ expoſitiones in nouellis, eod. titu. idem dicas in qualibet eccleſia ſeculari, vt infra eod. § nos igitur, & §. penult.

& in alienationibus, quæ fiunt ſuper ſacris[a] rebus, vna complecti lege,[b] quæ priores omnes, & renouet,[c] & emendet:[d] &, quod deeſt, adiiciat:[e] & quod ſuperfluũ eſt, abſcindat.[f] A Leone ſiquidẽ (bonæ memoriæ) qui poſt Conſtantinum piæ memoriæ Chriſtianæ fidei inter Imperatores principatum auxit,[g] & conſtituit ſacrarũ eccleſiarum honorem, & diſciplinam) ſcripta lex[h] eſt de alienationibus eccleſiaſticis, concluſa 1† in ſola huius feliciſsimæ ciuitatis ſanctiſſima maiore eccleſia. Et laudamus plurima huius legis, cum omni vehementia, & Dei cultura poſita: ſed eo ꝙ non generaliter poſita ſit in omnibus,[i] egere etiam eam quadã correctione[k] credimus.

1† ἀπερικεκλεισμένος.

¶ Ab Anaſtaſio quoque piæ memoriæ ſcripta quædã de talibus[l] lex eſt:[m] neque ſimili priori,[n] & omnino minus[o] habens. Effuſa namq; & per loca foris[p] poſita, nihilominus manſit imperfecta, eo quòd ad ſolum ſacerdotium, & diœceſim reſpiciat conſtitutam ſub beatiſſimo Patriarcha huius Regiæ, & feliciſsimæ ciuitatis:[q] alias aũt non perſcrutata[r] ſedes:[ſ] cum vtique dignam correctione eſſe eam arbitrabatur:[t] propter quam occaſionem alia quidem corrigebat, alia uerò incompoſita relinquebat. Quamobrem eam quoque vacare[u] de cætero ſancimus, vtpote imperfectam, & loco circumcluſam, & non generalem inter leges exiſtentem, neque aliquid ſtudioſum introducentem.

¶ Hæc ergo nos omnia emendantes, unam exiſtimamus oportere legiſlationem imponere oĩbus[x] ſanctiſſimarum eccleſiarũ, xenodochiorũ,[y] & noſocomiorũ,[z] 2† & monaſteriorum,[a] & brephotrophiorum,[b] & gerontocomiorum,[c] & totius ſacrati[d] collegij rebus, & hãc legem Leonis piæ memoriæ conſtitutioni adiicere: prius breuiter eius legiſlationem exponentes, ſicque omne qđ reliquum eſt, intexentes.

2† Ptochiorum. additur in Græco.

¶ Vult[e] enim illa neq; Deo amabilem Archiepiſcopũ, & Patriarcham huius fęliciſſimæ ciuitatis, ſeu ſanctiſſimæ maioris eccleſię, neque œconomum vendere, aut donare, aut aliter alienare rem immobilem, domum forſan, aut agrum, aut colonum,[f] aut mancipia ruſtica, aut ciuiles[g] annonas (nam[h] & hæc[i] inter immobilia ſunt numeranda[k]) quæ competunt Cõſtãtinopolitanæ ſanctiſsimæ maiori eccleſię: ſed neque pro vlla compenſatione, aut alia qualibet circumuentione tale aliquid agi: & interminatur[l] emptori quidem rei reſtitutionẽ, vt reddat ꝑ tempora œconomo:[m] rerum ſanctiſsimæ eccleſiæ

e *Vult enim illa.*] ſ. lex Leonis.
f *Colonum.*] ſed quæ eſt differentia inter hunc, ſ. colonum, & mancipium? Reſpon. hic loquitur de aſcriptitijs, vel originarijs, vel ſimilibus: & qui à ſolo non poſſunt ſeparari, nec ſine eo alienari: vt C. de agr. & cen. l. 2. & l. quemadmodum, & ff de leg. 1. l. ſi quis inquilinos. primo reſpon. at mancipium dicitur ſeruus ab hoſtibus captus: vt inſti. de iur. perſo. §. ſerui, qui etiã ſuper poſſeſſionibus ponitur, & inſcribitur, & ab eis non poterit ſeparari: cum immobilis cenſeatur, vt ff de diuer. & temp. præſcr. l. 3. vel dic de adſcriptitio ibi dicit, & hęc eſt verior.
g *Ciuiles annonas.*] ſ. reditus, à fiſco percipiendos ſingulis annis, vt C. de ſacroſ. eccl. l. priuilegia, vel ab alia eccleſia. vt ſupra vt deter. ſit nu. cle. vel à priuato, vt ſupra tit. 1. §. ſed neq; effuſas.
h *Nam*] interpoſitio, ſic infra eodem, §. nos igitur.
i *Hæc.*] i. hæc tria, colonus, & mãcipiũ, & ciuilis annona.
k *Numeranda.*] licet non ſint immobilia. Sed quando in actione competenti eccleſiæ pro qualibet re: numquid poterit cedi, vel alienari? Reſpon, non, ut ff de iur. deliber. l. ait prætor, §. quid ſit. licet poſſit diſtingui, vtrũ ꝓ mobili, vel ĩmobili re cõpeteret, ut primo caſu valeat: ſecũdo nõ.
l *Interminatur.*] i. interdicendo minatur.
m *Oeconomo.*] Sed nunquid idem admittitur ad vindicandum, qui alienauerit? Videtur quod non, cum non debeat contra ſuum factum venire, vt ff. de adopt. l. poſt mortem, & ff. de ſer. ruſt. præd. l. per fundum. E contra, ꝙ ſic cum hoc factum nullũ ſit, vt hic, & C. de agri. & cenſi. l. quemadmodum & C. de li. cau. l. prima, quod vltimum

credo

credo verius. nam & maritus reuocat quod donauit vxori, vt ff. de do. inter vir & vxo. l. ſi ſpōſus, §. fi. Sed nunquid œconomus ipſo iure erat priuatus ab adminiſtratione? quomodo ergo vindicat, vt C. eod. l. iubemus. §. œconomus? Reſp. dic quod non ipſo iure, ſed per ſententiā priuādū, & ante ſnīam reuocat: cum ſtatum nō mutauerit: ſic ff. de le. 3. l. 1 § hi. Alij dīit, q ipſo iure, & tunc dicas cū admittit ad vindicandum poſt reſtōnem in prælatura, non prius, vt arg. inſtit. de ſuſpect. tuto. § ſi quis.

infra eo. §. quia verò veriſimile. ibi oportebit n. &c. ſed tamen dico contra: cum Leo non potuerit ſequentibus Imperatoribus præiudicare, vt C. de legi. & conſti. l. digna. & ff. de nata. re l. quæris, dummodo dixerit, non obſtante lege Leonis, vt ff. de le. 3. ſi quis. in princ.

rem, quam ipſe perceperit, cum omni medij temporis [a] fructu, & alijs lucris, caſu imminente pretiorū [b] ei, qui tale aliquid accipere, aut cōparare præſumpſerit: cum etiam hoc quidem, quod contra leges actum eſt, ita ponat [c] ac ſi neque à principio geſtum ſit. Oeconomum verò hæc [d] præuaricantem, [e] dare quidem de ſuo ſanctiſſimæ eccleſiæ iubet omne, quicquid ex ea cauſa lucratus [f] eſt: aut ſanctiſſimam eccleſiam damnificauit. Super hoc autem etiam excludit [g] eum officio œconomi: & dat [h] actionem ſanctiſſimæ eccleſiæ non contra ſolos Deo amabiles œconomos, ſed etiam contra ſucceſſores eorū: ſiue ipſi [i] hoc alienauerint, ſiue pro emptore Deo amabilis ep̃iſcop⁹, [k] aut aliquis aliorum clericorum [l] videntes [m] alienantem, [n] taciturnitate degeneri, [o] & ſine libertate [p] paſſi ſunt: & multò potius ſi conſentientes, [q] & videntes tale aliquid permiſerunt, & non cauſam prohibuerunt.

¶Ad hoc aūt & tabellionē, q talia confecit inſtrumēta, perpetuo tradet [r] exilio: nullam ei clementiam, neq; reuerſionem [ſ] participans: [t] ipſos [u] quoque maximos iudices, qui ad hæc accedunt, & miniſtrant [x] talibus cauſis, [y] aut confici apud ſemetipſos monumenta [z] pro confirmatione talium donationū, aut aliorum actuum patiuntur: & cingulo, & dignitate, & ſubſtantia interminatur [a] excludere. Hoc igitur [b] increpans vehemēter, permittit [c] rei eccleſiaſticæ vſum, aut q vocatur vſusfructus ſub certo quodam tēpore, aut etiā vſque ad vitam percipientis dare ſanctiſsimam maiorem eccleſiam, ſub hac tamen definitione, vt is, qui hanc accepit munificentiam eiuſdem quātitatis recompenſet rem ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ ſub proprietatis ratione, ex qua poſsit eundem reditum ſanctiſsima eccleſia habere, quātum ille ex vſu accepit: poſt percipientis vtriq; mortem, aut definitum tempus, vſu [d] uidelicet, & vſufructu dato [e] eccleſiaſticæ rei: ad ſanctiſsimam maiorem eccleſiam redeunte, & uſu donatæ rei [f] cum proprietate [g] ſanctiſsimæ eccleſiæ [h] faciēdo. talem namque contractum ſine periculo [i] eſſe ponit lex. [k]

¶Si verò minus fuerit, quam quod datur a ſanctiſsima eccleſia, illud, quod compēſatur ei, cuius mox quidē percipiet [l] proprietatem, ſperat autem & vſum accipere, infirmum contractum, & pro non facto [m] ponit: dátque licentiam vindicationis [n] vtpote circumuentione contra ius ſanctiſsimæ eccleſiæ facta.

¶Lex [o] itaque talia ſub breuitate [p] decernit, & mulctam

a *Temporis.*] a tēpe vēditionis, donec redeat ad eccleſiam.
b *Pretiorum.*] ſ. quantum eſt contra eccleſiam: ſed contra œconomum habet, ut inf. eo. §. ſi quis igit. quid miri? hoc iure communi eſt, vt C. de fur. l. inciuilem rē, & C de rei vendi. l. 3. & l mancipium.
c *Ponat.*] ſ. lex Leonis, vt C. de ſacroſ. eccle. l. iubemus, ſic C. de leg & conſt. l. non dubium.
d *Hæc.*] ſ. ſtatuta à Leone.
e *Præuaricantem.*] i. alienantem, & ſic facit contra hanc legē.
f *Lucratus.*] ut pretium rei.
g *Excludit.*] ſcilicet per ſententiam non ipſo iure, vt ī. proxi. diximus.
h *Dat.*] ſ. lex Leonis Accur.
i *Siue ipſi.*] ſ. œconomi.
k *Epiſcopus.*] ſ. alienauerit.
l *Clericorum.*] ſ. alienauerit: repete, aut videntem, &c.
m *Videntes.*] ſ. œconomi: & ſubaudi, aut, &c.
n *Alienantem.*] ſ. epiſcopum, vel aliū clericum.
o *Degeneri.*] ſ. dedecora, & meticuloſa, nam genus clericorū audax debet eſſe: cū defendatur lege Dei, [1] quæ dicit: nolite tangere Xp̄os meos, ideſt ſacerdotes, vnde ſecuri ſunt ex hoc. ſic inſtitu. de rer. di. §. ſanctæ. Accur.
p *Libertate.* ideſt timidi erant, ut ſerui: non audaces, ut liberi.
q *Conſentientes.* ſ. expreſsè, ut differat a ſuperiori reſpon.
r *Tradet* ſ. lex Leonis.
ſ *Reuerſionem.* ſic & aliàs tabellio, qui in ſuo officio deliquit, perpetuo illud prohibetur exercere, ut C. de ſuſce. & arca. l. ſi aliquid, lib 10. interdum ad tempus, ut C. de nu. & act l. 3. in fin. lib 12. ſic, & in prælato. ut ſupra eodem, § proxi. ſic & in tutore. ut inſtit. de ſuſpect. tutorib. per totum.
t *Participans*] ſed nunquid Imperator poſſet, ſi meruerit in integrum hodie reſtituere? Videtur, quod non, ut

[1] Concor. 12. q. 1. & in c. ſoliſtæ. extr. de maior. & obed.

Tabelliōis delinquentis pęna.

u *Ipſos quoque.*] q. d. non ſolum minores, & ordinarij: ſed & maiores, cū ſint quatuor ordines, vt diximus ī vt ab illuſt. & qui ſuper eam ſunt, §. 1. apud quos pōt fieri oēs donationes, & omnia, quæ ſunt de iuriſdictione voluntaria. & ſi merum imperium non habeant, vt ī. de defen. ci. §. nulla. Sed nonne tū magiſtro cenſus hæc auctoritas datur: ut C de teſt. l. cōſultaſ. R. ñd. illud in teſtamentis tantum dī cit. Item in Regia vrbe tantum, & in alijs locis obtinet, quod dictum eſt.
x *Miniſtrant.*] ſ. auctoritatem ſuā quantū eſt ad donationē, quæ inſinuationem deſiderat: ſi maior ē quingentorum ſolidorum, ut inſtit de dona. §. aliæ. quantū uerò ad alios contractus miniſtrant, i. miniſterium pbent ſ. docendo fieri contractum, ut ī. eo §. hæc igitur omnia.
y *Cauſis.*] i. contractibus.
z *Monumenta.*] i. inſtrumenta.
a *Interminatur.*] ſ. lex Leonis.
b *Hoc igitur.*] ſ. alienationes eccleſiaſticarum immobiliū rerū vt ſup eo. §. ult.
c *Permittit*] ſ. d. l. Leonis, ut C. de ſac. ſanc. eccl. l. iubemus,
d *Vſu*] i. in conceſſione uſus, ſeu uſuſfructus.
e *Dato.*] ſ. illi, cum quo ſic permittit eccleſia, ut ī eo §. ſi qs autem uoluerit.
f *Donatæ rei*] i. rep̄ſatæ ipſi eccleſiæ
g *Cum proprietate.*] quā a principio debet habere eccleſia, ut in fi. huius §.
h *Eccleſia.*] ſ. remanente.
i *Periculo*) ſ. pœnarum prædictarum.
k *Lex*) ſ. Leonis.
l *Percipiet.*) ſ. eccleſia.
m *Pro non facto*) quantum eſt de iure, ut C. de leg & conſtitu. l. non dubium, ſed factum ipſum pro infecto haberi non poteſt, [2] ut ī. de æqua. do. §. quæ igitur, coll. 7. & ff. de cap. l. in bello, §. factæ, & ff. de acquiren. poſſ. l. j. §. adipiſcimur.
n *Vindicationis*) ſ. œconomo pro tēpe, ut ī. eodem. §. ult.
o *Lex.*) ſ. Leonis.
p *Breuitate.*) non quod ipſa breuiter dicat: ſed quia nos breuiter eam retulimus.

[2] Factum pro infecto haberi non pōt.

a *Eccleſia.*] ſcilicet, Conſtantinopolitanæ, vt in princip. ſui patet.
b *Inſurgentium.*] ſcilicet, hominum contra eam, vel in fraude eius.
c *Valuit.*] cum diuinare non potuit: vt ff. mand. l. ſi fideiuſſor. in princip. & ideo nō peccauit lex Leonis, vt C. de teſta. l. iubemus. in fi.
d *Quidam.*] ſic conſtrue: quidā, ſcilicet, homines dudū hoc, quod vocatur colonariū ius adinuenientes: colonariū ius dico, neque noſtris legibus, neque, &c. & procedit vſque ad ver. illum, quod nos, &c. & poſtea accipe colonarium ius eſt, &c. quia interpoſitio eſt.
e *De propria.*] ſ. domo.
f *Iſte.*] ſ. qui ſic accipit.
g *Parœchus.*] id eſt, penſionator, a pariare, quod eſt, ſoluere, vt ff. de ſtatulibe. l. antepenul. §. penul. & §. fin. vel dicitur à pari: quia domino per omnia ferè par eſt.
h *Aliæ.*] ſcilicet legi.
i *Omnium.*] vel imperatorum, vel iuriſconſultorum.
k *Pene.*] hoc ideo, quia penſionem aliquam percipit.
l *Quod nos.*] id eſt. huiuſmodi cōtractū.
m *Conſcripſimus.*] ſed per cōſuetudinem derogatur huic. §. & fit emphyteuſis per hunc §.
n *Legem.*] ſcilicet iſtam.
o *Dudum.*] & hic, & ſuperior articul' in leadictus Leonis quia ibi non ſunt.
p *Reſpexerunt.*] ſcilicet, œconomi, cum homines ad malitiā dedici nihil eſt, quod non inueniant, vt ꝟ. vt ij, qui obl. ſe hab. perhi. res mi. i. ſtip. colla. 5.
q *Imminuerunt.*] ſcilicet, præſtationes œconomi, vt ſequitur Azo.
r *Præſtantes.*] i. dantes œconomi in emphyteuſim.
ſ *Conſtitutionū.*] quas non habemus.
t *Caſus.*] qui imminent emphyteutæ, niſi ſit totius rei interitus, vt infra eo §. ad eo. quod non eſt in ſimplici colono, vt ff. loc. l. ſi fundum.
u *Vero.*] procerte.

imponit: & vſque ad res sā ctiſſimæ eccleſiæ [a] ſtat ſolummodo: & omnem quidem perimit circumuētionem quam prædiximus: nō tamen retinere calliditatē poſteà inſurgentium [b] valuit. [c] Quidam [d] enim dudum hoc, quod vocatur colonarium ius [1]† (colonariū ius eſt, veluti ſi domum valentem centum ſolidos, & præſtantem penſionem ſolidos decem, accipiat quis ab eccleſia, & det pro ea ſolidos centum, ſeu amplius, aut certè minus, & quaſi iā de propria [e] aggrauet ſe dare ſingulis annis quaſi penſionis nomine ſolidos tres. iſte [f] autē appellatur parœchus. [g] ſed ipſam domum ſub tam parua penſione in perpetuum & ipſe, & hæredes eius poſſidebant) adinuenientes, neque noſtris legibus, neq; aliæ [h] cuiuſdam omnium [i] notum, circunuētionem nō paruam meditati ſunt contra legem perpetuas penè [k] cogitantes alienationes, quod no. [l] de cętero agi prohibemus, & pro eo ipſo conſcripſimus [m] legem. [n] Dudum [o] autem, & ad emphyteuſim reſpexerunt, [p] & imminuerūt [q] plurimam quantitatem veri reditus illi, qui emphyteuſim accipiunt, præſtantes [r] ijs, qui rebus pridem ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ pſidebant. ideo quòd nos in quadam conſtitutionū [ſ] noſtrarum definiuimus quidē vſque ac perſonas tres emphyteuſim fieri accipientis, & duorum ſucceſſorū aliorū: hoc etiam ſuper rebus ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ fieri pmittimus: nō autē vltra ſextam partem releuari emphyteuſim percipientibus, ppter fortuitos caſus [t]

1 † Parœchi *chesis incis-ſa deſunt ī Græco.*

x *Anaſtaſius.*] ſ. loquēs in eodem caſu, in quo ſuperior. § ſcilicet, in emphyteuſi.
y *Geſta.*] i. vt ea, quæ geruntur ex hoc contractu emphyteutico, in monumentis fiant, i. in ſcripturis. ſic accipitur. ff. de proba l. Celſus.
z *Conſtituens.*] ſ. in lege, quam habuimus in memoria. ꝟ. eo. §. ab Anaſtaſio & in fi huius §.
a *Huius.*] ſ. eccleſiæ.
b *Rei.*] ſ. eccleſiaſticæ
c *Fieret.*] emphyteuticus contractus. Accurſius.
d *Extendens.*] ſ. Anaſtaſius.
e *Neque vtilem.*] & ideo corrigitur inf. e. §. finimus. in fi. §.
f *Prædiximus.*] ſupra eo. §. j.
g *Nos igitur.*] quia legē Leonis iam breuiter retulimus, & duos caſus ſupuenientes determinauimus, vt ſup. eo §. vlt. & §. lex. & §. dudū igitur ad legem veniamus, quā facere propoſuimus: vt ſup. eod. j. reſpon.
h *Iam enim.*] interpoſitio eſt hic ver. ſic j eo. §. vt autem, ibi, quod enim, &c. Acc.
i *Sancimus.*] ex hoc §. & § ſeq. & §. finimus. ibi, quod actio, &c & inf. de alien. & emphy. §. & hoc, & ſu per ipſis collige, quod eſt. C. de ſacroſ. ecc. auth. hoc ius. in principio. Accurſius.
k *Feliciſſimæ.*] ſ. Conſtātinopolitanæ, vbi hæc lex fiebat, ſed qualiter ibi fiebat, cum in veteri Roma habeant fieri, vt inf. vt eccl. Roma. coll. 2. in prin. Reſpon. illud fuit ante tpa Conſtātini, vt diximus ſup. quomodo opor. epiſc. in prin. & §. ſi vero metropolita.
l *Eccleſiam.*] ſubaudi habere licentiam, vt in fin. huius §. & ſic ad inferiora ſemper repete illud. Azo.
m *Prærogationem.*] i. diſpendia.
n *Interpretatus.*] vt ſupra eodem, §. primo.
o *Exiſtentes.*] vt ſanctæ Mariæ, & ſanctæ Theodoræ, & aliarum, vt ſupra vt deter. ſit nume. in medio titu.
p *Metropolitas.*] id eſt, Archiepiſcopos.
q *Ipſe.*] ſ. Patriarcha.

ſanciētes. Quia verò [u] dicimus ſic effusè, & impiè ab aliqbus fieri documenta, vt neque ſexta relinquat ſanctiſſimæ eccleſiæ pars, reliqs omnibus emphyteuſim accipientibus donatis: Anaſtaſius [x] aūt piæ memoriæ geſta [y] monumētorū conſtituens [z] fieri ſup alienationibus, ſicut [2]† ēt huius [a] rei [b] fieret, [c] tēpus, [3]† & emphyteuſim ſtatuens, ſine geſtis quidē vſque ad ſolā vitā accipiētis emphyteuſim, cū geſtis autē in ppetuū eā extēdens, [d] neque pfectam fecit, neque [e] vtilē legē, & vndique impfectā, vſque ad ſolā diœceſim Patriarchæ ſedis huius fęliciſſimæ ciuitatis (ſicut prædiximus [f]) legiſlationem ſtatuens. [4]†

2 † *Sic vt.*
3 † *Adijcitur.*

Nulla eccleſia vbicunque ſita, vel aliquod monaſteriū, vel aſceterium, vel quiuis alius pius locus rem immobilem alienare poteſt, nec ſpecialiter pignori obligare. Angel.

4 † *Ca. i. de reb. ad immobilia loca pertinentibus, nō alienandis.*

¶ Nos [g] * igit (iam enim [h] ad legem veniendum eſt) ſancimus, [i] neque ſanctiſſimam huius fęliciſſimæ [k] ciuitatis maiorē eccleſiam, [l] neque ſub ea conſtitutas eccleſias, quarum ipſa prærogationem [m] ſuſcepit (ſicut eam Anaſtaſius piæ memoriæ interpretatus [n] eſt) neque alias omnes eccleſias in hac fęliciſsima exiſtentes [o] ciuitate, aut circa eius confinia, neque ſub Patriarchica ſede huius fęliciſsimæ ciuitatis conſtitutas, quarū metropolitas [p] ipſe [q] ordinat, neque aliū vllum undique Patriarcham, neque Epiſcopum (dicimus autē & eos, qui in oriente, & qui in Illyrico, inſuper & in Aegypto, & ī Lycaonia, atque in Lycia, & eos, qui in Africana prouincia ſunt

* *Facit ad hunc § glo. in c. ambitiŏ, ſuper verb. eccleſia. poſt prin. extra de rebus eccl. non alien. in integr. & eſt firmatus iſte §. in Auth. hoc ius. C. de ſacroſ. eccl. & 12. q. 2. c. ca. ſollicitæ. §. hoc ius porrectum.*

Authenticorum. Q Compte-

a *Complexiuè.*] i. generaliter ſancimus.
b *Xenodochum*] hæc uerba expone, vt ſup. eo. §. hæc igitur.
c *Huiuſmodi*] ſcilicet immobiles niſi in caſibus, vt, vt pro pter debitum, quod aliàs ſolui non valet, vt infra de ali. & emph. §. & hoc etiam inſuper. Item in emphyteuſi, vt J. e. §. emph yteuſis. & §. ſe & inf. de ali. & emph. §. licentiam. Item permutat cum alia eccleſia, vt J. de conſti. quæ ex adſer. § ſi item cum Principe, vt inf. eo §. finimus. Item propter onus fiſcale, vt infra de ec re. immo ali §. ſancimus igitur Item in redemptione captiuorum, vt inf. de ali. & emphy. § ſanctiſſima vero. Sed econtra eccleſia in quaque caſibus omnino prohibetur etiam in his caſibus, vt notauimus inf. de ali. & emph. §. ea. col. 9. Sed quid de mobilibus? Reſpon. poſſunt alienari, cum non inueniatur prohibitum, vt ff. ex quibus cau. ma. l. necnon § quod eis niſi ſint ſacra circa altare neceſſaria, quæ alienari non poſſunt, vt inſtit. de re. di §. nullius. & C. de ſacroſ. eccl. l. ſanci mus. niſi propter captiuorum redemptionem, vt infra. de ali. & emp §. de ſacris. & § ſi verò præter. Item quæ ſunt ſuperflua, & tunc etiam propter debitum non ſolum, propter redemptionem captiuorũ, ut infra de ali. & emph. §. ſi verò ſunt plura.
d *Specialis.*] hic no. quod vbicunque dicitur in hac conſtitutione de prohibitione ſpecialis pignoris, illud ſit correctum per l. infra de ali. & emph. § hoc etiam. Vel dic, illud ſpeciale cauſa neceſſitatis, propter quã ceſſat omnis lex, ut ff. de offic. procon. l. 1. generalis autem obligatio permittitur, vt infra eo. §. ſi enim.
e *Tradere credi.*] ſed nunquid ſine traditione ſpeciale pignus facere poterit. ff. de pigno actio. l. prima. Videtur, q ſic, vt hic, & infra eodem §. ſi autem creditor. nam ibi dicit, accipere. & §. ſi enim in fi. & §. finimus. ibi, ſed neque dationem, &c ſed his legibus largè ponitur verbum, dare. ſic ff de pigno. act. l ſi conuenerit. §. ſi quis. Quare dicas. quod nec ſic fieri poteſt obl. per iſtam conſtit. vt ſup. primo reſpon. ſed generalis obligatio fieri poteſt, ſcilicet ſine traditione, cum dicat in ru. hypotheca, vt ff. de pign. act. l. ſi rem §. ꝓprie. ſed q̃ eſt ratio? Reſpõ. qa plus iuris conſtituitur creditori per ſpeciale pignus, q̃ per generale: ccũ mancipia generaliter obligata manumittamus, non ſi ſpecialiter, vt ff. de manumiſ. l. 3. & C. de ſer. pi. da. ma. l. 3.
f *Alienationis.*] vt C. de re. ali. non ali. l. fi. ſic ff. de ſtat liber. l. ſtatulib. §. fi.
g *Et in perpetuum.*] hic no. quod vbicunque in hac conſtitutione fit mentio de perpetua emphyteuſi prohibenda, illud corrigit, vt infra de de ali & emph. § . licentiam. Vel dic, ibi conceditur in perpetuum, id eſt quamdiu reditus præſtetur & ita hic, & inſtit. loca. §. adeo. Vel dic fieri in perpetuum. i. in tertiam generationem, vt inf. eo. §. emphyteuſim. prima verior eſt.

1 † ἠγουμένον ἢ ἡγουμένην.

2 † πολιτικὰς σιτήσεις. panes ciuiles, vel ſtatuti inuan. Cont.

* *Concor. ca. nulli liceat pont. ext. de reb. eccleſ. ali. vel nõ. enim gl. ſuper ver. alienationis, vbi alienationis verbum latiſſime ponitur.*

complexiuè [a] dicendum per omnes, quæcunque noſtræ ſunt terræ, necnon in Occidente ſunt Deo amabiles Epiſcopos ab ipſa ſeniori Roma vſque ad Oceanum conſiſtentium ſanctiſsimarũ orthodoxarum eccleſiarum, neq; aliquem xenodochũ, [b] aut prochotrophum, aut noſocomum, aut orphanotrophum, aut brephotrophum, aut gerontocomum, aut monaſterij virorum, vel mulierum abbatem, vel abbatiſſam, [1] † aut quemlibet omnino præſidentem venerabilibus collegijs licentiam habere alienare rem immobilem, aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino in huiuſmodi, [c] neque ruſticum mãcipium, neque ciuilẽ annonam, [2] † nec per ſpecialis [d] pignoris occaſionem tradere [e] creditoribus. ¶Alienationis [f] * autem nomen generalius ideo poſuimus, vt prohibeamus, & vẽditionem, & donationem, & commutationem, & in perpetuum [g] extenſam emphyteuſim, quæ non procul [h] ab alienatione conſiſtit. Sed omnes vbique ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione ꝓhibemus, ſubditos pęnis, quibus Leonis piæ memoriæ viſa eſt conſtitutio. [i] Illam [k] namq; per omnia ualere, & ratam eſſe ſancimus. propterea [l] hanc propoſuimus, & protulimus, & nõ paterna voce [m] legem cõſcripſimus, ſed hac communi, & Græca, vt omnibus ſit nota, propter facilẽ interpretationem. Quòd itaque [n] iam pręterijt, relinquimus nam tanta documenta [o] tempore longo facta nunc commouere, multæ erit tergiuerſationis. [p] Quapropter quę vſque huc hactenus extãt, proprium habeant ſchema: [q] de cætero autem omnem alienationem interdicimus, prædictas [r] eis pœnas imponentes.

Exceptio [3] † confirmat regulam in non exceptis. Bar.

3 † *Cap. 1. De principe, qui rē immobilem venerabili loco dederit.*

¶Vt autem lex ad [ſ] humanæ naturæ varietatem, & quod [t] ſemper venit moderata, per omnia immota permaneat (quid enim [u] erit ſtabile inter homines, [x] & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat?) neceſſarium exiſtimauimus quaſdã exceptiones dare legi, cum multis vigilijs, & ſubtilitate adinuentas: vt eas habẽs in auxilio [y]

h *Non procul.*] i. non multum.
i *Conſtitutio.*] vt ſupra eodem, §. vult enim.
k *Illam.*] ſcilicet, legem Leonis. Accurſius.
l *Propterea*] ſcilicet, vt prohiberemus omnes ſacerdotes, vt dixerat, non ut confirmaret, ſcilicet legem Leonis: quia & ſine hac erat confirmata, ſupra eodem, & ſic non refertur ad proximum dictum.
m *Voce.*] ſcilicet Latina, ſed in Græca, quæ eſt magis communis, ut hic dicitur, nam Græcam ſciunt Græci. Item Latinos oportet ſcire propter interpretationem, & tranſlationem, vt patet per multas leges tranſlatas, vt ff de exc tut. l. 1. & de iud. l. pars. & finium regun. l. fi. & aliæ infinitæ. Sed contra linguam noſtram græci vilipendunt, nec eam ſcire volunt, vnde tantum nobis eſt communis. præterea (vt legitur in diuinis) quando Hebraica lingua transferebatur in Latinam, prius in Gręcã transferebatur, vt facilius ex ea ſumeretur in Latinam: ſicut & de obligatione iuriſgentium, quæ tollitur per acceptilationem per quoddam medium, vt inſti. quib. mo. toll. obli. § 2. Et not quòd hæc lex ſic loquitur hic, ac ſi adhuc non eſſet translata in Latinum. & facit Imperator mentionẽ tranſlationis. vel ideo eſt cõis, quia fiebat Conſtantinop.
n *Itaque.*] inceptiuè, non illatiuè ponitur.
o *Documenta.*] i. inſtrumenta facta de alienationibus rerum eccleſiaſticarum.
p *Tergiuerſationis.*] ſic C. de teſta. l. iubemus. §. pen. ſic infra eo §. fi. C. de cad toll §. ſi ſic infra de refer. §. fi. collat. 3. ſic C. de leg & conſti. l. leges.
q *Schema.*] id eſt, ordinem, vel figuram ſecundum Alberic.
r *Prædictas.*] ſup §. vlt Azo.
ſ *Vt autem lex ad*] i. contra.
t *Quod.*] i. varietas.
u *Quid enim.*] iſti tres verſus ſunt interpoſitio vſque illuc, neceſſarium, &c.
x *Inter homines.*] vnde dicitur: Iuſtus ſepties in die cadit. ſic C. de ueter. iu. enuc. l. 2. §. ſed quia ſic infra de conſang. & vte. fratr. in prin coll 6. aliud eſt in diuina natura, vt inſtitu. de iuſt. & iur. primo reſpon. & de iure natu. §. ſed naturalia.
y *In auxilio.*] imò videtur ad deſtructionem: nam falſa efficitur

lex nequaquam moueatur.[a] †

Principi permutare licet cum eccleſia pro re meliori, vel æquali, vtilitate Reipublicæ exigente, & pragmatica forma præcedente: omni alia alienatione prohibita. Bartol.

¶Sinimus igitur [b] Imperio, ſi qua communis commoditas eſt, & ad vtilitatem Reipublicæ [c] reſpiciens, & poſſeſſionem exigens talis [d] alicuius immobilis rei, qualem propoſuimus: hoc ei à ſanctiſſimis eccleſijs, & reliquis venerabilibus domibus, & collegiis percipere licere, vndique ſacris domibus indemnitate [e] ſeruata: & recompenſam dari eis ab eo, [f] qui percepit, æqua aut etiam maiore, quam data eſt. Quid [g] enim cauſetur Imperator, ne meliora det, cui plurima dedit Deus habere, & multorum dominum eſſe, & facilè dare, & maximè in ſanctiſſimis eccleſijs, in quibus optima menſura eſt donatarum eis rerum immenſitas. [h] Vnde ſi quid tale fiat, & pragmatica [i] præceſſerit forma, [k] præcipiens [l] Imperio [m] dare aliquid talium rerum, & recompenſauerit mox rem meliorem, & vberiorem, & vtiliorem: ſit ea permutatio firma, [n] & ij, qui præſident [o] domibus, quarum eſt, quod alienatur, & qui talibus adminiſtrant literis, [p] ſine querela vndique ſint, nullam metuentes pœnarum, quæ a Leone piæ memoriæ interminantur, & à nobis firmatæ [q] ſunt vtique, cum nec multum [r] * differant ab alterutro ſacerdotium, & Imperium, & res ſacræ à communibus, & publicis: quando [s] omnis ſanctiſſimis eccleſijs abundantia, & ſtatus ex Imperialib. munificentiis perpetuò præbeatur. Alterutris, itaque cõpenſantes, [t] quæ decet, non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam verò [u] omnem ſiue ad Imperium ipſum, ſiue ad aliam quamcunque perſonam factam, ſiue venditionem, ſiue donationem, ſiue permutationem, ſiue emphyteuſim perpetuam [x] omnino perimimus. ſed neque dationem cuiuſdam pignoris [y] in re immobili factam, occaſione mutuorum fieri ſinimus. Et hæc valere volumus in omni eccleſia, omnique monaſterio, & noſocomio, & xenodochio, & brephotrophio, & aſceterio, & gerontocomio, & omni abſolutè collegio, qđ actio pia [z] conſtituit: nullo penitus horum [a] aliquid accipere ab eis [b] valente. Vnde neq; conſtitutione [c] Anaſtaſij diuæ memoriæ vlterius opus erit: neque ſecundum illam faciẽdi decreti memoratæ obſeruationis. ipſa enim rei principia [d] perimentes, & prohibentes, quod fit, nequaquam perſcutatione deinceps indigebimus.

Eccleſiarum, [1] † & locorum venerabilium res in emphyteuſim dari poſſunt, in perſonam accipientis, & duorum ſucceſſorum: videlicet filiorum, & nepotum, & viri, & vxoris, ſi de eis ſpecialiter dictum fuerit, aliter non. Bar.

¶Emphyteuſim autem ſiue in ſanctiſsima maiore eccleſia, ſiue in omnibus reliquis adorandis domibus fieri ſinimus: & in accipientis perſona, & in duobus [e] eiuſdem perſonæ hæredibus deinceps filijs [f] tantum ſolis maſculis, aut fœminis, aut nepoti-

efficit lex, vt C. de reg. Cato. l. 1. ita & vitioſa, vt ff. de reg. iur. l. 1. in fi. contra: ſed illud eſt, quo ad exceptionem, quę remota eſt à regula, ſed ipſa lex, vel regula firmatur, quæ remanet: vt hic dicitur.

a *Moueatur.*] ſic infra eo. §. quia verò veriſimile: ibi, oportebit, &c. Acc.

b *Sinimus igitur.*] i. permittimus: quia exceptiones facimus à lege, quæ prohibet alienationem rerum eccleſiaſticarum: ergo hęc eſt prima per legem illam.

c *Reipublicæ.*] quia publica vtilitas eſt præferenda priuatæ, vt hic, & ff. pro ſoc. l. actione, § Labeo, & C. de cad. toll. §. pen. & ꝟ. ut omnes obe. in prou. §. arripiat. coll. 5.

d *Talis*] ſ. eccleſiæ alicuius.

e *Indemnitate ſeruata.*] ſic ꝟ. cõtrã, quæ ex adiec. & li. §. fi.

f *Ab eo.*] imperatore.

g *Quid.*] q. d. bene debet dare & maiorem rem.

h *Immenſitas.*] ſup. vt deter. ſit nu. cler. §. j ꝟ Solu. vt ibi.

i *Pragmatica*] ſcriptura facta cum cõſilio procerum.

k *Forma.*] ſ. pragmatica.

l *Præcipiens.*] ſ. eccleſiæ.

m *Imperio.*] i. Imperatori.

n *Forma*] nunquid ergo ſimiliter à priuato in eccleſiã fieri põt immenſa donatio ſine inſinuatione? Quidã dñt, quod ſic, vt hic, & C. de ſacroſan. ec. l. illud. nos ꝟ. cũ. n. nõ inueniam' expreſſum hic, vel alibi, ſtabit in ſuo ſtatu, vt vltra quingẽtos ſolidos fiat inſinuatio, vt inſt. de do. §. & cũ retro. & C. de do. l. pe. in fi. quod. n. nõ mutat, veteri iuri relinquit, ut C. de ap. l. pcipimus §. fi. in fi. & C. de teſti. l. ſancimus. & quod hic dr, eſt ſpãle in Principe, vt ar. ꝟ. eo. 1 rñ. & ꝟ. quo. op. epiſ. 1. rñ. vel dici põt, hic non dici, quod Imperator donet ſine inſinuatione. imo fieri vr, ex quo fit pragmatica forma, quæ eſt ſcriptura publica vt ꝟ. eod. §. quia veriſimile. & ſic de iure communi videtur fieri hæc donatio.

o *Præſident.*] vt prælati.

p *Literis.*] vt tabelliones, & iudices: ut ſupra eo. §. ad hæc & §. aliquid.

q *Firmata.*] vt ſup. eo. alienationis ibi, illa, &c.

r *Nec multum.*] differunt n. in vſucap. triennii: quia res fiſcales non vſucapiuntur, vt inſt. de vſu. §. res fiſcales, ſed res eccleſiæ, ſic: vt ꝟ. hæc conſt. inter, &c. coll. 6 ſm Al. ſed nõ valet: quia hæc conſtitutio non cogitauit de illa inferiori: ſed differũt: quia vnũ ſacris, alterũ humanis præſidet, vt ſup. quo. opor. epiſ. j. rñ. ſimilitudinem autẽ hñt nam vtriuſque res iure iſto, adhuc cẽtũ annis pſcribuntur, vt hic, & C. de ſacroſan. eccl. l. ſi licet poſt hanc legem ſit correctũ, quo ad eccleſiã, vt ꝟ de ecc. tit. §. pro tẽporalib.

s *Quando.*] ꝓ quia.

t *Cõpenſantes.*] ſ. eccleſia, & Imperator.

u *Aliam verò.*] quã ſupradictam permutationẽ, in qua tria fuerunt neceſſaria. & quod ſeruaret illæſa eccleſia, & quod eſſet publica vtilitas, & heret pragmatica forma, vt ꝟ. proxi.

x *Perpetuam.*] ꝟ de alie. & emphyt. §. licentiam cõtra Sol. vt dixi ſupra eod. §. alienationis.

y *Cuiuſdã pignoris.*] ꝟ. de alie. & emphy. § hoc etiã in ſuper. in prin. coll. 9 ꝟ. Sol. vt diximus eo. §. nos igit. in fi. Acc.

z *Actio pia.*] i. intẽtio. vel dic, i. actus pius.

a *Horũ*] ſ. emptorũ ab eccleſia, vel donatorũ, & ſimiliũ.

b *Ab eis.*] ſ. locis.

c *Conſtitutione.*] cuius memoriã fecit ꝟ. eo §. ab Anaſta: & §. Anaſtaſius.

d *Principia.*] ſic ff. de aqua plu. arcen. l. ſed interdum. ſic ff. quod vi. aut clam. l. nam origo.

e *Duobus.*] imò in perpetuum. ſed dic, vt ſupra eod. §. alienationis.

f *Filijs*] Not. filijs dari quædam, quæ non dantur, extraneis hæredibus. Sic in priuilegio hypothecarum, quando ſuccedunt matri: vt C. qui pot. in pig. l. fi. ſic in priuilegijs. ne damnetur vir in ſolidum. vt ff. ſolu. matr. l. maritũ & l. etiam. ſic ff. ad Treb. lex facto. §. fi. ſic C. de inof. teſt. l. ſcimus. in fi.

* *Conc. ea. ſoluta, ext. de maior. & obed.*

1 † *Cap. 1. Quo emphyteuſis eccleſiaſticarum rerum contrahi permittitur.*

bus vtriuſque naturæ, aut vxore, aut viro: ſi hoc videlicet de vxore, aut uiro expreſſim nominetur: alioqui non tranſire ad aliquem alterum hæredem: ſed vſque ad ſolam vitam percipientium ſtandum, niſi filios, aut nepotes habuerint. Aliter [a] autem penitus emphyteuſim agi eccleſiaſticæ cuiuſdam, aut ptochij * rei immobilis, aut mancipij ruſtici, & ciuilis annonæ nullo permittimus modo: neque quod fit, habere aliquod penitus robur ſinimus.

Eccleſiarum res penſionem eandem reddentes in emphyteuſim dari poſſunt, pro eadem penſione, quanta ab initio fuit ſtatuta, diminuta ad plus in ſextam partem: penſione verò ob cladem minuta, pro extante penſione in emphyteuſim dari debent: & ſi res ſit pretioſa, paruam aut nullam reddens penſionem, re ſubtiliter æſtimata, penſio conſtitui debet, quæ in 20. an. faciat æſtimationem. Bartolus.

¶Quia verò Leonis quidem piæ memoriæ cõſtitutio ſub nulla[b] penitus diminutione dari rem eccleſiaſticam ſanciuit: nos autem in alia conſtitutione[c] à nobis ſcripta ſextam excipi ſolum ſuper emphyteuſim ſanciuimus: huiuſmodi quendam diminutionis rei[d] damus ordinem, vt quæratur cum omni veritate, & ſubtilitate penſio eorum, quę dantur tanta,[e] quãta ab initio fuit, quando ad ſanctiſsimam uenit eccleſiã, & detur emphyteuſis talibus perſonis, quales dudum diximus.[f] tunc enim ſextam[g] ei partem[h] cum ſcrupuloſitate imputandam[i] cõcedimus. Si verò minui contigerit, per quandam cladem[k] penſionem, aut[l] in toto, tunc conſtantem penſionem accipiat,[m] qui emphyteuſim ſubire vult: aut nec accipiat penitus, cum liceat[n] conducere[o] potius, quàm tales diminutiones in emphyteuſim celebrare.

¶Si verò alicuius eccleſiaſtici prædij ſuburbani 1 † emphyteuſis detur: qualia plurima maximè in hac nouiſsima fęliciſsima conſiſtere ciuitate, multò quidem digna pretio,[p] paruas uerò reddentia penſiones,[q] aut nihil penſionem omnino: non ex reditibus[r] metiri emphyteuſim, ſed æſtimari ſuburbanum ſubtiliter,[ſ] & reputari ex pretio collecto reditus poſsibiles in uiginti annis * computari;[t] & in reditibus ex hoc computatis agi emphyteuſim non perpetuò, ſed in eum, qui percipit & duas eo ſucceſsiones, & uiro, & uxori (ſicut prædiximus[u]) faciendam.[x]

Emphyteuta ſi canonem non ſoluerit per biennium, cadit à iure ſuo, & reddere rem compellitur, & penſionem pro tempore præterito ſoluere, & damnum emendare, nulla pro melioratione retentione competente. Bartolus.

¶ Scire autem emphyteutas conuenit, quia ſi biennio

* *Ptochiũ, vbi pauperes vt in l. illud C. de ſacroſan. eccleſ. Nam πτωχὸν Græci men dicũ dicũt.*

1 † *προ- ſτει.*

* *Concor. gl. 2. in c. cum cauſa quæ. poſt medium ibi, quandoque etiã cõſideratur. ext. de teſti.*

a *Aliter.*] quàm nunc.
b *Sub nulla*] non ſub illa: quia nihil dixit de hoc. vel dic, q eo ipſo, quod generaliter alienare prohibuit, quod & hanc prohibuit ſ. emphyteuſim.
c *Conſtitutione.*] de qua memoriam habuimus ſup. eod. §. dudum.
d *Rei.*] i. mercedis, ſcilicet, quę poteſt haberi ex re, ſi locaretur annuatim.
e *Tanta*] fortè qñ res venit ad eccleſiã reddebat ſingulis annis 10. & nunc tantundem reddit.
f *Diximus.*] ſ. eo. §. dudum. & § proxi.
g *Sextam.*] ad plus.
h *Partem*] accipe verbum infra concedimus, i. remittim⁹.
i *Imputandam.*] i. cõpenſandã cum ſcrupuloſitate: nam, qñ interdum emphyteuta damnum ſentit, vel propter tempeſtatem: vt ff loc. l. ex cõducto. §. 1. vel pp rei interitum particularem, vt C. de iu. emphyt. l. 1. dicitur fieri quædam compenſatio, ut hic: & ſup. eo. §. dudum.
k *Cladem*] qñ fundus pro parte chaſmate perijt, ut ff. de mino l. verum. § pe nult. vel quia arbores ſunt vento dirutæ, vel domus exuſta, vt inſt. de cõtrah. emp. §. cum autem.
l *Aut.*] hoc eſt de reſponſione.
m *Accipiat.*] vt ſi nomine penſionis redebantur v. & nunc v. reddat, & non minus: imò potius dimittat, ut ſequitur. Et vt hæc plenè intelligantur, diſtingue: aut res, quæ datur in emphyteu. eſt tantæ pẽſionis, quãtę erat tunc, cum ad eccleſiam peruenit, aut maioris, aut minoris, aut ferè nullius, aut prorſus nullius. primo caſu fit diminutio in 6 partem. ſup eod. §. dudum & ſupra prox. §. & infra de alie. & emphy. §. 1. in prin. & §. quęcunque col lat 9 In ſecundo, fit diminutio ſimiliter vt puta in 6. partem: ſed habetur reſpectus, quando ad eccleſiam peruenit: nec quod fauore eius inductum eſt, contra eam interpretemur: ut ff de leg. & ſenatuſcon. l. nulla. & C. de leg. & cõſti. l. quod fauore. In tertio, quando eſt minoris: nunquã, quando peruenit ad eccleſiam: puta in dimidiam, vel circa idem, tunc accipiat pro ea penſione, quæ nunc eſt, aut dimittat, ut hic, ubi autem parum minus, vel etiam eſſet parum plus: tunc credo idem, quod in primo caſu. nam propter minimam rem à iure non recedo: vt ff. de in integ. reſti. l. ſcio. In quarto, ſcilicet, quando ferè nullius eſt, vt quia ruinoſa eſſet, tunc aut ſoluere vult ſtatim: & tũc fit diminutio in tertiam partem ab ea penſione, quæ poterat colligi adhuc re exiſtente in ſuo ſtatu, aut vult ſoluere demum refecta, & tunc nulla fit diminutio præſẽtis mercedis: imò medietatem eius pẽſionis, quę adiicietur ex rei ædificatione, debet adiicere, vt infra de ali. & emphy. §. ſi vero quædam. Sed quidam dixerunt, non eſſe faciendam differentiam inter dicta duo modo capitula: cum in eodem caſu intelligerent, quod hic dicit, vt inf. de alie. & emphyt. §. ſi vero quædam. & illũ §. hunc ſupplere dixerunt: quod non credo. In quinto caſu, dico, quod prout poteſt qualicunque penſione debet locare, ſcilicet in emphy. œconomus, vt infra de alien. & emphyteu. §. primo. in ſi Addo etiam ſextum membrum, quando tantæ eſt nunc, quantæ prius: ſed parum eſt reſpectu æſtimationis rei, vt turris: & tunc dic, vt infra eodem, § ſi & hæc omnia æſtimantur per architectos ut infra eodem, §. quod autem. Acc.
n *Cum liceat.*] idest, magis licitũ eſt ſic locare ad annos ſ. quam penſionem diminuere: licet ſit ſecurius: licet econtra quandoque ſit: quia melius eſt, &c. vt infra de ta. & vt protho. di. §. nos autem in ſi.
o *Conducere.*] ideſt, locare.
p *Digna pretio.*] ſ. prædia.
q *Penſiones.*] vt ſunt turres.
r *Non ex reditibus.*] licet hoc fiat aliàs, vt ſupra eodem, §. proximo.
ſ *Subtiliter.*] per architectos, ut inf. eo. §. quod autem.
t *Computari*] quaſi dicat talis detur penſio, quæ collecta vſque ad uiginti annos contineat penſionem, vel æſtimationem rei ſic & econtra in venditione rei eccleſiaſticæ quandoque ſumitur pretium ex penſione, ut inf. de alie. & emphyt. §. ex hoc autem concedimus. Accur.
u *Prædiximus.*] vt ſup. eo §. emphyteuſim.
x *Faciendam.*] imo perpetuo, ſed dic, ut ſupra eodem, §. alienationis.

Canonem]

continuo non exoluerint emphyteuticum canonē [a] (hoc enim [b] tempus pro triennio aliorum hominum [c] ſufficere ad caſum [d] eccleſiaſticarum, aut ptochicarum emphyteuſium pro non ſoluto canone ponimus) fient omnino extranei emphyteumatis: & volentibus prępoſitis ſacrarum domuum, licebit prædia, aut domos defendere,[e] nullam metuentibus meliorationum [f] redditionem: ſed ſiquidem deterius fecerit [g] prędium [h] ſuburbanum, aut domum, qui emphyteuſim percepit: cogi eum de ſuo diligentiam, ac reſtitutionem [i] priſci ſtatus facere, & obligatum eſſe ad hoc ipſum, & hæredes eius, & ſucceſſores, eiusq; res, inſuper, & debitos omnes reditus [k] ſine dilatione exigi.

Res immobiles eccleſiarum alienari prohibentur in quamcumque perſonam, ſiue ſint integra, ſiue ruinoſa, niſi im emphyteuſim à iure permiſſam, rerum æſtimatione ſubtiliter facta per architectos, reuolutione, ſiue machinatione remota. Bar.

¶ Quod autem dictum eſt [l] à nobis, vt nullius immobilis rei eccleſiaſticæ, aut ptochicæ alienatio ſit permiſſa: ad nullam noſtræ Reipublicæ perſonā ſancimus valere, [m] non ſolum ſuper conſtantib. domibus, & ſuburbanis, & hortis. & agris, ſed etiam ſuper ruinis, ſiue ex igne, ſiue ex terræmotu, ſiue ex alia qualibet [n] cauſa ruina ſit, ſed etiam [o] in ijs, quæ omnino deſtructa ſunt, & in pauimēto iacent, [p] ſiue etiam in puris ruinis nullum ædificium habentibus, neque materiam iacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus, niſi in ſola emphyteuſi temporali, [q] ſecundum quod dudum à nobis dictum eſt, & in tribus perſonis talibus, quales prædiximus: [r] vt neque [s] vlla circunſcriptio in rem eccleſiaſticam in talibus fiat: duobus per tempora primatibus mechanicis, [t] aut architectis, ſiue [u] in hac Regia, & maxima ciuitate vnà cum Deo amabilibus œconomis, & quinque Reuerendiſſimis presbyteris, & duobus diaconis, præſente quoque Deo amabili Epiſcopo: 1† ſiue etiam in 2† prouincia duobus inſignibus [x] mechanicis, aut architectis, aut etiam vno, (ſi vnum ſolum ciuitas habeat) interuenientibus in illis locis ſacroſanctis Euangelijs poſitis, [y] definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc ſolui ſanctiſſimæ eccleſiæ, ſecundum modum emphyteuſis: [z] & in his [a] emphyteuticam [b] conſcriptionem in eo celebrari ſecundum figurā prius dictam. [c] Illum [d] verò, & ædificare, & vti materiebus, ſi materias habeat, & trāſmittere emphyteuſim vſque ad duas [e] ſucceſſiones, ſicut dictum eſt, [f] & ſic reuerti poſt trium perſonarum mortem ad ſanctiſſimam eccleſiam, aut venerabilem domum, ex qua facta eſt emphyteuſis, & etiam valere talem contractum, vtpote pręſenti non repugnantem legi. Neque illud, quod hactenus contra tales contractus [g]

1†θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ.
2†κατὰ.

a *Canonem.*] ideſt, ſolitam mercedem.
b *Hoc enim.*] interpoſitio eſt vſque illuc, fieri.
c *Hominum.*] nam in priuata emphyteuſi per triennium expectatur: vt C. de iure emphyteutico, l. ſecunda. §. fina. ſed in eccleſiaſtica biennium, vt hic, & infra de alien. & emp. §. ſi vero quis. Sed in ſimplici colono indiſtinctè biēnium expectatur, vt ff. loca. & conduct. l. quæro. §. inter locatorem. & l. cum dominus horreorum.
d *Ad caſum.*] i. ad remiſſionem.
e *Defendere.*] ſcilicet, vindicando, vel condicendo ex lege iſta.
f *Meliorationum.*] quæ Græce emponemata dicuntur, vt C. de iure emphyteutico. l. ſecunda. & inde dicitur emphyteuſis, ideſt, contractus meliorationis.
g *Fecerit.*] ſcilicet, dolo, vel culpa lata, vel leui, quę veniunt in omnibus contractibus, qui gratia vtriuſque partis fiūt, vt ff. de regulis iuris. l. contractus. & ff. commod. l. ſi vt certo. §. nunc ad inſtar enim fructuarij bona fide vtetur, vt ff. vſufru. quemad. ca. l. j.
h *Prædium.*] ſ. ruſticum.
i *Ac reſtitutionem*] i. diligentem reſtitutionem.
k *Omnes reditus.*] ratione præteriti temporis tantum, vt infra de ali. & emphyteu. §. ſi vero quis. Sed contra infra eodem. § ſi vero etiam perpetuam emphyt. Reſpondeo ibi contractus ab initio nō tenuit: ſed vbi tenuit, obtinet, quod hic dicitur, vt infra de ali. & emphy. §. ſi vero prætor.
l *Quod autem dictum eſt*] vt ſup. eo. §. nos igitur.
m *Valere.*] ſcilicet, alienationem. contra enim videbatur ex eo, quod Imperatori eſt licitum, vt ſupra eo. §. finimus. & ſuæ familiæ licitum videtur, vt inſti. de vſu & habi. §. ſecundo. cum & aliàs dicat, quod ſit pars ſui corporis, vt C. ad legem Iuliam maieſtatis. l. quiſquis. in principio.
n *Qualibet cauſa.*] vt vetuſtate, vel chaſmate, vt ff. de minorib. l. verum. § pen.
o *Sed etiam*] quaſi dicat, non ſolum ſuper ruinis, ſed etiam, &c.

p *Iacent.*] quia totum eſt deſtructum, ſed non exportata ruina: ſed in ſequenti caſu eſt exportata. arg. ff. de dam. infec. l. prætor. § ſi & l. ſeq.
q *Temporali.*] imò perpetua hodie: ſed dic, vt ſupra eod. §. alienationis.
r *Prædiximus.*] vt ſupra eod. §. emphyteuſim.
s *Vt neque.*] hic poteſt eſſe. §. & dic neque pro, & non, ac ſi dicat, & vt non, &c. Accur.
t *Mechanicis.*] ſcilicet, interuenientib. quod verbum eſt infra. Et nota, quod hoc nomē, mechanicus, generalius nomen eſt, quàm architectus. nam mechanica eſt ſcientia adulterina, ſiue non liberalis: vt pellipariorum, fabrorum, & ſimiliū. Inde mechanici, ideſt magiſtri harum artium: ſed architect', magiſter tectorū, vel domuū tm̄ dicitur, & maior: ab archos, quod eſt princeps, & tectum. q. d. princeps magiſtrorum tectorum, vel domuum, per quos iſtæ ruinæ æſtimantur, vt non decipiatur eccleſia.
u *Siue.*] hoc, ſiue reſpicit infra aliud, ſiue, &c. quod eſt remotum, ſicut ff. de in rem verſo. l. 3 §. ſiue.
x *Inſignibus.*] ſ. maximis.
y *Euangelijs.*] ſ. coram præſide, ſecundum Rom. quod nihil eſt: imo coram his, non tamen tangent. ſic C. de iudi. l. rem non nouam. & infra de ſanct. epiſc. §. nulli vero.
z *Modū emphyteuſis.*] ſ. deſignatum, ſupra eod. §. quia verò & §. ſi vero.
a *In his.*] ſ. domib.
b *Emphyteuticam.*] cōſcriptionem, ſcilicet ſcripturam per tabellionem factam vij. teſtibus adhibitis, vt modo numerauit. ſic & aliàs eſt neceſſaria ſcriptura, vt infra de ali. & emphy. §. & hoc etiam. regulariter contra, vt C. de pact. l. pactum.
c *Dictum.*] vt ſup. eod. § quia verò Leonis. & §. ſi verò.
d *Illum.*] ſ. emphyteutam.
e *Duas.*] imò in perpetuum vt inf. de alien. & emphy. §. licentiam. ſed dic, vt ſup. eo. §. alienationis.
f *Dictum eſt.*] vt ſup. eo §. emphyteuſim.
g *Contractus.*] alias contra tales leges habebantur contractus, &c.

agebatur,[a] ualere permittẽdum eſt de adiectione, ut ſi uel duorum hæredum compleatur tempus, licentia[b] ſit eis, qui poſt illum[c] ſunt, in emphyteuſim dare id, vnde agitur, & ſemper eos pręponi aliis.[d] In hoc[e] enim nihil aliud eſt, quam per reuolutionem, & machinationẽ ꝑpetuas eis, emphyteuſeis,[f] magis autẽ priuationes Eccleſiaſticarum agi rerũ. Sed & ſi quid factum eſt tale,[g] nullam neceſſitatem eſſe Reuerẽdiſſimis œconomis duobus hæredibus ceſſantib. cæteris tradere.[h] [1]†

Res Eccleſiæ concedi poteſt ad tempus accipere volenti ad uſum fructum, re alia eiuſdem reditus in eis compenſationem Eccleſia donata: ut tempore finito vtraque res pleno iure ad Eccleſiam redeat. Bart:

¶ Si quis autem uoluerit accipere ſecundum rationem vſus, aut qui uocatur uſuſfructus, rem Eccleſiaſticam, aut ſanctiſſimæ maioris Eccleſiæ, aut alterius cuiuslibet,[i] quæ in omni noſtra ditione ſunt poſitæ, aut prochiorum, omnino percipiat hoc, & ſecundum prædictã obſeruationem, & ſecundum formã conſtitutionis Leonis[k] piæ memoriæ, ut iſte locuples exiſtens, & ſubſtantiæ immobilis domin⁹, aliam mox rem ſecundum proprietatis ius[l] compenſet[m] ſanctiſſimæ Eccleſiæ, aut uenerabili domui, ex qua hic percepit tantos, & tales frequẽtes reditus, quãtos, aut quales habet, quod datur,[n] ita ut poſt eius obitum Eccleſiaſtica, aut prochia res reuertatur ad uenerabilem domum cum uſu, qui datus eſt, non tranſcendente tempus uitæ percipiẽtis. Accipiat[o] autem ſimiliter etiam rei in compenſationem datæ,[p] &[q] uſum: quatenus[r] ſit poſt percipientis obitum, aut tẽpus, in quo donatio uſus conuenit, non tranſcendens uidelicet ꝑcipientis uitam: utrumq;[ſ] ex toto, & ſecundum proprietatem, & ſecũdum uſum apud ſanctiſſimam Eccleſiam remanſurum.[t] [2]†

Oeconomi res Eccleſiarum in caſibus prohibitis alienantes, pœna legis Leonis afficiuntur, & emptor pretium amittit, & rem cum fructibus reddit. Item donatarius rem donatam, cum fructibus reddere compellitur. Bart.

¶ Quia uerò Leonis piæ memoriæ conſtitutio pęnas penè[u] ſolummodo in venditione,[x] decreuit: nos autẽ interdicimus[y] nõ venditiones ſolum, ſed etiam donationes,[z] & permutationes, & perpetuas emphyteuſes, & pignorum dationes i rebus immobilibus:[a] videm⁹ autem quoſdam ſic amatores periculi cõſtitutos, ut ꝑſumant ad ea, quæ iterdicta ſunt, accedere, & circunuẽtionem facere legib. ex uoluntate, & præſumptione, q̃ hẽt: & q̃ oib. modis interdicta ſunt, & forſitan deducũt homines ad mortem,[b] qui hoc agunt, propterea neceſſarium exiſtimauimus i uno quoque contractu etiam certam ſtatuere pœnam, his qꝑpe pęnis, quæ poſitæ ſunt ad uerſus œconomos ex conſtitutione prędicta pię memoriæ Leonis, ſimiliter & nũc imminentibus œconomo, aut xenedocho, aut noſocomo, aut brephotropho, aut abbati, aut abbatiſſæ monaſterii, aut aſceterii, ſecundum, quod prius diſpoſitũ eſt.[c]

¶ Si quis igitur emere præſumpſerit rem Eccleſiaſticam, aut prochicam: cadat quidem mox[d] pretio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medii temporis incremento: & cõtra ſanctisſimam quidem Eccleſiã, aut uenerabilem domũ nullam omnino habeat actionem,* contra uenerabiles uerò œconomos,[e] aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum[f] ſubſtantijs.

a *Agebatur.*] ſ. per pactum.
b *Licentia*] i. neceſſitas imponatur, ſ. prelatis: & ita hæc dictio importat neceſſitatem: ut in ſeq. litera patet. ſic ff. de mi. l. et ei §. Imperator. & ff. de ſol. l. ſi quis ſeruo. in verbo ſufficit.
c *Illum.*] i. in iis, qui ſunt vltra tertiam generationem.
d *Aliis.*] ſ. extraneis ſic & aliàs. C. de contraphẽ. empt. l. dudũ.
e *In hoc*] ſ. pacto, vel tali facto promiſſo.
f *Emphyteuſeis.*] accuſatiuus eſt pluralis numeri.
g *Tale.*] ſ. pactum, ut eis, & non aliis detur.
h *Tradere.*] cum. n. ſit cõtra legem iſtã, non valet, ut C. de pact. l. pacta, ſed cũ hodie fiat perpetua, & hoc pactum credo valere, ut inf. de aliena. & emphy §. licentiam niſi in maiori Eccleſia Cõſtantinopo. ciuitatis, & quibuſdam Eccleſiis ſub ea poſitis, ut inf. de alie. & emph. §. j.
i *Cuiuslibet.*] domus venerabilis. Acc.
k *Leonis.*] ut C. de ſacroſan. Eccl. l. iubemus. §. fi.
l *Ius.*] ſ. vſufructu remanente apud eum.
m *Compenſet.*] impropriè ponitur ſecũdum Alc. quia inter ſpecies fieri nõ põt compenſatio, ut Inſt. de actionib. §. in bonæ fidei. nec obſt. C. de Compenſ. l. fin. in princ. quia actiones reales tunc compenſantur cum reb. pe[r]emptis, ut veniatur ad ęſtimationem quod fit quandoque, ut ff. de rei vindica. l. qui reſtituere.
n *Quod datur.*] ſ. ab Eccleſia modo. & impropriè ponitur uerbum dare, cum dominium non tranſeat: ut hic & ſup. eo. § hoc igitur & infra de alie. & emph §. ſi vero quis, alias propriè accipitur, cum dominium tranſit, vt Inſtit. de act. § ſic itaque. Vel dic, propriè, quod vſusfructus tranſit, & eius poſſeſſio, ut ff. de acquir. poſ. l. naturaliter. & prout de facto res tranſit, uel de iure quo ad vſumfruc. eatenus poſtea ad eccleſiam redit, ut ſequitur.
o *Accipiat.*] ſ. venerabilis domus.
p *Data.*] ſ. à fructuario Eccleſiæ ab initio cuius etiam medio tempore habet vſumfructum.
q *Et.*] pro, etiam.
r *Quatenus.*] i. in quãtum.
ſ *Vtrumque.*] ſ. quod datum fuit fructuario, & quod ipſe dedit Eccleſiæ.
t *Eccleſiam remanſurum.*] defectiua eſt: & ideo ſubaudi decurreret.
u *Penè.*] i. fere. Acc.
x *In venditione.*] quod nomen non ad omnem alienationem pertinet, ut ff. de ſta. libe. l. ſtatuliberi. in fi. unde non continet emphyteuſim, nec ẽt pignoris dationem, ſed hæc conſtitutio ſic: quia non procul ab alienatione conſiſtit, ut ſup. e. §. alienationis, propter hoc dixit hic penè.
y *Interdicimus.*] ut ſup eo. §. nos igitur.
z *Donationes.*] de his primis dixit etiam Leo, ſed de duobus ſequentibus non.
a *Immobilibus.*] ſ. prohiberi.
b *Ad mortem.*] ſ. ciuilem, ad quam deducuntur tabelliones, qui deportantur, quę eſt mors ciuilis, ut ſupra eodem §. ad hoc, ff. de contratab. l. j. §. filium. Item œconomi, & magiſtri, & magni iudices pœnam patiuntur, licet non mortem, ut ſupra eodem, §. œconomum & §. ipſos. nã, & hic dicit forſitan.
c *Diſpoſitum eſt.*] ut ſupra eodem. §. viti. Accur.
d *Mox.*] ideſt, ſtatim.
e *Oeconomos.*] ſic ff. ſi certum peta. l. ciuitas.
f *Eorum*] ſ. œconomorum.

Contractu.]

[1] † *Ca. 4. Quo vſuſfructus rerũ ad ſanctæ loca ptinẽtium, conſtituatur.*

[2] † *Ca. 5. Quib. pœnis ſubiaceant, qui alienationes prædictarum rerum fecerunt.*

* *Glo. ſu. in c. ad audientiam. ext. de rebus eccleſ. non alien. intelligit, quod iſti emptori rerum eccleſiæ non datur actio contra œconomũ ad pretium repetendum, ſi ſunt bonæ fidei emptores, alias non. ut 16. q. 1. § ſi et uerſicu uniuerſus.*

ex contractu [a] habeat actionem, vt metu ſuę ſubſtantię, etſi [b] non propter Dei timorem, tamen ſegniores circa venditonem fiant.

¶Si quis autem per donationem accipere præſumpſerit rem eccleſiaſticam, aut prochicam, & ipſo, quod datum eſt, omnino capiat: & aliud tantundem ex ſua ſubſtantia repenſet[c] ſanctiſsimæ eccleſiæ, aut venerabili domui, ex qua hoc ſuſcepit, vt quã viſus eſt agere contra eam nouitatem, hanc ſibimet in proprijs exhibens, ſuam ſentiat malignitatem.

¶ Si autẽ permutatio in quibuſdam perſonis fiat, præter ſolum imperium ſicut prædiximus,[d] & qui permutationem accepit, ſubiaceat pœnæ, & datam ſibi rem amittat,[e] & recurrat rurſus hæc ad venerabilem domum, vnde progreſſa eſt: & quod pro compenſatione dedit, maneat apud venerabilem domum: & qui acceſſerit ad cauſam legi contrariam, cadat vtroque iure, & ſecundum hoc pœnæ ſubdatur, ſecundum quod & propriis cadet, & quod ſperauit, non acquiſiuit, etiã hac actione ei ſeruata in propria ſubſtãtia eorum, [f] qui contractum cum eo celebrauerunt.

[1] † *Contentus debet eſſe creditor generalı hypotheca in re eccleſiaſtica, & nullum ſpeciale pignus accipere. Angel.*

¶Si autem creditor in pignore corporali [g] elegerit accipere rem immobilem eccleſiaſticam, aut prochiam in domibus, forſan, aut ſuburbanis, [h] aut agris, aut hortis aut ciuilibus panibus, aut ruſticis mancipiis, & dederit aurum:[i] ab hoc [k] cadat creditor, & habeat lucrum, [l] quæ mutuum accepit ſanctiſsima eccleſia, aut uenerabilis domus, quod mutuatũ eſt aurum: etiam hic contra celebrantem mutuum œconomum, aut xenodochum, aut brephotrophum, [2]† aut præſulem monaſterij, [m] aut aſceterij, aut aliorũ uenerabilium collegiorum, creditori actione manente: his omnibus etiã in abbatiſſis muliebriũ aſceteriorũ, aut monaſteriorum ualentibus. Si enim [n] omnino ſanctiſsimis eccleſijs, aut alijs uenerabilibus domibus crediti opus fiat, aut in [o] ſolã neceſſariã uidelicet, & ineuitabilem occaſionem, [p] & præter quàm non poterit, quod imminet, adimpleri, aut in aliam cauſam utiliſsimam ſanctiſsimę eccleſiæ conſiſtentem:[q] licebit prępoſitis earum [r] uſque ad generalẽ [ſ] hypothecam ſtare: & nullũ ſpeciale [t] pignus creditoribus præbere.

Suſcipiens ab eccleſia in emphyteuſim [3]† perpetuã, vel temporalem contra huius legis diſpoſitionem, cadit ab emphyteuſi, & tenetur ad canonis præſtationẽ, ac ſi emphyteuſis teneret, et datum per eum remanet eccleſiæ. An.

¶ Si uerò in perpetuam quiſpiam emphyteuſim accipere præſumpſerit, quod non licet, aut temporalem quidẽ, non tamen ſecundum huius noſtræ legis obſeruationẽ, [u] etiam ſic cadat quidem de emphyteuſi: & quod datum eſt, maneat apud venerabilem domum. Debet [4]† autẽ continuò, & poſt caſum em-

1† *Cap 6. Vt iccat rei eccleſia generali hypotheca ſubiacere, nõ autem ſpeciali.*

3† *Cap. 7. Quib pænis ſubiaceant, qui perpetuam emphyteuſim contra rerum.*

4† *Sido' To.*

a *Contractu.*] ſed qualiter ex inutili contractu agitur, ut C. de leg. & conſtitu. l. non dubium? Reſpondeo inutilis eſt, in fauorem eccleſiæ, vt poſſit vindicare, ſed in odium œconomi valet, vt teneatur. Vel dic ex inutili contractu agi, vt alias. ff. de actio. empt. l. ex empto. §. ijs qui. & de contrahen. emptio. l. ſed Celſus. & de pigno act. l. ſolutum. §. primo. Item nonne œconomus poterit agẽtem exceptione excludere: vt C. de libe. cau. l. ſi is, & ff. ſolut matri. l. uiro. & l. cum mulier & qa potior eſt conditio poſſidentis, in talibus, vt ff. de condi ob turp. cauſ. l. 2. & l. ſi ob turpem? Reſpond. dic, emptorem bona fide emiſſe, nec ſibi nocet iuris ingnorantia in damno vitãdo, vt ff. de iur & fac. ignor. l. error in fi. Vel dic, quod œconomus tanquam ſuam vendebat, vt inueniret emptorẽ, vt C. de bon. mat. l. prima.

b *Et ſi.*] idest, quamuis.

c *Repenſet.*] vt C. de do. l. nec ingnorans. contra ff. de reg. iur. l. donati. Sed hoc eſt ſpeciale propter delictum ſuum, vel aliàs in odium malæ fidei poſſeſſoris, vt ff. ad legem Aquiliam. l. ſi ſeruus ſer. § ſi oliuam. & inſti. de re. diuiſio. §. ex diuerſo.

d *Prædiximus.*] vt ſupra eodem, §. finimus.

e *Amittat.*] impropriè tamen, cum non tranſierit dominiũ, vt ff. de re. iur. l. non videtur rem amittere, ſecundum Albericum.

f *Subſtantia eorum.*] ſcilicet œconomorum, & ſimilium, argumen ſupra proxi. & § ſi quis igitur. & hoc erat dictum in l. Leonis. de permutatione.

g *Corporali.*] i. ſpeciali.

h *Suburbanis.*] id eſt, hortis iuxta vrbem.

i *Aurum.*] vel etiã aliud, vt ſupra de fideiuſſoribus. §. primo.

k *Ab hoc.*] ſcilicet auro, quod mutuauerat eccleſiæ.

l *Habeat lucrum.*] Sed quomodo eccleſia locupletatur cum aliena iactura in omnibus his caſibus, ut ff. de condictione indeb. l. nam natura? Hic reſpondeo non fit cum iniuria: imo iure, & ex culpa eius, qui accipit: vt ff. de regul. iur. l. quod quis.

m *Præſulem monaſterij.*] ſed quomodo tenentur, cum nihil habeant, vt ſupra de mo. §. illud nam inanis eſt actio, &c. vt ff. de do. l. nam is? Reſpondeo quidam, quia affines, & conſanguinei eorum tenentur pro eis, quod nihil eſt: cum alius pro eo non debeat exigi vt infra, vt non fiant pignor. §. primo collat. quinta. & C. de pe. l. ſancimus. Vel dic, quod hic loquitur, quando hic habeat adhuc bona: quia non diuiſerat inter filios, vt infra de ſanct. epiſc. §. ſi qua mulier. Vel dic tertiò, quod hęc conſtitutio loquitur de his monachis, vel abbatibus, qui ante conſtitutionem illam de mo. intrabant monaſterium, qui non perdebant propterea rerum ſuarum dominium, vt infra hæc com. in ter. prior. cond. de ijs, qui ingr. monaſter. collat. ſexta. Alberic. dicit, quod de eo, quod acquiſiuit ex genere coniuncto, vſque ad quartum gradum, vt infra de eccle. titu. §. interdicimus. colla. nona, & infra de ſanctiſ. epiſco. §. ſi quis contra aliquem, ſed hoc in epiſcopo, non monacho poſſet habere locum. Alii dicunt, quod quidam ſunt abbates, laici non monachi, vt Petragoriem. & ſancti Frontonis, qui habent propria. Sed tertia opinio verior eſt.

n *Omnino.*] verè non debet rem immobilem pignori dare.

o *Aut in.*] opus dico aut, &c.

p *Occaſionem.*] puta, vt ſoluat debitum vſurarum.

q *Conſiſtentem.*] vt in emendis bobus, pro laboretio terræ eccleſiæ, vel alia iuſta cauſa.

r *Earum.*] eccleſiarum

ſ *Ad generalem.*] ſic dicendo: omnia bona eccleſiæ tibi obligo: ſed nunquid eſt plus, quam ſpeciale? Reſpondeo non, vt diximus ſupra eodem, §. nos igitur. in fine.

t *Speciale.*] ſed hodie contra, vt inf. de al. & emp. §. hoc etiam. colla. 9. ſed dic, vt ſup. eo. § alienationis.

u *Obſeruationem.*] quam habuimus. ſup. eo §. emphyteuſim, & §. quia vero, & §. ſi uero.

phyteuntatis, quantum futurus [a] erat, ſoluere, ſi ſecundum legē ſubijſſet emphyteuſim, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, [b] quæ fruſtra per emphyteuſim datæ ſunt.

¶ Hæc igitur oīa cuſtodiantur prædictis [c] ſubiecta pœnis: neque tabellionib. præſumentibus inſtrīs talibus miniſtrare, ſed metuētibus vſque ad exiliū, & vt nunq̄ reuertantur, nec ſi ſacra [d] hoc præbeat forma: neque iudicibus, [e] vel dictare talia inſtrā præſumētibus, vel facta ſuſcipere, & geſtis monumentorum ea firmare: ne etiam ipſi, & cinguli, [1] † & dignitatis, & ſubſtantiæ caſum ſecundum Leonis conſtitutionem ſuſtineant. [f] [2] † Ijſdem pœnis * ſeruandis etiā aduerſus eos, [g] qui ſacra uaſa contra noſtram legem, [h] aut pignori dant, aut vendunt, aut cōflant [i] propter alienationem. nam & illos æqua, aut [k] maiori pœna dignos eſſe ſancimus, [l] quantò etiam circa ſacras res, & Deo dicatas præſumpſerunt impiè agere, niſi tñ aliquid tale fiat, quod diximus [m] circa redemptionē captiuorū, vbi animæ [n] hominum [o] liberantur à mortibus, & vinculis, inanimatorum vēditione uaſorum.

¶ Simili quippe obſeruatione, & ſuper alienatione ciuilium panum cuſtodiēda, ſicut ſępe diximus, eo quòd tales panes non ſolum in hac fęliciſſima ciuitate, ſed etiā in magna Alexandria, & in Theopoli eſſe didicimus: forſitan aūt tale quid, & in alijs prouincijs quibuſdam eſt. Si enim etiam alibi huiuſmodi quędam ſit poſſeſſio, [p] & in illa lex [q] ſeruetur, & ſuam obſeruationem extendat.

3 † Regulariter res immobiles eccleſiarū alienari prohibentur, omni priuilegio ceſſante: omni compulſione, & violentia prohibitis. Item eccleſiarum, & monaſteriorum penitus alienatio interdicitur. Bart.

¶ Quia verò veriſimile eſt, quempiam etiam in circūuentionem huius legis tētare pragmaticas noſtras formas [r] accipere, tale aliq̄d [s] ei agere permittentes, [t] & hoc prohibemus, [u] in omni perſona maiore, vel minore, ſiue in cingulo conſtituta, ſiue horū, qui circa nos ſunt, ſiue aliorum quiſpiam inter populos habitantiū, & ſancimus, nulli penitus licentiam eſſe, talē quempiā [x] pragmaticū proferre [y] typum, [z] neque ex hoc accipere aliq̄d de ſanctiſſimis eccleſijs cōpendium, [a] aut monaſterijs, [b] aut prochijs, aut alijs venerabilib. collegijs immobilium rerū, ſed & glorioſiſſimo Quæſtori [c] pœnam imminere centum librarum auri, ſi quid tale dictauerit: [d] ſimul & ſuſcipientibus inſinuationē talis cuiuſpiā ſacræ formæ glorioſiſſimis iudicibus, [e] aut alijs quibuſdā eandē [f] imminere pœnam: & tabelliones ſuccumbere Leonis pię memorię cōſtitutioni, [g] ſi egerint tale aliquod inſtrumentum: & Deo amabiles Epiſcopos, aut venerabiles œconomos ſine periculo refutare huiuſmodi ſacras pragmaticas formas, magis autē cum periculo [h] ſuſcipere, & agnoſcere, q̄a circa ipſum ſacerdotium periculum ſuſtinebunt ſi negligentes has leges, [i] quæ ita fiūt, pragmaticas ſequantur formas. Oportet * enim ea, quæ cōiter, & generaliter in omnium vtilitatē [k]

a *Futurus.*] etiam pro futuro tempore, quia contractus non ualuit: quod dic, vt ſup. eod. §. ſcire autem.
b *Pauperum*] i. ex rebus ipſius eccleſiæ. & no. res eccleſiarum pauperum eſſe.
c *Prædictis.*] vt ſ. eod. vult enim, cum ſeq. vſque ad §. hæc igitur. & ſup. eod. §. quia uerò, vſque huc.
d *Sacra.*] i. conceſſio facta à principe. ſic infra §. quia vero veriſimile.
e *Iudicibus.*] ſic C. de decur. l. omnes.
f *Suſtineant.*] vt ſup. eod. § ipſos.
g *Eos.*] i. œconomos.
h *Legem.*] vt C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus.
i *Conflant.*] i. conquaſſant, & liquefaciunt.
k *Aut.*] cum aſpiratione, haud ponitur pro non. ſi autem eſt ſine aſpiratione, debet ſubijci maiori.
l *Sacras.*] ſic j. de aliena & emphyteu. §. de ſacris, & § ſanctiſſimas.
m *Diximus.*] ſupra eod. & C. de ſacroſ. eccleſ. l. ſancimus. & legitur Inſt. de rerū diuiſ. §. nullius, & §. ſacræ. Accur.
n *Animæ.*] i. animata corpora. & ſic ponitur contētum pro continente.
o *Hominum.*] ſic infra, de eccleſ tit. §. ſi autē pro redemptione, coll. 9.
p *Poſſeſſio.*] id eſt, ex qua præſtaretur ciuilis panis: vel dic, ipſa poſſeſſio talis præſtationis annuæ.
q *Lex.*] ſ. Leonis, vt ſup. eo. §. vult enim.
r *Pragmaticas formas.*] i. noſtrū reſcriptum, cum conſilio procerum factum. Accur.
ſ *Aliquid.*] i. emere rem eccleſiæ.
t *Permittentes.*] pragmaticas formas.
u *Prohibemus.*] ſcilicet tentare acquirere tale reſcriptum: & etiam ſi acquiratur, prohibemus uti eo, vt ſequitur, & ſancimus, &c.
x *Quempiam.*] i. talem aliquem.
y *Proferre.*] Sed nunquid tenetur l. Cornel. de falſ. ex eo capite, ſi quis ſcienter vtitur illicito inſtrumento, vt C. ſi reus, vel acc. l. 3. & ff. ad l. Corn. de falſ. l. falſi. §. 1. Reſp. nō, duabus rationibus: & quia pęnæ ſunt minuēdæ in dubijs: vnde ſufficit pœna huius legis, vt ff. de pœn. l. interpretatione. & quia non videtur falſum, quod veritatis primordio adiuuatur, vt ff. de leg. 2. l. eum filius, §. hęres. vbi autem eſſet falſum reſcriptum, locum haberet pœna leg. Corn. arg. C. ad legem Corn. de falſ. l. maiorem. & ff. de fal. l. fi. quę pœna eſt ff. ad le. Corn. de falſ. l. 1. §. fin.
z *Typum.*] i. reſcriptum tale.
a *Compendium.*] id eſt non poterit contrahere, etiam ſi habeat reſcriptum.
b *Monaſterijs.*] ad omnes hos ablatiuos repete, dic, quod eſt ſupra.
c *Quæſtori.*] nā ſine iſto Quæſtore nullū reſcriptū poteſt elici, ſeu impetrari, vt j. vt diuinæ iuſſio. ſubſcriptionem hab. glorioſi. quæſto. in princ. coll. 8.
d *Dictauerit.*] Nota puniri illicite dictantem, vt hic, & ff. de iniur. l. lex Corn. § ſi quis librum, & Inſt. de iniur. §. 1.
e *Iudicibus.*] alijs à Quæſtore. Sed eſt cōtra, j. de mand. prin. §. deinde, in fi. coll. 3. Solu. ibi non ſuſcepit prima vice: ideo non punitur, ſicut & hic non puniretur: ſed poſtquam Imperator ibi ſecunda vice præcepit, ſecundum Al. vnde bene fecit, ſi tertium non expectauit præceptum. quia tunc, vt inobediens puniretur, vt ff. de re iudic. l. contumacia, §. contumax.
f *Eandem.*] id eſt ſimilem, vt centum libras auri.
g *Conſtitutioni.*] vt C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus, §. ad hęc.
h *Periculo.*] ſ. amiſſionis ſacerdotij, vt ſequitur.
i *Has leges*] quæ ita fiunt, ſcilicet vt prohibeant alienationē rerum eccleſiaſticarum, vt ſ. eod. §. nos. & vt C. de ſacroſ. eccleſ. l. iubemus, § ad hæc & tacit ad hunc §. infra in medio lib. nō fie. ſa. for. in princip. collat. 8. & C. de prec. Imp. offer. l. reſcripta & C qui mil. non pot. l. eis. & C. de pet. bon. l. 1. & 2. & C. ſi nu. ex re pe. li. & C. ſi contra ius, vel vtil. pub. l. fi.
k *Vtilitatem.*] nam communiter intereſt, eccleſias eſſe, vt in

1 † ταρχίς.

2 † Cap. 8. De nō alienandis ſacris vaſis. cum toto §. iſto, c. 1. cū ſuis gl. extra, de pig.

3 † Cap. 9. De eo, qui per pragmaticam rem eccleſiæ cōparauerit.

** Ad intellec. huius tex. vide in Auth. in l. memo poteſt, nu. 49. de leg. 1.*

ſanciuntur, potius valere,[a] quam ea, quę circa aliquos[b] ſtudetur agi ad corruptionē communium legum.

¶ His ſolis, videlicet conducendis, & emphyteuſi[c] dandis rebus: quaſcunque putāt tali aliquo egere.[d] 1 † Si tñ voluerint quædā ſub ꝓpria gubernatione habere Deo amabiles œconomi, aut aliorū præſules collegiorū, nulli eorū, q in potentatu[e] ſunt, neque ſecundum ſacrā pragmaticā formam licentiā eſſe, cogere eos, aut per conductionē, aut ꝑ emphyteuſim hæc tradere ei, qui hoc agit, & ſacrilegij ſubiacere pęnæ,[f] & omnibus mulctis,[g] quæ hac noſtra[h] lege ſacra continentur, & ſuplicijs. 2 †

¶ Quia verò cognouimus aliquod peſſimum delictum factum & apud Alexandrinos, & apud Aegyptios, iam autē & in alijs q̄buſdā Imperij locis, quoſdā[i] præſumere ipſa uenerabilia monaſteria[k] uendere, aut permutare, aut donare (in quib. & altare collocatum eſt, & ſacrum exhibitum miniſteriū, quale moris eſt in ſanctiſſimis eccleſijs celebrari, ſacris quippe lectis ſcripturis, & ſacroſancta & ineffabili communione tradita, & monaſtica illic facta habitatione) ita vt hęc mutarentur ex ſacro, & Deo amabili ſchemate ad priuatam[l] manſionem, & ſtatum: hæc omnino de cætero fieri prohibemus,[m] nulli[n] hominum permittentes hoc delinquere, ſed etiā factum[o] infirmū omnibus declaramus modis, & pretiorū caſum[p] imponimus accipientib. venditorem[q] quoque damnificamus, & rei caſu, & prij amiſſione, ſanctiſſimæ eccle. eius loci, & venerabilibus monaſterijs hoc tribuentes: quatenus ipſi prouideant, vt quod malè alienatum[r] eſt, rurſus ad monaſticam reuocent figuram: neque hypotheca ſuper his valente, ſed etiam ipſa infirmanda,[ſ] & rurſus ſacro monaſterio aſſignanda.

Sicut damnoſa rei eccleſiaſticæ immobilis 3 † *alienatio prohibetur, ita & poſſeſſionis inutilis, & damnoſa eccleſiæ inhibita eſt conceſſio. Ang.*

¶ Sicut autem damnoſas alienationes prohibemus, ſic & damnoſas poſſeſſiones interdicimus.[t] Multæ enim apud nos motæ ſunt quæſtiones, vbi quidā minus[u] idonea[x] prædia donauerunt ſanctiſſimis eccleſijs, aut venerabilibus domibus, aut etiam vendiderunt tanquam idonea cum vtique ſterilia à principio eſſent, & ex hoc venerabilibus domibus nocuerunt.[y] Interdicimus * igitur rectoribus venerabilium domorum, tale aliquid agere, aut certè cognoſcere,[z] quia ſi non cum omni ſubtilitate fecerint contractus, ſed fœnea[a] 4 † quædam poſſeſſio, aut damnoſa[b] detur eccleſijs, aut monaſterijs aut xenodochijs, aut noſocomijs, aut alijs venerabilibus collegijs, contractus quidem pro non facto erit: & recipiet omnino qui dat, quod per circumuentionem, & fallaciam datum eſt: œconomus autem, qui tale aliquid agerit, aut abbas, aut xenodochus, aut noſoconius, aut prochotrophus, aut orphanotrophus, aut gerontocomus, de ſuo[c] ei, qui dedit, ſaluabit ex hoc damnum.

¶ Si verò ſic cauſa figuretur, vt etiam aliquod aurum pro hoc[d] detur,[e] & hoc lucrabitur quidem venerabilis domus, quæ fœnenū 5 † aliquod acceperit, qui uerò aurum dedit, habebit contra eum,[f] qui contractū celebrauit, ex hoc actionem, ſicut prædiximus[g] 6.

¶ Hæc omnino à nobis ſuper eccleſiaſticarū, aut omnino

---

in eis petamus veniā peccatorum, vt ꝟ. vt lic. ma. & auiæ. §. qa vero.

a *Valere*] hic not. publicā, & cōem vtilitatē præferri priuatæ. ſic ff. ꝓ ſo. l. actione. §. Labeo. & C. de cad. toll. §. ſi.

b *Aliquos.*] œconomos.

c *Emphyteuſi.*] aliàs, emphyteuſis: & tunc ſubaudi, nomine.

d *Tale aliquo egere.*] ſi eſt in litera, tali aliquo egere, ſcilicet vt det in emphyteuſim, plana eſt: ſi eſt, tale aliqd agere tūc dic, i. quis putant, ſcilicet ꝑlati, i. agētes tale aliquid in emphyteuſim.

e *In potentatu.*] maxime, idem eſt enim in quolibet alio, vt C. de act. & obli. l. ſicut ſed de his maior erat timor: cum pares potētioribus eſſe nō poſſimus, vt ff. de aliē. iud. l. 3. & iſti volebāt ſine reſcripto cogere eccleſiam, vt differat à ſuperiori.

f *Pœna.*] quæ quandoque capitalis eſt, ꝓ qualitate ſacrilegij, vt ff. ad l. Iulia. pe. l. ſacrilegij. & l. ſacrilegi.

g *Mulctis*] ideſt, pœnis, nam certæ ſunt, ſed mulcta dicitur in certa pœna ꝓ motu iudicis, vt ff. de verb. ſig. l. ſi qua pœna.

h *Hac noſtra.*] ut ꝟ. eod. §. vult. & §. ſeq. vſque ad §. hoc igit.

i *Quoſdam.*] ſubaudi, ſcilicet.

k *Monaſteria.*] ideſt ipſam eccleſiā, vt ſequit, vt ꝟ de ali. & emph. §. quoniā. coll 9.

l *Ad priuatam*] ideſt, ad formam non ſacram: verè tamen ſemper remanet ſacra, vt ff. de rerum diui. l. in tantum. §. ſacræ & inſti. de rerum diuiſ. §. ſacræ, ubi in caſu, ut ff. de reli. l. cum loca.

m *Prohibemus.*] ſic ſupra titulo primo, §. ſemel.

n *Nulli.*] ſed nunquid ſit contractus talium inter ignorātes, vt ff. de contrah. empt. l. liber. & l. Celſus ꝟ Reſpon. ſic vt obligentur contrahentes, non vt dominium transferatur, vt ff de contrahen. emptio. l. ſi in emptione; §. 4. & inſtit. de inut. ſtipu. §. 1. & ff. de verbor. obl. l. inter ſtipulantem. § ſacram.

o *Factum*] i. quatenus de facto ꝓceſſit: nam fieri non pōt cū effectu, vt diximus.

p *Caſum.*] ideſt, amiſſionem.

q *Venditorem*] i. emptorem, vt ff. de act. emp. l. veteres. aliàs, venditionem: & tunc planum eſt.

r *Alienatum eſt.*] de ſolo facto.

ſ *Infirmanda*] ſic C. de legib. & conſti. l. non dubium.

t *Interdicimus.*] ſ. eccleſię acquiri à principio.

u *Minus.*] ideſt, parū.

x *Idonea.*] quid ſi nō ſint idoneæ? Dic, ꝙ nō prodeſt donanti eccleſiæ, ut ꝟ. eo. l. quia vero Leonis. Accur.

y *Nocuerunt.*] propter onus fiſcalium, vel publicas functiones, vel angarias ipſis prędijs impoſitas, ſecundum Alb.

z *Cognoſcere*] ideſt, recipere à donatoribus, vel vendētibus, vel legētibus, vel dic, aut cognoſcere ideſt cognoſcant, quia ſubibunt pęnas.

a *Fœnea.*] ideſt ſterilis, vt dicit quidam. Vel dic, quod tantū herbam fert, & illam malam: vt quidā agri faciunt, vt ff. de ædi. edi. l. ēt. & C. de ædi. act. l. ſi prædium.

b *Damnoſa.*] ſcilicet, nomine fiſcalium.

c *De ſuo.*] ſed qualiter, cū nihil habebat? Dic, vt ſupra eodem, §. ſi autem creditor.

d *Pro hoc*] i. pro hac ſterili poſſ. quia fortè non fuit poſſeſſio data eccleſiæ, ſed aurum, vt eam colerent.

e *Detur.*] eccleſiæ ab eo, qui dat ſterilem poſſeſſionem: cū eccleſia aliàs nollet recipere. Vel dic, quod alius mandato œconomi dedit illi, qui dedit illam ſterilem poſſeſſionem eccleſiæ.

f *Contra eum.*] ſ. contra œconomum.

g *Prædiximus.*] ut ſupra eodem, §. ſi quis. & facit ad hunc §. infra de ali. & emph. §. ſi vero quædam. colla 9.

---

1 † Ca. 10. de adminiſtratore, & rerum eccleſiæ alienatione.

2 † Ca. 11. de monaſterijs nō alienandis.

3 † Ca. 12. ſi ſterilis ager ad eccleſiam peruenerit.

* Hinc ſumpta eſt authen. poſita ſub l. iubemus nulli. C. de ſacroſa. ecc. ſicut alienatio. eſt q̃; canonizata c. caſſellas. § ſicut autem. 10. q. 1.

4 † ἀκαρπος τόπος.

5 † ἄκαρπον.

6 † Epangus.

Et

ptochiarum rerum alienatione poſita ſit lex, Leonis q dem piæ memoriæ ſequens conſtitutioné, & non aliud [a] quidem curans, aliud autem incuratum relinquens: ſed in omni terra, quá Romanorũ continet lex, & catholicæ eccleſiæ ſanctio, hæc extendatur, & determinet quæ ſua ſunt, & valeat ꝑpetua, & cuſtodita, & à ſanctiſſimis patriarchis vniuſcuiuſque diœceſis, & à Deo amabilibus metropolitis, & ab alijs epiſcopis, & clericis, & œconomis, & abbatibus, & Xenodochis, & noſocomis, & brephotrophis, & gerontocomis, [b] & orphanotrophis, & omnibus ſimiliter rectoribus aliquorum ſanctorum collegiorum, omnibus imponens proprium robur, & licétiam præbes volenti denunciare [c] quæ delinquuntur. Laudabilis [d] enim huiuſmodi eſt, & calumniatoris [e] effugiet nomen qui cauſam contra ſeges factam redarguit, auctor pietatis, & vtilitatis ſacris domibus factus. Seruabũt autem [f] eam nihilominus, & [g] noſtræ repub. iudices maiores, & minores, ciuiles, & militares, & pręcipuè per omnes diœceſes conſtituti glorioſiſſimi præfecti ſacrorum prætoriorum, & medias [h] habentes administrationes, quos ſpectabiles vocát: dicimus autẽ Auguſtales, & proconſulares, & ſpectabiles Comites, & alios Orientis, & q poſt illos ſunt magiſtratus, hoc eſt, prouinciarum Conſules, ſiue Præſides conſtituti, atque defenſores ciuitatum. & ſimiliter omne ciuile, & militare, & publicum auxilium hanc noſtrã legẽ, tanquã in communi vtilitate, & pro totius terræ pietate poſitam ſeruet: & præuaricatores [i] ſubdat [k] pœnis, quas primitus diximus.

¶ Si quid autem de conductionibus eccleſiaſticarũ rerũ, aut in alijs capitulis ſanciuimus, aut à prioribus noſtris ſancitũ eſt, maneat hoc in propria firmitate: neque ex præſenti ſacra noſtra conſtitutione nouandum: alia enim omnia manere in proprijs terminis ſinimus: niſi tamen [l] aliquid de his habeat, quæ hic conſtituimus: cum ſufficiat pro omnibus hæc lex ſuper id, quod a Leone piæ memoriæ factum eſt, omnem aduerſus prochicas res auferre alienationis occaſionem. Tua [m] igitur beatitudo, & qui poſt illá [n] in pontificalibus ſedibus fuerint, quæ à nobis diſpoſita ſunt, operi, effectuique tradere ſe ſtinet. Diuinitas te ſeruet per multos annos, ſancte, ac religioſiſſime pat. Dat. 17. Kalen. Maij Conſtant. Bilif. V. C. Cos.

TITVLVS II.

Vt iudices [o] ſine quoquo ſuffragio [p] [1] † fiant.

Dignitates, & adminiſtrationes gratis conferri debent, nihilo ſuffragiorum nomine dato: aliàs omnia mala ſequuntur, cum a radice procedat auaritia, quæ mater eſt omniũ malorũ: antiquo iure penitus ſublato. hoc dicit Bart.

NOVELLA VIII.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni PP. iterum Exconſule, & Patritio.

PROOEMIVM.

Omnes nobis dies, ac noctes contingit cum omni lucubratione, [q] & cogitatione degere, ſemper volentibus, vt aliquid vtile, & placẽs Deo à nobis collatoribus præbeatur: & non in vano vigilias ducimus, ſed in huiuſmodi [r] eas [s] expendimus conſilia, pernoctantes, * & noctibus ſubæqualiter dierũ vtentes, [t] vt noſtri ſubiecti ſub omni quiete cõſiſtant, ſolicitudine liberatis, nobis in noſmetipſos ꝑ omnibus [u] cogitationé ſuſcipientibus per oẽm namque curioſitatem, & inquiſitioné ſubtilem diſcurrimus, illa agere quærentes, quæ vtilitatem noſtris ſubiectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinſecus illato: circa [x] publicum cenſum, & iuſtã, legitimamq; collationem. Inuenimus .n. plurimã ingreſſam cauſis [y] iniuſtitiam, & hanc nõ olim, ſed ex quibuſdam temporibus * violenter acceſſiſſe, & omnes noſtros ſubiectos ad inopiam cõpuliſſe: vt ad nouiſſimam ipſi penuriam deuenire fluctuarentur, [z] & neque conſueta, & legitima tributa, & pro veritate pias [a] functiones

---

a *Et non aliud.*] hoc dicit propter Anaſtaſium, qui hæc fecit, vt ſupra eo. §. 1.
b *Gerontocomis.*] hæc verba expone, vt ſup. eo §. hæc ergo.
c *Denunciare.*] ſcilicet principi, vt in nouel. eo. ti. vel præſidi prouinciæ, uel epiſcopo, vt C. de epiſco. & cle. l. nulli.
d *Laudabilis.*] no. laudabile, & vtile accuſare ſic C. de epiſc. & cler. l. ſi quis in hoc. & l. nulli. in fi. & C. loca. & con. l. fi. & C. de male. & ma l. 3. & C. ad l. Iul. repetun. l. iubemus. & C. de ijs, qui ſe defer. l. j. li. 10 at contra. ff de iur. fiſ l. 2. §. j reſp. 2.
e *Calumniatoris.*] no. quem ſine metu calumniatorem accuſare. ſic C. de adul. l. quamuis. ſed generaliter cõtra, vt C. de accu. l. fi. & ſupra qũo opor. epiſ. §. ſi quis autem.
f *Seruabũt autẽ eam*] ſcilicet conſtitutioné iſtam.
g *Et.*] pro etiam.
h *Medias.*] hic no. de ordine magiſtratuũ, quod dic, vt infra vt ab illu. & qui ſu. eos ſunt, dicemus.
i *Præuaricatores.*] i. q contra hoc faciunt.
k *Subdat.*] ſ. ciuile auxilium.
l *Niſi tamen.*] no. nil corrigi, niſi expreſſe inueniat correctũ. ſic C. de ap. l. pręcipimus. & ꝗ. quibus mod. nat. effici. ſui. §. trib. col. 7.
m *Tua.*] loquitur archiepiſcopo, vt ſupra eo. in prin.
n *Illam.*] ſ. tuã beatitudinem.

VT IVDICES, ſine quoquo ſuffragio fiant.

o *Vt iudices.*] *ideſt, præſides, alias proconſules, vel rectores prouinciarum.*
p *Suffragio.*] *ideſt, ſine aliquo dato nomine ſuffragij. vt infra §. hæc omnia.*
q *Omnes. Lucubratione.*] i. nocturna vigilia, vnde * dr̃ ꝙ luna habet radios lugubres: ſimile verbum, inſti. de lega. §. 2.

* Tu dic, lucubrationẽ à lucubro verbo dici, quod eſt ad lucernam vigilo, & aliquid compono.

r *Huiuſmodi*] ſcilicet vtilitatibus collatorum. Acc.
s *Eas*] ſcilicet vigilias noſtras. Accur.
t *Vtentes.*] mirabile hic colligit, quod qñ magni dies ſunt, non debemus tantũ vigilare de nocte, quantũ qñ ſunt parui dies: ꝙ ego male ſeruo.
u *Pro omnibus.*] ſcilicet ſubiectis. ſic infra eo §. fi. in fi.
x *Circa publicum.*] ſic ꝗ de man. princ. §. 2.
y *Cauſis*] i. electionum iudicium.
z *Fluctuarentur.*] i. fluendo, ſiue facilè venire cogerentur.
a *Pro veritate pias*] huius pietatis ratio eſt ꝗ. eo. §. oportet.

Neceſ-

1 † Iudicantes lege pecunia. Halo. vt pſidet abſque vila dationé pecunia ad officiũ non tantur.

** Conuer. c. bona cũ aliis cũ gl ſup vo bo. genera le extra de pollut. præ la. et in gl. i. in p. dec. ... & nocte quandoque tranſimus inſomnes. & in c. et eccleſia veſtra. cũ gl ſup vero. vigilijs. extra de elect.*

** Quibuſdam temporib. Alo. de Feri. ... ex parte. ... ſi cep ... dicit quidam.*

a *Neceſſitate*] i. difficultate.
b *Quomodo.*] hanc literam interrogatiuè lege, uſque illuc, cogitatio, &c & ex hac adminiſtratione, uel interrogatione infertur ſequens illatio. igitur, &c.
c *Collatores.*] illi dicuntur collatores, qui conferunt annalia tributa: & ita in toto hoc titulo accipitur, & infra de collatio. colla. 9.

ob hoc ipſum facere debemus legem iſtam: attamen & alia utilitas eſt, & ſic duæ utilitates proueniunt. quia & Imperium abundabit, &c. vt ſtatim dicet; & collatores nō vexabuntur Vel dic, imminuuntur ex hac conſtitutione, quia nihil dabunt amodo iudices Imperatori pro adminiſtrationibus.

ſecundum publicū cēſū [1] † poſſint ſine maxima neceſſitate [a] perſoluere. Quomodo [b] enim ualerent collatores. [c] cum ex aliquo tempore [d] Imperatores [2] † ſemper aliquid lucrari, ex prouentu iudicum cogitarent, [e] & meritò hos ſequerentur etiam glorioſiſſimi p̄fecti, ex hac iniuſtitia, & damnis extrinſecus [f] illatis, ſolennib. [g] piis collationib. ſufficere? [h] Cogitatio igitur nobis facta ē, ꝙ agentes [i] oīa, q̃cunq; in noſtris prouinciis ſunt, uno actu. [k] cōi ad meliora migraremus. [l] Hoc.n. oīno euētum credimus, [m] ſi p̄ſides [n] gentiū, q̃cunq; ciuiles adminiſtrationes prouinciarū hēnt, puris p̄curent uti manib. [o] & ab omni abſtinere acceptione, p̄ illis ſolis cōtentos eis, q̃ á fiſco danē. ꝙ non aliter [p] fiet, niſi & ipſi cingula [q] ſine mercede percipiant, nihil omnino dātes nec occaſione ſuffragiorū, [r] neq; iis, qui cingula habēt, [ſ] [3] † nec alii hominum ulli. ¶ Cōſiderauimus enim, q̃a licet quæſtus immodicus [t] imminuit Imperio, attamē noſtri ſubiecti incrementū maximum percipiunt, ſi indemnes á iudicib. conſeruētur, & Imperium, * & fiſcus abundabit vtens ſubiectis locupletibus: [u] & uno hoc ītroducto ordine, plurimarerū, & inumera erit vbertas. ¶ An certè non omnib. manifeſtum eſt, quoniam, q̃ aurum dat, & ita adminiſtrationem emit, nō dat hoc ſolum, [x] quantum occaſione adinuentum [y] eſt ſuffragiorum, ſed & aliud extrinſec' addit, amplius occaſiōe cōmodi adminiſtrationē aut dantibus, aut ſpōdentibus? & ſic uno pricipio illicito [z] dato, plurimas neceſſe eſt manus circūire eū, q̃ donationē facit, & hoc nō d̄ ſuo fortè p̄bere, ſed mutuatum, & ut mutuare [a] poſſit damnificatū, [b] [4] † & computare apud ſe, quia conuenit eum tantū ex prouincia percipere, quantum libet quidē ei, debita ſortis, & vſuras, & dāna pro ipſo mutuo; Computabit aūt & in medio * expenſas largiores: [c] iam & iudicem, [d] vel qui circa ipſū ſunt degentes, [e] & quendā etiam ſibimet recōdere q̃ſtum in tempore ſequenti, ī quo fortè ñ adminiſtrabit. Quapropter eius, quod ab eo datū eſt, triplū, magis autē ſi oportet uerius dici, decuplum, erit ꝙ á ſubiectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur. nā ea quæ oportebat in fiſcum inferi, eo ꝙ adminiſtrationem habet, puris vtentem manibus, hoc ad propriā [f] utilitatē redigens, qui adminiſtrationem hēt, & inopē faciēs nobis collatorē, inopiā illius, [g] q̃ [h] per ipſū [i] agitur, nobis [k] reputat, [l] & quāta [m] īpiē talia fiūt, ad horum futurorū meritò relata occaſione. Adminiſtratiōes namq; hētes p̄uinciales, ad hāc acceptionē [n] reſpicientes, multos quidē reorū dimittūt, vēdētes eis delictū [o] plurimos aūt innoxiorū cō

1 † δημοσίαν ἀπογραφήν. publicā deſcriptionē, vertit Haloander.

2 † Incuſſa ſic interpretanda, ἔκ τινος χρόνου βεβασιλευκότες qui quibuſdā ab hinc annis imperauerunt. Intelligit autem Anaſtaſiū, & Zenonem, Suidas refert omnes magiſtratus ultimo licitatori p Sebaſtianum præfectū ſuū addixiſſe. Cont.

3 † τὰς ἀρχὰς ἔχοντες, id eſt, ij, qui magiſtratus habent.

* Hæc uerba recitātur in glo. unica. in c. cum eccleſiaſtica extra de except. poſt prin. glo. ibi, & imperium & fiſcus.

4 † ζημιούμενον. damno affectū. Cōt.

* Idem Cicero in uerrem. in noſtra rep. inquit, ſolēt ij, qui per largitionē magiſtratum adepti ſunt, dare operā ut illam lacunam rei familiaris, expleāt. Cōt.

d *Ex aliquo tempore.*] quia ſcilicet nuper hoc fuit inchoatum, ut ſupra in prin. huius. §.
e *Cogitarent.*] hoc eſt dicere, q̄n Imperatores aliquem iudicē præponebant in aliquo loco. aliquid ab eo ſperabant, & habebant: & idem faciebant præfecti: qd' erat damnum ſubiectorum. licet uideaē extrinſecus, uel à remotis eſſe, vt ſequiē: quia collatoribus, ꝙ ſic dabaē, poſtea extorquebatur, ut infra e. §. an certe. Accur.
f *Extrinſecus.*] quæ habebit per iudicem recuperare volentem quę dedit. Accur.
g *Solennibus.*] ſcilicet fiſcalibus.
h *Sufficere.*] nam nihil eſt adeo magnum, quod ſi per plures diuidatur partes; non fiat quaſi nihil: ut infra de natu. in curiam depu. 1. reſpon.
i *Agentes.*] ſcilicet, nos.
k *Vno actu*] ideſt, hac l. quæ erit communis.
l *Migraremus.*] ideſt aliquid, quod eſſet communiter utile faceremus, per l. iſtam, cum talibus maximè intendamus, ut ſupra de hær. & fal. §. 1. & C. de cad. tol. §. ſi.
m *Credimus.*] quod hic actus communiter utilis erit.
n *Præſides*] generaliter hic accipe, ut infra eo. §. hæc autem omnia. & ff. de offic. præſi. l. 1. Accurſius.
o *Manibus.*] ſcilicet, quod nihil perperā, uel per pecuniam faciant. ſic inf. de mā. prin. §. 1. colla. 8.
p *Quod non aliter.*] ſcilicet, ut ipſi puris utantur manib.
q *Cingula.*] ideſt dignitatem illam, uel adminiſtrationē, ſic dictam: quia fortè aliquid ei cingebatur, cum eligeretur ſic ff de mil. teſta. l. vlt.
r *Suffragiorum.*] & ſubaudi, nihil debent dare, neque his, &c. Azo.
ſ *Habent.*] ideſt, debent dare dignitatem. Azo.
t *Immodicus.*] ideſt, non modicus. ſed magnus propter depauperationem collectarum; niſi hæc lex fieret: unde vero ueriſimile. Azo.
u *Locupletibus.*] not. hic, quod Imperator ſtudet, ut ſubiecti ſint locupletes, ſicut & alias intereſt reipub. &c ut inſt. tu. d̄ iis, qui ſunt ſui, uel alie. iur. §. pen. Item aliud no. quod iudex dēt curare, ut ſit rerū vbertas, ſic ff. de offi. præfe. vrb. l. 1. §. cura carnis. arg. contra. C. de iudic. l. nemo.
x *Solum.*] ideſt, tantam quātitatem, Accurſius.
y *Adinuentum.*] de iure, ut infra titulo proxi.
z *Illicito*] no. quod præcedente uno malo, ſequuntur & alia. ſic ff. de rei vendi. lege ex diuerſo, §. primo. Sic prouerbium, cui aduenit unum, non aduenit ſolum. vnde & canon, quæ malo inchoata ſunt prin. uix eſt, ut bono peragantur exitu; ut 1 quæſt. 1. cap. principatus.
a *Mutuare.*] ideſt, ut poſſit habere mutuum.
b *Damnificatum*] ſupra in viuris, & expenſis. Accur.
c *Largiores*] nam largius expendit, qui ſperat ſibi aliquam dignitatem euenire, vt hic, & ff. de peti. hæred. l. ſed & ſi. § ſi quis re ſua.
d *Iudicem.*] ideſt, aſſeſſorem, quem ſecum habet, ut iudicet, ut hic, & infra, de iu. §. primo, quem precibus & pretio debet allicere, vt hic, & C. de aſſeſ. l. 1.
e *Degentes.*] ut pro milite, quem ſecum ducit, uel alia familia.
f *Ad propriam.*] quod non debet eſſe, ut priuata utilitas publicæ præferatur, vt ſupra titu. 1. §. qa
g *Illius.*] ſcilicet, collatoris.
h *Quæ*] ſ. inopia.
i *Ipſum*] ſ. præſidem.
k *Nobis.*] eo, ꝙ accipimus pretium ab eis. Accur.
l *Reputat.*] præſes.
m *Et quanta.*] q. d. dinumerari non poſſunt.
n *Acceptionem*] aliàs, exceptionem: alias acceptionem.
o *Delictum.*] ſ. pœnam delicti.

De

niarijs cauſis agitur, ſed & in criminalibus, vbi de anima [a] eſt periculum. fugiunt æquè [b] ex prouincijs, & confluunt huc [c] omnes ingemiſcētes ſacerdotes, [d] & curiales, & officiales, & poſſeſſores, & populi, & agricolæ, iudicum furta meritò, & iniuſtitias accuſantes, & hæc non fiunt ſola, ſed etiam ciuitatum ſeditiones, [e] & publicæ [f] turbæ plerumq; fiūt, atque ſedantur, [g] & omnino vna quædā eſt hæc omnium occaſio malorum, & accipere * ſuffragium à iudicibus totius nequitiæ eſt principium, & terminus, eſt quoque hoc ſacrorum eloquiorum [h] mirabile, * & verum, ꝙ auaritia omnium ſit mater malorum, maximè quando non priuatorum, ſed iudicū inhæret animabus. Quis enim ſine periculo non furetur, quis non latrocinabitur ſine reatu, [1] † ad adminiſtratorem [i] reſpiciens? Illum namque videns [k] omnia auro vēdentem, [l] & præſumens [m] ꝙ a quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dādo redimet. Hinc [n] homicidium, & adulterium, & inuaſiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum [o] confuſio, & contemptus legum, & iudicum, omnibus [p] hæc venalia propoſita eſſe putantib. tamquam aliquod optimorum mancipiorum. [q] Sed neque ſufficimus conſiderare, & exponere, quanta ex furto prouincialium iudicum fiunt peſſima, nullo eos [r] præſumente [ſ] cum fiducia redarguere, cum illi [t] repente [u] ſe emiſſe cingula [x] pronuncient. [y] [2] †

¶ Hæc [z] autem omnia apud nos cogitantes, * & hic [a] quoque participem conſilii ſumentes eam, quæ à Deo data eſt nobis, reuerendiſsimam coniugem, [b] & tuæ [c] celſitudini cauſam communicantes, & quędam etiam à tuo ſumentes conſilio, [d] ad hanc ſacram uenimus legem: per quam ſancimus: neque Proconſulariam [e] ullam, neque hactenus uocatam uicariam, neque comitem Orientis, neque aliā quamlibet adminiſtrationē, neq; proconſularē, neq; pręſidalem (quas cōſiliarias, & correctiuas [f] [3] † uocant) quarū expreſsim meminit, ſubiecta huic ſacræ legi noſtrę deſcriptio, [g] quaſque [h] ſolas [i] ſub hac lege dicim*, dare aliquod ſuffragium: * neq; pro adminiſtratione qualibet donationem [k] neq; iudici ulli, neq; horum, qui circa adminiſtrationem ſunt, alicui, neque alteri per occaſionē patrocinii: ſed gratis quidē ſumere adminiſtrationes, pauca uerò præbere [l] occaſione eorum, quę pro cingulis dantur ſingulis codicillis, [m] & chartis. [n] nam & ſubiecimus deſcriptionem huic ſacrę noſtrę legi declarantem, quid competat unāquamque adminiſtrationem noſtram pręberi in ſacro noſtro laterculo, [o] aut in foro tuæ [p] celſitudinis occaſione codicillorum, aut præceptorum: unde & illud abbreuiatū eſt, ne [q] præſtet illi [r] maximum damnum. [4] †

Duabus prouincijs ſub uno comite, & uno diſtrictu conſtitutis, idem ſalarium debetur pro una, quod olim præſtabatur pro utraque cum periculo functionum publicarum: uno tamen nomine comitis nuncupando. hoc dicit. Bar.

¶ Illud [ſ] tamē [5] † decernim*, oportere uicarium Aſianæ, qui eſt quoque iudex Pacatianæ Phrygiæ, non ulterius quidem ita nuncupari, [t] ſed de cætero comitem Phrygię Pacatianæ nominari, & percipere de fiſco, quæ etiā nūc occaſione annonarum, [u] * & capitum [x] [6] † pro utraq; adminiſtratione ꝑcipiebat, nihil horum imminuto: nō au

a *De anima.*] ideſt de animato corpore, ſic ſupra ti. prox. iiſdem pœnis.
b *Æquè* i. æqualiter.
c *Huc*] ſ. Conſtantinopolim.
d *Sacerdotes.*] aliàs presbyteros accipe, vel nomen dignitatis eſt, vt C. de nat. lib. l. 1. vel vtrumque, quod eſt verius.
e *Seditiones.*] quæ ſ. ſeditiones, vt non fiant, iudices debent prouidere, ut infra de man. prin. §. deinde. coll. 3.
f *Publicè.*] non ꝙ publica fiant auctoritate. ſed quia publicè patent.
g *Sedantur.*] i. ad cōcordiā reducuntur di cta turbæ, propter timorem mali iudicis.
h *Eloquiorum.*] no argu. * ꝙ poſſunt diuinæ auctoritates ī cauſis allegari, tanquam leges, ſic ſupra quomodo opor. epiſc. §. quanta. circa princ.
i *Adminiſtratorem.*] ſ. malum, nam malus iudex abſoluit omnes per pecuniam.
K *Videns.*] ideſt, delinquens. Accur.
l *Vendentem.*] ſ. iudicem.
m *Præſumens.*] ſ. delinquens.
n *Hinc.*] i. occaſione accepta ex iſtis.
o *Commerciorum.*] i. contractū, ut inſtit. de inut. ſtipu. §. 1. Acc.
p *Omnibus.*] delinquentibus.
q *Mancipiorum.*] q. d. ſicut ſeruus, vel alia res eſt vendibilis, ſic pœnæ delictorum.
r *Nullo eos.*] præſides
ſ *Præſumente.*] ſ. vel priuato, vel pręfecto, vel etiam Imperatore, vt infra eod. §. itaque, in fin.
t *Illi*] ſ. præſides.
u *Repente.*] ideſt, redarguenter.
x *Cingula.*] ideſt, dignitates.
y *Pronuncient.*] loco exceptionis.
z *Hæc.*] ſ. maleficia. Accurſius.
a *Hic.*] ideſt, ad iſtam faciendam legem.
b *Reuerendiſsimam coniugem.*] Theodoram nomine, vt infra iuſiurandum quod præ. Et not. quod conſiliū ab vxore ſumendum eſt. vñ Cato dixit. à ſeruis ꝯſiliū exigēdū.

c *Tua.*] Ioanni præfecto prętorio loquitur vt ſupra in prin.
d *Conſilio.*] quia iam nobis circa hæc aliqua conſuluiſti.
e *Proconſulariam.*] ꝓconſules ſunt, qui longe à Roma aliquam prouinciam regunt, & erat de conſulibus Romanis electus, quaſi conſul procul miſſus, ut patet ex ſignificatione uocabuli, cui eſt ſeruiendū, ut inſt. de dona. §. eſt & aliud. Azo.
f *Correctiuas.*] iſti sūt in Italia, ut ff. de off. præ. l. ex omnibus.
g *Deſcriptio*] ut inf. proxima conſti. ſcriptum eſt.
h *Quaſq;*] ſ. adminiſtrationes.
i *Solas.*] i. eas ſolas comprehendimus, q̄ in proximo, §. connumerantur.
K *Donationem.*] ſ. dare.
l *Præbere.*] ſcilicet, ſancimus.
m *Codicillis.*] quædā paruæ expenſæ ſunt, quæ tabellionibus ꝓ ſcripturis, & ſimilibus dantur, & hæ declarantur inf. ti. proxi. vt hic ſequitur.
n *Chartis*] ſ. dantur.
o *Laterculo.*] i. in camera, vel ſcrinio.
p *Tuæ.*] o præfecte prætorio.
q *Ne.*] dare dico, ne &c.
r *Illi.*] ſcilicet, adminiſtrationem ſuſcipienti.
ſ *Illud.*] hic §. & §. ſequē. hoc autem, & alius, §. hoc autem, qui poſtea ſequitur, ad eandem ſunt ſententiam, vt duæ prouinciæ habētes prius duas cōſulares, amodo unam habeant. vt fecerunt Bononienſes, quando elegerunt poteſtates per villas.
t *Ita nuncupari.*] ſcilicet, vicarium Aſianæ prouinciæ.
u *Annonarum.*] ut pro fundis collatorum.
x *Capitum.*] ut pro bobus, & alijs animalibus, art. infra de mand. princ. §. coges coll. 3. Vel dic, quod capitatio dicitur à capite militum, quibus datur, vt C. de ero. mi. an l. fi li. 12. & C. de excoct. & tranſ. mi. an.

* Arg. ad de Fel. in c. a 2. num. 45. de reſcrip.

* *Concor. gloſſ. ſuper ver oriuntur in c. nā cōcupiſcentiam ext. de conſtu. & gloſ. in proœm. decret. ſuper verbo cupiditas, eſt. n. auaritia idolorum ſeruitus, ut in c. auaritia. ext. de præben. & dignita.*

* *Luc. cap. 12. 1. ad Cor. 6. & 10. & 2. Cor. 4. Epheſ. 4. & 5. 1. ad Timo. 6 Heb. 13. Cont.*

1 † *ἀνευθυνα & recte.*

2 † *Cap. 1. de magiſtratibus, ſine ſuffragij datione creandis.*

* *Adde Ferr. dial. 3. nu. 5. & Dec in l. 2. in princ. nu. 37. de regu. iu.*

3 † *Correctoria.*

* *Hinc licet aīaduertere, quod nunc Iuſtinianus ſtatuat. Nam in l. vlt. C. ad l. Iul. repetun. Theodoſius quidem pro adeptione magiſtratus omnem dationem prohibuit ſed idē ſuffragij nomine dari. mē & cum dici aliquid promiſit. l. C. de ſuffragio. At hoc etiam Iuſtinianus prohibet. Cont.*

4 † *Cap. 2. de vicario Aſiana, et pſide Phrygia in c. mutis Phrygiæ Pacatianæ nomen trāſlatis.*

5 † *S Aliō.*

* *Adde Feli. in ca. cum olim. nume. 1 de ſent. & re iud.*

6 † *κατ κεφαλὴν*

tem duobus officijs[a] vti, ſed permiſſum & iudices, & vicarij vnum eſſe, comitianū[b] exiſtens: & nominando[c] periculo functionū publicarū & ei & omnibus[d] ſimiliter imminente:[e] vt porè vno officio conſtituto, non diuidēdo penitus, ſed per vnam cōtinuationem militātibus vniuerſis. quod[f] accipiet tantum propter duplex periculum,[g] annonas, & capita: quę vtrumque pridem percipiebat officium:[h] non tamen in altera quadam adminiſtratione pridem quidem vicarium, nunc autem ſpectabilem comitem, quem in Pacatiana[i] Phrygia, non habentem penitus vllū participiū in alijs Aſianæ prouinciæ diœceſibus: 1 † ſed habentem quidē ſpectabilis comitis Pacatianę Phrygię cognominationem, contentum verò in ſola Pacatiana (ſicut prædiximus) Phrygia. 2 † ¶Hoc autem ipſum & in alterutro[k] pridem vicario definimus: dicimus autem eū, qui eſt in Pōtica diœceſi, vt non duo cōſiſtant de cętero, ſed vnus comes quidem Galatiæ primæ nominandus, & habiturus etiam ſuper milites poteſtatē: ſicut habet & nunc, & vtriuſque cinguli percepturum annonas, nō tamen foris primam Galatiā. Nullam etenim ei aliam penitus damus habere poteſtatem in vlla Pōtica regione, ſed in ſola Galatia prima, officio quidem in miſcēdo, & ſecundum vnam (ſicut dictum eſt) intelligendo, & numerando coniunctionem. Comitiano exiſtente, & nominando: nulloque penitus eorum ad alios habente aliquam differētiam, ſed vnum eſſe officio ſub vno iudice vnius prouincię pręſule, omni ſimili officio vna cū ſuo iudice circa fiſcaliū periculum ſuſtinente. 3 †

Regulariter nulli iudici licet per prouincias loci ſeruatores mittere. Bartolus.

¶ Nulli quoque iudici * penitus concedimus neque ciuili, neque militari mittere per ciuitates prouinciæ, quibus præſidet, eos, qui vocantur loci ſeruatores:[l] 4 † ſcientibus, quia ſi quid tale fecerint, ipſi cadent adminiſtratione, præſumentes alios in ſuum officium eleuare. 5 †

¶ Hoc autem ipſum[m] dicimus & in clariſsimo Comite Orientis, & clariſsimo iudice. & illic enim vnam adminiſtrationem vtranque facimus, habentem quidem & ſpectabilis Comitis Orientis nomen: officio verò vno præſidente, comitiano[n] exiſtente, & nominando, & primæ ſolius Syriæ, & Cireneſis 6 † præſidente, & vtriuſq; adminiſtrationis annonas habente. Aequalem namque vicarijs illum ponimus, vt & in ſe cum ſubiecto ſibi officio periculū habeat, & pro fiſcalium exactione: & pro ciuili, & publica diſciplina. 7 †

Iudices, qui prouincias regunt, iuriſdictionem à lege habent, in priuatos in pecuniarijs, & in criminalibus cauſis omnibus: & in milites in fiſcalibus, & criminalibus cauſis, & etiam in officiales, & iudices, qui principis curia emanent, & poteſtatem habent de eis ad principem referendi. hoc dicit. Bar.

¶Volumus autem omnibus iudicibus noſtrarum prouinciarum omnes ſubdi, priuatos[o] quidem, ſecundum quod cinguli proprium præmium[p] eſt, in omnibus cauſis, & vniuerſis pecuniarijs, & criminalibus occaſionibus.[q] Qui verò in militijs conſtituti ſunt etiam iſtos nihilominus occaſione fiſcalium,[r] & criminalium[s] ſubdi eis[t] modis omnibus, ſed etiam eos, qui hinc[u] deſcendunt, & ex quolibet foro,[x] qui quaſcunque exequuntur[y] ſententias, licet[z] prouinciarum iudicibus[a] non ſinere amplius aliquid, quam ſacra[b] noſtra conſtitutione diſpoſitum eſt, percipere ſportularum, ſcientib. quia ſi hoc neglexerint, omne damnum ex hoc noſtris collationibus illatum, ipſi[c] perſoluent, Damus autem licentiam eis,[d] & referre de eo, non ſolum ad iudices, à quibus ſunt mihi, ſed etiam ad noſmetipſos,[e] ut nos hanc agnoſcentes cauſam, competenter exequamur.

---

mi.an.l.fi.eo.lib.
a *Officijs.*] ſ. vicarij, & iudicis aliàs ſic C. de prox. ſa. ſcri. l. hac parte. in fine. lib. 12. & ff. de pact. l. ſi plures.
b *Comitianum.*] à comite ſic dictum.
c *Nominando.*] hoc comite. i. eligendo: vt hic.
d *Omnibus.*] qui ſecū ſunt ut inf. §. hoc autem. in ti.
e *Imminente.*] ſic infra proxi. §.
f *Quod.*] pro, ſed.
g *Periculum.*] fortè & pro fiſcaliū exactione, & pro ciuili ſiue publica diſciplina, vt ĩ §. hoc aūt ipſum vel pp duas ſolicitudines, ſ. vtriuſq; prouinciæ, vt vbi eſt onus, ibi ſit emolumentum, vt inſti. de leg pa. tu. §. fi.
h *Officium.*] i. vterq; officialiū: alterū eorū, dico, pridem.
i *In Pacatiana.*] quātum ad nomen: ſed vtrunque ſimul geret officium. Vel certè poſſunt intelligi iſti tres §. vt vnā tantum de duabus debeant habere adminiſtrationē, licet ſalarium ſuſcipiant tm̄, quantum pro vtraq; prius pcipiebant: licet aliter dixerim in prin. huius §.
k *In alterutro.*] i. altero vicario. nam ĩ. proxi. §. dicit de vno: & hic vocabatur vicarius tantum: erat tā & comes, vt ſequitur ſic ponitur hoc verbum. ff. de pact. l. reſcriptum. §. ſi pacto.
l *Loci ſeruatores.*] i. vicarios, ut in nouel. e. ti. & probatur generalis ĩ. vt nulli iud. in prin. Sed videtur cū abſit, ꝙ poſſit delegare, vt ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſd l j. reſp. & 2. reſp. cōtra. Sed ſol. ut inf. de mā. prin. §. eos.
m *Hoc autem ipſum.*] ſ. qđ diximus in §. illud. & §. hoc aūt. & qui mō fuit præpoſitus, ſ. nulli, melius poſtea ſtetiſſet.
n *Comitiano*] à comite ſic deriuatum. Ac.
o *Priuatos.*] i. omnes priuatos homines; idē in militibus, & alijs, vt ĩ. §. qđ autē. & inf. proxi. §. & facit ad hunc §. C. in qui, cau. mi. fo. præ. vti non poſ. l. j. & C. vbi quis decur. vel cohor. l. 1. & C. vbi ſen. vel clari. l prima.
p *Præmium.*] nota p̄miū dignitatis, ut habeat ſubditos.
q *Occaſionibus.*] i. accuſationibus.
r *Fiſcalium.*] cauſarum. Accur.
ſ *Criminalium.*] cauſarum.
t *Eis.*] ſ. iudicibus.
u *Hinc.*] ſ. à noſtra curia.
x *Foro*] cum multiplex ſit ibi forum: vt ĩ. de mand. prin. § ſed neque ex magiſtris. & §. deinde cōpetens.
y *Exequuntur.*] i ferunt.
z *Licet.*] i. licitū eſt, iudices p̄uinciæ non ſinere percipere eos, qui hinc deſcendūt.
a *Iudicibus.*] delegantibus, ut ſubijcit, à quibus, &c.
b *Sacra*] ſ. Græca. nec enim dicit de illa inf de iudic §. ne autē. licet fortè. cautum fuerit, vt ibi dicitur. Accur.
c *Ipſi.*] ſ præſides, vel pronconſules.
d *Eis.*] ſ collatoribus.
e *Ad noſmetipſos.*] Hic

1 † Diœceſeos prouinciæ legendum. erant autem decē prouinciæ in diœceſi Aſianæ, vt loquitur ex nouella verſ. quę Imperij.

2 † Cap. 3. de vicario Ponticæ ſublato, & in comitis Galatiæ primæ nomen tranſlato.

3 † Cap. 4. vt nulli iudicum liceat mittere vicariū.

** Ex hoc §. plerumq; hodie in conſuetudine delegationibus, quid referre, namque quod noui ſiue vel iuriſdictionales ſunt, ac propterea criminales, vel ciuiles, quando oēs hac in re exæquata ſūt, ut ne delegari poſſint. quod ſint, quod in oī actu. conſtitutū eſt in nouella. inf. vt nul. iud. §. Quēadmodum. n.*

4 † Vicarios Iulianus.

5 † Cap. 5. vt C. mitis Orien̄tis, et p̄ſidis Antiochia officium miſceatur.

6 † κυρρηστικῆς

7 † Cap. 6. vt oēs priuati p̄ſidibus ſubiaceant. & executores quoque vrbis Conſtātinopolitanæ.

¶ Si autem ipſi aliquos [a] inuenerint propter dignitatis, & cinguli ſupercilium, noſtris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus etiam examinare [b] violentias, & reos inuentos priuare cingulo & noſtrum ordinem in prouincijs adimplere. hoc quod etiam veteribus dictum eſt legibus. Sicut enim eos omni iniuſto [c] lucro prohibemus, ita etiam purè cingulis vtentes, omni honore, [d] & reuerentia, & honeſtate frui ſancimus [1] †

Adminiſtratores iuſiurandum præſtare debent, vt in litera dicitur: & maximè iudices & eorum officiales ſi deliquerint, pœna hac lege ſtatuta puniuntur. h.d. Bar.

¶ Sic igitur à nobis ſingulis diſcretis, conuenit eum, qui ſic acceperit adminiſtrationem, cũ Dei [e] memoria coram nobis, aut ſi nõ vacat, [f] coram tua [g] celſitudine, & qui tuam rexerint ſedem, & qui ſemper fuerit, glorioſiſſimo comite ſacrarum noſtrarum largitionum, & glorioſiſſimo Quæſtore ſacri noſtri palatij, & glorioſiſsimo Comite vbiq; ſacrarum noſtrarum priuatarum rerum, præſente quoque & per tẽpora magnificentiſsimo chartulario ſacrorum noſtrorum cubiculorũ, qui codicillis his apud nos miniſtrat iuſiurandũ dare, [h] nihil penitus, nec quodlibet ſe præbere, [i] neq; occaſione ſuffragij, neq; patrocinij, & neque promittere, & neque de prouincia, poſteri diligere, neque glorioſiſsimis præfectis, neq; alijs cingula habentibus, neque eis, qui circa eos conſtituti ſunt, nec alteri cuilibet per occaſionem patrocinij: ſed ſicut [k] ſine ſuffragio accepit adminiſtrationẽ, à publico percepturus annonas (has enim [l] ſolas accipere eum ſinimus) ſic eam puris cuſtodire manibus, [m] Deo, & nobis pro ea redditurus rationem, Sciat enim tua celſitudo, & qui poſt te eaſdem cõſcenderint ſedes: [n] quia ſiue ipſi præſumpſerint accipere quicquam ab ijs, qui ad prædictas adminiſtrationes accedunt, ſiue proceres ipſi, ſiue etiã officiũ tuum, * vltra ea, quæ occaſione conſuetudinũ [o] a nobis eis definita ſunt, quæ, ſcilicet, ſufficere ſola putantes, dari decreuimus, [p] non in paruis [q] pœnã fieri: ſed maximi quidẽ iudices accipere aliq̃d præſumentes ab ijs, qui ad adminiſtrationes accedunt, ac etiã permittentes ſuum officiũ tale aliquid agere, & nunciatũ nõ emendantes: [r] nõ ſolũ quadruplũ reddent totius, quantũ perceperunt, [ſ] ſed etiã magnam indignationẽ ſuſtinebunt. [t] & cinguli periculũ formidabũt: & qui circa eos ſunt, & obediens eis officiũ, ſi amplius aliquid, quàm à nobis cõceſſum eſt, [u] tentauerint accipere, ipſi quoque ſubijcientur damnis quadruplę redditionis, & cadent etiã ſubſtãtia, & cingulo: inſup. & ſupplicijs ſubiacebunt, quæ cõgruunt [x] delictis eorum. [2] †

Adminiſtratores prouinciarum ipſi, & eorum aſſeſſores, et qui circa eos, ſunt, iuſtitiam in publicis, & priuatis cauſis debent ſeruare: & deuotos paternè tractare, & indeuotos punire. Bartolus.

¶ Eos autẽ, qui ita ſine mercede ſumunt adminiſtrationes, præ omnibus ſtudiũ habere decet, fiſcalia vigilanter inſpicere: & indeuotos quidem, & egentes [y] neceſsitate, cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos, neque pro hoc ipſo lucrum aliquod omnino conſiderantes, deuotis autem paternè [z] ſe exhibere: deinde noſtros ſubiectos reſeruare violentia, nihil ab vllo eorum percipiẽtes: ſed æqui ſint in vndiq; ſine iudicijs, æqui verò in publicis diſciplinis: exequentes quoq; delicta, innoxios quidẽ, vndiq; cuſtodiẽtes eos, q. puri ſunt: reis aũt pœnã imponẽtes [a] ſm legem, & ita præſidẽtes collatoribus, tanquam patres filijs * diligen-

Hic no. ſpeciale, q̃ di rectò põt recurri ad principẽ. aliàs ſ. vt ĩ dem an. prin. §. ſit tibi. col. 3. & ff. de app. l. Imperator. j. reſp.
a *Aliquos.*] iudices ſ. hinc deſcendentes, vel alios habentes dignitatem aliquam.
b *Examinare.*] no. q̃ durãte officio hi minores magiſtrat⁹ cõueniuntur, vt ff. de iniur. l. nã magiſtratus. aliud in ordinarijs, vt ff. de iudi. l. pars & de in ius voc. l. 2. Ac.
c *Iniuſto.*] i. turpibus exactionibus.
d *Honore.*] ſic inf. eo. §. illud.
e *Cum Dei.*] no. per Deum i. debere iurari, non aliàs, vt hic, & infra iuſiur. quod præ. col. 2. interdum tamen & aliter iuratur, ſi hoc placeat partibus, vt ff. de iureiur. l. 3. in fine & l. 4. & l. 5.
f *Vacat.*] ſcilicet noſtra præſentia, quia aliis occupatur, vt ĩ. de app. §. 1. coll. 4. & ſupra de hęre. & fal. j. reſpon.
g *Tua.*] o præfectè. cui hæc conſtitutio dirigitur, vt infra tit. proxi. & repete hic coram. Azo.
h *Dare*] i. iurare hęc, quæ ſequunt ſtatim, p alia quędã vt ĩ. iuſiuran. quod præ. Ac.
i *Præbere.*] i. præbuiſſe, vel præbiturum, confuſum enim tempus eſt: & vtrumque ſignificat ſic & in eo, qui de calumniat, vt ĩ. vt liti iurent. in prin. col. 9.
k *Sed ſicut.*] vnde illud: quod gratis accepiſtis, gratis date.
l *Has enim.*] interpoſitio eſt Accur.
m *Manibus.*] facit ad hũc § C. ad leg. Iul. repe. l. fi. ſic inf. de mã. prin. §. 1.
n *Sedes.*] i. q. fuerint poſtea in ea dignitate. Accur.
o *Cõſuetudinũ.*] ſic ĩ. de ſan. epiſ. & p cõſuetudinibus coll. 9. Ac.
p *Decreuimus*] vt ĩ. ti. proxi.
q *Non in paruis.*] i. nõ imponent parua pęna, ſed magna, vel dic nõ ſolũ paruis hominibus erit pęna delinquẽtibus, vt ĩ eo. §. ſi quis. aũt. ſed ẽt iſti magni puniunt, licet non in tm̃: q̃ eſt generale, vt ſemꝑ minores amplius in ſimili delicto puniantur, vt ff. de incend. ruin. nau. l. Pedius. & hoc colligit ex hoc § & præfato §. ſi q. aũt ĩ. e. niſi in caſu, vt ff. de pę. l. quædã. Sed quidã dicunt, q̃ ẽt iſti verberani, ſicut & minores, vt ĩ. eo. §. ſi quis aũt & ſupplent hunc §. per illũ, quod non credo.
r *Non emendantes.*] ſed quo põt pęnitere, cũ iam ad actũ ꝑuenerit? Dic hoc ſpeciale, aliàs cõmuniter diſtinguerẽt, aut ꝑuenitlet ad actum, aut non, in primo: ſi fuit conſummatũ, nõ licet pęnitere, ſi non fuit, licet, vt ff. de fa. l. qui falſam. niſi in caſu læſæ maieſtatis, vt C. ad leg. Iulia. ma. l. quiſquis. Si verò ad nullũ actũ ꝑuenerit, tũc nõ punitur, vt ff. de pę. l. cogitationis.
ſ *Perceperunt.*] p̃fecti.
t *Suſtinebunt.*] i. præfecti.
u *Conceſſum eſt.*] vt infra ti. proxi.
x *Congruunt.*] fortè in exilium danẽ, vt C. ſi cer. pe. l. quiſqs. vel dic pro motu iudicis, vt hic d. citur.
y *Egentes.*] egent. n. ut eis neceſſitas imponatur, adeo ſunt deſides, & ſic ponitur inf. ti. 1. iuſiuran. quod præ. §. 1.
z *Paternè.*] facit ad hæc ĩ. co. § ex diuerſo. & ĩ. de mã. prin. §. q̃ ſi delinquentes. in fi. col. 3. & ĩ. iu. q̃d præ. §. pe. col. 1. & infra de defen. ciui. §. ſi qua coll. 3.
a *Imponentes.*] ſubaudi ſupplicium Ac.

illis]

1 † *Cap. 7. de iureiurando a præſidibus præſtando, q̃ pecuniam nec nomine quidẽ ſuffragij dederint.*
1 Cõcor. cap. & ſi Chriſtus per totum c. extra de iureiu.

* *Debent enim magiſtratus præſtare factõ ſuum, ut ait Cic. epiſto. 1. ad Q. fratr. & vt Caſſiodorus li. 11. varia. c. 8. non ſolũ noſtras, ſed & officij innoxias cuſtodiunt manus. Aliqui tamen bonum eſt, iudicẽ non accipere, & multo accipiendi licentiam prohibuiſſe. Idem etiam Senatuſcõſulto cautum fuiſſe, tradit Cor. Tacitus li. 4. Conſt.*
2 † *Cap. 8. vt præſides. tributorum exactioni diligenter incumbant.*
* *Extat hæc ſententia apud Demoſthenẽ & Xenophontẽ, & l. 4. C. de de fenſ. ciuita. & inf. in formula iuſiurandi, & in nouel. de mãd. prin. c. 9. ſic etiã Caſſiodorus cũ eſſet præfectus prætorio, edixit, vos ad omnia, magis iuſto eſſe to deuoti. vt vos prouinciarũ, patrem potius ſentiatis eſſe, ꝙ iudicẽ. Cen tum.*

tes quidem eos, qui ſunt innocentes: qui verò rei monſtrantur, caſtigantes, ac puniẽtes omnemque iuſtitiam in publicis, & priuatis documentis eis ſeruantes & non ipſi ſoli hoc agẽtes, ſed etiã ſemper conſiliariũ talem ſumentes: & q circa eos ſunt, omnes, vt non videantur illi [a] quidem velut innoxij eſſe, ꝑ alios autẽ delinquant, atque furẽtur: hoc quod magis [b] turpe eſt: vt & participes iniuſtitiarum ſumant. [c] Ideoque [d] licebit tuę celſitudini honeſtiorum quoſdam ad adminiſtrationes dirigere, & ſcientium tributa fiſcalia: curiatiũ [e] quippe, & aliarum perſonarum experimentum ſui dantium bonum, & ad magiſtratus oportunorũ. Quis enim nõ diligat eum, & honeſtate cõpleri magna putet, ſi noſtro decreto, iudicioque tui culminis ad cingulum veniat teſtimonium quidem habens, qa ſit optimus, gratis uero eum ſuſcipiens, non vacans omnino ꝑ ꝓuincias populi priuati, nec quemadmodum quod dedit cõgreget, nec vnde colligat aurum, ſed vt hoc ſolum habeat ſtudiũ, Deo, nobiſque ſemetipſum commẽdare, & gloria frui optima, & recompenſationem ſperare præcipuam? [f]

Adminiſtratores in officio, vel actione eius delinquentes, etiam officio durante, pœna à lege ſtatuta puniendi ſunt: licentia data prouincialibus eorum delicta epiſcopo, vel Archiepiſcopo nunciandi: vt per eos relatione ad principem facta, in locis vbi fecerũt iniuſtitiam, puniantur, ut eorũ pœna ſint alijs in exemplum. Bart.

¶ Si quis autẽ pręter hoc, aliquid egerit, & donec in adminiſtratione eſt iudex, furti reus appareat, & probetur, aut aurum dans, vt accipiat adminiſtrationem, aut accipiens ex adminiſtratione (vtrumque enim ſimiliter [g] noxium eſt) ſciat, quia & confiſcationem, & exilium ſuſtinebit, & in corpus verbera atq; ſuppliciũ. Ipſum quoq; qui acceperit ab eo (ſicut ꝑdiximus [h]) malis ſubijciemus maximis. puras enim exigimus eſſe prouincialibus iudicibus manus, ut collatores cuſtodiamus, & iſtæ quidem tam ex legibus quàm ex adminiſtrationibus [i] imminebunt pœnæ ijs, qui in prædictis adminiſtrationibus ſunt, ſi tale aliqd egerint. Damus autem prouincialibus licentiam, ſi quid apud prouinciã iniuſtum, qui adminiſtrationem habet, egerit, uel ſi damnis aliquibus, aut calumnijs ſubdat noſtros collatores: vt Deo amabiles epiſcopi, [k] & prouinciæ primates preces ad uos dirigant, exponentes cingulum habentis [l] delicta. Nos enim hæc agnoſcentes, dirigemus [m] in prouinciam hoc examinatorũ, quatenus ipſe, vbi iniuſtitiam fecit, illic [n] quoque pœnas ſubeat delictorum: vt neq; alter quiſquam tale aliquid agere pręſumat, ad exemplum [o] reſpiciens.

1† Adminiſtrator in prouincia, officio finito, quinquaginta diebus debet commorari, rediturus omnibus rationem: & ſi ante fugerit, ab omnibus capi poteſt: epiſcopo cauſas ex non ſcripto examinandi neceſſitate iminente. hoc dicit Bart.

¶ Neceſſitatem habente eo, qui adminiſtrationem rexit, ſecũdum priores conſtitutiones, [p] dũ depoſuerit faſces, [q] per dies quinquaginta in ꝓuincia commorari, publicè ſe monſtrantem, & ab omnibus ſuſcipientem conuentiones. Si tamen antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur, velut aliquod * inhoneſtiſſimorum mancipiorum, damus licentiam collatoribus detinere [r] eum in prouincia: & omne, quod dederunt ei occaſione furti, [ſ] hoc exigere, præſente [t] tamen Deo amabili epiſcopo, & cau-

a *Illi.*] ſcilicet, iudices.
b *Quod magis.*] no. maius eſſe delictum, delinquere in aliũ, q̃ in ſe vt hic, & colligitur ex duab. legibus. ff. de ijs, qui no. ĩ.l. athletas. § Pomp. & l. Imper. & eſt verũ, qa & ipſe peccat, & alium facit delinquere. vnde verſus. Peccãdo peccare docẽs, hic peccat & in ſe. Qui reus eſt, & ĩ hos, quos facit eſſe reos.
c *Sumant.*] i loco aſſeſſorum, & ſociorũ.
d *Ideoq.*] quia tot bona habet facere præſes.
e *Curialium.*] q.d iſti, & illi, qui eligũtur, erũt de curia: & ideo magis experti.
f *Præcipuam.*] interrogatiue lege.
g *Similiter.*] ideſt, vtrũque ſimile eſt delictũ: ergo pari pœna puniendum: vt C. de epiſc. & cle. l. ſi quẽquam in fine.
h *Prædiximus*] ſed non tantis, vt diximus ſupra §. ſic igit. in fi. §. & de illo fit mentio hic.
i *Ex adminiſtrationibus.*] i. adminiſtratoribus ſuperioribus.
k *Epiſcopi*] facit ad hoc infra, vt dif. iud. colla 9.
l *Habentis*] ergo, durante officio, conuenitur hic ordinarius in his caſibus: nec mirum: quia corã principe hoc fit. vnde nõ eſt contra ff. de in ius vo. l. 2. & ff. de iudic. l. pars. eſt & alia ratio, qa illæ ll. loquuntur, quando ex alia cauſa conuenit, non ratione officij. Nam de eo etiã, durante officio, poſſet conueniri, vt C. ad leg. Iulia. repet. l. iubemus.
m *Dirigemus.*] ſcilicet, nuper.
n *Illic.*] vbi no. quẽ puniri, vbi deliquit. ſic ĩ. vt oẽs obe. iu. ꝓ. §. ſi igitur. coll. 5. & ff. de re mi. l. 3. ĩ reſp. & ff. de acc l. ſi cui §. idẽ Imperator & l. fi.
o *Exemplum.*] ſic C. ad leg. Iul. repe l. j. & C. de fur. l. ſi quis.
p *Priores conſtitutiones*] C. vt omnes tam ci. quã mil. iu. l. j. fa. ad hoc ĩ eod. §. oportebit. & ĩ. de coll. §. ſug hoc, collat. 9. & ĩ. de admin. § j. ĩ reſpon. & §. ſancimus collat. 7.
q *Faſces.*] ideſt, dignitates.
r *Detinere.*] hic collige, ꝙ licet alicui capere debitorẽ fugientẽ. 1 facit ad hoc C. vbi de cri. agi opor. l. j. ſic ĩ. vt nulli iudi. § ſi vero qs colla. 9. & ff. q̃ in frau. cre. l. ait prętor. §. ſi debitorem. & C. vt nemini li. ſine iu. l. 2. ꝑ. con. C. de Iudæ. l. nullus.
ſ *Furti.*] i. ſcit, tanquã ſit manifeſtus, in quadruplũ teneat. & ĩ l. lib. auri damnetur ipſi prin. Itẽ tempus augetur: quia ꝑ ſex mẽſes amodo ſtabit, vt hic, & C. vt omnes tam ci quàm mil. l j. §. quod ſi quis. & §. ipſe autem. Item & aliàs tres patitur pęnas. ſup. eod. §. ſi quis autem, in prin ſi autem, durante adminiſtratione, fugerit, crimine læſæ maie. tenet præter ſupradicta, vt ĩ de adm § 2.
t *Præſente*] ſed nunquid ſolus epiſcopus hic cognoſcit? Reſp. quidam nõ, ſed princeps. vel ab eo delegatus, ſed epiſcopus erit ſecũ, vt ſ. ꝓxi. §. vel melius dic, ꝙ, durãte officio. etiã poſſunt collatores querelam deferre de his tribus: de furto, ſ de accepto & data occaſione adminiſtrationis: & tũc ſolus princeps, vel eius delegatus poteſt cognoſcere ad inſtantiã epiſcopi. & collatorum, vt ſupra proxi. §. & ſic intelligitur prox. §. ſed finito officio, de omnibus delictis poterit cognoſcere etiam epiſcopus. 2 vt in hoc §. quod intelligo idem & ſi non fugerit & hoc per conſtitutionem iſtã per aliam vero etiã durante officio: & de omnibus cognoſcit epiſcopus,

1 Vide abbatem in c. cum nõ ab homine. extra de iud.

1† Cap 9. vt præſides remaneant in prouincia quinquaginta diebus.

2 Concor. c. j. 2. & 3. & 4 extra de fo. cõpe.

** Alde Fel. in cap. nullus. nume. 1. præſum.*

ſam ex non ſcripto [a] examinante, donec reddat omne, quicquid furatus oſtendit: [b] ſed etiam [c] ipſos prouinciales, ſi ſenſerint adminiſtratorū furtum, licētiam habere, magis autē neceſſitatē, hæc referre nobis: vt cognoſcentes, quia omnino auro vendidit iuſtitiā, prædictis eū ſubijciamus pœnis. Sup quod etiam cœleſtibus ſupplicijs reus erit, trāſcendens iuſiurādum, [d] in quo acceperit adminiſtrationem. Si autē uoluerit ex quacunque cauſa, nō completis quinquaginta diebus ex prouincia fugere: tunc comprehenſus vbicunque degere videt, reuocabitur quidē in prouinciam, in qua adminiſtrabat: omne verè, ꝙ inuētus fuerit accepiſſe, reſtituat in quadruplū. 1†

Subditi iudicibus, nullā debent inferre iniuriam; ſed fauorem: niſi in eorum deliquerint officio, pœna mortis imminente: et iudices iuſtitiam omnibus debent ſeruare: & ſuperior inferioribus oppreſſionem inferre nō debet. h.d. Bar.

¶ Illud, videlicet, obſeruandum, nullam eſſe noſtris ſubiectis licentiam in alio quodam, præter furtū [e] hoc circa iudices agere. Non enim ſi videatur vehemētiſſimus indeuotis propter fiſcalium exactionem, aut propter delictorum executionem, dabimus ſubiectis, agere aliquid aduerſus eum. Ex diuerſo autem etiam pœnis eos omniū amariſsimis [f] ſubiugamus, ſi eos, qui puris vſi ſunt manibus, & fiſcalium exactionē cum omni detulerint ſubtilitate, poſtea [g] deponentes adminiſtrationē iniuriari præſumpſerint, & non cum omni fauore poſt legitimum tēpus prouincias relinquentes deduxerint. Oportet enim eos, qui poſt hanc legem noſtram faciendi ſunt, clariſsimos ſubiectorum prouinciarū iudices cōſiderare, quanta quidē perfruētur gloria, tales apparētes, [h] quātis 2† autem ſint incurſuri difficultatibus, legē hanc ſoluere, quantum ad ſe [i] præſumentes. Erit enim abſurdū, ſi eos quidem, qui in uilibus capiuntur furtis, ipſi [k] torquebunt, & non primitus quieſcant, donec reddant furta: ipſi autem innoxij [l] manſerint in maximis conſtituti furtis, & neque apud ſubiectos erubeſcentes, exemplum, [m] cum liceat eis honeſtis, & liberis, [n] & vndique laudandis, oſtendi: [o] & à nobis habere teſtimoniū, & ſpem. [p] Non ſinimus autem nec ſpectabilibus iudicibus, nec alteri alicui quamlibet eis oppreſsionem, aut iniuſtitiam inferre, aut ciuilibus [q] omnino cauſis communicare: vt & nos eis [r] honeſtatem ſeruemus, & illi [ſ] puritatem, nobis deuotionemque reſtituant. Sciant enim omnes ſubiecti, quia propter eorū vtilitatem, & vndique eorum indemnitatem, & vt per omnem agantur quietē, & non cogantur prouincias relinquere, & in peregrinis affligi, propterea præſentem legē ſcripſimus, Deo 3† eam vouentes, & præſentibus venerabilibus [t] maximè eius [u] communionis, 4† quæ [x] feſtiuis diebus [y] vt omnibus liceat patres [z] ſuſcipere magis iudices, quam fures, & ſolicitatores, & eorum ſubſtantijs inſidiantes.

¶ Oportet * quoq; vos noſtros ſubiectos, ſcientes, quā tam veſtri poſuimus prouidentiam cum omni deuotione, publica ſine imminutione tributa perſoluere, & neque adminiſtratorum egere neceſſitate, [a] ſed ita deuotos voſmetipſos præbere, vt nobiſmetipſis oſtēdatur operibus, quia & ipſis [b] pro huiuſmodi clementia [c] propriam nobis deuotionem reſtituentis: & meritò habebitis omnem à iudicibus occaſionem deuotionis, fauorem, & prouidentiam illud ſcientes, quia iudicibus imminet

epiſcopis, vt infra, vt diffe. iu. §. ſi tamen. Et ſic no. epiſcopum cognoſcere, vt hic, & inf. vt cle. apud ꝓp. epiſ. §. j. nec mirum: quia ordinarius eſt, vt C. de epi. audi. l. epiſcopale. interdum. tñ vna cum præſide, vt ſi crimen canonicū laico inferatur, vt j. de mā. prin. §. oportet. coll. 3. Itē quando præſes ſuſpectus habetur. vt inf. vt diffe. iu. §. ſi vero collat. 9.

a *Ex non ſcripto.*] i. ſine libello, ſecundū Alb. & ſine actis. Itē & ſententia lata ſine ſcriptis: quod eſt ſpeciale, ſicut ſūt & alij quatuor caſus, vt inf. de mand prin. §. ſi tibi. vbi ſunt duo. quartus eſt j. vt cle. apud pro. epiſ. circa princ. vt quando epiſcopus inter clericos cognoſcit. Itē quando inter laicum conuenientē clericū, & ipſum clericū, vt j. vt cle. apud propr. epi. circa prin. coll. 6. & quando eſt cauſa vilis, & parua. Item quando vilium perſonarum, vt infra de mā. prin §. ſit tibi. ſed iure cōi libellus eſt neceſſarius in ſcriptis, vt j. de exhi. §. ſancimus. coll. 5. & ſentētia i ſcriptis dāda eſt, vt C. de ſentē. ex bre. re. l. ſi Accur.

b *Oſtenditur.*] vel per teſtes, vel etiam per ſolum ſacramentum agentis, ſm Al vt j. de col. §. ſuper hoc. coll. 9. Accur.

c *Sed etiam*] non ſolum apud epiſcopū.

d *Iuſiurandum.*] facit ad hoc C. de iureiu. l. 2.

e *Præter furtum.*] & præter quàm ſi aliqd accipiat, vel det pro adminiſtratione, vt j. eod. §. ſi quis autē: & itellige hunc § durāte officio, vt ſ. proxi. §. diximus, & manifeſte ex ipſa litera colligitur

f *Amariſsimis*] mortis ergo vel dic. ꝙ pœna patricidij: & quia in loco filiorū ſūt collatores, quos quaſi occidit, vt ſ. eo. §. eos. & qa illa eſt omniū pœnarū maior. vt inſt. de pub. iu. §. item lex Pōp. & §. alia demū.

g *Poſtea.*] collige hunc §. loqui durante officio.

h *Apparentes.*] ſ. innocentes.

i *Ad ſe.*] ſic ſup. quomodo opor. epi. §. igitur. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. ſi ſocer.

k *Ipſi.*] iudices

l *Innoxij.*] ideſt, ſine pœna.

m *Exemplum.*] vnde Cato: turpe eſt Doctori, cū culpa redarguit ipſū facit ad hoc j. de ſanctiſſimis epi. i prin coll. 9. & ff. de eden l. ſi quis ex. §. ſi.

n *Et liberis.*] ſcilicet, à furto.

o *Oſtendi.*] apud epiſcopum, vel principem, vt ſequitur. vel dic, ipſis collatorib. finito officio, vt ī §. neceſſitatem. Accur.

p *Spem.*] percipiendi aliquā dignitatē: vt inſti. in proœ. in fine. ſecundum Azo.

q *Ciuilibus cauſis.*] ideſt, in aliqua ciuili cauſa ꝯ eos iudices agere, durāte adminiſtratione, vt ſupra in prin. huius §. ſed contra inf. vt diſ. iud §. ſi uero col. 9. Sol vt ibi.

r *Eis.*] ſ. iudicibus.

ſ *Illi.*] iudices.

t *Venerabilibus.*] ſcilicet epiſcopis, de quibus eſt habita mentio ſup eo. §. neceſſitatem.

u *Eius.*] ſcilicet. Dei.

x *Quæ.*] ſcilicet. lex.

y *Feſtiuis diebus.*] ſubaudi, poterit exerceri, quia contra peſſimos latrones exercetur, vt modo dixi. & C. de fe. l. prouinciarū vel quia celeritatē deſiderat, vt ff. de dam. infect. l. j.

z *Patres.*] ſic ſupra §. eos, ſic infra iuſiuran. quod præſtatur. coll. 2.

a *Neceſſitate.*] quaſi dicat, ſponte agatis, quod tandem ex neceſſitate faceretis. ſic ſup. de fideiuſſ. §. qđ autem. coll. j.

b *Ipſis.*] ſcilicet, operibus.

c *Clementia.*] i. per hoc, quod fecimus l. iſtam.

Periculum.]

1† Ca. 10. vt omnes prouinciales præſidibus ſuis debitū honorē, & ſolitas acclamationes deferāt.

2† Legendum ſunt quantas autem ſint incurſuri difficultates.

3† Deo & inſtāti. vt verādus magus cum Habeas ſignatur. diebus. Intellige aut dum Paſcha. Com.

4† Legendum, ex vt te: maxime eius, cō munis.

a Facit c. cum inter tia in prin. ext de confeſſibus.

Vndique fiſcalium periculum:[a] & manifeſtum eſt, quia proprio ſuo periculo adminiſtrationes aſſumunt: & vos hoc agnoſcentes, & omni modo euitate indeuotionem,[b] & nolite veſtras volūtates ita præbere inobedientes, quatenus eorum pręſidum egeatis vehementia, quam, neceſſarium eſt, eos aſſumere propter ineuitabilem fiſcalium exactionem: ſcientibus vobis ſubiectis, quia militares expenſæ, & hoſtium incurſiones multa egent diligentia,[c] & non poſſunt circa pecunias hæc agi, cauſa videlicet, nullam recipiente dilationem: 1† neque nobis concedentibus deſpici Romanorum terram dīminutam, qui & Libyam omnem reparauimus,[d] & Vandalos in ſeruitutem redegimus, & plurima adhuc, & maiora horū ſperamus à Deo percipere, & agere: pro quibus competens eſt fiſcalia tributa ſine imminutione, & deuotè, & ſecundū definita exigi tempora. Quapropter ſi vos quidem deuotè occurratis iudicibus, illi verò facilem, & pręparatam fiſcalium illationem in vos exhibuerint: & iudicum laudabimus ſtudiū, & veſtram approbabimus voluntatem, & vndique[e] vna quædā erit optima, conſonaque præſidentium, & quibus præſident, congruentia magna. 2†

¶ Itaque Deo, & Saluatori nr̄o Ieſu Chriſto omnes ſimiliter offerant hymnos,[f] pro hac lege, quæ eis dabit & patrias habitare cautè, & proprias facultates habere firmiſſimè, & iudicum frui iuſtitia. Nam & nos propterea eā poſuimus, vt & iuſtitiam, quæ in lege eſt, valeamus Domino Deo vouere, & noſmetipſos, & noſtrum commendare Imperium, & non videamur deſpicere homines oppreſſos, quos nobis tradidit Deus, vt eis per omnia parcamus, eius ſequentes begnitatem.[g] Ideoque quantum ad nos[h] conſecretur hæc lex Deo, quòd nihil in mentem noſtram veniens boni pro tuitione ſubiectorum relinquimus. volentes enim inhoneſta hæc, & ſeruilia furta perimere, & noſtros ſubiectos in quiete à prouincialibus iudicibus cō ſeruari: 3† propterea feſtinauimus gratis adminiſtrationes eis[i] dare: vt nec ipſis liceat delinquere, & abripere ſubiectis, quorum cauſa* omnem perferimus laborē: dedignantes[k] imitari eos, qui ante nos imperauerunt,* qui[l] pecunijs ordinabāt adminiſtrationes ſibimetipſis, auferentes licētiam adminiſtratoribus nocentibus increpandi 4† iuſtè, & ipſi[m] ea, quæ percipiebant, celando, iuſti putati, & proprios collatores propter hoc[n] abripere à malis iudicibus non valentes: vnde nec ipſis iudicibus increpare poterant agere caſtè, occaſione prædictę cauſæ. Nos autem ſufficientem imperio quæſtum[o] eſſe putamus, vt collatores ſola fiſcalia conferant tributa, & nihil aliud extrinſecus quæratur, quòd ſubiectis omnem commoueat vitam. 5†

Iudices iuriſdictionem habent aduerſus omnes, omni priuilegio ceſſante. Bartolus.

¶Si uerò filiorum alij quidē inter viuos ſint, alij verò defuncti quidē ſint, filios autē relinquant, defuncti portionem illius damus filijs, ſi hę redes ſint patris, alioqui ad fratres deducimus. Et ideo legem noſtram perficientes, nolumus hæc valere non ſuper dote ſolum, neq; ſuper ſponſalitia largitate, ſed etiā ſuper indotatis matrimonijs, ex conſtitutione noſtra introductis lucris. nam & illud, niſi ad ſecundas veniant nuptias parentes, ſed ſeruent,[i] erit filiorum quo dudum diximus modo.

[1]† *Si uir intra annū ad ſecūda vota trāſierit, nō procreatis filijs ex primo matrimonio, ab omni pœna liber eſt: mulier aūt ſi intra annū ad ſecūda uota trāſierit, pœnis hic inſertis punitur. Ang.*

¶Primæ ſiquidem nuptiæ, & hinc[k] lucra, & obſeruationes vſq; ad hoc[l] diſpoſitæ ſint. Si qui verò priorib. non contenti nuptijs, etiā ad ſecundas venerint, neceſſe eſt, legi hos[m] ſe ſupponere, aut ſine filijs exiſtentes ex priorib. ex ſecundis autem filios habentes, aut ēt ex diuerſo ſine filiis quidē ex ſecundis, parentes aūt ex primis, aut ſine filijs, ex ambob.[n] aut parentes ex vtroq;. Si igitur ſine filiis manſerint ex priorib. aut etiam ex ambab. nuptijs,[o] nulla perſcrutatio circa ſecundas eſt, ſed viri quidē ibunt omnino[p] omni obſeruatione liberi, mulierib.[q] aūt ſolummodò imminebit metus, vt non ante annale tempus ad ſecundum veniāt matrimonium, aut ſciant, q̄ ſi quid tale geſſerint, &[r] immaturas contraxerint nuptias, ſubibunt pęnas: aliàs[s] quidem ſi ſine filiis ex prioribus ſint matrimonijs: maiores[t] autē ſi etiam filij ſint. Si enim nō eſt ſoboles,[u] infamia mox ſequetur,[2]† &[x] erit omnino mulier propter nuptiarum feſtinationē[y] infamis, & neque percipiet aliquid horū, quæ à priore relicta ſunt ei conſortio, neque fruetur ſponſalitia largitate, neque marito[z] ſecundarum nuptiarum vltra tertiā ſuæ ſubſtantię offeret partem, ſed neque extrinſecus ſentiet largitatem, neque percipiet penitus ab vllo extraneorum, non hæreditatem, non fideicommiſſum, non legatum, non mortis cauſa donationem, ſed hæc veniant, aut maneāt apud hęredes ſcriptos defuncti, aut cohǣdes eius,[a] ſi poterat hæres[b] eſſe, vtpote ea nullam vtilitatem habente. Sed ſi ſcripti, & alij ſint[c] hæredes, ſiue etiam ab inteſtato vocentur, ad illos veniēt, quę tali mulieri derelicta ſunt: non enim fiſcus hęc vindicabit,

1 Cōcor. c. rurſus, circa fin. extra qui cle. vel vo uen. mat. cōtrahere poſſunt.

2 † Cap. 2. De ſecundis nup & ſi mulier poſt mortem mariti annū non expectauerit.

3 † Iuliana vertu, inter infames erit.

& fideic. ut ſubijcit, ut & ſupra de tri. & ſe. §. 1. coll. 3. ſed hodie iure inſtōnis oportet eis ſatisfieri, ut inf. ut cum de ap. co. § aliud. coll. 8.

a *Non obligauerit.*] aliàs ſine nō. & no. q̄ obligādo uidetur auferre, ſed contra inſti de leg. §. ſi rem ſuam. uer. ijdem reſcripſerunt. ſed ibi datum, ſiue relictū iam erat, & ab hoīe. hic non erat datum adhuc. ſed erat ſpes, & ex hac lege pēdebat hæc ſpes: quare mitius cū lege, quā cum homine agitur, ut ff de arbit. l. Celſus. Item & facilius impeditur faciendū, quàm factum, ut ff. de inof. teſt. l. Papinianus. §. ſi cōdōne.

b *Non expreſſim.*] not. plus ualere expreſſa ſpecialiter, q̄ generaliter. ſic ff ſi q̄s cau. l. ſed & ſi. §. quęſitū. & ff. de iniur. l. itē apud Labeonem. §. hoc edictū.

c *Ex noſtra lege*] .ſ. iſta præſenti. nā non dicit de illa, ſi quis prioris §. 1. & 2. C. de ſec. nup. imo pro parte hæc corrigit illam, ſ. in eo, q̄ dicebat, generaliter facta inſtitutione, fieri alienationem.

d *Prioribus.*] ut Leoni, qui de hoc tractauit, ut C de ſec. nup. l. hac edictali. §. fi. & Theodoſio, ut C. de ſec. nupt. l. generaliter. in fi.

e *Deſcendens.*] ſ. q̄ ſeruatur hoc cōmodo filiorum, nā, &c. & facit optimè inf. conſti. quæ dign. §. illud.

f *Reſpicere.*] ſ. ut iudicamus eos p pœnam. nam unius pœna, metus eſt multorum: vt C. ad le. Iul. repe. l. j. & facit ff de politi. l. bona fides. & ſup. de man. Prin. §. no p̄mittas. Acc.

g *Defuncti*] .ſ. patris alij dicunt, ſ. filij, hoc eſt nepotes ſed prima uerior eſt.

h *Hanc cauſam.*] ſ. q̄a exhonorauit parentē & facit ſup de hær. & fal. § exhęredatos. & inf de immē. do. in fi. & ff de mino. l. auxiliū, in fi.

i *Seruent.*] ſ. primas nuptias, i. non ueniant ad ſecundas.

k *Nuptiæ & hinc*] ſ. ex primis nuptijs.

l *Ad hoc.*] .i. uſque ad hunc §. Acc.

m *Legi hos.*] ſ. inſerere huic legi. Acc.

n *Ex ambobus*] ſ matrimonijs.

o *Nuptijs.*] ſ. manſerint aliq ſine filijs.

p *Omnino.*] ſ incontinenti, ut ſup. eo §. ſi verò. & ſine metu amiſſionis lucrorū, vt infra eo. §. ſi verò expectet.

q *Mulieribus.*] nubentib. ſecundo, & non habentib. filios ex primis nuptijs.

r *Et*] pro, quia, quia geſſerunt.

ſ *Alias.*] .ſ. pœnas ſubibunt.

t *Maiores.*] nam tunc non remittitur ei infamia de facili, ut in hoc §. ibi, & quæ præ alijs.

u *Soboles*] ex primis nuptijs. Acc.

x *Et.*] pro, ideſt.

y *Nuptiarum feſtinationem.*] tū tenet matrimoniū, ut inf. de reſti. & ea. §. unum.

z *Neque marito.*] ſed quæ pęna eſt hoc nō dare? Rū. magna, q̄a per hoc viliorē maritū hēt, vt ſup. eo §. ſi. n. Sed nunquid alij de ſuis reb. dare poterit? Reſpon ſic, cum nō inueniatur contrarium.

a *Cohæredes eius*] ſ. mulieris.

b *Hæres eſſe.*] ſ. niſi nupſiſſet intra tempus luctus. erat. n. inſtituta.

c *Sint*] ſcilicet, relicta uxori.

Ad decem]

a *Ad decem*] ſ. patris, & matris, & aui, & auiæ, item filij, & filiæ ex priore fortè marito, nepotis, & neptis, fratris, & ſororis, quæ continentur edicto Prætoris, ut ſubijcit, & probatur: inſti. de bon. poſ. §. tertia.

b *Ordine.*] vt primò deſcendentes, ſecundò aſcendentes, tertio collaterales: vt inf. de hær. ab inteſta. §. 1 colla. 9. Vel dic, ꝗ frater, & ſoror, cum in eodem ſunt gradu cũ auo, & auia, cum eis pariter vocãtur, ut C. de ſecund. nup. l. 1. §. his etiã ibi, quanquam & hic, &c.

c *Venient*] ſ. bona.

d *Eius*] ſ. mulieris.

e *Veniet.*] ſ. ad iſtam mulierem.

f *Ad tertium*] Not. hic mirabilem modum ſuccedendi. nã nec uſque ad decimum, nec uſque ad ſeptimum gradum, ſed duntaxat vſque ad tertium gradum fit ſucceſſio, vt infra vt nulli iudic. §. ſi. colla 9. aliàs contra, ut inſti. de ſucceſſ. cog. §. fin.

g *Exiſtentes.*] ſ. cognati. Acc.

h *Habebunt.*] q. d. non hanc mulierẽ, quæ ſic nubere feſtinauit, vt hic & C. de ſec. nup. l. 1. §. eadẽ. Accur.

i *Præ alijs*] i. ante alios.

k *Solui.*] i. diſſolui ab infamia.

l *Cuiuſcumque*] i. ſiue maſculi, ſiue fœminæ.

m *Ei.*] ſ. mulieri. Accur.

n *Non tamen.*] & ſic in hoc maiorem pęnam patitur, q̃n hẽt filios, q̃ q̃n non hẽt, ut in prin. huius §.

o *Donare portionem.*] ſcilicet, non differat.

p *Etiã veteribus.*] vt C. de ſec. nupt. l. 1. & 2. ubi dicitur, fieri remiſſionẽ infamiæ gratis, & non gratis. Item qualiter hæc donatio ad filios perueniat, & inter eos diuidatur, non dicitur, ſed hic adijcitur.

q *Habuerint*] ſ. aliqui ex iſtis filiis, quibus mulier nubens ante annum debet ſeruare dimidium omnium ſuorum bonorum.

r *Si verò omnes.*] ſcilicet filij.

ſ *Recipiat.*] ſ. hoc totum, quod donauit ante partem; reliqua vero ſubſtantia filij uenit ad matrem, unà cum aliis legitimis, ut cum fratribus, & conſanguineis ex patre tantum, ut C. ad Tertul. l. ſi quis. & l. ſi qua. ſed hodie mater talibus pręfertur, qui ſunt coniuncti ex altero parente tantum: ut infra de hær. ab inteſt. §. ſi igitur defunctus. coll. 9.

(ne aliquo modo videamur talia corripiẽtes, fiſci prouidere vtilitati) ſed illa quidẽ, quę extrinſecus ei derelicta ſunt, ad alios veniẽt, quæ uerò à priore marito ſũt ab ea ſublata, venient ad decem [a] perſonas relinquẽtis iure cognationis, quæ edicto continentur, hoc eſt aſcendentes, & deſcendentes, & ex latere vſq; ad ſecundum gradum, gradib. in ſuo ſeruandis ordine. [b] Quib. non exiſtentibus, ad ærariũ uenient. [c] Sed neque lõgius hæreditas ab inteſtato propriorũ eius [d] veniet [e] cognatorum, ſed vſq; ad tertium [f] gradum inſpiciendum vndiq; ſtabit ſolũ ſucceſſio eius, longius autẽ exiſtentes, [g] alios habebũt [h] hæredes, & quę præ aliis [i] ei pœnis infertur, dicimus aũt infamiã, ſiquidem ſine filiis ex priorib. fuerit nuptiis, ſolui [k] Imperatoris literis iubentibus. Si uerò ei filii fuerint cuiuſcunque [l] ſexus licebit quidem ei, [m] Imperatori pro infamia ſupplicare, non tamen [n] utilitatem aliquam reſcriptorũ habere. Si tamen voluerit ex imperio habere vtilitatẽ, & aliis liberari pœnis, ex priore matrimonio filiis mediam ſuæ ſubſtantiæ donare [o] portionẽ purè, & ſine oĩ conditione, & neque uſum retinere, ſed oĩs ſubſtãtiæ, quam habuerit, q̃n ad ſecundas veniebat nuptias, mediam, ſicut diximus, cedens partẽ prius procreatis filiis. Et diuident hæc filii oẽs ex æquo, & filios quidẽ habentes, ad ſuos transmittens filios. (oportet. n. aliqd etiam ueterib. [p] adiici legibus.) Si uerò nõ habuerint [q] defuncti filios, defunctorum portiones accipient omnino pro portione eorum fratres, ſi uerò oẽs [r] defuncti ſint, habeat conſolationem ſuæ infelicitatis mater, ut ea rurſus recipiat. [ſ] & hoc dicimus, ſi inteſtati moriãtur filii. nõ enim in ijs, quæ ſemel facta ſunt, prohibemus eos teſtamenta conſcribere, aut ad ſuperſtites, quo uolunt hoc modo diſponere.

¶ Igitur immunẽtes pęnę añ luctus nubentib. tp̃s, tales quodãmodo ſunt, & tres [t] pro his conſtitutiones prius ſcriptas, vna quadã hac interpoſitione [u] hęc nobis lex cõpetẽte ꝑtulit adiectione.

[1]† *Tranſiens ad ſecunda vota poſt tẽpora luctus nullas pœnas patitur, ſi ex primo matrimonio ſoboles nulla ſupereſt, ea verò exiſtẽte, priuatur dominio omnis largitionis, quã conſecutus fuerit à coniuge, & ipſam tenetur filijs primi matrimonij reſeruare, ſolo vſufructu pęnes nubẽtem remanẽte in diẽ vitæ ſuæ dũtaxat. Aug.*

¶ Si verò expectet [x] quidẽ tp̃s mulier, & ꝑpeã effugiat prędictas [y] pęnas, ad ſm verò ueniat matrimoniũ, priores negligens nuptias, ſiquidem non hẽat filios (dicat [z] ẽt denuo) ſine periculo eſt totum ex hoc. [a] ¶ Si verò ſit ſoboles, & filios ex hoc exhonoratos uiderit, tũc oĩ largitate a uiro, [b] ad eam uenientem, eam ſm proprietatis priuat partem, ſolum ei derelinquens uſumfructum. Et hæc ſancita ſunt ẽt ſuper antenuptiali donatione, & ſuper oĩ largitate, [c] ſiue cũ uiueret, à uiro [d] ad eã ueniente, aut ẽt ex teſtõ, aut mortis cauſa donatione, ſiue inſtõnis ſit pars, ſiue legatum, ſiue fideicõmiſſum. Et gñaliter dicendum eſt, ꝙ oĩs eam deſerit proprietatis modus, in ijs, q̃ a priori uiro in eã uenerunt, & filij ea percipient, & proprietatis erunt dñi ſm tẽpus mox, quo mr coniuncta eſt [e]

t *Et tres pro his*] quę ſunt in C. ex quib. cau. infa. irro. l. decreto. & C. de ſecun. nup. l. 1. & C. ad Tertul. l. ſi qua mulier. eſt & quarta, quæ dicit de hac materia. C. de ſec. nup. l. 2.

u *Interpoſitione*] quę eſt in toto §. iſto, prima ſiquidem, &c. vſque huc. & no. ꝙ eaſdem pęnas, quas patitur hæc mulier nubens intra tempus luctus, patitur & illa, quæ deſerta liberorũ tutela, contra ſacramentum, & ante eius rationem redditam tranſient ad aliud matrimonium, ut infra eodẽ, §. ſi autem tutelam. & C. ad Tert. l. omnem. Item & illa, q̃ parit intra tempus luctus, vt in vndecimo menſe, ut inf. de reſt. & ea, quæ pa. §. ſi. coll. 4. Item & ea, quæ intra idem tempus, ſcilicet annum patitur ſtuprũ, quia plus habet luxuria, quam caſtitas, vt infra eadem conſtitutione. de reſt. & ea quæ par. § fin. quandoque autẽ, & poſtponitur nimia feſtinatio. ſ. quando per culpam mulieris factum eſt diuortiũ: quod dic, vt ſup. eo. §. ſi vero altera.

x *Expectet.*] id eſt, differat nubere, vſque ad annum. Acc.

y *Prædictas.*] vt ĩ §. 1. vſque huc Accurſ.

z *Dicatur etiam denuo.*] nam iam dictũ eſt ſemel, vt ſup. proxi. §. ſi igitur.

a *Ex hoc.*] ideſt, ex ſecundis nup. Accur.

b *A viro*] ſcilicet, primo.

c *Omni largitate.*] hic ſuppletur, quod ſemiplene dicitur ſ. de non eligendo. §. hic autem. collat. 1. nam ibi de dote, & donatione tantum, non autem aliis lucris, vt hic dicit, & ſtat in latius expedit. Accurſius.

d *A viro.*] ſcilicet, primo.

e *Coniuncta eſt alij.*] ſcilicet, viro ſecundo, &

1† Cõ. 1. *Si mulier ad ſecũdas nuptias poſt annum tranſierit, & in lucro lerit, & ante ... donatur ...*

alij viro: & hæc communis mulieris, & viri [a] mulcta ſit poſita. nam & ille filios habens, ſecundam eis ſuperinduxerit vxorem, non ex dote fruetur lucris ſecundum proprietatis rationem: nam largitatem aliam à muliere percipiens, hanc habebit firmam, præterquam, quòd licet vti, & frui [b] quo ad vixerit ſolum, & ij quoque filij, licet ſub poteſtate conſtituti ſint, ſed tamen domini ſecundum proprietatem talium erunt venientium mox in eos ſimul cum ſecundę vxoris coniunctione. Et non diſcernimus de dote, & ante nuptias donatione, vtrum ipſi [c] hanc dederint pro ſe contrahentes, an aliqui alij pro eis hoc egeriat, ſiue ex genere, [d] ſiue etiam extrinſecus, licet [e] videatur quodammodo comprehenſa, & ante nuptialis donatio in dote.

Lucra à coniuge primo venientia mulier vel vir ad ſecunda vota tranſiens non alienat, nec obligat: qđ ſi fecerit, filijs datur ea vindicandi poteſtas, & eorum ſucceſſori, niſi excluſi ſint præſcriptione triginta ann. quæ eis non currit, ſi ſint alienæ poteſtatis, & minores ætate pupillari. Angelus.

¶ Sed quod ſancitum eſt ſuper lucris, hinc [f] venientib. ad nubentes, etiam ſic ratū ſit, [g] & ita certa talium [h] lex [i] eis erit cauens, vt neq; alienationem vllam permittat parentibus in talib. neq; hypothecam, ſed vel ſi quid egerint parentes, mox eorum [k] obligat [l] eis [m] ſubſtātiam, non vt prohibeat, [n] eos [o] aliquid [p] agere in ijs, quæ voluerint. erubeſcit enim lex caſtigatores filios genitorib. ſtatuere. Illos quidem erubeſcit, [q] [r] † intermi natur autem accipientib. tā quam nihil eis, quod accipiunt, proſit, & ſciant ex hac noſtra lege, quia, vel ſi quam à talibus parentibus comparationem fecerint, vel ſi acceperint donationē, vel ſi quid omnium egerint, tale erit, quale nec geſtum, nec ſcriptum, [r] quod factū eſt. Vendicabunt enim ea omnino filij, hæredesq; eorum, & ſucceſſores ab hæredibus illorum, & ſucceſſoribus, non aliter excludendi, niſi trigennale tranſeat tempus, & detentatio dominos accipientes conſtituat, [ſ] incipiente filijs tempore currere, ex quo ſuæ poteſtatis apparuerint [t] exiſtentes, [u] aut maiores facti, [x] niſi tamen aliqua [y] impubes ætas illos adiuuet adhuc.

Lucra prædicta inter filios primi matrimonij ęqualiter debentur, & inter filios filiorum pro hæreditarijs portionibus, ita tamen, vt non plus capiant, quàm caperet pater eorum, ſi viueret. Angelus.

¶ Veniēt autem talia lucra [z] ad filios omnes ex prioribus [a] offenſos nuptijs. Non enim permittimus parentib.

do, & hoc idem videtur, per l. C. vt C. de ſecundis nupt. l. fœminæ in principio. & §. 1. quod de plano confiteor, & eius ſententia hic recitatur: ſed Petrus dixit, quod per prædictam legem, proprietatem habet plenam; vnde & de ea teſtari poteſt, vt infra eodem, § penultimo. Sed certè hæc non eſt bona ratio: nam & de alienis quis quãque teſtatur, vt pater de bonis filij, vt inſtitu. de pupillari ſubſtitutione, §. non ſolum. in principio. Itē monachus de reb. monaſterij quã ipſe eas contulit, vt infra de ſanctiſſimis Epiſcopis, §. ſi qua mulier collat. nona. hodie autem planū eſt, quia tantū vſumfructū habet, vt hic, & ſupra de non eligen. §. hoc autē. collat. prima. & pro his rebus cauebit mater filijs. quod dic, vt ſ. de non eligendo. §. alio. eadem collatione, ſed pater fortè non, quia inter patrem, & filium non poteſt eſſe cautio, vt ff. ad Trebel. l. Imperator.

a *Et viri.*] ſ. tranſeūtis ad ſecunda vota. & facit C. de ſecundis nuptijs. l. generaliter. in prin.

b *Frui.*] ſcilicet, his largitatibus. Accurſius.

c *Ipſi.*] ſ. viri, vel mulieres. Accur.

d *Ex genere.*] ſcilicet, qui dederunt, vel fuerunt.

e *Licet.*] quaſi dicat, ſimilitudine facta a hoc, quod dixit in dote, poterat intelligi, & in donatione, ſed maluit expreſsè dicere, ne videatur neglexiſſe, vt ff. de in iur. l. item apud. §. hoc edictum.

f *Hinc.*] i. ex matrimonio.

g *Ratum ſit.*] vt ad ſecunda vota tranſiēs, amittat lucrum, vt in prin huius §.

h *Talium.*] ſ. rerum lucratarum. Accur.

i *Lex.*] ſcilicet, iſta.

k *Eorum.*] ſcilicet parentum R.

l *Obligat.*] hoc per tacitam hypothecā, & facit C. de bonis, quæ liberis, l. cum oportet. §. fina. & C. de bon. mat. l. 1.

m *Eis.*] ſ. filiis.

n *Prohibeat.*] ſ. filius, & ſic mutat numerum, cum vſque huc in plurali, nunc in ſingulari loquatur.

o *Eos*] parentes.

p *Aliquid*] quod pertineat ad cauſam vſufru. ſecundum quoſdam, imo etiam nec quo ad proprietatem pertinet, vt ſtatim ſubijcit, & in nouel. eo tit.

q *Erubeſcit*] facit ad hoc C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. non autem l. ſi §. filij autem. & ff. de ar. l. qualem; §. fi. & C. de obſer. l. 3 in fi & ff de acc. l. hi tamen. §. 1. & C. de ſec. nup. l. ſi quis. § fi. Ar. contra. ff de cond. cau. dat. l. 4. §. ſi quis quaſi, & ff de tuto. & cura. dat. l. is qui, & ff. de curat. fur. l. 1. in fi. Accur.

r *Nec ſcriptum.*] niſi filius conſenſit maior 25. an. vt ff de pigno. l. fideiuſſor, §. pater, vel etiam minor, ſi iurauit de pace tenenda, vt infra, de pa. te. end § fina. coll 10.

ſ *Conſtituat*] i. effectū dominij eis tribuat, nam dominus nemo à ſit per præſcriptionē, ſed per vſucapionem tm̃ Bul vt C. de pact l. trad tionibus Sed M contra; nam vſucapione, & præſcriptione dominiū, quęri dicebat, vt hic, & ff de vſuca. l cum, qui. quod hic, vt plenè diximus inſtit de vſuca. §. 2.

t *Apparuerint.*] vel emācipatiōe, vel morte patris, vel alijs modis, non autē prius a vt hic, & C. de ann. except. l. 1. in fi. & C. de bon. quæ libe. l. quæcumque. § fi.

u *Exiſtentes.*] morte parentis.

x *Facti.*] ſ. emancipatione. Alb.

y *Aliqua impubes.*] ſed nunqd ſunt plures ętates impuberis. Reſpon ſunt, vt quia to anno. & ſexto, & ſic de ſingulis temporibus, contra quam ætatem non currit p̄ſcriptio aliqua: imò & ſi contra prædeceſſorem fuerit inchoata, tñ iterim debet retardari, vt hic, & C. de præſcrip. 30. vel 40 an. l ſicut, ſed contra adultum tria genera ſunt præſcriptionis, aut 30 an. vel maior. & iſtæ currūt, ſed reſtituitur: aut aliæ inferiores, & iſtæ ipſo iure non currūt, vt C. in quibus cauſis in integ. reſtitu non eſt neceſ. l. fi. & hoc extra iudicium; in iudicio autem currūt, ſed reſtituūt, vt trienium ad inſtantiam eandem, vt C. de iud. l. properandum, in fi. Item anni ad inſtantiam eandem, vt ſupra de hæred. & fal. §. pupillus, collat. 1. hæc vltima tam pupillis, quàm in adultis locū habet, vt patet ex lege ad hoc inducta. Accur.

z *Talia lucra.*] quæ perdit parens tranſiens ad ſm matrimonium ratione proprietatis, ſ. vt ſupra proximo

a *Prioribus nuptijs.*] ſed quid, ſi ad tertium matrimoniū tranſiuit? Reſpon. lucra primi matrimonij primis redduntur filijs, ſecunda lucra redduntur ſecundis; vt inf. eo. §. nec illud.

r Cōcorda ad aures, extra de præſcr.

†] *Hic locus mutilus videtur, vide & aquæ editionem. Scriptor & Haloand.*

non rectè introductā [a] electionem [b] in eos, neq; alijs quidem filiorum dare, aliú verò exhonorare: omnes enim ſecundis ſimiliter [c] exhonorati ſunt nuptijs. Sed quemadmodum omnium filiorum ſimiliter hr̄des exiſtunt parẽtes, & non alij quidē ſuccedunt, alij verò nō, cur non ſimiliter & ipſi [d] oībus ex æquo quātū ad hoc conferant, [e] ſed alios quidē eligāt, alios verò deſpiciāt? Ideoque ſecundum portionem vnuſquiſque hoc lucretur, & ſi hēat filios, ad eos [f] hæc tranſmittat, illi verò [g] hæc inter alterutros partiātur, [h] ipſi [i] quidem ſecundum menſuram, [k] quāti conſiſtant, non tamen [l] patris tranſcendentes portionem.

1 † *Si filij primi matrimonij patri ſuperuixerint, omnis alienatio facta de lucris per patrem, ex toto infirmatur. Angel.*

¶ Quoniam infirmas declarauimus [m] alienationes à parentib. ſuper talibus [n] factas, ſubtiliorem imponere conuenit cauſæ ordinem. Si enim omnes ſuperſint filij ex priorib. nati nuptijs, & præmoriatur eis parens, infirma omnino manebit alienatio, ſecundum quòd prius à nobis dictum eſt. [o] Si verò moriantur omnes, & rurſus ad orbitatem cauſa veniat; tunc ex affectu ratum erit, [p] quod alienatum eſt. Quis enim hoc etiam infringat filijs, quibus, videlicet, ſolis hoc ſeruauimus non exiſtētibus? Sed hic quidam nobis pridem ingreſſus eſt ſenſus * ſubtilis, & ſolicitus, & medium vtrorumq; [q] caſuum pertractans. Quia enim omnibus quidem exiſtētibus [r] filijs, & præmoriēte genitore, nulla relinquebat pars eis [ſ] ex lucratis rebus, omnib. autem morientibus, totum in eos [t] reuertebatur cogitauimus medium quendam cauſæ ordinem inuenire. vnde, ſi pluribus exiſtentibus filijs, moriatur vnus, ſiquidem habeat filios, ad illos ferri hæreditatem, hoc quod ſæpe diximus: [u] Si verò non habeat filios, [x] non oīno ad fratres totum venire, ſed quantum ex pacto nō exiſtentium filiorum acquirebatur generanti, hoc eum lucrari, reliquum verò cōcedere in filij venire ſucceſſores, ſiue fratres ſint, ſiue extranei fortè (ꝙ maximè [y] in matre contingit) ſiue diſponant [z] ſuas ſubſtantias, ſiue etiam inteſtati moriantur: [a]

a *Introductam.*] ſ. dè iure antiquo ante hæc iura, vt C. de ſec. nupt. generaliter. §. diuidendi. & l. in quib. in fi. quæ lex hic corrigitur. Vel dic, non rectè introductam, i. non rectè introducendam, & ſic tempus ponitur pro tēpore, vt ff. de leg. 3. l. etiam, & C. de leg. & conſt. l. 2.

b *Electionem.*] ſ. vt vnum eligant, cui hæc cōſequuntur lucra, hoc enim fieri non pōt, vt hic, & ſup. de non eligē. §. pēproximus.

c *Similiter.*] i. inæqualiter filijs ꝑmorientibus. & ſic not. quod filiusfamilias habet hr̄dem, vt hoc §. & infra de hær. quæ ab inteſta. § 1. coll. 9. olim vero iure peculij pater omnia occupabat, vt ff. de caſtrē. pec. l. 2. Vel dic, hoc referri ad alium caſum, ſ. quando filij erant emancipati, vt ita hæc lex hoc nouū non inducat, vt filij hæredem habeāt, ſed illa infra de hære. quæ ab inteſta §. 1. & facit ad hoc inſtitu. de legit. pat. tutel. & ff. de regul. iur. l. ſecundum naturam, & C. de caduc. tollen. §. pro ſecundo.

d *Ipſi.*] parentes.

e *Conferant.*] alijs ſuis.

f *Ad eos.*] ſcilicet filios lucrantes.

g *Illi verò*] ſ. filij lucrantes, ijdemq; trāſmittentes.

h *Partiantur.*] inter filios ſuos. Sed nonne ſuo arbitrio, vt vnus horum filiorum, qui vt nepotes, ſunt admittendi, poſſit habere pluſquā alter? Reſpon. ſic, vt C. de ſec. nup. l. in quibus, in fi. Sed contra videtur, quod eſt in hoc eo. §. quod ſup. proxi. nam ius eligendi ſublatum eſt. Sed reſpō. non poteſt eligere, ſcilicet, qui perdit per ſm matrimonium. Sed iſti filij, qui lucrantur, quare non pūt vnum filiorum, pluſquam alios honorare? certè pūt, vt infra eo. §. illud quoque, in fi. §. Alij oſtendunt, quod nec pārens, nec lucrans poteſt eligere, argu. huius §. qui dicit, ceſſare ius eligendi, quod falſum videtur, cum non inueniat correctum in eo caſu, vt arg. C. de app. l. præcipimus, in fi.

i *Ipſi.*] ſ. nepotes.

k *Secundum menſuram.*] i. pro hæreditaria portione, ſecūdum quam ſuo patri ſucceſſerant. & poteſt ita eſſe, quod vnus haberet plus, quàm alter, ſi in maiori parte fuit in alijs inſtitutus, & ita non corrigitur, C. de ſec. nupt. l. in quibus, in fi. vt modo diximus.

l *Non tamen*] facit inſtitu de hære. quæ ab inteſt. §. cum filius.

m *Declarauimus*] vt ſupra eod. §. ſi verò ſit ſoboles, ibi, Interminatur autem, &c. & de non eligendo. § hoc quoque, in fi.

n *Talibus.*] ſ. lucris, & ſcias, ꝙ hic § in dote, & in donatione nuptiali loqui videtur ſecundum Ioan. & eſt ratio, quia ſupra de non elig. §. hoc autem de his duobus tantum loquitur, & ſuper eo, & ad eius interpretationē hoc ſit; ergo locum habet in eo, in quo & ille ſupra de filijs ante do. inſtrumen. nat. in fi.

o *Dictum eſt.*] vt ſup. eo. §. ſi verò ſit ſoboles, & ſupra de non elig. §. hoc quoque.

p *Ratum erit.*] i. in totum, vt ſequitur.

q *Vtrorumq;*] tres. n. ſunt caſus, & qñ oēs moriuntur, & quādo nullus. item tertius, qui medius dr̄; quādo alij moriunt̄, alij viuunt, vt ſubijcit.

r *Exiſtentibus.*] q. d. nullus. Accur.

ſ *Eis ex lucratis.*] ſ. ſ. hentib. videlicet, patri emptori. Accur.

t *In eos.*] ſ. contrahētes.

u *Diximus.*] vt ſ. e. §. ſoluto. in fi. & §. 1. & §. primæ, in fi. §. & ſup. §. venient in fi.

x *Habeat filios*] ſ. filius mortuus.

y *Maximè*] vt hēat talia lucra à viro, nō ſic facilè vir ab ea, cum ſit auara. Accur.

z *Diſponant.*] ſ. filij.

a *Moriantur.*] hic incipit nouus caſus, qui non erat in l. alia ſ. de non elig. § hac ſt. vnde illa in hoc caſu per iſtam ſupplet̄, & corrigitur, & eſt talis hic caſus, vt colligitur in nouellis eo. ri. & hic pacta eſt mulier de don. ꝑp nup. lucranda tota, ſi liberos habuerit, ex eo viro, & hoc dr̄ pactū in caſu liberorum exiſtentium, ſi aūt nō habuerit, debet tunc mulier lucrari tantū tertiam, & hoc dicit̄ pactum in caſu liberorum non exiſtentium, poſtea habuit tres, vnde lucrifecit totam, & ſua eſt, interim hæc nupſit ſecundo marito, quare amiſit totam rōne proprietatis, vt ſup. eo. §. ſi verò ſit ſoboles, poſtea verò morit̄ vnus de tribus, certè licet perdiderit, quo ad ꝓprietatem lucrum, qḋ habuit ex pacto filiorū exiſtentiū, tñ hoc habet ex alio pacto, ſ. filiorū non exiſtentiū, vt hēat tertiā tertiæ: nam ſi oēs moriant̄ haberet integrā tertiā: nunc aūt cū vnus de trib. morit̄, tertiā tertiæ debet habere. Itē dico, & ſi duo moriant̄, quia tūc duas tertias tertiæ hr̄et ita hæc duo ſūt paria, nullum natū eſſe, vel eſſe, ſed mortuos eſſe oēs, vel ēt pro parte, quo ad partē, in alijs aūt partib. quas nō recuperat, habet vſumfructū tñ, vt ſup. e. §. ſi verò ſit ſoboles in alijs aūt bonis defuncti filij habet virilē, vt ꝟ. eo §. hinc, ibi, ſi autem mater, &c. & pro hac parte, quæ ad eam redit occaſione ſecundi pacti, valet alienatio, quā fecit, vt ſequit̄. idē econtra per omnia ponas in dote lucrata à marito, quia quod iuris eſt in dona. hoc & in dote debet eſſe, vt inf. eo. § nec illud ibi, ex rerum vero, &c. & infra de æqua dotis. §. 1. coll. 7. & ſup. eo. § ſi vero ſit ſoboles ibi, & hic cōis, &c. Sed quid ſi pactū non apponitur? dic, vt ꝟ. de non eli. ſec. nup. § cum igitur diximus, ibi, & hāc habes firmè. Sed vr̄, ꝙ hoc pactum amodo nunq̄ ſit admittendum, ēt ſi oēs moriantur, & multo magis ſi non oēs, nam duo diuerſa pacta, & contraria fuerunt: ergo vno habente

1 † *Cap. 6. De lucris dotis & ante nupt. donationis ex pacto nō exiſtentiū liberorū. Vide ſup. no. 2. c. 4.*

* *Al intelle. huius text. vide Ioan. Nicolaū in l. generaliter. nu. 114. C. de ſec. nup.*

& hoc nos ſcripſimus [a] in noſtra lege, cogitantes illud, & inuenientes primi, & clementer ſancientes. Quapropter etiam ſi hoc alienauerit parens ante, quã ad ſecundas ueniat nuptias, deinde moriatur vnus filiorum: intantum ualet ſolummodo, quod alienatum eſt, quantum ad alienantem ex pacto non exiſtentium filiorum peruenit; aliqui ſecundum alias partes, quæcunque ad filii hæredes venẽt, omnino infirma erunt: vnde alienatione facta manet cauſa in ſuſpenſo, [b] ſequentibus committenda fortunis; & aut perfectè ab initio [c] infirmanda alienatione, aut perfectè valente, [d] aut particulatim quidem infirmanda alienatione, particulatim [e] verò conſtante.

1 † *Lucra, quæ ad filios primi matrimonij deuoluuntur propter tranſitum parentum ad ſecunda vota, lucrantur filij, ſiue parentibus hæredes exiſtant, ſiue alteri, ſiue neutri: niſi filij ſint ingrati erga vltimò morientem: & ingratitudo apertè probetur. Ang.*

¶Et ſuper ijs [f] quoque lucris, quæcunque ad ſecunda venientibus uota parentibus percipiunt, [g] non perſcrutamur, utrum hæredes exiſtant, aut præmorientis [h] parentis, aut ſecundi morientis, [i] nec ſi alij quidem hæredes exiſtãt, alij [k] verò nõ: ſed ſicut ſuperius diximus, [l] præmium eis damus hoc, ſiue hæredes fiant, ſiue etiam non: & hoc ex æquo percipiant ipſi quidem ſuperſtites; cum eis [m] autem & defuncti [n] filii genitoris accipientes partem: vbique tamen ingratitudine ſicut prędiximus impedimenta ad talle lucrum faciente huiuſmodi filio. Contra ingratos enim poſitas non tranſcendimus leges, taliter, & parentes honorantes, [o] & filios ad pietatem deducentes. Sicut enim Pelectionem [q] prohibemus, & denuò [r] omnibus ſimiliter damus talia præmia, [ſ] ſic ea, quæ de ingratitudine ſunt, non interimimus [t] Palam uerò eſt; quia ingratum intelligĩ eum oportet, qui circa ambos parentes, aut omnino circa poſterius [u] morientem factus apertè monſtratur.

2 † *Tranſiens ad ſecunda vota non poteſt relinquere coniugi pluſquam relinquat vni filiorum primi matrimonij, cui minus relinquit, ſiue ſint poſiti in poteſtate, aut emancipati, dum tamẽ filio relinquatur legitima, quæ hodie eſt tertia: & ſi vltra parens reliquerit, quod eſt vltra diuiditur inter filios primi matrimonij. Angelus.*

¶Optimè [x] verò nobis Leo diuæ memoriæ videtur cogitaſſe de oblationibus, quas in ſecunda faciunt matrimonia, qui ea contrahunt. Ait enim quia ſi ex priore matrimonio filios habeant parentes, deinde ad ſecundum, aut deinceps veniant matrimonium, non poſſunt, neque in nouercam patres, neque in uitricum matres ſecundum uitæ tempus quamlibet [y] facere largitatem; aut in morte relinquere, niſi tantum, quantum [z] vnus filius, aut filia ſolus exiſtens ex generante habeat. Si verò multi filii ſunt, & unuſquiſque æqualem habet portionem, non amplius, quam ad ſingulos venit, aut vitricus, aut nouerca percipiat. Si verò inæqualia, quæ relinquuntur, fuerint, tantum neceſſe eſt ſolum ad nouercam, aut uitricum uenire, ex quacunque largitate parentis, inquantum, qui minus habet filius, ex illius ſubſtantia percepit, aut ex nouiſſima volũtate dimiſſum, aut in vita datum, quippe [a]

habẽte effectũ, aliud non poterit ſuũ uigorẽ ſortiri, ut ff. de ver. obl. l. ſi ita quis. & ff. de ad. intẽ. l. ſi plures & ff. de ma. tẽit l. ſi ita fuerit. Itẽ & tunc, qñ non oẽs mortui ſunt, ẽt alia rõne vr non hĩe locum pactu liberorũ non exiſtentiũ, cum exiſtãtẽnã ſi aliquid eſt in plurib. faciendũ, nõ ſufficit fieri in vno. ut ff. de cõd. & dem. l. pẽ Seueriãnã & C. de cod. inſer. l. 1. & ad Treb. l. iubemus. § ſin autẽ. ergo & hic non uidẽ ſufficere vnũ mori, cum ſm verba pacti ſcd'i oporteat, ꝙ nullus remaneat. Sed ridẽo, pot dici hæc iura magis eſſe voluntaria, quę rõnabilia, quia ſic uolo, ſic iubeo. ſit ꝓ rõne voluntas, ſicuti pleraq; iura Imperatorũ ſũt.

a *Scripſimus in noſtra lege.*] ut ſup. de non eligendo, §. hoc ãt. nam iure ueteri de hoc pacto non erat mẽtio, aliàs nõ ſcripſimus, & tũc dic, de hoc caſu nouo, qñ omnes moriuntur.

b *In ſuſpenſo.*] Not. q̃dã eſſe in pendẽti, vt & aliàs inſtit. quibus mo. ius pat. po. ſol. § ſi ab hoſtibus. & ſup. de non elig. §. hoc autem. in fi.

c *Perfectè ab initio.*] i. in totũ nõ valet, ſ. qñ omnes ſuperſũt.

d *Valente.*] quando omnes moriuntur.

e *Particulatim.*] qñ ipſi filij particulariter, & non omnes moriuntur. Acc.

f *Et ſuper ijs.*] de quibus dixit ſup e. §. ſi vero expectet. Acc.

g *Percipiunt.*] ſ. filii.

h *Præmorientis.*] à quo non venerunt lucra.

i *Morientis.*] ad quẽ peruenerunt, ſed poſtea contrahendo amiſit proprietatem, q̃ peruenit ad filios vt hic dicitur.

k *Alij.*] ſ. parenti, vel dic filiorum.

l *Diximus.*] ut ſup. eo ti. § ſoluto. ibi, & dabuntur, &c.

m *Cum eis.*] ſ. ſuperſtitibus.

n *Defuncti.*] quaſi dicat filii defuncti genitoris, ut hæc dictio, filii; ſit nominatiui caſus, aliç dum ſint geniti caſus. & fac ĩ. e. § veniẽt i fi.

o *Honorantes.*] ſ. nos ad pietatem ſ. parẽtib. exhibendam.

p *Sicut enim.*] nunc breuiter rememorat q̃ dixit ſupra ab illo §. ſoluto. & poſtea non oĩa, ſed aliqua.

q *Electionem.*] vt ĩ. eod. §. venient.

r *Denuo.*] i. iterum.

ſ *Præmia.*] vt inf. e. §. veniẽt. continet.

t *Non interimimus.*] ut ſup. eo. § ſoluto. circa fi.

u *Poſterius.*] id eſt, vltimo morienti, & ideo ſufficit, ſi eſt ingratus poſterius morienti. quia ab eo lucrum percipit, licet propter delictum ſuum, ſiue pater, ſiue mater ſit & facit ad hoc. inf. ut cum de ap. cog. §. cauſas. collat. 8. & C. de ſecun. nup. l. ſi. in princip. & infra de immen. don. in ſi collatio. 7. & ſup. de hær. & fal. §. exhæredatos. coll. 1.

x *Optimè.*] vt C. de ſecund. nup. l. hac edictali uſque ad §. his illud.

y *Quamlibet.*] ſcillicet, donationem inter uiuos.

z *Niſi tantum quantum.*] huic contradicit C. de do. ante nuptias. l. ſi liberis. Sol. non tenetur dotem ſuam ſeruare filiis primi matrimonii, ut ibi, ſed tenetur tantum dare, quantum dat ſecundo uiro, vndecunq; habeat, vel inueniat, ut hic dicitur.

a *Quippe.*] hic manifeſtè colligitur ſecundum Alci. quod debitum naturale, & hoc beneficium poteſt habere, nec vnum perdit per reliquum, ſed vtrumque per ingratitudinem, ut ſubiicit. & eſt rõ, quia unũ habet iure naturæ, aliud delicto trãſeuntis ad ſecunda vota. vnde quaſi vnũ pœnale, alterum rei perſecutorium ſe non impediãt, vt & alias ff. de condi. furt. l. ſi; pro fure. §. furti. & ff. de fur. l. ſi pignore §. dum furti. Ac.

1 † C. 7. Vt donationes ad eos etiã filios tranſmittantur, qui non agnoſcunt hæreditatem patris.

2 † C. 8. De non alienanda, niſi pereunte vnius.

dudum quarta, [a] nűc autem tertia,[b] aut media,ſecundű noſtram legem,portione omnino filio relinquenda, aut danda, niſi rurſus [c] ingratitudinis rō contradicat. Hoc idem obſeruãdo,& in auo,[d] & in auia,& proauo,& proauia, & nepotib. maſculis, aut feminis, & pronepotibus ſimiliter, ſiue ſub poteſtate forſan,ſiue emancipati cōſiſtant,ex paterna,uel materna linea deſcendentes. Et hoc decernēs [e] rectè itulit,[f] quia ꝙ plus [g] eſt in eo,ꝙ relictum,aut datum eſt oino, aut nouercæ,aut vitrico, ac ſi neque ſcriptum,neq; relictum,aut datum, uel donatum,competit filiis,[h] & inter eos ſolos ex æquo diuiditur,ut oportet. Namque ex ſecundis nuptiis filios participari etiam horum,[i] ſcriptum quidem in quadā cōſtitutione eſt, non tamen ét nunc nobis placet, ſed ex priori matrimonio filiis, pp quos & obſeruatum eſt, detur ſolis,nulla machinatione, neque per ſuppoſitas [k] perſonas,neq; per aliquam aliam cauſam [l] interponi valēte. Hoc autem, ꝙ plus eſt, diuidens adiuuicem grati filii præſentibus parentib. nō ingrati filij circa hos approbati,per ingratitudinem [m] huiuſmodi obnoxii cōſtituti,qualem leges quærunt.[n] tales namque etiam hac vtilitate priuamus,ne fortè propter ſpē huius poſſeſſionis, contra parentes accedant,& proterui ſint, & naturæ iniurientur leges.[o] Palam quoque eſt,quoniam & hic [p] ſi quis horum moriatur, ad quos, quod plus eſt, deducebatur filiis exiſtentib. defuncti filij hoc accipient, ſecundum propriam quidem multitudinem,[q] ad defuncti verò partem.

An vitricus, vel nouerca habeat plus, quàm vnus ex filijs primi matrimonij, inſpicitur tempus mortis binubi. Angel.

¶Quia vero hactenus legibus indiſcretum [r] eſt,quando cōueniat,quod plus eſt,[s] inſpicere, vtrum ſecundum oblationis [t] tēpus, an ſecundum matrimonij ſolutionē, optimű [u] nobis viſum eſt eſſe,mortis binubi [x] parentis obſeruari tempus. Scribunt itaque homines,[y] & horű, quæ habēt amplius, ſcribűt autem & minus, euenientes autem fortunæ cōtrarios euentus ſæpius operantur. Vnde vt nō circa hoc erremus, tempus illud conſiderandű eſt,ſecundum quod binubus moritur,& portionem inde ſumendam, & ſecundum eā id,quod plus eſt, cōtemplātes, auferre, quod tranſcendit,[z] oportet, & filiis applicare,in omnibus talibus nō ab initio [a] donatione, aut ſcriptura [b] reſpicienda, ſed qui uocatur euentus,[c] * conſiderandus eſt.

[1] † *Si vxor ſuperſtitibus filiis primi matrimonij ad ſecunda vota connolauerit, & ex ſecundo liberos ſuſceperit, ea in ſecundo matrimonio moriente, filij primi ad lucra primo viro venientia vocantur, ſecundi ad ſecunda lucra: in aliis ſuis bonis ſuccedunt æqualiter. & idem eſt, ſi vir ad ſecunda vota connolauerit. Ang.*

a *Quarta.*]vt C.de inoffi.teſtamen.l.cum quæritur. & l. parentibus.
b *Nunc aũt tertia.*]vt ī.de trien.& ſemiſ.§.1.& 2 coll.3.
c *Niſi rurſus*]q.d.niſi ingratitudo repellat ab hoc beneficio,ꝙ habet delicta alterius, ſicut repellit à debito naturæ,ut prox.§ in fi.
d *Et in auo.*] cũ pater, vel mater non ſunt in medio,& auus,uel auia magnā nouercam, vel magnum vitricum mihi introducant.
e *Decernens*]ſ.Leo.
f *Intulit.*]i.adiecit in ea.l. hac edictali.
g *Quia quod plus eſt.*] ſ. ꝙ datur marito ſecundo, vel vxori. q̄ ſit illud, ꝙ filio primi matrimonii dat.
h *Filijs.*] ſ.primi matrimonii,licet aliud eſſet per aliam conſtitutionem, ut ſequitur.
i *Horum.*]hoc eſt dicere,quædam lex dicit, ꝙ ea, quæ auferent vitrico, uel nouercæ, quia plus habeat,quam filij primi matrimonii, debeat dari, & diſtribui inter oēs filios primi matrimonij, & ſecundi, h. d. lex quædam, ut C. de ſecun.nup. l. qui præteritæ,q̄ eſt Iuſtiniani.ſed tãmodo prędicta l. corrigitur hic, & redimus ad l.illam, hac ædictali.q̄ corrigebatur per illam,qm in hoc capitulo. & ita tm̄ filij primi matrimonij hic ablata vitrico,uel nouercæ percipient.
k *Per ſuppoſitas.*]cũ alij det, ut ad illum perueniat.
l *Aliam cauſam.*]ut ſi ſingat, ſe uēdere, cum donet. nā plus valet, ꝙ agitur,q̄,ꝙ ſimulatè cōcipitur, ut C. plus uale. qđ agi. per totum.
m *Per ingratitudinem.*]ſ talem.
n *Quærunt.*]. antiquæ leges uario mō circa hoc loquebantur, hodie aũt ſunt hæ cauſæ ſpecificatę ut].ut cum de app. cog. §.cãs.coll.8.
o *Leges.*]non.n. debet cā mali oriri, vnde iure naſcuntur, ut hic, & C. unde ui. l. meminerint. & C. de ind.ui.l 2.in fi.Accur.
p *Et hic.*]i.hoc caſu.
q *Multitudinem.*]ad hunc §.facit ſup.eo.§ venient. in fi. & §.ſuper.in fi. [illegible] hæc omnia ſunt in l.Leonis,ſed,ꝙ ſta [illegible] in proxi.§. ſequitur [illegible] non eſt in eo,ſed nouũ iudiciũ,

r *Indiſcretum.*]i.hæc quæſtio determinata non eſt.
ſ *Quod plus eſt.*]ſ.datum uitrico, uel nouercæ, quā filius ipſe habet, qui minorem portionem habuit B.
t *Oblationis.*]i.donationis.
u *Optimum.*]quia tertia uia melior eſt duabus ſuperioribus. Accur.
x *Binubi.*]i.eius, q ſuo delicto ad hoc eſt adſtrict⁹. delicto dico,q̄a ad ſm tranſiuit matrimoniũ.
y *Homines.*]ſcđo nubentes.q.d.pōt eſſe, ꝙ ſcđo nubēs plus dedit ſcđo marito noīe legati,uel fidei cō.uel donōnis cau. mortis. [illegible] certè hoc pōt reuocare uſque ad ultimű ſpũm uitæ,ut ff.de adim le. l.3.in fi.& de dona. inter uir.&vxo.l.cũ hic ſtatus,§.oratio. vñ filius non debet ꝯqueri adhuc. Itē & ſi noīe dotis dedit ſecundo marito,uel ſi noīe do. pp nup. dedit ſcđæ vxori,rehēbit eā ſol. mat.ut] de æqua.dot. §.1. coll.7.& ſic filio poterit dare, quod ſibi debetur. Accur.
z *Tranſcendit.*] ſ.de eo, ꝙ plus eſt datű uitrico,uel nouercę q̄ filio cuilibet primi matrimonii
a *Non ab initio.*]ſed certè imo [illegible] & tp̄s donationis ꝯſiderat, vt C.de donante nup. l.ſi conſtante. in fi.].].eo §.de augmētis, in fi.§.ſol. in ea diminutione, q̄ q̄s pōt facere ſua libera uoluntate, ut in legato, & fideicommiſſo ſpectatur tp̄s mortis binubi, ut hic,& h. d. ſcribűt, itaq; ho.&c. nā ſua ſola uoluntate pōt fieri reuocatio. ſed in ea donatione, in qua exigitur uoluntas non ſolű dãtis, ſed ét eius, cui datű eſt, tp̄s donationis conſidero, ut in dictis ll contrariis. nā ibi non ſolum dãs ſolus reuocare non pōt,ſed & ſi ille cōſentiat, cui datum eſt, adhuc reuocare non poteſt, quia eſt in præiudicium filiorum primi matrimonii, ut C. de ſec. nup. l. hac edictali. in princi. Quidam tamen uolunt dicere,ꝙ d.l.ſi conſtante per hanc corrigitur,quod nihil eſt,cum & ſic contradicat dicto §. infra quod de augmentis, qui eſt poſt illum.
b *Scriptura*]ut ſup.de pupil.ſub.l.2.§.fi.
c *Euentus.*] Nota, [illegible] ſiue euentum conſideratio [illegible]

Go ſi do

* *Facit gl. in c. [illegible] ſuper verb. electionis [illegible] de ele. & ſcđ [illegible] in verbo ab initio. ext. de conſtitut.*
1 † C.g. Vt primi matrimonij filij cũ alijs filijs capiãt lucra.

¶Nec illud quoque nobis relinquendum eſt, quod recte habendum Theodoſius piæ memoriæ iunior conſtituit,[b] dicens, quia ſi mulier filijs procreatis, ad ſecundas veniat nuptias, & exinde[c] ei naſcantur filij: deinde etiam ſecundus vir moriatur,[d] eius[e] quidem proprias res[f] ex ambobus matrimonijs percipient filii, inteſtata matre moriẽte, ex æqua,[g] & ſimili diuiſione, antenuptiales vero donatiões vtraque ſoboles proprij accipiet patris, & ex ſolido quidem prioris matrimonii filii illius[h] lucrabuntur donationem, ex ſolido quoque ex ſecundis nati ſeminibus,[i] ab illo[k] facta fruentur munificentia,[l] licet non ad tertiũ illa mulier matrimonium venerit.[m] Quid enim hoc[n] prioribus[o] proſit? quid autem inuideant priores filij ſecundis, ſi non & illi tertijs iniuriam paſſi ſunt nuptiis? Et abſolutè vnaquæque ſoboles proprii parentis accipiat ſpõſalitiam largitatẽ,[p] & omnino priorib. filiis propter ſecundas nuptias accipientibus,[q] & ſecundi liberi modis omnibus eam[r] habeant, quamuis, quæ ſecundas contraxit nuptias, ad tertia minimè migrauerit vota.

¶Ex rerum verò conſequentia hoc ipſum,[ſ] & in patribus ſit, ſecundas nuptias facientibus, & ſeruetur quidẽ ex priore matrimonio filiis propter ſecunda uota lucrata[t] dos: ſecundis[u] quoque licet non ad tertia pater peruenerit vota. Reliqua verò, quæcunque in talibus lucratus eſt pater, aut mater ex ſecundis nuptiis,[x] aut per legatum forſan, ſiue fideicõmiſſum, non tamen ad tertias uenerunt nuptias, hæc commiſſa eorum ſubſtantię, & a tertijs non mutilata matrimoniis, maneant apud eos imota, & ad eorum, uelut propria, ſucceſſiones perueniant, aut etiam à ſuperſtitibus, quo volunt diſponãtur modo.[1]†

Qualitercunq; matrimonium ſit diſſolutum, ad ſecunda uota tranſiens, omnia lucra, quæ a prima cõiuge conſecutus eſt, debet filiis primi matrimonij reſeruare. Angel.

¶Quia uero lucra ubique ſecundum rationis frequentiã in diſiunctiones ex morte ſãciuimus,[y] [2]† breui quodam ſermone, & illud adiicimus, quia quæcunque lucrati fuerint parentes, repudio ſoluto matrimonio, ſiue bona

Sic, ff. de negot. geſt. l. ſi quis aliena. & l. ſi pupilli. in prin. argu contra, ut ſufficit conſiderari initium, vt eod. tit. ſed an ultro & ff de origine iuris. l. 2.

a *Nobis.*] ſubaudi, à, vt nobis, ſit caſus ablatiui.

b *Conſtituit.*] vt C de ſecun. nupt. l. cum alijs.

c *Exinde.*] i. ex ſec. nuptijs,

d *Moriatur*] duos enim habuit uiros, & poſtea ipſa deceſſit.

e *Eius.*] ſ. matris.

f *Proprias res.*] no. eam habere bona triplicis generis, & propria, & in his ſit æqualis ſucceſſio. Itẽ donatiões duas ante nup. & hæ dantur filiis eius matrimonij, cuius cauſa datæ fuerunt, ut ſubijcit. Tertia ut legata, & fideicommiſſa à coniuge præmoriente, ut intra prox. im. reliqua vero, & cæt.

g *Ex æqua.*] ſ. pro numero liberorum.

h *Illius.*] ſ. matrimonij primi.

i *Seminibus.*] i. ſecũdis nuptiis R.

k *Ab illo.*] i. ſuo patre.

l *Munificentia.*] i. donatione ante nuptias, id eſt, quando pacta erant facta de lucranda donatione, præmoriente marito, & lucranda dote, præmoriente vxore. Accur.

m *Venerit*] quod faciebat dubitationẽ; nam quia primi lucrabantur, vt ſubiicit, ſuam donationem propter iniuriam, quam paſſi erant ſecundis nuptiis: ſecundi autem non ſunt iniuriam paſſi ex tertiis: ergo non debent lucrari, ſed debet remanere in arbitrio deſcendentis. Nam cauſa ceſſante, & effectus ceſſare uidetur: ſed tamen non eſt ita vt ſubijcit, & C. de ſecun nup. l. cum aliis. Acc.

n *Hoc.*] ſ. quod non tranſiuit ad tertia uota.

o *Prioribus.*] filiis. ſ. primi matrimonii.

p *Largitatem*] id eſt donationem propter nuptias, impropriè enim ponitur, ſic & impropriè ſumitur infra ut ſpon. largi. primo reſponſo. collatione nona. tamen idẽ eſt, ſi propriè ponatur: ut C. de ſecundis nuptiis. l. 3, & l. cum aliis.

q *Accipientibus.*] ſcilicet, ſponſalitiam largitatem ſui patris.

r *Eam.*] ſcilicet, munificentiam, quam eorum pater fecit.

ſ *Hoc ipſum.*] in matre dictum. Acc.

t *Lucrata dos*] ſ. filij eius. Acc.

u *Secundis.*] id eſt, filiis natis ex ſecundis nuptiis ſeruetur dos eorum matris, ſed in eo, quod hic dicit, ſeruandam ſic dotem, ut ſupra eodem modo dixit. & de donatione propter nuptias ibi, ante nuptias uero. &c. eſt contra ſupra eodem. §. ſoluto, circa princip. & in fi. vbi dicitur, cedere lucro ſuperſtitis, & ut ibi dicitur, poteſt nõ facere quod vult ſuperſtes, hic autem cogitur ſeruare. Solu. dicunt quidam, quod hic tranſiuit ſuperſtes ad ſecundũ matrimonium, ibi non quod uerum eſt. ſed hæc ſolutio eſt inſufficiens. nam non ualet ad dotem, uel donationem ſecundi matrimonij. Nã hic tranſiuit ad tertium, quare non eſt generalis ſolutio. Dic ergo ſecundum Azonẽ quod in dote, & donatione propter nuptias, ſi ue conuolet ad ſecũdum matrimonium ſiue non, hoc ſeruetur, ut filiis eius matrimonij ſeruetur, ut hic, & plenè diximus in illa notula, hęc dicta differentia, &c. ſed certè hęc ſolutio uidetur contra mentem illius, § ſoluto. Dic ergo ut puto uerius, per hanc conſtitutionem bene lucrabatur dotem, ſi tranſire volebat ad ſecundum matrimoniũ, vt hic dicitur nec obſtat, quod di hic de donatione, & de dote ſecundi matrimonii, quia hic euenit, ut nõ filii primi matrimonij tantum lucrentur & eis reſeruentur, ſcilicet lucra, ſed etiam ſecundis, ſcilicet ratione vitandæ inæqualitatis, & hoc innuit lex illa cum aliis C. de ſecundis nuptiis, & eſt argumentum ad hanc ſolutionem C de colla. l. penul. item propter inuidiam tollendam, quæ maximè oritur inter fratres, ut C. de bonis. lib. l. cum oporter. § ſin autem res. & ff. de lega. 2 l. cũ pater. §. cunctis, & ſecundum hunc intellectum, corrigitur ille §. ſoluto. in hoc titulo per authen. neque uirum quod ex do. colla. 7. & ſecundum hęc plana eſt litera illius §. hæc autem ratio inæqualitatis nõ habet locum in legatis, uel fideicommiſſis, ut in hoc §. incipitur. ibi reliqua vero, &c. quia nunc tantum lex curauit. de æqualitate legati unius, uel fideicom. quantum de una dote, uel donatione propter nuptias. Item & illa commiſſa ſunt ſubſtantia, ut ſequitur.

x *Ex ſecundis nuptijs.*] nam lucra ex primis amiſit etiam per ſecundum matrimonium, ut ſupra eodem, §. ſi uero expectet & ſic etiam lucra ex ſecundo amitteret, ſi ad tertium tranſiret matrimonium, ut ſtatim innuit.

y *Sanciuimus.*] ſcilicet, ab illo §. deinceps, huc uſque. & hoc propter rationem frequentiæ, ut dicit. nam frequentius morte, quàm aliàs ſoluitur matrimonium & ideo ei ſolutioni matrimonii omnes ſupradictos caſus coarctauimus, ab illo §. deinceps, poſtea. facit infra ut ſine prohibitione matris debito & credito. §. primo. collatio. 7. & ff de legi & ſenatuſconſul. l. nam ad ea.

1† *Cap. 10. Ut quoquo modo per diuortium ſolutũ ſit matrimoniũ, lucra oĩa primi matrimonij ſeruentur filijs illius matrimonij.*

2† *Hal. quæ vero pro ratione continuitate, ſimilitudine ubique lucra ad diſiunctiones matrimoniorũ alterius morte factas reſtrinximus.*

a *Aliter.*] vt cũ quatuor gñalib. modis mrĩmonia ſoluantur, vt ĩ. eo. §. dirrahuntur, qũocumq; eorum fiat ſolutio, locũ hñt omnia ſupradicta, quæ habuimus in §. deinceps.
b *Conſtitutio*] vt C. de repud. l. fi. in prin. & in prima par.
c *Procacitatem.*] ſ. eius cauſa matrimonium ſoluitur. R.
d *Cauſa.*] diuortij, ſ. ſiue culpa viri, ſiue vxoris.
e *Super illis.*] mulierib. indotatis diuertentibus.
f *Legibus.*] vt in C. de don. ante nup. p totũ, vſq; ad l. ſi ꝯſtãte.
g *Præcepimus.*] i. conceſſimus, vt initium accipiant ẽt conſtante matrimonio, vel C. de don. ante nup. l. ſi conſtante.
h *Conceſſimus*] vt ĩ. eo. § & ſi contrario.
i *Non præcepimus.*] i. non permiſimus, vel dic, hoc, i. huic nõ pepercimus, q n mutaremus. & ſubaudi, ideo, vt ideo, &c.
k *Conſtitutionem.*] q̃ eſt, C. de ſec. nupt. l. hac edictali. in prin.
l *Immenſam.*] i. magnam.
m *Dotem.*] ſecundo viro.
n *Largiatur.*] ſ. in ſecundo matrimonio.
o *Ferat*] i. æqualiter ſuſtineat. hęc lex Leonis, nam vult, vt cuilibet filiorum primi matrimonij tm̃ det, cui ẽt minus dat, vt d. l. hac edictali. & ĩ. eo §. optimè Acc
p *Abbreuiet.*] i. abbreuiare pmittatur, qđ nõ concedimus. Acc.
q *Donationem*] vt ſic fraudet filios, cũ tãtundem, q̃tum viro dat eis dare teneatur ad minus, vt ſup. eo. §. optimè Azo
r *Datum eſt*] i. conceſſum à ꝯſtitutione Leonis, ſed hæc diminutio conceditur, vel dic, qđ datũ eſt, ſ. in ſecũdo matrimonio., qđ cum ſit magnũ datu ſperabãt filij primi matrimonij ſe feciſſe magnũ lucrũ, cum tm̃ eis debeat q̃tũ in ſcđm matrimoniũ confertur, qđ fortè nullũ lucrũ eſit, ſi hæc diminutio ſic fieri concedatur.
s *Vitricum.*] quod nõ debet eſſe. Sed qũo lucratur, cũ diminuat? Rñ. ſit in fraudem, vt tanto detur minus filijs poſtea aũt ex abſcondito ſibi reddet: ſed nunqd hæc fraus debet pbari à filijs? Reſpon. non, quia p̃ſumitur. Item nunquid contrarium licebit probari à filijs? Reſpon. non, quia de iure eſt præſumptio, vt hic, & C. de don. ante nup. l. pen. in fi Item ad hoc reſpon. eſt ꝯtra ſup. eo. §. quia vero haſtenus. Sol. vt ibi.
t *Voluntatem*] vt per legatum, vel donationem cau. mor. vel fideicommiſſum.

gratia miſſo, ſiue etiam aliter,[a] ſiue per dotis, ſiue per ſponſalitiæ largitatis occaſionẽ, hæc ad inſtar ex morte lucrorum oĩa ſeruẽtur filijs, hoc idem [1] † cuſtodiẽdo ẽt ſuper indotatis vxoribus vbi à nobis poſita conſtitutio [b] procacitatẽ [c] punit. Et non diſcernimus, ex cuius culpa matrimoniũ repudio ſit ſolutum. Quocumque enim modo ſe habeat cauſa, [d] ſeruatur etiã ſuper illis, [e] quod lucrũ eſt ex illis nuptijs, filijs, ex quibus proceſſerunt, ſiue prima ſoluta ſint matrimonia repudio, ſiue ẽt ſecũda, licet tertiæ nõ ſecutæ ſint nuptię.[2] †

Dos, & donatio propter nuptias, etiã conſtante matrimonio, poteſt augeri, & minui de partium voluntate, niſi diminuere volens filios habeat ex primo matrimonio. Angel.

¶ De augmentis autẽ, & diminutionibus dotiũ, aut antenuptialium donationũ dictum eſt q dẽ aliquid prioribus legibus, [f] à nobis aũt perfectius perſcrutatum eſt. qui ẽt conſiſtentibus matrimonijs, propter nuptias donationes non augeri ſolũ, ſed ẽt à principio dari præcepimus: [g] & ſicut augeri permiſimus, ita quoque minui contrahentibus volentibus conceſſimus. [h]

k *Sanctionem.*] ſ. in quæſtione Gregoria. vt ſup. de non elig. §. primo Accurſius.

l *Peruenire.*] quia mater ſibi donauit, vt ſupra de non elig. §. Gregoria.

m. *Perfrui*] quaſi filio de bonis paternis hæc donatio aduenerit. vnde ſicut mulier in alijs rebus, quę peruenerunt ad filium à patre, vſumfructū habet tantum, ita & in hac donatione, vt ſupra eod. §. ſi autem inteſtatus. Sed nunquid in totum? Reſpon. non, niſi mater retinuerit ſibi vſumfructum in donando, ſed pro virili portione, vt d. §. ſi autē inteſtatus. & ſup de non eligen. §. 1. & §. hoc quoque, Accur.

n *Solam autem.*] ſcilicet & proprietatem, ſecundum pactum non exiſtentiam filiorū, vt ſupra de non elig. hoc quoque. in fi. §.

o *Senatuſconſulto.*] vt inſti. ad Tertu. §. frater.

p *Commiſcebatur.*] vt cum eis æqualiter ſuccederet, ideſt mater tantum ſola haberet, quantum omnes ſorores defuncti, vt inf. dicit, & inſti. ad Tertu. § ſoror.

q *Vocamus.*] vt C. ad Tertu. l. fi.

r *Portionem.*] hoc fallit in ea muliere, quę ante annum nupſit, quæ non ſuccedit, niſi omnibus filijs mortuis. & hoc tunc, quādo infamia eſt ei remiſſa, vt ſup. eodem, §. ſi igitur ſine filijs. Item fallit in bonis paternis: quod dic, vt ſup. eodem, §. ſi autem inteſtatus. Item fallit in tertio caſu, quando, ſcilicet mulier ſecundo nupſit, quo caſu, & in caſu non exiſtentium filiorum tantum, vocatur

ẽt mater ueniat, ſiue ꝑſiſtãt ſolũ maſculi, ſiue ſolę fœminæ, ſiue ẽt ꝑmiſta vtraq; ſoboles.

[1]† *Parẽtes ex principijs oratione debent inter filios æqualitatẽ ſeruare, licet inæqualitatem ſeruare poſſint, ſi nolũt, dũmodo filijs inlegitima portione prouideant. Bart.*

¶ Illud quoq; ſuper hoc adijcere legi iuſtum exiſtimauimus. Si.n. moriatur uir, aut mulier filios habentes, & ex prioribus & ex ſecundis nuptijs, quas poſt hanc noſtrã contraxerint legẽ: (in his.n. pręſentia [a] diſponimus, quę quidẽ ſuꝑ lucris ex nuptijs ſeruari oportet) hoc ſancimus [b] inſuꝑ, & decernimꝰ, [c] portiones, quas neceſſe eſt parẽtes legitimis, & non ingratis relinquere filiis, ipſos genitores, nõ erit iuſtum ad ſecundã oĩno declinare prolem, & qđ ex lege [d] eſt, tñmodo relinquẽtes prioribus alia oĩa ad ſecundos deducere, ſed aliqđ ex priorib. adijcere. [e] ſiquidẽ aliquẽ ex ſecundis hẽat nuptiis, aut etiã ex primis forſã, ita feſtiuũ, [f] ita dilectũ, vt velit ꝑponere eum alijs in poſſeſſione, damus licentiã hoc agendi, nõ tñ omnino priores quidẽ filios minuere, ſecundos autẽ augere, ſed neque uehementer magnificare augmentũ, nec oĩno obliuiſci priorum matrimoniorũ, neq; infirmare [g] ea, q̃ à præcedẽtib. nos, de talib. dicta ſunt, ſed prouidere quidem, & ſecundis, prouidere autẽ & primis, cogitantes qm̃ filii ambo ſunt, & ita faciẽtes [h] ſucceſſionũ in teſtamentis diuiſionem. ſi enim inteſtatis eis mortuis lex oẽs ex æquo uocat, competens eſt, eos imitantes legem, non uehemẽter magnis cos abbreuiare minutionib. erubeſcentes legẽ. ſic.n. erũt boni patres, & noſtra digni legiſlatione, & iuſti quidem erunt ſolam legẽ cuſtodientes. Si quid aũt ẽt ſupra legẽ [i] reliquerint, erũt iuſti ſimul; & humani patres. & nõ hæc dicimus inter gratos, & ingratos [k] filios (de ingratis .n. iã ſæpius dictum eſt [l]) ſed de ijs, qui magis, aut minus diliguntur, cum vtiq; multa differẽtia ſit ingratitudinis, & gratarũ actionis, & diſſimilis honoris. Hanc itaq; partẽ [m] de ęquitate filiorum ex priore, & ſcđo mr̃imonio venientiũ, adhortantes potiꝰ, quã ſanciẽtes dicimus, alioqui [n] ſemel augẽtes [o] ab inteſtato partem omnino filiis relinquendã, & vſq; ad quatuor qđẽ filios, quatuor vncias oĩno definientes: ſi autẽ ultra quatuor ſint, vſq; ad mediã ſubſtantię partẽ, idoneũ iã dedimus filiis ſolatiũ, non ex parua mẽſura antiquam eorũ anguſtiã reſoluentes. [p]

¶ [2]| Sit igitur præſens lex futuro tꝑi ſanciẽs, ſicut ſępius dicẽtes pręuenimus, [q] & nihil priorũ tangens, [r] ſed condenſa vndiq;, & cõplexa ſub vna cõtinuatione, & omnia pene de ſecũdis pronunciãs nuptijs, & priora quidẽ priorib. in ſua uirtute ſeruans: q̃ verò ab ea diſpoſita ſunt, futuris ſecundis explanans nuptiis, & nouam quandam undique, ac ſubtiliſſimam introducens dentib. vtilitatẽ omnibus, quæ ſuper talib. poſitæ ſunt conſtitutionib. in futuris poſt hanc noſtrã lẽgẽ nuptiis, & quæ ex his euenerint, vacantib. [s] hac videlicet vna conſtitutione futuro tempori, ſecundũ quod a nobis definitum eſt, in ijs, qui continentur in ea caſibus pro cunctis [t] ſufficiente.

¶ Hęc igitur tua celſitudo, omnib. gentib. quæ ſub tuo ſunt cingulo, ſolenni mõ manifeſta fieri pręcipiat, ut oẽs agnoſcẽtes, quia maiorẽ laborẽ ſuſtinentes, q̃ oportet, imperialib. incurrere cogitationib. tñ nihil [u] prius ꝑ nr̃a fecimꝰ ſalute, niſi vndiq; congregare, quod iuſtum eſt, & omnes videntes in unum collectam de hac legiſlatione partem, ſciant, quia & priorem [x] ijs, quæ iam poſita ſunt, ſeruabimus legẽ, & futuro tempori competentẽ poſuimus congruentiam.

Da. 15. Kal. Aug. [3]† Conſtan. Beliſ. C.V. Cos. [3]† *Aprili.*

TITVLVS II.

De appellationibus, [y] & intra quæ tempora debeat [z] appellari.

NOVELLA XXIII.

Intra decẽ dies à recitatione ſententiæ computandos, poteſt hodie appellari, & a cuiuſcunque ſententia appellatur. Ang.

---

[1]† *Ca 26. & ult. vt parẽtes ſtudeãt æqualitatem inter liberos primi, & ſecũdi matrimonij ſeruarem.*

catur mater in lucris prædictis. ꝑpter ſm matrimonium, ut ſupra eodem, §. quoniam infirmas.

a *Præſentia.*] neutraliter.

b *Sancimus*] ſ. vt lucra primi matrimonij ſint perdita rõne proprietatis, vt ſup. eo. §. ſi uero ſit ſoboles at lucra ſecundi matrimonij perduntur per tertium matrimoniũ, vt ſup. eod. §. nec illud.

c *Decernimus.*] fortè mentionem facit de illa conſtitutione ſupra de trien. & ſemi. §. 1 colla. 1. Vel dic, ꝙ dicit de eo, quod habuimus ſupra eo. § optimè.

d *Ex lege*] ſ. debitũ.

e *Adijcere.*] etiam vltra id, quod neceſſario dimittitur, ſed hęc eſt ſuaſio, & cõfortatio, nõ coactio, vt inf dicitur hoc §.

f *Feſtiuum*] quia feſtum patri videtur, quando eum uidet. Accurſius.

g *Neque infirmare.*] vt etiam quartam filiis primi matrimonii non dimittat, qđ etiã contra antiquas leges eſſet, vt C. de inoff. teſt. l. cũ quæritur. & l parentib. & hic ſubiicit. Acc.

h *Facientes.*] vt ſtatim dicit.

i *Supra legem.*] i. ſup. id, quod lex compellit dimittere, i. vltra trientẽ, vel vltra ſemiſſem, vt ſequitur.

K *Et ingratos*] in parua portione, aliàs grauatos.

l *Dictum eſt.*] in hac conſtitutione, vt ſupra eo. § ſoluto. circa fin. & §. ſi autem inteſtatos, in fi. & in aliis conſtitutionib. vt ſup. de hær. & fal. §. exhęredatos. & ſupra de non elig. §. cũ igitur. col. 1.

m *Hanc itaque partem.*] ſ hunc §. quieſt pars huius conſtitutionis.

n *Alioqui.*] i. aliàs, quãdo volumus ſanciendo dicere.

o *Augentes.*] ſ. nos.

p *Reſoluentes*] & habemus hoc ſupra de trien. & ſemiſ. §. 1. & 2 coll 3.

q *Præuenimus.*] vt ſup. eo §. duo. in fi. §. & ſuꝑ § hinc nos.

& ſ aliis multis. & §. vbi dr̃ caſus huiuſcõſtitutionis ad futura trahi. & eſt hoc gñale, niſi contra l ex, ꝓſ ſe dicatur, vt C. de leg. & con. l leges.

r *Tangens*] nã quæ facta inuenit ante ꝓ ſe. non mutat, vt ſupra eo. § 1. in fi.

ſ *Vacantibus*] i ceſſantibus. Accur.

t *Pro cunctis*] aliàs, percunctatis, i. dubitatis. aliàs, pro cunctis, ſ. dubitationib. quæ in ea continentur, vt ſubiicit.

u *Tamen nihil.*] ſ. nobis exiſtentib. ſaluis nihil præponimus huic rei, hoc qđ iuſtum eſt congregare. Vel ita, nihil præponimꝰ, niſi hoc, & nihil aliud ꝑponimꝰ.

x *Priorem.*] legẽ tractantem de nuptiis.

y DE APPELLAtionibus, &c.

No in hoc uolumine quattuor modis de appellationib. tractari, vt in hoc ti. & inf. de iji, qui ingred. ad appel. n prin. col. 5. & in f. ut cum de ap. cog. §. 1. & infra de app. collat. 8.

z *Debeat.*] aliàr dẽant & tũc dic. ſ cõdẽnari.

Ante-

[2] † *Epilogus. vt lex ad futura, non ad præterita pertineat.*

Imp. Iuſtinia. A. Triboniano glorioſiſs. Quæſtori iterum Exconſuli.

PROOEMIVM.

ANteriorũ * legum acerbitati plurima remedia imponẽtes, & maximè hæc [a] circa appellationes facientes,[b] in pręſenti ad huiuſmodi beneficium peruenire, duximus eſſe neceſſarium. Antiquitati [c] etenim cautũ erat, ut ſi quis per ſe litẽ exercuerit, & fuerit condẽnatus, intra duos dies tantũmodo licentiã appellationis haberet. ſi aũt ꝑ procuratorem [d] cauſa vẽtilata ſit, in triduũ [e] proximum eam extendi. Ex rerum autem experiẽtia inuenimus, hoc ſatis eſſe damnoſum: plures .n. homines ignaros legũ ſubtilitates, & putantes in triduũ eſſe prouocationes porrigendas, in promptum periculũ incidiſſe,[f] & biduo [g] trãſacto, cauſas perdidiſſe. unde neceſſarium [h] duximus, huiuſmodi rei competenter mederi. Et ſancimꝰ omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, ſeu ꝑ defenſores, vel curatores, vel tutores vẽtilentur, poſſe intra decem dierum [i] ſpatiũ à recitatione [k] ſentẽtię numerandorũ iudicib. ab ijs, quorum intereſt, offerri, ſiue magni,[l] ſiue minores ſint: (excepta [m] videlicet ſublimiſſima prætoriana pręfectura) vt liceat homini intra id ſpatium pleniſſimè [n] deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum, ne timore [o] inſtantiæ opus appellatorium frequentetur, ſed ſit omnib. inſpectionis [p] copia, quæ indiſcuſſos [q] hominum calores poteſt refrænare.

[1]† *Cauſa debet in principis conſiſtorio agitari, & ſi ob principis impedimentum proceres cauſam audire non poterunt, tunc intacta ſeruatur. Ang.*

¶ Ad hęc ſancimus,[r] ſi quando lis [ſ] ſperatur in noſtrum

a *ANteriorum. Hæc.*] ſ. remedia. Accurſius.

b *Facientes.*] ſ. nos, ut C. de app. l. præcipimus & aliàs leges, uſque ad fi. ti. & ff. qñ ap. ſit l. 1. §. biduum. Nam ſecundum iſta uetera iura, ſi aliquis ageret ſuam propriã cauſã, & uictus fuiſſet, duo dies ſibi impartiebantur, ſi uellet appellare, & iſti duo dies a tempore ſcientiæ, ſiue ſententiæ recitatę ſibi currebant, ut ibidem dicitur: ſi uerò ageret procuratorio noīe, triduum habebat, & talem acerbitatẽ lex C. de ap. l. eos. reſpexit, quam in præſenti conſtituit. Iuſtin. emendat.

* *Hæc authen. eſt ca nonizata. a q o c anteriorum.*

c *Antiquitati.*] ideſt, antiquis legibus, ut C. de ap. l. eos. §. ſin autem eſt iudicium. & ff. quãdo app. ſit, l. 1. §. biduum. & §. dies. & l. pe. 1. reſp. & de his dicitur in prin. ti. huius, quòd erant acerbæ.

d *Procuratorem.*] uel tutorem, uel defenſorem quẽlibet, ut ff. quando app. ſit l. 1. §. tutores. & omnino quando cauſa eſt ad alienum lucrũ, & damnum, ut in d. l. 1. §. in propria. & l. pe in prin. & § 1.

e *In triduum.*] i. poſt triduum.

f *Incidiſſe*] .ſ. inuenimus.

g *Et biduo.*] nam cõdemnati erant ſuo nomine.

h *Neceſſarium*] hæc non uidetur bona ratio, cũ leges nemini ſit licitũ ignorare, ut ff. de iu. & fa. igno. l. regula. & C de iu. & fac ign. l. conſtitutiones, imo ẽt quilibet ſcire tenetur, ut C. de leg. & con. l. leges. Sed certè nec nocere patitur iuris ignorantia, vt ff. de iu. & fac. ign. l. iuris ignorãtia Nec ob d. l. regula, quia dicit, nocet, i. prodeſt. & ideo eſt bona iſta rõ. eſt & alia, quia poterit plenius deliberare, ut inf. ꝓxi. §. in fi.

i *Intra 10 dierum.*] ſed quandoque duo menſes dantur, vt C. de temp. ap. l. 1. quæ huic eſt contra Sol. ibi ſpeciale eſt, hic autem ius commune erit Vel quod dicit, appellationem interponendam intra duos menſes, i. interpoſitã vſque ad duos menſes finiri. & ita erit ibi ſpecialitas in alio, quia communiter intra annum, vel biennium durat, vt infra de ijs, qui ingr. ad app. §. primo, collat 5. ſed ibi intra duos menſes, & probatur hæc ſolutio ff. quando ap. ſit. l. prima, § quod in ſententijs & § alia cauſa eſt. Item eſt contra inſti. de excu. tut. §. qui autem. Sed ibi de excu. non de app. loquitur. Nam non poteſt appellari, vt ibidẽ dicitur, niſi demum ſententia lata ſuper reprobanda excuſatione, vel probanda, vt ff. de appel. l. cum in vna. §. tutor. & ff. quando app. ſit l. 1. §. ſi quis tutor.

k *A recitatione*] facit, ff. quando ap. l. 1. §. biduũ, in prin. Sed contra in ea. l. 1. §. fi. Sed dicas, quod à tempore ſententiæ currunt iſti decem dies, & ſcientiæ, ſicut in illo biduo erat, ut in d. l. j. §. fi. & C. quomodo, & quãdo iudex. l. ab eo. Itẽ eſt neceſſe ad hoc, ut currant, ut poſſit appellari iudice comparente in publico. ff. quando app. ſit l. 1. §. dies. & ita erit mirabile, quòd hoc tempus ad aliquid eſt vtile, vel in principio, vel in medio, uel in fine, ſicut & aliàs, vt ff. de adul. l. quinquennium, & C. de temp. in integ. reſti. l. a. & l. fi. in fi. & ff. quis ordo in bo. poſ. l. a. j. reſpon. aliàs autem continuum tantum eſt, vt circa vſucapionem, vt ff. de vſuca. l. nunquam. §. 1. Item aliàs tãtum vtile, vbi tria neceſſaria ſunt, vt ff. de diuer. & temp. præ. l. 1. & ſic ſunt tria genera temporum, vt dictum eſt.

l *Siue magni.*] nam generaliter ab omni iudice appellatur, ſiue ordinarius, ſiue delegatꝰ ſit, excepto præfecto prætorio, vt ſubiicit, & C. de ap. l. à proconſulib. in prin. & § 1. & inf. de iu. §. nr̃as. coll. 6. Sed contra in eo, quod dicit, non poſſe appellari à pręfecto, vt ff. de mi. l. ꝑfecti. Sol. aliud in integ. reſt. quæ veniam continet proprij erroris: aliud in appellatione, quæ iniquitatem ſententiæ continet, vt in eadem lege dicitur. Nec autẽ eſt veriſimile, quid iniquè præfectum prętorio facere, vt ad hoc ff de offi. præfecti. p̄to. l. 1. § his cunabulis. Item contra infra, vt ſponſalitia lar. §. aliud. collat 9. Sed ibi de ſupplicatione, ſiue de petitione dicit: hic de appellatione, q̃ continet iniquitatem ſententiæ, vt dixi. hẽt in alio pręfectus p̄torio priuilegiũ, vt poſſit facere legẽ, vt C. de offi præfect. præto l. formã. Itẽ, & aliud, quia alius iudex nõ dat in integrum reſtitutionem contra ſuam ſnīam, ſed ipſe tm̃, uel princeps, ut ff. de offi. præfect. p̄to. l. 1 §. fin. Sunt & adhuc ſeptem iudicantes, à quorum ſententiis non appellatur, vel Imperator. Item ſenatus. Item & quando hoc actum fuit inter partes, vt ff. a quib. app. non li. l. 1. Item arbiter compromiſſarius, ut C. de arbi. l. 1. Item præfectus Auguſtalis, vt infra eod. §. illud in fi. Item, & alii quidam, qui nominãtur inf. eo §. ſimiliq; modo Item comes orientis, ut infra eo. §. orientalem.

ſ † *Cap. 1. de conſultationibus, ſic Iulianus Epitomator diſtinguit Conſt.*

m *Excepta*] interpoſitio eſt. Accur.

n *Pleniſſime.*] quicquid enim conſilij moderatione perficitur, non cõſueuit pęnitudinis rubore perfundi, ſed ꝑpetua firmitate durare, vt hic, & infra ut imo antenup. donatio. §. ſed neq. col 5. & C. de repud. l. dubium non eſt. & hic no. quem poſſe deliberare vſque ad 10. dies, & maiori tempore non. aliàs autem varia tempora ad deliberandum dantur pro motu legis. & iudicis, vt inf. de exhi. re. § illud & §. ſancimus, col. 5. & de iu. deli. l. 1. §. fi. & l. 2. ff. de inter. ac. l. qui interrogatꝰ. & facit ff. de exer. l. 1. ĩ prin.

o *Timore.*] nam propter timorem, ne cito currerent duo, vel tres dies, ſemper appellarent etiam a ſententia, quæ iuſtè lata eſt, quia tunc eſt iratus propter ſententiam, qua grauatus eſt. cum vero recogitauerit, ſtabit ei ſententiæ, nec inanibus ſumptibus ſe vexabit. & fa. ff. de reg. iur. l. quod calore. & ff. de diuor. & rep. l. 3.

p *Inſpectionis.*] ideſt, deliberationis. Accur.

q *Et indiſcuſſos.*] i. non deliberatos, vnde Cato, impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

r *Ad hæc*] ideſt, iuxta hæc.

ſ *Quando lis*] ſcilicet, cauſæ appellati. cui ſtatuuntur certa tempora, intra quæ debeat finiri cauſa appellationis, vt C. de temp. app. l. 2. ſed hodie eſt aliter, quam d. lex dicat. ſtatuitur enim hodie annus, vel biennium, vt infra de ijs, qui

qui ingr. ad ap. § 1. coll 6. quæ tpa ſi finiantur ppea quia princeps, qui cognoſcit * de ap. ſuperſedere non poſſit, non ſit præiudiciu, & hoc idè in quolibet alio iudice cognoſcere ð app. vt ꝑ vt ſpon lar. § hoc quoq;. colla. 9 Sed quid de cauſa principali, cui trienium, ſi eſt ciuilis: ſi criminalis, biennium. R. ibi, aliud eſt, non. n. aliquo modo vltra trienniũ durat, vel vltra biennium, vt C de iud l. properandum. in ſi. 1. rñ & C. vt intra cer tẽp. cri. quæſtio termi. l. ſi. Acc.

* Ad Pel in c. venerabilis, nu. 5. de iudi.

a *Conſiſtorium.*] loc⁹ eſt, vbi ſedet iudex ordinarius in audiẽdo & iudicando ſed principis, vel Papæ propriè dr̃ conſiſtorium, vt infra prox.

b *Occupatam.*] propter quas occupationes non pôt intendere negotijs priuatorum, ut hic, & ꝑ. de hære & fal 1 reſp.

c *Patres.*] conſcriptos, i. ſenatores, vt dñt quidam, vel dic patricios, qui ſunt loco patrum ad imperium, ut inſti q b. mo. ius pa. po. ſol. §. filiusfami. l. as in ſi. §. hos aũt conuocabat, ut eorum conſilio iudicaret. & ita eſt ar. ꝙ iudices debeant dare ſententias, habito conſilio ſapientum, & hoc ipſum conſueuerũt ſcribere in ſententijs, & facit C. ð leg & con l humanum. & C. de ſenten ex breu. reci l 2. j rñ.

1 † C. 3 de appellationibus in Ægypto, Aſia, Ponto, &c.

d *Periclitari*] C de dila. l cum à nobis. §. vbi dr̃, nullam ꝓcraſtinationem, vel dilationem fieri, vbi cauſa coram principe agitur. Sol. ibi loquitur, cũ cã principalis, vel appellationis fuit relata principi, vt iudicaret tãtum: omnia enim erant diſputata, & cognita ab alio iudice, rã alias non poterit talis relatio, vt C. de rela l 1. licet hoc ipſe princeps debeat cognoſcere hodie rñ tal, relatio nõ permittitur, ... bẽ modo diximus.

* Hanc diuiſionẽ magiſtratuum refert, & explicat Gelius li 11. c 14 et P. Fran. ius in ſum ſuceſs li. 2.

inferri conſiſtorium, a ſi fortè contigerit Imperatoriam maieſtatem occupatam b publicis cauſis, ex mundanis prouiſionibus non poſſe conuocare patres, c quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari. d Quod enim virium eſt litigãtium, ſi culmen imperatorium occuperur? e vel quis tantę eſt auctoritatis, ut nolentem principem poſſit ad conuocandos patres, cæteroſque proceres coarctare? f Sed ſi quid tale euenerit, cauſa intacta permaneat, donec Imperator ſua ſponte motus, & conuocari proceres iuſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere.

1 † *Hodie in cauſis decem liberorum, & infra in Aegypto, & in Aſia ad Auguſtalem præfectum appellatur, à cuius præfecti Auguſtalis ſententia non appellatur. In Aſia verò, & Pontica diœceſi in cauſis prædictis ad ſpectabiles appellatur. Item ad conſules Comites, & Prætores, à quorum ſententia non appellatur. & faciunt litem ſuam, in Oriẽte vero ſic appellatur ad Comitem Orientis in prædictis cauſis. Ang.*

¶ Illud etiam in tertio capitulo g diſponendum eſt, qđ antiquitas bene ſtatuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda h vetuſtatis auctoritas i ita magiſtratus digeſſerit, k vt alij maiores, alii medij, alij minores ſint, * & appellationes à maioribus iudicibus non ſolum ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium l iudicum tribunal, m quatenus & ipſi ſacro n auditorio adhibito litem exercerent: nouitas autem hoc dereliquerit euenit ut ſuper minimis o cauſis maximi noſtri iudices inquietentur, & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis, vt forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus iudiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Aegyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Libya prouocatio ſpectatur, vſque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regiam vrbem eam venire, ſed ad præfectum Auguſtalem, p qui audiat, & cauſam dirimat, vice ſacri cognitoris, q nulla r ei penitus poſt definitiuam ſententiam appellatio ne porrigenda.

¶ Similique modo quoties in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit, ſ vſque ad prædictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros ſpectabiles, Comites fortè, vel proconſules, vel prætores, vel moderatores, quibus ſpecialiter eaſdem lites peragendas deputauimus, remittantur, quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis t vice ſacri cognitoris u intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore proferant decidendas. Orientalem autem tractum cauſas appellatione ſuſpenſas, & vſque ad decem librarum auri quãtitatem limitatas, ad virum ſpectabilem Comitem Oriẽtis mittere, ſimili modo x audientiam, & finem eis impoſiturum.

2 † *A ſententia ſpectabilis non ad ſpectabilem, ſed ad illuſtrem appellatur, ſcilicet ad præfectum & ad Quæſtorem etiam, ſi dictis ſpectabilibus cauſa fuerit ex principis delegatione cõmiſſa, a ſententia vero clariſſimi ad ſpectabilem appellatur: & a ſententia illuſtris ad ſuperilluſtrem appellatur, ſaluis remanentibus iuribus, & appellationibus. Ange.*

¶ Illo, videlicet y obſeruan-

ut ꝑ. vt iud. non expec. ſa. iuſſi. § 1. Ac.

e *Occupetur.*] quaſi dicat, nullũ. & facit ꝑ. de ap col. 8. & ꝑ. vt ſpon. lar. §. hoc quoq;. col 9 & C. ð an excep. l ſi. in ſi & ff quis ordo in bon. poſ ſer. l. 2 §. dies. & §. in bo lit facit C. vbi Sena. vel cla. l. quoties. in ſi. j. rñ.

f *Coarctare.*] ſic ff ð alie. iud. l. & qa. ſic ff. ad Treb. l. ille, §. tẽpeſtiuum ſic ff. de arb. l nã magiſtrat⁹.

g *In tertio capitulo.*] ideſt, tertio colu huius conſtitutionis.

h *Veneranda.*] ſic ff. de iure immu l. ſemper. Item ſubſequenter no. ꝙ tres sũt ordines magiſtratuũ, ꝙ dic, vt diximus ꝑ. vt ab illu. & qui. §. 1. coll 5.

i *Auctoritas.*] nota ꝓ antiquitate, ſiue vetuſtate, ꝙ dic, ut ꝑ. de mo. § ſi. col. j.

k *Digeſſerit*] i. ordinauerit.

l *Ad ſpectabilium.*] i. ad medios.

m *Tribunal*] vbi ſedet iudex ordinari⁹ in audiẽdo, & iudicãdo ſed principis, vel Papæ dr̃ cõciſtorium, ut ꝑ proxi. §.

n *Sacro.*] i. ſuo proprio.

o *Minimis*] no. hic, ꝙ dr̃ minima cã, q eſt minus 10. lib auri, ut patet ꝑ ſequentia, alias aut aliter dr̃, ꝙ dic, vt dixim⁹ ꝑ de man prin. § ſit tibi quoq;. coll. 3.

p *Auguſtalem.*] ſ. venire, q moratur in illa contrata. Accu.

q *Cognitoris.*] ideſt principis.

r *Nulla*] hic no. ſecundo appellari nõ poſſe, ut in duob ſequẽtib. §§. & diximus ꝑ co. § 1.

ſ *Emerſerit*] qa prouocatio ſperatur.

t *Auguſtalis.*] ð quo ſuperiori. § ꝓxi. dr̃.

u *Cognitoris*] i. vice principis, qui ſacer cognitor eſt Accur.

x *Simili modo*] i ſine appellationis remedio.

y *Illo videlicet.*] hic cautè no tres caſus, aut n appellatũ a ſpectabili. & tũc ad pfe ctũ, & Quæſtorẽ, & hoc ſiue ex ſe ipſis ſpectabiles cognouerint.

2 † *Cap. 4. vt a ſpectabilibus ad illuſtres appellatur.*

rit. ſiue ex delegatione pricipis, ut hic vſque illuc. ſed à pſidib. quidē prouinciarum, &c aut appellatur a clariſſimis, & tunc ad ſpectabiles appellat, ut ibi, ſed à pſidib. &c. vſque illuc, ſi aũt, uel illud, &c. aut appellat ab illuſtri delegato à principe, uel ſpectabili, & tũc ad antiquos iudices, vt ibi ſin aũt, &c. uſq; illuc, oib aliis, &c. Si aũt priuato princeps committeret, tunc ad præfectum prętorio, & Quæſtorem appellatur, C. de appel l. præcipimus, § huic

a *Cum non.*] interpoſitio eſt.

b *Sed a minore.*] ff. d arb. l nã, magiſtrat[?].

c *Vtroque officio.*] i. tam ſuis officialib. quam quæſtoris, q ſocius ſuus erat.

d *Priuati.*] ſ. adminiſtratione, non autē dignitate, ne contradicat ſupradictis.

e *Gradatim*] ſic ff. d neg. geſt. l quæ vtiliter in princ & ff de mu. & hon. l. ut gradatim.

f *Spectabiles.*] ſ clariſſimi, vel dic, de duobus dici, ſ. ſi appelletur à præſide, qui verè clariſſimus eſt, ut C. de priua. car. l. 1. Item de iudice, ſ. priuato, dato à principe, à quo ſi appellatur, ad ſpectabilem appellatur in utroque ſecundum hoc correctum eſt, quod dicitur C. de app. l præcipimus, §. huic.

g *Referetur*] ſ. ad ſpectabiles.

h *Vel Duces.*] repete, dati ſunt à nobis.

i *Antiquo.*] hic erat mos forte, ut à ſpectabili ad illuſtrem, ab illuſtri ad ſuper illuſtrem appelletur, ſed ſecundum C. appellatur in caſu huius reſpō. ad principem, ut C. de app. l præcipimus, §. pe. ſed dic, eam corrigi per hanc.

k *Antiqua proſapia.* ut ff de app. uſq; ad tit. qui bo cede. poſ.

l *Anteriorum*] ut C. de app. vſque ad tit. qui bo. cede. poſſ.

m *Vel a noſtra.*] ut

1† *Dat. 7. Nou. Ian. poſt conſulatum Beliſa. V. C. ſic in Epitome Græca apud Halo. in Epitome autem Iuliani eſt D. Non. Ian. poſt conſul. Beliſ.*

do, ut uiri ſpectabiles, Duces, uel alij ſpectabiles iudices, non ad alios eadē ſpectabilitate decoratos iudices ſuas transmittãt appellationes in litib. quantæcunque ſint quantitatis (cum non [a] oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minore [b] iudicio i maius tribunal aſcendere) ſed ad illuſtriſſimã præfecturã illorum appellationes, cuiuſcunq; ſint quantitatis (vt dictum eſt) dirigantur, qui vna cum viro excelſo pro tpe Quæſtore eas dirimat: vtroque officio [c] ſubminiſtrante, ideſt, tam ex ſacris ſcrinijs more ſolito, quam præfecto prætorio. Ita tamen hæc ſancimus, ut nec à Ducibus, vel alijs ſpectabilibus iudicibus quibus forte & ſi priuati [d] ſint, imperialis maieſtas cãs iniunxerit, appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat, ne cauſa non gradatim [e] procedere, ſed perperam videatur. Sed à præſidibus quidem prouinciarum, & iudicibus a nobis datis, ſi non ſint ſpectabiles [f] iudices, intra memoratam quantitatem referetur.[g] Si autem uel illuſtres ſint dati a nobis iudices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatē ſunt, uel Duces, [h] qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati: uel ij, qui à principe delegati ſunt, ſpectabilem habeãt dignitatē: eorum appellationes ſub quacunque quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes antiquo [i] more iudices referantur, oib. alijs, quæ de appellationibus ſtatuta ſunt, uel ab antiqua proſapia, [k] vel ab authoritate anteriorum [l] conſtitutionum, vel à nr̃a [m] humanitate, intactis, illibatiſque cuſtodiendis. [n] 1†

Deſunt hic hæ conſtitutiones. de offi. Prætor. Iuſtinianei Piſidiæ, nouel. 24. de offic. Prat. Lycaonię. nouel. 25. de offic. Præt. Thraciæ, nouel. 26. de offi. Comitis Iſauriæ, nouel. 27. de moderatore Helenoponti, nouel. 28. pe Præt. Paphlagoniæ, noue. 29. de Proconſule Capadociæ, nouel. 30. de deſcriptione quatuor præſi. Armeniæ, nouel. 31. hæ omnes in collationem decimam ſunt reiectæ.

TITVLVS III.

De conſulibus.

NOVELLA XXIIII.

Conſules, & eorum vxores, & matres in ſeptem ludis, & proceſſibus poſſunt ſpargere argentum, & ex argento populum munerib. honorare: aurum autem eis ſpargere non licet, quia ſoli principi aurum contemnere conuenit. Bar.

Scripta Strategio glorioſiſſ. Comiti ſacrarum largitionũ, Excõſuli, & Patritio.

PROOEMIVM.

CONſulatus [o] nomen, & cauſa priſcis quidem Romanis aduerſus hoſtium adinuentum eſt vtilitatem: & in decretis, [p] quæ eis ordinatio communis dabat reipublicæ figura, [q] ſortiebantur repente prouincias, in quibus [r] Romani bellum habebant, & ſecundum has ſortiebantur faſces. [ſ] Sequens uerò tempus Imperatorum piiſſimorum tranſponens bellandi, & pacificandi poteſtatem ad largitatē, ſolam cauſam conſulibus mutuauit, & hanc temperatã, & ordinatam, menſuramque non excedentem. Paulatim vero quidam ita ſumptuoſè cauſam aggreſſi ſunt, ut ſuam quidem ederent magnanimitatē, non tamen cogitarent, quia exemplum aliud non haberent. Non. n. ad plurimos uenit ſubſtãtiæ magnitudo, tranſcendens [t] etiam magnificentiam animæ, non menſura rei, ſed propria magnitudine proueniens.

¶ Quia igitur videmus periclitari conſulum nomen, quod ex temporib. ita prolixis, & ad milleſimum propè 2† annum veniens, cum Romanorum republica pullulauit, ppea credimus oportere eam comprehendere, & immenſitatē eius recidentes, 3† ad bene placitas conſulares ſtatuere expenſas, quatenus continua ſit Romanis, omnibus autem bonis viris exultat acceſſi-

patet in multis legibus Iuſtiniani, quæ ſunt ſub prædictis tit. in C.

n *Cuſtodiendis.*] niſi per hanc conſtitutionem, uel per aliãs, quæ ſunt in hoc uolumine poſt iſtam, inueniantur correctæ.

DE CONSVlibus.

o *COnſulatus.*] hic ponunt qdã peſſimam notam, ſcilicet hanc, hæc conſtitutio nihil ualet, ſed certe imo ualet ad multa notabilia, ut notatur circa ipſam literam. dic ergo in primis, antequã ad notabilia tituli veniamus. Conſul dicitur, qui conſulit reipublicæ, ut ff. de ori. iur l. 2. §. exactis. 2.

p *In decretis*] electionis Accur.

q *Figura.*] i. æqualitate.

r *In quibus.*] i. contra quas.

ſ *Faſces*] i. honores.

t *Tranſcendens.*] i. dicere, non tranſcendens menſuram rei, ut expendas plus, q̃ poſſis, ſed ſecundũ propriam menſurã prouenientem ex animi uirtutibus, quod eſt notandum. & facit ſupra ut determi. ſit nu. cler. §. 1. in fi. coll. 1. Accur.

Scripta.

* *Hæc nouella, de cõſulibus loco ſuo mota eſt, cum ſit nouel. 105.*

2† *Plus mil. anni. Halo. & recti. al.*

3† *Reſecandos præcã ſa. Halo.*

bilis, quoſcunq; huiuſmodi nos dignos eſſe honore decreuerimus. Cuncta ſiquidē perſcrutantes perſpeximus, quantum eſſe conueniat, qđ datur. A Martiano itaque Imperatore eximio ſcripta lex [a] eſt, quæ uolebat non ſpargere pecunias conſules, & ipſa eius conſtitutionum prima fuit. Igitur & poſt prędictam hanc cōſtitutionem, quoniam inuenimus, quod quidam hanc ſequentes, nihil ſpargere populo paſſi ſunt, alii autem & ultra legem agere hæc parentes, & promerentes, q̄ petiuerunt, deinde ad ſui animi reſpicientes menſurā, circa aſperſionem, largitatem ultra terminum celebrauerunt: quidam verò * medium [b] bene eligentes, mediocribus pro plurimis contenti fuerunt: quoniam etiam nos præcedentibus, quod medium eſt, optimum viſum eſt eſſe, tan quam ex utroq; ſummis periclitantibus mox ad immenſitatem procedere: propterea exiſtimauimus & nos đ hoc definire, quod decet, ut nihil nec immenſum, [c] nec inordinatum ſit, neque nr̄orum temporum indignum.

¶Quantumcunq; ergo competens eſt dari ab eo, qui á nobis eligitur per annum cōſul, occaſione ſportularum omnium, & diſtributionum, & expenſarum: hæc omnia competēti ſcriptione [d] huic noſtræ interponi ſacræ iuſſimus legi. In legis enim hoc ponimus ſchemate, ut tranſcendenti etiam pœna quædam inferatur competens. Reditus autem eorum immi nutos omnes eſſe uolumus. Si enim hoc adinuentū eſt, vt ſpectacula [e] ad animi uoluptatem agantur populo, hæc autem á nobis determinantur in circenſibus, & beſtiarum ſpectaculis, & thymeles delectatione * nullo horum noſter priuabitur populus: ſed erit quidem ei proceſſus primus, quo ſuſcepit conſulatum, & huius poſſidet codicillos, Calēdis Ian. [f] poſt illum uerò ſecundum aget ſpectaculum, certantiū equorum (quam hippomachiam vocant (ſemel exhibendum: & poſt illud, ꝙ dicitur totius diei, multa delectatione implebit populum: hoc quod vocatur Gracè παγκράτιον, * & cum beſtijs pugnantes homines, & vincentes audacia, inſuper & interemptæ beſtiæ. Quintum quoq; faciet proceſſum, quod ad theatrum ducit, quem adorna [g] [1]† uocant: vbi in ſcena ridiculorum eſt locus tragędis, * & thymelicis [h] choris, & ſpectaculis uniuerſis, aut ꝙ à iudicib. apertum eſt theatrū: rurſus qui dē ſpectaculum equorum certantium edit, ſeu quæ uocatur hippomachia. [2]† Sextū agēs hunc conuentum, ex hoc deponit annalem hunc honoremus in diſpoſitione agens ſolenne meditionem, & ita ſeptem noctium, & proceſſuū complebitur curſus, nullam ſpecierum antiquitus ſtatutarū derelinquens. Vnā ſiquidem aliam ad inuenire hippomachiā, duoq; continuare, quę vocantur theatrum, & amphyteatrum, & non priorum horum contentos eſſe, palam eſt: quia nihil noui ultra id, ꝙ prius agitur, habet. Sufficere itaq; ritè cā putabitur, & ſingulæ dantur claræ, & non intrū, ut iam populo ēt odibile ſit. in ijs enim, quæ rarò fiunt, miraculum eſt. [i]

¶Hæc itaque de conſularibus à nobis ſcripta, & determinata ſunt expenſis. Si autem etiam vxorē conſul hēat, definita eſt á nobis & circa illam expenſarum menſura: decet enim frui eas & coniugis claritate. [k] Si uero non copulatus eſt uxori, his ſatis eſt, niſi mater eius conſtat iam conſulatu digna, & prius honorata, & velit eam vna frui ſecum ſchemate. & hoc in ſola matre præbemus. alia vero non decorabitur mulier penitus præter coniugem, & matrē, & illæ quidem omnibus modis, quoniam uxores coruſcant * radus maritorum, hoc lege dantes: matres uero, ſi conſul hoc voluerit. [l] nam neque [m] filia, neque ſoror fortè, neq; vxor filii, & multo magis ſi nec pertinens ad genus ſit. hoc enim pure illicitum exiſtebat.

¶Spargere autem in ſeptem his proceſſionibus populo conſulem melius nos deſignauimus, ſicut Martiani diuæ memoriæ conſtitutio dicit: [n] illa quidem abnegauit omnino munificentiam, nos autem corrigimus eam cauſam, voluntate eius, qui conſulatus habet honorem, diſponentes. ſiue enim nihil uoluerit ſpargere, non cogimus: ſiue rurſus venire ad hoc voluerit, & ex argento muneribus honorare [o] populum, nec hoc interdicimus: non tamen aurum ſpargere ſinimus, non minoris alicuius, non maioris omnino, non medij characteris, aut ponderis, ſed

a *Scripta lex.*] C. de cōſulib. l. 2. li. 12. * b *Medium.*] no. medium eligendū, unde dr̄, medium tenuere beati. & illud Ouidiis: Medio tutiſſimus ibis. & facit ff. de offi. proconſ. l. ſolent. §. fi. & inſti. de rer. di. §. cum ex aliena. ibi, placuit media. & inſtit. qui manumit. non poſſ. § vlt. Accur.
c *Immenſum.*] nota reprobari immenſitatem, & ſupra ut deter. ſit nu. cler. in prin. & ī. de rete §. ſi. & ī. de nup. §. deinceps arg 5 ſup. de non elig § ſinimus. coll 1.
d *Scriptione.*] centū lib. auri.
e *Spectacula.*] ſic C. de ſpectac. l. 1. & de ferus l. fi.
f *Ianuarijs.*] nota quem adipiſci honorem in Cal. Ian. ſic ff. de cond. & demonſt. l Publius & ff. de pet hær. l. item ueniunt, §. prædic.
g *Adorna.*] genus ludi eſt.
h *Thymelicis.*] ſic ff. de his, qui no. infa. §. athletas. in prin.
i *Miraculum eſt.*] unde dr̄, oē rarum, charum, ut hic, & ī. ut ſine prohi. ma §. 1. & ff. de legi. & Senatuſcon. l. nam ad ea. Accur.
k *Coniugis claritate.*] conſonat quod ſtatim ſubiicit, & quoniam vxores, &c. ut ſi maritus eſt cōſul, & hæc conſularis dicatur, licet alia, quę eſſet uxor nobilioris, ei præferatur, ut ff. de ſe. l. 1. quæ hic eſt ſignata contra. & hæc ſunt uera, matrimonio durante, ſeu iam diſſoluto, anteq̄ nubat homini inferioris dignitatis, ut C. de nup l. cum ſe. & ff. ad mu ni. l filii, §. 1. & ff. de Senat l. fœminæ & C. de dig. l. mulieres. & ſup titu. 1. §. non tamen. Accur.
l *Voluerit.* no. honorem deferri ad ſuperiorem, .i. matrem p filium. Sed contra ff. de Sena. l. 1. Solut ut ibi, qa hic ſpeciale.
m *Nam neque filia.*] arg. 5. C. de epiſc. & cler. l. eum. Accur.
n *Conſtitutio dicit.*] de qua paulo ante fecimus mentionē, ut C. de conſul. l. 2. quæ ſtatim hic corrigitur. Accur.
o *Honorare.*] ſic Iſtit. de rerum di. §. hoc amplius. Accur.

* Hinc edenda illius inſcriptio.

* *Conc. c. 1. ex trq. de officio proconſ. & capt. quare. tt. de offic. deleg.*

* *Thymele, auctore Vitruuio, pulpitum erat in Orcheſtra parte Theatri inter ſcenam & cuneos, Senatorib. ad ſpectandū deſignata, al. ii pedes 5. ī quo Chorus Tragœdiarum, & Comœdiarū, cæterisq; perſonam non habentibus fabula, ſeruiebat, & populo ſpectacula præbebat, quādiu hiſtriones in ſcena erant ꝓ intervalla.*

* *Pancratiū, certamen quod cū fuit, teſte Hermolao lib. 34, quod Quintertium (a) tenè dicimus, eo qđ ex quinque certandi generib. cōſtaret, curſu, ſ. diſco, ſaltu, lucta, et pugillatu.*

[1]† *Pornæ.*

* *Vt. Alc. in 10. li C. tt. de athletis.*

[2]† *Mappa.*

* *Adde Ferra. dialo. 5. in fi.*

argentũ, ſicut prædiximus. ſoli.n. aurũ ſpargere damus Imperio, cui ſoli ét aurum contemnere præſtat fortunę faſtigium. Argentum verò, ꝙ mox poſt aurum [a] pretioſiſſimum fiet, & aliis conſulibus largimur decẽs, & hęc finimus eos ſpargere, quę vocantur miſſilia, *thymelicis, & caueis, & in quadrangulis, & talibus. Quanto.n. minora ſunt quæ ſparguntur, tanto plures ſuſcipientes erunt, ſitq; rei menſura, dantis virtus, & voluntas ſiue nihil, ſiue mediocre, aut trãſcendens populo erogandi. hoc enim in conſulatu definimus, neq; inuitos ſpargere cogentes, neq; volentes prohibentes, ſed de argento quidem ſpargendo ita à nobis ſancitum ſit. & ſi omnino ad hoc acceſſerit, licentiam habeat diſtribuendi argẽti munificentiam, in ſuis proceſſionibus, ſicut ipſe rectè ſe habere putauerit, ſolo prohibito aurum omnino iaculari, quod Imperatori [b] tm̃ tributum eſt contingere. Aliorum autem, quæ à nobis decreta ſunt, & conſcripta in deſcriptione, quæ hac cõtinetur lege, trãſcendi aliquid omnino, aut addi nos nullo permittimus modo. Quod itaq; definitum eſt (dicimus autem ſpargere) in dantis ponimus voluntate, omnino propriæ poteſtatis hoc eius, qui dat, facientes. Qđ uero à nobis definitum eſt ſemel, & ordinatũ, tranſcendi hoc noſtra lex prohibet. Sed ſi quis præſumpſerit, quod definitum eſt, egredi, centum librarum auri perſoluet pœnam, vtpotè noſtra præuaricatus pręcepta, & omnem huius legis corrumpens, quantum in ſe eſt, intentionem. Si enim pro hac tantummodo poſita eſt lex occaſione, ne dandorum immenſitate conſulatus deſinat, & propterea nos ſuperfluas illas donationes & expenſas abbreuiamus, & in populum effuſas profeſſiones, & ſpectacula ad bene ſe habentem deduximus menſuram, ritè aliquid decentius dinumerauimus conſiderantes, ideſt ſpargere argentum, & neque quicquam dare, eorundem conſulum dimittentes voluntatib. ut nobis ſint amplius, & ſemper ex ſuo vocabulo [c] tempus adorent, qui ꝙ diſpoſitũ eſt, trãſcendit, ritè; vtpotè nřam præuaricatus legẽ dignus eſt pœna. ſic.n. nobis erunt iugiter conſules, cauſæ immenſitatem non formidantes, nec tanquam certiſſimum periculum conſulatũ refugientes, & auerſantes, & propterea ſancimus, legem hanc ſub firmitate ſeruari.

¶Nullus igitur eam egredi præſumat, nec ſi vehementer idoneus ſit, nec ſi nřorum ſit iudicũ, nec ſi maximæ curiæ, aut nulli adminiſtrationi præſit. hæc.n. oĩa nos conſiderantes, oĩbus proponuimus ſuper donationibus æqualitatẽ, nulli penitus licentiam dantes exire menſuram, quæ hac continetur lege, niſi in ſolo argento ĩ proceſſionibus ſpargendo, aut neque hoc faciẽdo, ꝙ in eorundem conſulum poſuimus (ſicut ſæpe diximus) voluntatibus. ipſis quoq;, q̃ hoc accipere conſueuerunt maximæ gratiæ in hac noſtra repoſitæ ſunt lege. ſi enim periculũ erat deficientibus conſulibus, neq; quicquam accipere, nunc aũt accipient mediocriter, multam habebunt ritè huic legi gratiam, ꝙ ſufficiat, ꝓ nihil offerente. & hoc.n. ipſum non permittere nos glorioſiſſimis conſulibus aut aurum ſpargere, aut vaſa maiora, ſed in miliareſijs, & melis, & caueis, & quadrangulis mediocribus, huiuſmodi facere donationem, ſanctio ad humanitatem à nobis adinuenta eſt, & populo medelam præbens. Si enim hoc egerint, qui conſularem edent munificentiam, & his ſolis concilient populares, nequicqnam de maximis lucris decertantes, ſeditiones exercebunt adinuicem, & venient vſq; ad alternas plagas, quas per fuſtes, [d] & gladios, & lapides egerunt frequenter, rem omnino nobis odibilem. Videbamus enim eos contendentes quidem, & malis innumeris implentes alterutros occaſione ſparſorum, & ab eis arreptorum, domum verò referentes omnino nihil, ſed ea die in ebrietatibus, & potationibus [e] omnia expendentes.

¶Si verò forſitan ſpe lucri [f] maioris etiam prę expendiſſe contigerit, poſtea uero, aut nihil, aut minus accipiat, etiam damnum, & debitũ habebit, & plagis, & vulneribus, & ex hoc malis incurrere cogitur. Si autem mediocre ſit, ꝙ ſpargitur, nec vehementer contendent, nec quęſtus expectantes, abundantia vulnera, aut plagas alterutris vltra menſuram dabunt. Ideoq; communem prouidentiam introduximus ex hac lege, & communi Reipubl. figura, quatenus tempus habeat poſt Imperium, & conſulis iugem memoriam, [g] atque vocabulum glorioſiſſimis noſtris iudicibus, & qui ex maxima curia ſunt (eo ꝙ honorare nobis placet dignos, [h] non expendentes immensè) decentem damus conſolationem, & noſtro populo, & alijs omnibus licet deſperantibus iam cauſam, propterea quod ſuperfluum eſt auferentes, ut conſulatum immortalem [i] reipub. ſtatuamus. Subiaceat igitur (ſicuti prædiximus) noſtra diſpoſitio huic legi, cuius exemplaria recõdentur in foro tuæ Celſitudinis, cum hac lege, q̃ ad eã direximus, per ipſa tñ glorioſiſſimos conſules ſancimus, ex ſolo tuo foro exẽplar deſcriptionis [k]

*Vide Alc. in lib. 10. C. 11. de ath letis.

a *Poſt aurum.*] nota auri pretioſius metallum, & poſt aurum, argentum.
b *Imperatori.*] nota ſolum principẽ dſe hře aurum. & facit C. de agri c. & cenſi. l. dñi. lib. 6. Accur.
c *Ex ſuo vocabulo*] nam nomen debet eſſe conſequens rei, cum conſul à conſulendo dicatur. ſic in ſtitu de do. § eſt & aliud. & C. de epiſ. & cle. l. communis
d *Perfuſtes.*] ſic & ſ proœ iſtorũ circa ſi.
e *Potationibus*] nota de ebrietate, & potationibus. ſic C. de adult l. quæ adulterium.
f *Spe lucri*] ſic ff de petit. hæred. l. ſed & ſi. § quod aũt quis.
g *Memoriam*] ſic infra vt propon. nomẽ Imp.
h *Dignos.*] no. iudices dignos honorãdos. ſic C. de off. ci. iu. l. 1. Accur.
i *Immortalem.*] ſic ĩ. q̃uo opor. epiſ. §. ſi. & infra, ut præpo. no Imp. in prin.
k *Deſcriptionis.*] i. ſcripturæ. Accur.

Beewa-

accipere huic ſubditæ legi, vt ſecundum eam omnia dentur.

¶ Deſcriptionem namq: iō à ſede tua dari volumus, vt nec ipſis liceat præuaricari, nec his, q vocantur breuiatores, [a] adulterari aliqd horum, quæ à nobis diſpoſita ſunt: ſed periculo cuſtodiendum hanc deſcriptionem in foro tuæ gloriæ, dari exemplar eius cum ſubſcriptione ſingulum habentis hoc, cui nunc ipſe præſides, vt per oīa inadulterata maneant, quæ à nobis diſpoſita ſunt. Difficultatē verò nullus habebit horum, qui ad conſulatus veniunt honorē, ſi mediocrem ita faciens expenſam in oī tempore fiet. Etenim omne, quicquid hactenus conſulatus habētes honorem, & ex foro tuæ Celſitudinis, & ex glorioſiſſimis præfectis noſtris, aut ēt aliunde per munificentiā noſtram percipiebant, & nunc eis dabimus, ab eis quidem faciendas expenſas abbreuiantes, à nobis aūt largitatem non minorantes. Omnibus aūt à nobis dictis Imperatoris excipiat fortuna, cui & ipſas Deus leges ſubiecit legem animatam [b] * cōmittens hominib. eo, quòd Imperatori quidem iugis, & indeſinens conſulatus omnib. ciuitatib. & populis, & gentibus, in ſingulis, quæ placent diſtribuenti, aduenit: aut cū ipſe annuerit trabea, [c] ideoque & imperij conſulatus per omnia fit ſequens ſceptra. Tua igitur celſitudo hanc [d] noſtrā ſuſcipiens legem, perpetuè eam in ſua manere fortitudine ꝓcuret, ſm omnem, quæ in eā continetur, virtutem legis. Scriptum exemplum Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum præfecto, iterū exconſuli, & patritio. Scriptū exemplar Longino prudentiſſim. & glorioſiſſim. præfecto huius almæ vrbis.

TITVLVS IIII.

Vt nullus mutuans agricolę teneat eius terram. [1] †

NOVELLA XXXIII.

Promiſſio inducta per legem pro agricolis contra priuatos creditores, extenditur etiam ad milites. h. d. Bart.

Imp. Iuſtinianus A. Dominico præfecto prætorio per Illyricum.

PROOEMIVM.

PRopter [e] * auaritiam creditorū, qui anguſtia [f] temporum abutentes, terrulas infęlicium agreſtium ſibi acquirunt, ꝓ pauco frumento omnem illorum ſubſtantiam retinentes, legem poſuimus, quam primo quidem in Thraciā, & in omnes eius ꝓuincias, in præſenti autem in Illyricanas [g] patrias direxerimus; cuius exēplarium [h] [2] † ſubdi etiam præſenti legi præcipimus, vt ne priuati quidē homines putent legem contra ſe ſolummodo eſſe propoſitam: milites autem altiore nitentes faſtigio, legem contra ſe non eſſe prolatam exiſtiment. Vt ergo, & tua magnitudo ſciat, quòd communis hæc lex poſita eſt, & prouincialibus, [i] & militibus, & omni cingulo, nulla excuſatione cuidā competente. Ideo ad tuam ſublimitatem præſentē legem deſtinauimus; ſcituris militibus, qui præſenti legi non eſſe obediendum exiſtimant, qd cingulo denudati, inter priuatos habebuntur, pœnis, quas in anteriore * lege [k] poſuimus, prius nihilominus ſubiugandi.

TITVLVS V.

Nullum credentem [l] agricolæ tenere [m] illius terram, & quantam debeat vſuram [n] dare.

Nouella conſtitutio. XXXIIII.

Nullus credens agricolæ pro debito teneat terram eius: & ſi crediderit aliquos fructus aridos, pro quolibet modio nomine vſurarum in anno percipiet octauum partem modij. Si verò pecuniam mutuauerit, pro quolibet ſolido accipiet vnam ſiliquam. Ang.

a *Breuiatores.*] i. qui breuiationes ſcribūt. Alex.

b *Legem animatam.*] no. principē eſſe ipſam legem animatā in terris, & facit ad hoc C de leg & conſti. l. digna. & C. de teſt. l. ex imperfecto, & ff. de leg. & ſen. l. princeps, & ff. de leg. 3. l. ex imperfecto. & Inſt. qui. mo. te. infir. §. 1. Accur

c *Trabea*] veſtis conſularis, de qua fit mētio, C. de conſul. l. 1. li. 12. Al.

DE NATVRALI in curiam deputato, &c.

QVi rem.] hanc ɔſti. quidam non habent: vel ſi habēt, non habent hic, & ſolum habēt id verbum notabile, quod eſt circa principium: nam quod in multitudine.

¶ *Albo curia.*] in quo ſcribebant nomina curialium, vt ff. de albo ſcrib. l. 1. & 2.

¶ *Antenn. de.*] qđ eſt infra vt ſpon. lar. in prin.

¶ *Abrogauimus.*] vt C. de decu. l. fi.

d *Hanc noſtram.*] ſic infra qui mo. na. effi. ſui. §. & qm̄ variè vſque ad §. trib. autē.

VT NVLLVS mutuans agricolæ, &c.

Scilicet, facta ſolutione, vel aliquo dato ſolutionis: alias contra, vt infra prox. conſti. §. ſancimus, & no. differentiam inter hanc, & illam, illa enim dicit ēt quantam vſurā debeāt dare agricolæ ſuis creditoribus, quod hæc non dicit. Item hæc eſt localis, vt in princip. illa generalis, vt infra titulo prox. & §. ſin autem, & ideo hanc breuiter pertranſeas, & procede ad ſequentem.

* *Sic Papa dicitur habere omnia iura i ſcrinio pectoris ſui, vt in c. 1. ext. de cōſti. li. 6. vbi vide.*

e PRopter.] ſic C. ne lic. po. l. 2. & §. ſi iudi. ſine quo quo iuſſ. §. 1.

f *Anguſtia*] dicentes terminum cucurriſſe, vt ob hoc vſuras, vel acceſſiones peterent ex mora: & propterea retinerent terras loco pignoris, vt ſubijcit. Accur.

g *In Illyricanas*] i. in Sclauoniam.

h *Cuius exēplarium.*] idest, ſicut in illa cōtinebatur, quam miſit ad Illyricos de militibus, ita & hic dicitur, vt ſubijcit, nec enim facit mētionē de proxi. conſti. licet quidā contra ſentiāt. nam illa ad illā nullam habet cōiunctionem, vel continuationem, licet loquatur de ſimili materia.

i *Et prouincialibus.*] i. ipſis paganis, ſiue ruſticis in locis illis tm̄ vbi ipſa locū habet: licet ſequens conſtitutio ſit generalis.

K *Anteriore lege.*] q̄ miſimus ad thracas gentes.

l NVLLVM credentem, &c.

Ideſt, mutuantem, ſic ff ſi cert pet. l. 2. §. 1.

m *Tenere illius terrā.* *vt ſup proxi. in rubr. facta ſolutione debiti, non prius, vt infra eo. § ſancimus.*

n *Debeat vſuram.*] *ſ. agricola: licet quidā dicant, idem in quolibet alio, vt dicemus inf. §. ſin autem pecuniam.*

1 † *Debita, quæ mutuū dant agricolis. Hal.*

* *Hæc conſtitutio latina lingua eſt compoſita, ideoque in Scrimgeriana, & Haloandrina editione deeſt. Cont.*

2 † *Exemplaria.*

* *Hinc apparet hanc conſtitutionem ſubijci debuiſſe ſequenti, vt in editione Hal. Prætermiſ.*

LXXV.

Idem Auguſt. Agerochio clariſ. pręſidi Aemi mõtis[1] † in Thracia.

PROOEMIVM.

REm duram, atque inhumanam, & quæ vltra oẽm in pietaté, & auaritiã [a] fit, proſpeximus lege ſaluberrima ſanare, & communem omnib. [b] deponere medicinam, non tm̃ in præſentis neceſſitatis tẽpore, ſed ẽt in omni æuo futuro. Venit enim ad noſtras aures, quoſdam in Miſia ſecunda ꝓuincia, q̃ adminiſtras, [c] auarè neceſſitate temporũ captata, quoſdam fœneratitios feciſſe contractus, & paucam menſuram fructuũ dantes, [d] terrulas eorum abſtraxiſſe, & ex hac cã quoſdã colonorũ fugæ latebras petijſſe, & alios fame eſſe necatos, & triſtiſſimam peſtẽ homines inuaſiſſe, incurſione barbarica ñ minoré. [e]

¶ Sancimus itaque oẽs huiuſmodi creditores, quantũcumque vel tritici, vel hordei, vel in alia ſpecie, [f] quæ in fructib. aridis [g] eſt, crediderint, hoc reddito in præſenti cum parte modij octaua ꝓ ſingulo modio in vno quoque anno ꝓſtanda, terrulas [h] colonis reſtituere, nemine penitus eorum audente terrulas detinere ſub occaſione fœneratitiæ cautionis, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis credita ſint peracta.

¶ Sin autem pecunias dedit, nihil amplius quã ſiliquã: [i] nam pro ſingulo ſolido annuam præſtare. Et hanc ſaluberrimam legem in omnes [k] extendimus; ex præſenti quidem tempore initium [l] accipientem, in omne aũt ęuum modis omnib. obſeruandã: vt ſi quando fuerit triticũ, vel hordeum fœneratũ, vel alij aridi fructus, creditores tam q̃ dederunt accipiẽtes, q̃ pro vſuris octauam modij partem annuam ꝓ ſingulis modijs, vel ſiliquam pro ſingulo ſolido, ſm hunc modum, inquantum fęnus permanſerit, percipientes, ſiue terrulas, ſiue aliud pignus acceperũt, boues fortè, vel pecora, vel mancipia, hæc modis omnibus reddere, & hanc legem communé omnib. eſſe, humanitate, & pietate gaudentem, & omnib. egenis conſulentem, & creditoribus [m] mediocre ſolatium afferentem.

¶ Hæc igĩt quæ à nobis ſtatuta ſunt, claritas tua in oĩ prouincia, quæ tuo moderamine gubernatur, obſeruare feſtinet; ſcituris omnib. [n] creditorib. ꝙ ſi aliquid præter hæc cõmiſerint, exactione cadẽt: [o] & cui fęnus ablatũ eſt, hoc habebit ſolatiũ, vt ipſe quidẽ ſecurus degat; auarũ aũt creditoré videat in ſuis pecunijs patientem iacturam. Data 15. Cal. Iulij. Conſt. poſt Beliſ. V. C. Coſ.

Deſunt hic hæ conſtit. de adiutorib. Quęſtoris. Nouel. 35. de ſucceſſorib. eorũ, qui in Africa degũt, Nouel. 36. de eccleſijs conſtitutis in Africa, Nouel. 37. de decurionib. & filijs eorũ. Nouel. 38. quæ conſtit. inter extraordinarias, coll. 10. poſitę fuerũt vbi ſuo ordine eas reperies.

TITVLVS VI.

De reſtitutionib. [p] [2] † & ea, quæ parit [q] in 11. menſe poſt mortem viri.

Res reſtitutioni ſubiacentes alienari prohibẽtur, niſi ꝓpter cauſam dotis, vel donationis propter nuptias, propter quas cauſas alienatio permittitur. Bar.

a *Rem duram. Auaritiam.*] ſup. tit. proxi. in princip.
b *Communem omnibus.*] at ſuperior fuit localis, quidam tamen dicunt, hanc localem, ſcilicet in Conſtantinopolitana tantum ciuitate, ſed exinde extendi dicunt ad alias terras, vt infra, §. ſin autem pecunias. Accurſius.
c *Adminiſtras.*] loquit̃ Agerochio, cui hæc conſtitutio mittitur.
d *Dantes.*] ſcilicet creditores mutuo illis ruſticis.
e *Non minorem*] imò maiorem, cũ maior ſit pœna inter homines, & vicinos conuerſari, & eorum nõ poſſe vti ſuffragio, q̃ ſi eſſet ab eis remotus, vt C. ad apo l. hi, qui ſanctam.
e *Minorem.*] i. per incurſionem non minorem, quàm ſit barbarica Ac.
f *Alia ſpecie.*] aliàs, aliam ſpeciem.
l *Decreta ſunt.*] in illo §. ut tamen nõ uehementer. & ex §. illud vſq; huc, nã alia cõmunia ſunt, quæ diximus, ſupra eo. § nos.

m *Valere.*]ex neceſſitate. Acc.

n *Et licet.*]repete, & vbi licet. i. licitum eſt, negotiis intereſſe ſubaudi.

o *Non dare.*] repete, & ubi non licet dare.

p *Cui.*]ſ. falſitati.

q DE ECCLEſiaſticarũ rerum immobiliũ, &c.

Hic ſubijcitur quinta collatio, & quod dicit alienatione. ſcilicet facta pro fiſcali tantũ debito.

r *Solutione.*] id eſt, datione in ſolutum ipſi creditori etiam priuato non ſolum fiſco, vt infra eodem, §. ſi vero priuatus.

s *ET circa. Immenſum.*]ſic vt s. vt det. ſit nam. cler. in prin ſic s. de nup §. deinceps. in ſi. coll. 4 Accur.

t *Meritum.*] ſcilicet, eſt.

u *Menſuram*]quaſi dicat, non extra ximus quantum neceſſe videbatur, ſed diuiſimus etiam vltra menſurã ut non nimium recedere videamur ab eo, quod fuerat primo conſtitutum, ut p. tet iſti. qui ma non poſ. §. cum ergo. Accur.

x *Retinentes*] i. refrenantes.

y *Scripſimus legem:*] vt ſupra de non alie. coll 2

z *Videbamus*] ratio quare fecimus legẽ illam.

a *Paulatim*]repete, videbamus.

Neque.]

Imp. tollit, ꝙ eſt immenſum et effuſum. ſic Papa vel lit multitudinem [?] ... bus ext. de do & contra cum ſimil.

migrantes poſſeſſiones, neque [a] pretiis ſolutis dignis, [b] neq; opere ineuitabili [c] imminente alienatis, [d] ſed etiam [e] contra poſitas * iam leges decies millies circumuentiones factas.

¶Quò circa primam perimẽtes [f] uiam, omnibus ſimiliter inacceſsibiles ptra eas [g] facimus circumuentiones: ſed hinc [h] pleriq; [i] quidem ſanctiſsimarum eccleſiarũ, aliarumq; venerabilium domuum vtilitatem habuerũt, poſſeſsiones, nullo has minuere præſumente: occurrit tamen [k] etiam aliquid difficile. debita enim, aut longo tempore conſtituta, aut etiã poſtea ex quadam neceſsitate, & maximè per fiſcales occaſiones eis accidentia, ad alienationis neceſsitatem ſacras perduxerũt domos. mobili enim non extante [l] ſubſtantia ſufficienti, periclitabantur in nouisſimã uenire neceſſitatem harum præſules, neq; vendere petentes, neque vnde debita ſoluerent, [m] habentes. Sed pro talibus quidem debitis poſſe pro ſolutione creditorib. dari poſſeſsiones eccleſiaſticas tamen cum competenti ſubtilitate, & obſeruatione facienda ſolutione, iam ſæpe permiſimus, [n] ſicut neque [o] palam hoc noſtra prius permiſimus lege. Si uerò nõ priuatus aliquis eſt creditor, ſed præeminet [1] † fiſcus, & exigit debita: eſt autem inopia pecuniarum, accipere vero immobilem poſſeſsionẽ impoſsibile eſt: fiſcum hic relaxare aliquid ſubtilitati legi, competere iudicauimus. Et ſi qua neceſsitas huiuſmodi fiat, etiam alienationẽ ſinere proſpeximus. [p]

¶Sancimus igitur, ſi ſanctarum aliqua eccleſiarum, aut reliquarum colendarum domuum fiſcales debeat functiones, & unde faciat harũ redditionem nõ habeat, cõuenire oẽs in vnum, & qui ex clero ſunt, & Deo amabilem epiſcopum eius ciuitatis, inſuper & Metropoleos, & ſacris ꝑpoſitis eloquiis, [q] cauſam examinari. & ſi non appatuerit vllus quæſtus circa alienationem immobilis rei, valens ſoluere fiſcale debitum, tunc licentiam eis eſſe, ſententia [r] tali procedente, & decreto celebrato apud Prouinciæ iudicem, [ſ] etiam poſſeſſiones immobiles contingere, & eas alienare ad ſolutionẽ debiti: ementibus quidem in fiſcum [t] ſoluentibus, & de ſuſcepta inde percipientibus, & ſubeũtibus [u] fiſcale debitum, & cautelam inde habentib. & nihil metuẽtib. primitus poſitam legem: [x] conſtitutis ẽt fiſcalibus de ſuſceptis, inſinuatis inter monumenta geſtorum, deponentibus [y] iis, qui fecerunt ea, ut & apud ſanctiſsimas eccleſias ſaluentur data de ſuſcepta [z] [2] | co ꝙ fiſcalia ſoluta ſint tributa, & oia ſecundum noſtram legem geſta ſint: non potentibus [a] aliquibus [b] fingere fiſcale debitum, & ita ad alienationes immobilium rerũ accedere. Ideo enim & decreti factionem permiſimus vt & fiſcale debitũ teſtimonio pandatur, & ex quantis deſcendit tpibus, & qm̃ non pecunijs ſolutum eſt, ſed in neceſsitatẽ alienationis venit, vt veritas vndiq; proteſtata ſit oib. coram ſacris Euangeliis agendis. ſcientib. & epis, & clericis, & aliis omnibus, quia Deus reſpiciet, quæ geruntur ab eis: & ſi quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationem, hoc in ſuis recipient animabus viuentes, ac morientes.

¶Si uerò priuatus aliquis creditor fuerit, poſsit ſm pro ſoluto ſchema [c] accipere immobiles poſſeſsiones: hic quoque decreto faciendo: pro menſura uero eorum debitorum aſsignãdis eis poſſeſsionib. Si vero fiſcale debitum fuerit, potentib. eis ad alienationem [d] immobilium accedere, ſm priorem obſeruationẽ, ut nihil deſit, neq; ſubtilitatis, neq; communis utilitatis.

a *Neque.*] migrantes, dico neq;, &c.
b *Dignis.*] ſ. eccleſiis.
c *Ineuitabili.*] imò bene poterat euitare illã alienationẽ.
d *Alienatis.*] ſ. poſſeſſionibus ſuis.
e *Sed etiam*] ſ. uidebamus, ut no. ſ. de non alien. §. lex ita que. & §. ſeq.
f *Perimentes.*] q.d. generaliter ẽt prohibendo, fieri alienationẽ eccleſiaſticæ rei, nequaq̃ plus timere oportet hmõi fraudes, cum omne genus alienationis ſit prohibitum, ut ſ. de non alien. §. ſinimus. in fi.
g *Contra eas.*] ſ. uenerabiles domos, uel dic melius, contra eas, ſ. leges. Acc.
h *Sed hinc.*] id eſt, ex prædicta lege.
i *Pleriquе.*] ſ. clerici, aliàs plerumq; , id eſt, frequenter.
k *Occurrit tamen.*] ſ. de nouo poſt prædictam legẽ. & iõ cõſilio nouo indigebat, ut ff. de uẽtre inſpi. l. j. § j. in prin. § ꝙ ꝯſilium hic ſubiicit, ibi ſancimus igitur, &c. Accur.
l *Non extante.*] aliàs nõ exiſtẽte: aliàs nõ extante, illa. n. pñt alienari, cũ non inueniatur prohibita alienatio in talib. ut diximus ſ. de non alien. §. nõ igit. Ac.
m *Soluerent.*] uolentes, ſ. uẽdere, repete.
n *Permiſimus.*] ſ. in reſcrip. q̃ non hẽmus in corpore iuris, & iõ ignorauimus, quę fuit illa ſubtilitas, hodie ſcimus poſt hanc legem, ut ĩ. de alie. & emph. § hinc inſuper. coll. 9. Acc.
o *Sicut neque*] ſ. tali modo, quo palam. i. ſpẽaliter priore non permittebatur lege, ſed generalis permittebat hypotheca, ut ſup. de non alien. §. ſeruitutem creditor. Azo. Vel dic, permiſimus in ſcriptis fieri donationem in ſolutum, ſed non permiſimus palam, indiſtinctè; ſed quibuſdam tantum per illa noſtra reſcripta. q̃ legem appellam. ſ. ſpecialem, ut inſtit. de iure natur. §. ſed & ꝙ Princ. & not. ga

dicit, ſe permiſiſſe donationem in ſolutum ꝑꝑ debitũ priuatum: ſed ꝑꝑ fiſcale, & donationẽ in ſolutum, & ẽt alienationẽ, ut ſubiicit & ẽt ſtatuendo, dixit poſtea proxĩ.
p *Proſpeximus.*] ſ. in illis noſtris conceſſionibus, & idem ẽt ſtatim dicam, generaliter ſtatuendo.
q *Eloquijs.*] ſic inf. conſt. quæ ex adſcrit. §. fi. ſic inf de alien. & emphy. §. ſed etiam. coll. 9.
r *Sententia.*] interlocutoria.
ſ *Apud prouinciæ iudicem.*] h. d. propter expenſam ſcripturę quæ ibi remittitur, ut ĩ de alie. & emphy. § hoc ẽt. Acc.
t *In fiſcum*] i. fiſco. Accur.
u *Subeuntibus.*] i. ſoluentibus.
x *Legem*] ſ. de non alie. §. nos igitur.
y *Deponentibus.*] ſic ff. de in rem uerſo. l. 3. § in rem. ſic ff. de reb. cod. l. magis, §. ne tamen.
z *De ſuſcepta*] de ſuſceptum dr̃ profeſſio cenſualis, qua ꝓfitebatur poſſeſſor ipſi fiſco, ſe tale prędium à fiſco ſuſcipere. & tm̃ cẽſus eo ncie ſe dbere, ut C. ſine cen. uel re. l. fi. & ff. de cenſi. l. formam & plenè dixi ſ. de mand Princ. §. coges autem. &c. coll. 3. fa ĩ ut hi, q obl. § 1. coll. 5. & C. col. fund patr. l. placuit, & inf. de iis, q ingre ad appel. §. illud. in fi.
a *Potentibus.*] i. non ualentibus.
b *Aliquibus.*] ſ. clericis.
c *Schema.*] i. titulo pro ſoluto Alb.
d *Ad alienationem.*] Et ita not. quod pro debito

* Conco. in præ. lib 6. poſt principium.

1 † Permiſimus.

2 † Soluerentur circa de ſuſcepta. Halo.

debito fiſcali permittitur alienatio, & in ſolutum datio: ſed pro priuato ſola datio in ſolutum, per hanc conſtitutionem: ſed hodie generaliter permittitur alienatio propter debitum, vel fiſcale, vel priuatum, cum ſolennitate tamen, vt infra de alie. & emphy. §. hoc etiam.

tra ſuum, & ita eſt ſibi contrarius, ergo repellendus, vt ff. quando app. ſit l. pen. §. ſed ſi alius. Item facit, C. de non nu. pec. l. generaliter. & C. de fur. l. 1. & inſ. de iis, qui ing. ad app. §. Illud quoque. coll. 5. Accurſius.

m *Nullus.*] ſcilicet hæres.

¶His autem [a] vniuerſis ſanctiſſimam maiorem eccleſiā feliciſſimæ huius vrbis, & eius cōſinia, & orationum domos, quarum ipſa curam ſuſcepit, omnibus excipimus modis, quæ iam de hoc [b] ſancita ſunt a nobis, in ſua virtute durātibus. Si autem & aliqua monaſteria ſub eadem ſanctiſſima maiore eccleſia ſint, nec ea ſub præſentem facimus legem, forinſecis Prouincijs [2]† eam [c] conſtituentes ſolum, in quibus multa quidem eſt inopia pecuniarum, per quam ſanctiſſimæ eccleſię ſoluere per pecunias debita non valuerūt. Tua igitur Celſitudo, quæ placuerūt nobis cognoſcēs, ſecundum hęc procedere ſuper ſacris rebus alienationes cuſtodiat. Dat. 14. [3]† Kalen. Septemb. Conſtatinop. poſt conſulatum Beliſarij C. V. anno ſecundo.

Nouel. hæc 48. de iureiuran. &c. in edit. Haloand. & Scrimg. poſtponitur conſtitution. 47. vt præponatur nomen Imperatoris, &c.

TITVLVS II.

De iureiurando [d] à moriente præſtito propter menſuram ſuæ ſubſtantiæ.

NOVELLA XLVII.

Iuſiurandum à moriente præſtitum, in quo ſubſtantiæ ſuæ menſuram facit manifeſtam, inter ſuos hæredes diuidendo ab hærede ſeruandum eſt. creditoribus tamen nullum præiudicium generatur. Bart.

Imp. Iuſti. A. Io. Pręf. prętо. iterum Excōſuli, & Patr.

PROOEMIVM.

Semper hanc vnam habem[e] intentionem, dispōnes morientium [m] eſſe firmas, [c] niſi reſultent legi, & apertè contrarię ſint ijs, quę illi [f] placent. Scimus igitur notum, & annunciatum nobis, quia cum teſtaretur quidam, cum iureiurando [g] ſuam ſubſtantiam omnē dixit: [h] & quia hanc ſolam reliquit ſuis hæredibus, aliqui verò eorum hæredū ad hoc reſultant, [3]† non iuſte facientes, [i] quia ſubſtātię quidem illius hæredes fiunt, & in hoc acquieſcunt [k] ijs, quę ab eo diſpoſita sūt: quę verò dixit cum iureiurando nequaquam hæc rata manere, neque cuſtodire ea ſecundum competentem modum volunt: cum vtiq; noſtris videtur legib. vnam quodammodo [l] eſſe perſonam hæredis, & eius, qui in eum tranſmittit hæreditatem: ideoq; nullus [m] eidem ſibimet [n] edicit reluctari, & quod dixit, [o] atque iurauit, ratum eſſe, hoc nolle valere, ſed contra proprios reluctari ſermones. [p]

¶Sancimus [4]† igitur, ſi quis deſcriptionem faciens, ſiue propria manu, ſiue per alterius quidem ſcripturā, a ſe autem ſubſcriptam, aut in ſuis teſtamentis [q] ſubſtātiæ ſuæ menſurā faciat manifeſtam, hæredibus fortè alijs quidem præſentib. alijs verò abſentibus, aut etiā omnibus præſentibus, nō licere hæredibus contra hoc reſultare, neque dicere, quia aliquis hæredum celauerit res extra ea, quę dicta sūt à defuncto. Sed ſi quidem [5]† iuſiurandum moriens pbuerit, & iurauerit [r] ſecundum ſua teſtamēta, quia nihil eſt aliud, ei pręter hęc, hoc amplecti hæredes, ſiue filij, ſiue etiam extranei ſint, & neq; tergiuerſari, neque calūniari ſuos cohæredes, [ſ] neque ob hoc ſeruos quærere ad tormenta deducere, & alia ſimilia diſcutere, & perſcru-

a *His autem.*] ablatiui caſus, & ſubaudi, ab.

b *De hoc.*] id eſt, de rebus eccleſiarum Conſtantinopolitanæ ciuitatis: iteramus enim recitando legem Leonis, & confirmando eam, ut ſupra de non alien. §. vult enim ſia. nam d. l. Leonis tantum in rebus eccleſiarum Conſtantinop. ciuitatis loquitur, ut C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus.

c *Eam.*] i. hanc conſtitutionem.

d DE IVREIVrando à moriente pſt. ito propter menſurā ſuę ſubſtantię.

e *S.. Emper.*] eſſe ſic mas vt ſup. de hæred. & fal. §. 1. & §. exheredatus. Acc.

f *Illi.*] i. legi. & facit ff. de leg. 1. l. nemo poteſt.

g *Cum iureiurando.*] idem, verbotenus, vt infra in nouellis eodem tit.

h *Omnem dixit.*] puta ſciatis, quia centum habeo in bonis.

i *Facientes.*] non iuſtè dico, quia ſubſtantiæ, &c.

k *Acquieſcunt.*] ſcilicet, vt ſint hæredes, ſicut teſtator diſpoſuit, non antē, vt ſtent diuiſioni, vel aſſignationi ipſius, quod facere no debent, ut infra eodē, §. ſed hæc quidem, in fi. §.

l *Vnam quodammodo.*] not. vnam fingi perſonam teſtatoris, & hęredis, ut hic, & C. de vſu. & hab. l. antiquitas. & l. fi. de hęred. inſti. & l. hæres. ff. de uſucap. Et not. modum, per quem probat ſupradicta non debere fieri ab hærede: nam probādo, quod ſit una perſona hæredis, & teſtatoris, ergo hæres hoc dixiſſe, & iuraſſe videtur. iam ergo non contra alterius dictum venit, ſed contra ſuum,

n *Sibimet.*] nam ſi dicam reluctari teſtatori, per conſequens dicere, ni reluctari ſibi, quia per uerba, quæ dixit teſtator, ipſe uidetur dixiſſe, cuſit cum eo eadem perſona.

o *Dixit.*] i. teſtator.

p *Sermones.*] nullus hæres edicit contra ſermones ſuos reluctari, & nullus hęres dicit nolle ualere, quod dixit, atq; iurauit ratum eſſe. Accurſius.

q *Aut in ſuis teſtamentis.*] i. ſcriptis, vel non ſcriptis, uel etiā in non teſtamento, ut in nouel. eodem titulo.

r *Et iurauerit.*] ſi corporaliter, planū eſt: ſi uero uerbotenus, & tunc idem dico, vt in nouel. eod. tit. & hoc probatur in eo, quod dicit, per ſua teſtamenta, nam adiuratio quædam eſt, ſed non rectum iuramentum: quia illud eſt tantum per Deum, ſecundum Ioan. & facit ad hoc. C. ſi mi. ſe maiorem dix. l. pen. Si autem nullo modo iurauit, & tunc aut dicit, percipiendo eos eſſe cōtētos partib. deſignatis, & tunc ſtanuum eſt, vt ff. de legat. 2. l. peto. in princ. aut affirmando, & tunc non fecit inter eos præiudicium, quia magis errando, quā volendo dixiſſe videtur, vt ff. de legat. ſecundo l. Titia. §. Caius in fi. & l. cum pater. § pater, qui filio. & l. fin. §. 1. & ff. de legat. 3. l. cū quidecens. §. nuptura. & § codicillis, & C. communia vtriuſq; iudicij. l. ſcriptura. quæ omnes ll. huic poſſunt ſignari contra. Sed tu ſolue, quia ibi non iurauit, vt dictum eſt.

ſ *Suos cohæredes.*] quid in extraneis aliquid de bonis defuncti habentibus? Reſpond. contra videtur, per literam iſtam, & hoc dicunt quidam. ſed dicas idem,

2† *Forinſecus in Prouincijs Haloan.*

3† *alias, 25. cum germana ediscitur.*

3† *Habuiſſe verius Haloan.*

4† *Cap. 1.*

5† *Iſte §. ſituatus eſt C. in tit. de probat. ſup. l. rationes. & incipit, quod obtinet, & concor. cū hoc tex. c. cū dilectus mon. & ibi glo. ſuper ver. conſiterentur. de ſucceſ. ab inteſta.*

idem, at hæredes ab illis extraneis non poſſint repetere, quod hic in cohæredibus dicitur gratia exempli dictum intellige.

a *Solius ſunt*] ideſt, quæ ſolam contentionem continet, non autem quæſtionem ſeruorum.

b *Nullius.*] ſ. contentionis.

c *Apud hæredes.*] ſ. iuramento.

d *Sed hæc.*] ſcilicet, vt fiat præiudicium ex verbis defuncti.

e *Curioſi*] id eſt, ſtudioſi, in adſpiſcendis omnibus bonis teſtatoris, non curãtes de iuramento eiuſdem.

f *Inter creditores.*] id eſt, in præiudicium creditorum. Accurſius.

g *Declaratum eſt legibus*] vt ff. de legat. primo. l. filiusfamilias. §. Diui. & ff. de lib. lega. l. Aurelius. §. cum qui. & C. de proba. l. rationes. & l. exemplo. & C. de teſt. l. omnibus. & ff. de interrogatorijs actio. l. de ætate. licet autem præiudicare non poſſet creditoribus poteſt tamen prodeſſe, ſi iuraret tantum ſe debere: quia licet nõ habeat creditor aliam probationẽ, hoc tamen ſufficit, vt ff. de le. 3. l. cum quis. §. antepe. Et econtra, ſi eſt creditor. & iuret ſibi deberi tantum x. cum xx. debeantur, quare non prodeſt extraneo debitori? Certè prodeſt, imo & ſine iuro ſimpliciter dicendo, videtur velle remittere per pactum, vt ff. de pa. l. tale pactum, licet quidam dixerint hanc cõſtitutionem habere locum inter cohæredes tantum.

1 † *Oppugnare. H.*

2 † *Obtinẽtibus. H.*

h *Illis.*] ſcilicet creditoribus.

i *Omnia.*] ſcilicet, bona defuncti, & quæ dixit ſe habere.

k *Contentos.*] ſcilicet, volumus.

l *Negotij.*] vt cadat à cauſa. Accurſius.

3 † 19.

m *Non poſſit frui.*] ſic C. de fideicom. l. ſi. in fin. ſic ſup. de hær. & falci. §. ſi quis autem.

n *Aut obedire omnibus.*] hic reprobatur particularis approbatio, ſic ff de adminiſt. tuto. l. cum quæritur & C de omni agro deſer. l. qui vtilia. lib. 11. & ff de acquir. hæred. l. 1. & 2.

o *Seruari.*] ſcilicet, volumus.

p *Tranſacto.*] & iſta locum habet etiam in præteritis factis: vt hic dicitur, & in nouel. eo ti. nec mirum, quia hoc expreſſe hic dicitur. aliàs ad futura tantum trahitur, vt C. de leg. & con. l. leges, & conſtitutiones.

tari, quæ ſolius [a] ſunt contentionis: alterius autẽ penitus nullius, [b] vtpote dum ſubſtantia videatur eſſe tanta, quantam teſtator iurans hanc ſolam apud hæredes [c] inueniri voluit.

¶ Sed hæc [d] quidẽ inter hæredes, qui curioſi [e] videntur in defuncti eſſe ſubſtãtia, valere volumus, nõ tamen hoc ratum eſſe, & inter creditores, [f] eo quòd noſtris declaratum eſt legibus, [g] quæcũque quilibet pro ſe dixerit, aut ſcripſerit, hæc nihil ei prodeſſe, neq; creditoribus præiudicare, ſed illis [h] licentia ſit, omnia [i] perſcrutari, quo volunt modo. hæredes autem contentos [k] eſſe ijs, quæ à teſtatore dicta ſunt. Sitque pœna negotij [l] inter hæredes, vt qui aduerſatur ijs, quæ relicta ſunt, eis non poſſit omnino frui, [m] neceſſitate imminente, aut obedire omnibus, [n] aut vniuerſa contemnere, & nõ hæc quidem eligere, his verò reſultare, [1] † ſed defuncti voluntatem ab eius ſucceſſoribus, ita ſeruari, [o] vt in nullo ei contradici præſumatur. His valentib. [2] † in reliquo tempore vniuerſo, & in omni negotio nondum moto in iudicio, neque iudiciali ſententia, aut interuẽtione amicabili tranſacto. [p] Tua igitur Eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, cognoſcens, ſolemniter per programmata ꝓpria manifeſta faciat vniuerſis. Dat. 10. [3] † Kalend. Septembris. Conſtantinopol. poſt Conſulatum Beliſarij V. C. anno ſecundo.

q VT PRÆPONATVR nomen Imperatoris, &c.

Hæc expeditur infra eod. vſque ad §. illud.

r *Et vt latinis.*] *hæc dicuntur infra eod. §. fin.*

TITVLVS III.

Vt præponatur [q] nomen Imperatoris documentis, & vt latinis [r] literis aperti tempora inſcribantur. [4] †

NOVELLA XLVIII.

In omnibus inſtrumentis iudicialibus, quæ ad temporis memoriam cõſeruandam aguntur, vel etiam in extraiudicialib. nomẽ Principis, & Conſulis, indictio, menſis, & dies ſunt apponenda, & etiam apponi debet aliud, ſi eſt de conſuetudine. Angelus.

Imperator Iuſtinianus A. Præfect. præt. iterum Exconſuli, & Patritio.

PROOEMIVM.

ILlud omniũ honeſtius eſſe putandum documentum, [s] & geſta, [t] & quidem omnino pro temporis memoria hominibus adinuentum eſt, quòd ipſa quoque commemoratione ornatur imperij: [u] Conſulis [x] etenim, & indictionis, [y] & quod [z] indicium [a] [5] † temporum omnino eſt, & apud nos ſunt quidem forſan, & hæc ſignificatiua horũ, quæ volunt, non tamen nos aliquod horũ perimimus, ſed maiorem adiectionem eis imponimus, vt ex maiorib⁹, & perfectioribus eis temporum deſignetur curſus.

¶ Si quis enim reſpexerit ad

ſ *Illud. Putandũ documentum*] aliàs decet documentum: & tamẽ ſubauditur.

t *Et geſta.*] ſcilicet, ſunt honeſta putanda. alias autem ſunt geſta, quæ in iudicijs geruntur, & in ſcriptis rediguntur, & eadem dñr acta.

u *Imperij.*] no. dari plurimam auctoritatẽ inſtio ex memoria Principis, & facit C. de teſt. l. oium.

x *Conſulis.*] commemoratione.

y *Indictionis. 2.*] Eſt autẽ indictio curſus 15. ann. vt dr̃, indictione prima, & ſecunda, prout eſt in hoc curſu 15. annorũ, vltra autẽ nõ extẽditur: ſed à prima incipit. Et inde habetur, ꝙ antiquitus Romani ſingulis 15. ann. recipiebant tributu de toto mũdo. Et erat ĩ primo quinquennio ferrum, vt inde fierẽt arma militibus Romanis. Secundo quinquennio argentũ, vt inde haberent ſtipendia milites. Tertio quinquennio aurũ, quod in ærario ponebatur: vt ipe neceſſario ꝑ Republica Romano ſum expenderetur. vnde adhuc hodie ſeruamus curſum illorum trium luſtrorum, ſ. horũ 15. ann. & indictionẽ appellamus: quia ſic tributa indicebant antiquitus. Si autẽ velis eam indictionem colligere, accipe annos Domini, q ſunt 1220. & eis addas 3. ann. qa totus annus erat tẽpore natiuit. Chriſti. ſ. tertius indictionis, & diuide per 15. & ſemper adijcias illa 15. & cũ habeas numerum completũ, ſ. 15. inuenies te habere indictionem 1. & de hoc not. C de Iuſti. Codic. confir. in fi.

z *Et quod.*] hic incipit oratio iſta, & tantum dicit, quod ſi qua alia indicia ſunt ratione memoriæ temporum, vel apud nos, vel apud alios, vt ſi forte fiat mentio ciuitatis, vt inf. eo. §. ſi qua vero. vel Quæſitoris, vt ſup. de ta. §. fin. hoc non tollamus, ſed eis iſta adijciamus, vt inf. eod. §. ſi qua vero. ibi, nos enim &c.

a *Indicium*] aliàs indicium, & hæc eſt mala litera, aliàs indicia, & hæc eſt bona.

1 Concor. cũ auth. c. Inter dilectos. cum gloſ ſuper verbo, indictionis. ext. de fi. inſtru. vbi recitatur tenor iſtius conſtitutionis.

4 † *Halo. Ludus aſcriptus titulũ vniuerſũ ſummotenus cõplectitur, ſcilicet Ne a mulierib. quæ ſe proſtituunt, ſi dediſſet, aut inſinuandũ exigatur, ꝙ hoc genus vera deſcriptura non ſine.*

2 De indictione vide bo gl. in c. inter dilectos. ſuper verbo, indictionis. extra de fid. inſtru vbi latè de indictione tractatur.

5 † *Quotque indicia.*

Ad vete-

& eſt etiam conſuetudo generalis, vnde etiam ſi lex diceret contra, tamen deuinceret eam conſuetudo, vt ff. de leg. & ſenatuſc. l. de quibus, in fin. lex autem non improbat, imò probat l. iſta, quicquid de talibus fuerit, vt dictum eſt.

a *Ad vetuſtiſſima.*] principia.
b *Princeps.*] ſubaudi iuſſit, nomen apponi in documentis & geſtis.
c *Ex quo.*] ſ. tempore.
d *Eam.*] Romam.
e *Romulus.*] ſub. ſcilicet.
f *Ille*] ſcilicet, Romulus.
g *Sumat.*] reſpuenda.
h *Quilibet.*] ſcilicet, aliquis.
i *Auguſtum pium.*] ſ. inuenire, vt ſubijcit. Accur.
k *Valentem.*] q. d. eadem, quæ tunc erat, ſic ff. de iud. l. proponebatur.
l *Sitq.*] in futuro.
m *Immortalis.*] Reſpublica. Acc.
n *Ab illis.*] Imperatoris.
o *Erit.*] cum ſic poſt Imperatorum nomina talia facta antiqua inueniebātur, vt dicitur ab illo §. ſi quis enim vſque huc, ergo erit abſurdum.
p *Abſolutè.*] i. indiſtinctè. Accur.
q *Imperij.*] ſub tempore.
r *Hac.*] ſcilicet documenta.
ſ *Ciuitatum temporib.*] puta in 10. anno à ꝯpoſitione ciuitatis, vt de imperio modo dixit, & facit C. de ſcri. l. omnes, ibi, his adijcimus, &c.
t *Quam*] ſ. diem, in qua die geruntur.
u *Annus.*] ſ. quot anni ſunt, ꝙ illa ciuitas facta fuit.
x *Nihil.*] ſupra eod. in prin. ibi, & quotquot indicia, &c.
y *Imperiali.*] ſ. nomine.
z *Inchoetur.*] ſ. documentum.
a *Mox*] priuſquam alia ponatur. Acc.
b *Auctore.*] puta in nomine Domini, & facit infra de Quæſtore, in princi. & de armis, in princi. collat. 6 Sed nunquid anni dominicę incarnationis apponendi ſunt? Reſpond. hæc l. vel alia non cauet: ſed tamen dico, q̄d apponendi ſunt, [1] & aliàs nō valet inſtrumentum, quia eſt de conſuetudine, quod apponantur, ergo apponēdi ſunt, & aliàs non valet, quod agit, vt ſupra proximo §. ſi qua vero, & ſupra eodem, in princip. ibi, & quotquot, &c.

vetuſtiſſima [a] hominum, & antiqua Reipublicę, Aeneas nobis Troianus Rex, Reipublicæ Princeps, [b] & nos quidem Aeneadæ ab illo vocamur: ſiue quis etiam ad ſecūda principia reſpexerit, ex quo [c] pure Romanorū nomen apud homines coruſcauit, Reges eā [d] conſtituerūt Romulus, [e] & Numa, ille [f] quidem ciuitatem ędificās, hic autem eam legib. ordinans, & exornans: ſiue etiā tertia principia ſumat [g] quilibet [h] imperij, Cæſarē maximum, & Auguſtū pium, [i] & ita Rempub. nobis inueniet hanc, quę nunc eſt valentem: [k] ſitq; [l] immortalis [m] ab illis [n] ꝓcedēs erit [o] ergo abſurdum in documētis, & ijs, quæ in iudicijs aguntur, & abſolutè [p] in omnib. in quibus memoria quædam fit temporum, non imperium his præponi.

¶ [1] † Vnde ſancimus eos, qui cumque geſtis miniſtrant, ſiue in iudicijs, ſiue vbicunq; cōficiuntur acta, & tabelliones, qui oīno qualibet forma documenta conſcribunt in hac magna ciuitate, ſiue in alijs gentibus omnib. quibus vos ꝑſidere dedit Deus, hoc modo incipere in documētis Imperij [q] illius Sacratiſſimi Auguſti Imperatoris anno tertio: [2] † & poſt illa inferre Conſulis appellationem, qui in illo anno eſt, & tertio loco indictionē, menſem, & diē: ſic enim per omnia tempus ſeruabitur, & ꝓ imperij memoria, atq; conſulatus ordine, & reliqua obſeruatione interpoſita documentis inadulterata hęc [r] valde conſtituuntur.

¶ Si qua * verò apud Orientis habitatores, aut alios homines obſeruatio cuſtodiatur in ciuitatum temporib. [ſ] neque huic inuidemus, ſed præſcribatur quidem imperium: ſequatur verò (ſicut dictum eſt) Cōſul, & indictio, atque menſis, & dies, ſecundum quā [t] geruntur, & cōſcribuntur, quæ aguntur: & tūc inſeratur ēt ciuitatis oībus modis annus. [u] Nos .n. auferimus quidē priorū nihil, [x] imperiali [y] verò additamēto cām augemus. Et inchoetur [z] mox [a] auctore [b] Deo ꝓcedente prima [c] indictione: ita quodammodo eis ſcribentib. Imperij Iuſtiniani ſacratiſſ. Auguſti Imperatoris anno 11. & poſt cōſulatū Flauij Beliſarij clariſſimi viri anno 2.9. Cal. [3] † Iulij: ſicque in omnib. nominētur imperij anni, & noſtri [d] inquantum eos Deus elongauerit, & decætero Imperatorum: palam namq; eſt, quia nunc [e] quidem annum 11. [f] noſtri ſcribunt imperij; inchoante verò Aprili menſe, & prima die, in qua nos Deus Romanorū ſuperpoſuit reb. 12. annū ſcribent, & ita de cętero [g] donec noſtrum Deus imperium extēderit, vt nobis etiam hæc cā ſuper leges, & harum [h] celebrationē continuè maneat īmortalis, dū memoria imperij omnib. ſimul interfuerit cauſis, atque temporib. [4] † ¶ Illud quoque adijcimus, qm̄ ij, qui tempus in iudicijs [i] deſignant, cū incertis illis, [k] & antiqꝭ literis hæc declarant, obſeruetur in omni iudicio, vt poſt illas literas antiquitatis aliàs ſubdant, ideſt, has cōes, & omnibus nouas, & quæ legi ab omnibus [l] facilè poſſint, & ſignificare geſtorum tp̄s, vt non fatigentur requirentes id tempus; deinde [m] errantes expectent, donec hominem quemcūq; comperiāt, literas [n] illas pro veritate lecturum: ſed ſiquidem [o]

c *Prima indictione.*] forte currebat prima indictio tēpore, quo fuit facta hæc lex, & ita Iuſtinianus regnabat tempore natiuitatis Chriſti, cum illo tempore fuit indictio inuenta, vt ſup. in princip. huius tit. no & ideo non dicit fortè de annis Domini ponendis, cū pauci erant eo tempore. Accur.
d *Noſtri.*] ſcilicet imperij.
e *Nunc.*] ſcilicet, quando hæc conſtitutio facta fuit. Accurſius.
f *Annum 11.*] Not. quòd tempore huius conſtitutionis Iuſtinianus regnauerat 11. annis. Item quia in Calen. Aprilis proximis fuerunt 12 vnde in Cal. April. ſortitus fuit imperium.
g *De cætero.*] ſ. ſcribant.
h *Harum.*] ſcilicet, legum.
i *In iudicijs.*] id eſt, in ſententijs, vt dicunt: vel dic, id eſt, in ſcripturis, q̄ fiunt in iudicio, ſiue ſententiæ, ſiue acta, vel geſta ſint, vt hic ſubijcit: nam & his talia ſunt apponenda, vt ſupra eodem. §. vnde ſancimus
k *Incertis illis.*] quædam literæ erant, q̄ non poterant ab omnibus intelligi, quæ apponebātur in qualibet ſententia, vnde hic eas non remouet ſed præcipit, vt iuxta eas interpretatio, apponatur, vt ſubijcit.
l *Ab omnibus.*] ſic ff. de inſt. l. ſed ſi pupillus. §. proſcribere ſic ſupra, de non alie. §. alienationis, ſic inſ. in med. lit. §. vt autem, colla. 8.
m *Deinde.*] in hac conſtitutione Acc
n *Literas.*] ſcilicet, latinas.
o *Siquidem*] pro certè, & ita conſtrue, ſed certè ſi ritè ſi reliqua Græcæ vocis ſunt, Græcis literis ſubdi tēpus, & poſt perſcriptionē incertarum literarū, puta

1 † Cap. 1.
2 † Toto.
3 † Die anno te tot, ab Calen.
4 † Cap. 2. Vt tempora quæ latinis literis deſignantur, apertius ſcribantur.
* Ad intel. huius §. vt de Herm. Det. in rubr. de ope. nc. nunc.
1 Concor gl. in c. inter dilectos, ext. de fid. inſtr.

latinarum, ideſt iuxta latinas, quæ ſunt incertæ Græcis, apud quos fuit factum inſtrumentum, ponatur interpretatio in Græco.

a *Reliqua.*] vt tenor inſtrumenti. Accur.

b *Dudum.*] in hac conſtit.

r *Mulieres.*] ſuabaudi, comperimus.

ſ *Agnoſcere.*] mulieres iſtas.

t *Deo* certè & legi humanæ, vt ſubijcit, & facit ff de legat primo, l. ſi quis inquilinos, §. ſi. & C. de le. & con. l. nõ dubium, in ſi. & ff. de pac. l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar. & ff ad mu l. ſina. primo reſpon. & infra, de iud. §. quia vero; vbi vero eſt licitum ſacramẽtum, eſt ſeruandum, non tamẽ punitur non ſeruãs, niſi quantu ad Deũ; vt ff de dolo l. nam ſufficit, & ſuperiori l. & C. de re. cre. l. 2. in caſu tamen etiam quo ad mundum valet, & firmat, quod agitur, vt ſi fiat à minore vigintiquinque an. ſuper aliquo contractu, vt infra de pace tenen §. ſi. collat. 10. Item & aliàs, ſcilicet, vt libertus poſt manumiſſionem iurat ſe operas præſtare, vt ff. de lib. cau. l. ſi & de ope. li. l. vt iuriſiurandi vbicumq; tamen dico non teneri quem de ſacramẽto licito ſolo, poteſt dici eſſe verum iure ordinario, & ciuiliter: ſed extra ordinẽ poteſt accuſari crimine ſtellionatus, vt extra ordinem puniat, vt ff. de crimi. ſtellio. §. fin. licet non poſſet dici, quòd dicta lex loquatur, quando iurauit in talem cauſam; vbi & alias ſine iuramento eodẽ crimine poteſt plecti, vt ff. de pign. act. l. prima. Primum pnto verius, quia vbicumque titulus criminis deficit, locum habet hæc accuſatio, vt ff. de cri. ſtel. l. tertia.

u *Periurij.*] ſubaudi, eſt.

x *Si qua omnino eſt.*] ſed quare dicit, ſi qua omnino eſt, cum nulla ſit, vt modo diximus, per l. ff. de dolo. l. nam ſufficit. Reſpond. interdum eſt, non per ſe ſolũ, vt dictum eſt, ſed ex adiuncto, vt quia eſt infamis, ſi veniat contra ſacramentum, & cõtra pactum, quod confirmauerat ſacramento, vt C. de tranſa. l. ſi ex falſis, alias non eſt infamis, vt ff. de infa. l. Lucius, tamen repellitur à teſtimonio, quia præſumitur malè dicere, qui aliquando malè

SCENICAS non ſolùm ſi fideiuſſores præſtent, ſed etiam ſi iuſiurandum dent, &c.

reliqua [a] et poſt ꝑſcriptionem incertarũ literarum, ſi Græcæ ſint vocis, Græcis literis ſub di tempus. Si verò latinus quidẽ totius chartæ conſiſtat ordo, latinis quidẽ præſcribatur tempus, interpoſitis illis certis elemẽtis, clariorem tñ ordinem habẽtib. literis, quas liceat omnibus legere omnino ſyllabarum latinarum ignaris.

¶Tua igitur Eminentia, quę placuerunt nobis, & ꝑ hanc ſacram declarata ſunt legẽ, & in hac maxima ciuitate, & in Prouincijs vniuerſis, quibus præes, manifeſta cõſtituat, vt nullus præſumat aliter numerare tẽpus, aut aliud agere, ſed ita, ſicut dudum [b] decreuimus. Dat. [1] † Cal. Sept. Iun. A. C. Bel. viro clar. anno 11.

1† *Prid. Calen. Sept. Imper. D. N. Iuſtin. PP. poſt Be li. V. C. Coſ. ſecundo.*

Deſideratur hic 49. Conſtitutio, de appella. ex quinque prouincijs, ſed eã non reperi, & Nouel. 50. de his, qui ingrediuntur ad appellationem, &c. quæ eſt infra, collat. 5. tit. 11.

TITVLVS VI.

Scenicas [2] † non ſolum ſi fideiuſſores præſtent, [c] ſed etiam ſi iuſiurandũ dent, ſine periculo diſcedere.

2† ἑταίρας μαχ.

NOVELLA LI.

Iuſiurandum à ſcenica præſtitum non tenet, nec fideiuſſoris datio: quæ expetens, pœnis mulctatur, & iudex in illarum extorſione negligens, punitur.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni Præfecto præt. iterum Ex conſuli, & Patritio.

PROOEMIVM.

NOuimus pridẽ facientes legẽ [d] interdicentem, [e] nulli licentiã eſſe in ſcena [f] detentas mulieres fideiuſſores exigere, [g] quia obſeruabunt, [h] & impiam complebunt operationem, pęnitentiæ tempus nõ habentes, & pœnas interminantem [i] nouiſſimas [k] his, q̃ tales fideiuſſores exigũt: inſuper & ipſos fideiuſſores ſine obligatione recedere, & nullam inferri eis neceſſitatem perſonarum harũ [l] præſentationis. Sed in præſenti comperimus [m] crudelẽ quandam, & improbabilem calumniam contra ſtudendam à nobis fieri caſtitatẽ. Quia enim eos [n] fideiuſſores accipere ꝓhibuimus, [o] inueniſſe [p] illos aliam viã ad impietatem deducentem maiorem; iuſiurãdum enim eas exigere, [q] quia nunquã ab impia illa, & turpi operatione ceſſabunt: mulieres [r] aũt exiſtentes miſeras, & ſic malè ſeductas, piè agere ſe putare, ſi impie egerint: & vt cuſtodiant iuſiurandum, ꝓpea ſuam proſtituere caſtitatẽ, cũ oporteret agnoſcere, [ſ] q̃a hmõi trãſgreſſiones magis placent Deo, [t] q̃ iuſiurandi obſeruationes. Non. n. ſi quis ab aliquo iuſiurandũ acceperit, q̃a occidet forſitan, aut adulterabit, aut aliquid aget tale illicitũ, oportet ſeruari iuſiurandũ, vt ꝓpote cũ ſit ita turpe, & illicitũ & ad perditionem docens. Ideoq; liceat mulieri, licet hmõi iuſiurandũ iurauerit, recedere à iuriſiurãdi huius amaritudine, & caſtè viuere ſine periculo ꝑiurij. [u] magis aũt Deo amabiliter pęna ꝑiurii (ſi qua oĩno eſt [x] pęna) contra eũ, qui iuſiurandum exigit, cõuertenda. Vnde ẽt nos repentè inferimus decẽ librarũ auri pęnã exigentes eũ, qui præſumpſerit oĩno tale iuſiurandũ accipere: & hanc, ſcilicet quãtitatẽ ipſi infelici dari mulieri ſanci-

c Præſtent.] *ſubaudi, non: nec enim hanc, vel aliam ſecuritatem præſtare habẽt, vt in principio huius conſtitutionis, vel legas ſic, Fideiuſſores etiam ſubaudi, ſolum non præſtent, vt ita nec dictio non, ponatur iuxta verbum, præſtent.*

d *NOuimus. Legem.* vt ſupra de Lenonib. Accu.

e *Interdicentem.*] ſubaudi, legem.

f *Scena*] id eſt, loco turpi, vt proſtibulo. Aliàs dicitur ſcena, locus, vbi conſueuerunt homines conuenire, & erat locus inumbratus cortinis, vt ff. de inf. l. 2. & inde ſcenæ dñr vel ſcenicæ mulieres.

g *Exigere.*] not. verbũ, quod regit duos diuerſos accuſatiuos, vt ſ. de leno. §. quaſdam vero, earum. exigere, dico; quia obſeruabunt, &c.

h *Obſeruabunt.*] prædictæ mulieres.

i *Interminantem.*] ſ. dictam legem.

k *Nouiſſimas.*] nouiſſimæ pœnæ dicuntur, vltra quas nulla eſt ꝗta magna, nam debet occidi talis leno, vt ff. de pęn. l. vltimum, & ſup. de leno. §. præconizamus ſimilis expoſitio ſupra de eccl. rer. immob. alie. §. occurrit.

l *Perſonarum harum.*] ſ. mulierum.

m *Comperimus.*] vnde, & præſenti conſilio indigemus, vt ff. de vent. inſpi. l. 1. §. 1. in prin.

n *Eos.*] ſcilicet, lenones.

o *Prohibuimus.*] vt ſupra proximè diximus.

p *Inueniſſe.*] ſ. comperimus.

q *Exigere.*] ſ. inuenimus, & ſtatim ſubijcit formã ſacramẽti.

malè dixit, ff. de accu. l. ſi cui, §. iiſdem.
a *Vitam.*] quam vitam perinde habebit, & quo ad matrimonia. & quo ad alia, ac ſi nunquam in tali praua conuerſatione fuiſſet, vt C. de nupt. l. imperialis, §. 1 Sed nũquid hodie habent neceſſe petere reſcriptum, vt dicit dicta lex Imperialis? Videtur, quod ſic, cum illa non inueniatur correcta, vt ſupra de admi. off. §. j. & C. de appell. l. præcipimus. i. fi. Sed ꝗ puto, ꝑ gñalia verba huius conſtitutionis, quæ dñt, ipſo iure eam non teneri, vnde quantum eſt in petitione reſcripti, dico illã legem correctam per iſtã Ac.
b *Exigendam.*] pœnam prædictam ſub audi.
c *Tenebitur ab ea.*] ideſt, ipſa habebit eum iudicem obligatum ad tantã pœnam & facit ad hoc ſupra de mo. §. fi. & ſup. de man. Prin. §. neq; in fi. coll. 3. & C. de iud. l. ſancim⁹. in fi. & inf. de col. §. ſi vero ſm prędictũ modum. colla. 9. & inf. de ecc. tit. §. ſi autem qui hoc. & inf. vt in priua. don. in fi. tit. ca. col. Accur.
d *Hæredesq́.*] ſ. lite conteſtata, vt quidã dicunt, Alb. vt C. ex del. de. l. 1. & facit ff. ad l. Iul. pecul. l. fi. & ff. de act. l. ex iudiciorum. Accur.
e *Eius*] ſ. tenebunt.
f *Actionem piam.*] l. actum pium ſupra de non alie. § & hoc valere. in 2. coll.
g *Exegerit.*] ab aliqua puella, vt ipſa non debeat a turpi, & impia conuerſatione ceſſare, vt ſup. eo l. ſed in præſenti.
h *Memoratam*] ſupra eodem, §. vnde.
i *Militaris*] ſ. aliqs maior Præſide.
k *Per illum.*] ſ. militarem iudicem. nam ipſe exiget à Præſide, & dabit mulieri.
l *Militarem*] illius Prouinciæ.
m *Maioribus*] ſ. habentib. maiores honores Alb.
n *Cingulis.*] aliàs cingulo: & dic. & inſuper, ideſt ſi non ſit in illa Prouincia iudex militaris, nec etiam Metropoleos Epiſcopus, exigat ille Præſes dictam pœnam ex vicinis maioribus circulis, i. Magiſtratibus, qui ſunt in vicina Prouincia, maioribus cingulis, ideſt, qui ſunt maiores per cingula, quàm ſit dictus præſes.
o *Hoc agentem.*] ſ. facientem mulierem, ſic iurare.
p *Caſtigari.*] ſ. volumus.

mus, ad reliquam bonæ figuræ vitam [a] exigendam, [b] per adminiſtrationem prouincialem, & dandam ei, ſciente iudice, quia ſi neglexerit, tenebitur [c] ab ea deponens adminiſtrationem, hęredesq́; [d] eius, [e] & ſucceſſores, & eius ſubſtantia eo[l], quòd actionem piam [f] agere neglexerit. Si autem ipſe Prouinciæ Præſes iuſiurandum exegerit, [g] ipſe etiam memoratam [h] decem librarum auri pœnam exigatur: ſiquidem militaris [i] iudex ſit, in illa Prouincia, per illũ [k] danda, ſicut dictum eſt, mulieri. Si verò non habeat militarem [l] iudicem, Metropoleos illius Prouinciæ Epiſcopus hoc ꝓuideat, cauſam etiã ad nos, ſi probauerit, referens: & inſuper ex vicinis maiorib. [m] cingulis: [n] & vndique hoc agentem, [o] ſiue iudex, ſiue priuatus ſit memorata caſtigari [p] pœna, & dari hanc ei, quæ, quantum ad illum, neque caſtè viuere valeat vlterius, vt non videatur quaſi peieraſſe. Quæ igitur placuerunt nobis, & per præſenté ſacram declarata ſunt legé, tua Celſitudo pręceptionib. proprijs, omnibus faciat manifeſta, vt cognoſcant noſtra Imperij circa caſtitatem ſtudium. [1]†

1† *D. Cal. Sept. DN. Iuſt. PP. A. Bel. V. C. Coſs.*

TITVLVS VII.

Vt non fiant pignorationes* pro alijs perſonis: & vt ſicut q Principum donationes non egent geſtis monumentorũ, ſic nec à priuatis Imperatoribus factę donationes indigeant.

* *Pignorationes ſunt, quas hodie vulgo dicimus Repreſalias.*

NOVELLA LII.

Nulli licitum eſt ſecundum formam pignorationis exigere alium pro alio. Itẽ ſicut donatio facta à Principe priuato, inſinuatione non eges, ita nec econtra. B.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum per Orientẽ prętoriorũ Præfecto iterum Exconſuli, & Patritio.

PROOEMIVM.

INhoneſtas pignorationes, & odibiles ſuper his exactiones, plurimæ quidem, & aliæ leges [r] odio habent, præcipuè autẽ à nobis poſitæ: ſed neſcimus quemadmodum cauſa, [t] licet tantis caſtigata legiſlationibus, [u] adhuc præſumitur, [x] & in Republica eſt, & maiorem ſui præbet virtutem, quàm legum [y] neceſſitas. [z]† Propterea ſancimus, nullam omnino pignoratione in noſtra Republica præualere, [z] neque in mercatis (hoc quod maximè ibi præſumptum inuenimus) neq; in agris, neq; in ciuitatibus, neq; in vicis, neq; in ciuib. [a] neque in vicaneis, [b] neque in agricolis, neque alio omnino quocunque modo, vel tempore: ſed præſumentem alium pro alio ſecundum pignorationis formam, [c] aurũ, aut aliquid aliud exigere, hoc reddere in quadruplum violentiam paſſo, & cadere etiam ab actione, quam habuit aduerſus eum, pro quo exactionem fecit. Non enim habet rationem, alium quidem eſſe debitorem, alium vero exigi, ſed nec alteri moleſtum eſſe pro altero quodam, tanquam inuaſionem, aut iniuriam committentẽ,

∴ *Expeditur hac pars infra eod. vſque ad §. illud. Accur.*
q *Et vt ſicut.*] hoc decitur inf. eo. §. illud.
r INhoneſtas. Et alia leges. vt ff. quod met. cau. l. extat. & ff. ad le. Iul. de vi. pri. l. penul. & ff. de offic. Præto. l. illicitas & C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & l. ſi quando.
ſ *A nobis poſita.*] vt C. vnde ui. l. fi. & C. locati. l. fi. & aliæ extrauagantes.
t *Cauſa.*] ideſt, turpis pignoratio, & exactio.
u *Legiſlationibus.*] vt ſupra proxi. diximus.
x *Præſumitur.*] ideſt, obſeruatur. Accurſius.
y *Quam legum.*] ideſt, maiorem efficaciam iniquitas, quã æquitas habet, quæ eſt ex neceſſitate iuris, vt C. de iudic. l. placuit, quod tamen eſſe non debet. 2†*Ca. r.*
z *Praualere.*] ſic C. de omni agro deſerto. l. hac definitione. ſic infra, vt nulli iudic. §. quia vero, collatione nona.
a *Ciuibus.*] i. hominibus.
b *Neque in vicaneis.* ideſt, qui morantur in vicis.
c *Formam.*] puta, contraxi tecum in alia regione, hoc acto inter nos, vt ſi die ſtatuta non ſolueretur, liceat tibi homines meæ Prouinciæ pignorare, tuę auctoritate, ſiue res eorum intromittere. & probatur hæc electio † ex eo, quòd dicit, firmam, ideſt, pactum firmatum verbis, ut liceat ſic capere, & probatur, ff. de arbi. l. arbiter intra certum. Sed quid ſi, hoc in pacto actum nõ fuerit? Reſpon. idem multò magis. Item quid ſi accepi non in pignus, ſed in ſolutum? Reſpon. idem, ſecundum Io. quare ſubaudi, etiã vt ceſſent iſtæ duæ oppoſitiones. † Lectio.

& alium quaſi vicaneum exiſtentem cædi, aut iniuriam ſuſtinere, & aliquid pati, qđ omnino non competit,[a] pro alio, & abſque legitima occaſione, quamlibet perferre calumniam, & ſupplicia [b] ſuſtinere in corpore: Præſidib. gentium ſcientibus,[c] quia ſi non hæc egerint, ſed in Prouincijs, quibus præſunt, pignorationes præſumi patiantur, nihil erit tale, quod à noſtris eos eripiat manibus. [1]† Illud quoque perſpeximus, huic adijcere legi vt ſicut ab Imperio in alios factæ donationes non egent geſtis monumentorum, [d] ſed ex hoc ipſo habent virtutem, ita neque à priuatis Imperatorib. factæ (niſi tantummodo [e] ꝓ veritate fiant in publico à tabellionibus completæ, ſubſcriptionem habentes, & eius, qui fecit, & teſtium, & aliam donationum obſeruationem) non egebunt geſtis monumentorum cuiuſcunq; quantitatis ſint. Non enim conſequens [f] eſt, vt nec his [g] fruatur Imperiũ [h] à priuatis, quæ ab eo præbentur [i] illis. Hæc autem inæqualitas [k] facta eſt ex nouitate, quam Zenonis piæ memoriæ introduxit conſtitutio,[l] vt Imperiales donationes non egeant monumẽtis. Quia igitur imperfectius cauſa prius apparuit, propterea nõ ꝑfectionem imponentes ei ex vtroque [m] tenere hoc volumus, & [n] in his donationibus, quę ab Imperatoribus in priuatos fiunt, & quæ à priuatis in Imperatorẽ, vt ex ęqualitate iuſtitia cãæ adiiciatur. ¶ Tua igitur excellentia, quę per hanc diuinam noſtram conſtitutionem ſancita ſunt, ꝓceptis proprijs ſolenniter manifeſta facere ſtudeat vniuerſis. D. 15. Calẽ. Sept. Imper. DN. Iuſt. P.P.A. ann. 11. poſt Beliſ. V.C. Cos.

TITVLVS VIII.

De exhibendis, & introducendis reis, [o] & vt ij, qui conueniuntur, [p] poſt viceſimum diem præſententur iudicibus: & de ijs, qui iuratoriam [q] cautionem exponunt, & ante litis cõteſtationẽ abſentes fiunt, & de hypothecis, [r] quæ appellantur ex caſu, & quæ perſonæ, & quando hoc ius habent, & de indotatis vxoribus, [ſ] vt habeant quartam partem in ſubſtantia viri, & ipſe vir in ſubſtantia vxoris, quãdo inops eſt, cui relinquit.

NOVELLA LIII.

Reus non eſt exhibendus in iudicio de vna Prouincia ad aliam, niſi prius actor fideiuſſoriam praſtiterit cautionem, certam quantitatem promittens, ſi litem non exequatur, aut exequens non vincat: & reo comparente ſi actor intra decem dies non comparuerit, reus abſoluendus eſt à iudicio, eo exacto, quod ab actore promiſſum eſt, & ſi quid amplius reus expendiſſet. Bartolus.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimo prætoriorum per Orientem Præfecto iterum Exconſuli, & Patritio.

PROOEMIVM.

Plurimi adeũtes [t] noſtrã docent poteſtatem, qa [u] exhibẽtur [x] ab aliquib. aut etiam in alias pertrahũtur [y] Prouincias ex ſacra noſtra iuſſione, aut decretis iudicialibus, & ad miſeriã quidem per hoc aguntur, [z] coacti verò iuſſionibus,[a] aut decretis [b] exhibentur. Proinde qui [c] eos [d] exhibent, [e] etiã cautiones exigentes, [f] quia intra certum tempus veniẽt ad determinatum iudicium ij, qui ab eis conuenti ſunt, ipſi [g] remaneant [h] in Prouincia, affligi [i] in peregrinatione ſumptibus, exhibitum, aut præſentatum relinquentes.

¶ [2]† Hoc igitur miſerantes ſancimus ſi quid fiat tale,[k] & tempus impleatur, quod in cau-

a *Competit.*] i. non eſt conueniens, ſic ſ de ecc. re immu. §. ſi vero nõ priuat⁹.
b *Et ſupplicia*] nam & ipſos hoĩes capiebãt, & ſupplicia eis imponebant. quod fieri non debet.
c *Scientibus.*] & aliàs ſcientiam: & facit ſup. tit. prox. §. ſi.
d *Geſtis monumentorum.*] i. vt fiant coram iudice ordinario, præbente auctoritatem huic donationi, quia ſufficit ipſius Imperatoris ꝓſentia: vt & aliàs C. de teſt l. omnium.
e *Niſi tantummodo.*] q. d. fiant hmõi donationes in rei veritate, & ſcribant per tabellionem, & alia fiant, quæ hic dñr, non autem in præſentia iudicis ordinarij eſt neceſſaria, quantacũq; ſit q̃titas, quæ authoritas aliàs eſſet neceſſaria, vt ſup. de Defen. ciui. §. nulla. coll. 3. & facit ad hoc, C de donat. l. donatio. § in conſcribendis. & l. ſancimus. Quid ſi eſt quantitas intra 500. ſold. Rñd. nec ſcriptura eſt neceſſaria, qa nec in priuata donatione eſt neceſſe, ſed ſimplex, & nudum pactum ſufficit, vt C. đ don. l. ſi quis argentum, §. ſin aũt hoc minime ſcriptum. Acc.
f *Non enim conſequens eſt.*] No. eandẽ debere eſſe rationẽ cõtrariorum, vt hic, & ff. ſi vſusfru. peta. l. pen. §. fin. & C. de cad tol. §. ſed vt manifeſtetur. & inf. vt lice. mat. & auiæ. §. illud. & ff de rerum diui. l. pen. & C. de ſacroſ. eccl. l. antepenul. & ĩ. de fide inſtru. §. ſi quis.
g *Nec his.* priuilegiis ſ. vt non neceſſaria inſinuatio.
h *Imperium.*] ſ. qñ priuatus ei donat.
i *Præbentur.*] cum Imperator donat.
k *Inæqualitas.* quæ erat ante legẽ iſtam.
l *Conſtitutio.*] vt C. de quadrien. præſcr. l. fin. §. ſed quia igitur. Accur.
m *Ex vtroque.*] ſ. latere.
n *Et.*] pro, i. Accur.

1† C. 1. Vt donationes Imperatori a priuato homine factæ non egeant inſinuatione.

DE EXHIBENdis, & introducendis reis, &c.

o *Reis.*] *A re, quia rem debent, non à reatu, vt ff. de duo. reis, l. 1. & hac pars expeditur, infra eo. vſq; ad § illud quoque.*
p *Et vt ij, qui conueniuntur.*] *hoc expeditur inf eo. § illud. vſq; ad §. ſi vero.*
q *Et de ijs, qui iuratoriam*] *& hoc dicitur, in. eo. §. ſi verò etiam quidam vſque ad illũ §. optimum quoque.*
r *Et de hypothecis.*] *militiarum. & hoc dicetur inf. eo. § optimum. & expone hac verba, vt ibi.*
ſ *Et de indotatis vxoribus.*] *quod dic, vt inf eo. § quoniam vero & §. ſi verò quaſdam. vſque in finem conſtitutionis. Accur.*
t *Plurimi adeuntes.*] ſ. nos.
u *Quia.*] aliàs, quia. Accur.
x *Exhibentur.*] ideſt, exhiberi poſtulantur de vna Prouincia ad Conſtantinopolitanam ciuitatẽ, vt inf eo. §. qa verò.
y *Pertrahuntur.*] dico, aut &c.
z *Aguntur.*] i. deducuntur, quæ miſeria ex inopia contingit, & inopia ex peregrinatione, vt hic, & ſupra ut iudi. ſine quoquo ſuffra. §. illud. circa princ. coll. 2.
a *Iuſſionibus.*] ſ. noſtris.
b *Decretis.*] ſ. iudicialibus, & ſic redde ſingula ſingulis.
c *Qui*] ſ. actores.
d *Eos.*] ſ. reos.
e *Exhibent.*] id eſt, poſtulant exhiberi. Accur.
f *Exigentes.*] ſ. coram eo, à quo petitur reſcriptum.
g *Ipſi.*] ſ. actores.
h *Remaneant.*] ſ. qui conuenerunt.
i *Affligi.*] i. vt affligantur conuenti.
k *Tale.*] quod reſcriptum

2† C. 2. de reis ab alio loco in aliũ repræſentandis.

ſcriptum ad extrãneum iudicem ſit petitum, & cautio ſit facta de exhibendo reo, vt ſupra dixi.

a *Ipſe actor.*] nam huiuſmodi tempora iudicialia actoris maximè, & iudicis arbitrio ſtatuuntur, vt hic, & ff. qui ſatiſd. cog. l. de die 1. reſpon.

o *Plus.*] ſcilicet, quam fuerit promiſſa quantitas ab actore.

p *Declarauerit.*] ſ. reus.

q *Superexigi.*] ſ. ab actoribus.

r *Illudere.*] id eſt, deridere.

tione exhibitionis, aut præſentationis ipſe actor[a] conſtituit, deinde ille[b] quidem obſeruet[c] in iudicio, actor autem deſit, & non intra decem dies,[d] poſtquam reus venerit in Prouinciã, actor occurrẽrit, reum quidem ingredientem apud iudicem, & hoc docentem, repẽte dimitti,[e] iureiurando autem eius[f] iudicetur de omnibus expenſis, quas pertulit circa viam, & circa peregrinã habitationem, & his[g] iudices addicant[h] actorem conuenientem fruſtra.

¶ Et quoniam mos eſt, non aliter fieri exhibitiones, aut præſentationes,[i] niſi actores fideiuſſores ad certam quantitatem dederint,[k] qui exequentur cauſam, & ſuſcipient ſñiam,[l] hanc quidem quantitatẽ oĩno eos[m] exigi,[n] & dari fruſtra calumniam paſſo.

¶ Si verò * per iuſiurandum etiam plus[o] aliquid declarauerit[p] (certa tñ quantitate définita a iudice, quam leges taxationem vocant) ẽt hoc ſuperexigi,[q] vt cognoſcant non illudere[r] vitas alienas,[ſ] ſed in Prouincia[t] eligere iudices, & ibi contra ſuos aduerſarios litigare.[1] †

¶ Quia verò ab actorib. fideiuſſiones plerumq; nouimus hic datas,[u] tanquam[x] in exhibendis perſonis, ſi verò in aliã deducantur[y] Prouinciam, forte declinare[z] hanc obſeruationem,[a] ſancimus hic[b] iudicẽ, aut glorioſiſſimũ Quæſtorem[c] noſtrũ ſacris noſtris miniſtrantem literis, ſi quid tale[d] agere iubeatur, non aliter ad aliam exhibere Prouinciam reum[e] ante, quã fideiuſſorem præbeat actor in iudicio, in quo futurus eſt reum deducere, quia dabit ſecundum locorum ſpatium aurum,[f] quantumcumque decretũ[g] fuerit fugienti,[h] ſi non exequatur, aut exequens non vincat cãm:[i] & ibi[k] omnia agi, quæcumq; in exhibitione,[l] decreuimus.[m] definitum[n] verò aurum à fideiuſſorib. exigendum, & dandum ei, qui deductus eſt præbendo quoq; ab illo[o] ẽt iureiurando vſque ad taxationem.[p] vt ſi iurauerit ſe etiam amplius expendiſſe,* & hoc recipiat, vt vndique videantur perfectæ noſtræ legiſlationes.[2] †

Reo ad iudicium vocato debet libellus offerri, & viginti dierum ſpatium indulgeri, & ab eo debet fideiuſſor dari, & ſportulæ ſolenniter, & medio tempore poterit iudex recuſari, vel alius aſſociari, niſi ille, quẽ petiit, abſit recuſatus: & viginti diebus elapſis litis cõteſtatio fieri debet, & aliter facta ante valent. Bartolus.

b *Ille.*] ſcilicet reus.

c *Obſeruet*] i. ſtet in iudicio, & ſic exponitur inf. eo. §. ſi vero etiam quidam.

d *Decem dies.*] ſed nunquid à tempore petiti reſcripti currunt hi decem dies, vel à tẽpore, ex quo ad eum extraneũ iudicem venire potuerit? Reſpon. ex neutro horum temporũ computari, ſed à tẽpore finito, quod fuerat per iudicem conſtitutum, & actorem aliter enim ſiue iniuria actoris, ſiue ſtipulatoris dicere non poſſumus, cui iniuriari in talibus non debemus, vt ff. de verbo. obli. l. ſtipulationũ, §. fin. Accur.

h Exempla.] contra C. de ſenten. l. nemo iudex: ſed hic quo ad Deum, & quo ad peccatum vitandum loquitur: ibi quo ad ciuilem quærendam actionem.

i Innumerabilibus.] ſcilicet, generibus perſonarum.

K Pene.] ideſt, ferè.

l Ex potentibus.] ſcilicet perſonis. Accurſius.

m Inanes.] ideſt, non potentes.

n Secuta.] & hic nota, filium ex delicto patris puniri. Sed contra, C. de pœn. l. ſancimus. Item contra, ff. de pœnis. l. crimen. Item contra, ff. de accuſat. l ex iudiciorum: ſed certè hic de pœna loquitur diuina: in dictis autem legibus de humana, vt argumento illius diuinæ ſcripturæ, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.

[7] † Cap. 1.

o Poteſtatibus vtentes.] ideſt, potentijs ſuis.

p Sceptris.] ideſt, literis, vel imperio. Ala.

Aſcus-

aſcendentem [a] videt, & quę deſcendentē [b] Solem, & quæ ex vtroque [c] eſt latere, vt vnuſquiſque in qua prouincia deliquit, [d] aut in qua pecuniarum, [e] * aut criminum [f] reus ſit, ſiue de terra, [g] & * de terminis, [h] ſiue de proprietate, [i] ſiue de poſſeſſione, [k] aut hypotheca, [l] vel de qualibet alia occaſione, [m] illic etiam iuri ſubiaceat, [n] (hoc enim apud legiſlatores præcedentes variè [o] quidem dictum eſt, licet non purè, [p] & ſicut nos illud conſiderauimus [q]) & vltra terminos litigare non quærat. Siue enim magna delicta ſint, ſiue contractus conſiſtant, oportet omnibus modis ſuper eis, & conuentiones eſſe, & ſcripturam, [r] ſi opus fuerit, & examinationem [ſ] prouincialem propter facilē probationē: ſiue quidem in paruo quiſpiam ſimiliter delinquat, ſiue maius adhuc peccatum fiat, quale eſt, ſi nec in paruis iure [t] potiatur; [1] † ſed expectet venire in extraneę terræ prouinciam, ibique eum conuenire, & de talibus litigare, quem [u] neque præſentem, [x] neque in Prouincia forſan propter virtutem illius, [y] aut infirmitatē ſuam conuenire poterat cōpetenter. Quid enim erit durius, quàm læſum [z] forſan circa ſublationē bouis, aut equi, aut iumētorum alicuius, aut pecudum, aut (vt exiguum dicamus) domeſticæ gallinæ, hunc cogi, non in qua auferūt, Prouincia litigare, ſed alibi currere, & ibi probationes horum, quæ pertulit, exigi, & aut plures expenſas pati, quam rei æſtimatio eſt, aut inopiam ingemiſcētem [a] ferre? [b] Hinc nobis multitudo [c] plurima eſt interpellantium quotidie, & crebrò [d] in talibus cauſis inquietamur, paruarū gratia occaſionum, & ipſi [e] multas ſuſtinentes importunitates, & videntes plurimā quidē multitudinē virorum, plurimamq; mulierum ex proprijs locis agitatas, & ad hanc venientes feliciſſimam ciuitatē, quorum plurimi etiam mendicantes, & afflicti hic agunt, interdū quoque hic moriuntur. [2] †

¶Si igitur † fuerint ambo in Prouincia, [f] & actor, & reus

* *Concor. c. vlt. cū glo. 2. in med. ext. de for. compet.*

* *Hinc sūpta fuit authen quā in prouincia. C. vbi de cri. agi opor.*

1 † *Siue facto eius delictū manus reddatur, quia iuris arbitrio ſe non permittat. Haloā.*

2 † *Cap 2. De præſentibus reis.*

* *Cum hoc §. concord. c. ex parte. in glo 1. circa fi. extrà de appel.*

a *Aſcendentem.*] ideſt, Orientem.
b *Deſcendentem*] ideſt, Occidentem.
c *Vtroque latere.*] ideſt, Meridie, & Septentrione. Al. & fa. ſupra vt eccle. Rom. §. fin.
d *Deliquit.*] apparet, quod hæc conſtitutio tota loquitur in reo, volente trahere actorem ad extraordinarium iudicem.
e *Pecuniarum.*] poteſt ſtrictè intelligi verbū, pecuniarum; quia interius ſubijcit de alijs rebus, vt & aliàs ſtricte accipitur, vt C. de proba. l. 1. & ff. ad Mace. l ſi filius. §. 1. Vel largè pone. & quod ſubijcit, ſiue de terra, &c. eſt quaſi huius expoſitio. Nam pecuniæ verbum largè poteſt ſumi, vt ff de verb. ſignifi. l. pecuniæ. & C. de conſti pec. l. 2. §. fin.
f *Criminum*] vt de eo crimine cōueniatur ciuiliter, vel criminaliter, & hoc ipſum erat etiam ante legem iſtam, vt ſubijcit; hodie etiam plus eſt, quia ſi ibi non inueniatur, vbi deliquit, poterit & alibi comprehendi, & remitti etiam violentèr, vt infra vt nul. iud. §. ſi vero quis comprehēſorū, non erit ergo amodo q̄ſtio, an hæc conſtitutio loquatur de criminibus vel non. nā verè loquitur, ſecundum Ioan. vt hic. & ſup. in rub. licet quidam, vt M. dixerint contra ſcilicet, quòd non loquatur in criminibus, vbi criminaliter ageretur, quaſi ſatis ſufficiant vetera iura. Sed certè generalius loquitur, nec vult tantum noua dicere, imo etiam vetera iura recitat hæc conſtitutio, vt infra ſtatim ſubijcit, hæc enim apud præcedentes, &c.
g *De terra.*] quod hic dicitur indiſtinctè, ſtatim diuidit, & diſtinguit, ſiue de proprietate, &c.
h *De terminis.*] de quibus agitur ciuiliter finium regund. vt imponantur, & diſtinguantur: vt ff fin reg l. 2 in fine. & l. 3. & l. ſi irruptione. §. fina. Item agitur pecuniariter ad pęnam 50. aureorum per l Agrariam imponendam, ſi dicantur ab alio termini deiecti, vt ff de ter. mo. l. Agraria. nec tollitur vnum iudicium per aliud, cum debetur propter rem familiarem, vt C. quando ci. ac. cri præ. l. j. donec tamen vna intentatur, alia ceſſat, vt ff. de pub. iud. l. interdum. & ff. vi bo. rap. l. 2. §. 1. & dixi inſtitu. de offic. iud. §. pen.
i *De proprietate.*] id eſt, dominio, per rei vendicationem directam, vel vtilem, vel publicianam, vel hæredit petit. quod etiam ante hanc l. erat, vt ratione huius poſſeſſionis, quæ hic eſſet, debeat hic conueniri, vt C. vbi in rem ac. l. fi. & C. vbi de hære agi op. l. 1.
K *De poſſeſſione*] recuperanda, vel adipiſcenda, vel retinenda, cum his tribus modis de ea agatur, vt inſti. de interdi. § ſequens diuiſio.
l *Hypotheca*] vt ſi rem immobilem in hac Prouincia poſitam mihi obligaſti, quo caſu etiam ratione poſſeſſionis hic poſitæ agam, ſiue etiam alibi poſitæ, agam hic ratione contractus, vt ſupra proxi. dicit. nam reus hic ſit, id eſt, debitor, obligando ſic te, & rem ſuam.
m *Occaſione.*] vt de ſeruitutibus perſonalibus, vt vſu, & vſufru. de realibus, vt ruſticorum, prædiorum, vt ff. de ſerui. l. 1. ſed etiam de ſtatu ſeruili, vel adſcriptitiæ conditionis, vel alterius ſimilis, vt de filiatione, vel patria poteſtate. ſimilis eſt modus loquendi, C. de iud. l. properandum. in fi. primo reſpon.
n *Subiaceat.*] ergo idem in clericis: ſed contra infra, vt cler. apud propr Epi. §. 1. colla. 6. Reſpondeo, & clericus in eo loco conuenitur, ſed nō apud Præſidem, ſed apud Epiſcopum huius loci, qui ſuus eſt, & ratione huius cauſæ ſecundū Ioan.
o *Varie*] ideſt, in locis, vt ff. de accu. l. ſi cui. § penult. & §. fi. & ff. de re mili l. 3. primo reſpon. & C. vbi de crim. agi opor. l. 1. & C. de caſtr. & miniſte. l. fi. in fi. lib. 11. & ſupra vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. quod autem dictum eſt. collat. 2. & ff de iudi. l. hæres. §. 1. vſque in fi.
p *Non purè*] hoc eſt, non inuenitur lex aliqua de antiquis, quæ ita dicat purè, & ſimpliciter de omnibus, vt iſta dicit, & ſtatim ſubijcit. nam hæc in delictis, & quaſi, item in contractibus, & quaſi loquitur item & in actionibus in rem, in quibus quis ratione poſſeſſionis ſortitur forum, vt C. vbi in rem ac l. fin. Item in interdictis poſſeſſorijs, vt hic continetur.
q *Conſiderauimus.*] ſcilicet, quia reus reſpondeat ita ecōtra dicimus, ꝙ actor alibi non agat, vel agere quærat, vt ſubijcit, vel dic ad reum tantum referendum hoc.
r *Scripturam*] ideſt, libellum conuentionalem. Al.
ſ *Prouincialem.*] faciendam in Prouincia ea, vbi contrarium eſt, vel delictum, vt ſupra dictum eſt, & eſt ratio, vt ſubijcit facultas probationū. Nam facilius probabit actor hic, quam extra Prouinciam, & fa. C. de hęre. & ma. l. quoniam, in fi. & C. de re. cre. l generaliter. in prin. ibi probationibus pinguius. &c.
t *Iure potiatur.*] ſimile dicitur in diuina pagina, ꝙ nullum adeo eſt veniale paruum peccatum, quod ſi deducatur in contemptum, mortale non efficiatur.
u *Quem.*] ſcilicet, reum.
x *Præſentem.*] etiam ſubaudi.
x *Illius.*] ſcilicet, rei.
z *Læſum.*] ſcilicet, actorem.
a *Ingemiſcentem.*] ſic C. quando Imperator inter pupil. & vid. l. 1.
b *Ferre.*] ſcilicet, pœnas, & quas patitur. Al.
c *Multitudo.*] ſic C. qui potio. in pigno. habe. l. fin. in principio.
d *Crebro.*] ideſt, ſæpe.
e *Ipſi*] ſcilicet, nos. Accur.
f *In prouincia.*] in qua obligatio contracta eſt, vt ſup. eo.

§. hæc

nequaquam ad aliã Prouinciam cauſa trahatur,[a] neq; ad hanc fęliciſſimam ciuitatem, neque ex priuilegio[b] cuiuſpiam, neque ex iuſſione, ſed illic decidatur.[c]

¶ Si verò[d] alter quidem adeſt, alter autem abeſt, qui verò præſens eſt, ex domo abſentis iniuſtitiam[e] patiatur, conueniatur omnib. modis ipſe, qui iniuſtitiam[f] egit, ſiue curator, ſiue conductor, ſiue quicunque ſit eius:[g] & liceat ei ſecundum Prouinciæ ſpatium, & ſecundum legem communem[h] antiquitus poſitã inducias accipientem, nũciare, quæ de his geſta ſunt illi, ad quã cauſa refertur. Sed ſi quędam vicina Prouincia eſt, in qua hoc agitur,[i] vna, aut duabus manſionibus[k] [1] † in medio Prouinciarũ cõſtitutis, quatuor ei menſium dare inducias. Si verò maius ſit ſpacium, ſex. Si verò ex Paleſtina forſan, aut ex Aegypto, aut ex ſpatio gentium longinquarũ,[l] mẽtes octo ad hoc ſufficiẽt. Si verò ex Heſperijs gentibus, aut Septentrionalibus, aut è Libya, tunc, quod etiã præcedentibus legiſlatoribus ſufficiens viſum eſt eſſe tempus determinatum,[m] hoc eſt, nouem menſium vtile. Et ſi quidem ipſi nuncianti credat,[n] litem[o] illi eam

§. hæc conſiderantes. Sed quid ſi in Italia? Reſp. idem, licet non ſit Prouincia, ſed Prouinciarum domina, vt inf. eo. § pe. & § fi.

a *Trahatur.*] per reum.

b *Priuilegio.*] hoc eſt non prodeſt reo priuilegium, vt poſſit alibi reuocare iudicium, quam vbi cõtraxit. ſed cõtra ff. de iudi. l. 2. §. omnes autem, Solu. dicunt quidam, illam corrigi per iſtam. & eodem mõ reſpondent ad l. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. item ſi quis Romę. nam & ibi dicitur, non debere Legatũ Romæ conueniri ẽt de eo, quod ibi facit. dummodo ante hanc legationem, in qua nunc eſt. Sed hoc non placet; quia per aliam auth. quę eſt poſt iſtã ſalua ſunt legatis, & alijs priuilegia, vt ĩ de ſan. Epiſ. §. ſi vero Epiſc. colla. 9. dic ergo hic loqui de priuilegijs, q̃ extra corpus iuris poſita ſunt, vt colligitur ĩ. eo. §. plurimorũ. nec videtur aliquid corrigere, vt ſup. eo. §. hæc conſiderantes. ibi, hi. n. &c. quæ aũt in iuris corpore ſunt, non tolluntur per hanc auth. vt dictum eſt. Sed quædam alia auth. & fori, & iudicis videtur tollere priuilegium, ſm B. vt ſup. vt iud. ſine quoquo ſuf. §. quod autem primitus quod non puto, niſi (vt dictum eſt) ſi non ſunt in corpore iuris. Nam & in ſeq. §. poſt illum, ſ. in §. interdicimus quibuſdam. ſeruatur priuilegiũ. Item ĩ ĩ. de exhi. §. 1. in eo, ꝙ actori permittitur ex priuilegio ad aliud iudiciũ trahere reum. Item ad idẽ cõtra C. de dil. l. ſi quando. & C. de iuriſ. om. iud. l. in criminali. Sol. quidam dicunt, illas duas eſſe correctas per iſtam. ꝙ non placet: quia in quantum poſſumus euitare legũ correctiones, hoc facere debemus, Iuſtinianum imitantes, vt inf. quib. mo. na. effi. ſui. § tribus autẽ. dic ergo, ꝙ hæc loquitur in reo, illa in actore trahente reum ad extraneum iudicem: ſed hæc mala videtur ſol. nam non debet licere actori, quod non licet reo, vt ff. de reg. iur. l. non debet. ſed dic, hoc ſpeciale, illud generale, cui generi per hanc ſpeciẽ derogatur: vt ff de leg. 3. l. vxorem. §. fęliciſſimo. de reg. iur. l. ſemper. ſic & aliàs licet actori, ſcilicet agere, quando vult, quod reo non licet conueniri, quando vult, vt ff. de excep. do. l. pure. § fi. & ff. de pet. hęre. l. ſi qs libertatem. §. ita demum ibi, & etiam ipſius, &c. vt C. vt ne inui. age. vel acc. l. 1. ſed hoc non licet reo.

c *Illic decidatur.*] ſ. in prouincia illa, vbi contractum eſt. ſed quid ſi ibi non inueniatur, nonne remittitur in contractu, vt in delicto, vt inf. vt nul. iud. §. ſi vero quis? Reſp. dic, vt ibi dicemus.

d *Si verò.*] caſum iſtum pono trib. mod. Primo in domino domus, qui cum inquilinis, vel mercenarijs habitabat, vt ff de vſu. & hab. l. Proculus. & eſt ex domo ab vno inquilino deiectus: conuenitur ipſe inquilinus ex ſuo delicto lege Aquilia directa, vel vtili: ſed & dominus ex quaſi delicto tenetur actione in factum, qui opera malorum hominum vtitur, vt Inſti. de obl. quæ ex quaſi delic. naſ. §. item exercitor. hæc ergo auth permittit hoc nouum, vt poſſit nunciare dño, & datur ei ſpatium: & ſi veniat plene examinatur cauſa, alioquin damnatur præſens conuentus & ſi de rebus eius actori non poſſit ſatisfieri, capiuntur res abſentis propter eius contumaciam. hanc reprobo, quia ex quo certum eſt, quis deiecerit, non debet alius teneri, vt ff de ijs, qui deie. vel effu. l. 1. in fi. & l. 2. & ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita. in fi. ſi autem diceres, dominum cum ſua familia non habitaſſe, ẽt alia ratione non tenetur, vt ff de ijs, qui deie. vel effu. l. 1. §. pen. Secundo, põt poni ſic. Aliquis conueniebat me, quia ſibi etiam obnoxius, vel rei ven. vel qualicunq; actione, & aliquis offert ſe defenſioni meæ, promittendo, iudicio ſiſtere me dñm, & pęnam, ſi non faceret ſtare. permittitur ergo huic procuratori, ſiue defenſori, vt nunciet nihil dño, vt hic ſubijcitur: & ſi non veniam, procurator condemnatur ad intereſſe, quia me nõ fecit ſtare, in quo venit ẽt in rei petẽdæ æſtimatio. Item & ego dñs in actione, quæ contra me competeret, cõdemnabor. & ſi ex rebus procuratoris ſatis fieri non poſſit, tunc de meis ſatisfiet. nec mirũ, quia hoc pp meã contumaciã contingit & qđ hic dr̃, ipſe q iniuſtitiã egit, ſ. dñs. Item no. ꝙ hæc authen. facit hunc verũ procuratorem eo ipſo, ꝙ non remouet abſente. & ante lit. conte. pmittit ſni am ferri, quod eſt mirabile: vel dici põt, quod quaſi conteſt. eſt, vt C. vbi in rem ac. l. 2. Tertio dic, ꝙ in quocunq; defenſore locũ hẽt, qui ſatiſdat. iudicatum ſolui, nec curo, ꝙ ſatiſdederit iudicio ſiſtere dñm. Vel dic quarto, ꝙ procurator meus per vim expulit alium, me mandãte, vel ratum hñte; vnde poteſt conueniri tam ipſe, q̃ ego dñs vt ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. quoties, & ff. de inſti. l. quicunque. § 1. & l. ſeq. 1. reſpon. & ff quod vi, aut clam. l. denique. §. pen. permittit ergo hæc auth hoc nouum, vt poſſit mihi nunciari, & hæc vltima placet præceptori meo. Sed quare pro Deo permitteret hæc auth. domino denunciari, cũ ipſum procuratorem præſentem, & ſuo nomine poteſt cõuenire? Reſp. poteſt, quia ſic eſt in fideiuſſore, vt ſupra de fideiuſſ. §. 1. & §. 2. ſed tertia poſitio caſus magis probari videtur in iſto §.

e *Iniuſtitiam.*] quia aliud eſt deiectum, vel effuſum ſecundum primam poſitionem caſus. Vel dic, iniuſtitiam, qua debitor eſt meus ille, qui eſt dominus domus, ſecundum alias tres poſitiones caſus.

f *Iniuſtitiam egit.*] ſ. conductor, vel ſimilis, ſecundum poſitionem primam, & ſecundum vltimam. Vel dic, ſ. dominus, qui eſt abſens, ſecundũ duas medias poſitiones caſus.

g *Sit eius.*] ſ. ſiue caſtaldus, ſiue procurator, ſiue ſimilis perſona, quæ præſens eſt.

h *Legem communem.*] vt C. de dilat. l. 1. vel dic xx. miliũ diurnorum, vt ff. ſi quis cau. l. j. prima verior videtur, quia hic ſtatim ſubijcit, eſſe cõſiderandam Prouinciam, quod in d. l. C. de dila. continetur. Sed nunquid ibi alia tempora computantur? Reſpond. ſic, ſed ad inſtar eius hæc proponuntur.

i *Hoc agitur.*] i. cauſa tractatur, vel dic, hoc agitur, vbi abſens degit, vt in nouel.

K *Manſionibus.*] i. diebus: vel dic, Prouincijs, quia duæ Prouinciæ ſunt in medio, vt in Nouellis.

l *Longinquarum.*] ideſt regionum, ſcilicet, dilatio petitur.

m *Determinatum.*] vt C. de dila. l. 1. ſed nonne in alijs temporibus hæc lex corrigit illam? Reſp. non, quia illa loquitur in dilatione, quæ datur pñti, & petenti gratia teſtium, vel inſtrumentorum, hæc autem loquitur in alio caſu, quando ſcilicet patitur quis iniuſtitiam ex domo abſentis. quidam tamen dixerunt, eam corrigi.

n *Credat.*] i. confidat.

o *Litem.*] ſcilicet, dominus. vnde videtur, quod ſic non credit, quod hic non poſſit eum inuitum defendere. Sed contra ff. de noua. l. ſi Stichum. §. fi. & ff de ſol. l. ſolutionem. quæ ſunt contra huic. Sol. quidam dicunt, hoc caſu eas correctas, licet in alijs firmæ remaneant. Sed nos dicimus, ꝙ hic loquitur, qñ nomine procuratorio eum defendere

[1] † *Haloander, Prouincijs, interpretatur, quod & Accur. recte probat.*

ſendere volebat: ibi autem volebat in ſe iudicium transferre animo nouandi, quod poteſt etiam, eo inuito, vt ibi dicitur: & facit ff. de neg. geſt. l. ſoluendo

a *Diuerſo ſapit*] quod non ſit homo legalis.

b *Completurum*] etiam ſoluendo iudicatum.

c *Niſi appellatio.*] completurum dico, niſi, &c. nã tunc nec iudicare videtur, vt ff. ad Turpil. l. 1. §. fi. Accur.

d *In maiori.*] i. in criminali.

e *In minori.*] i. in ciuili, quæ etiam rõne minoritatis poſtponitur criminali, vt C. de ordi. iudic. l. fina.

f *Si autem ille.*] ſ. procurator.

g *Ille verò.*] ſ. dominus, cui nunciatum eſt. Al.

h *Statutum.*] ſ. à iudice.

i *Tanquam.*] iſtud, tanquam, non denotat ſimilitudinem, ſed proprietatem.

k *Agentem.*] i. reſpondentem, ſic ff. de eden. l. 1. circa principium.

l *Conuentus eſt.*] ſ. procurator, vel ſimilis ei.

m *Iudex*] ſ. ordinarius: ſi autem delegatus eſt, non vocabit eum re, & verbo, vt i. de exhi. & intro du. reis. §. ſi vero quidam nec etiã poterit defendere iuriſdictionem ſuam iudicio pœnali, vt ff. ſi quis ius di. non obtem. l. 1. t. reſpon. ſed hoc per ſuũ delegantem fieret, vt in d. §. ſi vero quidã.

n *Obnoxius.*] ſ. nomine abſentis, quem defendit, ſecundũ Azo. Vel dic, ſuo nomine condemnatur, ſiue ſecundum primam poſitionem caſus, ſiue ſecundum aliam, ſcilicet, ſecundam poſitionem, vel tertiam, vt ff. de procu. l. Plautius, & ff. de re iudica. l. ſi ſe, in princip. Item multo magis ſecundum quartum modum ponendi caſu, vt in principio huius §. diximus. præterea, & ſtatim dicit ipſum abſentem damnari. quomodo ergo bis condemnaretur, ſemel per alium, & ſemel per ſe? certè abſurdum videtur

o *Illum*] ſ. abſentem.

p *Mittere.*] ſ. aliquem ad defenſionem ſui.

q *Non volentem*] ſ. condemnet, & repete, quaſi conteſtata lite contra eum per hæc enim, quæ facta fuerunt in perſona præſentis, & miſſione pro abſente, & datione dilationis ad ſui aduentum, hęc omnia quaſi quandam conteſtationem contra abſentem facere videntur, vt hic, & C. vbi in rem act. l. 2. non obſt. quod dicitur ante lit. conteſt. non poſſe dari definitiuam ſententiam, vt C. de tempo. appel. l. fina. §. illud. quia eſt hic quaſi conteſtata, vt dictum eſt, contra abſentem: contra præſentem vero verè eſt conteſtata. quidam tamen dixerunt, hanc ſententiam, quæ contra abſentem datur, eſſe interlocutoriã de miſſione in poſſeſſionem, pro menſura declarati debiti, vt & in alio caſu, quem ſtatim ſubijciet.

r *Locuples*] ſ. procurator.

ſ *Ipſe.*] ſ. inquilinus, vel qui præſens eſt.

t *Et de abſentis.*] ſi obnoxius apparuerit, vt ſup. proxim. vel quia mandauit procuratorem, vel ratum habuit, vt ff. quod vi aut clam. l. denique. §. pe. Et no. quod duo videntur neceſſaria eſſe, vt abſẽs exigatur, quod obnoxius appareat, & & quod conuentus ſoluendo non ſit.

u *Cogatur.*] vt pater ſuus, ſi erat filiusfa. ille, qui volebat repræſentare abſentem. Nam pater legitimè poteſt cogi pro filio. vt C. de bo. ma. l. 2. & inſtitu. per quas perſo. no. aqui. §. 1. Item & aliæ ſunt perſonæ, quæ pro alijs compelluntur, quas not. inſti. de cura. in fi. ſed de fideiuſſore, qui ſatiſdederat de iudicio ſiſti ſecundum ſecundum caſus poſitionem, vel iudicatum ſolui, ſecundum tertiam, hoc ſpecialiter dicit, qui ſine ſatiſdatione admitti non debuit, cum ſit cautio prætoria, vt ff. de præto. ſti. l. 1. in princ. & l. prætoriæ ſtipulationes.

cõmittat: ſi verò aliquid aliud de illo ſapit,[a] alium dirigat ſuſcepturũ modis omnibus actionem, & cõpleturum[b] omnino, q̃ decernenda ſunt, niſi appellatio[c] fuerit ſubſecuta, ſiue in maiori,[d] ſiue in minori[e] cauſa Si autem ille[f] quidem nunciet, ille verò[g] non ordinet, & ſtatutum[h] tranſeat tempus, tanquam[i] firmè agentem[k] eum, qui conuentus[l] eſt, & pro abſente perſona etiam inuitũ repræſentet negotij iudex[m] apud ſuum tribunal, & cauſam examinans præſente eo, qui conuentionem ſuſcepit, condemnet etiam eum, in quo obnoxius[n] apparuerit: & inſuper illũ[o] poſt huiuſmodi admonitionem mittere[p] in Prouinciã non volentem:[q] ſi tamẽ omnino obnoxius apparuerit, & ſi quidẽ locuples[r] ſit, ipſe[ſ] exigatur, q̃ decreta ſunt, ſi verò minus ſit, quod hẽt, vt non ſufficiat in iſta condemnatione, tunc & de abſentis[t] rebus compleatur victori damnum huiuſmodi.

1 † *Ca. 5. De abſentibus reis.*

¶ 1 † Si verò neque ipſe apparuerit, qui dominum litis pręſentare iuſſus eſt, aut qui pro eo legitime cogatur,[u] tũc vocetur quidem legitima voce,[x] non autem obediens cõdemnet, & abſens[y] ſecundum ſchema, quod appellat eremodicium,[z] ideſt deſertæ cauſæ.* Nam qui per cõtumaciam deſerit, in nullo[a] minor præſente putabitur.

¶ Si verò ille quidem forſan aduenerit, aut miſerit quempiam, accuſator[b] autem deſit, tunc & abſoluere,[c] eum, & damna[d] eius mederi[e] calumniatorem cogat, ſic erunt temperatiores,[f] ſic peccare ceſſabunt, ſic non

* *Eremodicium dicitur quaſi de ſolatum iudiciũ abſentia, vel negligẽtia partiũ ex græco, id eſt, cauſa deſerta.*

x *Legitima voce.*] ſ. præconis, vel nuncij miſſi ad domũ, vt j. de liti. §. omnem. collat. 8. Accurſius.

y *Et abſens.*] ſ. procurator, vel ſimilis, ac ſi diceret, non ſolum condemnabit, ſi præſens eſt, vt ſupra proxim. §. ſed et abſens. vt hic dicit; vel dic, et abſens, q. d. non ſolũ hic procurator, vel ſimilis, qui primò fuerit præſens, ſed etiã ille, qui ſemper fuit abſens, vt ſup. proxi. §. habuimus. Sed qualiter hæc ſententia erit lata contra vtrumq; abſentem? Rñ. quidã, vt Al. & alij, quod ſit interlocutoria, & hoc ſecundum ſchema, i. ordinẽ negotij, vt lite nõ cõteſtata, vt hic erat, miſſio in poſſeſ. bo. abſentis vtriuſq; ſecundum menſuram declarati debiti, vt ſup. de exhib. §. ſi vero quidã. coll. 5. lite aũt conteſtata, & hoc cognitio de cauſa, detur definitiua etiam cõtra abſentem: ſed cauſa non facta liquida, idem, quod in primo caſu, vt C. de iudi. l. properandum. § ſi quidem. & §. ſin autem. Sed certè hic poteſt dici ſemper conteſtata, vel quaſi. vnde ſemper datur definitiua, dũmodo liqueat, vt diximus ſup. prox. §. neque hoc ſolo caſu iure nouo datur definitiua, licet non fuerit verè ab eo lis conteſtata; imo & alio. puta abſente actore, vt infra de liti. §. omnẽ. collatio. 8. licet iure veteri non daretur definitiua, niſi verè ſit lis conteſtata, vt C. de temporibus appellationum. l. fina. §. illud.

z *Eremodicium.*] q. d. ſecundum ordinem, qui ſeruatur, quando cauſa deſeritur, quem ordinem modo proxi diximus & hoc eremodicium aliter iure veteri, aliter iure nouo ſeruatur: nam veteri, actore abſente non contrahebatur eremodicium, ſed cancellabatur eius proceſſus, vt ff. de iudi. l. & poſt edictum. ſed hodie tam reo, quàm actore abſente conceditur, vt poſſit procedi in lite ad ſententiam, vt C. de iud. l. properandum. §. ſin autem. & infr. de liti. §. omnem. Accur.

a *In nullo minor*] imo eſt in aliquo, in deteriori conditione, quia appellare non poteſt, tam iure veteri, quàm nouo & etiam nouiſſimo, vt ff. de iudi. l. Et poſt edictum, §. fi. & C. de iud. l. properandum. §. cum autem & infra de iudi. §. audient. in fin. §. & facit infra de teſt. §. & hoc. in fin. §. & C. quorum appellat. non re. l. prima. & ff. de noxa. l. quoties, §. in poteſtate. & ff. de re iudi. l. de vnoquoque § 1.

b *Accuſator.*] largè ponitur etiam pro actore.

c *Et abſoluere.*] ſ. ab inſtantia iudicij, vel edicti, ſecundum Al. vt ff. de iudi. l. & poſt. Sed certè imò etiam definitiue, licet non ſtatim, vt inf. de litig. §. ſi verò initium litis. Accur.

d *Et damna.*] facit ff. de iud. l. eum, qui, & ſup. de exhib. §. ſi vero quidam. in fi. & C. qui accu. non poſſ. l. qui crimen. Accur.

e *Mederi.*] i. emendare. Accur.

f *Temperatiores.*] ſ. homines.

Putabunt.]

putabunt [a] potentiam [b] diuitiarum iuſtitiæ præualere. [c]
¶Nec latet nos, quia forſan nec ſufficiat [d] hoc ad perfectiſsimam cauſæ medelam, cum iudicantes potentioribus magis, quàm iuſtitiam volentibus, & ad Prouincias venientibus præſtent. [e] Sed tamen nouimus plurima iniuſtitiarum curata ab hac legiſlatione. magis autẽ, quantum ad nos eſt, totum erit ſanatum. Namque non aliter tradimus cingula, niſi prius iuſiurandũ ſubierint hæc accipientes, iuſte omnibus iudicare, & puras ſeruare [f] manus. Non puto [g] poſt præſentem legem altero quolibet egebimus augmento, ſi illi quidem iuſtè iudicent ad legem ſimul, & iuſiurãdum reſpicientes. 1 † Arripiat [h] autẽ nullus prouincialibus cingulis violẽtos nullo vtẽs priuilegio, aut poteſtate, aut forma, 2 † niſi fortè [i] ſacra noſtra pragmatica forma occaſione publicæ cauſæ [k] 3 † procedẽs, exhibitum hic quempiam inferri præcipiat, [l] aut ex lege hoc faciat, quale [m] eſt ſuper appellationibus, licet etiam hoc ex multa parte curauimus, plurimos [n] maiorũ iudicum in prouincijs appellationum conſtituentes, vt apud illos magis appellatio, quãdo nõ de maximo [o] negotio fuerit quæſtio, quàm in hac examinetur maxima ciuitate.

¶Hanc dicentes iuſtitiæ legẽ, adhuc potius faciemus eam iuſtiorem, ſi nulli permittamus habere cõtra eam quædam priuilegia, [p] neque excipi ab hac lege quolibet priuilegio, [q] nec ſi cuilibet ſanctarum eccleſiarum largitum ſit, aut alicui venerabilium xenodochiorum, aut alijs venerabilibus domibus, aut alij cuilibet ipſarum domuum imperialium, [r] aut ſacro patrimonio, [ſ] aut ſacris priuatis, [t] quæ meritò poſt ſupernum [u] honorem ſecundo loco ſunt poſita: nec ſi alijs iudicibus, aut in potentatu poſitis, aut omnino ſub nos conſtitutis hominibus, ſed obediant omnes legi, [x] & ſuccumbentes iuſtitiæ ſanctioni, honorẽt eam, & per omnia habeãt ſortẽ, [y] non ſolum in ſemetipſos reſpicientes, ſed etiam in futuras ſucceſsiones: [z] & ſcientes, quia nihil penè in ſemet ipſo manet, ſed currit * natura ſemper multas enoluens mutationes, [a] quas neque ꝓuidere facilè eſt, neque prædicere: ſolummodo Deo, & Imperatore ſequẽte Deum, hæc gubernare mediocriter, & manſuetè valente.

¶Si verò quiſquam vtatur aliquibus ſacris formis, ſiue pragmaticis, ſiue alijs de tali quodammodo ſibi largitis, erunt omnino infirmæ [b] iudicibus maximam ſoluẽtibus pęnam, [c] ſi omnino ſuſceperint: & non hoc, quod fit ſolummodo meditabũtur, ſed quod etiam faciendum eſt. etenim ſi poſthac tale aliq̃d impetretur ab aliquibus noſtrorum ſubiectorum, aut ab alio quolibet, quibus prius interdiximus, inter quos cõplectimur (ſicut dictũ eſt) eccleſias, & venerabilia mo-

1 † *Cap. 4. De fori præſcriptione tollenda.*

2 † *Nemo prouincialibus Magiſtratibus excipiat iniurias, aliquo fretus priuilegio, aut potentia, aut forma. Hal.*

3 † *Publici criminis. Hal.*

* *Concor. in proœm. lib. 6. ibi, & quia humana natura innumas, &c.*

a *Putabunt.*] aliàs putabunt, & aliàs putabitur.
b *Potentiam.*] alias potentiam, & alias potentia.
c *Præualere.*] facit ſup. vt non fi. pig. in princ. collat. 5. & ſup. eo §. . . in fi. Accur.
d *Sufficiat.*] hoc, quod diximus, ſcilicet, hac conſtitutione Accurſius.
e *Præſtent.*] no. mirabile verbũ, ſic ſup. de exhi. §. ſancimus. & §. ſuſcepto.
f *Et puras ſeruare.*] ſ. ab omni donatione, vt ſup. iuſiurand. qđ præſtat. & ſup. vt iu. ſine quoquo ſuffr. §. hoc autem. collat. 2. & facit C. de iuram. calum. l. 2. § pen.
g *Puto.*] quod non egebimus. Acc.
h *Arripiat.*] ſic conſtrue. nullus arripiat, idest, protegat violentos, idest raptores, prouincialibus cingulis, idest à dignitate Præſidis Prouinciæ, in qua deliquit, ne ſæuiat, & cognoſcat in eos, & facit C. de app. l. addictos. & C. de decu. l. curiales, ꝙ honorariam
i *Niſi fortè.*] hoc non refertur ad proximũ dictum, ſed ad alia, quaſi dicat dixi cauſam non eſſe trahendam ad aliã Prouinciam, vt ſup. eod. §. hec conſiderãtes, excipe niſi, &c.
k *Publica cauſa.*] nã ꝓ priuata cauſa ſua, non vocat aliquem Imperator, vt C. de dec. l. curiales omnium.
l *Præcipiat.*] nam fortè facit hoc Imperator, vt ipſemet de cauſa cognoſcat, ꝙ cum conſilio procerũ fit, vt hic dicitur, ex eo, qđ dicit pragmatica, &c. quæ pragmatica fit tantũ conſilio procerum, vt C. de leg. & conſtit. l. 2. idem ſi alia cauſa Reip. eum vocauit, vt hic dicitur. nã interim in cauſa ſua habet dilationem, vel ex l. vt ſubijcit circa appel. vt quia habet cauſam appellationis Romæ habet enim priuilegium ex lege ſcripta, ne interim conueniatur. idẽ eſt etiam in legatione, vel cauſa teſtimonij ferendi: & idem in omnibus, qui ex lege ſcripta habent priuilegium, ſiue milites, ſiue Clariſſimi. nec enim ea priuilegia caſſantur, vt ff. de iud. l. 2. §. Legalis. & §. omnes & diximus plenè ſup. eo. §. ſi igitur.
m *Quale eſt.*] ſi hoc eſt exemplũ; ergo idẽ eſt in alijs, qui habent ex lege priuilegiũ, vt diximus ſup. eo. §. ſi igitur.
n *Plurimos.*] ſ. cognitores. Al. vt C. de appel. l. in offerẽdis. & ſ. de app. §. illud. & §. nulli mõ. & §. oriẽtalẽ. & §. fi.
o *Maximo.*] vt x. lib. auri, vt in proxi. dictis legibus continetur.
p *Quædam priuilegia.*] ſcilicet indulta, vel indulgẽda, quæ tamen iuris corpore non contineantur, & nota hic ſubſequenter nominari perſonas, quia plus ſolet timeri, &c vt dicit canõ in decret. in diſt. 23. c. quamquam. Item ea, quæ generaliter dicũtur, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonẽ. §. ait prætor, nec enim priuilegia ſcripta per legem, caſſantur per hanc cõſtitutionem. Sed tamen quidam dixerunt contra, tum per ſupradicta, tum per eà, quæ hic dicuntur, ſic generaliter corrigi dictam legem de iudic. l. 2. ſed falſum eſt; quia ſolum vult hic nominare perſonas, & in hoc dicit plus hic, vt dictum eſt.
q *Quolibet priuilegio.*] ideſt, quolibet ꝓ priuilegium aliquod.
r *Imperialium.*] hoc ſubdiuiditur ſtatim.
ſ *Sacro patrimonio.*] ideſt, rebus imperialibus.
t *Sacris priuatis.*] i. rebus priuatis Principis; nam habet bona duplicis generis, vt dicitur hic, & C. de quib. præſcrip. l. bene à Zenone. in princip.
u *Poſt ſupernum.*] ideſt, dicere, quæ priuatæ ſunt, merito ſunt poſt imperiales ſtatim: quæ imperiales ſunt à ſuperno Deo collatæ.
x *Legi.*] ſcilicet huic.
y *Sortem.*] ideſt, fortunam alias partem Al.
z *Succeſſiones.*] vt ſupra eodem, §. 1. in fine.
a *Mutationes.*] facit C. de vete iur. enuc. l. 2. §. ſed quia. & ſupra de non alien. §. vt autem & infra tit. primo, in fi. primo reſpon.
b *Infirmæ.*] facit C. ſi contra ius, vel vti pub. l. fin. & ſupra de non alien. §. quia veriſimile. & C. quando Impe. inter pu. & vid. l. prima, primo reſpon. & C. de pet. bo ſub l. prima, in fine, primo reſponſ. libro decimo. Sed quid ſi dicat Princeps in concedendo tali priuilegio: concedo non obſtante hac conſtituti. vt omnes. obed. iud. &c. Reſpond. valet, vt argumen. ff. de legat. tertio, l. ſi quis in principio teſtamenti. & ff. de legib. & ſenatuſconſul. l. Princeps.
c *Pœnam.*] de qua ſtatim dicet.

Dis

a *Erit autem.*] ergo & in Italia. licet ſupra eo.§.cōſiderandum. & §.ſi igitur faciat tantum mentionem de Prouincia. Acc.
b *Cinguli caſus.*] ſic ſup.ſcenicas,&c.§.fi.
c *In illyrico.*] ideſt, Sclauonia.
d *Recompenſationem.*] ideſt,meritū, vel retributionem.

QVIBVS MOdis naturales filij efficiantur legitimi, &c.

e *Legitimi.*] *hic debet eſſe, legitimi efficiuntur, ſed in alia conſtit. infra quib. mod. na'u effi. eſt in litera ſui, & quæ ſit differentia inter hunc tit. & illum, dic. vt in rubrica ibi diximus.*
f *Supra*] *ideſt, præter.*
g *Conſtitutionibus.*] *poſitis in C. de na. lib. l. cū quis. & duabus ſeq ll.*

h R*Ectè Iuliano.*] vt ff. d legib. & ſenatuſconſultis. l neque leges. & l.non poſſunt. quæ ambæ ſunt Iuliani. Accur.
i *Varietatem*:]Natura enim ꝓperat nouas edere formas, vt C. de veter. iur. enucle. l.2.§.ſed qa.& multis vtit nouitatibus, vt infra de conſang. & vteri fratri.ī prin. col'a.6.
K *Sufficiat.*] ſcilicet, correctum.
l *Leges.*] vt C.de nat. lib. l.cum quis. & l. nuper,& l.fi. & ſup. de inceſt. nupt.§.dubitatum. & ſupra de trien & ſemi. §.fin. colla 3.
m *Ex his.*] ſcilicet, quæſtionibus.
n *Moliuntur.*] loco paſſiui. & dic, ideſt, ducuntur.
o *Corrigimus.*] ideſt, adijcimus, & interpretamur. Azo.
p *Sancitum.*] vt C.de natu libe.l cū quis.
q *Conſternatam.*] aliàs copulatam. Accur.
r *Inſtrumenta.*] ideſt, matrimonium cum ea fecit, interuenientibus inſtrumentis, in quibus dos, & matrimonium conſcribitur: quod eſt neceſſe ad talium filiorū legitimationē, q priu s nati ſunt, vt in ſ. tit. de nup.§.fi.
ſ *Filios*] ſcilicet, poſtea.
t *Suis.*] ideſt, largitionis.
u *Eo.*] ideſt, ideo.
x *Naſci legitimis.*] id eſt, vt legitimi naſcā tur. Azo.
y *Iſta lex.*] ſcilicet, ſupra nominata, cū quis.
z *Quidam.*] ſcilicet, ſapientes. Acc.
a *Emendauimus*] ſcilicet, per aliam.l.in eod.tit. de naturalibus liber.l.nuper.
b *Eis.*] ſcilicet, natis ante matrimonium, qui ſui ſunt facti per matrimonium.
c *Adijcientes*] in eadem lege. C.eo.l.nuper.
d *Filij.*] vt quia vnus tantum poſtea natus eſt, vel nullus.
e *Inter ſuos.*] ideſt, legitimos. Acc.
f *Adſcribi.*] ideſt, computari, vel dic, adſcribi in teſtamento, in quo inſtituit ſuos legitimos filios, alias iſti tales agunt querela, & omni auxilio, quod competeret ijs, qui ab initio legitimi fuiſſent, vt ſup. de inceſt. nup. §.dubitatum, in ſ. collat 3.

Et aliud.]

* *Hæc quæ ibi dicūtur, recitātur in proœ lib.6. decret. licet non per eadem verba, ſed variatis.*

naſteria, & ſacras noſtras domos, & ſacra priuata, & ſacrum patrimonium, neque hoc omnino valebit. Erit autem [a] hæc lex vbique ſuam iuſtè extendens virtutem, & ſimul quidem futura cautè conſtituēs, ſimul autē, quòd præterijt curans.

¶ Scitote igitur omnes ſubiecti, quos Deus noſtris progenitoribus, & nobis donauit, quoniam hanc vobis damus legiſlationē, omnem vobis cautelam conferētes, & neque itinere fatigabimini longiore, neque aduerſus maximos lachrymabitis, neque nos culpabitis, tāquam hæc nō corrigētes, ſed vnuſquiſque de proximo reſpiciens pœnam, in quibus fortè damnificatur, atque læditur, & hanc curam videns, magnum, & bonū laudabit Deū, qui hæc nos ſancire benè, & iuſtè illuminauit. Sit ergo pęna talia cōmittentibus, aut ſuſcipientibus iudicibus, & cinguli caſus, [b] & decem librarum auri damnum.

¶ Glorioſiſſimi igitur præfecti noſtrorum ſacrorum prętoriorum, qui per omnē ſubiectam terram conſiſtunt, legē hanc cognoſcentes proponant, & per diœceſes ſub ſe conſtitutas, & in omni Italia & Lybia, & inſulis, & Oriente, & quodcunque in Illyrico [c] eſt, vt ſciant omnes, quomodo eorum curam habemus, Deo, qui tanta nobis cōtulit, offerētes legem, qui magnā nobis pro eis recompenſationem [d] dabit, dū talia pro cauſa ſubiectorum ſalutis ſanciuerimus. Proponatur Conſtantinopolitanis ciuibus noſtris.[1] †

TITVLVS I.

Quibus modis [2] † naturales filij efficiantur legitimi, [e] & ſui, ſupra [f] illos modos, qui in ſuperioribus conſtitutionibus [g] continentur.

1 † *C. P. Imp. DN. Iuſt. P P. A. an 11. Ioā. V. C. Coſ. Scrimgeria.*

2 † *De naturalibus liberis. Iul. autem ſic vertit quādo naturales filij legitimi fiert poſſunt.*

Collatio Sexta.

Confectis inſtrumentis dotalibus, filij naturales ex muliere libera nati efficiuntur legitimi, & ſui, etiam ſi poſt confectionem nulli legitimi patri naſcantur, vel naſcantur, ſed moriantur. Angelus.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimo prætoriorum per Orientem Præfecto iterum Exconſuli, & Patritio.

PROOEMIVM.

REctè * dictum eſt à prædeceſſoribus noſtris, & ante omnes à Iuliano [h] ſapientiſſimo, quia nulla lex, neque Senatuſconſultum prolatum in Republica Romanorum, videtur ad omnia ſufficienter ab initio promulgatum: ſed multa indigere correctione, vt ad natura varietatem, [i] & eius machinationes ſufficiat. [k] Igitur de ijs, qui ex naturalibus ad ſuorum ius perueniunt, & multas, & varias conſcripſimus leges. [l] Ex his [m] autem, quæ à natura rerum per ſingula moliuntur, [n] inuenientes aliquid deeſſe ijs, quæ iam ſtatuta ſunt, hoc in præſenti corrigimus. [o]

¶ Sancitum [p] namque eſt, vt ſi quis habens mulierē puro ſibi affectu [3] † conſternatam, [q] deinde filios procreauerit, & poſtea ēt nuptialia fecerit inſtrumenta, [r] & legitimos ex ea procreauerit filios, [ſ] neque ij, qui prius nati ſunt, maneāt naturales, ſed & illi cōnumerentur ſuis, [t] eo [u] quod occaſio omnino eis ſunt naſci [x] legitimis. Sed habuit ēt iſta lex [y] correctionē. nā quia ſecundi, & poſt dotē nati mortui ſunt, ideo volebāt quidā, [z] nequaquā priores à non exiſtentibus adiuuari. & hoc emēdauimus, [a] & dedimus eis [b] ēt ſic, vel ſi mortui ſunt ij, qui ſecundi fuerunt fratres, habere iura legitima. Illud quoque adijcientes [c] (quoniam & hoc dubitatum eſt) vt vel ſi aliqui filij [d] poſt dotalia non naſcantur, attamen ꝓcedētes licet ante dotalia nati ſint, inter ſuos [e] adſcribi, [f] patre quippe ad hoc feſtinante.

3 † *Compulratam.*

Si mater filiorum moriatur, antequam matrimonium contrahatur, & conficiantur dotalia inſtrumenta, licet pater hoc facere diſpu-

ſuerit, non ſunt legitimi. Idem ſi mulier non ſit matrimonio digna, vt quia luxurioſè cum alio viuebat: vel idem ſi mulier ſe occultauit, vt in vxorem duci non poſſet. Ang.

¶ Sed & aliud [a] quiddã tale occurrit: ex huiuſmodi namque conſuetudine [b] nati filij erant alicui: at ille eos volebat, à nobis adinuento modo, facere ſuos nuptialium confectione documentorum: deliberante autem hoc patre, mortua eſt mulier, & conſtitutionis eũ deſeruit modus. Non enim erat ad quam oporteret nuptiale confici documentũ, & naturales manebant filij, inuito patre.

¶ Et quiddam etiam ſecundum tale exortum eſt apud viros, neq; nobis cognitos. Procreauit etenim quidã filios non legitimè, & filios quidem vltra quàm [c] diligebat, & legitimos ſibi fieri ſecundum legem [d] volebat. Ea autem, [e] quæ ſunt mulieris, non erant omnino ſine peccato, neque dignam eam exiſtimauit legitimo quodã nomine, [f] quæ etiam ſemetipſam iniuriauerat, ſufficit enim hoc tantum [g] dicere. Quapropter ſecundus iſte modus eſt, qui filios grauat: in priori quidem poſt mortem matris, in ſecundo verò per id, quod ille peccauit.

¶ Nouimus autem etiã quendam tertium modum: pater namque volebat legitimos facere filios, & ad ea, quæ de dotibus ſancita ſunt à nobis, [h] reſpiciebat: filij verò ſentientes, quoniam quædam [i] inopinatè eueniſſent ad matrem eorum, licet vxorem non legitimam exiſtentem, à quodam cognato diuite, malignè ſimul, & doloſè agentes, matrem occultauerunt, ne eos facere legitimos eſſet patri poſſibile, & moriente [k] fortè matre, maternarum rerũ frueretur [l] vſufructu, hoc, quòd patrib. dat benefaciẽs lex. [m] talibus [n] itaque reſiſtere artibus, legis eſt proprium ſubtilis, [o] quam in præſenti ſancimus.

Vbi matrimoniũ [1] † *non poteſt cum muliere contrahi, aliqua ex cauſis ſupraſcriptis, & filij legitimi, & naturales nulli ſuperſunt, naturales legitimari poſſunt per reſcriptum Principis, & patrem, qui eos in teſtamento appellando naturales, voluerit ſibi effici ſuos legitimos ſucceſſores. Angel.*

¶ Si quis ſanè non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipſos quidem ſuos [p] facere voluerit, mulierem verò, aut non habet [q] penitus, aut quæ nõ ſine delicto ſit, [r] aut quæ non appareat, [ſ] habeat autem [t] ſecundum quandam legem ad matrimonium præpeditam, [u] damus ei fiduciam noua quadã, & nunc adinuenta à nobis via, ad legitimorum ius perducere naturales, procul dubio ſuis [x] in talibus caſibus non exiſtentibus filijs. Sicut enim quidam a præcedentib. nos adinuentus modus [y] eſt, qui libertos ad ingenuitatem deducit, præmandans [z] quidem eos [a] alio quodam actu, & dans eis aureorum ius annulorum, poſteà verò ad ipſam deducens naturã, [b] quæ ſeruum, & liberũ ab initio non diſcreuit, ſed liberam hominis fecit prolem: ſic & nos hunc modũ adinuenimus cauſæ, & licebit id patri, [c] vt [d] in ijs, qui dudum à nobis dicti ſunt, [e] modis, vel etjam ſi quis alter occurrerit [f] talis. Multæ namque (ſicut prædiximus [g]) naturæ [h] ſunt nouitates. [*]

Authenticorum.

a *Et aliud*] hic nota tres quæſtiones, vna eſt in hoc §. ſed & aliud. alia eſt in ſequẽti §. & quidã, tertia in §. nouimus, quas ſoluit poſtea, in §. ſi quis verò.
b *Conſuetudine.*] q̃ habet ad concubinam.
c *Vltra quam.*] ſ. dici vel credi poſſit. Al. vel dic vltra quam, i. valde, vel multum.
d *Secundum legem*] is eſt ſecũdus modus quærendi, vt inferius innuit, vbi dicit, ſecundus iſte modus, &c. ſm Al. Vel dic etiam ſecundum i. dubium, vel dubitatum.
e *Ea autem.*] i. quæ ſunt ex officio mulierum, exhibendo naturaliter ad procreãdum: ſed ibat cum alijs. Accur.
f *Quodam nomine.*] ſ. naturali.
g *Hoc tantum.*] nota aliquid taceri, vt maius delictum detur intelligi ineſſe, ſic ff. ad Macedon. l. prima, ibi, neque amplius.
h *A nobis*] vt C. de natural. liber. l. nuper.
i *Quadam.*] ſ. bona. Al.
k *Et moriente*] repete, ne. Accur.
l *Frueretur.*] ſcilicet, pater.
m *Lex.*] ſ. Conſtantin. vt C. de bon. mater. l. 1. & C. de bo. q̃ li. l. cum oportet. §. j.
n *Talibus.*] datiui caſus ſunt.
o *Subtilis.*] ſ. huius, quam, &c. Acc.
p *Quidem ſuos.*] i. legitimos. Acc.
q *Non habet penitus.*] quia mortua eſt, vt fuit in primo dubio.
r *Sine delicto ſit.*] vt fuit in ſecunda dubitatione.
ſ *Non appareat.*] quia abſcõditur per filios, vt fuit in tertio dubio.
t *Habeat autem.*] hic repete, vel ſi appareat. Acc.
u *Præpeditam*] ſ. mulierem, veluti, quia monacha eſt illa ſacta: vnde matrimonium contrahere nõ poteſt, vt ſupra, de nupt. §. ſecundum occaſionem, vel hic ſacerdos: vnde neq; ipſe poteſt eam habere vxorem, vt ſupra quomodo opor. Epi. §. neque aũt, colla. 7.
x *Suis*] i. legitimis.
y *Adinuentus modus.* ſ. per reſtitutionẽ natalium, vt ff de nata. reſti. per totum titu.
z *Præmandans*] i. p̃cõcedens ille modus quẽdã honorẽ quodam alio actu, ſ. per impetrationem, & conceſſionẽ iuris annulorũ aureorum, vt ſubijcit hic, & ꝓ, i. dans eis, &c q̃ modus ſemiplenam ingenuitatem inducit, vt C ad leg. Iul. Miſcellam l. vnica. vnde & patronus eis ſuccedit, vt ff. de iu. aur. annu. l. pe. Sed reſtitutio natalium plenam tribuit ingenuitatẽ, nec ſuccedit patronus, vt ff de nata. reſtitu l. interdum, & caue tibi, quia & hic ſtatim innuitur, q̃d ſemper natalium reſtitutionem præcedit ius annulorũ aur. ibi, poſtea vero, &c. quod non puto. nam nullo modo tali iure petitio aureorum annulorũ poteſt poſt reſtitutionem natalium peti, vt ff. de nat reſtitu. l. ſecunda, & l. tertia, & facit ad hoc infra vt liber. de cæ. §. 1. & §. fi. & inf. quib. mod. nat effi ſui. §. primo. colla. 7.
a *Eos.*] i. præmunitores, & hoc, ſi habes, eos: ſi vero habes, eis, dic, vt in glo.
b *Naturam.*] antiquiſſimam. Acc.
c *Id patri.*] ſ. naturales efficere legitimos Accur.
d *Vt.*] i. ſicut.
e *Sunt modis*] velutĩ per oblationem curiæ, vt inſtitu. de hære. ab inte. §. 2. & in matrimonio, vt ſ. de inceſt. nup §. dubitatum, ſed hic modus, de quo hic agit̃, non eſt per oĩa ſimilis; q̃a non ibi attendit̃, ſint alij legitimi, vel nõ, vt inf. q̃b. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis igit̃ ex qualibet. ſed hic ſic: vt iſto. §. ſi q̃s verò & §. ſeq. & §. liceat.
f *Occurrerit.*] poſt legem iſtam.
g *Prædiximus.*] vt ſ. eo. in prin. & eſt interpoſitio. Acc.
h *Natura.*] i. natura legitimati.

1 † Cap. 1. De varijs modis legitimandorũ filiorum naturalium.

** Cõtrar. in proœm. decerat ſuper verbo, noua lucigia. ibi, vnde dicit Imper.*

¶Liceat igitur (ſicut p̄diximus) patri, ſi legitimam nō habeat ſobolem, filios reſtituere [a] naturæ, [b] & antiquæ ingenuitati, ſi ea libera ei fiant, & ſuos de cætero, & ſub poteſtate habere, neq; enim à principio qñ ſola natura ſanciebat, [c] hoīs (antequam ſcriptæ prouenirēt leges) fuit quæda differentia [d] naturalis, atque legitimi, [e] ſed antiquis parentib. antiqui filij, mox [f] vt procedebant, [g] fiebāt legitimi. Et ſicut in liberis natura quidē liberos fecit oēs, [h] bella [i] verò ſeruitutem adinuenerunt, ſic etiam hinc natura quidē legitimas produxit [k] ſoboles, attamen ad concupiſcentiā diuerſio [l] naturales eis [m] immiſcuit. tanquā ergo ſimilibus paſſionib. factis, oportet etiam medelā ex qualitatibus [n] inueniri, illam quidem [o] á prædeceſſoribus noſtris, hanc verò [p] à nobis.

[1] † *Vbi matrimoniū non poteſt cum muliere contrahi aliqua ex cauſis ſupradictis, & filij legitimi, & naturales nulli ſuperſunt, naturales legitimari poſſunt per reſcriptum Principis, et patrem, qui eos in teſtamento appellando naturales, voluerit ſibi effici ſuos legitimos ſucceſſores.* Ang.

¶Sit igitur licentia patri matré in priori ſtatu relinquēti, [q] ſi ex veritate aliq̄d circa thorum [r] apparuerit deliquiſſe, [ſ] (aliter [t] namq; fieri hoc in talibus caſibus nō permittimus [u]) & ſi quędā circumuentio [x] eſt, aut nō eſt, [y] aut latet, [z] aut aliquid etiam aliud fiat circa eā, [a] aut quod prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia, etiam ſic prouidere filijs, [b] & offerre Imperatori precem [c] hoc ipſum dicēre, quia vult naturales ſuos filios reſtituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, & legitimorum iuri, vt ſub poteſtate eius conſiſtant, nihil à legitimis filijs differentes: [d] & hoc facto exinde filios frui tali ſolatio, [e] & neque fraudare [f] poſſe patrem, & celantes [g] matrem, & ius legitimorum abijcere. [h] vno enim hoc modo omnib. huiuſmodi naturæ exceſſibus, & adinuentionib. in ijs, qui legitimos non habent filios medemur, ita breui ſolatio [i] tm̄ naturę ïpetū corrigētes.

¶Si verò ſolummodo naturalium filiorum pater hoc quidem [k] propter quaſdam fortuitas circumſtantias nō agat, moriens verò ſub quodam prædictorum caſuum [l] ſcripſerit teſtamento, velle ſibi eos legitimos eſſe filios ſucceſſores, etiam huius rei damus licentiam, ſupplicantibus tamen etiam ſic filijs [m] poſt mortem patris, & hoc dicentibus, & oſtendentibus, patris teſtamentum, & hæredibus exiſtentibus inquantum pater eos ſcripſerit: & ab imperio hoc percipientibus, [n] vt in vno, eodemque hoc, quod agitur, ſit donum patris, & Principis, ideſt dicere, naturæ ſimul, [o] & legis, & hoc dicimus nullum anteriorem legitimum perimentes modum: ſed etiam hunc addentes in quibus [p] illos [q] accipere non licet: omnino* enim ſuis [r] exiſtentibus, de-

a *Reſtituere naturæ.*] i. iudicabit eos legitimos.
b *Naturæ.*] qualiter ? dic, vt infra quib. mod. nat. effic. ſui. §. illud. ibi, hoc agit, &c. & infra proxi.
c *Sanciebat.*] aliàs ſciebat.
d *Differentia.*] ſ. hominis. Accurſius.
e *Legitimi.*] ſcilicet, filij.
f *Mox.*] id eſt, ſtatim.
g *Procedebant.*] ſ. de vtero.
h *Omnes.*] vnum n. genus hominū tantum erat, vt inſt. de liber. §. 1. & inf. quibus mod. natu. effic. ſui. §. 1. & ff. de condict. inde. l. ſi id, q̄ dominus.
i *Bella.*] quia capti, ſerui capientium efficiuntur, vt inſtit. de iure perſona. §. ſerui.
k *Produxit.*] ſ. ab initio.
l *Diuerſio.*] vel conuerſio, vt J. quibus mod. nat. effi. ſui. §. illud.
m *Eis.*] ſcilicet legitimis.
n *Qualitatibus.*] nota ſimilem morbum exigere ſimilem medicinam, ſic C. de Epiſco. & clericis, l. ſi quenquam, in fin. & ff. ad legem Aquil. l. illud, in fi. & J. quib. mod. nat. effic. ſui. §. illud. arg. contra. ff. de pœn. l. quædam.
o *Quidem.*] ſ. medelā, manumiſſionem, ſcilicet, quæ ēt veteri iure eſt inducta, vt inſtit. de liber. §. 1. & patet ff. de manumiſ. per totum titulum. vel dic, medelam reſtitutionis natalium.
p *Hanc verò.*] ſ. medelam, quæ ſequitur. Accur.
q *Relinquenti.*] i. qa non accepit eam in vxorem.
r *Thorum.*] concubinatus.
ſ *Deliquiſſe.*] vt fuit ī ſecundo dubio. ſup. eodem, §. & quidā.
t *Aliter.*] interpoſitio eſt.
u *Non permittimus.*] i. non permittimus naturales effici. legitimos hoc modo, niſi in ſubſidium: nam ſi talis eſt mulier, quā poſſit cōmodè in vxorem habere, p matrimonium tantū debent filij legitimari, vt hic dicit.
x *Circumuentio eſt.*] quia eſt turpis vitæ.
y *Non eſt.*] quia mortua eſt, vt ſup. eodem. §. ſed & aliud.
z *Aut latet.*] vt ſupra eo. §. nouimus.
a *Circa eam.*] vt quia aliàs impeditur, eam in vxorem habere p̄p mulieris, vel ſuum ſtatum, vt ī. e. §. ſi quis vero.

b *Filijs.*] ideſt, licentia ſit patris, & hic incipit modus legitimandi.
c *Precem.*] quod qualiter fieri debet, dic C. de prec. Imper. offe. l. ti.
d *Differentes.*] ſimilis eſt impetratio de Senatore, qui libertam vult accipere, vt ff. de ritu. nup. l. ſi Senatori, ſic ff. de ijs, qui no. infa. l. ſolet.
e *Tali ſolatio.*] nam legitimi erunt.
f *Neque fraudare.*] hoc eſt dicere, filij celantes matrem non fraudant patrē, quō minus faciat eos legitimos, quia inuentus eſt modus, quo efficiuntur legitimi, ēt ſine matrimonio, neque ob hoc obijciunt filij ius legitimorū: ſed ſi alio modo velint obijcere, quia expreſsè contra dicant patri, hoc pōt vt infra quib. mod. natu. effi. ſui § generaliter, coll. 7.
g *Et celantes.*] repete, neque.
h *Abijcere.*] i. ſpernere.
i *Breui ſolatio*] breue eſt, ſed non breue dictum, vel breue reſpectu maioris tractatus, ſic C. de vſufru. l. ambiguitatem.
k *Hoc quidem.*] ſcilicet, quod Principem non adeat, p̄pter circumſtantiam, vt quia eum adire non pōt, cum multis ſit Princeps negotijs implicitus, vt ſupra de appellat. §. 1. coll. 3.
l *Caſuum.*] qui impediunt eam ad matrimonium.
m *Sic filijs.*] vt diximus in patre, ſupra §. 1.
n *Percipientibus.*] nota, quod, qui confirmat datum, dat.
o *Naturæ ſimul*] i. ſi in iudicio, vel teſtamento hæc eadē dicit pater, etiam ſi vni filiorum tale præbuit teſtimonium, alijs prodeſt, infra vt lice. matri. & auiæ. §. ad hoc, colla. 8.
p *Hunc add. entes in quibus*] quaſi dicat, hic modus adiicitur alijs modis in illis ſcilicet caſibus, in quibus per illos modos accipere non licet, vt quia mater eſt mortua, vel latet ſana, vel non eſt ſana, vel aliàs impeditur alijs modis, vt ſupra eodem, §. ſi quis vero, & facit inf. quib. modis natura. eff. ſui. §. generaliter.
q *Illos.*] ſ. modos.
r *Suis.*] redditio rationis.

1 † *Cap. 2. De legitimatione ex teſtamēto.*

* *Ad ĩtelle huĩ' tex. vide Hiero. verrū, in c. ex facto n. 82. de vulga. & pupil.*

Forſitan.

d *Tempus*]i. ætas, quæ per tempora deſignatur, ſic ponitur ſup de mo. §. ordinationem. ibi, neque enim exonerãdum eſt, &c & hoc ſubijcit hic, non. n. &c. uel dic, propriè poni, quia non ita in hyeme, & ęſtate quis ſcribit.
e *Quando*] pro quia.
f *Calami.*]i. pennæ.
g *Non inuenimus.*]q. d. non poterimus dicere cauſas omnes, ex quib. peruenit diſſimilitudo, cũ quotidie nouæ naſcãtur, ut hic, & C. de vete. iu enucle. l. 2. §. ſed quia, & caue, quia nõ ſoluit hic hanc quæſtionem, ſed inf. eo. §. ſi uero tale.
h *De cælo.*] imò populus Romanus de terra, ut inſti. de iure nat. §. ſed & qđ prin quæ eſt contra. ſed Deus conſtituit permittẽdo, & populus Dei diſpoſitione. Vel dic, Deus conſtituit auctoritate, populus miniſterio.
i *Imponat.*] ſ. Deus per nos, vt hic ſubijcit nã cor egis in manu Dei eſt, ut C. de ſum. Trin. l. inter claras.
k *Bona.*] ſ. duris q̃ſtionib. bonas Deus det ſolutiones, per os, ſ. Principis, ut hic, & C. de præſcrip. lõg. temp. l. ſi.
l *Aptet.*]ſ quæſtionibus & negotijs.
m *Propterea.*] iſtud, propterea, refertur ad proximũ, quia igitur, &c. ad id, quod ſupra eo. circa prin. quoniam igitur, &c.
n *Dare in commune.*]ſcilicet, hanc ſanctionem, vt infra eod §. ſi.
o *Horum.*] ſ. depoſitorum & quod dicit proſpicere, ideſt proſpectuum, & prouidentiam habere
p *Accipientis ſcriptura*]hic iunge, quod eſt inf. ſed is. &c. & hoc, quod eſt medium, eſt quædam interpoſitio.
p *Profeſſus eſt.*]i. confeſſus.
r *Sine termino.*] id ſine deciſione. Al ſed hoc quomodo, cum debeat iudex pronunciare de re, de qua cognouit, vt ff de iud. l. de qua re; Reſpon. quidam, quod terminum accepit per alias probationes, ſcilicet teſtes per inſtrumenta, & ſic actor obtinuit non tamen per ſcripturam, & hoc innuere videtur hæc litera: ſed non eſt verum, quia donec ſunt aliæ probationes, non recurritur ad comparationem, vt infra eodem, §. ſi vero nullus, tu dic, quod accepit terminum, quia reus fuit abſolutus actore non probante, vt C. de eden. l. qui accuſare. non autem recipit terminum ſecundum actoris intentionem, hoc eſt, per ſcripturam, vt hic dicitur.
ſ *Depoſitum dat.*]impropriè ponitur dare, cum rei depoſitæ poſſeſſionem, & proprietatem retineamus, vt ff. depoſiti l. licet. §. 1 propriè tunc, quando dominium tranſit, vt Inſtit. de act. §. ſic itaque. Item no. quod hic conſuluit lex, ſic ff de inoffi. teſt. l. 1. & l. ſi & de præt. ſtip. l. fin. nec enim quis cogitur ſic deponere, vt infra eo. §. ſi tamen quiſpiã.

t *Non minus tribus.*] cauè tibi, quia loquitur in priuata ſcriptura depoſitarij, qua confitetur apud ſe depoſitum eſſe; ut patet ex ordine rubricæ, ſup. eo. Item exigutur tres quantum ad hoc, ut poſſit fieri comparatio ad ꝓbandam, uel improbandam ſcripturam depoſitarij: duo tamen ſoli probant ſcripturã ipſam, ut C. eo. l. comparationes. Item non exiguntur ad ſubſtantiam cõtractus, ideſt, q̃ interfuerint depoſitioni, ſed ad comparationem, ut dixi. ſed in publicis ſcripturis exiguntur teſtes ad ſubſtantiam contractus, ut ſup. eo. §. ſed ſi inſtrumẽta. & hoc ideo quia ibi fit comparatio, êt mortuis teſtib. ut ibidẽ dicitur, hic non ſic, ut hoc §. & ſeq. §. Itẽ hẽt hoc locum, cum agitur, ut ſit in ſcriptis, non aliàs, ut ſ eo. §. & hęc dicimus. Itẽ hoc locũ habet, cũ contractus excedit libram auri, ſcilicet, vt tres exigãtur teſtes in probatione, etiam ſi ſine ſcriptis cõtrahatur à peritis literarum. nã & ubi imperitus contrahit in ſcriptis, quinq; adhibentur, & tabellio eſt neceſſarius, & ſubſcriptio, ut infra eo §. oportet.
u *Examinatione.*] i. comparatione.
x *Pendamus.*] i. demus fidem. Acc.
y *Teſtium.*]quia ſecurius iudicamus.
z *Suſcipimus.*] ſ. teſtificationes.
a *Præſentes.*] quando ſcripſit.
b *Quia.*] repete, uel exprimant, quia his præſentibus confeſſus fuit ſe recepiſſe, ut in nouellis eod. ti & ſup. proxi. §. ſi tamen.
c *Et hunc nouerunt.*] nota, quod teſtes debent cognoſcere contrahentes, vt inf. eo §. oportet & ſupra de hære. & fal. § ſi vero abſunt. & C. de teſt. l. teſtium.
d *Fidem*]ſcilicet, probamus.
e *Neque enim.*]hic reſpondet tacitę obiectioni. Et dicunt quidam, quod per hunc §. corrigitur, quod eſt C. qui po. in pign. l. pen. vbi dicitur, duos ſufficere ad probationem priuatæ ſcripturæ, ſi perſonalis actio moueatur: ſi verè hypothecaria, tres neceſſarij ſunt. & quod hic dicit, nec enim, &c exponunt, i. non fuit hæc cauſa vt hanc l. faceremus, licet hic abbreuientur: Sed fuit cauſa, vt cautè fierem: ſed melius eſt pauca agere cautè, quam multis intereſſe periculosè, vt ſupra de tabel. § ſi verò indignus col. 4. & C. de vet. iu enu. l. 2. §. deinde. Sed tu dic, quod non corrigit d. l. ſcripturas Et loquitur hæc lex, quando, deficientibus alijs probationibus, recurritur ad comparationem priuatæ ſcripturæ, ad quam non poteſt fieri comparatio, niſi tres teſtes ſubſcripſerint, & præſentes fuerint, vt hic, & C. eod. l. comparationes. & pro hoc facit hæc litera. neque. &c. & facit C. de hær. l. quoniam. in ſi. & de re. cred. l. generaliter. Accurſius.
f *Faciamus.*]ſi ago depoſiti, & produco ſcripturam depoſitarij: ſiquidem probo per duos teſtes ipſum contractũ, ſatis eſt, niſi excedat quinquaginta libras auri, quia tunc tres, vt C. ſi cer. pet. l. ſi. ſi autem nullum teſtem habeo de contractu,

1 † *Curã, & prouidẽtiam ſuſcipere Hal.*
2 † *Cap. 1. de inſtrumentorum cautela, & fide: Primũ de depoſito, què admodum cautè dari poteſt.*
* *Iſte tex. eſt ſing. ſecũdũ Bal. in l. Imperatores. C. eo. & ſecũdum Ale. in auth. & ſi contractus. in ad di. ad Bar. & ſecũdũ Ang. hic.*
* *Adde Fel. in c. 1. nu. 2. de ſi. inſtrum.*
3 † *Pendeamus. Hal.*
* *Concor. c. 1. cũ gl. ſuper ver. apparuit. extra de fide inſtru.*
4 † *Sed vt multo eas etiam ſtabiliores reddamus. Halo.*

¶ [1] † Sed & ſi quis aut mutui inſtrumentũ,[a] aut alterius[b] cuiuſpiam [c] faciat, & noluerit hoc in publico confiteri, quod & in depoſito definiuimus, non ex ipſo videatur credibile,[d] quod ſcribitur ſuper mutuo documentum, niſi etiam teſtiũ habeat præſentiam fide dignorum, non minus trium: vt ſiue veniẽt, & proprijs * ſubſcriptionibus atteſtentur,[e] ſiue alij quidam teſtificentur,[f] quia, præſentibus eis, confectũ eſt documentum, fidem cauſa [g] ex vtroque percipiat, etiam literarũ * examinatione penitus non repulſa, ſed ſola non ſufficiẽte, augmento autem teſtium confirmanda.

¶ [2] † Si verò tale aliquid contigerit, quale in Armenia factum eſt,[h] vt aliud quidem faciat collatio[i] literarum, aliud verò teſtimonia, tunc nos quidem exiſtimauimus ea, quæ * viua dicũtur voce, & cum iureiurando,[k] hęc digniora fide, quã ſcripturam ipſam ſecundum ſe ſubſiſterẽ. Verumtamen ſit hoc iudicantis prudentiæ[l] ſimul, atque religionis, vt veracibus[m] potius pro talibus credat. Et nos quidem ſecundũ hũc modum exiſtimauimus oportere probari fidelia documenta.[3] †

¶ Si tamẽ quiſquam aut deponens, aut mutuans, aut aliter contrahens contentus ſit ſcriptura[n] ſola eius, cũ quo cõtrahit, in ipſo erit, vt ſciat quia in illius fide totum ipſe ſuſpendit:[4] † & quidẽ quantum ex ſcriptura, non ſufficiens[o] videbitur fides, niſi ſecundum noſtram legẽ adijciatur documento credulitas[p] aut præſentia teſtium,[q] coram quibus contractus eſt factus: aut forſan nouiſſimum eius rei refugium inuenerit,[r] [5] † dicimus autem, quod ex iureiurãdo eſt. nam

1 † *Cap. 2. quemadmodum ſine tabellione inſtrumẽtum mutui, vel depoſiti cauſe fieri poſſit.*

2 † *Cap. 3. ſi literarum fides a voce teſtium diſcrepet.*

3 † *Cap. 4. de inſtrum. ſine autore compoſitis.*

4 † *Vt ſciat, ſe fiduciam cõtraxiſſe, & de illius fide ſe totũ pendere. Hal.*

5 † *Interuenerit.*

contractu, vt quia in ſecreto contraxit, & tunc aut confitetur, & ſtatim tenetur, vt C. de non num pecu. l. generaliter. aut negat, ſe ſcripſiſſe, & tunc oportet probari per comparationẽ ſcripturæ continentis ſubſcriptionẽ trium teſtium: ſed ipſa ſcriptura, ad quam comparatio fit, debet habere teſtes ſubſcriptos. ſoli autẽ teſtes nõ probãt, quia poſſent errare. Item ſola comparatio nõ probat, quia literæ poſſunt variari, vt ſupra eod. in princ.

a *Inſtrumentum.*] de ſcriptura priuata dicit, qua quis confitetur ſe mutuum accepiſſe, vel ex alia cauſa puta emptionis, vel conduct. ſe habere, vt ſubijcit, & patet ex rub. & in nouel. eod. tit. & hoc idem dixit in depoſito, vt ſup proxi. §. & hæc omnia, quæ dixi ibi, fortè neceſſaria, & hic dicas.

b *Alterius.*] ſcilicet, vt permutationis.

c *Cuiuſpiam.*] ſcilicet, contractus.

d *Credibile*] vt fiat comparatio ex ea, vt in ſi huius §.

e *Atteſtentur*] ſi literati fuerint.

f *Teſtificentur.*] quando fuerint illiterati, vt infra eod. §. oportet & ſic not. quod ſufficit alterum iſtorum, vel quod ſubſcripſerint, vel quod non, dummodo intersint, quod eis præſentibus eſt factum, & ſic eſt contra C. eo. l. comparationes, vbi dicitur, eſſe neceſſarium ſemper teſtes ſubſcripſiſſe. Sed quidam dicunt, eam per hanc corrigi. Vel dici poteſt, quod hic loquitur, quãdo improbatur priuata ſcriptura: ibi quando improbatio fit ex priuata ſcriptura, vnde maior exigitur ſolennitas ibi, quàm hic

g *Cauſa.*] cauſam vocat rationẽ, quare debetur, vt ex cauſa mutui, vel emptionis, vel ſimili, quæ accipiet fidẽ, ideſt apparebit vera, vt ſic poſſit debitor conueniri duobus interuenientibus, ſcilicet teſtibus tribus & examinatione, ideſt comparatione ſubſequente, vt ſubijcit, quo facto in mutuo poſt biennium præiudicat, vt C. de non num. pecu. l. in contractibus in prin. in ſoluto poſt 30. dies, vt C. eod. l. in contractibus. § ſuper. in dote ſecundum ſtatuta tempora, vt infra de temp non ſolu. pe ſuper do. §. 1 col. 7 in alijs ſtatim ſibi præiudicat, vt C. de non num. pecu. l. generaliter. & ff. de proba. l. cum de indebito. §. fi. Item no. ex hoc § quod non fit comparatio ex priuata ſcriptura, niſi teſtes ſuperſint: ſecus in publica, vt infra eo. § ſi vero mo riantur. Item no. quod augmentum teſtium ideo fit, vt comparatio fieri poſſit, non vt ipſi probent contractum, quia tunc duo ſufficerent. vt diximus ſup eo. § ſed is.

h *Factum eſt.*] vt narrauit ſupra eo. §. 1.

i *Collatio literarum*] inducta vt derogetur priuatis literis: teſtes vero inducebantur ad probandum priuatam ſcripturam: nam ſi eſſet publica, quid opus eſſet teſtibus? & ita à prin titu vſque ad § ſed & inſtrumenta loquitur de priuatis ſcripturis tantum, vt patet ex tenore rubr.

k *Cum iureiurando*] quod prius debent facere teſtes, vt C. de teſta. l. iubemus. item cauè tibi. quia iam ſcriptura, quæ reprobatur. quàm quæ ad reprobandum inducitur, ambę ſunt priuatæ. Item no. quod ex hoc colligunt quidam, vt hodie ſemper plus credatur voci viuæ, quàm mortuæ. & ſic corrigitur ſecũdum eos. C. eo. l. in exercendis. Sed certè hic loquitur quando ex vna parte eſt inſtrumentum cui volebat derogari, & teſtes, qui pro inſtrumento teſtificabantur: ex alia vero parte ſola collationis diſſimilitudo. Vnde non ſola vox viua, ſed cum inſtrumento iuncta vincit vocem mortuam, & etiam plus eſt, quia ſcriptura, quæ vincitur, eſt priuata. Item cauè tibi, quia hæc inſtrumẽta non contradicunt ſibi in ſententia, ſed diuerſa ſunt. nam primũ dicit te aliquid mihi debere, & dico a te ſcriptum: & tu profers aliud, in quo cõtinetur de permutatione, vel aliquo alio, quod cum alio feciſti, quod ego confiteor te feciſſe, & ſi hoc ſecũdum ſit diſſimile primo in literis, perinde videtur, ac ſi non ſit verum, quod contra te induco, ſed falſum. vnde melius diceret hæc litera, plus voci viuæ credi, quàm diſſimilitudini, quæ inducitur per mortuam vocem, ideſt per ſcripturam. Ex prædictis patet, quod nõ plus voci viuæ, quã mortuæ ſit credendũ, ſed æqualiter duobus teſtibus & inſtrumento, vt C. eo. l. in exercendis. ſed quatuor teſtes vincerent inſtrumentũ, qui dicerent aliter rem proceſſiſſe, quàm ſcriptũ ſit, ut C. de probat. l. cum precibus. non autem tres, quia tabellio vicem teſtis vnius obtinere videtur ſecũdum quoſdam, vt C. de teſta. l. Domitius & hoc directo; per obliquum autem etiam duo vincunt vt C de contrah. ſtip. l. pen in fi. vel ibi loquitur in priuata ſcriptura, quæ vincitur: in caſu tamen non recipitur probatio contra ſcripturã, quia iuris, & de iure eſt præſumptio, vt C. arb. tu. l. fi. econtra ſcriptura vincit vocem viuam, quia in multis caſibus res acta per ſcripturã valet, & probatur, nõ per teſtes, vt per has leges probatur, vt C. ſi mi ſe ma di. l. ſi alterius. C. de ſuff. l. 1. & de non num pec. l. generaliter. & de teſtib. l. teſtium. & qui teſta. face. poſſ. l. hac conſultiſſima. & ff de proba l. cenſus. & C. de iure emphy. l. 1. & C. de ſacroſan eccle. auth. hoc ius porrectum & infra de æqua. do. § quia vero col 7.

l *Prudentia.*] quia poſſet apparere magna diſſimilitudo & ratione eius ipſi etiam teſtes eſſent ſuſpecti: vnde iudex hoc conſiderat, vt hic, & ff. de teſti. l. 3. ibi, tu magis, &c.

m *Veracibus.*] ideſt, quæ ſibi vr̃ inter ſcripturã, & teſtes.

n *Scriptura ſola*] ſine teſtibus facta.

o *Non ſufficiens*] hoc intellige quando ſuam abnegat eſſe depoſitarius: alias ſufficit, vt ff de probat. l. cum de indebito. §. fin.

p *Credulitas*] ſcilicet, teſtium ſubſcribentium.

q *Teſtium.*] ſcilicet, non ſubſcribentium, vt ſupra §. & ſi quis. & contrarium ibi poſitum, ex l. C. eo. l. comparationes ſolue, vt ibi modo diximus.

r *Inuenerit.*] aliàs eſt, inueniatur, & aliàs, inuenerit ſcilicet ſcripturam ipſam, & aliàs, inuenitur. & quod de iureiurando dicit, dic ſecũdum Al. ꝙ pars parti defert, quia tenetur vel accipere, vel referre, vt ff. de iureiur. l. manifeſta & l. 3. § ait prætor. vel iuſtè recuſare, vt C. de re. cre. l. generaliter. §. ſin autem. Vel dic verius, quòd loquitur de iureiurando à iudice delato: hæc enim ſcriptura licet priuata * inducit aliquam coniecturam, vt hic, & C. de proba. l. inſtrumenta. quæ eſt ſemiplena probatio: & ſic deferre poteſt ſacramẽtum, & debet, vt C. de reb. cred l. in bonæ fidei.

* *Hæc verba recitantur in gl. 1. poſt mediũ, ibi, nec ſeri ptura tabellionis. in c. poſt ceſſionem extra de probat.*

* *Adde Felyn. in c. 1. num. 17. de fide inſtr.*

* *Concor c. 3 loco cum glo ſup ver. teſtium vbi præſcrũtur teſtes inſtrumento. ext de proba & vide glo. 2. in c in noſtra. poſt med. extra de teſtibus ibi, ſi vero teſtes &c.*

* Adde Felyn. in c. 2. nu. 15. de fi. inſtr.

non infirmamus quod factũ eſt: nam falſitates, & [a] imitationes metuẽtes, & nudis eis exiſtentibus non credentes, [b] huiuſmodi ſubtilitatẽ cauſæ addimus: non vt credentes priuemus fide ſua circa amicos, ſed vt quantum poſſibile eſt, & perfidiam & negationem [c] multis reconuincamus modis.

1† *Notarius antequam in inſtrumento ſui nominis faciat mentionem ſubſcriptione ſcribat nomina teſtium. & iudex aduertere debet ſimilitudinem, & diſſimilitudinem literarum, & etiam ſignum tabellionis. Ang.*

¶Sed & ſi * inſtrumenta [d] publicè confecta ſint, licet tabellionum habeant ſupplementum, adijciatur [e] & eis antequam cõpleantur (ſicut dictum eſt) [f] teſtium ex ſcripto præſentia. 2†

¶Oportet [g] * autem iudicantes, & ſi qua ſigna 3† inuenerint adſcripta chartis, etiam hæc requirere, & legere niti. Plurima nãque nouimus & ex illis apparuiſſe, & non facilè fidẽ ex literarum aliarum [h] collatione recipere, propter dudum dictas [i] à nobis cauſas.

4† *Si teſtes publici inſtrumenti ſunt mortui vel abſentes, vel aliàs de facili haberi non poſſunt, nec etiam tabellio, tunc ad comparationem ipſius venitur, præſtito primo ſacramento, per petentem comparationẽ fieri: quod non malignitatis cauſa, nec aliqua arte ductus comparationem petit. Ang.*

¶Si verò moriantur omnes teſtes, aut forſan abſint, [k] aut aliter non facilè ſit fidẽ ex teſtium ſubſcriptionibus inuenire, [l] neque tabellio ſupereſt, qui compleuit, (ſiquidem publicè ſit confectum) quatenus teſtimoniũ perhibeat pro ſe, [m] aut non eſt in ciuitate, [n] ſed neceſſe eſt omnino collationem literarum ſuppletiones eorum, [o] qui ſubſcripſerint aſſumere: [p] tunc cõpetens eſt properare quidem ad comparationes, (neque enim eas modis omnibus interdicimus) per omnem autẽ [q] ſubtilitatẽ procedere: [r] & omnino ſi putauerit eis [ſ] iudex oportere credi, ẽt iuſiurandũ inijcere proferenti, [t] quia nihil maligni conſcius in eo, quod à ſe profertur, nec quandam artem circa collationẽ fieri præparãs, ſic vtitur eo, qua-

* *Adde Bart. in l. admonendi. nu. 24. ff. de iureiuran.*

1† *Cap. 1. quo tabelliones cauere debeant in inſtrumẽta componere.*

* *Facit ad hunc §. & 3 in glo. 1. in prin extra de fide inſtru. vbi diffinit, quid ſit ſcriptura auth.*

2† *Cap. 2. de comparatione notarum.*

* *Adde Felyn. in c. 3. num. 14. de fide inſtru.*

3† *Signa, notas vertit Iulianus.*

4† *Cap. 4. de comparatione literarum.*

* *Adde Fely. in c. cũ cauſa. nu. 9. de teſti.*

næ fidei. & ff. de iureiur. l. admonendi. * nec videatur hoc durum, quaſi quilibet poſſet aliquam ſcripturam confingere, vt ſic ei deferatur ſacramentũ, propter timorẽ falſi, quod incurreret. Item propter alias multas literas aduerſarij, quæ poſſent cõparari. Item & quia quilibet non ſcit ſcribere, imò pauci, reſpectu eorum, qui ignorant: cũ pro pluribus lex facta ſit, vt ff. de le. & ſe. l. nã ad ea. Item & quia magis deferẽt reo, quã actori, cum ipſe ſuæ ſcripturæ, vel ſui facti melius nouerit veritatem, vt ff. de ſu reiur. l. iuſiurandum. & ad pecunias. & quia reus eſt fauorabilior. vt ff. de reg. iu. l. fauorabiliores.

a *Et.*] pro ideſt.

b *Credentes.*] ideſt, mutuantes.

c *Et negationem.*] ſcilicet veritatis. ex hoc no. quòd prędicta locum habent, quando priuatã ſcripturam, quam induco, abnegat aduerſarius: aliàs ſufficeret cum cauſa, vt C. de non nu. pec. l. generaliter.

d *Inſtrumenta.*] nũc facit tranſitum ad publica inſtrumenta, vt patet ex rub.

e *Adijciatur.*] ideſt, tabelliones ſcribant nomina teſtium in fine inſtrumenti, antequam compleant, ideſt, ſubſcribãt ipſi, & nomen ſuũ apponant, ſecundum io. licet in antiquis inſtrumẽtis in prin. apponant, quod hic reprobatur, & hæc nomina teſtium ſecundum diuerſas terras diuerſimodè ponuntur: nam alicubi dicitur, teſtes interfuerunt Titius, &c. alibi ſigna, manu talis, &c vt Florentiæ & prout cuilibet placet coaptare hoc tamen ſeruet tabellio, quod ſemper ſeruet eandem formam in ſubſcriptione in uno inſtrumento, vt in alijs, vt comparatio fieri poſſit, tum opus erit, vt infra eod. §. ſi uero nullus. Item nunquid trium teſtium exigitur numerus? Reſpon. non, vt ff. de teſtib. l. ubi, & eſt ratio, quia tabellio eſt de numero teſtiũ, vt ff. de teſta. l. Domitius. Item nunquid ſufficit, eos debere eſſe præſentes, an rogati? Reſp. non, vt ff. de teſti. l. ad fidem. niſi in caſibus quatuor, vt in ſolutione, & in ſolutionis confeſſione, & in teſtamento, & in repudio, vt C. de teſtib. l. teſtium, & infra de teſtibus. §. & licet in princ. & in fine. & ff. de rep. l. nullum. Alij dicunt, quod in obligationibus contractis in ſcriptis, exigũtur rogari, non aliàs, vt ex prædicto §. & licet. Alij dicunt, quod ſemper hodie debent rogari, per d. §.

f *Sicut dictum eſt.*] ſcilicet, de præſentia circa priuatã ſcripturam tantum, vt infra §. proxi. & §. ſed & ſi quis & §. ſed is. Accur.

g *Oportet.*] poſſet hic §. intelligi in priuata ſcriptura: ſed uerius eſt, vt in publica loquatur, vt ſit coniuncta materia: & quod dicit, ſigna, ideſt dicere, manu tabellionis, vt in nouellis, vel aliud ſimile ſignum, vt crucis, vt infra de teſtibus §. 1. Vel dic, quaſdam notas, quas faciunt quidam tabelliones, quæ tamen nihil ſignificant, ſed ad comparationes faciunt, vt hic, & quod dicit, legere huiuſmodi ſigna, dic, ideſt, colligere, & notare. Vnde verſus, Fuit aurũ, virgo flores, mare nauita, libros clericus, æquiuocè ſingula quiſque legit. Et nota, quod ineptè trãſit ad cõparationẽ.

h *Aliarum.*] aliàs alienarũ, ſcilicet, per huiuſmodi figuras.

i *Dictas.*] vt ſup. eo. §. 1. ibi, nõ enim ita.

k *Abſint.*] ita quod non poſſunt inueniri.

l *Inuenire.*] quia infirmi ſunt teſtes.

m *Pro ſe*] aliàs ſe, id eſt, ſine inſtrumẽto: aliàs pro ſe ſine teſtĩbus viuẽtibus, quod exponunt quidã in publico inſtrumẽto, dicentes, quod prius to nõ habetur fides, niſi fuerit approbatum, etiã ſi appareat non vitiatum in ſua figura, vt hic colligunt à contrario ſenſu: ſed ſecus in publico, quia illud per ſe patet, & probat. Alij dicunt, quod etiam priuato creditur habẽti ſubſcriptionem trium teſtium, ſicut publico: & quod hic dicit, ordinant ita, ſi quidẽ publicè ſit cõfectũ, neque tabellio ſuper eſt, quatenus teſtimonium perhibeat pro ſe, ideſt, pro inſtrumento, vel per tabellionem, vel teſtes, nec obſtat, C de teſtibus. l. omnibus. quia hic ſubauditur, quaſi teſtimonium, vt C. de fideicom. l. ſi. Tu dic, retenta ſecunda opinione non ſubauditi quaſi, & dic, pro ſe, ideſt, pro facto ſuo: nam quilibet teſtis fert teſtimonium pro facto ſuo, ideſt, pro uiſu, vel auditu ſuo. ſic tabellio, * vt C. de falſis. l. ſi quis decurio, & inf. eod. §. in his non autem in cauſa, cuius proficuum, & damnum ad eum pertinet, vt ff. quando app ſit l. 1 §. in propria.

n *In ciuitate.*] ſcilicet, tabellio, vt quia eſt deportatus, vt inſti de ca. di. §. 1. quia dicitur ſine ciuitate, vt ff. de leg. 3. l. 1 §. hi, quibus, Vel dic, abeſt cauſa teſtimonij ſecũdi, vel ſimili cauſa, vt ff. de iud. l. 2. §. legatis.

o *Eorum*] ſcilicet, notariorum, vel contrahentium ſi ſubſcripſerint, vel dic, teſtium, vt ſupra dicit.

p *Aſſumere.*] ideſt, dare fidem ſubſcriptionibus ad ſumẽdum alia inſtrumẽta, vbi ijdem teſtes ſubſcripſerint. & ſic habet locum, quando teſtes ſunt literati, & propria ſubſcripſerunt manu in charta confeſſionis.

q *Autem*] pro ſed.

r *Procedere.*] ſcilicet, iudices volumus. & ſic ſumma ſubtilitas approbatur, ſic ff. de iure dot. l. ſi mulier § ex aſſe. & inf. eo. §. oportet. in fi. §. aliàs reprobatur. ff. de iniuſto teſta. l. poſthumus & inſt de fideic. hęr § ſed quia. ff. quibus mo pig. vel hypot. ſolui. l. ſicut. §. ſi debitori.

ſ *Eis.*] ſcilicet comparationibus.

t *Proferenti.*] ideſt, deferenti ei, qui profert inſtrumẽtum ad probandum, ad quod fit comparatio: & ẽt aduerſarius iurabit, vt infra eo. §. ſi vero nihil. Item no. hic ex forma iuriſiu-

iuriſiuran. quem de conſcientia debere ſatisfacere, ſic C. eod.l.fin & de ijs, qui ad eccl.conf.l. præſenti.§.ſic vbi.& de iure delib.l.fin.§. licentiam. Sed nonne ſufficit ſemel iuraſſe, vt ſupra de ijs, qui ingre.ad appel. §. fin. quidam ſic,& dicunt illam poſt iſtam compoſitam, licet ſit in ordine prior: nam ante illã plures iurabant, vt ff.de dam.infect.l. q bona. §. ſi qs ſtip. vel dic, hoc ſpeciale, vt de nouo iuretur, quia plus ſolet time ri, ꝙ ſpecialiter dr̃, q̃ ꝙ generaliter. ff. de iureiu.l. itẽ apud. §. hoc edictũ, alias incipit, ait pr̃or & hoc ideo: quia maior ſolennitas in comparatione exigitur, q̃ alibi, vt hoc ti.& maximè.inf.eo. §. ſi verò nullus.

1 † Certiendo. Hal.

2 † In foro, & publicè Hal.

3 † Progreditor & illic. Hal.

a *Quicquam omnino.*] ſcilicet, veritatis.

b *In rebus.*] i.in veritatib.nã res, i.veritas, vt ff de fal.l.1.§. qui in rationib. & ff. de iureiu l. quoties.

c *Scripſerit.*] i. totum documẽtum, ſolummõ cõprobauit. Ac.

d *Sed per alium.*] i. diſcipulũ: ipſe tamen interfuit comparationi, vt ſup. de tab. §. penult.

e *Si viuit.*] ſ. veniat.

f *Accidunt.*] quę nec dici, nec enumerari poſſunt, vt C.de tem. ap.l.fin.§. & cũ. Ac.

g *Adnumeratorem.*] adnumeratorem dicunt quidã mediatorem, ſiue proxenetã, q fecit teſtimoniũ, * volente tñ vtraque parte, nõ aliàs, vt inf. de teſti.§. quia verò legẽ. Alij dicunt, eũ eſſe, qui pecuniã pro publico inſtrumento dedit. Alij dicũt, eſſe procuratorẽ actoris, per quẽ numerauit, & hanc approbant. Sed prima vera mihi videtur. Accur.

** Adde Fel.in cap. ſtatera. nu. 5 de teſti. cog.*

** Teſtimonium. Adde Fely in c.dilectorum. num.2 de teſti.cog.*

h *Tres ſint.*] ſ.tabellio, & ille, per quem ſcripſit documentũ, & adnumerator. Al.

tenus neque perimatur quicquam [a] omnino, & per omnia munitio [1] † in rebus [b] fiat.

Ex hoc §. habes quomodo, & qualiter, & quo ordine procedatur ad comparationem inſtrumenti publici ſcripti per diſcipulum tabellionis, vel ipſum tabellionem Ang.

¶ In his vero quæ conficiuntur publicè [2] † documentis, ſi tabellio venerit, & teſtimonium perhibuerit, cum iureiurando, ſi quidem non per ſe ſcripſerit, [c] ſed per aliũ [d] miniſtrantem ſibi, & ille [3] † ſi viuit, [e] ſi quidem poſſibile omnino eſt, eum venire, & nulla cã prohibet eius aduentum, ægritudo fortè valida, aut quælibet aliarum neceſſitatum, quæ hominibus accidunt. [f] Quòd ſi etiã adnumeratorem [g] habuerit inſtrumẽtũ & ipſe adueniat, vt tres ſint [h] teſtificantes, & non vnus. Si verò neque adnumerator aſſumptus eſt, & inſtrumẽtũ ipſe tabellio totum per ſe conſcripſit, [i] atq; ſuppleuit: [k] aut ſi etiam, qui hoc conſcripſit, non eſt, aut aliter ipſe venire non valet: [l] tñ cum iureiurando ꝓprię cõpletioni atteſtetᷣ: [m] vt comparationi nõ fiat locus: [n] ſint etiam ſic credibilia documenta. teſtimonium enim & ex voce complentis factum, [o] & iuſiurandum habens adiectum, præbuit qđdam cauſæ monimentũ. [p] [4] †

¶ Quòd ſi tabellio defunctus eſt, [q] & teſtimoniũ ꝓhibeatur ſuppletioni [r] ex alia collatione, ſi quidem ét ſic habeat eum, qui conſcripſit inſtrumentum, viuentem, [ſ] & adnumeratorem: adueniant & illi, ſi quidem præſentes ſunt, & habeat ex collatione adimpletionum, [t] & ex teſtibus cauſa fidem.

¶ Si verò nullus [u] horum ſit, tunc fiat quidem completionum [x] horum collatio: non aũt ſola hęc ad hoc ſufficiat ſed & aliorum ſubſcribẽtiũ fortè, aut contrahentiũ ſcripturę examinẽtur, vt ex pluribus comparationibus tam completionis, [y] quam ſubſcribentium fortè, aut etiam contrahentium vna [z] quædã colligatur vndiq; & efficiatur fides. Si verò nihil [a] aliud inueniat pręter collationẽ inſtrumẽtorum, quod hactenus valuit, fiat: [b] vt qui profert ad collationis [5] † documentum, iuret ſolenniter. [c] Vt autem aliquod omnino cauſa ſumat augmentũ ad maiorem negotij fidẽ, & ipſe, q hoc petit fieri, iuret, [d] quia non aliam idoneam habens fidem, ad collationem inſtrumentorum venit: nec quicquam circa eam egit, aut machinatus eſt, quod poſſit fortè veritatẽ abſcondere. [e] de quibus [f] licebit ſe ſe liberare contrahentes, ſi

i *Conſcripſit.*] ſ.vt miniſter, & tabularij.

k *Suppleuit.*] i.ſubſcripſit.

l *Non valet.*] ſ. diſcipulus.

m *Atteſtetur.*] ſolus tabellio.

n *Non fiat locus.*] i. ex neceſſitate, vt in nouellis eod. & eſt ratio, quia veritas per ipſum declaratur auctorem, vt C.ad l.Cor.de falſ.l.ſi quis decurio. Accur.

o *Factum.*] quia dicit ſe feciſſe.

p *Monumentum.*] idest, probationem. Sed quid, ſi teſtes non fuerint appoſiti in inſtrumento, nunquid habet locũ, quod hic dicitur? Reſpon. non: nam in prin. exigo teſtes, vt ſupra eodem, §. ſed ſi inſtrumenta, ſed in teſtificatione non, vt hic.

q *Defunctus eſt.*] naturaliter, vel ciuiliter, vt quia deportatus eſt, quo caſu pro mortuo hr̃, ff. de contrarab. l.1.in fi.& maximè quo ad ferendum teſtimonium, vt ſi ponas eum publico iudicio damnatum, & per hoc infamem, vt ff.de publ.iu.l.infamem. ideo non poteſt eſſe teſtis, vt ff. de teſt.l.2.§.lege Iulia.

r *Suppletioni.*] ideſt, completioni non à teſtibus, quia mortui ſunt, ſed ex alia &c.

ſ *Viuentem.*] i. miniſtrantem tabellioni.

t *Adimpletionum.*] ideſt, ſignorum, & notarum, quæ imp'ent, ideſt, complẽt inſtrumentum, non autem ſubſcribentium: ſed quando nullus ſupereſt, etiã ſubſcriptionum fit comparatio, vt infra proxi.§.

4 † Monimentum a iae documẽtũ. Haloander autem, non nihil monumenti.

u *Si verò nullus.*] ſcilicet, neque tabellio, neq; adnumerator, neque miniſter. Accurſius.

x *Completionum.*] ſcilicet, tabellionis. Accurſius.

y *Tam completionis.*] ideſt, inducatur inſtrumenta alia eiuſdem tabellionis, qui hoc compleuit, & alia inſtrumenta, quibus iiſdem teſtes ſubſcripſerunt, & alia, quibus ijdem contrahentes.

z *Vna quædam.*] i. vna qualiſqualis. nec. n. pro veritate omnino habetur, licet ei ſtetur, nõ enim ita ſcribit, &c. vt ſupra eod. §.1.

a *Si verò nihil.*] repetit eundem caſum, vt addat.

b *Fiat.*] qd erit hoc? Reſpon. quod ſequitur, vt quilibet iuret, vt &.eod.l. comparationes.§. omnes autem.

5 † Ad agendã cũ aliqs comparatunã. Hal.

c *Solenniter.*] i. tactis euangelijs, vt ſupra iuſiurandum, ꝙ pr.in princ. Sed qualiter iterum iurabitur, cum ſemel iam de calum iuratũ eſt? Reſpon. vt ſupra e. §. ſi verò moriatur.

d *Iuret.*] ſ. quod ſequitur, & aliquid additur in forma huius ſacramenti ei, quod dicitur, C.eo.l.comparationes.§ omnes autem. & propterea hic dicit, vt autem aliquod, &c.

e *Abſcondere.*] qualiter iudex comparationem faciet? Reſpon. quidam, quod committetur cuidam ſcriptori perito, & eius renunciationi ſtabitur, ſiue denunciationi, vt C de re mi.l.ſemel, lib.12.& ff.de vent.inſp.l. prima, in princ & ſupra de non alien.§ quod autem dictum eſt. Sed tu dic contra ſcilicet, quod ipſe iudex debeat hoc inſpicere, vt patentes dicitur ſupra eodem, §. oportet. cum & ipſe de eis literis cognoſcat. nec enim eſt iudex, qui literas non cognoſcit, vt infra de iud. §. primo, collat. ſexta. Item facit ff. finium regun. l. ſi irruptione. §. finali, ſed poterit ſecum adhibere ſcriptorem peritum. Accurſius.

f *De quibus.*] ſcilicet, litibus, vel difficultatibus comparationem. Accurſius.

Conſen-

cenſenſerint [a] vtriq; ad hoc venire, vt inſinuent [b] inſtrumenta, & profiteâtur ea ſub geſtis monumentorũ ipſi cõtrahentes, quatenus priuentur nequitia, & corruptione, & falſitatib. & quæcũq; [c] alia mala corrigentes, pſentem promulgamus legem: ijs, quæ dudum [d] à nobis in collationibus literarum factarum per ſcripturam propriæ manus ſancita ſunt, in ſua virtute manentibus: proculdubio & in ijs, q literas neſciunt, quæ olim valent in iudicijs, ſuam habentibus firmitatem: quoniam quidẽ ex iudiciali forma acceperunt examinationem hæc talia competentem. [1] †

Contractus ſupra libram auri celebratus in ſcriptis ab imperito literarum, quinque teſtium eget ſolennitate, inter quos connumeratur tabellio: ſi autem ſine ſcriptis ſit contractum, teſtibus interuenientibus cauſa deciditur. Ang.

¶Oportet [e] verò in ijs, qui literas neſciunt, & teſtes, & omnino tabularios [f] adhiberi, in quibus locis ſunt tabularij; maximè [g] autem teſtes non ignotos contrahentib. vt quidam ſcribât pro illiterato, aut paucas literas ſcientе: alij verò atteſtentur, [h] quia etiam præſentibus eis hæc geſta ſunt, & ſcierunt [i] eum: [2] † & ita talium inſtrumentorum ſuſcipiatur fides: manifeſtum exiſtens, quia non minus quàm quinq; [k] teſtes in his talibus adhibendi ſunt, inter quos [l] erit, & qui ſcribit pro contrahente, aut totũ, aut poſt ea, quę [3] † poſt paucas literas illius poſita sũt, quatenus nihil omittatur de ſumma ſubtilitate.

¶Et hæc dicimus [m] ſuper inſtrumentis ex ſcripto confectis. Nam ſi quis facere quàlibet contractum ex nõ ſcripto voluerit, hoc manifeſtũ eſt, quia aut per teſtes [n] aut per iuſiurandum fidem percipiet: [o] actore quidem teſtes deducente, pulſato autem iurãte, aut referente, ſicuti iudex negotium diſpoſuerit.

¶Vt autem nihil [p] ſit neque horum inemendatum, illud quoque adijcere legi bonũ eſt, vt ſi vſque ad vnam auri libram fuerit contractus, huiuſmodi obſeruationem [q] in hoc minimè cuſtodiri, [r] ſed

a *Conſenſerint.*] tempore contractus.
b *Inſinuent.*] q.d. ſi dubium eſt de fide chartæ, fiat prædicta comparatio: ſi autem cõſentiant ambæ partes in principio contractus, vt inſtrumentum inſinuaretur ad æternam rei memoriã, & abinde chartæ fides eſt indubitata, & in tali publicatione non eſt opus teſtibus, vt C. de do. l. in donationibus. Sed an ẽt poſt litem conteſt. poſſit fieri talis inſinuatio? Reſp. ſic, trib. rationib. Prima, quia ſic eſt in teſtamenti publicatione, vt etiã poſtea fiat. i. poſt teſtamentum factũ, vt C. de teſt. l. publicati. & idem in do. pp nu. vt inf. vt fra filij. § 1. colla. 9 Item quia iudicia ſunt oĩa abſolutoria, vt inſt de perp. & tem. act. §. fi. Sed ad quid fieret tũc inſinuatio, cũ nil fieri debeat, niſi ꝙ reus ſoluat? Reſpon. põt eſſe, ꝙ annua pſtatio faciẽda eſt ex illo inſtrumẽto, & licet rõne præſentis anni aſſentiret, non ita faceret in futuris Itẽ qa tractaretur de indebito ſoluto, niſi inſinuaret hęc ſcriptura.
c *Et quæcunque.*] ſupple & quibuſcunque alijs malis, quęcunq; &c. Sed quæ ſunt hæc alia mala? Reſp. pfidia & negatio, vt ĩ. eo §. ſi tñ quiſquam.
d *Iis, quæ dudum.*] duo dicit hic §. primum, ꝙ ea, quę dicta ſunt de collatione priuatæ ſcripturæ cõtrahentium, ſunt firma, ſ. vt fiat collatio. ſi illa ſcriptura hẽat præſentiã, & ſubſcriptionem teſtiũ, vt C. e. l. comparatione, & ĩ e. § ſed is. & §. ſed & ſi quis. Item ꝙ fiat, ſi quis ea vtaẽ, vt ĩ. de ijs, qui ing ad ap. § illud. & ẽm ꝙ ea, quæ olim valent in iudicijs, ſuam habẽt firmitatẽ & in his, ſ. q literas neſciunt. qñ acceperant formã, talia competentẽ, i. talib. conuenientẽ: & hæc antiqua forma narratur ſtatim pximo. §. oportet verò, &c. & hæc dictio, proculdubio, põt cũ præcedentib. vel cum ſeq. legi. & ſic in nullo eſt defectiua hæc litera. Alij ſupplent hic, & in his &c. q.d. & his in ſua virtute manentib. quæ ſancita ſunt in his, &c. Ac.
e *Oportet.*] ſi vir, ꝙ fides habeatur inſtr̃o, non tñ imponit neceſſitatem. ſic ff. de iuſti. & iur. l. 1. nam hæc conſtitutio conſulit tantum, vt ſup. eo. §. ſi tamen quiſquam. aliàs imponit neceſſitatem, vt C. de legi. & con. l. 1.
f *Tabularios*] plurale pro ſingulari ſic ſupra de hær. & fal. §. ſi verò. & C. de iure delib. l. fi. §. ſinautem dubius eſt. Vel dic, quod reſpicit multos contractus, vbi ſingulariter multi debent eſſe tabularij.
g *Maximè.*] hoc, maximè, abundat, vt & aliàs C. de teſt. ma. l. ii. §. 1. nam omnino debent eſſe noti, vt dixi ſup. eo. §. ſedis. Vel poteſt cum præcedentibus coniungi hæc dictio, maxim·, quaſi dicat, maximè, vbi ſunt tabularij, & tunc ſimiliter abundat.
h *Atteſtentur.*] i. propriam ſcripturam profiteantur: quia etiam &c. vt ſubijcit: nam omnes teſtes, debent ſubſcribere, vt dicitur in nouellis, cod. Accur.

i *Sciuerunt eum.*] i. cognouerunt, eum eſſe imperitum.
k *Quinque.*] ſed quare plures exiguntur teſtes ab imperito, quam perito, vt hic innuitur? Quidam dicunt, in fauorem imperiti, ne decipiatur, cum præſentia tot bonorũ virorũ adhibeatur. Tu dic, ꝙ in eorum odium, quia aliàs incõuincibiles eſsẽt, niſi tanta ſolennitas adhiberetur, vt ſupra de tab. §. 1. col. 4. Itẽ quia ſe grauauit, vt in ſcriptis contraheret, cum erat imperitus. vnde quaſi ſe arctauerit, nõ ſuccurritur ei, vt ff. qui ſatiſda. cog. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. Item nota, hic quinque teſtium numerũ adhiberi, vt & aliàs in teſtamẽto ruſtici, vt C. de teſt. l. fina. quandoque exiguntur plures, vt C. de prox. ſacro. ſcri. l. vnicuique lib. 12.
l *Inter quos.*] i. de numero eorum erit, q ſcribit pro contrahẽte. hoc eſt, tabellio: & ſic tabellio eſt de numero teſtiũ, 1 vt hic. & ff. de teſta. l. Domitius & C. qui teſt. fac. poſſ. l. hac conſultiſſima. Alij dicunt, ꝙ tabellio nõ eſt de numero teſtiũ, & qđ hic dicit, q eſt de numero, qui ſcribit pro contrahente tm̃, ille, & nullus alius videt ſcribere totũ inſtr̃m, niſi tabellio, quod eſt contra iſtorũ opinionẽ, qui exponunt, ꝙ quidam ex teſtib. ſcribit totum pro contrahente. i. caput, & finẽ non autem totum in ſtr̃m. iam enim nihil ſeruaretur tabellioni. vel dic totum, quod erat ſcripturus contrahens. hoc eſt confirmationẽ contractus. Item tunc ſcribit totũ, quod erat ſcripturus, qñ eſt omnino illiteratus, aliàs parum ſcribere debet poſtea teſtis pro eo, vt ſubijcit ibi, aut poſtea vnde põt hic notari. ꝙ nihil ſcientis, & parum ſcientis æqualis eſt conditio, quo ad numerum teſtium nam in vtroq; caſu adhibentur quinque, vt in hoc §. ſed non quo ad ſcripturam, quia vnus nihil ſcribit, alius parum: fortè ſignũ crucis, quod debet præponi, vt dicitur in nouellis.
m *Et hæc dicimus.*] quæ proxi. dicta ſunt.
n *Per teſtes.*] ſ. duos, imo tres, vt ſtatim patebit in diſtinctione, ſed dicas, ꝙ hic tantum defuit ſcriptura, ſed fuit vltra libram auri: ſed & ſi eſſet infra libram auri, duo ſufficerent, vt eadem diſtinctione patebit.
o *Percipiet.*] ſ. intentio actoris, & quod dicit de iureiurando, ſcilicet, delato à iudice, vel à parte, quod debet ſuſcipi, vel referri, vel iuſtè recuſari, in quibus omnibus erit iudicialis diſpoſitio, vt ſubijcit. & ff. de iureiur. l. iuſiurandum. §. ſi de qualitate. & C. de reb. cred. l. penult. §. pen. & §. ſinautem.
p *Vt autem nihil.*] abundat vna negotio, vel dic, vnam referri ad ſuperiora, alia ad ſequentia. ſic ſup. de hær. & fal. §. inordinatum
q *Huiuſmodi obſeruationem.*] ſ. quinque teſtium.
r *Cuſtodiri.*] ſiue peritus, ſiue imperitus, ſiuẽ in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis contrahat.

1 † *Cap. 8. imperitis literarum qũo caute contrahãt.*

2 † *Quod ipſũ in re præſentes aſpexerunt. Halo.*

3 † *Et poſtquam imperitus ſam ctam crucem fecerit. Iulianus ſic hẽt. qđ in edit. Græcis deeſt.*

1 Quando notarius gerat vicem vnius duorumve teſtium, vide in cap. qm̃ contra. in gl. ſi vbi etiã per Doct. extra de proba.

Actum

Google

*Concor cũ hoc te. c.cũ uniuerſorũ. poſt med cũ gl ſuper verbo, ſimplicitatis. ext. de ver permut.

† Cap 9. de contractibus ſine ſcripto compoſitis.

a *Actum eſt.*] inter contrahentes.

b *Attritiones.*] aliàs, afflictiones & aliàs, attritiones: & aliàs, adtrictiones. Et no. dici rẽ exiguã uſque ad libram auri: aliàs dicitur parua, vſque ad decẽ libras auri, vt ſup. de app. §. 2.

c *Nam in agris*] i. in villis. ſic ff. qui ſatiſda. cog. l ſciendũ §. j.

d *Firma.*] vt numerus duorũ teſtiũ ſufficiat, vt ff. de teſt. l. vbi. niſi cõtractus excedat vnã librã auri, vt C ſi cer. pet. l. fi.

e *Sancitum eſt.*] vt quinque teſtes ſufficiãt, vt C. de teſt. l. fi. aliàs ſeptẽ exigãtur, vt C de teſt l hac cõſultiſſima. in prin. Et, vt prædicta plenè accipias, diſtinguẽ, aut cõtrahitur ultra vnã librã auri, aut inf. ſi infra, non diſtinguo de perito, vel nõ, ſiue in ſcriptis, ſiue non, ſiue in ciuitate, ſiue non: nã ſemper duo ſufficiunt, ut ff. de teſti. l. ubi. & ſup. eo. §. ut autẽ nihil, in fi §. ſi autẽ fiat ſupra libram auri, & in ſcriptis, & ab imperito literarũ, & in ciuitate, neceſſarius eſt omnino tabellio, ſi haberi poteſt, & quinque teſtes, inter quos erit, qui pro contrahente ſcribit, ut ſup. eo. § oportet. Si autẽ ponas, ꝙ unus eorũ defuerit, ut quia à perito contrahitur, uel ab imperito, ſed non in ciuitate, vel nõ ultra librã auri, tũc diſtinguẽ, aut cõtrahitur publicè, aut priuatè. Si priuatè, tres ſunt teſtes neceſſarij, vt ſup eo. §. ſi qs igitur. & § ſed & ſi qs. licet olim duo ſufficerent, niſi cõtractus excederet 50. libras auri, ut C. ſi cer. pet. l. fi. Si autẽ publicè, tũc ſimiliter tres sũt neceſſarij, uel fortè ſufficient duo cũ tabellione, ut ſup. eo. §. & hæc dicimus. & ſup. eo §. ſed & ſi inſtrumenta, & dr̃ fieri in ſcriptis, quandocunque fit inde ſcriptura, & inter eos agitur, ut fiat, ut C. eo. l. contractus: licet alij dicant, tunc demum quãdo agitur, a

ſecundum hoc, quod tunc actum eſt,[a] cauſam fieri, vt non * de rebus exiguis maximas attritiones[b] homines ſuſtineant.

¶ [1]† Hæc autẽ omnia tenere in ciuitatibus volumus. Nã in agris,[c] vbi multa ſimplicitas eſt, & neque ſcribẽtiũ, aut teſtium multorum copia eſt, quæ hactenus apud eos valuerũt, & nunc ſint etiam firma.[d] hoc enim & in ipſis teſtamentis, quibus maximè ſtudemus, iam à nobis ſancitum eſt.[e] Valeat itaque lex in omnibus, quæ poſt hæc facienda ſunt, inſtrumentis, & contractibus. Quod enim iã tranſiuit, cur quiſpiam ſanciat?[f] Hanc autem legẽ peperit contentionũ multitudo factarum quidem in litibus: apud nos autẽ introductarũ, quatenus quotidie inter ſeſe cõtendere homines compeſcamus, præauferẽtes eis altercationes per legiſlationis[g] ſubtilitatem. Quapropter conuenit tuã Eminentiam hæc cognoſcentem manifeſta omnibus facere ſubiectis, & qui hic ſunt, & qui in gentibus. Etenim ad alios glorioſiſſimos præfectos, qui in Heſperia[h] ſunt, & in Lybia, & qui in Septentrionalibus:[i] (dicimus autẽ in Illyrico[k]) ſcripſimus:[l] vt omnis nobis reſpublica plena[m] fiat, hac lege ſubiectorũ medente[n] cõcuſſionibus. Da. prid. no. Iun. C.P. Imp. D.N. Iuſti. P.P. A. anno 12. Ioanne V.C. Cos.

TITVLVS IIII.

Hæc conſtitutio interpretatur priorẽ cõſtitutionẽ,[o] de ijs, qui ingrediuntur monaſterium, & de ſubſtantijs eorum, & ex quo tpe oporteat eam valere.

NOVELLA LXXV.

Qui monaſteriũ intrare voluerit poſt ingreſſum de ſuis bonis nullo modo diſponere poteſt. Quod habet locum in illis, qui poſt legem de monachis, monaſterium ingrediuntur: non in illis, qui ante ingreſſi fuerunt: quia bene poſſunt de ſuis bonis diſponere etiam poſt illam. Ang.

Idem Imp. A. Ioanni glorioſiſs. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum Exconſuli, & patritio.

PROOEMIVM.

CAuſa talis ad nos puenit, quã exiſtimauimus oportere competenti vti à nobis interpretatione[p] ſimul, & adiutorio. Cognouimus etenim, quia mulier quędam habens filiũ ſibi ex nuptijs legitimis procreatũ, voluit quidem ſegregare ſe à communi iſta conuerſatione, & in quodã mulierum monaſterio commãnere, plurima bona faciens mulieribus reuerendiſſimis ibidem congregatis. Et quoniã noſtræ pietatis lex[q] vult eos, qui ſe monaſterijs dederint, ſeu viros, ſeu mulieres, antequam ingrediantur monaſteriũ, eo, quo voluerint modo, quæ ſua ſunt diſponere, nec poſſe[r] poſtquam ingrediuntur monaſteriũ, vlterius agere quicquã de proprijs,[ſ] vtpotè domini rerũ non exiſtentes vlterius, eo quòd ſanciuerimus nos huiuſmodi viros, & mulieres cum corpore, & anima, ipſo ingreſſu ad monaſteriũ dedicare[t] ſe, ſuas que ſubſtãtias: & ſi quidem diſceſſerint, manere etiam ſic eorũ ſubſtantias in monaſterium, eo ꝙ domini harum vlterius non exiſtunt: hinc autem metuere[u] ne fortè (quãuis noſtra cõſtitutio multò poſterior[x] ſit, quàm cum in prædictam venerabilem domũ ingreſſa eſt,) aliqui prohiberẽt eam

vt non aliter valeat contractus, & inducũt ſup eo. §. & hęc dicimus. & hoc in ciuitate: in villa autem ſerua iura uetera: qd̃ dic, ut hoc §. hæc autem omnia.

f *Sanciat.*] eſſent n. magnæ tergiuerſationes, vt C. de ſum. Trinit. l. 3. in prin.

g *Legiſlationis.*] ſcilicet, illius.

h *In Heſperia.*] ideſt, in Hiſpania.

i *Septentrionalibus.*] ſ. partibus idem in Illyrico, vt ſequitur.

K *Illyrico.*] ideſt, Sclauonia. Alb.

l *Scripſimus.*] ſ ꝙ faciãt manifeſta omnibus ſuis ſubditis. Ac.

m *Plena.*] ideſt, oẽs ſciant eã vel dic plena, i abundans nam prius ꝑ falſitates homines depauperabãtur, & cõcutiebãtur, vt ſubijcit: amodo nõ ſic & ſic reſpublica erit plena, habens locupletes ſubiectos, vt ĩ. ut iu ſine quo. ſuffr. §. cogitatio & inſt. de ijs, qui ſunt ſui, vel ali. iu. §. expedit enim.

n *Medente.*] ſcilicet, hac lege.

HÆC CONSTITVtio interpretatur priorem &c.

o *Conſtitutionem.*] *ſcilicet illam ſupra de monachis. § illud.*

p *CAuſa talis. Interpretatione.*] cũ nos ſoli hoc poſſimus, vt C. de legi. & conſti. l. vlt. & l. 1. Accur.

q *Lex.*] vt ſup. de mona. §. illud quoque.

r *Nec poſſe.*] hoc innouatur, quia & poſtea poteſt, vt infra de ſan. epiſ. §. ſi mulier. coll. 9. Accur.

ſ *De proprijs.*] quondam.

t *Dedicare*] ideſt, ad eccleſiam transferre. impropriè enim ponitur: & hoc intellige, cum ſeculo abrenunciauerit, vt ĩ. de mo. §. ſi vero filios. & §. ſi quis. col. 1.

u *Metuere*] ſe dicebat mulier.

x *Poſterior.*] quæ eſt ſupra de mona. §. illud quoque.

Oportere.]

a *Oportere.*]ſupple, & ideo ſancimus oportere.
b *Hæc.*] ſcilicet, dicta in d.l. de mona.
c *Manifeſta.*]ſcilicet, hoc quia &c.
d *Quia.*]ideſt, quòd. Azo.
e *Conſtitutione.*]ſupra de mon. §. illud quoque. & facit ſupra vt fac. no. con. coll. 5. & inf. vt nulli iud. li. habere lo. ſer. §. ſi quãdo. coll. 9.
f *Habitauerit.*] licet hodie non habitet, quia deceſſit teſtatus ante conſtitutionem de monachis.
g *Hactenus.*] ideſt, adhuc.
h *Monaſterium.*] ſcilicet, trãſmittere, qđ eſt infra. Accur.
i *Diſponere.*]ita enim erat ante prædictã l. de mona. vt C. de ſacroſ. eccl. l. gñaliter.
k *Legem.*]ſcilicet, de monachis.
l *Prius*]aliàs, prioris.
m *Liceat.*]ideſt, licitum fuerit. Accur.
n *Noſtra legi.*] ideſt e noſtra lege, vt ita ablatiuum cõueniat alteri, ſcilicet faciente, quaſi nec lex poſterior præiudicabit ingreſſis ante legem in ijs, quæ primo licebãt, vt hic. nec primò licita præiudicabunt ſequenti legi cõtra eos, qui poſtea ingrediuntur, vt ſup. proxi.
o *Poſsibile.*] conueniens.
p *Hoc fieri.*] ideſt, ſtatui.
q *Oportuiſſet.*] ideſt, ingredientes. quid enim peccauit antiquitas, &c. ut C. de teſta. l. teſtamenta.
r *Si verò*]pro enim, ſic ſupra de hære. & fal. §. ſi uerò enim.
ſ *Lege.*]cum teſtabitur ſed poſtea. Azo.
t *Relinquere.*] no. legem ad futura trahi, ut C. de leg. & conſti. l. leges. & ſupra vt factæ no. conſt. col. 5. & inf. vt liber de cæt. §. 1. in fi. niſi caueatur expreſſe, vt ad præterita trahatur. ut C. de uſur. l. eos.
u *Diſponere*]hæc conſtitutio eſt inutilis, ſcilicet cum nulla de illis perſonis viuat, quæ ingreſſæ fuerant ante legem de monachis.

1† *Inhabitauerunt.*

* *Adde c. §. num 3. de conſtit.*

proſpicere ſuo filio, & oportere [a] propter prædictũ metum hæc [b] interpretari, & lege noſtra fieri manifeſta, [c] quia [d] nihil læſa ſit aut ipſa, aut filius eius, circa eius ſucceſſionem ex memorata conſtitutione: [e] propterea ſancimus, ſi quis monaſterium habitauerit [f] vir, aut mulier ante prædictam noſtram conſtitutionem, aut hactenus [g] habitat, & maximè filijs exiſtẽtibus, nullam habere neceſſitatem nunc eorum ſubſtantiam in monaſteriũ, [h] ſed filio, aut filiæ tranſmittere, aut totam, ant etiã partem ſuæ ſubſtantiæ, aut etiã quo voluerit modo res ſuas diſponere, [i] vtpotè primam illam legem [k] alia noſtra hac conſtitutione interpretãte, (eos enim, qui ſemel ante memoratã dudum noſtram legem monaſteria intrauerint, [1] † in nullo poſtea poſita lex contriſtatura eſt, aut ablatura eorum, quæ prius [l] eis, vt liceat, [m] data ſunt) neque prius noſtræ legi [n] impedimentum penitus faciente, eo quòd neque poſſibile [o] ſit hoc fieri, [p] vt oportuiſſet [q] prius diſponere, & ita ingredi in monaſterium. Si vero [r] nulla tunc tali lege [ſ] poſita, in monaſteriũ ingreſſa eſt, * quomodo fieri potuerit, conuerti ordinem legis, & exigere eos, q prius ingreſſi ſunt monaſteriũ, illa facere, quæ prius ignorata, poſtea per ſacram noſtrã conſtitutionem ſunt innouata? Sed vnumquemque cõpetit ſecundum ſua tẽpora expectare, & ea quidem, quæ poſt legẽ ſunt, ita quærere fieri ſicut lex vult. Si quid autẽ ante legẽ ſubſecutũ eſt, hoc nõ cõmouere, neque perſcrutare, ſed in priori figura relinquere. [t]

¶Hæc igitur lex pro interpretatione utili poſita ſit prioris noſtræ illius conſtitutionis, vt illa in poſterioribus tẽporibus ex quo facta eſt, locum habeat, & ijs, qui poſtea conuertẽtur, viris, ac mulieribus poſita ſit, ſibiq; poteſtatẽ in illis cuſtodiat, nihil horum, quæ antea fuerint, perſcrutando, cũ licentia ſit prioribus viris, ac mulieribus, qui habitauerunt, aut etiam hactenus habitãt in monaſterijs, & maximè filijs exiſtentibus, ſuas res, quo volunt diſponere [u] modo. Tua igitur Eminẽtia quæ placuerũt nobis, & per hãc ſacrã declarata ſunt legem, ſolenniter per programmata ſua omnibus facere manifeſta feſtinet. [2] †

TITVLVS V.

Vt non luxuriẽtur homines contra naturã, nec iurent per capillos Dei, aut aliquid huiuſmodi, neque blaſphement in Deũ. † [3]

NOVELLA LXXVII.

Luxurians contra naturam, iurans per aliquod membrum Dei, aut per capillos, aut blaſphemans Deũ, vltimo damnatur ſupplicio. Ang.

Imperator Iuſtinianus A. Conſtantinop.

PROOEMIVM.

Omnibus hominibus, qui rectè ſapiunt, manifeſtum eſſe putamus, quia omne nobis eſt ſtudium, [4] † & oratio, vt crediti [x] nobis à Domino Deo bene viuant, & eius inueniant placationem: [y] quoniam & Dei miſericordia non perditionem, ſed conuerſionem, & ſalutem vult: [z] & delinquentes, qui corriguntur, ſuſcipit Deus propter quod nos omnes inuitamus Dei timorem in ſenſibus accipere, & inuocare eius placationem. & nouimus quia omnes, qui Dominum diligunt, & miſericordiam eius ſuſtinent, hoc faciunt. Igitur quoniam quidam diabolica inſtigatione comprehenſi, & grauiſſimis [a] luxurijs ſemeripſos inſerunt & ipſi naturæ [b] contraria agunt, iſtis iniungimus in ſenſibus accipere Dei timorem, & futurum iudicium, & abſtinere ab huiuſmodi diabolicis, & illicitis luxurijs, vt non propter huiuſmodi impios actus ab ira Dei iuſta inueniantur, & ciuitates [c] cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim à diuinis ſcripturis, quia ex huiuſmodi impijs actibus, & ciuitates cum hominibus pariter perierunt. Et quoniam quidam ad hæc, [d] quæ diximus, & blaſphema verba, & ſacramenta de Deo iurant, [e] Deum ad iracundiam prouocantes, iſtis iniungimus abſti-

VT NON LVXVRIẼTVR homines cõtra naturam, &c.

x *Omnibus Crediti.* i. ſubiecti.
y *Placationem.*] i. pietatẽ, vel miſericordiam.
z *Vult.*] Non. n. vult Deus mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatꝰ, & viuat Al nã & eccleſia nulli gremiũ ſuũ claudit. ut C. de ſum. Trin & fide catho. l. inter claras. in fine epiſtolæ.
a *Grauiſsimis.*]ideſt, ſodomiticis. Al.
b *Et ipſi naturæ.*] C. de ſum. Trin. & fide catho. l. in epiſtola.
c *Et ciuitates.*] ſ. Sodoma, & Gomorrha. quod dic, vt in hiſtorijs Accur.
d *Ad hæc.*]i iuxta.
e *Iurant.*] ſ. iurantes abſtinere, & poſt redeunt ad vomitum, quod grauius eſt curare, vt de infirmo dicitur, qui recidiuat.

Non

2† *Da Id. Octo. Imp. D. N. Iuſt. P. P. A. anno 12. Io. V. C. Coſ. Indict. 2.*

3† *Vt qui contra naturã luxuriantur, & per Deum adiurãt. nõ blaſphemias in Deũ ingerunt, aſſiciantur ſupplicio Hal.*

4† *Aliàs ſtudium vt omnino credas, &c.*

nere ab hmõi, & alijs blaſphemis verbis, & non iurare [a] per capillos, [b] * & caput, & his proxima verba. Si enim [c] * contra homines factæ blaſphemiæ, impunitæ non relinquũtur, multò magis qui ipſum Deũ blaſphemant, digni ſunt ſupplicia ſuſtinere.

ſ *Agant.*] id eſt, tormẽtis ſubijciant. Al. & ſic admittuntur ignoti, & viles cũ tormentis. Sed contra, ſupra, § prox. Sol. ille ſin. illum intelligitur. Vel dic, in ſubſidium admittuntur, vt hic: non aliter, vt ibi, arg. C. de hære. l. q̃m. Vel dic, ſi iudex vilitatem ſcit, nõ admittit, vt ibi: cum ignorat, ſic, vt hic, ſed cum tormentis. Alij tamen dicunt, quod admittuntur ſi vilitas eis nõ opponatur, vt arg. ff. de inoffi. teſt. l. poſthumus. §. ſi quis.

t *Plebis.*] ſcilicet, in ciuitate regia.

u *Veritatis.*] pertinentis ad rem. Et no. hic arg. quod teſtes pro vtraque parte debent reddere teſtimonium, vt plenè dixi infra de ſanct. epiſ. § nulli.

x *Capiantur.*] id eſt, cautè deprehendantur, ſcilicet teſtes ignoti.

y *Aut aliter*] ſ. ſine pecunia, vt quia gratia, vel odio.

z *Et licet dudum*] ſcilicet, in illa conſtitu. quæ eſt C. eod. l. teſtium.

a *Renouamus.*] non corrigendo, ſed potius ad memoriam reducendo, & addendo, ſcilicet, vt rogentur, vt ſubijcit, ſi enim, &c. Et no. hic, quia de ſcriptura a debitor. facta dicit, ſ. qualiter ſcripſit ſe debere, & ſubſequenter a creditore, ſ. qualiter ſcripſit ſibi ſolutum: idem tamen & ſi per tabellionem ſuit ſcriptum.

b *Scriptum ſit.*] quod eſt tunc cum partes conueniunt, & non aliter contrahant, quàm per ſcripturam, vt C de fide inſtr. l. contractus, vel dic, vt ibi. Acc.

c *Et non ſcripta*] ſcilicet, à creditore, quæ ſcriptura dici-
tur

1 † *Arrẽt. Hal.*

2 † *Cap. 1. vt teſtes nõ niſi illæſa exiſtimatione recipiãtur.*

* Adde Feli. in c. teſtimonium, num. 37 de teſtibus.

3 † *Melius legas multitudo, copia q̃ bonorũ virorum.*

4 † *Cap. 2. vt viliſſimi teſtes tormẽtis ſubdantur.*

* *Intel. hunc tex. vi. apud Bver. in l. conſentaneum nu. 129. C q̃uo. & quãdo iud.*

* Cõcor. c. quoſdã, & c. ſeq. ext. de p̃ſump. vbi dr̃ latere te in vicino nõ potuit, quod ad nos de lõginquo peruenit.

* Dignus. Adde Feli. in c. ſi q̃ teſtiũ. nu. 8. de teſtibus.

* *Nota ad hoc additionem ad Feli. in c. veram. nu. 5. de foro cõp. in ver. contra clericũ. & Feli. in c. 2 nu. 1 9. de teſtibus.*

5 † *Cap. 3. vt inſtrumentis debita pecunia teſtes rogati non fortuiti adhibeantur.*

tur apocha; vel etiam à tabellione aliquo.

a *A litigantibus.*]ſcilicet, debitoribus. Accur.

b *Per teſtes*]ſcilicet, ſub probatione.

c *Tunc*] ſ. demum, & non aliàs, ideſt, ſuſceptibilem.

d *Aſſumantur.*]quaſi dicat, tales debent eſſe teſtes, quib. fuerit negotium pate factum, vt viderent ſolutionem, & rogati ſunt, * vt teſtes ſint. vt hic, & infra eodem, in fi. huius. §. ibi, ſed exigimus, &c. & quia indefinite dicit hic, teſtes, ſumunt quidam argu. quod duo ſufficiant, vt argum ff. de teſti. l vbi. & ſic dicũt corrigi quod eſt C. de teſti. l. teſtium. vbi teſtes 5 exigebant Sed tu dic, quod hæc ſecundum illam intelligitur, cum veteres leges nouas determinent. vt ff. de leg. & Senatuſcon. l. nam poſteriores.

à litigantibus [a] per teſtes [b] probatio, tunc [c] ſuſceptibilem eam apud iudices eſſe, dum ad hoc ipſum aſſumantur [d] teſtes, [e] vt pro facienda ſolutione, [f] aut memoria factæ alicui iam ſolutionis, & cõfeſſione eius, qui pecunias accepit, teſtimonium ꝑhibeant viri fide digni conſtituti, aut [g] etiam [h] cauſam [i] 1† teſtimonij * fortè faciant manifeſtam. Hæc autẽ inania, & ex tranſitu [k] perhibita teſtimonia, nulla modis omnibus valere ratione, [l] & huiuſmodi quædam fingere teſtimonia, vt propter aliud quoddam opus aduenieus, audiat aliquos, [m] dicentes [n] accepiſſe [o] ab aliquo [p] aurum, aut debere [q] alicui. Hæc [r] namque apertè nobis ſuſpecta ſunt, & nulla digna oratione, dum quando [ſ] & tale aliquid in iudicando inuenimus, eo quòd cum multæ pecuniæ dicant ſolutæ, [t] tabularij duo tantummodo hoc dixerunt audiſſe [u] ſe, teſte præſente [x] nullo, & debitum in ſcriptis conſtitutum, [y] & fatente [z] ſcribere ex hoc ſciente; 2† & valente per proprias literas hæc manifeſta facere, quod [a] ex illo [b] odio habentes occaſionem præſentis [c] accepimus legis. Et iterum [d] adductus eſt aliqs alius ſimilis [e] calumnianti, & præſentib. teſtibus ad hoc, & coram tabulario depoſuit, [f] apud ſemetipſum debita eſſe, & is, quidẽ, q mercede hoc egit, deceſſit, alius autẽ exactus eſt debitũ, ꝙ ab alio quodã tanquam ab eo, ſcilicet confeſſum eſt, Deo huiuſmodi omnino non indulgente [g] occultari. 3† Neque igitur huiuſmodi [h] credimus teſtimonijs, aut tabulariorum (ſicut prædiximus [i]) depoſitionibus, eo ꝙ literis [k] eruditi ſint, qui cõfiteri volũt apud quem, [l] & ſcribere, [m] aut in iudicio confiteri, [n] & dare rei fidem indubiam, [o] neque manere eas [p] veracibus [q] pe-

e *Teſtes.*]id eſt, quinque

f *Pro facienda ſolutione.*]duorum alterum debet teſtificari, ſ. vel ꝙ ſolutionem viderint, vel confeſſionẽ, ſiue memoriam confeſſionis, vel ſolutionis factæ à creditore tp̃e præcedenti. Et ex eo, quod dicit confeſſionem, ſumit lo. ar. ꝙ confeſſio facta coram vicinis extra iudicium valet, & ꝑpter hoc ex hoc §. poſuit auth vnam C. de confeſſ. & hoc eſt ad liberandum, vnde valet: ſecus ſi ad obligandum, niſi fiat in iudicio, vt ff. de inter. act. l 1. in fi. niſi ſit confeſſio cũ cauſa, quo caſu ſi eſt mutui, poſt biennium dotis, tunc ſerua, quod eſt infra de temp non ſol. pecu. §. 1 & 2 ſi autem alia cauſa, tunc ſtatim, vt ff de proba. l. cum de indebito, §. fi. & C. de non num. pecu. l generaliter. Accur.

g *Aut*] ſubaudi, pro.

h *Etiam.*]pro, ideſt.

i *Cauſam*]ſ. ſi non ſunt viri ita boni, debent facere cãm teſtimonij manifeſtam hoc modo, quia iudex interrogabit eos de circunſtantijs qualiter ſcit, quale tempus erat tunc. & ſimilia Item de die: nam ad hoc debet reſpondere, vt hic, & C. eo l. ſolam, & ff ad Sylla. l. prius, ſm vnã literam, q̃ eſt ibi. Item fortiter eſt quærendum, ſ. vt videatur, qua trepidatione, vel conſtantia reſpondeant. nã hæc faciunt ad veritatem illuminandam, vt ff de quæſtio. l. de minore, §. tormenta. Item no. quod ex verbo ſumimus ar. quod teſtis cauſam ſui dicti debeat dicere, licet in ſuſpectis faciam loqui. & pro hoc eſt C. eo. l. 1. & ff. de tranſa. l. cum hi. §. in cã. Alij debent facere cauſam teſtimonij manifeſtam per famam conſentientem. nam fama confirmat rem de qua agitur, vt ff. de teſtib l. 3. eiuſdem Acc.

K *Ex tranſitu.*]ideſt, tranſeuntibus, non rogatis.

l *Valere ratione.*]ideſt, nulla ratione volumus valere.

m *Aliquos*]ſcilicet, creditores.

n *Dicentes*]hoc, quod ſequitur.

o *Accepiſſe.*] ideſt, recepiſſe.

p *Ab aliquo.*]creditore.

q *Debere alicui*]hæc verba innuunt cum ſuperioribus, vt in ſolutione, & confeſſione ſolutionis, & in obligatione neceſſe ſit rogatum eſſe teſtem. Et ita corrigitur, quod eſt ff. de teſti. l ad fidem. Vel, quod eſt verius, hic loquitur cum celebratur in ſcriptis obligatio, de qua diſſoluenda principaliter, & de contrahenda hic poſuit, & dicitur C. eo. l. teſtium.

r *Hæc.*]ſcilicet, teſtimonia.

ſ *Dum quando.*]id eſt, aliquando, vel dic, pro quis.

t *Soluta.*]ſcilicet, creditori.

u *Audiſſe.*] ſ. pecunias ſolutas.

x *Præſente nullo.*]quo modo nullus, cũ duo tabelliones fuerint? Reſpon. ſupplẽ rogato. ipſi enim rogati non fuerunt. Vel dic, quod ipſi audierunt alios dicentes: non autem confeſſionem creditoris: & ita de auditu alieno nõ potuerunt reddere teſtimonium, niſi in caſu, vt ff. de proba. l. ſi arbiter

y *Conſtitutum.*] ſ. eſſe dixerunt.

z *Et fatente ſcribere.*] hic eſt ſenſus, quia cõfitebatur creditor ſe ſcire ſcribere, & hoc ſciebat, & poterat omnia facere manifeſta per ſcripturã, & non fecit: vnde imputandum eſt debitori, quod hoc fieri non fecit, uel ſic lege, & facientem ſcribere nullo, & ſupple, & nullo ſciente ex hoc, ſcilicet quod factum erat, & nullo ualente, & ſic ſemꝑ repetitur, & nullo.

a *Quod.*]ſ. tactũ, uel negotium.

b *Ex illo.* | ſcilicet, tẽpore. Al. uel dic, negotio.

c *Præſentis.*] dictæ in hoc §. & dicetur etiam in hoc ſequenti reſpon.

d *Et iterum alius.*] ſcilicet, caſus.

e *Similis calumnianti.*] ſ. ſuperiori. q. d ſimiliter recipit calumniam, ſicut ſuperior.

f *Depoſuit.* |i ſacramento firmauit, & ponas caſum in debitore hoc modo. Aliquis mercede accepta à uero debitore confeſſus eſt in præſentia teſtium, & tabularij, ſe debere, dicendo ſe Titium uerum debitorem, cum eſſet Caius, & ipſe deceſſit. Titius verus debitor exactus eſt, quia confeſſus eſt per ſacramentum, veritatem quaſi à ſe confeſſã & in confeſſione deductum, quòd ab aliquo quodam, i. Caio in confeſſione deductum fuerat ſm Al. Vel pone in creditore hoc modo, putatiuus creditor fecit debitorẽ ſibi confiteri, cum alij teneretur, & ad hoc teſtes vocauit, quos mercede quæſiuit, ſed poſtea Deus reuelauit, & fuit exactum ab eo, qui ſolui debuit. Vel tertio, alius fuit confeſſus, ſe debere, quod alius debebat. Et vero debitore decedente, fuit exactus, qui fuit confeſſus, & hoc fuit poſtea ſcitum, Deo, &c.

g *Indulgente.*]no ex hac litera, quòd nullum quid, poteſt eſſe tam ſecretum, quin reueletur.

h *Huiuſmodi.*] de quibus dixi in proxi. §. iterum.

i *Prædiximus.*]ſupra. §. cum quando.

K *Eo quod iteru.*] quaſi. dicat, hæc cauſa non me mouet.

l *Apud quem*]ideſt, apud aliquem.

m *Scribere.*]ſcilicet, volunt confiteri.

n *Confiteri.*]ſcilicet, volunt.

o *Indubiam.*]nam ſi voluit indubitatam dare fidem, non ſufficiunt ſupradicta, niſi ſint rogati.

p *Eas*]ſcilicet, probationes.

q *Veracibus.*]ſubaudi, pro.

* Adde Feli. in cap. cãm, quæ. num. 1. de ſent. & re iudi.

1† καὶ ἐν μαρτυρίας ἰσως.

* *Facit ad hoc c. cum cauſam, cũ gl. ſup ver. de cauſis, ext. eo. tit.*

1 Feli. in ca. ſi cautio. ext. de fi. inſtru. plenè tractat de cõfeſſiõe extraiudiciali, & ibi vide.

2† *Quam quam debitum ſcriptura intercedente contractum eſſet, & ſi. ſolutionẽ ꝑegerat, ſcire ſcribere. Hal.*

3† *Cap. 4. vt teſtimonia ſcripto redigãtur, & quare ẽ.*

Sed

a *Sed exigimus.*] ſ. vt probetur hoc, quod, &c. & ſic no. ꝗ partes ipſæ rogant teſtes.
b *In hoc ipſum.*] ſcilicet, vt eſſent teſtes.
c *Eos.*] ſcilicet, rogatos, & bonæ opinionis conſtitutos, hoc, quod etiam in teſtamentis fit, vt hic, & ff. de teſta. l. hæredes, in fi.
d *Quod in teſtamentis.*] ſcilicet, habet locum.
e *Et ita cautam.*] ſicut in teſtamento.
f *Et neque atteſtationem.*] i. ſubſcriptionem ipſius creditoris: qua cauetur, ſe recepiſſe atteſtationē dico non habentem, &c. aliàs autem mulctum facit hæc depoſitio, vt C. de fideiuſ. l. pe. & de iur. emp. l. pe. §. fin autem.
g *Subſcriptionem*] debet enim depoſitionem per ſuas literas declarare, ſi literas ſciat, vt in nouel. eodem. Accur.
h *Quales.*] ſ. bonæ opinionis conſtituti, & ad hæc rogati, vt ſupra innuitur.
i *Et ſupplicijs.*] innuit,* ꝗ etiam non fide dignus: ex quo eſt rogatus, creditur ei ſine tormentis, aliàs non, vt ſupra eodem, §. & licet, & §. ſi vero ignoti.
k *Contraria dicant ſibi*] vt quia aliquis ſ dicit ſibiipſi, & tunc repellitur prorſus, vt h c. & ff. quando ap. ſit, l. ſecũda, §. ſed ſi alius. & C. de furt l. prima, ſi autem vnus alteri contradicat, tunc iudex conſiderat, & credit veracioribus inter aduerſantes, vt hic ſubijcit, & ff. eodem, l. ob carmen. §. ſi teſtes, & de proba. l. cum de ætate. Sed aliud eſt in inſtrumentis ab eadem parte productis ſibi contradicentib. quia nulli creditur, vt C. de fide inſtrumen. l. ſcripturæ. Et eſt rõ, quia qui ſcripturas inducit, potuit prouidere, ne contrarias induceret, non autem ille, qui teſtes contrarios inducit, alij tamen vt M. dicunt, ꝗ hoc reſponſum intelligitur, quando à diuerſis partibus producti contradicunt, ſi autem ab eadẽ, idem, quod in ſcripturis, dicunt. Sed ſm nos quid dices, quando à diuerſis partibus producti contradicunt? Reſp. ſ. numero, ſecundo dignitati eorum ſtandum, vt ff. eodẽ, l. 3. § . idem, & l. ob carmen. §. ſi teſtes. Accur.
l *Teſtificentur*] ſcilicet, contraria.
m *Animaduertere*] ſcilicet, volumus. Accur.
n *Si vero actu.*] id eſt, dolo, vel malitia, & poteſt loqui, quando ab vna parte tãtum ſunt, & melius quã à diuerſis.
o *Derelinqui.*] ſed verberibus, vel tormentis ſolent ſubijci, vt hic, & ff. de quæſtio. l. ex libero, & l. vnius, §. teſtes, & C. de teſtibus, l. nullum. Item & l. Cornelia, de falſis accuſatur, vt ff. de teſt. l. qui falſo, & ff. ad leg. Corn. de falſis, l. eos.

ſtiferas concedimus, neque ſi tale aliquid factum eſt, recipimus: ſed exigimus [a] qđ deprecatum eſt, ab eo, qui deduxit teſtes in hoc ipsũ,[b] & hoc per teſtationes demonſtrare neceſſe eſt eos [c] (hoc quod [d] in teſtamẽtis) rogatos, & bonæ opinionis conſtitutos: & ita cautam [e] ſuſcipere ab eis probationem, & neque atteſtationē [f] deinceps, neque teſtium habentem præſentiam, & depoſitionem, & ſubſcriptionem [g] tenere. Si uerò non huiuſmodi conſtituti teſtes ſint, quales [h] pridem ediximus, & ſupplicijs [i] ſubdi eos præcipimus. Si uerò quidã apertè contraria dicant [k] ſibi, aut alterutris teſtificentur, [l] maximè iudices hoc animaduertere, [m] & ſi ueraciora teſtificatis aduerſantes inuenerint, eijciant quidem eiuſmodi teſtationes: ea autem quæ à dignioribus fide, & plurimis dicta fuerint, conſiderent. Si uerò actu [n] [1] † apparuerint malignantes, & ex hoc incidentes in contrarietatem, neq; immunes eos derelinqui, [o] niſi ſecundum aliquem errorem fortuitum, & non actu contraria dicentes demonſtrentur.

[2] † *Poſt didicita teſtificata impeditur noua teſtiũ productio: ſed antequam ſint teſtificata, prima ſecunda, & tertia productio fieri poteſt, ſiue ſit certum, quòd quis teſtificata non didicit, ſiue dubium: quarta verò productio non admittitur ſine ſolemnitate huius §. Angelus.*

¶ Quia uerò * multi ſæpe [p] * teſtes producunt, & poſtea mox ut concluſerint, [q] & excepta [r] fuerint teſtimonia tentantes interpellationib. nouis importuni eſſe, & uelle etiam quarto deducere teſtes, ſancimus, noſtros iudices hoc maximè conſiderare: & ſi tertiò producti iam ſint teſtes, & ab eo, qui teſtes deduxit concludente, [ſ] & editum [t] accipiente iterum petantur teſtes, hoc omnino * non adeſſe: [u] * utpotè ſuſpicione habita ne fortè relictis quidem prioribus, [x] & dudum manifeſtis propter eorum teſtimonia factis, ille non productionem [y] teſtium, ſed de præcedentibus, aut non teſtificatis additamentum, aut eorum [z] depoſitionibus [a] emendationem deſideret. Si uerò * deducens quidem teſtes, editionem [b] nondum acceperit, neque perlegerit teſtationes, [c] neque ipſe, neque aliquis aduocatorum [d] eius, aduerſarius autem eius acceperit ſolus, & fecerit diſputationem, [e] non tamen eam dederit ei, qui tertiò dudum fecit teſtium productionem, neque per diſpoſitionem [f] edoctus ſit is, qui eos produxerat, quæ teſtimonijs deſunt, hæc adijci: tunc dandam eſſe & quartam productionem teſtium ei, qui hoc petierit, primitus ſacramento [g] dando ab eo, quòd neque

p *Sæpè.*] ſ. bis, vel ter, vt ſubiicit, & ita nota, ꝗ ſæpe, pro duabus, vel tribus vicib. ponitur, & duæ vices conſuetudinem inducunt, C. de epi. au. l. ſecunda, in n.
q *Concluſerint.*] id eſt renunciauerint productioni teſtium. Accurſius.
r *Excepta.*] id eſt, recepta, & illi cognita, qui eos deducit. Accurſius.
ſ *Concludente.*] id eſt, renunciante, vt modo dixi.
t *Editum*] aliàs editum: & aliàs aditum: & ſemper eſt ſenſus, id eſt, aperturam teſtium.
u *Non adeſſe.*] i. non concedi. Acc.
x *Prioribus.*] i. quæ dicta ſunt prius. Accurſius.
y *Non productionem*] ſcilicet, veram, ſed malitioſam.
z *Eorum.*] ſcilicet, teſtium.
a *Depoſitionibus.*] id eſt dictis
b *Editionem.*] i. dicta teſtium ſuorum.
c *Teſtationes.*] in quaterno notari.
d *Aduocatorum*] Aduocati enim intereſſe diſputationib. debent, & publicationibus teſtium, vt hic innuit, & ff. de adult. l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni. Accur.
e *Diſputationem.*] ſ. cum iudice.
f *Diſpoſitionem*] i. expoſitionem.
g *Sacramento.*] nota quem de ſua conſciẽtia debere ſatisfacere C de ijs, qui ad eccleſ. confug. l. præſenti, §. ſicubi. Sed quomodo iurat, cũ in initio de calumnia iurauerit, & non debeat niſi ſemel iurare, vt ſupra de ijs, qui ingred. ad appel. §. fi. quæ eſt contra? Sol. hoc ſacramẽtum non eſt de calumnia præſenti, vel futura ſicut illud ſacramentum maxime præſtatur, ſed de quodam præterito, ſ. quod non ſubtraxerit, neque percunctatus, &c. vel dic, hic ſpeciale propter falſitatem vitandam, arg. ſupra de fide Inſtru. §. ſi vero tale, nam plus ſolet timeri, quod ſpecialiter, &c. vt ff. de iniur l. Item apud, §. hoc edictum Tertij dicunt, illam eſſe poſt iſtam compoſitam, licet ſit in ordine prior: ſed media verior eſt opinio.

* Adde Feli. in c. exhibita, num 5 de iudi. & in c. venerés, il 2. num. 19. de teſtib. & in c. cum in ter. nu. 11. de excep

1 † *Dedita opera dolo.*

2 † *Cap. 5. vt cognitis teſtimonijs quarta productioni teſtium locus non ſit.*

* *De materia huius §. vide in cap fraternitatis, cũ gl. ſup ver. nouis, vbi multa ſunt concordantia, ad hãc materiã ptinẽtes, extra eo. tit. & aliquid in c. conſtitutis, 2. in gl. fi. in fi. extra eo ti. & ex hoc §. ſumptũ eſt c. vltra tertiã, extra eo. tit. vt ibidẽ dicit gl. 1. illius cap.*

* *Sæpe, i. bis, vel ter.*

* *Omnino. Alde Alciat. reg. 1. pra. 14. & Fel in cap. fraternitatis, num. 6. de teſtibus, vbi ponderat ver. illud, omnino.*

* *Ex hoc tex ſumptũ eſt qđ habetur in c. paſtoralis ibi, renunciatũ ſit an concluſum. extra de cau. poſſet ppr.*

* *De materia huius §. vide in c. vltra tertiam, & in c. in cauſis, cum gl. ext. eo. tit.*

ſubtraxit, neque percunctatus eſt teſtationes, neq; ipſe, neque aliquis aduocatorum eius, aut omnino pro eo agens: [a] neque per aliquem dolum, aut machinationē, vel artem quartam productionem petit fieri teſtium, ſed propterea quòd non valuit primitus vti denunciatis [b] teſtimonijs, & ſi hoc factum fuerit, neque iuſſione pro talibus Imperiali egere, ſicut pridem [c] erat: ſed ex hac lege ſufficiant eis hæc, quæ permiſſa ſunt: & [d] vſq; ad quartam teſtium productionem [e] licentiam eſſe teſtimonijs vti, non tamē per longum interuallum, [f] vt nō ex hoc protrahantur lites, ſed oportere omnino velocitatem eis imponere, ſecundum quòd iudex exiſtimauerit hoc fieri.

¶Illud tamen indubium eſt, quia & ſi ſemel producēs teſtes, aut bis, aut teſtificationes tractauerit, [g] aut aduerſario hoc faciente, ipſe diſputationem acceperit, & ex hoc didicerit teſtificata, non habebit [h] omnino licentiam vllam vlterius vti teſtium productione, neque ſi diuina hoc iuſſio [i] præceperit.

[1] † *Si teſtes abſit à loco, ī quo iudicium agitatur, poteſt committi examinatio iudici loci, in quo teſtes degunt, ſiue committatur de vrbe in ciuitatem Conſtantinopolitanam, ſiue de vrbe in prouinciam, vel ecōtra: & hoc locum habet in ciuilibus, in criminalibus verò per ſemet iudex examinare debet. Ang.*

¶Et quoniam ſcimus dudū factam legē, [k] vt ſi quis hic litē exerceat, oporteat aūt

a *Agens.*] vt tutor, vel curator, vel procurator, vel ſimilis.
b *Denunciatis.*] denunciat enim iudex teſtib. vt teſtificentur, & coguntur, vt ff. de ta. exhib. l. 3. §. exhibere. Vel dic, quod dicit hic de denunciatione, quam facit iudex partibus, vt teſtes producant, ſi velint.
c *Pridem.*] i. ante legem iſtam.
d *Et.*] pro, id eſt.
e *Quartam teſtium productionem.*] vnam productionem ita dicūt quidam, vt Al. & Io. ſcilicet, vnā dilationem, & ita dicunt, quatuor dilatiōes debere dari, & ſic dicūt corrigi, quod eſt ff. de ſer. l. oratione, & l. fi. quæ ſunt contra. nam ibi dicit, vnam dari, & in quamlibet iſtarū dilationū pōt produci teſtes, quot quis voluerit, ſic & ter mulier dr̄ peperiſſe etiam, quæ ter geminos peperit, vt ff. de verb. ſign. l. ter enixa. refrenata tn̄ multitudine, vt ff. eo. l. 1. §. quamquam. Alij, vt Azo. dicūt etiā hodie vnam dilationē dari tm̄ in pecuniarijs, & in criminalibus ſimiliter, vt olim per prædictā legē, de ferijs, & qd̄ dicit, intelligunt, i. tres productiones, q̄ fiūt intra vnā dilationē. Et ſi obijciat, quare ter, vel quater tm̄ pn̄t produci, dicas, quia iam ſufficiens teſtium numerus eſt, ēt ſi vnum tm̄ qualibet vice produxerit, cum duo teſtes ſufficiant, vt ff. eo. l. vbi. Sed quidam dicunt, q gratia exempli hoc dicitur nam & pluries poſſet hoc fieri, dum tn̄ ante renunciationem, & antequam teſtificata dediſcant. Sed an ſufficiat tm̄ renūciaſſe, vel teſtificata didiciſſe, vt deinceps teſtibus vti non poſſit? Io. dicit renunciationem ſolam non nocere, ſed didiciſſe teſtificata nocere: & pōt eſſe ratio, q renunciatio non noceat: quia iudex debet vſque ad fināuam interrogare partes, an aliquid dicere velint, vt C. de iu. l. iudices. Alij dicunt, vtrumque neceſſarium, ſ. vt renunciet, & didicerit teſtificata, ad hoc, vt non poſſit teſtib. vti, vt argu. infra vt cū de ap cog. §. ſed hoc præſenti, & ſic intelligunt C. de proba. l. exceptionem, & ff. de rei vendi. l. officium, non tamen renunciauerit: ſed tu aliter intelligas, vt ſtatim dices, & primam opinionem dic veriorem. Item nunquid ſcientia dicti ſuorum teſtium noceat tantum, an etiam ſi teſtium aduerſarij dicta ſciuerit: Videtur, quòd ſuorum tantum: quia de alijs non inuenitur, quod noceat: ergo ſit permiſſum, vt ff. quibus ex cau. maio. l. necnon. §. quod eis, nam §. iſte in prin. & in medio, & in fine de ſcientia. ſ. ſuorū tm̄ dicit. Item eſt pro hoc C. de fide inſtru. l. fi. & hoc ſm Al. Sed tu dicas contra infra inf. eo. §. & qm̄, vbi dicit, q etſi aduerſario dentur teſtes, tamen ſigillatim debent dari, vt poſtea dare poſſit. Item pro hoc, ratio huius §. nam ita poſſet falſitas committi propter illam ſcientiam, ſicut propter ſcientiam ſuorum.
f *Interuallum.*] * quod iudicis erat arbitrio, vt ar. ff de iu. delib. l. 1. in fi. & hic ſubijcit. Alij dicunt, vt Al. dari fortè dilationem trium menſium, vt inf. vt cum de app. cog. §. ſed hoc præſenti, col. 8.
g *Tractauerit.*] i. deſcripſerit. ſic ff de bo. aut. iu. poſ. l. fin. aut aduerſarius ſcripſit, & alij dedit, vt in nouel eo. tit. & infra ſubiicit ſtatim. Accur.
h *Non habebit*] imo videtur q ſic, vt C de proba. l. exceptionem, & ff de rei ven. l. officium quæ ſunt contra. nam probat reus demum cum probauerit actor, ſed ſi probauerit actor, vel non, ſciri non poteſt; niſi videatur, & ita probat reus poſtquam probationes actoris audit. Sol. ibi non per teſtes, ſed per inſtrumenta probat reus. Alij dicunt, q ibi didicerat, ſed neſciebat. Alij dicunt, quod illa ſit correcta. Sed prima verior. Vel dic, q ibi ſciebatur à iudice. qd̄ actor probauerat, non à reo. Itē contra, C. de app l. eos, §. ſi quis aūt, & de temp. ap. l. p hæc, vbi dicitur, q in cā ap pn̄t teſtes produci. ſed iam erant aperti teſtes in prima cā: & ita poſt didicita teſtificata teſtes producuntur. Sol. ibi nō didicerat teſtificata, qd̄ nihil eſt: dic ergo, q ibi eſt alia cauſa ſm opinionem noſtram. Vel dic etiam ſecundum alios, quod ibi in prima cauſa probatum erat per inſtrumenta, nō per teſtes. Sed ſi alii non pn̄t produci, nunqd poſſunt ijdem reduci. Videtur, q ſic, vt ff. de quæſt. l. repeti. & ff. de interrog. act. l. de ætate. §. fi. & C. eo. l. fi. & ff de op. leg l. 3. econtra videtur, qd̄ non, vt ff. eodem, l. produci. & arg. huius §. Sol. dico * non admitti de iure ad partis ſuæ poſtulationē, niſi in caſu, quando aduerſarius non vult ſtare primo dicto, & ſic loquitur C. eodem, l. fi. ſed ad poſtulationem aduerſæ partis ex conſuetudine redit, nō vt addat, ſed vt rōnem prædictorum dicat: & idem fit per offi. iud nemine petēte, ſi hoc ſic vr̄. Item quid, ſi ſpontè quid mutare voluerit? Videtur, q poſſit, arg. ff. de hære. inſtitu. l. ſi ita ſcriptum, 2. reſponſo, & de teſta. ma. l. Stichus. Sed contra eſt, ſi cum aliqua partium fuit locutus, arg. huius §. aliàs auditur. Sed quid, ſi in medio tempore cœperit eſſe affinis illi, pro quo fert teſtimonium? licet ſpontè veniat, non admittetur: ſed qd̄ prius dixerat, valet. Item quid, ſi poſt publicationē volo inducere, ad reprobationem teſtiū aduerſarii, quos prius induxerat? R. n̄. poſſum, vt inf. eo. §. ſi verò. Item quid, ſi meos velit hoc modo reprobare? vr̄ idem: cum ſicut pro me, ita pro aduerſario habeant dicere teſtes, vt inf. de ſanct. epiſ. §. nulli, colla 9. Sed tu diſtingue, an ex cā ſuperueniente volo eos reprobare, qd̄ poſſum, vt quia ſunt facti inimici, vel corruptos eos dico: an ex præcedenti, qd̄ non poſſum: vt C eo. l. ſi quis teſtibus, & ſup de his, qui ingred ad ap. §. illud. Item * quid ſi non addere velim, ſed tm̄ ad confirmationem prædictorū prius velim, poſt publicationem inducere? Reſp. Hu. [1] q poteſt, arg ſup. eo ibi, quæ teſtimonijs d. ſunt, &c. Sed tu dic contra, propter duas præſumptiones, quas habemus hic. Prima, quia qn̄ quarto producere volo, etiam ſi non didicero, præſumitur tamen contra me: ſed hæc præſumptio per ſacramentum purgatur: aliàs ſi didicerim, præſumitur quia velim addere, vel mutare, quia non purgatur ſacramento: tamen hanc dicunt quidam, vt R. ſacramento purgari. Accur.
i *Diuina hoc iuſſio.*] nam reſcripta contra ius elicita, &c. vt C. de pre. Impe l. reſcripta.
k *Legem*] vt C. de fi. inſtr l. iudices Sed quid hic illi adiicit? Reſp hic clarius dicit. Item hic de cauſis criminalib. excipit, quod illa non facit. Item hic iudex nominat, apud quem huiuſmodi fiant productiones. Romæ. Item illi tunc tantum locum habebat, quando à prouincia. Romæ petebantur, hic autem ſine hoc caſu, ſiue econtra à prouincia in prouinciam, vt hic ſubiicit. Accur.

[1] † Cap. 6. vt teſtes ī propria prouincia examinentur.

* Adde Feli. in c. ſup tuas, nu. 2. & 5. de teſti. & in c. cum Io. nu. 11. de fi. Inſt.

* Adde Feli. in c. præterea, nu. 10. de teſti. cog.

* Adde Feli. in c. 1. num. 3. de iudic.

1 Aliàs, Al.

Prouincia]

in prouinciæ [a] parte aliqua approbari, licentiam habere, [b] iudice hoc decernente, & ſufficiens ſpatium temporis definiente, [c] deducere intra prouinciam [d] teſtes, [e] & huc tranſmittere [f] * litem, [g] geſtis [h] perlatis, & ab eodé iudicari iudice.

¶ Multæ [i] autem huiuſmodi interpellationes nobis fiũt, volentibus aliquibus, qui in prouincijs quidem litigant, hic [k] verò teſtes habent, vt teneantur [l] huiuſmodi lege, & licentiã [m] eſſe in prouinciam iudicãti dirigere huc, [n] vt præſententur [o] teſtes, aut teſtificationes omnino dentur, & iterum [p] ad eum [q] referri lites. Et ſi de prouincia in prouinciam hæc petãtur fieri, ſancimus pp probationum abundantiam [r] & hoc valere, & poſſe etiam à prouincia hunc ab eo, qui iudex eſt in prouincia, deſtinari: [ſ] & ab vno, qui à nobis definitus fuerit eloquentiſſimorum iudicum, interlocutione de eo [t] à iudice [u] facta, teſtationes dari, & à prouincia alia in aliam prouinciã, aut apud defenſorem, aut apud præſidem [x] teſtificationibus [y] ex interlocutione iudicantis datis: illic [z] videlicet definitiua ſententia danda, vbi & lis conteſtata eſt, vt quemadmodum hinc in prouinciam apud iudices, aut defenſores de productione teſtium agi ſancita [a] ſunt, ita & à prouincia in prouinciam, [b] & à prouincia huc teneant, & perfecta per omnia ſit probationum omnibus facultas: teſtimonijs quidem non editis, [c] neque in prouincijs, ſed geſtis datis eis, à quibus producuntur, aut eorum aduerſariis ſub geſtis monumentorum ſigna percipientibus: [d] & ita [e] huc aut in prouincias deſtinandis [f] à iudicibus: ne quãdo forſan & alijs egeat teſtibus cauſæ natura, & excludatur propter editionem [g] teſtium adiectio. Hæc omnia in pecuniariis quæſtionibus intelligentes. In criminalib. enim, in quibus de magnis eſt periculum, omnibus modis apud iudices præſentari teſtes, & quæ ſunt eis cognita, [h] edocere, vbi & tormentorum *forſan [i] erit opus, & alijs omnibus obſeruationibus. [k] [l] †

Si teſti ſeruitus opponatur, & ipſe ſe liberum à natiuitate dicat, eius teſtimonium admittitur, ſeruitutis quæſtione diſputationis tempore ſeruata. Si verò ex manumiſſione ſe liberum dicat tunc antequam ad teſtimonium admittatur, debet de ſuo iure docere, niſi alibi dicat, ſuas probationes habere: quo caſu præſtito iuramento, quod in promptu probationes habebit, ad teſtimonium admittatur, huiuſmodi ſeruitutis diſputatione tempore ſuo ſeruata. Bartolus.

a *Prouincia.*] ſ. vbi ſunt teſtes.
b *Habere.*] ſcilicet, litigantem.
c *Definiente.*] ſic & alias definit, vt ĩ. de fide inſtru. §. 1. & definiat ſecundum modum qui eſt C. de dila. l. 1.
d *Intra prouinciam*] ſ. vbi ipſi teſtes ſunt, ne à ſuis negotiis auocentur, quod eſſet graue, ut ff. quẽ admo. teſta. a per. l. ſi qs ex ſignatoribus.
e *Teſtes*] i. atteſtationes, vel dicta teſtiũ recipienda ſunt. &c.
f *Huc tranſmittere.*] idest, Romæ, vel Cõſtantinopoli.
g *Litem*] i. dicta teſtium ſuper lite.
h *Geſtis.*] idest, publicis ſcripturis, in quibus dicta teſtiũ ſunt redacta, allatis iudici priori per eũ, qui teſtes produxit in prouinciam, vel per eius aduerſariũ. vt infra eo. §.
i *Multæ.*] repete, quoniam.
k *Hic*] ſ. Romæ: & ita dicit nunc econtra ad ſuperius.
l *Teneantur*] i. contineantur hac l.
m *Et licentiam.*] repete, volentibus.
n *Huc.*] ſ. Romæ.
o *Præſententur.*] coram iudice hic, & ꝙ ſubiicit aut, expone pro, &c.
p *Et iterum.*] ſ. Romæ, & ita dicit nũc econtra ad ſuperius.
q *Ad eum.*] iudicantem in prouincia.
r *Abundantiam.*] hic no. tria. Primo, quia ad hoc tendunt Iuriſconſulti, ut probationum copia ſit, vt hic, & C. de reb. credi. l. generaliter. in princ. & de hæret. & ma. l. quoniam multi in fine vnde quilibet teſtis recipitur, niſi expreſſe ſit prohibitus, vt ff. eod. l. 1. Secundo no. ꝙ ſacramentum teſtis, & alibi præſtatur ex cã, vt hic, & C. de fide inſtrum. l. iudices. & infra, de ſanct. epiſc. §. nulli. collat. 9. ſic & in iuramento calumniæ, utĩ. ut li. iu. § fin autem contigerit, col. ea. ſic & iudiciale, ſiue neceſſarium, vt C. de rebus cred. l. generaliter § his de præſentibus. & ff. de iureiuran. l. ad perſonas. Tertio no. quod hic dicit poſſe: nam vis eſt in hoc, & ſic collige, quod hoc arbitrio iudicis cõmittitur, ut ſupra eod §. 1. in princ. ibi, licentiam, &c poteſt ergo & in cauſis ciuilibus præcipere præſentari teſtes coram ſe, ſi ſibi videtur propter cauſæ magnitudinem, & propter ſuſpicionem teſtium: & ſic loquitur ſupra ut defunct. ſeu tu. § illud. colla. 5. quæ eſt contraria. igitur non eſt quæſtio, quid iuris eſt, ſi de vna ciuitate in aliam eiuſdem prouinciæ petantur hæc fieri: nam iudicis committitur arbitrio, vt dictum eſt.

ſ *Deſtinari.*] pro dictis teſtium, qui ſunt Romæ.
t *De eo.*] dicit de teſtationibus dandis.
u *A iudice*] ſcilicet, cauſæ.
x *Præſidem.*] ſcilicet, teſtationes dari ſancimus.
y *Teſtificationibus.*] ſcilicet, ſupradictis.
z *Illic*] ſ. apud eundem iudicem, vt ff. de iud. l. de quare. & l. vbi. Item & eodem foro, vt ff. de iuriſd. om. iud. l. pe. & de iudi. l. ſi quis poſtea. & C. de veteri l. ſi lib. 12. Item eodem loco, ut largè accipias, ſ. vbi ſaluo honore, & cõſuetudine maiorum iudicari conſueuit, nõ alibi per campos, vel plateas: vt hic, & ĩ. de ſanct. epiſc. §. ſi quis epiſcopus. & C. vbi de cri. agi op. l. 1. & ff. de iuſt. & iur. l. pen. & niſi talis erat conſuetudo iudicandi. quo caſu ẽt in ſeceſſibus, i. locis amœnis poterit iudicare, vt ff. de arb. l. ſi cum dies §. pen.
a *Sancita ſunt.*] vt d. l. C. de fide inſtru. l. iudices.
b *Prouinciam.*] & à prouincia.
c *Non editis.*] idest, non datis q. d. non debent teſtes vrbani mitti in prouinciã, ſed tm̃ dicta, ſm̃ Ia. Sed tu dic, ſm̃ Al. idest, non apertis, ſed clauſis, & ſigillatis, vt ſubiicit.
d *Signa percipientib.*] idest, ſigillabuntur apud acta præſidis, vt hic, & palam iurabunt, & producent, ſed in ſecreto ſua dicta dicant, vt C. de fide inſtru. l. iudices.
e *Et ita*] i. ſicut dictum eſt, idest, de ſigillatis.
f *Deſtinandis.*] ſ. geſtis.
g *Editionem*] idest, non poſſit alios teſtes inducere: quia edita ſunt ei dicta teſtium. Et ſic no. hic, ꝙ ſi etiam dicta teſtium aduerſarii ſciã non poſſum plures producere. Si verò velis contra opinionem defendere, dices quod hic non producuntur ad primam confirmandam, ſed adiectio ꝓhibetur, & hoc diximus ſupra eo. §. quia vero.
h *Cognita*] hic no. quod teſtis pro vtraque parte reddit teſtimonium, vt plene dixi infra de ſanct. epiſco. §. nulli.
i *Forſan.*] ſi vacillare inueniantur, ut ff. de quæſtio. l. vni. §. teſtes. & l. ex libero. 1. reſponſo.
k *Obſeruationibus.*] vt ſcilicet expectent, quamdiu reddant teſtimonium ſumptibus producentis, ut C. eodem, l. quoniam §. in exhibitione. Item caueant de non recedendo, ſi timeantur recedere, vt C. eod. l. ſi quando.

** Conc. cũ hoc tex. c. ſi quis teſtiũ: cum prima gl. poſt prin. extra. eodẽ tit. vbi Papa præcipit, ꝙ mittatur ad tales perſonas examinandas.*

** Concor. 5. q. 5. c. illiuſque ibi hãc diuerſis criminatib. &c. 1] Ca. 7 vt teſtimoniũ recipiatur eius, q. ſeruus eſſe dicitur.*

¶Si verò dicatur ſeruilis eſſe fortunæ, qui teſtari [a] voluerit, is verò liber affirmetur conſtitutus, ſi quidem ex natiuitate, [b] impleatur [c] quidem teſtimonium: * diſputationum vero de ſtatu ſeruata ratione: vt ſi apparuerit fortunæ ſeruilis eſſe, eius teſtimonium ac ſi neque datum fuerit, ita ſit. [d] Si verò libertum ſe dicat, compellatur demonſtrare primum inſtrumentum, [e] in quo libertatem percepit, & ſic teſtetur. Si verò in alia ꝓuincia libertatẽ dicat perceptam, aut non eſſe in promptu ſibi probationes, & hoc euidenter iurauerit, [f] teſtatio quidẽ ſcribatur, non monſtrato verò manumiſſionis inſtrumento, is, qui deduxit eum, non vtetur eius teſtimonio. 1†

¶Si verò quis dicat, [g] odioſum præſentem [h] ad teſtimonium ſibi conſtitutum, 2† & approbauerit ſtatim, [i] * quoniam [k] criminalis inter eos lis [l] mouetur, non adſit [m] ad teſtimonium, qui vſq; adeo [n] infectus eſt, donec de crimine [o] iudicetur.

¶Si verò aliter * odioſus [p] eſſe dicatur, aut conuentus pecuniariè, [q] procedat quidem teſtatio, tempore verò diſputationum ſeruentur huiuſmodi quæſtiones. [r] 3†

Mediator de partium voluntate teſtificari cogitur. Angel.

¶ Quoniam uerò * legem [ſ] propoſuimus in pecuniariis cauſis nolentes teſtificari, illos non compellendos teſtimoniũ dare, qui ante media

a *Teſtari.*] ideſt, teſtimonium ferre.
b *Ex natiuitate.*] ſcilicet, vt dicatur liber.
c *Impleatur.*] ideſt, recipiatur.
d *Ita ſit.*] no. ergo, ſeruum non poſſe teſtem eſſe, vt hic, & C. eo l. quoniam. & ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. ſeruus. Sed ꝯ, inſtit. de teſta. §. ſed cum aliquis. & C. de teſt. l. 1. vbi dicitur, ꝙ ſeruus interueniens, vt teſtis in teſtamento, valet teſtamentum. Solutio. ibi credebatur liber tpe teſtamẽti, licet poſtea appareat ſeruus: hic aũt ab initio, opponitur ei, ꝙ ſit ſeruus præterea nec ibi dicit, ꝙ poſſit produci, vt ſit teſtis in iudicio. nec enim produci poſſet ēt ibi, ſed ſcriptura teſtamenti non vitiatur per eum: ſic ergo non valet teſtimoniũ ſerui, qñ habent locum leges, quæ dicunt, ſeruos torqueri, vt per totum titu. de quæſtio. & ff. & C. eod. Rñd. cum de ſuo facto agitur, & tunc ſine indicio, ſecundum Azo. vt ff. eod. l. ſerui. & C. de quæſt. l. interrogari. ſed Hu. dixit demũ iudicio præcedente: & eſt pro eo. ff. de ædil. edi. l. quæro. §. fi. & ff. de probat. l. cum probatio. Si autem non de ſuo facto, tunc ſunt indicia neceſſaria, ut ff. de quæſt. l. 1. in princ. & hoc inter extraneos: inter ſe aũt, & dominum ſi agitur iudicium liberale, nunquid interrogatur? Dic, quod ſic, ſi agitur contra ſeruum, qui ſe liberum dicit, ſiue ēt de dominio alicuius ſerui quæratur inter aliquos per actionem in rem, vt C. de rei vend. l. cum ſuper vernis. Item quid de ſtatulibero? Vr̃ admittendus, ut liber, vt ff. ſi ex noxa. cau. l. fi. Sed dicas contra: quia ſerui ſunt vt ff. de ſtatuli. l. ſtatuliberum. & l. ſtatuliberi. Itẽ qd de adſcriptitio? Vr̃ repellendus à teſtimonio, vt C. de agr. & cenſi. l. ne diutius. lib. 11. & C in quibus cau. colo. do: accu. poſſ. l. 2. Sed contra dico, quia liberi ſunt, vt C. de epiſco. & cler. l. iubemus. & infra de ſanct. epiſc. §. adſcriptitios. Item quid de monacho, & conuerſo. Videtur, ꝙ repellantur, cum pro mortuis habeãtur, vt C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. §. 1. & ſup. de nupt. §. per occaſionem. Sed dico contra, ut ſupra de monachis. §. cogitandum. Item quia non repelluntur, ut ff. eod. l. 1. Alii autem omnes clerici admittuntur, vt C. de epiſco. & cler. l. presbyteri. & infra de ſanct. epiſco. §. reuerendiſſimi. colla. 9. Itẽ quid de infamibus? Reſp. in criminali non admittuntur, ſed in ciuili ſecundum quoſdam, vt ff. eo. l. 3. §. l. Iul. & l. quæſitum. ſed credo eos non admitti regulariter: caſualiter tamen admittuntur, vt in crimine læſæ maieſtatis, vt C. ad leg. Iul. ma. l. nullus. Et quid de hæreticis? dic, vt C. de hære. l. quoniam multi.
e *Inſtrumentum.*] ſed quid ſi patronus non vult ei demonſtrare inſtrumentum manumiſſionis? Reſpon. officio iudicis cogitur, vt C. de liber. cau. l. ſicut datam. Item quid, ſi eſt amiſſum, vel nullum fuit factum, vel etiam non vult eo vti, ſed per teſtes omni except. maiores vult probare? Reſpon. admittuntur, vt C. de lati. li. tol. l. prima, §. primo, & ſecundo. Item eſt ratio quia inſtrumenti appellatione etiam teſtes continentur, ut ff. de fide inſtrumen. l. prima. Not. ergo quod quidam teſtes ſic repelluntur, vt nunquam admittantur: quidam admittuntur, ſed poſtea fides eis non habetur, vt hic, & infra proxi. §. idem eſt in quaſi teſte, vt in torto. nam quidam nullo modo admittuntur, ut minores, vt ff. de quæſt. l. de minore. quidam admittunt, ſed eis non creditur, ut ff. de quæſt. l. 1. §. præterea. & §. cum quis. Item quæ eſt ratio huius diſtinctionis? Rñ. quia cum ex natiuitate ſe dicit liberum, præſumptio iuris naturalis eſt pro eo, quod omnes liberos eſſe dicit: cum vero libertum, per conſequens aſſerit ſe fuiſſe ſeruum, cũ libertini ſint, &c. vt ff. de ſtatu ho. l. libertini. ex quo præſumitur hodie ſeruus, vt arg. ff. fin. regun. l. in finalibus. & C. de prob. l. ſiue poſſidetis.
f *Iurauerit.*] no. credi ſacramento vni°. ſic ff. de dote prel. l. Theopompus. & C. de fal. l. ſi quis decurio. & ſupra de fide inſtrum. § ſi verò neque. & ff. depoſiti. l. 1. §. ſi quis argentũ. Et hic ſumitur argu. ꝙ vnus teſtis faciat præſumptionem, & ad idem ff. quemadmo. teſt. ape. l. 1. in fi. nõ autem probationem plenam, vt C. eo. l. iuſiurandi. Acc.
g *Si vero quis dicat.*] iudici.
h *Præſentem.*] ſcilicet teſtem.
i *Statim.*] cum aliquo tñ ſpatio tẽporis, arg. ff. de ſol. l. ꝙ dicimus. & ff. de re iud. l. à Diuo Pio. §. 2. & l. debitoribus. & ff. ad Treb. l. ille. §. 1. & ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem.
k *Quoniam.*] ideſt, quia.
l *Inter eos lis.*] impropriè hic ponitur lis: nam lis eſt ciuilis, cauſa criminalis, vt ff eod. l. 1. §. 1. & ff. de verborum ſignifi. l. litis.
m *Non adſit.*] teſtatio, ſcilicet admittitur, licet ei non credatur. No. ergo, teſtem ratione inimicitiæ repelli: ut hic, & C. eodem, l. ſi quis teſti. & ff. eodem, l. 3. & eſt ratio quia inimici facilè mentiuntur, vt ff. de quæſtio. l. prima, §. præterea, & ſic propter inimicitiam quædam fiunt, quę alias non fierent, vt & legata tacitè reuocantur, vt ff. de adiment. legat. l. tertia, §. fina. Item exhæredatur aliquis, vt C. de inoffic. teſtamen. l. liberi. & à tutela excuſatur, vt inſtit. de excuſa. tuto. §. idem. Sed quid, ſi poſt datum teſtimonium de facto reconciliatio interuenerit? videtur valere teſtimonium, vt argum. ff. de adimen. leg. l. tertia, §. fin. ſed certè ibi ab initio tenuerat legatum, hic non tenuerat teſtificatio: & hæc ratihabitio, quæ eſſet tacita, non poſſet facere quominus tanquam inimicus fuerit teſtificatus.
n *Vſque adeo.*] ideſt, intantum.
o *De crimine.*] propter quod eſt inimicus. Et ſic no. ꝙ dicitur quis duobus modis inimicus capitalis. Vno, propter criminalem accuſationem, vt hic. Alio, quia ad mortem ſe oderunt, vt inſtitu. de excu. tut. §. item.
p *Aliter odioſus.*] vt de leui inimicitia.
q *Pecuniariè.*] ſ. adeſſe dicitur.
r *Quæſtiones.*] inquiretur enim, an ſit cauſa de eius ſtatu, quæ mortis accuſationi ſimilatur, ut ff. quod metus. cauſa. l. iſti. §. primo. Item ſi de bonis, an de omnibus, vel maiori parte, an de minima, ut inſtitu. de excuſa. tut. §. item propter litem. & §. item lis. & C. de inoffic. do. l. finali. Accurſius.
ſ *Legem.*] quam non habemus. Et ita nota tres caſus ad euidentiam literæ, quia * aut ambo conſentiunt, quo caſu compellitur mediator, vt hic in fine §. ſi vero alter tantum, tunc poteſt, ſed non compellitur, vt in prima parte huius §. Et argum. ff. communi diuid. l. arbor. § de veſtibulo. ſi neuter conſenſerit, conſtat, quod non admittitur.

* *Adde Feli. in ca. ex parte. num. 11 de teſtibus.*

1† *Ca. 8: vt teſtes propter inimicitiam a dicendo teſtimonio repellantur.*

2† *Inimicitias contra ſe eſſe animo. Hal.*

* *Adde Alex. reg. 2. præ. 1 r. & Felin. in c. quoties, nu. 4 de teſtib.*

* *Conc. c. licet Heli. & in c. 9 tuar. ext. de ſimo.*

3† *Ca. 9. vt mediatores non niſi de partium cõſenſu teſtimonium ferant.*

* *Conc. cũ hoc §. c. dilectorum in gloſ. vnica poſt prin. ibi quandoque tamen ext. de teſtibus ubi recitatur tenor huius §.*

* Adde Feli in c. dilectorum. nu. 2 de teſti. cog.

a *Et quidam.*]ſ.iudices, ſecundum primam expoſitionem, ſupra proxi. §. factam Vel dic, ſecundum ſecundam verius, ſcilicet mediatores. Al.
b *Teſtimonio.*] iſtorum mediatorum, vel aliàs ſecundum ſecundam.
c *Nolunt vti.*] ſcilicet, nullo modo credentes hoc velle, ſcilicet prædictam.
d *Componantur.*]i.recipiantur.
e *Cõpellere.*]ſ.iudicẽ.
f *Perhibere.*]ſ.iudices ſ̃m primã expoſitionem ſup. prox. factã. Vel dic, ſ̃m aliam, ſ. mediatores.
g *Prohibitione.*]▫ð eſt generale in teſtibus, ꝙ compellantur, vt ff. de tab. exhi. l. 2. §. exhibere. Sed quos appellat hic mediatores? Reſpon. ꝓxenetas, qui explorant vtriuſque voluntatẽ partis, & in multis conſiſtit eorum officium, vt ſup. de fideiuſſ. §. & non ſolum, & ſup. de fide inſtru. §. ſi vero adminiſtrator. & ff de proxene. l. ſecunda, in princ. & l. tertia, in fine. Sed quæ eſt ratio, quare hi non compellant, altera parte volente? Reſp. forte, quia precium acceperunt pro huiuſmodi officio, ꝙ proxeneticum dicit, vt ff de proxe. l. prima, vnde ſi res perficitur, habent & inde commodum, quare videntur propter ꝓprium commodũ dicere. Sed quid ſi pręcium nõ accipiat? Reſpon. adhuc idẽ, quia præſumimus ꝙ affectet complere id, ꝓpter qđ laborauit, & ꝙ fruſtrà ũ remaneat: ne ei imponatur, quod non cautè ſe habuerit: aliàs auferatur ei, quod eſt datum, arg. C. de aſſeſ. l. fi. in fi. Quidam tamen dixerunt, hic dici proxenetam, i. executorem, hoc eſt tutorem, vel curatorem, vel aduocatum, ꝙ dici poteſt, vt ff. eo. l. fi. in fi. & ff de iur. fiſ. l deferre, §. ſed omnem.
h *Et hic.*] id eſt Conſtantinopoli.
i *Magiſtrum cenſus.*] no. apud quos huiuſmodi publicationes, vel productiones teſtium fiant, vt ſup. de defen. ciui. §. nulla, coll. 2 & C. de teſta. l. teſtamenta, & l. cõſulta.
K *Quæruntur.*] id eſt, conquæruntur.
l *Contra leges.*]i. quia ſunt eius debitores ex aliqua cauſa, ſic loquitur ſupra, vt omnes obe. iud. §. ſi igitur.
m *In poſterum*] id eſt, in futurum.
n *Eis*] conquærentibus.
o *Ab vna.*] ſcilicet, ſua conquærentium.
p *Geſta ſunt*] ſcilicet, data ſunt teſtimonia.
q *Illum.*] de quo ſit quærimonia.
r *Præſentem.*] hic no. duo. Primum, quòd debet eſſe præſens aduerſarius, & ad hoc vocari, ſic ff. de euict. l. ſi ideo, §. prætenti, & ff. de mino. l. in cauſæ, § 1. & l. etiam, §. fi. & J vt ſpon. la g §. ad hoc, coll 9. & ſup. de hær. & fal. §. ſi vero abſint. Secundum, ꝙ debet audire atteſtationes: qđ quidam ſic intelligunt, vt omnia debeat audire dicta teſtium productorum: & nihilominus poſtea poterit teſtes producere, nam ſic eſſet, ſi non veniret, vt inf. eo. §. prox. ibi, etenim, &c. & hoc quando præſens eſt: ſi autẽ abſens eſt, idem ius eſt: cum abſentia eius pro præſentia habeatur, vt ſup. vt om. obe. iud. §. ſi vero neque. coll. 5 & eſt ꝓ eis, C. de fide inſtr. l. iudices. Sed contra hoc eſt, ſup. eo §. illud, vbi dicit, nullo modo produci teſtes, poſtquam didicit teſtificata: ſed ipſi ſoluunt illud, quãdo producũtur poſt lit. conte. hic ante lit. ꝯteſt. Tu vero dicas, ꝙ hic dicit, ꝙ teſtationes debeant audire, id eſt, ſacramentum, quando iurant, vt C. eo. l. ſi quando, & ẽt facere q̃ſtiones poſſunt, vt ff. de adul. l. ſi poſtulauerit §. quæſtioni, non tamen reſpõſiones audire, ſed in ſecreto iudici debet dici, abſente aduerſario, & alijs teſtibus, vt per Danielem inductum eſt. Tertiũ no. quod teſtes producuntur hic ante li. conteſt ex cauſa: qa moribundi ſunt, vel receſſuri, vel ſimilis cã ſuperuentura, vt hic, & C. de vſu: pup. l. fi. & C. de aduoca. diuer. iu. l. laudabile. §. quotieſcunq; & ff. ad l. Aqui. l. in lege, & hoc, ſi eſt actor q eos producit: reus autem ſemper põt producere ẽt ante, cum non ſit in ſua poteſtate, qñ conueniatur, vt ff. de excep. do. l. purè §. fi. regulariter autem actor non ante, ſed poſt litem conteſtatam producit.

tores facti ſunt ipſis, & quidam [a] abutuntur hoc, & teſtimonio [b] nolũt vti; [c] ſancimus ſi vtraque pars cõſentiat, ꝙ & mediator eorum fiat teſtificator (componátur [d] cum ea, quæ ab eo dicuntur) cópellere [e] eum etiam nolétem teſtimonium perhibere: [f] ꝓhibitione, [g] propter quam eum nolẽtem teſtificari penitus noſtra voluit lex, propter conſenſum vtriuſque partis ſublata.

[1] † *Suſtinens ab aliquo aliquid contra legẽ, petere poteſt, vt teſtes examinentur, & publicentur: nec ipſorum dicta poterunt impugnari ab illa parte, per quã producti fuerunt. Aliæ tamen exceptiones cõtra perſonas, & dicta eorum ſalua remanent. Item omnia alia ſtatuta ꝑ leges antiquas ſuper teſtibus per hanc legem confirmantur. Ang.*

¶Et hic [h] [2] † verò quia multoties actum ſcimus, ꝙ quidam aut apud locorũ defenſores, aut apud clariſſimos ꝓuinciarũ præſides, aut fortè (vt aſſolet) hic apud virum clariſſimum magiſtrum cenſus [i] ingrediuntur, & q̃runtur, [k] tanquam ab aliquo ſuſtinentes aliquid cõtra leges, [l] aut aliter læſi, aut dãnificati, teſtes volentes producere, vt nõ in poſterũ [m] * opponantur eis, [n] quæ ab vna [o] parte geſta ſunt: [p] oportet etiam illum [q] in ea ciuitate conſtitutum, in qua teſtationes dantur, admonitũ à iudice, ſiue à defenſore, præſentem [r] eſſe, & audire atteſtationes.

¶Si verò noluerit aduenire, ſed reſpuerit, [s] vt ex hoc ab vna parte [t] teſtimonia dentur, vt ſecundum hoc ipſum inutilia eſſent: [u] ſancimus huiuſmodi atteſtationes ita tenere, ac ſi nõ ex vna parte [x] conſtitutæ ſint, ſed tanquã, eo [y] præſente, factæ ſint. Si enim recuſauerit, & aduenire noluerit, & audire depoſitiones; [z] interim [3] † publicabunt, * & niſi [a] per inexcuſabilem aliquam neceſſitatem deduci non poſſit, ſimilis aduenienti erit, & nullũ iuuamen ex ſua proteruitate ei efficietur: [b] ſed videãtur quidem probationes factæ: quæcumq; verò competierint ei ad diſputãdum de eis, licebit his vti [c] ſolũmodo, ꝙ videnẽ [d] eſſe ex vna [e]

ſ *Reſpuerit*] ſ. venire. Accur.
t *Parte*] tantum.
u *Eſſent.*] hoc enim eſſet, niſi vocarent, vt hic, & C. eodem, l. ſi quando.
x *Parte.*] ſ. tantum.
y *Eo.*] de quo ſit quærimonia. Accur.
z *Depoſitiones.*] ſubaudi tanquam præſens habeatur, etenim, &c. aliàs deeſt, etenim, & dic publicabuntur, ideſt, in ſcripturam publicam reducentur: non autem publicè legentur.
a *Niſi.*] quaſi dicat, niſi hoc ſit, quòd aliqua ſit neceſſitas, quare venire, vel duci non poſſit, ſimilis eſt non aduenienti, & ſic ſecurè fit, quod fit, abſente aduerſario per contumaciam, vt C. de iur. emphyteu. l. ſecunda, §. finali.
b *Efficietur.*] no. arg. vt ff. de fur. l. itaque, & C. de ſer. pig. da. l. ſi creditoribus. Accur.
c *Vti.*] ideſt, dicere ſi habeat aliquas rationes, quib. poſſit ſe defendere: & quibus poſſit diſputare, vtatur his: nõ autem poterit ſe iuuare, dicendo, quod teſtes actoris iurauerunt ſe abſente, & hoc propter ſuam prauitatem, & audaciam: ſi autem non fuiſſet contumax in veniendo, vt quia non fuit vocatus, vel fuit, ſed non erat in ciuitate, bene poteſt ſe iuuare, vt ſupra eod. § ibi, vt non in poſterum, &c. vbi dicit, in ea ciuitate, & §. ſi vero noluerit. ibi, inutilia eſſent, &c.
d *Quod videntur.*] ſ. atteſtationes factæ.
e *Ex vna*] hic eſt ſenſus, quòd non valet opponere atteſtationibus, quòd videantur eſſe ex vna parte, & hoc propter eius audaciam, & propter prauitatem.

1 † *Cap. 10. vt teſtimo ꝓductio nõ niſi præſente fiat aduerſario.*

2 † *Aliàs, hoc.*

* *Verba recitantur in c. 2 ibi, nec poſtea, &c. ext. eo tit.*

3 † *Quaſi inſuper depoſita publicãtur. Hal.*

* *Concor. cũ hoc tex. c. quoniã frequẽter. §. ſunt & alij caſus, cum gl. ſup. ver. publicãt. vt lit. non conte. & huic ꝙ ille §. fuit ſumptus ex hoc §.*

parte, [a] propter eius proteruiam, propterque [b] audaciam minimè aduenientis, teſtationibus opponere non valente.

¶Omnib. alijs, quæ de teſtibus & ab ijs, qui ante nos, & à nobiſipſis dicta ſunt, & ſancita, fixis [c] manentib. & à noſtris iudicib. obſeruandis, * ſiue maiores, ſiue minores ſint, & ſiue in hac magna ciuitate, ſiue foris in prouincijs, vt ea, quæ de teſtib. ſunt, quantum poſſibile nobis eſt, corrigētes, [d] adhuc purius, & ſanctius lites agi præparemus, propter quas [e] & cognitiones fieri à iudicibus omnibus, diuinis propoſitis euāgelijs, ſancimus, [f] & iuſiurandum ſubire, & pulſantes, [g] & pulſatos, & aduocatos [h] præcipimus, vbique Deum inſpectorem, & eorum, qui iudicant, & quibus iudicatur, & qui teſtimonium præbent animabus: [1] † vt perennis Dei cōmemoratio, & præſētia mūdalitium, & citra ſuſpicionem litigantibus fiat, quam legem [i] tenere volumus de cætero omni tempore.

¶Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc diuinā manifeſtata ſunt legem, tua eminentia operi, effectuique tradere feſtinet. [k a] †

TITVLVS III.

De immenſis donationibus in filios factis. [l]

NOVELLA XCII.

Si parens in aliquem ex filijs immenſam fecerit donationē, alijs filijs legitima portio de neceſſitate debetur: hoc obtinente in filijs gratis: ingrati verò penitus excluduntur. Bar.

Imp. Iuſt. A. Ioanni glorioſiſſ. Orientalium prætoriorū præfecto, iterum Exconſuli ordinario, & Patritio.

PROOEMIVM.

legitimum ſuſcipere, etiam ſi decies [a] millies plus quã biennij tempus exceſſerit, excedat. Deinceps autem in omni negotio, in quo tale aliquid agitur, & in medio moræ [b] cauſæ apud iudicem appellationis, aut non motæ,[c] ſi aliqui eligantur alij, & propterea biennium [d] trãſeat, intra quod oporteat appellationis iudices litem decidere,& per quamlibet circunſtantiam rurſus reuertatur ad iudices [e] appellationis cauſa: aliis quidem omnibus liceat uti partibus, tanquam ſi eos non contigiſſet deſerere quidem appellationis iudicium,[f] ad electos autem veniſſe, non tamen poſſe vti, quod biennium præterijt. Nam qui ſemel iudices alios elegit, non eſt iuſtum, vt taciturnitatem culpet eius,qui propterea læſus eſt, quia iis, quæ geſta ſunt de electione iudicum,credidit: [g] & ideo non eſt executus, neque compleuit litem illic, eo ꝙ apud iudices [h] illos ſit exercitum negotium. Hæc igitur in omni negotio ſeruari apud tuum forum volumus, & in omni alio, vbi ſecundum appellationis iudicatur ſchema, [i] quatenus nihil iniuſtè circa noſtros ſubiectos agatur.

¶Si verò etiam poſt quam deſeruerint electos iudices biennii tranſeat tempus, tũc confirmari volumus ſententiam,ſecundum conſtitutiones de hoc factas à nobis. quod etiam deinceps in omnibus futuris ſecundum hos modos negotiis valere volumus, alijs omnibus, quæ de appellatiuis certaminib. priſcis dicta ſunt legibus, & à nobis in legum conſcripta ſunt codicibus, in propria virtute manentibus.

Deſunt hic nouellæ 101. de Decurionib. 102. de Moderatore Arabię. 103. de Proconſule Paleſtinæ. 104. de Prætore Siciliæ; quæ ſunt in collationem decimam reiectæ. Præterea hic deeſt nou. 105. de Conſulibus, quæ ſupra poſita eſt collat. 4. tit. 4. & nouel. 106. de Vſuris nauticis,quam inf.coll. 9. tit. 11. reperies.

TITVLVS III.

De teſtamẽtis imperfectis,[k] a parentibus in filios factis: & de diuiſione rerũ [l] à filijs coram parente, & de eius facultatibus facta, & ſubſcripta. [1]†

NOVELLA CVII.

Volens in ſcriptis teſtari inter filios, ſi non eſt literarum ignarus, manu propria filiorum nomina, quotas, & quantas non per ſigna, ſed per literas totas deſignare debet, in quo libertas, & legatum vxori, & extraneis relinqui poterit. Angel.

1 † De extraneis voluntatibus, & honorũ in filios diuiſionibus. Halo.

Imperator Iuſtinianus A. Baſſo magnificentiſſimo Comiti deuotiſs. domeſticorum locum obtinenti Ioan. glorioſiſs. prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli & Patritio.

PROOEMIVM.

A Conſtantino diuæ memoriæ lex ſcripta [m] eſt per antiquæ coniecturæ ſimplicitatem: porrò cauſarum varietas, & natura eas [n] frequenter mutans, egere leges illas emendatione noſtra præparauit. Dicit itaque lex oportere morientium voluntates, quando ſunt parentes, omnibus modis inter filios tenere, & tamen eos erubeſcit parentes exiſtentes: [o] quia eis, & claram rerum concedit [p] ſignificationem, dicens, & ſi non manifeſtæ ſint eorum diſpoſitiones, apparuerint autem ex quibuſdam indiciis, & coniecturis, & qualibet ſcriptura, & ſic eas valere: [q] & hoc in ſuis, & emancipatis filijs. Inſuper, & Theodoſius [r] decreuit, [ſ] non in patribus ſolum hoc diſponens, ſed etiam in matribus & aſcendẽtibus vtriuſque naturę. Hanc apprehẽdentes licentiam homines in tantam ingreſſi ſunt obſcuritatem, vt diuinantibus magis, quàm interpretantibus hæc egerẽt. Itaque neque perſonas ſcribentes, [t] neque rerum dicentes notitiam,& fortè nec quantitatem, tamẽ dignantur coniecturis, & veriſimilium ratione talia [u] permittere.[2]

¶Nos igitur omnia clara, [x] & aperta conſiſtere volentes (quid enim * ſic proprium eſt legum, ſicut claritas, maximè ſuper defunctorũ diſpoſitionibus?) uolumus, ſi quis literas ſciens

2 † C. 1. De voluntatib. parẽtum in diſtributione patrimonij facienda.
** Vide pulchra dicta de legibus diſt. 4 c. in iſtis vbi per B Auguſtinum.*

Inter

a *Inter filios*]ergo vbi extraneo relinqt, tria exiguntur, ꝙ ſcribat, & per conſequẽtia. ꝙ dicat idipſum, qđ ſcripſit corã teſtibus. Itẽ ꝙ in fine ponat generalem clauſulã excluſiuam, quę dixi, & ſcripſi volo ſeruari: in filijs primum exigitur tm̃, ſicut in nouellis. Azo.
b *Diſpoſitionem*]i. voluntatem in libro R.
c *Tempus.*] ſ. declarãdi infra proximè.
d *Manu.*] ſ. ſcripta fuerint.
e *Vncias.*]vbi in quotis partibus inſtituit, idem & ſi in certis rebus, vt ſubiicit. Ac.
f *Numerorum.*] ſigna numerorũ ſunt hæc, 5. & 10. & 20.
g *Derelinquant.*] & ſic valet & no ꝙ vbi hæc ſolennitas ſit nõ oportet filios ſubſcribere, & alias fieri ſolennitates, de quib. dĩ ſup. de trien. & ſe. § & quod ſæpe. coll. 3. vt patet ex cõtinuatione, quam fecit, videlicet de illa auth. ad iſtã, vt C de teſt l. hac conſultiſſima. in auth quod ſine Item no. ꝙ tam hanc, quã prædictam auth. ſ. de trien & ſemiſ. intellexerunt Io. & Bul. & Azo loqui, quãdo paterfa facit teſtamẽtũ in ſcriptis: ſi aũt cõdidit nũcupatiuũ, cur exigetur ſubſcriptio, cũ ibi nulla ſit ſcriptura, ideoq; ibi veterem l. ſeruat, qſi ſit nuncupatiuum, vt quoquo modo ſufficienti iudicio poſſit probari veritas eius, vt C de teſta l hac cõſult:ſſima. §. ex imꝑfecto. ex duob. tñ teſtibus maribus, vel fęminis, vt ff. de mi. teſta l. Lucius ? reſp. licet aliàs fęminæ repellãtur, vt ff de teſt. l ex eo. & ſic patet. ꝙ tm̃ ĩ teſtõ in ſcriptis derogatur prædictæ l. de teſt. per iſtã. ſed M putabat in totũ ei derogatum, dicens, vt hodie nõ poſſit pater minus ſolenniter inter filios teſtari, niſi ſubſcriptio fiat ab ipſo, vel liberis, vel oĩa declaret per conſequẽtiam, vt hic, & exigebat numerũ 7. teſtiũ, vt in perf. ſta volũtate: quia & ex-

inter ſuos filios[a] voluerit facere diſpoſitionem:[b] primũ quidem eius ſubſcriptione tempus[c] declaret, deinde quoq; filiorum nomina ꝓpria manu,[d] ad hoc vncias,[e] in quibus ſcripſit eos hæredes, non ſignis numerorum[f] ſignificãdas, ſed per totas literas declarandas: vt vndiq; claræ, & indubitatæ cõſiſtãt. Si verò etiam rerum voluerit facere diuiſionem, aut in quibuſdam rebus certis, aut omnes, aut quaſdam inſtitutiones ſtatuere, & harum inſcribat ſignificationes, vt ei literis omnia declarata, nullam vlterius contentionem filijs derelinquant.[g] Si tamẽ aut vxori, aut extraneis perſonis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc ꝓpria ſcripta manu, dictáque à teſtatoribus corã teſtibus, quoniam omnia cõſequenter in diſpoſitione poſita ipſi & ſcripſerunt, & volũt valere, ſint firma, nihilo minuenda, eo quòd videantur i charta ſcripta, reliquã obſeruationem[h] teſtamẽtorum non ſuſcipientia: ſed hoc ſolum immutetur, 1 † quòd eius manus, & lingua habet omnem virtutẽ chartæ præbitam.[i]

1 † *Alias mittetur.*

2 † *Teſtamentum conditum inter liberos, licet imperfectũ, ita demum rumpitur per ſecundum, ſi teſtator deſignat expreſſim coram ſeptem teſtibus adhibitis, nolle valere primum, quod fecerit: & aliud ſolenne condidit in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. Ang.*

2 † *Cap. 2.*

¶ Et ſi quidem vſq; ad mortem maneat hoc ſchema,[k] nullus poſtea deducet teſtes quia voluit fortè talem voluntatẽ cõmutare,[l] aut conuertere, aut aliquid tale facere, cui licuit rumpere, quod factum eſt, & aliam facere volũtatem, declarantem ꝑfectam eius ſententiam, quã cõpetit valere. hoc enim cõcedimus ei agere[m] hoc ipsũ expreſſim[n] ſignificantẽ ſub præſentia teſtium 7. qa & ſi fecerit quandã talem volũtatem,[o] non tamen eam valere vlterius vult, ſed rurſus vult aliã facere, & hanc aut in teſtamento ꝑfecto faciat omnia teſtamentorũ habente ſigna, aut in nõ ſcripta ꝑfecta[p] voluntate, videri eum defunctum eſſe priorib. infirmis factis ex ſecunda eius ſecundum perfectum teſtamẽtum, aut voluntatum diſpoſitione.

3 † *Si pater bona diuiſit inter filios, & filij in diuiſione ſcripſerunt, & promiſerunt, eam ratã habere, vel ſimpliciter eam ſcripſerunt, aut etiam ſolus pater diuiſionem factam inter liberos ſcripſit manu ꝓpria, rata debet haberi hæc diuiſio. Ang.*

3 † *Cap. 3.*

¶ Quia verò nouimus aliquos, diuiſiones faciẽtes inter proprios filios, & præparantes[q] eos[r] his ſubſcribere,[ſ] & hoc ſchema ſuſcepimus. Si quis.n. diuidat proprias res, & ipſos filios euocans, faciat ſubſcribere diuiſionib. ipſis, & ratas eas iudicare, & profiteri[t] filios hoc ſecundum hunc habere modum; ſit & hoc firmũ in huiuſmodi rerũ diuiſione,[u] ſm noſtram cõſtitutionem, quam ob hoc poſuimus, q̃ in omnibus, quæ in ea continentur,[x] firmam eſſe per hanc legẽ ſancimus. Si autẽ & in diuiſione[y] ipſe ſubſcripſerit,[z] & clara omnia per ſubſcriptionem ſuam fecerit, ſit & hoc ratum: quoniã & hoc iam noſtra legislatione[a] continetur. Palam verò eſt, quia in talib. caſibus valebit hæc lex quoſcunq; poſtea moueri contigerit. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legẽ, tua gloria cognoſcens, omnibus faciat manifeſta: vt nullum lateant, quę rectè, & prouidenter pro noſtris ſubiectis ſancita ſunt. Da. Kal. Ian. Conſtan. Dn. Iuſtin. præfect. prætor. imperij anno 14. Baſilio 4 † V.C.Cos.

traneis dicit poſſe legari.
h *Obſeruationem*] i. ſubſcriptionẽ teſtiũ, & ſignaculum.
i *Præbitam.* } per linguam; & manum teſtatoris.
k *Schema*]iſtud dic. ſecundum ꝑdictum ſchema.
l *Commutare.*] quam prius diſpoſuerat.
m *Agere.*]i. voluntatem mutare, ſi vult.
n *Expreſſim.*] ergo ſunt duo neceſſaria, vt rumpatur teſtamẽtum prædictum, ſ. ꝙ dicat expreſſe ſe pęnitere teſtamẽti & illud mutare, ut ff de le. 3. l. ſi quis in prin. qđ ualet notare ad reſcripta ꝯ ius elicita, ꝙ ualeãt ſi expreſſim dicatur, non obſtante l. tali. Item ſm eſt neceſſariũ, quod aliud perficiat, ut in. iſti. quibus modis teſta. infir. §. ſi.
o *Voluntatem.*] ſcilicet, minus ſolennem inter liberos.
p *Perfecta*]hæc ſolẽnitas forte exquiriẽ cum extraneos inſtituit hæredes in ſecundo teſtamento, nõ filios, ut C. de teſt. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.
q *Præparantes.*]ſ. patres
r *Eos.*]ſcilicet, filios, ut ſubiicit.
ſ *Subſcribere.*] filios, ut ſubiicit. Accur.
t *Profiteri*]ſ faciat filios, ꝙ eas ſic tenebunt.
u *Diuiſione.*] nec .n. aliquẽ inſtituit, uel exhæredauit, ſed res ſingulares unicuique aſſignat, ſicut in codicillis ſolet fieri: unde neq; ꝯſequentia literaru, ut ſ neq; teſtib. eſt opus: dũ tñ de ſcriptura, & ſubſcriptione uel ꝑ teſtes duos, uel ꝑ cõfeſſione partium conſtet. Ac.
x *Quæ in ea continentur.*]quæ eſt de trien. & ſe § illud & §. qđ ſępe. coll. 3. non dicit quid extraneis poſſit relinqui.
y *In diuiſione*] facta alijs, ut conſonet ſupradictis. Azo.
z *Subſcripſerit.*]ſcilicet, ſolus, uel cum filijs. P.
a *Legiſlatione.*] ſupra de trien. & ſemiſ. col la. 3. §. & illud.

4 † *Corrupte ſcriungariana legitur. Cuiſacio Cont.*

DE

a DE RESTITVtionibus.

Sed quæ eſt differentia inter hunc tit. & eã quã pa coll. 4. & illum infra de reſt. fideicom. nomine fac. col. colla 9. Reſpon. in iſto ſit reſtitutio in morte reſtituentis rerum rerum quæ ſuperſunt: in ſuperiori ſit ſtatim, vel prout voluit poſt teſtator. Item omnium excepta parte, vt colligitur hæc differentia duplex infra eodem, § nobis iam principaliter. rur autem de reſtitu. fideicom. dicit de quoda teſtamento & codicillo, in quo ſingularia fuerunt relicta legata, & per fideicom. ſuit rogatus qui habuit, vt non alienet. non principaliter de reſtituendo, ſed ſi alienet, ad aliquem perueniant, vt in rubr. ibi patet. Azo.

b Negotiũ. Quod. ſ. negotiũ, vel teſtamentum.

c *Iuſtum.*]aliàs in libro Azo dignum.

d *Ex eis.*] alias, ex his.

e *Ab eo.*]ſ. teſtante. Accur.

f *Eo moriente.*] i. eo patre mortuo.

g *Non vti.*] in li. Azo. non eſt non & idem eſt ſenſus.

h *Deterente.*] à detero deteris, vnde veſtes detritæ, ideſt deterioratæ.

i *Definitionem*] quæ definitio infra ponitur ſm Papinianũ dictũ, qđ reſpõſum inuenies infra de fideicom hær. § ſed qa. & ff ad Treb. l. Titi⁹.

1† *Aliàs hæredum.*

K *In ænigmate.*] i. in obſcuritate, quia nõ põt ſciri, qñ fecit cã interuertendi fideicom. vel non.

l *Ad ſoluendam.*] i. annihilandum. Ac.

m *Oneratus.*] ſ. fideicommiſſo. Ala[illegible]

n *Talibus verbis*] ſ. quæ tempore mortis inuenirentur, vt ſup. eodem titulo.

o *Diſpoſuit.*] verum interuertendi cauſa fideicommiſſi fecerit, vel non. vt ff. ad Trebel. l. Titius rogatus. & ff de vſur. l. 3. §. nonnunquam.

p *Sancita.*] vt ſupra de reſt. & ea quæ pa. §. 1.

TITVLVS III.

De reſtitutionibus. [a]

NOVELLA CVIII.

Hæres rogatus reſtituere quicquid de hæreditate ſupereſt tempore mortis, de tribus partibus hæreditatis ſibi relicta poteſt facere, quod vult: quartam autem imminutam debere relinquere, niſi in certis caſibus hic expreſſis. Item ab hæredibus debet præſtari ſatiſdatio de fideicomm. portione reddenda, niſi à teſtatore fuerit remiſſa. Bar.

Imperator Iuſtinianus A. Baſſo magnificentiſſi. comiti deuotiſſ. domeſticorum, locumtenenti Ioannis glorioſiſſi. ſacrorum prætoriorum præfecti.

PROOEMIVM.

Negotium audiuimus pro teſtamento dubitato qđ [b] etiam interpretari iuſtum [c] exiſtimauimus, & lege comprehendere certiſſima, hoc, quod noſtræ conſuetudinis, in negotijs motis ex legibus optimis accipere occaſiones. Filios enim quidam ſuos inſtituens hæredes, deinde alterutris eos filijs non exiſtentibus ſubſtituere volens, iuſſit, ſi contigerit aliquem eius filiorum, & hæredẽ [1]† futurum, ſine filijs humanã ſoluere vitã, poſt exceptionem horum, quæ ex lege debentur ei, ex eis, [d] quæ ab eo [e] relinquebantur ei, rebus, reliquas omnes res, & iura quæcunq; apud eum in tempore mortis inuenirentur, venire, & reſtitui ex his ſuperſtiti, aut eius filijs, ſi etiam ipſe moreretur, omni ceſſante inter eos ꝓpter memoratam ſubſtitutionẽ cautione, & fideiuſſione in his, eo moriente, [f] & vno quidem eius filiorum, & hæredum filios habẽte, alio verò manente ſine filijs, prohibet eũ, qui ſine filijs eſt, is, qui filios hẽt, nõ vti [g] rebus vt potè eas deterente. [h] [2]† at ille vtens verbis teſtamẽti, quia quicquid inueniretur in tẽpore mortis apud eum, hoc eum reſtituere iuſſit: ſecundum hoc vult ſchema, licentiam habere vti rebus ſicut voluerit, nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei. Nos igitur ſumẽtes ex hoc occaſionem, exiſtimauimus oportere & antiquam definitionem, [i] & deinceps diſcretionem hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, & propterea lege cauſam comprehendere, vt diſcãt homines omnem legis ordinem, cum quo competit talia & diſcere, & iudicare. Nouimus igitur apud Papinianum ſapientiſſimum dictũ in duodecimonono libro eius quæſtionum, vbi ꝓmittit alienationes in tali caſu illud ſolum velut ex ſtudio in ænigmate [k] proponens, vt tunc oporteret prohiberi alienationes, cum ad ſoluẽdum [l] fideicommiſſum, ex ſtudio, qui hoc oneratus [m] eſt, ad alienationem venit. Et tanquã philoſophatus inter imperatores Marcus tali quodam propoſito caſu, viri boni arbitratum videri ineſſe talibus [n] verbis diſpoſuit. [o]

¶Nobis ergo rectè viſum eſt hanc ita diſponere legiſlationẽ, vt ſi quidem vniuerſaliter aliquis dicat reſtitutionem fideicommiſſi, hæc tenere quæ in talibus decreta ſunt, & à nobis iam ſancita. [p] Sin verò tale ſit fideicommiſſum, quale ſubiacet, [q] & ea, quæ inueniuntur, ſeu remanẽt in tempore mortis, teſtator ſubmittat ſola in fideicommiſſum: tunc indefinitè dictum prioribus, [r] ſub quadam legitima deducere diuiſione, & ordine. [ſ] Si quis enim hoc, aut etiam aliquid aliud tale, dixerit, ſancimus vſq; ad falcidiã ſolum ſuæ inſtitutionis, neceſſitatẽ habere ſeruare eum, qui oneratus eſt fideicommiſſi reſtitutione, & non poſſe aliquid penitus [t] ex illa minuere ſufficiens exiſtens: [u] ſed hæredi quidem ſuperſint tres partes, illi autem quartæ ſolius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei, qui grauatus eſt, etiam donationibus vti aliquibus & forſan ex ſtudio, quod Papinianus dicebat, interuertendi fideicommiſſi cauſa, vt etiã quarta minuatur inſtitutionis eius: ſed hoc omnino relinquere fideicommiſſum, alijs omnibus in eius poſitis poteſtate: & licentiam habere cum his ſicut voluerit vti, quemadmodum perfectis dominis competit.

¶Si verò & ipſam quartã [x] is, qui grauatus eſt,

q *Subiacet.*] i. quale eſt in caſu noſtro.

r *Prioribus*] i. à priorib. ſ. Papiniano, & Marco. Ac.

ſ *Et ordine.*] ſ. viſum eſt diſponere.

t *Penitus.*] aliàs amplius.

u *Exiſtens.*] i. ſi ipſe diues eſt, ꝑ ſe, aliàs, ſecus, vt inf. eodem, § ſi verò contigerit. & ſic nota, ꝙ tres partes ſibi aſſumit, & hanc quartã ſolã reſtituit fideicommiſſario ſed quando de certa reſtituenda rogatur, tunc quartam ſibi, tres partes fideicommiſſario det, vt C. ad Treb l. prima.

x *Ipſam quartam.*] quam debet reſtituere & dic contingat, ideſt, tangat.

Dare.]

2† *Aliàs, deferente. ma im autem in accuſatiuo vtrum vel legere.*

contingat, neceſſarium eſt perſcrutari cauſam, ſecundū quam hoc egit: & ſi quidem aut dotē voluerit dare, [a] aut ſponſalitiā [b] largitatē, aliam non habens [c] ſubſtantiam, oportet ei hoc permitti agere, hoc, videlicet, quod noſtra continetur iam lege, in qua ei omnino non negauimus talem diminutionem. Si verò & in captiuorū redemptionem, (hanc enim excipimus, [d] & dicamus [e] Deo cauſam) & hoc licentiā eum habere facere, & minuere etiā quartā pietatis ratione, qđ omnium nobis pretioſius videtur. Si verò contigerit, neque ipſum habere ex aliquibus cauſis, vnde faciat [f] expenſas, ex tali reſtitutione ēt has facere damus ei licētiā: (hoc quod & teſtator permiſit) quod relinquetur, omnino hoc volēs ad reſtitutionē trahi, & quaſi aliquis dicat, ex hoc quod remaneret, ei reſtitutionē fieri. Si aūt nulla talis ſubiacet occaſio, neceſſitatem habere omnino quartam partē propriæ inſtitutionis ſeruare, & tali, [g] & alijs [h] reſtitutionem donare. Si tamen aliquid expenderit habens, vnde ſupplemētum faciat, ex illo ſuppleri quartam, & per nullam [i] cauſam hanc minui. Si verò contigerit [k] quartā, & non habeat [l] ad ſupplementū aliam ſubſtantiā, tunc damus ei & contra emptores, aut aliter accipiētes res, in rem, [m] & hypothecas [n] ex authoritate huius legis, vt liceat complere ſibi fideicōmiſſum ex rerum vēdicatione, hoc, quod in legatis iā dedimus, [o] & ex conſtitutione in rē ei donantes, & fideicommiſſi perſecutionem. vnde & cautionē fideicommiſſarius dabit non minus quartā ſeruare, niſi & ipſam teſtator, ſicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. cum enim ipſe teſtator oēm non fideiuſſionē ſolum, ſed ēt cautionē relaxauerit, nos aliter diſponere, non eſt momētis conijcere [p] voluntatē. ¶Hęc igitur ſit cauſis deciſio ipſi, [q] quæ præbuit quæſtionē, & alijs omnibus in quibus pendere cōtigerit caſus teſtamentorū quidē factorum, & teſtatorū quippe defunctorum: nondum aūt tali locū accipiēte fideicōmiſſo, ſed adhuc eo, q grauatus eſt, ſuperſtite. Et hæc dicimus non in filijs ſolum, ſed ēt in alijs cognatis, & extraneis agere, in quibus omnino tale fideicōmiſſum relinqui contigerit. Tua igitur gloria omnibus hæc manifeſta faciat noſtris ſubiectis, vt ſciant, quemadmodum cōpetat & viuere eos, & mori, & teſtari, & fideicōmiſſa relinquere, & alia agere, quæ in talibus ſunt ſancita. [1] †

TITVLVS V.

De priuilegijs dotis, hæreticis mulieribus non præſtandis.

NOVELLA CIX.

Hæretici non poſſunt ad aliquam dignitatē vocari: & qui ſunt hæretici, hac lege notantur. Item mulier hæretica in ſua dote nullum habet priuilegium prælationis, vel aliud, niſi ad orthodoxā fidem peruenerit. Ang.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſs. Orientalium Prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli ordinario, & patritio.

PROOEMIVM.

VNam nobis eſſe in omni noſtræ reipubl. & imperij vita, in Deo ſpē credimus, ſcientes, quia hæc nobis & animæ, & imperij dat ſalutē. vnde & legiſlationes noſtras inde pendere competit, & in eam reſpicere, & hoc eis principium eſſe, & mediū, & terminum. Sicut igitur vniuerſi, qui ante nos imperāntes, & maximè Leo piæ memoriæ, & Iuſtinus piæ memoriæ noſter pater [r] in ſuis conſtitutionibus, hæreticis omnibus interdixerūt, vt neque vlla ipſi participarentur militia, neque quodlibet in publicis curis participium [ſ] haberent, vti [t] ne occaſione militiarum, & publicorum collegiorum ſanctæ Dei catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ membra viderentur vaſtare: ita

a *Dare*] ſcilicet, pro filia, vel nepte, quā neceſſe habet dotare, vel dic reddere alicui vtrumque n. eſſe poteſt. Sed ſi dos data deſinat eſſe dos, vt ſoluto matrimonio, nunquid reſtituit in cautam reſtitutionis? Reſpon. non, arg. ff ad Treb. l. hæredibus, § ſi & l mulier, § fi. & eodem modo reſpon. ſi hoc idē quæratur in illa conſtitutione ſup de reſt. § quamobrē colla 4. nam & ibi pro dote diminui de reſtitutione permittit.

b *Sponſalitiam.*] i. dona propter nuptias.

c *Non habens*] idoneam, ſ ad dotem, ſiue ad donationem ſponſalitiæ largitatis. Accur.

d *Excipimus*] qſi. ſ. non habent aliunde forte, vt ſupra dixi. Item nunquid eccleſię ſimili modo dari poterunt res huiuſmodi? Reſp non: cū hoc non ſit ſpecialiter dictū, arg. ſup. neque viſū, quod ex do §. ſi in fi. iſta col. Item no. φ aliqua pro captiuis alienantur, quæ aliàs non alienarētur, ſic inf. de eccl. tit §. interdicimus, colla 9. & C de ſacr. eccl. l. ſancimus, in fi Itē in præcedenti dicto not. φ ob dotem fit alienatio, quæ aliàs nō fieret, vt ſup. de reſt. §. quamobrem. Acc.

e *Dicamus.*] idest, dedicamus.

f *Faciat.*] ad ſui ſuſtentationē, vel ſpē tem ſubolem, vt in nouel. Azo. Et ſic no. ob impēſas permitti, quod aliàs nō fieret, vt ff de petit. hær l hæres.

g *Et tali*] occaſione qualis dicta eſt. Azo.

h *Et alijs.*] ſimilibus q d. prædictis modis poteſt donare, non aliàs.....

i *Per nullam*] diſſimilem prædictis.

k *Contigerit.*] idest, tetigerit.

l *Non habeat*] ſ. nūc, habebat tamē tunc, cū conſumpſit. alioquin contra. Azo

m *In rem.*] ſ. talem ēt non reſtituta hæreditate: quia fideicommiſſario in alienatione dico eā non eſſe neceſſariam. Azo.

n *Hypothecas*] in rebus, quæ fideicommiſſo nō cōtinētur, & fuerunt defuncti. nā rei meæ non habeo hypothecā, vt ff. de pig act. l ſi rem alienā. vel dic vtile dominiū non repellit hypo. vt C. de iu. do. l. in rebus, directum contra. Acc.

o *Dedimus*] vt C. commu. de leg. l. 1.

p *Conijcere*] idest, ſeruare, ſed eſt cōtra facere: & ideo non eſt faciēdum, vt hic, & C vt in poſ le. l. in ipſis. & l cum Archimedoram. Acc.

q *Ipſi*] hoc eſt ipſi, ſcilicet cauſæ: quæ præbuit, &c.

DE PRIVILEgijs dotis, &c.

r VNam No ſter pa- tri.] no t. Iuſtinianū filiū Iuſtini. quod dic, vt inſti. de do. § eſt & aliud.

1 † Da. ka. Febr. CP. Do. Iuſtin. P.P. A. an. 14. Baſil. V.C. Coſ.

ſ *Participium*] nam nec aduocati, vt C. de poſtulan. l. nemo vel in foro. Item neque defenſores ciuitatum, vt C de epiſ. aud. l. iubemus Itē neque in al qua dignitate, vt C. de iud. l. fi

t *Vti.*] prout.

Et

a *Et nos.*] hic accipe ſicut ſupra poſitum, & ſupple, ſicut ipſi fecerunt, ita nos.
b *Languent.*] ideſt, languendo ſequuntur, & morantur in ſecta Dioſcori.
c *Sanctæ Dei*] no. eſſe hæreticum, qui non eſt eccleſiæ mébrũ, & facit ad hanc conſtitutionẽ in decretis, 15. q. 7. c vlt. & C. de hære. & mani. l. 2. & 4. q. 1 c 2.
d *Impoſuerint.*] no. parũ eſſe habere nomen, niſi ẽt factum habeatur: cũ nomina debeãt eſſe conſonantia reb. vt inſt. de do §. eſt & aliud.
e *Amplectentes*] accuſatiui caſus.
f *Habere.*] nam in hoc, priuilegiũ non habet vt ĩ de æqua. do. §. his cõſequẽs. & C. qui pot. in pig. l. vlt. Accur.
g *Dignos.*] imò omnia priuilegia orthodoxis præſtita, hæreticis denegantur, vt C de hære. l. 1.
h *Quia enim dedimus.* vt C. qui potio. in pig. l. vlt.
i *A tempore*] ideſt, ab his, qui antea cõtraxerunt.
k *Habere*] nã in his priuilegium non habẽt. vt ſup. de æqua. do. § his conſequẽs. & C. qui pot. in pig. hab. l. vlt. Acc.
l *Factis*] & ita parcitur eis, ſi volunt pœnitere, 1 ſed contra. C. de apoſt. l. hi, qui. in fi. Solu. aut illud ſpeciale eſt, in apoſtatis aut hæc corrigit. Vel ibi de his, q iã fuerunt catholici, qui apoſtatauerunt: hic de his, q nũquã noſtrã fidẽ prius cognouerũt, quibus eſt parcẽdũ à principe, vt C. de hære l. 4. in fi. Item à Deo, vt C. de ſum. Trin. & fide Catho. l. fin. circa fi. Item contra ſup. vt cle qui rec. ali coll. ſ in me cõſt. ſed ibi non ſuſcipiũtur clerici redeuntes: quia grauarẽt eccleſiã in expenſis pro ſurrogatis, & reuertentibus, vt ibi dicit. Item no. q niſi pœniteat, etiam à patribus hæredes non fiunt, vt ĩ. vt cũ de app. cog. §. generalem. coll. 9.

1 Concor. c. 1. iuncta glo. ſuper verbo, humiliato. ꝓpe ſi. extra q cle. vel vo. vbi dicitur dilectis veniam pœnitẽtibus non negamus.

& nos [a] ipſi hoc egimus, noſtris conſtitutionibus hoc roborantes. Hæreticos verò & illi dixerunt, & nos dicimus eos, qui diuerſarum ſunt hæreſum, quibus cõiungimus & cõnumeramus & qui Neſtorij Iudaicam ſequũtur veſaniam, & Eutychianiſtas, & Acephalos, qui Dioſcori, & Seueri mala ſecta languent, [b] & Manichæi, & Apollinaris renouantium impietatem, & ad hoc omnes, qui nõ ſunt membrũ ſanctæ Dei [c] catholicæ & apoſtolicę eccleſię, in qua omnes cõcorditer ſanctiſſimi epiſcopi, & totius orbis terrarũ Patriarchę, & Heſperiæ, & Romę, & huius regię ciuitatis, & Alexandriæ, & Theopoleos, & Hieroſolymorũ, & omnes, qui ſub eis cõſtituti ſunt ſanctiſſimi epiſcopi, apoſtolicam prædicãt fidem, atque traditionẽ. Igitur ſacram communionem in catholica eccleſia non percipiẽtes a Deo amabilibus ſacerdotibus, hæreticos iuſtè vocamus. Nam licet nomen Chriſtianorũ ſibimet impoſuerint, [d] verũtamen a Chriſtianorum ſe fide, & cõione ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes.

¶Quę igitur de hęreticis ꝓlata ſunt lege, omnibus ſunt manifeſta. Nos autem volentes orthodoxam amplectentes [e] fidẽ, & eã defendẽtes, habere [f] aliquod amplius priuilegium ijs, qui alienant ſemetipſos a Dei ouili (qm̃ neque iuſtum eſt æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos [g] fieri priuilegijs) propterea & nũc ad præſentem reſpeximus legẽ. Quia enim dedimus [h] priuilegium mulieribus dotiũ, vt etiam prioribus creditoribus præponantur, & meliorem ordinẽ eas habere, & nec a tempore [i] ſuperatas, in donationibus autẽ propter nuptias ſecũdum tempora, per quæ fiunt, hypothecas habere, [k] omnibus in p̃ſenti facimus manifeſtũ per hanc ſacram noſtram legem, quia & hoc priuilegiũ, & tacitas hypothecas, & omnia alia, quæ mulieribus omnibus in diuerſis priuilegijs a noſtris legibus data ſunt, illis damus ſolis, quatenus his fruantur, & vtantur, quæ diligentiã habent rectam, & adorandam noſtram fidem tenere, (catholicæ dicimus, & apoſtolicæ eccleſiæ) & participare in eius ſalutari cõmunione. Quæ enim ſeparãt ſe a ſancta Dei catholica, & apoſtolica eccleſia, & ſacroſanctam in ea cõionem percipere non patiuntur a Deo amabilibus ſacerdotibus, nolumus omnino talibus frui priuilegijs. Si enim ſeparant a Dei muneribus, & a ſacra cõione alienas faciũt, multò potius & nos non eas dignas fieri priuilegijs, neque ex noſtris legibus frui permittimus continentia: ſed ſint eis inaggreſſibilia omnino ex legibus beneficia, & omni priuilegio ex noſtris conſtitutionibus eis dato priuabũtur. [1] †Licebit aũt eis melioris ſententiæ factis, [l] & rectam, veramq; amplectẽtibus fidẽ, & hac ſemper cõtẽtas, ſtabilibus perfrui muneribus, & priuilegijs: his in omni ditione valẽtibus, atque ſeruãdis, principaliter quidẽ a Deo amabilibus epis, & ſacerdotibus, deinde a noſtris adminiſtratoribus, & iudicibus, ſiue ſint maiores, & minores: & inſuper a tua celſitudine, apud quã & p̃ſentẽ facimus legẽ.

¶Vnde competens eſt, & iudices, apud quos aliquæ mouebuntur contra mulieres cauſæ, aut a mulieribus quædã priuilegia ſibi vẽdicare volẽtibus, reſpicere ad p̃ſentis noſtrę legis ſubtilitatẽ: & ſi non inuenerint eas orthodoxæ fidei exiſtẽtes, & ꝑcipiẽtes ſacroſanctã, & adorabilẽ cõionẽ in ſanctiſſima Catholica eccleſia, & apoſtolica a venerãdiſſimis eius ſacerdotib. nõ ꝑmittere frui ex nr̃is cõſtitutionib. priuilegijs.

¶Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legẽ, tua celſitudo cognoſcens, cauſis apud eam motis ſeruare, & operi, effectuiq; tradere curet, & per ſolẽnia edicta, & pręcepta propria omnibus faciat manifeſta, & in hac fœliciſſima ciuitate, & in prouincijs, vt cognoſcant omnes quãta, & quæ nobis cura eſt, & verè circa Dominũ Chriſtũ verũ Deum, & fidei, & noſtrorum ſubiectorum ſalutis. [2] †

1 † Priuabuntur.

2 † Dat. Kal. Maij CP. DN. Iuſti. PP. Aug. anno 13. Baſi. V. C. Coſ.

TITVLVS VI.

De nauticis vſuris.

NOVELLA CX.

Imp. Iuſt. A. Ioan. glorioſiſſ. per Oriẽtẽ præt. præf. iterum Exconſuli ordinario, & patritio.

PROOEMIVM.

NOuimus [m] ex denunciatione tuæ celſitudinis, legẽ feciſſe iam nos de traiectitijs pecunijs, quæ manifeſta facta eſt foro tuo. Sed

DE NAVTICIS vſuris.

m *Nouimus.*] hãc legẽ quidã nõ habẽt, & nõ legitur. HÆC

quoniam poſtea adictionibus nobis factis, pcepimus legē illam non valere, * reſcindi eam ſperantes ex foro tuo, cognouimus autē eam & in quibuſlibet prouincijs iā inſinuatā, propterea ſancimus talem legem omnino vacare, & ſi contigerit etiam per ꝓuincias eam deſtinari, nec ibi valere, ſed inualidā eſſe. Sicq; non volumus eām procedere, tanquā ſi nec ſcripta fuiſſet memorata lex, ſed ſm̄ de talib. poſitas leges a nobis, negotia & æſtimatione, & ſnia potianť. Quę igiť placuerunt nobis, & per hāc ſacram declarata ſunt legē, tua celſitudo operi, effectuique tradere feſtinet. [1] †

TITVLVS VII.

Hæc conſtitutio[a] innouat cōſtitutionem, quæ præſcriptione cētum annorū venerabilib. locis dederat.[2] †

Quas actiones 30. annorum excludit præſcriptio, ſi loco religioſo competunt, quadraginta annis tantum excluduntur: vſucapionibus triennij, & quadrienij ſaluis manentibus. Ang.

Imp. Iuſtinia. A. Theodoto Orientalium prætoriorū præfecto.

PROOEMIVM.

QVod medicamenta * morbis, hoc exhibēt iura [b] negotijs. vnde conſequiť vt nonnumquam à iudicio diſcordet effectus, & qď credebať coniectura prodeſſe, experimento inueniatur inutile. probat igitur hoc præſentis ēt neceſſitas ſanctionis, in qua priuilegiū ex religioſo propoſito ſacro ſanctis eccleſijs Dei, & monaſterijs, alijsq; religioſis locis conſtitutione nr̄a nuper indultum, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudum ſiquidē iuſſeramus ad centū illis annos exceptionis ꝓpagari curricula: per cuius licentiam ſanctionis negotia quidē multa commota ſunt: & velut antiquorum vulnerum[c] obductæ patuerunt iterum cicatrices, ſed eorum ſanitas prouenire non potuit, probationū, ſ. difficultatib. impedita, qm̄ per tm̄ ſęculi magis q̄ tp̄is ſpatiū nec documētis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtib. ſuffragari.[d] Vnde quia largitati noſtræ cauſarum non occurrit anguſtia, [e] cum ratione ſimul, ac religione tractantes prædictum priuilegium, vſque ad poſſibilem modū deducere experimento retraximus, & iubemus in negotijs, quæ ante hac 30. annorum remouebat exceptio, nunc venerabilibus eccleſijs, monaſterijs, & xenodochijs, necnon orphanotrophijs, & brephotrophijs, & procotrophijs 40. annorum protelatio cōferatur, ſalua ſcilicet circa alias perſonas, & cauſas virtute, quam ſemper triceunalis ſibi præſcriptio vendicabat; qm̄ hanc decem annorum adiectionem ſolis, vt dictum eſt religioſis locis, eorumq; iuri, vel contractibus indulgemus: vt ſopitæ hoc temporis ſpatio tam perſonales, quā hypothecariæ actiones, in perpetuum conquieſcant, nihil penitus alijs exceptionib. derogantes, ſed tam in alijs, [f] quam triennio vim, roburq; tenentibus: in illis namq; vt dictum eſt, negotijs, religioſos cōtractus memorato quadraginta annorum priuilegio volumus perfrui, in quib. eis centum annorum prærogatiuā conſtitutio[g] noſtra cōtulerat. ¶Si quas* planè cauſas ante hanc noſtrā conſtitutionē ab eccleſijs, cæteriſq; ſacris locis vbicūque commotas, iudicialis ſnia, aut tranſactionum conuentio terminauit, nolumus refricari, ſed in reliquum illis hanc obijci ſanctionem, quas ante hac ſopitas octo luſtrorum [h] ſilentio moueri hactenus, aut motas terminari non cōtigit. Illuſtris igiť, & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc generalam legem noſtra ſtatuit æternitas, edictis propoſitis, ad omnium notitiā faciat peruenire. Da. Kal. Iunijs, Conſtan. Imperij Dn. Iuſti. A.P.P. [3] † anno 15. Baſil. V.C. Cos.

TITVLVS VIII.

De litigioſis, & [4] † de decima parte litis ab actore cautela præſtanda.

NOVELLA CXII.

Res litigioſa efficitur mobilis, & immobilis, cum inter poſſeſſorem, & petitorem de eius dominio cauſa mouetur per iudicialem conuentionem; aut principi precibus oblatis, & reo cognitis. Ang.

Imp. Iuſtin. A. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PROOEMIVM.

MVlta quidem de litigioſis tam antiqua legiſlatorum prudentia,[i] quam Imperialis

a HÆC CONSTItutio &c.

Scilicet, quæ eſt ſup. vt eccle. Ro. ſecundum lo. vt legitur in nouel. nam dicit, illam generaliter loqui in omnib. eccleſias: & ideo generaliter corrigi. Sed nos intelligimus eam tantum de Rom eccleſia, & alijs ei ſuppoſitis. vnde dicas hic fieri mentionem de ea, quæ eſt C. de ſacroſan. eccl. ſi. ſuperior autem vt eccle Ro. & c. coll. 2 remanet in primitate ſua. & hoc probatur in iure canonico: vt extra de præſcr. c. vigilāte.

* *Limita tex. hunc q. lex correcta poteſt ſaltem in argumentum addi, ut rectè notat Fel. in c. 1. nu. 19. de conſtitu.*

b QVod medicamē ta. Iura.] vt enim à morbo p medicinā quis liberatur, & ſicut quandoque mala datur medicina, quæ creditur bona, & hoc dudū poſtea apparet, & alia eſt neceſſaria tūc medicina: ita & lex qn̄q; ſit mala, q̄ creditur bona, & cū poſt apparet, eſt neceſſaria noua lex, & hoc dicitur hic. Accur.

1 † *Da. 6 kal. Maij. CP. Dn Iuſti. P.P. Aug. Baſil. V. C. Cos.*

2 † *De tempore, actionum, quæ ſacris locis competunt. Hal.*

c *Vulnerum*] vt vulnus male curatū iterum patefit, ſic p̄ſcriptio centum annorū, quæ videbať pacificata, iterū tractabatur, q̄ non poterat ad finē pduci inopia ꝓbationū, q̄a vix inueniebatur aliquis centū annorū, q probare poſſet, & hāc neceſſitatē reduxit ad quadraginta annos. Ac.

* *Concor. c. cæterum. cum glo. 1. ext. de iur. calum. vbi hæc verba recitantur. & i proœ. decr. in gl. ſuper ver. nona litigia. circa ſin. de, & quod medicamenta.*

d *Suffragari*] no. fidē teſtium poſſe perire. ſic ff. de Car edi. l. 3. §. duæ, & ſup. de tēp. non ſo. pe. in prin.

e *Anguſtia*] i. nō occurrunt ea, quæ noſtra largitate vtātur, cum ex memoria perit: licet alij aliter exponant hoc. Ac.

f *In alijs.*] puta quadriēnij, vt C. de quadri. præ. l. 6. & plenè dices ī de eccle ti. §. pro tp̄alibus colla 9.

g *Conſtitutio.*] dicas ſemper fieri mentionē de illa conſtōne. l. vt inter diuinum. C. de ſa. ſan. eccle. licet Ioan. aliter dixerit, vt dixi in rub. Accur.

h *Octo luſtrorum*] luſtrum vocat quinquenniū, quod octies iteratū 40. cōplet annos: qui enim tm̄ tacuit, obijcitur ei ſanctio.

DE LITIGIOſis, &c.

i MVlta quidem. Prudentia.] vt inf. eo. per totum, Ac.

Diſpo-

* *Alle Fel. in c ſi. num. 12. de conſtitu.*

3 † *Græcè ita ſubſcriptū eſt ſup. Scrimgeriana editione. Cont.*

4 † *Et de cautione, q̄ ante litis conteſtationem præſtare debet ab actoribus. & quando actor priuilegio vti nequeat, quòd inuitus agere non compellatur. Haloan,*

diſpoſitio[a] promulgauit. ſed in præſenti quidem iudices à noſtra clementia petierũt, vt dubietatem diſcernamus, quæ adhuc pro huiuſmodi cauſis in iudicijs commouetur, & leges, necnon conſtitutiones ſuper his poſitas apertius explanemus: vt iã manifeſtiſſimum ſit, quas res vocari litigioſas oporteat.[1] † Ideoque ſancimus litigioſam dici, & intelligi rem mobilem, & immobilem, ſeſeque mouentem, de cuius dominio* cauſa inter petitorẽ, & poſſidentem [b] mouetur,[c] aut per iudiciariam conuentionem, aut per preces* principi oblatas, & inſinuatas iudici, ac per eum aduerſario interpellatoris cognitas. in his enim caſibus etiam præteritam cõſtitutionem [d] manſuetudinis noſtræ per hanc volumus obtinere,[e] in qua ſcientes, & ignorantes emptores diſcernimus.[f] & hoc adijciendum eſſe perſpeximus.[g] vt ſi, lite de re litigioſa pendente, pulſatum contigerit ab hac luce recedere, hæredes autẽ velle diuiſionem rerum facere, ſine aliquo obſtaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigioſæ per ſucceſſionem ad hæredes perueniũt, non debet alienatio intelligi earum inter cohæredes diuiſio.[h]

¶ Et hoc autem præſenti noſtra lege decernimus, vt ſi cõtigerit vnum pro tali cã litigantem,[i] ab humano conſortio recedentem, per vltimam volũtatem res aliquas, de quib. dominij dubitatio vertitur, legati nomine cuicunque relinquere, ſiquidẽ hæres iudiciali ſententia dominus earum fuerit demonſtratus, tunc legatarius, qđ ei relictum eſt, modis omnibus conſequatur.[k] Si verò hæres in iudicio victus extiterit, non habeat legatarius licentiam, aliam rem pro eodem legato hæredem exigere: quoniam ſciens teſtator rem litigioſam eſſe, litis euẽtum legatario dereliquit.[l] Vnde damus licentiam legatario, ſi hoc prodeſſe ſibi putauerit, litis participem fieri:[m] vt ne aliquam fortè negligentiam, ſeu proditionẽ hæredi poſſit obijcere.

¶ Ab hoc [n] autem litigioſi vocabulo hypothecas ſeparari decernimus, & in his hanc diſtinctionem tenere: vt ſi quidem ſpeciales res mobiles, vel immobiles, aut ſe mouentes nominatim fuerint hypothecæ ſuppoſitæ, liceat quidem debitori eas, cui, & quando [o] voluerit, vendere: ſic tamen, vt ex pretio earum vſque ad debiti quantitatem ſatiſfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit, damus licentiã creditori, qui rem venditam ſuppoſitam habet, eandem rem vendicare,[p] donec ei ſatis pro debito fiat. ¶ Hoc autem præcipimus obſeruari, ſi non fortè ante aut per generalem, aut per ſpecialẽ nominatim hypothecam eadem res alijs fuerit creditoribus [r] obligata: tunc enim ſecundum ſacratarum noſtrarum legum tenorem, temporum priuilegia vnicuiq; creditorum ſeruari decernimus. Ex quo iam claret, quod generales hypothecas multò magis litigioſi vocabulo volumus contineri, ſed earũ actiones ſecũdum veterum legum conſtituta examinari, & inde vim præcipimus obtinere. Et hæc quidem de litigioſis, & ſpeciali necnon generali hypotheca diſpoſuimus, vt iam nulla de his in iudicijs dubitatio generetur, ſed ſecundum diſtinctionem huiuſmodi certamina terminentur.[2] †

¶ Ad excludendas * autem calumnioſè mouentium intentiones, & executorũ fraudes, aliud inuenit prouidentia noſtra remedium. Sancimus enim omnes iudices, ſi

a *Diſpoſitio.*] vt C. eo. per totum.
b *Et poſſidentem.*] ergo de corporali tm̃. P. tamen dixit. idem de incorporali, i. de actione perſonali. quod ſatis põt dici ſm̃ vetera iura, vt C. eo. l. 2. & l. fin. ſed per hanc vr contrariũ. & ſm̃ hoc, non põt opponi de eo. quod eſt C. ne lic poten. l. 1. & 2. vbi ceſſa actio potentiori amittitur, quia ibi eſt incorporalis.
c *Mouetur.*] non eſt neceſſe, quod lis cõteſtetur: ſtatim. n. reſtringitur, cũ dr, iudiciaria cognitione, &c. libellũ ergo dari neceſſe eſt, ſed non litẽ conteſtari, licet multi contradicant. Item ſimplex interdictio non facit rẽ litigioſam, vt C. eod. l. prima, & ff. eo. l. 1. Ac.
d *Conſtitutionem.*] poſitam C. eo. l. fi.
e *Obtinere.*] i. intelligi.
f *Diſcernimus.*] vt ſciens emptor re careat, & pretiũ detur fiſco, nõ vt lucro cedat alienãtis: imò ipſe dat tantundẽ: ſi ſit emptor ignorans, pretium rehabeat, ſi ſoluit tm̃, qđ ſit eius tertia, vt C. eo. l. fin. Ac.
g *Perſpeximus*] ſ. per eãdẽ. l. ſi C. e. circa fi.
h *Diuiſio*] quædam enim fiunt cum vniuerſitate, quæ alias non fierent, vt ff. de acquirendo rerũ do. l. quædam. & idẽ dicas in dotis cauſa, & donã propter nup & tranſact. & legatis, & fideicom. vt C. e. l. fi. §. fi. in fi. & ĩ. proxi. §.
i *Litigantem.*] actorẽ, vel reum.
K *Conſequatur.*] quid ſi hæres agere non vult? Reſpon. compellit eum legatarius, vt ff. de lega. primo, l. ſi ſic. §. ſi. Et no. de hoc triplex ius: nã iure veteri agebat hæres, & in omnẽ euentũ legatario tenebatur, vt C. eodem, l. 3. & hoc ante Iuſtinia. per Iuſti. vero agebat legatarius ſuo periculo, vt C. eod. l. fin. in fine. hodie vero agit hæres, ſed periculo legatarij, vt hic ſubijcit ſecundũ hoc, d. ctæ leges corriguntur hic in hoc Ne:

l *Dereliquit.*] hoc enim præſumimus, nec contrarij probationẽ recipimus. Ac.
m *Fieri.*] ſic & dñs cum procuratore, vt ff. de procu. l. Paulus reſpon. ſic legatarius cum eo, qui conuenitur querela, vt ff. de inoff. teſt. l. ſi ſuſpecta. & de appellatio. l. ſi perluſorio. Ac.
n *Ab hoc.*] alias ad hæc. alias ad hoc, & qualibet eſt bona litera.
o *Et quando.*] etiam pendente li etiam ſuper hypothecaria: nã & hoc hic dicere intendit. Sed nunquid tenetur actione in factu debitor qui alienat cã mutandi iudicij? Reſpõ. ſic, vt ff. de alie. iudi. mutan. cau. fac. l. prima & licet ille ti locum habeat, anteq̃ ſit res litigioſa, tamen multo magis poſt hẽt locũ, vt argumen ff. de pecu. l. ſi poſtea. Sed alij intelligũt hunc §. vt ſi agatur rei vẽdi. cõtra aliquẽm: nõ ideo prohibeatur rem obligare, licet prohibeatur eã alias alienare.
p *Vendicare*] per hypothecariam, debitore ſ. poſſidente, qui nondũ tradiderat eã emptori vt ſ. de fideiuſ. §. ſed neq; ad res. quæ eſt contra, ſecundum lr. vel fortè emptor, etiam poſſidente: & ita hic corrigitur, qđ ſup. de fideiuſſore dr: & hoc ſecundum Bul. Vel tertio hic, excuſſis tamẽ primitus bonis debitoris, & mandatoris, & fideiuſſoris, vt ſup de fideiuſſ. §. ſed neque colla. prima, ſecundum Al. quod verum videtur. Vel hoc locum habet, quando agit creditor, vt ex ipſo pignore ſibi ſatisfiat, vel aliud in tacito pignore, vt hic: cum hoc ſecundũ leges veteres erat, vt ff. de iure fiſ. l. Moſchis. & dixi ſup. in prædicto contrario. Accur
q *Fiat*] vt C. de pi. l. debitorẽ. & ff. de diſtra pig. l. ſi creditor §. finali & facit ff. de pig. act. l. quamuis.
r *Creditoribus.*] qui poſſideant, vel petant.

1 † *Cap. 1. quæ res litigioſa ſit.*

* *Adde vel in c. dilecta. nume 1 de.*

* *Concor glo vnica. inſi. in c. relatũ. extra de offi. delega. vbi dicitur, quod fiunt per libelli oblationem efficitur. lis gioſa: ita quod citationem perpetuatur iuriſdictio delegati.*

2 † *Cap. 2. de contione, quã debet reorum citationem præſtare debet ab actore.*

* *Ad intell. bonus vi. Michael. Vrſur. in l. ſi finita §. Iulianus nu. 70. & 71. de dam infec.*

Aliquos

quando aliquos teneri,[a] vel amoueri[1] † voluerint, hanc conditionem in ſuis interlocutionibus[b] adijcere, vt nõ aliter conuentionales libelli pulſatis porrigantur, aut ſportulæ executoribus dentur, niſi prius & in libello actor per ſe, aut per tabularios ſubſcripſerit, & actis[c] interuenientibus fideiuſſorem idoneum periculo competẽtis officij[d] pręſtiterit,[e] confitentem, quòd vſque ad finem litis permaneat,[f] & ſuas intentiones aut per ſe, aut per legitimum procuratorem exerceat: & ſi poſtea fuerit approbatus iniuſtè litem mouiſſe, ſumptuũ, & expenſarũ[g] nomine decimam[h] partem eius quantitatis, quæ in libello continetur, pulſato reſtituat. Si autem dixerit, non valere fideiuſſorem dare, tũc apud iudicem à quo cauſa examinanda eſt, ſanctis propoſitis euangelijs per ſacramẽtum hoc ipſum[i] affirmet, & ſic iuratoriam cautionem * exponat, & per eam hæc, quæ ſuperius dicta ſunt, profiteatur.[k]

¶ Si verò non hæc omnia, quæ prædiximus, ſecundum ante latum modum proceſſerint, nullatenus pulſatum reſponſum facere executori concedimus. Nam ſi citra memoratam diſpoſitionem aut aliquis iudicum, aut officium eius, vel quilibet executor negotij aliquem conuenire præſumpſerit, iudex quidem, & officium eius denarum[l] librarum auri pœnam ſuſtinebit, ipſe autem executor negotij & confiſcationẽ ſuæ ſubſtantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur, pœna videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tẽpore comitis rerum priuatarum exigenda, & noſtri fiſci iuribus inferenda.

¶ Omne autem diſpẽdium, quod pulſatus ex hac conuentione præter tenore noſtræ legis factum perpeſſus fuerit, ex petitoris ſubſtantia pulſato reſarciatur, periculo iudicis, cuius ab executore detentus eſt,[m] necnon & officij, quòd eius iuſſionibus obſecundat: vt vndique noſtro imperio ſuperna maieſtate, ac diuinitate crediti pro ſua indemnitate lætentur. Cauſas verò, * quę ex cõſenſu[n] vtriuſque partis in iudicio mouentur, à pœna huius conſtitutionis liberas eſſe decernimus, & ſicut alijs noſtris continetur conſtitutionibus,[o] terminari.[1] †

Actor qui actionem in iudicio propoſitam, poſt litem conteſtatam proſequi differt, tribus iudiciarijs edictis citatur, poſt quæ, ſi adhuc venire recuſat, iudex poſt annum ſibi adhuc indultum, ſentẽtiam profert. Bartolus.

¶ Omnem[p] verò * cauſarum finẽ volentes celeriter peruenire, illorum malignitatibus obuiamus, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem vſque ad finem exercere iudicium, dicentes, legem[q] eſſe, quę decernit, neminem actiones * ſuas exercere nolentẽ compelli. Et hanc igitur prauitatem extinguere feſtinantes, iubemus memoratæ legis auxilio non eos vti, qui contra aliquem ſuas propoſuerint actiones, ſiue per iudiciariam conuentionem, ſiue per preces principi oblatas, & iudici inſinuatas, & per eum ad ſcientiam aduerſarij deductas, vel ſub legitimi iudicis cœptas examine. Iniuſtè enim agere recuſat, qui paratus aduerſarium ſuum ad iudicium vocauit: cum excuſatio hæc pulſato magis, quàm actori conueniat. Quamobrem[r] ſancimus, actorem cœptum negotium, vſque ad finem

a *Aliquos teneri.*] cũ in pſentia ſint. Acc.
b *Interlocutionibus.*] ideſt, præceptis: * nã omne præceptũ iudicis, quod facit ad cauſam finiendam, eſt interlocutio, vt ff. de arb. l. qualem. in fi.
c *Et actis.*] ideſt, ſcriptura inde facta authore iudice. Sed nũquid ex hàc ſcilicet ſcriptura orit actio reo? Reſp. nõ: ſed vt iudicis officiũ in exigẽda decima interueniat: licet ſtipulatio non fuerit appoſita ſm Azo. ſi aũt ſit appoſita, acquirit vtilis, ẽt ex ſtipulatione executoribus, vt ff. rem pupil. ſaluã fore. l. 4. in prin.
d *Officij*] ideſt, officialium, vt ponatur miniſteriũ pro adminiſtrãtibus. Acc.
e *Præſtiterit.*] ſed cui? Reſp executoribus: nã ex eorũ pacto habebit reus vtilẽ actionẽ, vt modo dixi, vel ipſi cõuento ſine dubio.
f *Permaneat.*] ſcilicet actor. Sed cõtra, C. de appel. l. eos. in fi. nam nullus cauet de prouocatione appellationis exercenda, vt ibi dicit. Sed dicas illud corrigi p iſtud, ſm Azo. Vel illud in appellationis cauſa, hoc in principali.
g *Expenſarum.*] no. ꝙ qui iniuſtè litem mouet, ad expenſas tenetur, vt hic, & C. de epiſc. & cle. l. oẽs in fi. & ſup. de exhiben. §. quia verò, & C de iudi. l. properãdum § ſi vero. Acc.
h *Decimam.*] dicunt quidam, quod hæc decima non excedit vltra 36. aur. vt ſup. de exec. §. 1. collat. 7. Alij dicunt, ꝙ excedere poteſt, & illa auth. ante conteſtationẽ loquitur, hæc poſt & ſic hæc differt ab illa, nec altera eſt ſuperflua. Tu dic, ꝙ illa ſit pp incipiendam cauſam, hæc pp finiendam. Sed quæ cautio prius feceſt? Reſp illa: tum qa eſt in ordine huius libri prior, tum quia reſpicit principiũ, quod prius eſſe debet, vt arg C. de no. Co. com. §. fi. Itẽ an cõtinue hæc poſt illam? Reſp. ſic. Vel dic ſm Io. illa ante receptionẽ libelli, hæc poſt, licet ante quã reo detur. Item qd ſi plus expendit ꝙ decimã? Reſp. totũ ſibi reſtituitur, ſi hoc iurat, vt argu. ſ. de exhib. §. qa vero, collat. 5. & ſ. eod. §. omnẽ & ff. de iu. l. eum & C. de iudi. l. properandũ. §. ſi vero Sed vr̃, ꝙ hęc decima nullo modo ſit præſtãda, vt inſt. de pœ. te. liti. § hæc aũt. quæ eſt contra. Solu. illa corrigitur, vt hic. Itẽ, quod ſubijcit, quãtitatis, lar gẽ accipe, & pro ſpecie, vt ff. de leg. 3. l. quiſquis. Et ſic no. hic, ꝙ ẽt in actione pſonali debet actor dicere rẽ certã in libello, vt hic, & ff de rei vendi. l. ſi in rẽ. §. tali veſtimẽta. & ff. de dolo. l. itẽ exigit. & ff. de iureiu. l. prætor. in prin. Acc.
i *Hoc ipſum.*] ſ. fideiuſſorẽ ſedare non poſſe, ꝙ ſubijcit, & ꝙ duo iurãt. ſic & ſ. vt nul. iu. §. ſi vero crimẽ. & C. de aſſer. toll. l. 1. §. oẽs. & ff. qui ſatiſda. cog l. de die. §. fi. & facit ad §. inf. de ſanc. epiſc. §. nulli. colla. 9. & ſ. de nup. §. qui verò. in fi. §. colla. 4.
k *Profiteatur.*] ſ. qđ vſque ad fi. litis permaneat. Accur.
l *Denarum.*] i. decẽ, & decẽ, vt ff de leg. 1. l. ſi quis teſtamento. §. Titio.
m *Detentus eſt.*] i. citatus re, & verbo.
n *Ex conſenſu.*] i. arbitrio, ſm quoſdã. nã ibi nõ p̃ſtat p̃dicta cautio, ſm eos. Sed cõtra. ff. de arb. l. 1. dic ergo, ibi, vt remittat partiũ conſenſu. nam cõſenſu partiũ de iure interdũ relaxatur, vt arg. ff. de ferijs, l. j. j. reſp.
o *Conſtitutionibus.*] q. d. ſine huius cõſtitutionis auxilio, ex quo partib. placet.
p *Omnem.*] ſupra ad omnem, &c.
q *Legem*] vt C. vt nemo inuitus agere, vel accuſare.
r *Quamobrem*] nũc incipit. & primo, quando

* Interlocutoria ſẽtẽtia quæ dicat, vid. Fel i sub. de ſent. & re iud. nume 2.

1 † *Admoueri ἀπομεθάναι.*

* *Facit ad idem c. per veſtras, cũ ſua glo. ſup verbo, põt, ext. de do. inter vir. & vxor.*

* *Facit ad hunc text. glo. 1. in c. cũ dilecti. poſt med. ibi, ibi ſatiſ datio. ext. de arb. vbi dicitur, quod arbitro non præſtatur ſatiſdatio: ſed ſufficit pœna promiſſio.*

1 † *Cap. 36 vt poſt annũ, & tria edicta in abſentem contumacẽ ſententia feratur.*

* *Facit ad hunc § ca. pterea. cũ glo. 1. ext. de dila. & ex hoc § ſumitur auth. qua eſt ſuper l. conſentaneũ. C. quomodo & quando iudex. & incipit, qui ſemel.*

* *L. vnica. C. vt ne in iut. ag.*

litis exercere. [a]

¶Si verò cauſam proſequi diſtulerit, damus pulſato licentiam iudicem, apud quẽ lis cœpta eſt, poſtulandi, vt ab eodem iudice actor ad iudicium [b] aut per ſe, aut per legitimũ procuratorẽ venire moneatur, & ſi hoc minimè fecerit, propoſitis tribus vocetur [c] edictis: vnaquaque cautione [d] ‡ non minus quã 30. * dierum ſpatio concludenda. Iubemus enim ordinarios iudices non ſolũ præconum [e] vocibus: ſed etiam edictis propoſitis quamcunque litigatorum partem abſentem in iudicium vocare. Vocem enim præconum pauci poſſunt, qui præſentes inueniuntur, audire: edicta verò per multos dies ſic poſita poſſunt penè omnes agnoſcere. Alijs autem [f] omnibus iudicibus, qui per imperialẽ iuſſionem cauſas examinãt, ex præſenti lege permittimus partes, quæ in iudicio non permanent, propoſitis edictis [g] vocare, ne cauſæ infinitæ permaneant.

¶Si verò apud iudicem initium [h] lis non acceperit, ſed tantum conuentionali libello [i] quicũque pulſatus [k] eſt, aut precibus noſtræ oblatis clementiæ, iuſſio noſtra ſuper hoc ꝓlata, ſiue ſcriptis, ſiue per mãdata [l] iudici fuerit intimata, & ea aduerſario per eũm cognita: etiã ſic licebit pulſato ire ad competentem [m] iudicẽ, & per eum ſuũ aduerſariũ ſimili modo vocare, vt ſiquidẽ ſui pręſentiã actor fecerit, cauſa ſecundum legũ ordinẽ examinata finem legitimum ſortiatur. [n]

¶Si verò propoſitis edictis vocatus, ad iudicium venire, & ſuas intentiones, aut per ſe, aut per legitimũ, ſicut dictum eſt, procuratorẽ proponere noluerit, tunc & aliud [o] vnius [p] anni ſpatium ei concedimus, intra quod niſi ſuam intentionem fuerit proſecutus, damus licẽtiam iudici & abſente aduerſario, partis permanentis [q] allegationes ſecũdum noſtras leges examinare, & veritate [r] ſubtilius requiſita, legitimam proferre [ſ] ſentẽtiam. Si verò intra prædictũ anni ſpatiũ venerit, & ſuas intentiones exercere voluerit, iubemus, iudicẽ modis oĩbus expenſas, vel ſumptus, quos propter litẽ pulſatus permanens in iudicio ſuſtinuerit,

quando lis iam conteſtata eſt: poſtea, quando non eſt conteſtata, vt infra eo. §. ſi verò. in fi.

a *Exercere*] no. ꝙ qui ſemel voluit proſequi, cogitur, vt C. ad Velleia. l. fi. in fi. & ff. mand. l. ſi mandauero. §. ſi.

b *Iudicium*] aliàs negotium.

c *Vocetur.*] vt veniat ad cauſam, vt C. qui accuſa. non poſſ. l. 3.

d *Cautione.*] Ideſt, dilatione, ſic dicta q̃a ad cautelã datur vt poſſit ad peremptoriũ perueniri, & ſic ad ſententiã, vt ff. de iudi. l. ad peremptoriũ. & quod dicit 30. dierum, dic, q̃d olim erant 10. vt ff. eod. l. per interualla. & C. de iudi. l. properãdũ. § 1. Sed illæ corrigũtur per iſtã authent. illud et idem ſpatiũ credimus augeri in reo: nã nõ debet, &c. vt ff. de reg. iur. l. nõ debet. & de feri. l. fi. ſm Io. Sed dico grauari actorẽ, vt diffinitiua contra eum feratur, & ante litẽ conteſta. vt infra eo. §. ſi verò & non dico in reo abſente ante litẽ conteſt. ſed ſi agatur realiter, in poſſ. rei petitæ mittet actor, vt C. de præſcrip. 30. an. l. ſi quis. ſi perſonaliter, pro menſura debiti, vt ſup. de exhib. §. ſi vero etiam. multa enim cõcedũtur reo, quæ actori non conceduntur, vt C. de temp. in integ. re. l. petendæ. & ff. de fer. l. ñ. ſed omne, q̃d licet actori, &c. vt dictum eſt. & eſt ratio, quia durius debet aſtringi actor, q prouocat inuitũ, vt ſup. proxi. iniuſtè. n. &c. Sed vr̃ etiam, ꝙ contra reum feratur diffinitiua ſententia ante litem conteſt. vt ſupra, vt omnes obed. iud. §. ſi verò. colla 5. Sed dic, ibi quaſi conteſt. li. contra dominum, cum alius ei reſponderit. vel nõ fertur diffinitiua, ſed de rebus abſentis ſatisfit. Item no conſuetudinarium eſſe tres dari potius, quàm plures, vel pauciores, ſiue maioris temporis, ſiue minoris in iure inueniatur, vt infra vt ſpon. larg. §. ad hoc. colla. 9. & C. quomodo, & quando iudic. l. conſentaneum. & infra, vt cum de app. cog. §. ſed hoc præſenti. Sed quæro, an hoc caſu iudex poſſit hoc ſpatium minuere? Videtur quod non, vt ff. eodem, l. per interualla. cum ſit dilatio legalis, aliud autem ſi ſit in iudiciali, vt C. de dilat. l. 1. vel dic poſſe minui, vt ff. de iudic. l. nonnunquam.

e *Præconum.*] hodie per tres nuncios ad domum miſſos, nec clamat præco per plateas, quia, &c. olim enim per edicta in albo poſita, vt hic continetur ſecundum Ioan. Sed qualiter, cum ſemel eſſet ſcriptum in albo, iterum ſcribebatur? Reſpon. fortè elapſis triginta diebus delebatur, & iterũ ſcribebat. Et no. quod in hoc albo erãt ſpecialia edicta, vt de his citationibus: quædã gñalia, vt ea q̃ dñr prætorũ edicta, vt ff. de iuriſdi. om. iud. l. ſi quis id, in prin. Acc.

f *Alijs autem permittimus.*] nota delegato principis licere citare per edicta, & ſic eſt contra ſupra de exhib. §. ſi verò quidam. ibi, nihil facere valente. Sol. hic corrigit in his delegatis. Alij dicunt, quòd hæc ſecundum illam diſtinguitur, vt hic lite conteſtata, non ante liceat. Accur.

g *Edictis*] in albo.

h *Initium.*] no. initium litis fieri per conteſta. ‡ ſic C. de plus pe. l. 1. & C. de iudic. l. apertiſſimi, & C. vbi de crim. agi opor. l. 1. & faciunt ad ea, quæ dixi ff. de iuriſdi. om. iud. l. & quia. in fine l.

i *Libello*] hic derogat l. C. de eden. l. edita, quia neceſſe habet perſiſtere in veteri, vt hic. nec poteſt mutare libellum, ſecundum Azo. etiam ante litem conteſta. ſed per illã dicebat vſque ad lit. conteſt. Accurſius.

k *Pulſatus.*] corã ordinario.

l *Per mandata.*] ſcilicet, ſine ſcriptis, vt per nuncium.

m *Competentem.*] ideſt, eum, qui delegauit, quando eſt delegatus à ſimplici ordinario, vel ad iudicem cauſæ. Azo.

n *Sortiatur.*] per diffinitiuã, quando ambo ſunt præſentes, ſi eſt lis conteſta. aliàs fieret, vt dixi ſup. eo. §. ꝓxi. vt diſtinguas reus, vel actor ſit abſens. Accur.

o *Aliud.*] ſic crucifixus eſt Chriſtus, & alij, &c. ſic ſup vt defun. ſeu ſun. in prin. colla 5. nec enim hic aliud ſimile ſpatium præceſſerat.

p *Unius.*] propter triplex ſpacium 30. dierum. quod eſt ei datum inter edictum, & edictum.

q *Permanentis.*] ſcil. præſent.

r *Et veritate.*] vt ſi habeat actor bonã cauſã, nihilominus vincat redditis reo expenſis, vt C. de iud. l. ſancimus. & l. properandum §. ſin autem ex geſtis, & ſup. de iud. §. oportet.

ſ *Proferre.*] quando lis iam eſt conteſta. & cognitum de cauſa per probationes rei, alioquin ab obſeruatione iudicij tantum abſolueret reum, ſecundum quoſdam. Tu autem breuiter mirabilia hic no. quia introducuntur hic teſtes ante litem conteſt. ſi reus vult in ſe onus probationis ſuſcipere, ſic ff. de proba. l. circa. Secundũ, quia fertur diffinitiua ſententia ante litem conteſt. ſic enim dicit, & veritate ſub titu &c. & hoc ſecundũ M. & Ioan. Bul. contra, & dicebat legitimam ſententiam de miſſione in poſſ. & hoc quando reus probat, vt dictum eſt: aliàs ab obſeruatione iudicij tantum abſoluitur reus, vt C. de iudic. l. properandum. §. 1. Item tertium nouum no ꝙ ampliatur numerus dierum, cum olim 10. hodie 30. ſint, vt dixi ſup. §. proxi. Item quartum, quia ante triennium finitur inſtantia, licèt aliàs regulariter triennio duret ciuilis, vt dicea infra proxi. Quintum no. quod contrahitur eremodiciũ, etiam actore abſente, vt poſſit diffinitiua dari. & hoc idẽ erat per l. properandum. §. ſin autem reus ſecus videtur iure veteri, vt ff. de iudi. l. & poſt edictum, & eſt argum. pro hoc ff. de reg. iur. l. non debet. Item ſextum nota. quia cadit quis ab actione ſua propter procraſtinationes ſuas, & deluſiones huiuſmodi, vt infra proxi.

‡ Vocatione ĩ ſcriptis.

* Facit ad hanc text. gl. 2. poſt princ. c. 1. extra de dilat.

‡ Cõcor. c. relatũ. cum gl. ſ. ext. de offic. deleg.

Actorem.]

a *Actorem.*] ſic C de iud. l. ſancimus. & ī. de iis, qui ingre. ad appel. §. quia igitur, ibi, expenſis modis omnib. &c. coll. 5.
b *Prædictas*] i. iterū de nouo faciendas, & ſic, ſi bene cōputes, habes bienniū, & ſex menſes ſm Ioan. Vel dic, quòd loquit de prędictis & ſic habes annū tm̄, & tres menſes, quicquid tn̄ dicas, derogatur l. properandū, quæ ſtatuit triennium, nam vel intra bienniū, & ſex menſes, vel intra annum, & tres menſes finitur hoc iudicium ſit, & aliàs finit per annum, ut ſup. de hæred. & Falci. §. illud, coll. 1. ſecundū Azo.
c *Actione.*] nunquid ipſo iure? Reſpōderi poteſt, & allegari, quod dixi ſup. de inceſt. nup. §. 1. Et not. hic arg. contra variantes. ſic ff. de procuratoribus, l. in cauſæ, in prin. Sed arg. contra. ff. de colla bo. l. nonnunquam.
d *Deterior.*] no. deteriorem eſſe conditionē pluries delinquētis. ſic & C. de ſer. fu. l. quicunque, & ff. de re mi l. 3. §. ſi plures. & ff. de pœ. l. ſi quis aliud.
e *Legis autem.*] vt C. vt nemo inuitus agere, vel accuſare.
f *Priuilegio.*] i. priuilegijs.

* Concor. c. 1. cū gl. ſi. poſt me. ext. de renūcia.

g VT NEQVE miles, &c.

h *Cum domini Vtilitates*] aliàs neceſſitates.
i *Quibus.*] ſcilicet, militibus.
k *Militant.*] C. locati. l. vlt.
l *Rebus.*] ſ. vt incontinenti Barbarorū refrænetur audacia, & publicæ res augeant. vt ſupra dixit.
m *Eis.*] ſ. priuatis. Accurſius.
n *Implentes*] ſcilicet milites.
o *Triginta dierum.*] arg. contra. ī. vt factæ no. conſti. §. vt autē, coll. 5. Sol. vt ibi
p *Obſeruauerint*] idеſt, obedierint
q *Optiones*] ſimil. ī. vt liceat matri, & a-

1 † De modi ob. Halo.

ante oīa exigere actorē, [a] & pulſato dare, & ſic actorem permanere donec cauſa finem ſm leges accipiat. Nam ſi tm̄ modo venerit, & expenſis, ſiue ſumptib. datis ſolum annale tēpus interrūpere voluerit, & item à iudicio recedens, vſque ad exitum cauſæ non permāſerit, iubemus, eum poſt pdictas [b] edictorum, & annalis ſpatij obſeruationes, ab omni cadere actione, [c] quam ſibi cōpetere contra pulſatum exiſtimabat. Deterior [d] nāque* dolus eius agnoſcitur, q interruptam iterum litem deſeruit, quam qui ſemel acceptam dereliquit.

¶Legis autē [e] priuilegio, [f] quæ nolentib. non imponit neceſſitatem proprias actiones mouere, illis tm̄ modo vti concedimus, qui nullam ſm prędictos modos aduerſario mouerint quæſtionē. Hæc aūt omnia obtinere decernimus in cauſis, quæ nec dum vel iudiciali ſententia, vel amicabili conuentione, vel alia iuri cognita deciſione finitæ ſunt, Theodore parens chariſſime, atq; amantiſſimè. Illuſtris itaq; & magnifica auctoritas tua pſentem noſtri numinis legē in perpetuo valiturā, edictis in hac regia vrbe propoſitis & pręceptionib. in vniuerſis prouincijs ſub tua conſtitutionis iuriſdictione directis faciat manifeſtā, vt oēs ea, quæ pro vtilitate eorū ſancimus à ſe cuſtodienda cognoſcant. D. 4. Idib. Sept. Cōſtant. Imp. D. Iuſtiniani PP. anno 15. Baſilio V.C. Coſ.

TITVLVS IX.

Vt [1] † neque miles, neque [g] fęderatus obſeruetur domui priuatæ, aut poſſeſſioni alicuius.

NOVELLA CXVI.

Nullus militem, vel fœderatum in domo, vel propria poſſeſſione retinere præſumat: contrafaciens ſua dignitate expellitur, & eius bona publicantur, milites militia priuantur, & etiā iudices negligētes 10. libris auri puniuntur, & exilio traduntur. Ang.

uiæ, §. quòd autem ſimile, C. de iure fiſ. l. pe ſimile, ff. de bonis dam. l. Diuus, §. cum quis. Accur.
r *Reuertantur.*] i reuerti faciant.

VT

Imp. Iuſtinianus A. Theodoro Orientalium prætoriorum præfecto.

PROOEMIVM.

CVm domini Dei beneuolentia ad cuſtodiam noſtrorum ſubiectorū militarium rerum incipit ordinatio. His enim pꝛuidentia Dei diſpoſitis, Barbarorum quidem incontinētia refrænatur, reipublicæ verò res augentur. Et qm̄ aliqui propriæ ſalutis pro nihilo facientes rationem, milites, & fęderatos, q debent pro libertate reipub. contra inimicos certare, præſumunt ſubtrahere, & in priuatas ſuas occupare vtilitates: [h] præuidimus per præſentem legem noſtram omnib. interdicere, vt nullum de cætero præſumant militem * in quocūque relatum numero, aut fœderatum ſubtrahere, & in ſua domo, aut in proprijs habere poſſeſſionibus, pro quibus [i] nos multos ſuſtinemus labores, exercentur enim, & militant, [k] vt communibus vtiles ſint rebus. [l]

* Concor. cū hac tex. 23 q. 1. per totam illā quæſtionē, & maximè in c. militare.

¶Sint igitur omnes ſcientes, qui milites, aut fęderatos aliquos in ſuis habent domib. aut poſſeſſionib. aut qualitercunque obſeruantes, & quaſdam eis [m] proprias implentes [n] vtilitates, quòd niſi integra triginta dierum [o] dilatione computandorum ab inſinuatione per loca præſentis noſtræ diſpoſitionis, eos expulerint, ſubſtantiæ quidem habentium eos, aut retinentiū, publicationi ſubiectæ, fiſco applicabuntur: ipſi verò & dignitatibus, & militijs, quas habēt, expellentur: milites verò, & fęderati, qui eos poſt dilationem obſeruauerint [p] non ſolum militia ſpoliabuntur, ſed ēt vltima ſuſtinebunt ſupplicia: ſcientib. ēt vniuſcuiuſque prouinciæ iudicib. quia ſi aliqui inueniantur in locis, quæ ſub his ſunt exactorib. aut conuictorib. aut perſonis aliquibus, aut dominijs, aut poſſeſſionib. aut quibuſlibet proprijs vtilitatib. permanentes, & non celeriter iſtos comprehenderint, & ſupplicijs ſubdiderint, & milites quidē ad numeros ſuos tranſmittāt, in quib. militant: fęderatos verò ad pprias optiones, [q] ipſi decem librai ū auri pęnā exigentur, & inſuper exilio tradenī, vt pote noſtras iuſſiones præſumentes negligere.

¶Nemo igitur neque diuino quodam typo [2] de hoc forſan facto, neq; pręceptis iudicum vtatī, neq; aliquis noſtrorum iudicum huiuſmodi aliquos typos, aut pręceptiones iudicū ſuſcipiat: ſed cum omni celeritate militantes quidē ad pprios numeros, fęderati verò ad ſuas optiones reuertantur, [r] & pro communibus certent reb.

2 † Id eſt, reſcripto principis Hal.

VT DIVINÆ iuſſiones, &c.

a Noſtra. ſc. corrigendū. ſic infr. vt fra. filij, coll 1. 9. in prin. arg. contra ſupra qui. mo. na. effi. ſui. §. trib. coll. 7.

b *Nam præſenti*] incipit conſtitutio Accurſius.

c *Iuſſionem.*] i. priuilegium, in quo aliqd iubet, vel concedit in fauorem, in commiſſionib. cauſarum fortè eſt aliud, vt obſeruari in curijs videmus Azo.

d *Iudici*] i. ad quemcunque iudicem. Accurſius.

e *Quæſtoris.*] qui tribus modis dicit̃, vel à quærendo, de quo non loquitur hic, vt credo: vel qui legendis principalib. libris vacat, de quo fortè hic loquitur. Tertio, qui præeſt capitalib. cauſis, ad ferendas, vel legendas ſententias, de quo fortè hic loquatur, vt ff de offic. Quæſt. l. 1. §. fi. & ff. de orig. iu. l. 2. §. deinde cum ærarium, & §. quia diximus. Accurſius.

1† *Epitome tantū hēt. Scrin. & Hal. de ſacris iuſſionibus.*

f *Continuatur.*] ex hoc §. ſumitur, q̃ eſt C. de di. reſcr. l. fi. §. fi.

g *Quibus iubemus.*] ſ. iudicibus.

IN MEDIO LItis non fieri ſacras formas, &c.

h *Omnia Diſponentes.*] ſ. nos p̃ dictas, iuſſiões.

i *Typum*] i. chartulā, qua ſcribebat q̃d faciendum ſit. Accur.

k *Præſcriptionem*] aliàs deſcriptionem. Accurſius.

l *Diſpoſitionem*] quia nec volumus, q̃ noſtræ ll. volunt, vt ſup. de iudi. §. omnes aut colla 6. ſic ff. ad Turpil. l. 1. §. primo, ibi, pene vero per ſe, &c. & ſic no. quod nō licet ſupplicare, lite pēdente, vt h. c. & C. vt lit. pen. l. 1. & 2. & facit

** Concor. ſuper ver. generalis in c. bonæ memoriæ, extra de poſtul. prælat. in glo. 1. in prooe. decr. circa fi. & dicit Imperator in c. eccleſia veſtra. in glo. ſuper ver. vigilijs extra de elec. & in c. cū inſtantia. T gl. 2. extra de cenſib.*

nullo enim modo de cætero cōcedimus noſtros milites, aut fœderatos in quibuſdā omnino priuatis vtilitatib. occupari.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, & per præſentem manifeſtata ſunt legem, tua eminentia præcognoſcens, in hac quidem fœliciſſima ciuitate edictis ſm morem ꝓpoſitis, in prouincijs verò præceptionib. deſtinatis, omnibus manifeſta conſtituere feſtinet. Datum Idib. Aprilis, Conſtant. Imperij Dn. Iuſtiniani PP. A. an. 16. Baſili. V. C. Cos.

TITVLVS X.

Vt [1] † diuinæ iuſſiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſſimi Quęſtoris.

NOVELLA CXVII.

Nulla diuina iuſſio per aliquem iudicē recipiatur, niſi ſit ſub velata ſubſcriptione Quęſtoris denotantis inter quos, & ad quem iudicem, & per quam perſonam directa fuerit: contra faciens pœna 20. librarum auri mulctatur. Angelus.

Imp. Iuſtinianus A. Theodoto ſacrorum præto. præfecto.

PROOEMIVM.

Noſtræ ſerenitatis ſolicitudo remedijs inuigilat ſubiectorū, nec ceſſamus inquirere, ſi quid ſit in noſtra republica corrigendum. [a] ideo namq; * volūtarios labores appetimus vt quietem alijs ꝑparemus. Vnde ad vniuerſorum vtilitatem ꝑtinere perſpeximus ſi ſacras etiam iuſſiones cū competenti iubeamus cautela procedere, ne aliquib. liceat eas pro ſua voluntate profiteri.

¶ Nam præſenti [b] lege decernimus nullam diuinam iuſſionem [c] neque per viri magnifici Quæſtoris adiutores, neq; per aliam cuiuſlibet militiæ, aut dignitatis, aut officij perſonam, cuicunque iudici [d] confectā, à quolibet ſuſcipi cognitori, cui magnifici viri Quæſtoris [e] adnotatio ſubiecta nō fuerit, quę cōtineat [f] & inter quos, & ad quem iudicem, vel per q̃ fuerit directa ꝑſonā: quatenus omni poſthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquat̃ occaſio: ſcientib. iudicib. uel adminiſtratorib. uniuerſis, quòd ſi in quolibet negotio ſacrā ſuſceperint iuſſionem, niſi cui Quæſtoris uiri magnificentiſſimi fuerit ſubiecta adnotatio, mulcta 20. librarum auri, & officium eorum ſimili pęna plectetur: quibus iubemus, [g] ſi qua talis iuſſio ad eos peruenerit, mox ad prædictum uirū magnificū Quæſtorem referre, aut cum illo, qui hæc ingerit, deſtinare: ut in eum uindicta procedat, quā in falſarios iura noſtra cōſtituerūt, Theodote parens chariſſime, atq; amantiſſime. Quam legem perpetuò ualituram celſitudo tua ad uniuerſorum faciat peruenire notitiam.

TITVLVS XI.

* In medio litis non fieri ſacras formas, aut ſacras iuſſiones, ſed ſecundum antiquas leges generales lites decidi. [2] †

** No. bonum procedere quando lex ſtatuerit, quæ ad deciſiones, cauſarum, q̃ tunc nō cōprehēdit pēdentia: ſecus ſi ſtatuat, quo ad ordinē procedēdi, ut Felin. ſ. num. 10 de conſti.*

2† Adijcit Haloāder, & ut præſens conſtitutio ante perſonarū ĩ iudicio confirmationē, inferatur actis iudicia rijs.

NOVELLA CVIII.

Iudex de cauſa cognoſcens, iudicare & procedere in ea debet ſecundum legem, non ſecundum ſacras formas, & iuſſiones, lite pendente, emanantes, & ſentētia principis in ſcriptis lata non poteſt ab aliquo retractari. Ang.

Imp. Iuſtinianus A. Theodoto ſacrorum prętoriorum præfecto.

PROOEMIVM.

Omnia ſm noſtras leges agi uolentes, & harum uirtutem ſeruari ſtudentes, perſpeximus, præſentem ſcribere legem ad ipſarū legum obſeruationē. Agnouimus enim, qm̃ quidam iudicum uolentes eis, q cās dicunt, tergiuerſari, & celare ſuas feſtinantes dilationes, [3] † excuſant ſe frequenter, dicētes, q̃ ſacræ formæ, aut ſacræ iuſſiones, aut diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorū referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tamq̃ diſponentes, [h] quēadmodū oporteat negotium examinari, aut iudicari.

3† δ' ιά ſιο. λάλο

¶ Et propterea ſancimus, ut dum lis examinat̃, ſiue in pecuniarijs, ſiue in criminalibus, aut alijs quibuſcunque emergentib. cauſis apud iudices, ſiue hic, ſiue in prouincijs, neque pragmaticum typum, [i] neque aliam præſcriptionem, [k] neque ſacram noſtram quālibet ex ſcripto, aut nō ſcripto iuſſionem, aut diſpoſitionem [l] in hac regia ciuitate ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuſlibet, diſponētē eos quo

modo decet inchoatum examinare, aut iudicare negotium,[a] inſinuare iudicantibus, aut inſinuatam valere: ſed ſecundum generales noſtras leges cauſas examinari, & decidi. Quod.n. in legum poſitum eſt poteſtate, non egebit aliqua [b] extrinſecus diſpoſitione. Si quod.n. ad nos negotium, apud iudicem,[c] iam dictum, aut antequam hoc principiũ ſumat, perſpeximus nos hoc per ꝓprium noſtrum iudicium [d] diſponere, & dicere, 1† hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim à nobis per ſacrum, ſicuti dictum [e] eſt, iudicium diſpoſita, aut deciſa non egebunt aliorum examinatione, aut iudicio, aut retractatione aliqua: ſic nos, quibus Deus * ciendi poteſtatem donauit, ſi aliquid iudicium in quolibet negotio protulerimus, non alii iudici hoc committimus, ſiue per formas, ſiue per diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referẽdariorum, aut alterius cuiuslibet, quomodo conuenit, hoc negotium examinari, aut iudicari: vtpotè quia a nobis ſemel iudicatum eſt, ꝙ retractari à nullo valeat: [f] his videlicet tenentibus, quando ſcripta talis aliqua noſtra procedit ſententia. Si verò aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege, nunciet * ad noſtram poteſtatem, & à nobis expectet cauſæ ſcriptam declarationem, [g] aut interpretationem, & ſecundum eam decidat litem.

¶ Si verò dum cauſa dicitur pragmatica noſtra forma, aut diſpoſitio ſpectabilium noſtrorum referendariorũ,[h] aut alterius cuiuslibet, aut aliud aliquid horum, quę dicta ſunt, omnium, iudicantibus inſinuetur, ordinans in his examinationem, aut ſententiam: iubemus, iudicem quidem omnino non reſpicere, * ſed his vacantibus, & nullam penitus habentibus virtutem, ſecundum generales noſtras leges cauſam examinare, & legitimo fini contradere. Si autem hoc non cuſtodierit iudex, decem librarum auri eum ſubiacere pęnæ: vt etiam aliam noſtrã maiorem indignationem experiatur, eidem pœnæ ſubiecto & eo, qui præſumet talem aliquam dictare formã, & miniſtrantibus ei, & talẽ aliquam diſpoſitionem faciẽtibus ſpectabilibus noſtris referendarijs. Et hæc dicim⁹, ſiue ſacra noſtra ſanctione [i] iudicare quiſpiam deputatus eſt, ſiue ex præcepto iudiciali, ſiue ſecundum arbitrium, aut compromiſſariorum ſchema quæſtionem audit, ſiue ſcripto, ſiue ſine literis. Sed vel ſi quis iudicum propriam deſpiciens ſalutem, ex aliquo tali præſumpſerit ſententiam proferre: hanc ita infirmam eſſe volumus, vt neque appellatione indigeat, neque ex compromiſſo inferatur pęna. nos enim omnes iudices ſecundum generales noſtras leges examinationes, & ſententias ferre [k] volumus.

¶ Illud quoque indubitatum erit, quia neque iudicialis quælibet valebit iuſſio, extra quod ordiuatum eſt hac noſtrã lege.

¶ Suꝑ hoc [l] aũt & illud iudices noſſe opus eſt, quia competens eſt, eos & quæ adhuc, & nunc mouentur, qõnes ſecundum generales determinare leges: [m] vel ſi quiſpiam præceſſit impetrans ſanctionem diſponentẽ iudicantis examinationem aut ſnĩam. Ei.n. qui tale aliquid impetrauit iam, ſnĩamq; definitiuam nondum promeruit, nihil ex iis, quæ impetrauit, prodeſſe volumus. Si enim ſemel peruenit ſnĩa definitiua data, nequaquam hanc [n] ex noſtra hac perſcrutari lege iubemus: licet appellatio ſubſecuta ſit, aut retractationis [o] eſt aliqua ſpecies 2† contra ſnĩam. Eam autem [p] iuſſionem, quæ non diſponit quidem iudicantem, aut iudicare futurum, 3† quomodo oporteat qõnem fieri, aut iudicium inferri, cauſam verò [q] fini ſtudioſe tradi legitimo [r] vult, aut actorum imponet editionem, aut iudicem coget legitimam proferre ſententiam, aut ſimul alium iudicem, ſecundũ noſtras præſtitutas leges & fieri, & valere, & ſcripto, & ſine ſcriptura non prohibemus.

¶ Vt autem omnes noſtri ſubiecti, & maximè, qui litibus atteruntur, noſtram pro ſe nouerint prouidentiam, & nullus hanc ſacram noſtram circunueniat legem, neque ignorantiam in ea proponat: ſancimus in vnoquoque negotio ini-

Ff 2

---

cit C. ſi ꝟius, vel vti. pu. l. fi. Acc.

a *Negotium.*] ſ. relatum. Accur.

b *Aliqua.*] ſ. nobis Imperatoribus.

c *Iudicem*] ita neq; iudicanda ab aliis aliorũ doctrina. Az.

d *Iudicium.*] ideſt, ſententia.

e *Dictum.*] i. inchoatũ, aut antiquatum.

f *Valeat.*] ut ff. quib. ap. non licet. l. j. j. reſpõ. & ff. de mi. l. minor. 1. reſp. & de arbi. l. nã magiſtratus, & ad Treb. l. ille. §. tempeſtiuum.

g *Declarationem.*] vt ſ. de iud. §. fi. & C. de legi. & con. l. cũ de nouo. & ff. đ iud. l. eum, §. j. Et no. ꝙ ẽt principis ſnĩa debet eſſe ſcripta, ſicut & cuiuslibet alterius, ut C. de ſent. ex breui. reci. l. fi. Acc.

h *Referendariorum.*] ideſt, facta à referendarijs volũtate principis. Accur.

i *Sanctione.*] aliàs functione Accur.

k *Ferre*] i. facere.

l *Super hoc*] quid addit prædictis hic §. cũ dicat ſuper hocẽ Rñ. hic dicit de cauſis, quæ pendebant tpe huius l. quibus pendentibus ſimiliter dicit ſupplicationem, vel impetrationem non tenere. Et ſic no. leges ad præterita trahi, & ad præſentia, quæ hoc cauet, vt C. de leg. & conſtit. l. leges, & conſtitutiones.

m *Leges*] leges dico diſponentes iudicãtis examinationem, aut ſententias. uel ꝑ ẽt ſi quiſpiã præceſſit impetrans ſanctionẽ. etenim, &c.

n *Hanc.*] ſententiã diffinitiuam.

o *Retractationis.*] fortè ratione minoris ætatis, ſeu ſupplicationis Al. adeo etiã, vt ſi poſt ſententiã fiat lex noua, non valeat, ut infra titu. proxi. in prin.

p *Eam autem.*] ſic cõſtrue, & habebis ſenſum, eam autem iuſſionem, quæ diſponit quidem iudicantem aut iudicare futuram quæſtionem, quomodo oporteat fieri: aut repete, quomodo oporteat iudicium inferri.

q *Cauſam verò.*] vero, pro ſed.

r *Legitimo.*] quaſi dicat, illa iuſſio non valet, quę diſponit, q̃uo iudicet, ſed illa ſic, quæ vult iudicium cito finiri. Et ſic no. ꝙ quatuor caſibus hic ſupplicari li pendẽre. Primus, vt iudicium procedat. Secũdus, vt acta edantur. Tertius, vt ſententiam det iudex, quod eſt idem quaſi primus mod⁹: differt autem, quia in tertio non reſtabat niſi ſententia, in prima, & media cauſa facienda erat adhuc quartus, vt aſſocietur iudex, aliàs non ſupplicatur, li. pend. vt hic, & C. vt li. pen. l. 2.

Proœ-

---

1 † *Si quando ad nos controuerſia vel allẽgata modo apud iudicẽ vel anteq̃ ea lis initium ſumeret, deuenerit, viſum ꝗ nobis erit noſtra ſnĩa eam diſponere, & decidere. Hal.*

* *Facit ad hoc 25. q. 1. c. imperiali, &c. vbi de hoc latè tractatur.*

* *Adde Fel. in c. paſtoralis. in prin. de excep.*

* *Concordãt hoc text. l. cùm ꝙ. cũ ꝗ ſuꝑ ver. rõmiſimus, ext. de teſtibus.*

2 † *Aliàs, ſpes.*

3 † *Quo iudic antiquidem, aut iudicaturo formam non praeſcribit. Hal.*

a *Proœmijs.*] quæ ſunt hmôi ,pœmia?, ſci.anni Dñi, g ſiue. Item ſcribunt quidam, hic incipit cã talis. Itẽ libellus cũ partis ſubſcriptione. Item citatio,* & ſimilia, quæ quaſi proœmia ſunt: & poſt hoc debet hæc lex ſcribi, vt ſit pars monumentorum, ſine actorum: Tertiò ſcribitur confirmatio pſonarum, ſ. ſatiſdationis iudicio ſiſti. Sed vſ, qſtatim poſt prædicta ,pœmia debeat fieri perſonarũ confirmatio, vt ſ.de exhi. §. ſancimus.& §. illud verò, col.5. R ñ. illa ſm hanc intelligitur; ſed hęc hodie non ſcribitur, cum ſatis certa ſit.

* Adde Fely. in c. ex tenore nu. 2. de reſcr.

b *Secundum quas.*] no. Imperatorem ſuſcipere Imperium, vt ſecundum legem iudicet. ſic C d leg. & cõ.l digna. & no. ſupra eo. §. 1. ibi, qđ enim in legem, &c.

VT CVM DE APpellatione cognoſcitur, ſecundum illas leges debeat iudicari, &c.

c *Poſtea.*] *& ſic ad præterita referũtur negotia, vt infra eodem, 1. reſp. in fi. quod eſt notabile. Azo.*

d *Capitulo.*] *ſcilicet, quæ ſunt quatuor: nã quinque principales parter habet hæc conſtitutio: licet multa incidenter alias dicat, vt dixi, & ſum proſecutus in ſumma huius ti.*

1† *Dat. 10. Cal. Dec C. P. Dn. Iuſti. PP. Au. anno 15. Baſ. V. C. Cos.*

e P*Eruenit. Perſpeximus.* circa illam facti quęſtionem.

f *Sententia*] hoc, qñ poſt ſententiam.

g *Relationes.*] hoc, quando poſt relationem ante reſponſionem, quæ expectanda non eſt, ut hic, & infra ut iud. non expect. ſacras iuſ. §. fi. coll. 9. & C. de ap. l. iubemus. §. fi. & ſupra de iudi. §. pen. collat 6.

2† *Quæ ſingula recenſet ediuo. Hal.*

h *Referentem.*] no leges ad futura tantũ tempora trahi, ut & ſupra de nup. in fin.

tium apud iudicem accipere in prooemijs [a] mox, & ante ipſam perſonarum firmationem inſcribi eam, & monumentorum fieri partem: ſic enim geſtis præfulgens prohibebit ea, quę præter eius virtutem tentantur circa eã, & circa ipſam forſan perſonarum firmationem: & præuaricari eam nitentibus per multa interminata refrenabit à talibus eos pręſumptionibus, & propriis tempus non ſinet fieri pęnis. Vt enim iniquitatem ſimul, & iniuſtitiã per omnia expellamus: propterea præſentem poſuimus legem, vndiq; eam, & p eam alias cautas, & incircumueniendas cuſtodientes reipublicę leges, ſecũdũ quas [b] & nos ipſi Imperium quod, Deo dante ſuſcepimus, cuſtodire, noſtramq; rempublicam ab his legibus muniri ſemper optamus.

¶Quæ igitur placuerũt nobis, & p hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo ſeruare quidem ſtudeat: omnib. aũt palã faciat, ppponens quidem eam in hac fœliciſſima ciuitate, præceptis aũt ſolẽnib. vtens ad prouinciarũ præſides: vt oẽs hoĩes ſciant eam, quam ſuper eos habemus, puidentiam.[1]†

TITVLVS XII.

Vt cum de appellatione cognoſcitur, ſecundum illas leges debeat iudicari, quę tempore latæ ſententiæ obtinebant, non ſecundũ eas, quæ poſtea [c] promulgatæ ſunt, & de alijs capitulis. [d] 2†

NOVELLA CXV.

In cauſa appellationis debet ferri ſententia ſecundum legem, quæ vigebat tẽpore ſententiæ primæ, non ſecundum eam, quæ poſt latam ſententiam nouiter emanauerit, etiamſi in lege nouiter emanata dictum fuerit, quòd protrahatur ad præterita. Ang.

Imp. Iuſtin. A. Theodoto Orientalium ſacrorum prætoriorum præfecto.

PROOEMIVM.

PEruenit ad ſcientiam noſtræ ſerenitatis, q cũ inter Euſtachium virum Reuerendiſſimũ Tholonæ 3† ciuitatis Epiſcopũ, & Piſtum diaconum eccleſiæ Telmiſſenſis fuiſſet cauſa commota, proceſſit à rectore prouinciæ definitiua ſententia, contra quam appellatio eſt porrecta. Iudices igitur, apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes ad noſtram clementiam retulerunt, an ſecundum leges, quæ obtinebant, quando proceſſit definitiua ſententia, an ſecundum tenorẽ illius legis, quæ poſt definitiuam ſententiam à nobis promulgata eſt, eãdem cauſam examinare deberent. Nos itaque iuſtum eſſe perſpeximus, [e] ſecundum leges, quæ obtinebant tempore latæ ſententiæ, [f] prædictam appellationis cauſam examinari, & terminum ſecundum ipſas accipere. Præuidimus autem & poſt hanc, ſi quandocunq; dubitatio talis emerſerit, eam ſimili ordine terminare. 4 † Ideoque ſancimus, ſi quando de aliqua cauſa proceſſerit definitiua ſententia, & prouocatio fuerit ſubſecuta, * appellationis examinatoris ſecundum leges, quæ tempore definitiuæ ſententiæ obtinebant, terminum dare negotio: hoc eodẽ videlicet obſeruando, & in retractandis ampliſſimæ prætorianæ ſententijs, & in ſuggeſtionibus iudicum, qñ vtręq; partes omnibus allegationibus ſuis renunciauerint, & iudices per ſuas relationes, [g] quid diſponi debeat, interrogauerint. In omnibus.n. prædictis caſib. illas leges a cognitoribus ſeruari decernimus, quæ tpe ſententiæ, aut certè relationis obtinebant: tametſi contigerit poſtea legẽ promulgari noui aliquid diſponentem, & tenorem ſuum ad præterita quoque negotia referentem. [h] 5†

Poſtquam vna pars renunciauerit allegationibus, alia cogi debet intra 30. dies proponere quidquid velit: & ſi hoc non fecerit, ad omnem eius malitiam ſuperandam duo menſes dari debent, quibus elapſis, iudex debet ferre ſententiam legibus conſonantem. Ang.

¶Sed & hoc * præſenti addim* ſanctioni. Quia inter litigatores aliquando contingit, vnam quidem partem ſuis allegationibus renunciare, [i] * aliam verò ſciẽtem ſe malas cauſas hẽre, poſt

colla. 4. & ſ. de teſti. & ea quæ pa. §. hoc igitur. & infra de hære ab inteſt. §. fi. colla. 9. & ſupra vt factæ nouæ conſtit. colla 5. ſed cum dicat hic non trahi ad præterita, etiãſi hoc dicatur, eſt contra. C. de vſu. l. penul. & C. de legi. & conſtit. l. leges, & conſtitutiones. & ff. de legi. & Senat. l. non eſt nouum. Sol. hoc ſpeciale: vel dic, trahitur ad præterita, ſcilicet facta, in quib. iudicium non eſt inchoatum. ſecus ſi ſit inchoatum, vt hic.

i *Præſenti renunciare.*] valet hic renunciatio propter allegationes iuris, & pp̃ter inſtrumẽta: ſed propter teſtes fortè ne producantur, nõ valet, vt ſupra de teſtibus, §. quia vero multi. collat. 7. ſed ſola ſcientia teſtificatorum.

Alle-

3† Θλω̃. *Thlos ciuitas Licia Pli. lib. 5. c. 27.*

4† *C. 1. cauſa appellationum dirimantur ex his legibus, quæ tpe latæ ſententiæ, obtinebant.*

* *Adde Fel. in c. fi. num. 3. & num. 10. de conſt.*

5† *Ca. 2 de his, qui poſt renunciationem aduerſariorum ſe allegationes habere dicunt.*

* *Ex hoc §. ſumpta eſt auth. iubemus, C. de iud. & incept, ſubeamus, et grauando.*

* *Adde Fel. c. fi nu. 3. de conſt.*

cognitionalia certamina, & dilationes, quas probationum cauſa leges concedũt, nolle cõfiteri allegationes [a] ſibi ſufficere, ne cito cauſæ qualitas agnoſcatur: iubemus vt quando vna pars allegationibus renunciauerit: alia verò pars dixerit, ſe habere aliquid, quod proponat, [b] iudex negotij modis omnibus eam partem, quæ vtitur dilatione, [c] cõpellat intra 30. dies, poſtquã altera pars renunciauerit, quicquid velit, ſine aliqua intermiſſione proponere, ꝙ ſi nõ fecerit, tunc ad eius malitiã conuincendam,* alius vnus menſis indulgeatur à iudice. Si verò & ſic diſtulerit, alterius vnius ei dilatio præbeatur: [d] ita vt ſi vſque ad prædictos tres menſes, quos litigatoribus protrahentib. conceſſimus, ſuas non propoſuerit allegationes: tunc cognitor cauſæ nõ amplius expectans, modis omnibus proferat ſententiam legibus conſonantẽ: vel, ſi voluerit, referat, ne litigatorib. malè certantib. liceat cauſarum exitum vltra protrahere. [1] †

Parenti non licet liberos præterire, vel exhæredare, etiamſi legitimam eis reliquerit portionem, niſi iure inſtitutionis eis reliquerit, vel niſi ingrati probentur, expreſſe ingratitudine in teſtamento apparẽte, q̃ cauſæ ingratitudinis hic per ordinem enumerantur. Bal.

¶ Aliud quoque* capitulũ præſenti legi addendum eſſe perſpeximus. Sancimus igitur non licere penitus patri, vel matri, auo, vel auiæ, proauo, vel proauiæ ſuum filium, vel filiam, vel cæteros liberos præterire, [e] * aut exhæredes in ſuo facere teſtamento, nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcumque modum eis dederit legibus debitam portionem: niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim [f] ingratitudinis cauſas parentes ſuo inſeruerint teſtamento.* Sed quia cauſas, ex quibus ingrati liberi debeãt iudicari, in diuerſis legibus diſperſas, & non apertè declaratas inuenimus, quarũ aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem vitæ ſunt, aliquæ uerò, cum eſſent dignæ, prætermiſſæ ſunt: ideo neceſſarium eſſe perſpeximus, eas nominatim præſenti lege comprehendere: ut præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitutionis ſerie continentur.*

¶ Cauſas* autem iuſtas ingratitudinis has eſſe decernimus: [g] ſi quis parentibus ſuis manus intulerit: [h] ſi grauem, [i] & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerit: ſi eos in criminalibus [k] cauſis accuſauerit, quæ non ſunt aduerſus principem, ſiue rempublicam: ſi cum maleficis [l] hominib. ut maleficus uerſatur: uel uitæ [m] parentum ſuorum per uenenum, aut alio modo inſidiari tentauerit: ſi nouercæ ſuæ, [n] aut concubinæ patris filius* ſeſe immiſcuerit: ſi delator [o] contra parentes filius extiterit, & per ſuam delationem grauia eos diſpendia fecerit ſuſtinere: ſi quemlibet [p] de

a *Allegationes*] quæ & in iure, & in facto, & in probationibus accipi poſſunt, vt ff. de ritu nup. l. ſi quis tu. & C. ſi ex fal. alle. l. 1. & 2. & C. de aduo. di. iudic. l. laudabile, §. quoties. Accurſius.

b *Proponat.*] iudice interrogante, an aliquid noui addere velit, vt C. de iudic. l. iudices, & hic ſumitur auth. quæ eſt ibi.

c *Dilatione.*] prima, vel vltima.

d *Præbeatur.*] imò videtur, ꝙ ſemel tm̃, vel ad plus bis, vt ff. de fer. l. vlt. contra. Solu. hic non loquitur de dilatione, quæ datur præſenti, & petẽti, ſed de quodã ſpacio, quod daſ abſenti, vt alleget. & eodẽ modo opponi poteſt de eo quod eſt ſupra de litig. § omnẽ vbi tria edicta, & ꝓ quolibet dies 30. dantur. Vel dic ſpeciale hic, qñ per allegationes, petitur, vt arg. ff. quibus ex cauſis, l. ait prætor §. ſi. & l. 1.

e *Præterire.*] alijs p̃teritæ, præteritio ad lineam fœmineã, exhæredatio ad maſculinam, ſic inſti. de exhære. li. § mater. & ꝙ ſubijcit, nec ſi per quamlibet dona. &c. no ꝙ oportet iure inſtitutionis aliquid filio relinqui, nec ſufficit iure legati, & ſic corriguntur hic iura antiqua, ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus, §. ſi quis mortis cauſa inſt. de inoffi. teſtam. §. pen. contra ſup. de imon. §. ſi vero filios. contra, & ſupra, de trien. & ſe. §. 1. contra. & ſi qua ſunt ſimilia, quib. dicitur, ꝙ ſufficit quoquo relicti ei relinquere, ſic ergo i minimo facta inſtitutio excludit q̃relam, vt infra eodẽ, §. cæterum, & agitur ad ſupplementum, vt C. de inoffi teſtam l. omnimodo, & l. ſcimus, & de rei vxor. ac. §. videamus. Vel dic, quod pdicta iura loquantur, qñ nõ faciebat teſtamentum, ſed codicillos hic qñ ſolẽniter teſtabatur: vnde iure inſti. ſibi, vt alijs debet relinquere. Tertij dicunt hanc intelligi ſecundum illas, & legunt ſic literam iſtam, nec pro non, & dic i., id eſt quominus per quã libet dona. vel legati, vel fideicommiſſi, vel alio quocunque modo dedit debitã portionẽ, & aſſume, nõ licet exhędare, dico, niſi forſan, &c. Prima verior vr̃, vt corrigant.

f *Nominatim.*] hic probat ſecundum M. quòd hodie querela ceſſet, niſi inter fratres turpib. perſonis inſtitutis, vt inſtitu. de inoffi teſtam. §. 1. hoc modo, pater tenetur cauſam exprimere, vt hic, & hæres probare, vt C. de inoffic. teſtam. l. omnimodo. ſyllogiza ergo ſic: aut pater fecit teſtamentum, aut nõ: ſi non, ſuccedit filius ab inteſtato, vt infra de hære ab inteſtato § 1. & ceſſat querela ſi vero fecit, aut inſeruit cãm, aut non: ſi non, ipſo iure non valet, vt hic: ſi vero inſeruit, aut eam probat hæres, & tũc repellitur filius, & nihil habet, vt ſupra de immen. do. in fin. & ſic ceſſat querela: aut non probat, & tunc teſtm̃ pro non valido eſt, & ab inteſtato ſuccedit, vt infra, §. ſi vero igitur, & ſic ceſſat ſemper querela. quare M. poſuit vnã auth. in C. de inoffi. teſtam. & inſtitut eo. dicentem, hodie ceſſat querela, &c. & ſic omnes tit. de inoffic. teſtam. ſunt correcti. Sed dic prædicta vera, niſi in vltimo caſu. nã ſi inſeruit cãm, & hæres non probat, tunc quo iure admittitur filius, niſi per querelam? & ſic ceſſant prędicta. Itẽ nota quod Pla. dicit hãc auth. ſuperfluam. per l. inſti. de exhęred li. §. noſtra, ſed eſt falſum: quia ibi non dicit de cauſa inſerenda. ſed hic dicit. Ac.

g *Eſſe decernimus*] & ſunt 14 vt ſequitur, vſque ad §. illum generalem autem, &c. econtra, quib pater à filio exhæredat, ſunt ſeptem, vt inf. eodẽ, § & ſi quidem, vſq; ad §. ſi talis at illæ, quibus frater exhæredat fratrem, ẽt turpi perſona inſtituta, ſũt tres, vt ſupra de nup. colla. quarta, § ingratitudinem, ſed ſi non turpi, tunc ſemper ceſſat querela, vt C. de inof teſt. l fratres, & inſt de inof. te. § 1.

h *Intulerit.*] hæc eſt prima.

i *Si grauem*] hæc eſt ſecunda.

k *In criminalib.*] hæc eſt tertia. Accur.

l *Si cũ maleficis*] hæc quarta. Accur.

m *Vel vitæ*] hæc quinta. Accur.

n *Si nouercæ ſuæ.*] hæc eſt ſexta.

o *Si delator.*] hæc eſt ſeptima.

p *Si quemlibet.*] hæc eſt octaua. Accur.

* *Concor. c. prout nobis cũ gl. concordãda extra de dolo, & contu.*

1 † *Cap. 1. quæ ſunt iuſta exhæredationis liberorũ cauſa*

* *Ex hoc §. ſumpta eſt auth. non licet. C. de lib. præter. Et concor. gl. i c. Raynutius, in uerbo, relinquens, extra de teſta. & ad inte. lunus §. vi. de Bereng. Fernan. in l. in quarta, nu. 187. ad leg. fal. & Baldo. nõ de No. bilib. in authẽ. ex cauſa, nu. 14. & ſeq. C. de lib. præ.*

* *Præterire. Bar in auth. ex cã C. de li. præ. docet, quis dicatur proprie præteritus, vel exhæredatus.*

* *Alciat. reg. 1. præ. 16. aſſerit, quod de iure ueteri ſtabatur dicto patris i exhæredatiõe, ſiue filij abſque vlla cauſa expreſſione.*

* *Adde gl. in c. Quintauallis, de iureiu. vbi pulchrè docet, has 14. eſſe cauſas.*

* *Concor cũ hoc §. glo. vlt. poſt med. in c. vlt. ubi ſic & pp ingratitudinẽ extra de poſtu. prælat. & c. Raynutius, in ea gl. ſup. ver. Trebellianum, uer. prim. extra de teſt.*

* *Dictio filius, quod tñ oratione ſ[...]ta, ſ[...]c, quã per dictionẽ patris, ſatis exprimatur.*

prędictis parentib. incluſum eſſe contigerit, & liberi, qui poſſunt ab inteſtato ad eius ſucceſſionem venire,[a] peti ti ab eo, vel vnus ex his, in ſua cum noluerit fideiuſſione ſuſcipere, vel pro perſona, vel pro debito, inquantũ eſſe, qui petitur, probatur idoneus: hoc tñ, quod de fideiuſſione cenſuimus, ad maſculos tm̃ modò liberos volumus pertinere. Si conuictus [b] fuerit aliquis liberorũ ex eo, quia prohibuerit parentes ſuos condere teſtm̃, vt ſiquidẽ poſtea facere potuerint teſtm̃, ſit eis pro tali cauſa filium exhæredandi licentia.[c] Si aũt in ipſa prohibitione ſine teſtaméto aliquis ex parentib. deceſſerit, & alij, ſiue qui ab inteſtato ad hæreditatem defuncti aut cum ipſo filio,[d] qui teſtm̃ fieri ꝓhibuit, aut poſt illum vocant̃, ſiue illi, quos hæredes, aut legatarios habere volebat, vel qui læſionem aliq̃ ex prohibitione teſtamenti ſuſtinuerunt, hoc ipſum approbauerint, ſm̃ alias leges,[e] ſuper hoc poſitas, talia negotia terminent̃. Si præter voluntatem [f] parẽtũ inter arenarios, vel mimos ſeſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione permanſerit; niſi forſitan ẽt parẽtes eiuſdem profeſſionis [g] fuerint. Si alicui [h] ex prædictis parentib. volenti ſuæ filiæ, vel nepti maritum dare, & dotem ſm̃ vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea præſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si verò * vſque ad 25.[i] annorum ætatẽ ꝑuenerit filia, & parẽtes diſtulerint eã marito copulare, & forſitan ex hoc cõtigerit ĩ ſuũ corpus eã peccare, aut ſine cõſenſu parentũ marito ſe libero tñ cõiũgere; hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: q̃a non ſua culpa, ſed parentũ id commiſiſſe cognoſcitur.

Filij furioſi ſi curã eius neglexerint, à patre ſanæ mentis effecto exhæredari, poſſunt: extraneus verò, qui denunciatione in ſcriptis facta filijs mandauit, quod curam de patre habeat furioſo, & eis negligentibus curam, & diligentiam furioſo exhibuit, ad ſucceſſionem eius admittitur: teſtamento, quo ad ſucceſſionem euacuato, quo ad alia cuncta capitula in ſua firmitate manente. Bar.

¶Si quis * de prędictis [k] parentib. furioſus fuerit, & eius liberi, vel quidam ex his aut liberis ei non exiſtentib. alij eius cognati, qui ab inteſtato ad eius hr̃ditatẽ vocantur, obſequium ei, & curam competentem non prębuerint, ſiquidem à tali ſanatus fuerit infirmitate, erit ei poteſtas, vtrũ velit negligentem filium, vel filios aut cognatos, ingratum, vel ingratos in ſuo ſcribere teſtaméto.[l] Si aũt aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliqs viderit à ſuis neglectum liberis, vel cognatis, aut alijs ab eo ſcriptis [m] hęredib. & pro miſericordia voluerit eum procurare,[1] † damus ei licentiã atteſtationem eis, qui ab inteſtato, vel ex teſtamento iam facto ad furioſi hęreditatem vocant̃, ſcriptis dirigere, vt eum ꝓcurare feſtinent. Si aũt poſt huiuſmodi atteſtationem neglexerint, & extraneus in ſuam domum furioſum ſuſceptũ ſumptib. proprijs, vſque ad finem vitæ ipſius ꝓcuraſſe monſtratus fuerit, eum, qui obſequium, ac diligentiã furioſo exhibuit, licet extraneus ſit, ad eius ſucceſſionẽ ꝑuenire decernimꝰ, euacuata ĩſtitutione eorũ, vtpote ĩdignorũ, q̃ furioſo, ſicut diximꝰ curã ꝑbere neglexerit:[n] ita tñ vt cętera teſtamẽti capitula ĩ ſua maneãt firmitate.

Succeſſio teſtatoris, qui à ſuis redimi negligitur, applicatur eccleſiæ, expendenda pro redemptione captiuorum: parcitur tamen minori 25. annis; cui etiam permiſſum eſt, res captiui pro eius redemptione vendere, qui cogitur habere ratum. Bart.

¶Si vnum de prædictis [o] parentibus in captiuitate detineri contigerit, & eius liberi, ſiue omnes, ſiue vnus non feſtinauerint eum redimere,

a *Venire.*] nam fœmina ex impediuntur, fide iubere per Velleianum. vt ff. ad Velleia. l. 1. & 2.

b *Si conuictus.*] hæc nona.

c *Licentia*] ſic & econtra, vt inf. eod. §. & quod de ea. Accur.

d *Filio.*] quia ſunt fratres eius, qui non prohibuerunt. Accurſius.

e *Leges.*] quæ dicunt vt prohibenti actiones oẽs debeant denegari, & fiſco ſua portio deferatur, vt ff. ſi quis ali. teſta. ꝓhi. l. 1. in princ. & C. ſi quis ali. teſta. prohi. l. 2 alijs vero, quibus aliquid ſit relictum, non nocet quo minus percipiant, ſiue ſingulariter, vt ff. ſi quis ali. teſta. prohi. l. j. § ſed ſi legatũ. ſiue vniuerſaliter, vt ff. ad Trebel l. 3. § fi. & ff. ſi quis ali. teſt. prohi. l. 2. §. fi. Nam vnius factum alij nõ nocet, etiam fratri, vt ff ſi quis ali. teſt prohi l ſi quis dolo. §. 1. hodie autem, ꝙ plus eſt, in duplum tenetur, qui prohibuit, vt infra, vt nul. iudicũ, §. & hoc peruenit. Et ſic not. teneri impedientem, & ad hoc facit ff. de eo, per quẽ fac erit. l. ex hoc, & de condi. cau. da. l. 3. §. fina. in fine, & de lega. 2. l. Lucius, §. Sempronia.

f *Præter voluntatem.*] hæc decima eſt cauſa.

g *Profeſſionis.*] nam nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego, & nil doloſus doloſo, vt ff. de dolo. l. ſi duo & C de hære. l. qm̃, & C. de inoffi. teſta. l. in arenam. Accur.

h *Si alicui.*] hæc eſt vndecima, & facit C. de inoffi. teſtam. l. ſi filiam.

i *Vſque ad 25.*] ergo econtra. ſi fuerit minor, & peccat in ſuũ corpus, iuſta eſt exhæredationis cauſa, vel etiam maior, ſi copulet ſe ſeruo, arg. ff de offi eius, cui man. eſt iuriſd. l 1. ibi, huius rei, & c. & inf proxi. § ibi, libero, &c. Accurſius.

k *De prædictis.*] hæc eſt duodecima, hæc eadem ſeruantur in filijs, vt inf. eo. §. ſiue igitur, ibi, ſi liberis, vel vno, &c.

l *Teſtamento.*] nam poteſt eũ inſtituere, & exhæredare: & ꝓpter hoc §. iſte hic ponitur, ſi autem nil dixerit de eo, hoc dices infra eod. in fin. huius §.

m *Scriptis.*] no. atteſtationem in ſcriptis dirigendam, vt ſupra de tempo non ſo. pe. §. conteſtationes, collat. 7. Item no. de vi, & authoritate denũciationis, vt hic, & ĩ. proxi. §. & C. de rei ven. l. ſi fundum. Itẽ no. quod delicto hæredis, licet nec ciuitatem, nec libertatem amiſerit, amittit̃ hæreditas, vt infra proxi. §. Item no. quod aufertur ab indigno. & non applicatur fiſco, ſed benefactori. Item no. quod ex benefacto extraneus ſit hæres Item no. quod legata valent, licet teſtamentũ non valeat, ꝙ plenius dices infra proxi. §.

n *Neglexerint.*] quid, ſi non faciat teſtamẽtum, nec aliquis extraneus eum procurauerit? Reſpon. filij, vel agnati ſunt hæredes, ſed poteſt eis auferri hæreditas, vt ff. de ijs, q̃b vt idignis, l. 3. Vel dic in hoc caſu, ſicut in ſequenti, quod eis denegeẽ hæreditas ex ſuo delicto vt proxi. §. Accur.

o *De prædictis.*] hæc eſt tertiadecima.

Ad-

* *Ex hoc text. ſum. ꝓ naeſt aut. quæ eſt ſuper. ſi filiã tuam. C de inoff. teſt. de incipe, ſed ſi poſt.*

* *Facit ad hunc §. gl. in ca. inter dilectos, ſupra ver. acceſſorium, in ſi. extra de fi. inſtr. qua glo in ſui fine facit mentionẽ iſtius §.*

1 † *Curam eius gerere. Hal.*

ſiquidem valuerit calamitatem captiuitatis euadere, in eius ſit poteſtate, utrum hãc cauſam ingratitudinis teſtamento ſuo velit adſcribere.[a] Si autem per liberorum negligẽtiam, vel contemptum non fuerit liberatus, & in captiuitate deceſſerit, illos ad ſucceſſionem eius venire nõ patimur: * quia non feſtinauerunt eius redemptionem citius procurare: ſed omnib. liberis in hoc negligentibus, res vniuerſas ab eodem relictas, eccleſię ciuitatis, ex qua oritur, applicari: inuentario ſcilicet ſub publica atteſtatione celebrando, ne quid ex eius facultatibus pereat: ita ut quicquid exinde ad eccleſiam peruenerit, captiuorũ redemptioni proficiat.[b]

¶Sed hæc quidem quantum ad perſonas dicta ſunt, quas exhæredare non licet: niſi in gratitudinis cauſas vbique approbari contigerit. Occaſionem aũt nobis ad generalem legem promulgandam hęc præſens cauſa noſcitur obtuliſſe. Sed uniuerſaliter iubemus, ut ſi ille, qui in captiuitate detentus fuerit, liberos non habuerit, & alijs, qui ad eius hæreditatem vocati ſunt, eum redimere non feſtinantibus, in captiuitate defunctus fuerit, nullus ex ijs, qui neglexerint,[c] ad hæreditatem eius perueniat, licet ante captiuitatem teſtamentum forſitan ab eo fuiſſet conſcriptum, in quo memoratas perſonas ſcripſit hęredes: ſed hac quoq; inſtitutione hæredum infirmata, & cæteris teſtamenti capitulis in ſuo robore permanentib' ſubſtantiæ talium perſonarũ ſimili modo eccleſijs ciuitatum, ex quibus orti ſunt, applicentur, & nullis alijs cauſis, quàm in captiuorum redemptionibus expendantur: vt vnde illi à ſuis non ſunt redempti, aliorum redemptio procuretur, & ipſorum quoque animæ ex hac cauſa piiſſima ſubleuentur. Hoc eodem obſeruando, & ſi aliam extraneam perſonam antẽ captiuitatem ſcripſit hæredem, & illa ſciens ſe ab eo hæredem ſcriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit. Hanc aũt pœnã contra illos valere iubemus, qui octauũ & decimum ſuæ ætatis annũ cõpleuerint. In hmõi vero cauſis, qñ pro captiuorum redẽptione neceſſariũ fuerit dare pecunias, ſi quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, ſi memoratæ ſit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles vel immobiles ſupponendi,[d] ſiue ꝓpriç ipſius ſint, ſiue illius, q̃ in captiuitate detinet: qm̃ in prædictis oib. q̃ pro captiuorũ redẽptione data, vel expenſa ꝓbabunt, contractus hmõi tanquam à ꝑſona ſuæ poteſtatis, & legitimæ ætatis factos, ità firmos eſſe decernimus: nullo eis, q̃ cũ hmõi perſõnis in memoratis cauſis, quo prædictum eſt modo, contraxerint, ꝑiudicio generando, neceſſitatem, ſ. habente eo, qui ex captiuitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis[e] tanquam ſuis debitis[f] obligari.

Catholico non ſuccedunt filij, nec propinqui hæretici, ſed eccleſia ei ſuccedit, ſi clericus ſit, & laico fiſcus, hoc dicit.

¶Si quis[g] * de prædictis parentibus orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum filium, uel liberos non eſſe catholicæ fidei, nec in ſacroſancta eccleſia cõicare, in qua oẽs beatiſſimi Patriarchæ vna conſpiratione,[h] & concordia fidem rectiſſimam prædicant, & ſanctas quatuor ſynodos, Nicenam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, & Calcedonenſem aplecti, ſeu recitare noſcuntur: licentiam habeant pro hac maximè cauſa ingratos[i] eos, & exhæredes in ſuo ſcribere teſtamento. Vt hæc quidem pro ingratitudinis cauſa decernimus.

¶Generalem aũt * prouidentiam liberis catholicis deferentes, iubemus, ſaluis legibus, q̃ iã de alijs hæreticis ſunt prolatæ, & circa Neſtorianos, & Acephalos hæc obſeruari, vt ſi qñ parẽtes inuenti fuerint, ſiue iudaico Neſtorij furori dediti, ſiue Acephalorũ amplectentes inſaniã, & iõ ab eccleſię catholicæ cõione ſeparati, nõ liceat eis alios hæredes ſibi inſtituere, niſi liberos ortodoxos, & eccleſiæ catholicæ cõicãtes, vel liberis non exiſtẽtibus, agnatos, uel cognatos qui ſ. catholici ſint. Quòd ſi fortè ex filijs alii quidem ſunt ortodoxi, & eccleſiæ catholicæ cõicantes: alij verò ab ea ſeparati, oẽm parentum ſubſtantiam ad filios tantum catholicos peruenire ſancimus: licet vltimas voluntates hmõi perſonæ fecerint, contra tenorem huius noſtræ conſtitutionis aliquid diſponentes.

¶Si verò poſthac fratres ab eccleſia ſeparati, ad eã conuerſi fuerint, pars eis cõpetẽs, in ſtatu, in quo inuenta fuerit tempore, quo reddit, eis præbeatur: ut nullam de fructibus, aut gubernatione[l] † medij tpis inquietudinem, uel moleſtiam catholici patiantur, qui ante prædictas[k] detinebant: quoniam huiuſmodi rerum,

a *Aſcribere.*] quaſi dicat, ſi vellet eum nihilominus inſtituere, poſſet, & ſic non cõpellitur. Ac.
c *Penè.*] philoſophicum tẽperamẽtum. nam & ſine fere, habet Azo. ſed hodie aliter de his bonis diſponi videtur, vt inf. ut nul iud. §. quia verò. coll. 9. quæ eſt cõtra. & facit ad hoc inf. de ſan. Epiſ. §. ſi uero conſtat. & §. ſponſalib. & inf. eo. §. prædictis. & ſup. de nup. §. minores. coll. 4. Item not. hic cum diu poſtea tradatur ſubſtantia, ꝙ non ſtatim quando pater monaſterium intrat, tenetur bona dare filijs.

d *Quando autem à nobis ſancitum.*] ut ſup. de nup. §. nouimus. ubi de decennio dixit, ſed antea per Cõſtantinum ſtatutum fuerat quadrienniũ: ut C. de nupt. l. vxor.

e *Scholares*] ordines ſunt de armata militia, ut ſequitur inf. eo. §. ſi uero ſcholaris. & ſup ut neque miles, neque fęd. & C. loca. l. ſi.

f *Suſtinere*] .i. expectare; ſed certè imò per quinquennium tm̃, ut ſup. de nup. §. ſed & captiuitatis ꝙ eſt contra. Solut. hic cum eſt in expeditione, ibi captus. unde ibi per quinquennium expectatur, cõputandum à tẽpore, quo cœpit dubitari, ut ibi dicit. & eſt ꝑ hac ſolutione inf. eo. § prædictis in fi. ſed nunquid in quacunq; militia ſit, obtinet qđ hic dicitur? Reſp. nõ puto, niſi ſit cõtra Sarracenos, uel cum principe contra hoſtes. alias ſerua legem antiquã: C. de rep. l. uxor. Sed iure cano generaliter ſeruatur hæc auth.

g *Interrogauerit.*] nota interrogãtes mulierẽ debere, ſi habet quẽ ſcit. ſic ff. de bon. poſ. l. in bonorũ. & quis or. in bon. poſſ. ſeruetur. l. 2. §. fi.

h *Spatium.*] poſt ſacramentum præſtitum, ut hic dicit. Sed videtur. ꝙ ſi iã tpa luctus cucurrerunt. ꝙ ſtatim die ſequenti poteſt nubere, vt ff. de infa. l. genero. in fi. quæ eſt contra. Sol. quidam dñt illã corrigi. Vel ibi quando certum erat mortuum eſſe, hic quando dubium: licet vnus iurauerit, cui nõ per omnia creditur, argu. C. de teſti. l. iuriſiurandi. Itẽ quia ſimpliciter iurat. eſt arg. ꝙ teſtis tenetur dicere cãm ſui dicti. ſed contrarium uerius eſt: vt ſup. de teſti. §. licet colla. 7.

i *Poſtea*] .i. poſtquã nupſit etiã poſt annũ, & ſic ualuit matrimonium, vt ſupra ibi, & poſt hoc, &c. quare ergo permittitur viro recuperare? Rñd. quia matrimonium contractũ fingitur fuiſſe nullũ, licet tenuerit uerè, ut ſup. dixit, ibi, & poſt hoc, &c. vel quia hic mulier à marito, ſ. ſecundo ſine pœna põt, & etiam debet, & tenet diuertere, vt ita alienata per ſecũdum matrimonium recipiãtur a marito, ſ. primo: nam uxor duorum eſſe non poteſt, alioquin diuortij cauſam præſtitiſſe videbitur primo marito, ſi a ſecundo ſe non ſeparauerit.

k *Teſtimonium.*] nota ergo ꝙ ſacramentum reuocatur prætextu periurij: [1] vt infra ut liti. iu. §. ſi quis. in fi. & C. de reb. cre. l. fi. regulariter tamen contra, ut C. de reb. cred. l. 2. & ff. de in lit. iu. l. fi. & ff. de re iu. l. poſt rẽ.

l *Si autem fœderatus.*] hoc nomen habuiſti ſupra ut neq; miles.

m *Prædictis itaq; cauſis.*] quas dixi ſup. eod.

1† *Ca. rr. Quod tempus expectãdi mortuũ in expeditione degentem, debeat mulier.*

* *Concor. cum hoc §. expreſſim ... extra. de ſponſal. & matrimonio. & c. 2. ext. de ſec. nup.*

1 Cõcor. c. in dolo. 22. q. 2.

2† *Ca. rr. Ex quibus cauſis matrimonium ſine pœna ſoluatur.*

ſiſtente matrimonio, ſanctimonialem conſeruationem, & monaſterii habitationem elegerint: & de ijs perſonis, quæ in captiuitate aliquãto tempore detinentur. in his enim tribus caſibus, quæ de eis prioribus noſtris legibus continẽtur, firma eſſe ſancimus. Memoratas igitur oẽs cauſas, quæ in præſenti noſtra lege continentur, ſolas ſufficere [1]† iubemus ad trãſactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare præcipimus: nullamq́ aliã cauſam citra eas, quæ nominatim inſertæ ſunt huic legi, poſſe ſoluere legitimum matrimonium, ſiue noſtris, ſiue veteribus legibus continẽtur. [2]†

Mulier, & uir peccantes pœna legitima puniuntur, & iudices, & officiales negligentes. Bart.

¶Quia vero quędam mulieres inhoneſtè uolentes viuere, feſtinant propria matrimonia ſoluere, ſancimus, ſi quando mulier citra aliquã prædictarum à nobis cauſarum, voluerit matrimonium ſoluere, licentiam quidem eam non habere hoc agere. ſi uerò permanſerit in huiuſmodi impia uolũtate, & repudium marito trãſmiſerit: iubemus dotem quidẽ viro dari, [a] communib. filijs ſm legem ſeruandam. Si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito: mulierem uerò periculo iudicis negotiũ audientis tradi Epiſcopo ciuitatis, in qua cõiter domicilium habuerint: quatenus illius prouidentia in monaſterium ipſa mittatur, ut quoad uixerit, debeat ibi conſiſtere: & ſi quidem filios habuerit [b] huiuſmodi mulier, duas partes propriæ eius ſubſtantiæ dare filijs: tertiã verò monaſterio, in qđ mittitur, applicare iure proprietatis. Si uerò filios non habuerit, ſint autẽ ei parentes, duas partes quidem ipſius ſubſtantiæ monaſterio præberi, ubi mittitur, tertiã uerò partem illius parentibus dari: niſi tamen ſub poteſtate eã habẽtes irrationabili repudio conſenſerunt, in hoc enim conſentientes, nihil eos penitus ex ſubſtãtia filiæ habere permittimus, ſed hęc omnia uenerabili monaſterio uolumus applicari. Porro neque filijs, neque parentibus exiſtentibus ei, omnem ſimiliter eius ſubſtantiam competere monaſterio.

¶Si uerò iudex qui negotium examinat, hoc non fecerit, ideſt tradiderit [c] [3]† in hoc deprehenſam ciuitatis Epiſcopo, vt debeat in monaſterium mitti, ſiquidem in hac fęliciſſima ciuitate ſit iudex, ipſe quidem 25. librarum aùri pęnam exigatur, officium autem eius alias decem. Si verò in Prouincia ſit huiuſmodi iudex, & nõ egerit, quæ à nobis in hoc iuſſa ſunt, decem librarum auri perſoluat pęnam, & officium eius alias quinque. Si uerò iudex fuerit, non habens cingulum, [d] ipſe quidem pœnam decem librarum auri exigatur, miniſtrantes autem ei quinque, quatenus mulcta, quæ hinc accedit a memoratis perſonis, per Comitem rerum priuatarum, & per Palatinorum ſcholam exigatur, & noſtro aſſignetur ærario.

¶Si autem & uir circa mulierem trãſigere ſtuduerit matrimonium, & irrationabiliter repudium deſtinare, iubemus reddere quidem eum, quam ſuſceperit dotẽ una cum ſponſalitia largitate, & tñ ex alia eius ſubſtantia pręberi mulieri, quantum tertiã partem ſponſalitię faciat largitatis. [e] & ſi quidem ei filij ſunt, ſolum vſum, & antenuptialis donationis, & a nobis additæ tertiæ partis mulierẽ habere, proprietatem verò filijs conſeruare, filiis autem, non exiſtentib. habere mulierem ſuper [4]† vſum in ipſis reb. etiam proprietatem. & prędictas [f] quidem diſpoſitiones diſſolutis rationabiliter, aut etiam irrationabiliter nuptijs, ordinamus, & omnia de memoratis caſibus ſecundum hanc noſtram conſtitutionem iudicari, & decidi decernimus. [5]†

¶Si quis autem propriam uxorẽ flagellis, aut fuſtibus cæciderit, ſine aliqua cauſarum, quas contra vxores ad matrimonij ſolutionem ſufficere iuſsimus, [g] matrimonij quidem ſolutionẽ ex hoc fieri nolumus: [h] uirum autem, qui monſtratur ſine huiuſmodi cauſa uel flagellis, uel fuſtibus cęcidiſſe vxorem ſuam, tantum pro huiuſmodi iniuria ex alia ſua dare ſubſtantia vxori, etiam conſtante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis. [6]†

Adulterium præſumptum iuris præſumptione probatum punitur, ſicut & verum, nin dicta ſua marito quandoque permiſſa: his obtinentibus in caſibus futuris, & pendentibus nondum finitis. Bart.

¶His quoque * etiam illud adijcimus, ut ſi qs forſan ſuſpicatur, aliquem uelle ſuę uxoris illudere caſtitati, & cõteſtationes ei ex ſcripto [i] tres deſtinauerit, habentes teſtimonia trium virorum fide dignorum, & poſt has tres ex ſcripto cõteſtationes inuenerit cũ conueniẽtẽ [7]†

eod §. quia verò plurimos. adiũgit tres, quæ erant per ordinem, ut hic ſunt in tribus §. ſupra de nupt §. ſecundum occaſionem. & §. p occaſionem. & §. ſed & captiuitatis & eas confirmat in hoc §. Accur.

a *Viro dari.*] id eſt, datam ſeruari, uel propriè ſic eſt data. Accur.

b *Habuerit.*] cũ olim de adulterio accuſabatur a primo uiro, ut C. ad legem Iuliã. de adulte. l. pen. & facit ad hoc C. de rep. l. iubemus. & infra ut frat. filij. §. fin. collat. 9. Accur.

c *Tradiderit.*] repete, non.

d *Cingulum.*] i. adminiſtrationem, & ille dicitur Magiſtratus.

e *Largitatis*] hæc pęna de tertia parte nõ fuit impoſita, ſ. in pſona mulieris: ſed detrudatur in monaſterium. Hodie eadẽ utrique imponitur pœna, ut inf. ut fra. ſi §. pen.

f *Prædictas*] refert ſe nõ ad omnia, quę hac conſtitutione dixit. nam aliquando de licito diuortio, aliquando de illicito dicit, & hic dicit totũ ſeruari, ſicut dixit.

g *Sufficere iuſsimus.*] ut ſup. eod. §. quia verò plurimas. & §. prædictis. Et ſic in illis caſibus verberare permittitur, & facit infra de nupt. §. adſcriptitio. Accurſius.

h *Nolumus.*] filius tñ poteſt dimittere patrem, cogendo eum, vt ſe emancipet, ut ff. ſi a par. quis fuerit man. l. finali.

i *Ex ſcripto.*] ſic ſup. de tempore non ſolu. pe. §. conteſtatione. Accur.

Permitte.]

1† Competere.

2† Ca. 13. Si mulier ſine ulla cauſa marito ſuo repudium miſerit.

3† Alias legitur, non tradiderit. Acc. repetendã particulã, nõ, admonet in glo.

4† Præter.

5† Ca. 14. Si quis vxorem ſuã flagellis caſtigauerit.

6† Ca. 15. Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo velle cum pudori uxoris ſuæ illudere.

* Facit ad hunc §. ca. ſi quis contra. ext. de cohab. cleri. & mulier. vbi tractatur late de hac materia ſuſpicionis.

7† Colloquentem.

ſuæ vxori, ſi quidem in ſua domo, aut ipſius vxoris, aut adulteri, aut in propinis, aut in ſuburbanis, eſſe licentiã marito propriis manibus talem perimere,[a] nullum periculum ex hoc formidanti. Si verò in alio loco talem inuenerit cũ ſua vxore loquentem non minus tribus teſtibus fide dignis cõuocatis, per quos probare poſſit, quòd eum cum ſua vxore comperit, iudici tradere[b] crimina examinanti. Illum verò pro veritate cognoſcẽtem, poſt tres ex ſcripto conteſtationes cũ tali muliere eum inuentũ, talẽ quidẽ tanquã ex hoc ſolo adulterii crimini ſubiacentem, nulla alia rõne quæſita punire,[c] licentiã aũt exequi crimen.[d]

¶ Quia verò ita comperiuntur aliqui impii, vt etiam in venerandis domibus præſumant in talibus ſe miſcere ſceleribus & ibi de peccatis tractare, vbi conſueuerunt Deum timentes peccatorũ veniã[e] poſtulare, iubemus, vt ſi quis talis inueniatur in locis venerabilibus alienæ vxori, de qua in ſuſpicione eſt, poſt tres, ſicut dictũ eſt, conteſtationes loqui: licentiam eſſe eius marito vtraſque perſonas defenſori eccleſiæ, aut aliis clericis tradere: vt ad eorum periculũ diuiſim iſti ſeruentur: donec iudex hoc agnoſcẽs mittat ad Epiſcopum ciuitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſuſtinere tormentum ſecundum leges, quę[f] interdicunt adulteros à ſanctiſſimis eccleſiis vindicari:[g] nullam neque in hoc aliam iudice quærẽte de adulterio ꝓbationẽ, niſi tres, ſicuti iam ſupra diximus, conteſtationes. his enim tribus cõteſtationibus oſtenſis, omnibus modis illi ſicuti adulteri puniuntur. Non enim debent huiuſmodi perſonæ venerabili loco munimẽ habere, quem ipſi ꝑ ſcelus propriũ deſpexerunt.[h] Nam ſi eos, qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria cõmittunt, & ad orationum domos cõfugiunt, ab eis[i] vindicari noſtræ leges non ſinunt,[k] quomodo illis, qui in ipſa eccleſia tale ſcelus ſtuduerint ꝑpetrare, ꝑmittimus aliquod auxiliũ ex eccleſiaſticis terminis inuenire? ſed omnibus modis iudicibꝰ eos tradi, & pœnam ſuſtinere, qua digni ſunt, qui ſanctiſſima loca violare præſumunt. Quis enim ibi delinquit, vbi ſalutẽ petat? Et generaliter diſponimus, vt ſi qs inuenerit ſuam vxorem, aut filiã, aut neptem, aut ſponſam in venerandis locis cũ aliquo loquentem,[l] & ſuſpicatus fuerit turpis gratiæ cã eos colloqui, tradat eos defenſori, aut aliis ſãctiſſimæ eius eccleſiæ clericis, vt ipſi ſuo periculo vtraſque perſonas diuiſim tandiu cuſtodiant, donec iudex eos accipiat, & ſm leges cauſas decernat.

¶ Quæ igitur per pręſentẽ, & in perpetuum valituram legem noſtra definiuit tranquillitas, in omnibus prædictis caſibꝰ valere volumus: niſi tamẽ nondum, aut iudiciali decreto, aut amicabili[m] cõuentione deciſa ſunt, q̃ ſuũ robur hr̃e sãcimus. Glorioſa igitur, & eminentiſſima auctoritas tua in hac quidem inclyta ciuitate edictis propoſitis ad notitiã perducat vniuerſorum, in Prouinciis aũt per pręcepta ad clariſſimos Prouinciarum iudices deſtinata hæc omnib. facere manifeſta feſtinet: vt nullus penitus ignoret, quæ pro vtilitate noſtrorum collatorum à nobis diſpoſita ſunt, ita tamen, vt omnibus per propria præcepta pronunciet, quatenus ſine quolibet iniuſto diſpendio noſtris collatoribus præſentis legis fiat inſinuatio.[1] †

a *Perimere.* ſi talis ſit qui per l. Iul. potuerit occidi, ut C. de adulter. l. Gracchus. de quibus dicitur ff. de adul. l. marito.

b *Tradere.*] ſ. eſſe licentiam marito dicimus. Accur.

c *Punire.*] not. hic aliquem ex præſumptione damnari, vt hic, & infra ut nul. iud. § penul. & C. de adul. l. ſi qui. Sed contra ff. de pœn. l. abſentem. in princip. Solut. hic eſt ſpeciale in odium ſpernentis denunciationem, argum. ff. de ope. nou. nuncia. l. Pictor. § j. Et nota, quod utraque parte præſente dari debet ſententia, niſi actor crimine probato receſſerit ex cauſa, vt C. de adult. l. quamuis indubitati. & damnatur reus ad mortem. ad inſtar ſacril. gi. vt C. de adulter. l. quamuis in fin. fœmina uerò conuicta per ſententiam, in monaſterium mittitur, uerberata prius, ut infra ut nul. iudi. §. adulteram. collatio. 9.

d *Crimen.*] ſ. uolumus eſſe iudici.

e *Peccatorum ueniam.* not. in eccleſia potius quàm alibi orandum, quæ gremium non claudit redeuntibus, ut C. de ſumma Trinit. l. fin. licet alibi orare liceat, ut ſupra, ut in priua. do. §. primo. in princip.

f *Leges, quæ.*] ſimplex eſt hæc relatio, ut ibi, mulier, quæ damnauit, ſaluauit. nam non eædem leges puniunt, quæ interdicunt.

g *Vindicari.*] ideſt, defendi. & conſecutiue dicas. nam ex quo quis puniendus eſt, nemo eum defendere debet.

h *Deſpexerunt.*] non debet quis eius, in quem deliquit, implorare auxilium. ff. de mino. l. auxilium. in fine, & ff. ſi quis alt. teſta. prohi. l. prima, in princ. & ff. de arb. l. ſed ſi ſeruum. in fin. & l. ſeq. & ff. de leg. 2. l. cum pater §. libertis. & C. de pact. l. cum proponas. & de tranſa. l. ſiue apud acta. & l. ſi quis maior. Acc.

i *Ab eis.*] ſ. eccleſijs. Accur.

k *Non ſinunt.*] quò minus extrahantur, vt ſupra de mand. Prin. §. neque autem. colla. 3. Acc.

l *Loquentem.*] præcedentibus denunciationibus, ut ſup. diximus in uxore, alias eſſet iniquum. Accur.

m *Amicabili.*] hic no. de adulterio tranſigi poſſe amicabiliter. ſed contra. C. de tranſac. l. tranſigere. Solut. quod hic dicitur, non referas ad adulterij cauſam, de qua tranſigi non licet: ſed ad cæteros ſuperiores caſus omnes, qui ſunt in iſta conſtitutione, ſecũdum Io. Alij dicunt, hoc ius nouum: vel gratis fieri poteſt remiſſio accuſationis non propter pecuniam, ſicut in alijs capitulis, quæ non irrogant pœnam ſanguinis: vt ff. de iure fiſc. l. in fiſco. & l. eius. Vel hoc trahitur ad præterita facta, uel fieri poteſt tranſactio ante lit. conteſta. vel ceptam, non poſtea.

TITVLVS I.

De hęredibus ab inteſtato venientibus,[n] & de agnatorum iure ſublato.

1† D. 15. Kal. Ian. DN. Iuſt. P.P. Aug. an. 15. Baſil. V.C. Conſ.

NOVELLA CXVIII.

Collatio Nona.

Si moriens deſcendentes reliquerit, præferuntur parentibus, & agnatis, & cognatis ex Authenticorum.

DE HAEREDIbus ab inte. &c.

n *Venientibus.*] *Hic incipit coll. 9. conſtit. 1. ſed quidam habent in conſtitutione ſuperiori principium huius colla. Plurimas.*

P*Lurimas. Introducta.*] nā vſque ad tpa huius legis inter deſcendentes erat differentia, vt emancipati iure ciuili non ſuccederent; licet iure prætorio ſic, vt inſtitu. de hæredit. quæ ab inteſt. § emancipati. Item qui erant nepotes ex filiabus, ſuccedebant cum diminutione, vt C. de coll. l. illam. licet hoc etiam ante hanc ſit correctum, vt ſupra de trię. & ſe. § neque. colla. 3. ex tranſuerſo li autem cognati iure ciuili non admittuntur, ſed nec iure prætorio, niſi poſt agnatos, vt patet inſti. de ſucc. cogn. in prin. & de bo. poſſ. § & cū de teſtamentis. & ff. ſi ta. teſt. nul. ex l. j. in prin. omnes ergo prędictæ differentiæ, & aliæ, ſi quæ ſunt, hac conſtitutione tolluntur. Et no. quòd hic appellat cognatos ex mare, & fœmina merito, quia commune eſt nomen ad cognatos, & agnatos: quia tamen quędam priuilegia dabat lex xij. ta. agnatis ut certo nomine eos poſſet appellare, agnatos eos uocauit: ſunt tamen ipſi cognati. ut patet ex definitione agnati, ut ff de ſe tu l. ſunt autem. & inſti. de agna. tuto. § j.

b *Vacantibus*] ſcilicet, quæ contra hanc legem facerent: nec enim alias corrigit, quæ ſaluari poſſunt, vt ſupra qui. mo. na. effi. ſui. § tribus. Acc.

c *Seruari.*] ſcilicet volumus. Accur.

d *Conſtituimus.*] tunc ſcilicet Accur.

e *Cognoſcitur.*] ut hic & ff de gra cog l. j. in prin & inſtit eo. § j. Accur.

f *Cognatoſq;*] cognati ex parte matris, agnati ex parte patris, vt inſti. de legi agna. ſucc. in prin.

g *Succeſſionem.*] in hoc lex xij tabu. mutatur, ut iuſti. de hæred. quæ ab inteſta. § primo.

latere: & filij filiorum ſuccedunt in ſtirpes, non in capita, ſublata differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis, agnationis, & cognationis. Angel.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſſimo Præfecto ſacrorum prætoriorum Orientis.

PROOEMIVM.

PLurimas, & diuerſas leges veteribus temporib. prolatas inuenientes, per quas non iuſtè differentia ab inteſtato ſucceſſionis inter cognatos ex maſculis, & fœminis introducta [a] eſt, neceſſarium eſſe perſpeximus, omnes ſimul ab inteſtato cognationum ſucceſſiones per præſentem legem clara, compendioſaque diuiſione diſponere. Itaque prioribus legibus pro hac cā poſitis uacantibus, [b] decætero ea ſola ſeruari, [c] quæ nunc conſtituimus. [d] Quia igitur omnis generis ab inteſtato ſucceſſio tribus cognoſcitur [e] gradibus, hoc eſt aſcendentium, & deſcendentium, & ex latere, (quæ in agnatos, cognatoſq; [f] diuiditur) primam eſſe diſponimus deſcendentium ſucceſſionem. [g]

z † Cap. 1. De deſcendentiū ſucceſſione.

¶ 1 † Si quis * igitur deſcēdentium fuerit ei, qui inteſtatus moritur, cuiuslibet naturæ, aut gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum deſcendens, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſit, omnibus aſcendentibus, & ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit, tamen eius filios cuiuslibet ſexus, aut gradus ſint, etiam ipſis parentibus [h] præponi præcipimus, quorum [i] ſub poteſtate fuerit, qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus, quæ ſm noſtras alias leges patribus non acquiruntur. [k] nam in vſu [l] harum rerum, qui dēt acquiri, aut ſeruari, noſtras [m] de his oībus leges parentib. cuſtodimus: ſic tñ, vt ſi quem horū deſcēdentium filios relinquentē mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios deſcendētes in proprii parentis locum ſuccedere, ſiue ſub ptāte defuncti, ſiue ſuæ ptātis inueniantur, tantam de hæreditate morientis accipientes partē quanticunque ſint, quantā eorū parens, ſi viueret, habuiſſet: quā ſucceſſionē in ſtirpes vocauit antiquitas. [n] In hoc. n. ordine gradū quæri nolumus, ſed cum filiis, & filiabus ex præmortuo filio, aut filia, nepotes vocari ſancimus, nulla introducenda differentia, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, & ſeu ex maſculorum, ſeu fœminarum prole deſcendāt, [o] ſiue ſuæ poteſtatis, [p] ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Et hæc quidem de ſucceſſionibus deſcendentium diſpoſuimus.

* Concor. ca. Ratus. dunt glo. ſuper verb. clare. in prin. extra de teſtib.

h *Parentibus.*] non ſolum agnatis. & cognatis ex latere, vt hic, & C de ſecund. nup. l. ſi qui prioris in princip. & C. de bon. quæ lib l. quod ſcriptis. & inſt. de gra. cog § repetitis: ſed cum pater ſit in primo gradu, ut filius, quare non ſic cito admittitur vt filius? Reſpond. propter commune uotum naturæ, quod uult potius deſcendere, quam aſcendere, ut ff. de bo. dam. l. cum ratio, & ff ſi ta. te. nullæ ex l. j. & unde lib. l. ſcripto hærede. in fin. & ff de inoff. teſt. l. nam & ſi parentibus. & Paulus ait, ſi filius, ergo hęres per Deum. Item in quo peculio dices loqui, in caſtrenſi, vel quaſi? videtur quod non. cum filio inteſtato morientę, [illegible] iure peculij occupet omnia bona, ut ff, de caſtren. pecu. l. ij. Item in aduentitio non. nam in eo etiam ſi expreſſe diſponeret, diſpoſitio non teneret, vt C. de bo. quæ libe. l. fin § filijs. multo minus in profectitio, quod pater, ut peculium ſeruus occupat poſt filij mortem, vt inſtitu. quib. non eſt per ſa. teſta. § primo. & ſic in nullo? Reſpon. in caſtrenſi, & quaſi & aduentitio loquitur: nec obſtant iura prædicta: quis in eo, quod dicunt patrem occupare prædicto modo, corriguntur per id, quod hic dicit: in profectitio; autem non, ut infra e. §. & ſic nota, quòd hodie filiuſfamilias habet hæredem ab inteſtato deſcendentem: ſed ſi non eſt deſcendens, habet aſcendentem hæredem, ut infra prox. §.

i *Quorum.*] ſcilicet, parentum.

k *Acquiruntur.*] ut ſunt caſtrenſia, & quaſi aduentitia rōne proprietatis, vt C. de bo quæ lib l. cum oportet. in prin. & § j. & ij. & inſtitut. per quas perſo. no acqui. § igitur. vſuſfructus autem aduentitiorū patri. dum viuit, ſeruatur, licet filius decedat, ut hic ſubijcit.

l *In vſu.*] id eſt, in vſuſfru. nam nudus vſus minus eſſet. ut inſtitu. de uſu, & habi. § minus.

m *Noſtras*] ſcilicet prædictas, cum oportet & inſtit. per quas perſo. no. acquirit.

n *Antiquitas.*] ut inſtit. de hær. quæ ab inte. § cum filius. & de de ſuis, & le. l. ij. & ſic in ſtirpes inter deſcētes diuiditur hæreditas: ſed inter tranſuerſales non, ſed in capita, ut inſtitu. de le. ag. ſuc. § hoc etiam. in fi. §. & hoc, iure ueteri. Hodie vero uſque ad fratres, & filios eorum in ſtirpes diuiditur, vltra in capita, & ſeruatur ius antiquum, ut infra eo. § ſi autem defuncto.

o *Deſcendant.*] hoc non erat neceſſe dici, quia iam erat correctum, per id quod eſt ſupra, de trien. & ſe. § neque. colla. 3. ut dixi ſupra eo. in prin. Accu.

p *Poteſtatis.*] hic adijcit Irn. ſola naturali cauſa inſpecta. Vnde quæritur. an ſucceſſio adoptiuorum ſit ſublata. Et dic, quod non: quia uerbum ſola, tollit differentiam ſexus, & patriæ poteſtatis tantum. ſic & C de iuriſdict. omnium iud. l. 2. Item not. quod hic corrigitur totus ille titulus. ff. de con. iun. cum eman. libe. quo cauebatur, vt ſi habeo filium emancipatum, & ex eo nepotem in poteſtate, quamuis iure prætorio ſolus filius mihi ſuccedat, inſpecto iure ciuili, ſcilicet legis 12. tabul. ſolus nepos, ut inſt. de hæred. quæ ab inteſt. § emancipati. tamen

* Ex hoc text. ſumpta eſt authen. q eſt ſuper. l. ſi autem. C. de leg. hære. & incipit, poſt fratres.

vtrunque

¶Conſequens * autem eſſe perſpeximus, & de aſcédentibus cõſtituere, quomodo ad deſcendentium ſucceſſionem vocentur.[a] †

Parentes ſuccedunt deſcendentibus liberis, ipſorum deſcendentium non extantibus, gradus prærogatiua ſeruata. Si verò parentes eundem gradum obtinent, æqualiter admittuntur, cum quibus fratres ex vtroque parente coniuncti defuncto vocantur: nec patri vſusfructus portionis eius filijs contingentis acquiritur. Bar.

¶Si igitur* defunctus deſcẽdentes quidem non relinquat hæredes, pater autem, aut mater, aut alij parẽtes, ei ſuperſint, omnibus ex latere cognatis hos præponi ſancimus, exceptis ſolis fratrib. ex vtroque parente coniunctis defuncto, ſicut per ſubſequentia declarabitur.[b]

¶Si autem plurimi aſcendentum viuunt, hos præponi iubemus, qui proximi[c] gradu reperiuntur, maſculos, & fœminas, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Si autem eundem habent gradum, ex æquo inter eos hæreditas diuidatur, vt medietatem quidẽ accipiant omnes à patre aſcendentes, quanticunq; fuerint, medietatem verò reliquam à matre aſcendentes, quantoſcunque[d] eos inueniri contigerit.

¶Si verò cum aſcendẽtibus inueniãtur fratres, aut ſorores ex vtriſque parentibus[e] cõiuncti defuncto, cum proximis[f] gradu aſcendentibus vocabũtur. Si autem pater, aut mater fuerint, diuidẽda inter eos quippe hr̃ditate, ſecundum perſonarum numerum, vti & aſcendẽtium, & fratrum ſinguli æqualem habeant portionem: nullum vſum[g] ex filiorum, aut filiarũ portione in hoc caſu valẽte parte ſibi penitus vẽdicare: qm̃ pro has portione hęreditatis ius, & ſm̃ proprietatem per præſentem dedimus legem, differentia nulla ſeruanda inter perſonas iſtas, ſiue fęminę, ſiue maſculi fuerint qui ad hæreditatem uocantur, & ſiue per maſculi, ſiue per fœminę perſonam copulãtur, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint eius, cui ſuccedunt fratres. Reliquum eſt, ut tertium ordinem decernamus, qui uocatur ex latere, & in agnatos, & cognatos diuiditur, ut etiam hac parte diſpoſita, undique perfecta lex inueniatur.[2] †

Non exiſtentibus deſcendentibus, vel aſcendentibus vocantur fratres vtrinque coniuncti, quibus non extantibus vocantur coniuncti ex vno latere tantum, & exiſtentibus vtrinſque, vocantur ex vtroque latere coniuncti ipſi, & eorum filij, excluſis coniunctis ex vno latere tantum. Item filij fratrum vna cum alijs vocãtur, alij autem excluduntur. Auo.

¶Si igitur* defũnctus, neq. deſcendentes, neq; aſcẽdentes reliquerit, primum ad hæreditatẽ, uocamus fratres, & ſorores ex eodem patre, & ex eadem matre natos,[h] quos etiam cum patribus ad hæreditatem uocauimus.[i] His autem non exiſtentibus, in ſecundo ordine illos fratres ad hæreditatem uocamus, qui ex uno parente coniuncti ſunt defuncto, ſiue per patrem ſolum, ſiue per matrem.

¶Si autẽ defuncto fratres fuerint,[k] & alterius fratris, aut ſororis præmortuorũ filij, uocabuntur ad hæreditatem iſti, cum de patre, & matre theiois[l] maſculis, & fœminis, & quanticunque fuerint, tantam ex hæreditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere; ſi ſuperſtes eſſet. Vnde conſequens eſt, ut ſi fortè præmortuus frater, cuius filij viuũt, per utrãque partem nunc defunctæ perſonæ iungebatur, ſuperſtites autem fratres per patrem ſolũ forſan aut matrẽ ei iungebantur, præponantur iſtius filii propriis theiois, licet in tertio ſint gradu, ſiue à patre, ſiue a matre ſint theioi, & ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, ſicut eorũ parens præponeretur, ſi uiueret. Ex diuerſo ſi quidẽ frater ſuperſtes ex utroq. parente coniungitur defuncto, ꝑmortuus aũt per unum parentẽ iungebatur, hmõi filios ab hæreditate excludimus, ſicut ipſe, ſi uiueret, ab hæreditate excludebatur.

¶Huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine

*De intellectu huius §. & procedẽtis, vt de poſt alios Fab. Accurſ. bo. in l. qui ſe patris. n. 103. C. unde li.

1 † Cap. 1. De aſcendentiũ ſucceſſione.

vtrunque ſimul vocauit tit. prædictus, vt ff. de coniun. cum emanc. lib. in ſubri. l. prima §. primo. nam cum hodie nulla ſit differentia, vt hic dicit, ceſſat prædictus titulus. Acc.

a *Parentes.*] quos accipe in infinitum, vt ff. de in ius vocan. l. quique. §. parentes. licet quidam uſque ad tritauum: ſuperiores verò maiores dicuntur, inſpecta conſuetudine Romanorum, vt ff. de gra. cog. l. iuriſconſultus. §. parentes. Acc.

*Concor. cũ hoc tex. glo. in c. ſi. ext. de pigno.

b *Declarabitur.*] vt infra eodem. § ſi verò cum aſcendentibus. Accur.

c *Proximi.*] ergo auum maternum excludit pater, cum mater non ſuperſit. ſed aliud in deſcendentibus ſi habeo filium, & ex alio præmortuo nepotem, vt ſup. eo §. ſic tamen.

d *Quantoſcunque.*] unde ſi paternus auus ex una parte eſt, ex altera maternus auus, & auia, tantum hic ſolus, quantum alii, duo habet.

e *Vtriuſque parentibus.*] i. ex patre, & matre

f *Proximis.*] proximum accipe: quem nullus præcedit, ut ff. de verborum ſignificationibus. l. proximus. Sed quidam dicunt, cum patre, & matre tantum, vt hi proximi tantum uocentur, & ſic dicunt fratrem repellere auum: cum pater cum quo admittitur, repellat dictum auum, ut argumen. ff. de diuer. & tempo. pręſcrip. l. de acceſſionibus & hic. & C. de legiti. hære. l. in ſucceſſione. ſed ſecundum primam dic illam l. de ſucceſſione eſſe correctam per iſtam.

g *Vſum.*] i. uſumfructum. Et ſic nota quod licet generaliter in aduentitijs patri quæratur vſusfructus, ut C. de bon. quæ liber. l. cum oportet. tamen hic fallit, & alias, ut dixi ſupra ut liceat matri & auiæ. in fin. primo reſpon.

h *Natos.*] potiores ſunt ergo qui duplici iure vtuntur, quam qui vno, vt ſupra de conſanguineis, & vteri. fratribus. §. primo, & § fina. collat. 5.

i *Vocauimus.*] vt ſ. proxi. §.

k *Fratres fuerint.*] Not. ſi fuerint fratres, per hoc notatur, quod filij fratris defũcti vocantur in ſtirpes, quando cum patruis ſuccedunt ſuo patruo. ſi verò nullus frater ſupereſt defuncto, ſed filij fratrum, hi fortè in capita vocabuntur, Azo. Sed contra dico, vt argu. infra eodem. §. ſi verò in principio nam innuit, idem eſſe, ſi ſoli ſunt fratrum filij, in eo, quod dicitur, ſi verò neque, &c.

l *Theiois.*] id eſt, patruis, vel auunculis. ſed videtur fratres ſolos vocari, vt inſtitut. de legi. agnat. ſucceſ. §. hoc etiã. in fin. qui eſt contra. Solu. hæc illam corrigit.

2 † Cap. 3. De ſucceſſione ex latere veniẽtium.

Parentum.]

* Ex hoc § tractã authen. ceſſantis, quæ eſt C. de lebare.

a *Parentum*] & ita in ſtirpes. Sed contra inſtitut. de lege agna. ſucc. §. hoc etiam. in fine. vbi dicit in capita. Solut. hæc corrigit illam, & cæt.

b *Nulli*.] ſi ergo priuilegium ad alium non trãſit, vt ff. quod cum eo. l. ſed ſi. §. ſoli. & ff. quarum rerum act. non datur, l. prima. §. penult. & ff. de re iudicata. l. & ſi fideiuſſor. & ff. pro ſocio. l. verum. in fine. primo reſpon.

c *Sicut iam diximus*. vt ſupra eodem. §. ſi verò cum aſcendentibus.

d *Nullo modo*.] ſed hodie vocantur etiam cum theiois, & auis, vt in authen. vt fra. fil. 1. reſpon. quæ eſt contra Sol. hic corrigitur.

e *Quandoquidem*.] id eſt, quia. ratio enim erat, quia vocatur frater cum deſcendentibus, quod eſt contra ius commune huius conſtitutionis, quæ tres tantum facit ordines ſuccedendi. vnde ad conſequentiam non producuntur, & hoc hic dicit, argum. ff. de legi. & Senatuſconſ. l. quod vero contra rationem.

f *Si etiam*.] id eſt, quamuis ſed quare, cum in eodem ſint gradu? Reſpond. ſibi vocantur cum fratribus defuncti, qui pro certo repellunt patres, patruos, & auunculos, & amitas, materteras: ergo & illi nepotes debent repellere.

g *Cognatos*.] ſed vſque ad quem gradũ? nunquid ſeptimum, vt olim? Reſpond. ſic eſſet differentia inter agnatos, qui vſque ad decem vocantur, & cognatos: ſed trahe omnes ad decem cũ debeas ſucceſſiones dilatare, vt inſtitut. de ſucceſſio. cognat. §. ſi. & de bon. poſſ. §. adhuc.

h *Cognationis*.] quæro ergo an dominus cognato ſerui ſui ſuccedat, cum nihil niſi natura ſpectetur? Reſpond. non: quia

cognationis ſolis p̄bemus fratrum maſculorum, & fœminarum filijs, aut filiabus, vt in ſuorum parentum[a] iure ſuccedant. Nulli[b] alii omnino perſonę ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur. Sed & ipſis fratrum filiis, tunc hoc beneficium conferimus, quãdo cum propriis vocantur theiois maſculis, & fœminis, ſiue paterni, ſiue materni ſint.

Licet fratres ex vtroque latere coniuncti vna cũ aſcendentibus vocẽtur: tamen filij fratrum nõ ſuccedunt. Ang.

¶Si autem cũ fratribus defuncti etiam aſcendentes, ſicut iam diximus,[c] ad hæreditatem uocãtur, nullo modo[d] ad ſucceſſionem ab inteſtato fratris, aut ſororis filios uocari permittimus, neque ſi ex utroque parente eorum pater, aut mater defuncto iungebatur: quandoquidem[e] fratris, & ſororis filiis tale priuilegium dedimus, ut in propriorũ parentum ſuccedentes locum, ſoli in tertio conſtituti gradu cum iis, qui in ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem uocentur.

¶Illud palàm eſt, quia in theiois defuncti maſculis, & fœminis, ſiue a patre, ſiue a matre, præponuntur. ſi &[f] illi tertiũ cognationis ſimiliter obtineant gradum.

Si non ſunt fratres, nec filij fratrum, vocantur cæteri agnati, & cognati ſecundum gradus prærogatiuam in capita ſublata differentia agnationis, & cognationis. Ang.

¶Si uerò neq; fratres, neq; filios fratrũ, ſicut diximus, defunctus reliquerit, omnes deinceps a latere cognatos[g] ad hæreditatem uocamus, ſecũdum vniuſcuiuſq; gradus prærogatiuam, ut uiciniores gradu ipſi reliquis præponantur. Si autem plurimi eiuſdem gradus inueniantur, ſecundum perſonarum numerum inter eos hæreditas diuidatur, quod in capita noſtræ leges appellant. 1† Nullam verò* volumus eſſe differẽtiam in qua cunq; ſucceſſione, aut hæreditate inter eos, qui ad hęreditatem uocãtur, maſculos, ac fœminas, quos ad hæreditatem communiter definiuimus uocari, ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonam defuncto iungebantur: ſed in omnibus ſucceſſionibus agnatorum, cognatorumq; differentiam uacare præcipimus, ſiue per fœmineam perſonam, ſiue per emancipationem, ſiue per alium quemlibet modum prioribus legibus tractabatur, & omnes ſine qualibet huiuſmodi differẽtia ſecundum propriũ cognationis[h] gradum ad cognatorum ſucceſſionem ab inteſtato venire præcipimus.

†2 *Tutela legitima defertur ſecundum gradum, & ordinem, quo ad hæreditatem vocãtur, ſi idonei ſunt, agnationis, & cognationis differentia ſublata, regulariter mulieribus expulſis, exceptis matre, & auia, quæ omnibus ex latere venientibus præferuntur, ſolis teſtamentarijs eas præcedentibus: pluribus autem in eodem gradu exiſtentibus, magis idoneus eligendus eſt, tutela periculo omnibus imminente legibus, quæ de hæreticorum ſucceſſione loquuntur, firmis manentibus. Bart.*

¶Ex his * autem, quæ de hæreditate diximus, & diſpoſuimus, & quæ de tutela ſunt, manifeſta conſiſtunt. Sancimus enim vnumquẽque, ſecundum gradum, & ordinem, quo ad hæreditatem uocatur, aut ſolum aut cum aliis etiam functionem tutelæ ſuſcipere: nulla neq; in hac parte dr̃ia introducẽda de agnatorum,[i] ſeu cognatorum iure ſed oĩbus ſimiliter ad tutelã uocandis, quiq; ex maſculorum, quiq; ex fęminarum prole deſcendunt minori coniuncti. Hoc autem dicimus, ſi maſculi & perfectę ętatis ſint, & nulla lege prohibeantur tutelam ſuſcipere, neque excuſatione competẽte ſibimet utantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ ſubire officium, niſi mater, * aut auia[k] fuerit. His enim ſolis ſecundum hæreditatis ordinem,[l] & tutelam ſubire permittimus, ſi inter geſta[m]

neque per prætorem vocabatur, qui ſolam naturalem cauſam intuebatur, vt ff. de grad. l. ſecunda. & inſtitut. de ſeru. cognat. in principio. & in fin. & repetas hic, quæ dixi diligenter ſupra de conſan. & vteri. fra. in illa glo. hic diſtingue &c. colla 6. Accurſius.

i *Agnatorum*.] olim autem agnatis tantum dabatur, vt C. de le. tut. l. j. quæ eſt contra, ſed hic corrigit.

k *Aut auia*.] de matre etiam iure ueteri dicitur, ut C. quando mu. offi. tu. l. 2. ſed de auia hic addit.

l *Ordinem*.] primo ergo mater, & poſtea auia admittitur. Sed an idem erit in cura, quod hic in tutela dicit? Reſpondeo, ſic cum ſit eadem ratio, ut argumen. C. de cur. fu. l. cum repudiante. Item nunquid hæc mater eſt legitima tutrix. uel datiua? uidetur legitima, ut C. ad Tertul. l. omnem. ſed a iudice datur, ut hic, cum legitimos nemo det, ſed lex duodecim tabul. eos uocat, ut ff. de leg. tut. l. legitimos. Sed dic dici legitimam, id eſt, ſecundum legem a iudice datam.

m *Geſta*.] ſ. coram iudice.

Rinua-

1 † *Cap. 4. De agnatorum iure in hæreditate ſublato.*

* *De intel. huius §. vide Angel. Aret. in l. ventre. de acq. hæred. nu. 66.*

2 † *Cap. 5. De legitima tutela liberorum, & de matre, & auia.*

* *Ex hoc §. ſumpta eſt authen. quæ eſt ſi per l. 2. C. quando mu. li. tut. offi. ſun. poteſt, & incipit matri, & auiæ, & concor. gl. vnica au. med. ca. ex parte. M. ext. de app.*

* *Concor. glo. 2. in c. dilecti. cit ca fin. ext. de arb. & quæ hic dicuntur, recitantur in c. ex parte M. in glo. unica ante me. ibi. hodie tamen per auth. de appel.*

& nuptijs alijs, & auxilio Velleiani Senatuſconſulti renunciát.[a] Hæc enim ſeruantes[b] omnibus à latere cognatis, quo ad tutelã, præponũtur, teſtamentariis ſolis tutoribus præcedentibus eas. defuncti namque voluntaté, & electioné præponi volumus. ¶ Si autem[c] plurimi eundem cognationis gradum habentes, ad tutelam vocantur, iubemus communiter conuenientibus apud iudicem, cui huius partis ſolicitudo eſt, vnum, aut plures, quanti ad gubernationé ſubſtantiæ ſufficiant, ex ipſis eligi,[d] & denunciari, & eum, vel eos minoris res gubernare, tutelæ periculo oĩbus imminente, qui ad tutelam vocantur, & ſubſtantiis eorũ[e] minori ætate tacitè ſubiacentibus pro huiuſmodi gubernatione.[1] † ¶ Hæc autem * omnia, quæ de ſucceſſionibus ſancimus, obtinere in illis volumus, q catholicæ fidei ſunt; in hæreticis autem iam à nobis poſitas leges firmas præcipimus eſſe, nullã nouitaté, aut immutationem ex præſenti introducentes lege.

¶ Quæ igitur per hanc cõſtitutionem in perpetuum obſeruandam, ſanciuit noſtra trãquillitas, in illis uolumus obtinere caſibus, qui à principiis Iulii menſis præſentis ſextæ indictionis, ſeu uenerunt, ſeu poſt hac emergent. Precedentes namque caſus, qui uſque ad memoratũ tẽpus pertrãſierunt, ſecũdum ueteres leges[f] decidi præcipimus. Tua igitur gloria per præſentem legem à nobis diſpoſita, ad omnium cognitionem uenire procuret. in hac enim Regia ciuitate edictis conſuetè propoſitis, in Prouinciis autem præceptis dirigẽdis ad clariſſimos Præſides earum: vt nulli noſtri imperii ſubiectorum ſit ignota noſtræ circa eos mãſuetudinis prouidẽtia: ita tamen, ut ſine omni diſpendio ciuium, aut prouincialium, in omni loco præſentis legis fiat inſinuatio.[2] †

TITVLVS II.

Vt ſponſalitia largitas ſpecialis ſit contractus, & de diuerſis capitulis.

NOVELLA CXIX.

Sponſalitia largitas, quæ eſt ſpecialis contractus, ex omni parte valet, cuiuſcunque ſit quantitatis, etiam ſine inſinuatione. Bart.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſſi. prætoriorum Præfecto.

PROOEMIVM.

Sponſalitiã largitatem[g] contractũ ſpecialem eſſe, & iudicari, & non aliis donationibus eam connumerari per præſentem ſancimus legem, quoniam pro ea æqualitas dotis offertur. Siue igitur fiat ſub geſtis monumẽtorum eius inſinuatio, ſiue etiam non, iubemus eã per omnia ſuum robur habere tam apud mulieré, quàm apud virum,[h] ſiue ab ipſo viro, ſiue ab altero aliquo mulieri detur, ſeu conſcribatur, vel in viri perſonã donatio fiat,[i] quatenus ipſas res in nuptialem donationem conſcribat.[k] & hãc valere præcipimus, cuiuſcunque ſit donatio quantitatis, vel ſi non, ſicuti dictum eſt, inſinuetur.[3] †

Minores, ex quo poſſunt teſtari, poſſunt libertates relinquere, antiqua lege ceſſante. B.

¶ Et hoc quoque præſenti conſtitutione ſancimus, vt licentia ſit minoribus in ipſo tempore, in quo licet eis teſtari[l] de alia ſubſtantia, etiam ſuos ſeruos in vltimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimẽto ætatis faciendo: ſed vacante lege,[m] quæ hoc primitus prohibebat.[4] †

Si vnum inſtrumentum facit mentionem alterius inſtrumenti in eo, quod de alio inſtrumento mentionem facit, & non editur, non probat, niſi originale producatur, vel per alias probationes comprobetur. Bart.

¶ Et hoc * inſuper iubemus, ut ſiquis in aliquo documento[n] alterius facit mentionem docu-

a *Renunciant.*] & oĩ alij auxilio, vt ſup. vt ſine prohi. ma. §. quia vero multam. coll. 7. quæ renunciatio quo ad matrimoniũ non pudicat, ut prędicto §. Sed quo ad Velleianum ſic, ut ff. ad Velle. l. pen. Sed cum fiat iudici, qũo agenti proderit? Rñ. ſi actio q̃ritur ex ſtipulatione iudicis, multò magis replicatio, vt ſi opponatur de Velleiano, & replicet aduerſarius de renunciatione, vt ff. rem pu. ſal. fo. l. non quaſi. Item contra. C. de procu. l. alienam. Sol. hic ſpeciale. Acc.

b *Seruantes.*] i. his renunciantes mulieres.

c *Si autem*] nunc redit ad materiam ſuperiorem. Acc.

d *Eligi*] hæc electio pp commodiorẽ adminiſtrationẽ fit, ut cõis, hic, & ff. de admi. tut. l. 2. Acc.

e *Eorum.*] tacitè obligatus. C. de adminiſt. tut. l. pro officio. Acc.

f *Veteres leges.*] ut ſup. ut cum de appel. cog. §. ſi quis de prædictis. & §. generaliter.

1 † *Cap. 6. De vi, & poteſtate huius conſtitutionis.*

* *Facit ad hunc §. ca. inc̃icam?, circa med. cap. ext. de hæret. ubi excluduntur à ſucceſſione & puniuntur heretici aliqui pa... d. ca. ...*

VT SPONSALItia largitas, &c.

g *Sponſalitiam largitatem,* Sponſalitia largitas dicitur hic impropriè, i. donatio pp nupt. propriè. n. diceretur, q donaret ſpõſus ſponſæ: ſed hæc fit ad recompenſationem dotis, ut hic ſubijcit, & ſup. de aqua. do. § 1. cum ergo hic fit, dicitur ſpecialis contractus, ut hic, & ſupra de natu. lib. in cuna dep in princ. 2. colla. ibi. excipimus autem, &c. hoc eſt per ſe contractus. Item & quod in ſe habet ſpeciale aliqd. nam cum aliæ donationes exigant inſinuationem, ſi fiant vltra quingentos ſolidos, ut init. de do. §. aliæ. & hæc eadem exigebat, ut C. de do. ante nup. l. fi. § ſimilique modo. niſi eſſet minor, aut fœmina, ut C. de do. ante nup. l. minoribus. tamen hæc hodie non exigit. & ſic alijs nõ connumeratur, i. aſſimilatur in hoc, quia illa eſt ſimplex, hæc ob cauſam, ut ff. de don. l. 1. Acc.

h *Apud virum.*] qd eſt hoc dicere apud virum? Rñ. q reuocare non poteſt. Item ſi factum eſt hinc inde pactum in caſu alicuius eorum præmorientis, lucrabitur quilibet ſm pactum, ſiue fuerit inſinuatum, ſiue non, per hanc auth. ſed in hoc hodie corrigitur. nã ſi uir non inſinuet, & pacta dotalia cedant parti uiri, nullã habent exactionem pro eo, quod exceſſerit, & inſinuatum nõ fuit, ut inf. tit. ſucc. §. illud quoque.

i *Fiat.*] hoc pactum, ſ. quatenus, &c Acc.

k *Conſcribat.*] ſ. uir.

l *Teſtari.*] quod eſt in 14. annis, ut ff. de teſt. l. qua ętate. & C. de teſt. l. ſi frater.

m *Lege.*] Aelia Sentia, ut inſtit. qui ma. non poſ. §. eadem lege. & iure medio, qđ ibidem dicitur. Et nota, quòd hic loquitur in ultima uoluntate, & liber inſtitutionũ ſimiliter. unde patet l. Aeliam Sentiam non eſſe correctam, etiam inter uiuos, facta manumiſſione à minore. Acc.

n *Documento.*] priuato. ſecus fortè ſi publicum alterius publici faciat men-

2 † *Da. 7. Kal. Aug. Conſtanti. Do. Iuſti. P. P. Au. ann. 17. poſt Cõſula. Baſil. V. C. an. 2.*

3 † *Cap. 2. Minor in teſtamẽtis ſeruos manumittere poteſt.*

4 † *Cap. 3. Vt non aliter credatur inſtrumẽto de altero inſtrumento, facienti mentionẽ, quã ſi id ipſum probetur.*

* *Facit ad hunc § c. 1. ext. de fide inſtr. & ex hoc §. extracta eſt auth. C ſuper l. procurator & incipit. ſi quis in aliquo.*

mentionem ſecundum Alex. quia tunc creditur exemplo, ar. inf. ut fra fil. §. illud. & ff de admin. tuto l. chirographis. ſed tu dic ſm Ioan etiam ſi publicum ſit exemplificatum. nam ad hoc creditur exemplificato, quia ſic continetur in alio, & poteſt eſſe, ꝙ in originali erant aliæ literæ, uel cancellationes, quæ non cõtinentur in exemplo. unde non probatur plenè per exemplum, ut hic, & C. de eden. l. procurator. & ff. fami. ercif. l. ſi quæ. aliàs, Pomponius Philadelphus. & de fide inſtr. l. 2. niſi originale ſit officio iudicis ordinarij publicatũ, & ſic intelligitur infra ut fra. fil. & §. illud. & ff. de admi. tutor. l. chirographis. Acc.

eem. ar. ff quibus ex cau. maio. l. 1. §. penul. & ſ ſed & ſi. §. ait Prætor. & ff de dam. inf. l. ſi finita. §. eleganter. & ff. ne uis fi. ei qui in poſſ. l. ſi §. ſi.

m *Indigens.*] ſ. capitulum.

n *Noſtra.*] ut ff de off. Præf. præto. l. 1. § 1. & C. de ſent. Præfect. præto. l. 1.

menti, nullam ex hac memoria fieri exactionem: niſi aliud documentum,[a] cuius memoria[b] in ſecundo facta eſt, proferatur, aut alia[c] ſecundum leges probatio exhibeatur,[d] quia & q̃titas,[e] cuius memoria facta eſt, ꝓ veritate debetur. Hoc enim etiam in veteribus legibus[f] inuenitur.[1] †

Appellationis tempus ipſo iure non currit, ſi per iudicem petit, quominus cãm examinet, & ſententiã ꝓferat. Bart.

¶Hoc quoque ſãcimus, vt ſi quando appellatione ſecuta, in nouiſſima induciarum[g] díe,[h] aut pars vtraque, aut ſolus, qui appellatione vſus eſt, occurrerit, & ſuam præſentiam manifeſtauerit iudici futuro appellationis examinare[i] iudicium, aut conſiliarijs eius, aut qui lites intromittunt, & iudex cum in definitis diebus ſuſcipere differat, nullum præiudicium[k] partibus,* aut vni earum ex hoc penitus fieri, ſed & poſt hoc examinari[l] appellationes huiuſmodi, & ſententia legitima terminari.

[2] † *A ſententia Præfecti prætorio appellari non licet, ſed ſupplicari intra decẽ dierum numerum: quæ ſententia executioni mandari debet fideiuſſione præſtita, ſupplicatione porrecta, aliter nõ: retractationis iure illi ſeruãdo, qui ſe grauatum putauerit. Bar.*

¶Aliud * ad hoc capitulum noſtra indigens[m] prouidentia proſpeximus emendare: quia enim noſtræ[n] leges decernunt, ſi quando glorioſiſſimi Præfecti ſacrorum prætoriorum ſententiam protulerint, nullam appellationẽ aduerſus eam offerri, ſancimus, quoties ſententia glorioſiſſimorum Præfectorum cuiuſcunque regionis proferatur, & vnus forſan litigantium putauerit ſe grauari, habere eum licentiam petitionem[o] offerre glorioſiſſimis Præfectis, qui ſententiã protulerunt, aut eorum conſiliariis, aut cauſas introducentibus,[p] intra decem dierum inducias poſt[q] prolatam ſententiam, vt hoc ſubſecuto, non aliter executioni ſententia contradatur, niſi prius fideiuſſiones dignas præbuerit victrix pars tantæ quantitatis, quantæ fuit condemnatio, vt ſi poſt hanc retractationem modo legitimo procedente ſententia reſoluatur, res ei cum augmentis legitimis reſtituantur. Si verò intra memoratas decem dierum inducias poſt prolatam ſententiam, non obtulerit libellum is, qui putat ſe læſum; iubemus cauſæ executionem ſine fideiuſſore procedere, retractationis iure ſeruando[r] illi, qui ſe grauatum putauerit.

[3] † *Si minor reſtitutionem petit, vt ſe ab hæreditate abſtineat, creditores in præſentia conſtituti vocandi ſunt: omnibus autem, vel quibuſdam in abſentia conſtitutis, & legitimè expectatis, reſtitutio nihilominus indulgenda eſt, curatore bonis dato & bonorum inuentario facto. Bar.*

¶Ad hæc quoque ſancimus, vt ſi contigerit minores velle ſe abſtinere ab hæreditate in ſe deuoluta, & à ſe ſuſcepta,[s] ſiquidem omnes creditores præſentes fuerint in illis locis, in quibus in integrũ reſtitutio poſtulatur, vocentur à iudice creditores,[t] & præſentibus omnibus * ab huiuſmodi hæreditate ſe minores abſtineãt. Si verò omnes, aut aliqui[u] creditorum abſen-

a 2 *Aliud documentum.*] ſ. originale. Ac.
b *Memoria* i. mentio.
c *Alia.*] puta per teſtes.
d *Exhibeatur.*] hoc quod, &c.
e *Quia & quantitas.*] ſ. hæc.
f *Legibus*] vt ff. fam. ercif. l. ſi quæ cautiones. & ff de fi. inſtru. l. 2. & C. de eden. l. procurator. & ff quẽ admo. teſta. aper. l. ſi. Accur.
g *Induciarum.*] ſi fine biennij.
h *Die.*] ſ anno ſecundo in fine. & hoc innuit uerbum illud inferius, ſ. in definitis diebus.
i *Examinare.*] ſcilicet, uelle.
k *Præiudicium.*] ſiue ergo ſtet per Imperatorem, qui iudex ſit appellationis, ut ſup. de appel. §. 1. ſiue per alium iudicẽ, ut hic, nõ currit tp̃s quantũ ad effectũ: q̃a datur reſtõ, ut ff. quibus ex cau. ma. l. ſed & ſi p̃. §. ait p̃tor. & hoc in cauſa appellationis. in cauſa uerò principali triennio tm̃ durat, quicquid contingat, ut C. de iud. l. properandum. Sed quid. ſi ſteterit per alium? R ñ. nihilominus currit tp̃s, ſed agitur contra eum de dolo, ut ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo ſed ſi ille non eſſet ſoluendo, reſtitueretur ad litem, ut ff. de eo, per quem fact. erit, l. ſi. Acc.
l *Examinari.*] imò uidetur ꝙ non, ut ſup. de ijs, qui ingred. ad appel. quæ eſt contra. Solut. ibi per partes ſtetit, hic per iudi-

o *Petitionem.*] i. libellum: ſed ſupplicatio tm̃ Principi ſit faciẽda & ſic correctæ ſũt leges, quæ dicunt ſupplicari Præfecto, ut C. de preci. imper. offe. l. ſi quis. & de ſen. Præfe. præto. l. 1. ſed dico, ꝙ inter hanc petitione, & illam ſupplicationẽ nulla ſit differentia, nec ſit neceſſarius libellus. Ac.
p *Introducentibus.*] qui Referendarij dicuntur, ut inf. ut lit. iur. §. ſi. & ſup de Referen. Sed an ipſi cognoſcent de appell. Reſp. abſit: cum ſint minores, ut ſup. de ap. §. fin. ſed Princeps tm̃, uel cui ipſe committet, ut ff de mi. l. minores. in prin. & §. pen. Acc.
q *Inducias poſt.*] mãdatur ergo ſñia executioni interim: ſed contra in appellatione ſeruatur, ut ff. nil no appellatione pẽd. & in rub. & in text. niſi in caſu, ut inf. de ſanct. Epiſco § œconomus. Eſt & alia dña, quare poteſt bis appellari, ſed ſupplicari ſemel tantum, ut C. de preci. Impe. off. l. ſi quis aduerſus.
r *Seruando.*] intra biennium, ut C. de ſenten. Præfe. præto. l. 1. quæ eſt cõtra. ſed ibi bienniũ poſt ſentẽtiam datur, & poſt publicationem, hic autem dãtur decẽ dies ante ſupplicationem. Acc.
ſ *A ſe ſuſcepta.*] q̃d faciunt q̃nque ut C. ſi minor ſe ma. dix. per totum, ut quia ſit litib. & ſumptibus impedita, ut ff. de minorib. l. minor. 25 annis Acc.
t *Creditores.*] idem in legatarijs: q̃a eos hæc res tangit, arg. ſ. de hære. & Falcid. §. hinc nobis. & C. de aucto. præſtan. l. fina. alias non ualet reſtitutio, ut ff. de minorib. l. etiam. §. ſi.
u *Aliqui.*] non ergo ... præ-

1 † Cap. 4. De appellationibus.

* Concor. in c. ſtañt. iuncta glo. pen. ext. de reſcrip.

2 † Cap. 5. De retractationibus ſententiarum P. Prætorio.

* Ex hoc §. eſt extracta auth. q̃ eſt ſuper l. ſi quis. C. de precib. Impera. of. & incipit, quã ſupplicatis & concor. c. ad audientiam. in gl. ſuper ver. in irritum. ibi, ut ſi fuerit appellatum. ext. de reſcrip.

3 † Cap. 6. Si minor 25. an. reſtitutione aduerſus aditionem hæreditatis petere uoluerit.

* Concor. c. 1. cum glo. ſuper ver. conſtiterit. ext. de reſcri. bus.

præiudicatur per præſentes plures abſentibus pauciorib. Argu. contra. ff de pact. l. maiorem. & l. ſeſcen ptum & de cura. bo. dan. l. 2. Sed & hoc dici poteſt, vt abſentibus per præſentes præiudicetur, dummodo vocentur abſentes. Acc.

a *Titium.*] quare Titium? Rñ. ſic video & alias, vt ī. de lit. §. omnem. & ſup. vt cū de app. cogn. §. ſed hoc præſenti.

b *Nunquam.*] aduerbium loci.

c *Mobiles.*] niſi q̃dã pereunt per imbecillitaté ætatis, vt ff. de min. l. ait Prætor. §. ſi.

d *Cuſtodiri.*] i. cuſtodiendo curatoré, vt ff de cur. bo. dã. l. 1.

e *Agnoſcens.*] quocunque mō ſciat, vt ff. de peti. hær. l. item veniunt. § petitam. in fin. Et ſic nō ſcientiam ſuam ei nocere, vt arg C. de nu. l. ſi vicinis. ſed ex quo tempore hoc tpš. x. & xx. ann. computatur, quidam diſtinguunt. ſi poſſeſſor velit uti acceſſione ſui auctoris, tunc ex tempore, quo poſſedit anteceſſor, qui fuit malæ fidei, & tunc 30. annorum nō ex tempore ſcientiæ domini arg C. de præſcrip. lon. temp l. 1. & ff de acqui. poſ. l. Pomponius §. cum quis Alij dicunt, q̃ etiam ſi q̃ñcunq; dñs ſciat hoc decennio, vel uicennio ſibi noceat. & hoc dicunt ex hac litera, quæ dicit intra x. ann. &c. Sed ſecundum hoc, quid ſi in ultima die ſciat, & iudicis copiam non habet? hoc aūt tempus continuum eſt, ut ff de uſuca. l. nunquã. §. i. q. d. iniquitas occurrit. Dic ergo primum uerius eſſe, ut ex tempore ſcientiæ domini computetur.

f *Conteſtatus*] etiam ex miſſione executoris: ut C. de præſcrip. 30. an. l. cum notiſſimi & l. ſicut. & de his hic fit mentio.

g *Poſſidet.*] ſ. quod præſcripſerit, & quod ſubijcit, quando, id eſt, quia, uel tempora liter. Et ſic no. hodie. q̃ mala fides uendi-

* *Tractatur de hac materia i c. 2. ext. de eſſ. iud. vbi de hac vide in glo. ſuper ver. ꝓponitur.*

1 † *Cap. 7. De præſcriptionibus. Alias, de malæ fide poſſeſſoris.*

* *Ex hoc § ſumpta eſt autēt. quæ eſt ſuper l. 3. C. de præſcri. long. tem. & incipit mala fidei poſſeſſore. & facit ad hunc. §. gl. 2. in med. in cap. vlt. ext. de præſcrip.*

tes fuerint, iubemus minores volentes hoc agere, loco rum iudicem, in quibus ipſi degũt, adire: illum verò per conſuetas citationes vocare creditores, & ſi intra ſpatium trium [a] menſium nuſquam [b] appareant creditores, licere minoribus ſine periculo ab huiuſmodi hæreditate abſcedere, * iudice prouidente, apud quem agitur in integrum reſtitutio, vbi debeant hæreditariæ res mobiles, [c] & immobiles cuſtodiri: [d] quantitate quippe harum, publica deſcriptione ſub geſtis monumentorum manifeſtanda. 1 †

Habens titulum, & bonam fidem, à mala fidei poſſeſſore præſcribit inter præſentes ſpatio decem annorum, & xx. inter abſentes, ſi verus dominus hunc poſſidere ſciuit & ipſum non inquietauit. Si autem ignorauit, tunc non præſcribit, niſi ſpatio triginta ann. Item ſi quis fuerit præſens certis annis, & certis abſens, ſupra decennium ad præſcriptionem complendum adijci debent tot anni, quot fuit abſens. Angelus.

¶ Rurſus ſancimus, * vt ſi quis mala fide rem poſſidens, aut per venditionem, aut per donationem, aut aliter hanc rem alienet, qui verò putat eaſdem res competere ſibi, hoc agnoſcens, [e] intra decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes non conteſtatus [f] fuerit ſecundum leges emptorem, aut donationẽ accipientem, aut illum, ad quem res alio quolibet modo translatæ ſunt, eum, qui tales res habet, firmè eas habere, poſt decennij, videlicet, inter præſentes, & vicennii inter abſentes diſcurſum. Si autem ignorat verus alienatarũ rerum dominus, & quia res ei competunt, & quia alienatio facta eſt, nõ aliter excludi hunc, niſi per tricẽnalẽ ꝓſcriptionem, non valente dicere eo, qui res hoc mō poſſidet, quia ipſe bona fide poſſidet, [g] quando ipſe à mala fide poſſidente hoc accepit.

¶ 2 † De præſcriptione verò decennij hoc ordinare proſpeximus, vt ſi quando quiſpiam in prædicta decennij temporali præſcriptione in quibuſdam quidẽ annis præſens ſit, in quibuſdam verò abſens, alios tantos ei annos ſuper decenniũ adiici, quantos ex ipſo decennio abſens fuit. [h] Hæc autem omnia, quæ de temporali præſcriptione decreuimus, non in præteritis, ſed in futuris tantum poſt præſentem legem negotiis, atque cauſis valere præcipimus.

3 † *Teſtamentum ſuas vires obtinet ſiue teſtator per ſe, ſiue per alium nomen hæredis ſcribat vacante lege, quæ contrarium aſſerebat. Bar.*

¶ Quia verò ante hanc legẽ [i] protulimus, vt teſtator, aut manu propria, aut per teſtes nomina hæredum ſcribat in teſtamento, agnouimus autem ex huiuſmodi ſubtilitate plurima teſtamẽta deſtructa, teſtatoribus non valentibus huiuſmodi cuſtodire ſubtilitatem, aut forſan nolentibus ſcire aliquos ſuam voluntatem: [k] iubemus, licentiam quidem eſſe volentibus, hoc ſeruare in propriis teſtamentis. ſi enim hoc non obſeruant, ſed ſecundum priſcam [l] conſuetudinem teſtentur, etiam ſic firmum teſtamentum eſſe ſancimus, ſiue per ſe aliquis, ſiue per alterius perſonam nomen hæredis inſcripſerit, [m] ſi omnino reliquam legitimam obſeruationem in teſtamento teſtator obſeruauerit.

4 † *Res ab eccleſia in Principem translata poteſt à Principe in alium transferri, non obſtante lege in contrarium loquente. Bart.*

¶ Legem verò, [n] per quam ſancimus non transferri ad alios res, quæ noſtram domum ex venerabili eccleſia peruenerunt, [o] vacare ſancimus tam in iis, quæ iam ad noſtram domum legitimè peruenerunt, quàm quę poſteà peruenire futura ſunt.

totis emptori nocet hoc caſu, olim contra, ut ff. de Public. l. cum. §. Prætor. & C. de præſcr. long. tempo. l. 1. & de pericu. & com. rei vendit. l. dolum. Accur.

h *Abſens fuit.*] ut duplicetur tempus abſentiæ, ut ſi abſens fuit quinquennio, ei dentur iterũ quinque anni poſt reuerſionem, & hoc quando ex uoluntate abeſt, ſi autem ex neceſſitate, tunc ipſo iure non currit, uel reſtituitur, & dic de qua abſentia hic loquatur, ſ. de ea, quæ eſt de una in aliam Prouinciam, ut C. de pręſcri. long. temp l. fin. & facit ad hunc § ff. de minor l. interdũ. & ff. quibus ex cau. ma. l. nec non. §. ſi quis ſæpius.

i *Hanc legem.*] ut C. de teſtament. l. iubemus.

k *Voluntatem.*] q̃d eſſet neceſſe, ſi teſtaretur per nuncupationem.

l *Priſcam.*] ut in l. illa, quæ eſt C. de teſtamen l. hac conſultiſſima. nam per illam, non cogebatur ipſe, uel teſtes ſcribere nomen hæredis.

m *Inſcripſerit.*] dũmodo ipſe expreſſerit, quod eſt ſcribendum, ſecundũ quoſdam. ſi igitur nutu exprimat, non ualet ſecundum eos. Arg. contra ff de legat. 3. l. nutu. ſatis enim exprimit, cum annuit.

n *Legem verò.*] ſic eſt ſupra in colla. 5. in conſt. 6. ut decætero commutationes. contra. Sol hæc corrigit.

o *Peruenerunt.*] ne per conſequentiam res eccleſiæ alienantur.

Alienati.]

2 † *Cap. 8. De abſentibus. & ꝓſentibus in decẽnij ꝓſcriptione. Si qs fuerit præſens certis annis, & certis abſens, ſupra decenniũ ad ꝓſcriptionem complendã adijci dẽnt tot anni, quot fuit abſens.*

3 † *Cap. 9. De teſtatore non cogendo propria manu nomina hæredũ ſcribere.*

4 † *Ca. 10. De rebus mobilib. q̃ ad loca venerabilia pertinet.*

[1] † *Falcidia ceſſat iure à teſtatore alienari prohibita, his obtinentibus in caſibus præteritis nondum finitis. Bart.*

¶ Si quando * autem aliquis teſtamentum faciat, & aliquam rem immobilẽ ſuæ familiæ, aut alteri cuicunque perſonæ nomine legati reliquerit, & ſpecialiter dixerit, nullo tempore hanc rem alienari,[a] ſed aut apud hæredes, aut apud ſucceſſores illius, cui relicta eſt, permanere, in hoc legato iubemus, Falcidiam legem locum penitus non habere: quoniam alienationem[b] eius teſtator ipſe prohibuit. Hæc autem obtinere præcipimus in illis caſibus, qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilem conuentum, aut quolibet modo legitimo deciſi ſunt. Eminentia igitur tua, quæ per præſẽtem legem in perpetuum ualituram, noſtra ſanxit tranquillitas, edictis quidem in hac Regia ciuitate propoſitis, præceptis autem ad omnium Prouinciarum iudices deſtinatis, ad omnium notitiam uenire procuret.[2] †

TITVLVS III.

De alienatione, & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & aliis diuerſis contractibus, in uniuerſis locis rerum ſacrarum.

NOVELLA CXX.

Nulla eccleſia ciuitatis. Conſtantinopolitana, exceptis quibuſdam, quibus conceditur, poteſt res immobiles, vel quæ inter immobilia computantur, donare, aut alienare, niſi fiat alienatio imperiali domui. Angelus.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſſimo Orientaliũ Prætoriorũ Præfecto.

PROOEMIVM.

Multis, & diuerſis legibus[c] ſuper alienationib,[y] & emphyteuſibus, & locationibus, & reliquis[d] adminiſtrationibus eccleſiaſticarum rerum, & de plantantibus[e] præuidimus omnes[f] præſenti comprehendere lege.

¶ Sancimus igitur, nullã habere licentiam[g] ordinatores rerum huius Regiæ ciuitatis ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, aut orphanotrophii, aut noſocomii, aut xendochii, aut ptochotrophii, aut alterius uenerabilis domus hac in Regia ciuitate, ſiue in eius finibus conſtitutę, exceptis venerabilib. monaſterijs[h] aut vẽdere, aut donare, aut cõmutare, aut ſub alterno[i] dono dare, [3] † aut alio quolibet modo alienare rem immobilẽ, aut ciuilem annonam, aut ruſticum mancipium, niſi ad imperialem[k] domum cõmutatio ſola facta eſt. Sed neq; de [4] † colonis[l] ultè dari[m] quidem concedimus.[n] [5] † Emphyteuſes verò a prędicta ſanctiſſima maiore eccleſia Regiæ ciuitatis, & cõmemoratorum[o] locorum fieri iubemus[p] in perſonam eius, qui accepit, & alijs duobus deinceps hæredibus, & non amplius de ſexta parte inſtantis[q] canonis dimittimus[r] ei, qui emphyteuſis iure acceperit. De cõpetentibus verò proaſtiis,[s] ipſi ſanctiſſimæ maiori eccleſiæ, & nominatis[t] venerabilibus domibus in Regia hac ciuitate, aut in eius regione, aut manſione conſtitutis, iubemus, ſiquidem hic reditus[u] habeant, integro canone ab iis ordinatoribus, qui regunt ipſa venerabilia loca, emptyteuſim hanc ſm prædi-

a *Alienari.*] hoc præceptum eſt ſeruandum, vt C. de reb. alie. l. fin.

b *Alienationem.*] alienaret autẽ legatarius in hæredem hærede Falcidiam retinente: ſed certè imò videtur, quòd non, quia Fal. ipſo iure remanet in bonis hæredis, & in reliqua parte legati dominiũ in legatarium tranſit, vt C. de lege Falc. l. fi. Reſpõ. hoc facit hic voluntas expreſſa teſtantis, ne fiat alienatio. Et ſic no. vnum caſum, vbi ceſſat Falcidia. Sunt & alij, vt ſi eſt relictum ad pias cauſas, vt infra de eccl. titu. §. ſi autem hæres. Itẽ quando teſtator expreſſim vetuit, vt ſupra de hære. & Fal. §. ſi vero expreſſim. coll. j. Item quando quibuſdam inſolidũ ſoluit hæres, vt ſupra de hære. & Falc. §. non autem. alias generaliter habet locũ ut C. ad leg. Falc. l. 2.

DE ALIENAtione, & emphyteuſi, &c.

c *Multis. Legibus.*] ſcilicet. ꝗ latis, & ſic ſunt ablatiui abſoluti. & dicit de illa, quæ eſt ſupra de non alien. colla. j. Item & de illa. De eccl. re. immo. alien. colla. §. Item de illa. C. de ſac. ſan. ec. l. ſancimus. & de alijs, quas non habemus.

d *Reliquis.*] ſubaudi, & alijs contractibus, q ſunt reliqua adminiſtrationis earum rerum. & hoc in rub. nam alienatio pertinet ad adminiſtratorem, vt ff. ad Treb. l. mulier. Azo. argu. contra. ff. de of. Procõſ. l. j. §. j. & hoc, ſi habes in litera, & reliqua adminiſtrationis. &c. ſi autem habes, & reliquis adminiſtrationibus planum eſt.

e *De plantantibus.*] ſcilicet, ipſas eccleſias forte.

f *Omnes.*] ſ. prædictas leges.

g *Licentiam.*] hoc tenaciter in rebus eccleſiaſticis obſerua ſecundum conſuetudinẽ, vt fieri debeat earum alienatio con ſenſu patroni, ſi quis ibi fuerit, vel plebani, ſi capella plebanum habeat: alioqui cum authoritate Epiſcopi: & ſi non faciat, reuocatur, cauſa tamen cognita, ſcilicet, an decepta ſit in contractu eccleſia. Item an pretium ſit in eius utilitatem conuerſum: donare quoq; poteſt amicis bene merentibus,[z] ſecundum Alber. Item ſecundum conſuetudinem regni, etiam ſine eius conſenſu, vel authoritate ſolus prælatus dat in feudum.

h *Monaſterij.*] i. monaſteria poſſunt alienari ſm hoc, ut infra eod. §. & hoc quidẽ. ibi, in alijs.

i *Sub alterno.*] i. pari donatione in nouellis. eo. tit.

k *Ad imperialem.*] ſup. de non ali. §. ſinimus. coll. 2. & ſupra. vt de cæ. commu. in prin. collat. 5. & ſic no. ꝙ priuilegiatus a priuilegiato accipit, Arg. cotra. ff. de reb. eod. l. ſi pupillorum. circa prin.

l *De colonis.*] i. adſcriptitijs.

m *Dari.*] i. uendi, uel donari, vel alio modo.

n *Concedimus.*] quia inter immobilia cõputantur, vt ſup. de non alie. §. j.

o *Commemoratorum.* alias memoratorum & ſubaudi, prælatos.

p *Iubemus.*] i. permittimus.

q *Inſtantis.*] ſ. præſentis penſionis, ſiue reditus.

r *Dimittimus.*] alias diminuimus.

ſ *Proaſtijs.*[z]] de proximæ villæ agris, ut dicunt: ſed magis uidetur de remotis dicere, a pro, quod remotionem ſignificat, ut dicimus, Proconſule. Sic enim licet a nominis interpretatione argumentari, ut inſtit. de don. §. eſt & aliud. Sed primum verius eſt, vt innuit litera ſequens.

t *Nominatis.*] repete, & nominatis.

u *Siquidem hic reditus.*] ideſt proaſtia, Albe.

Augmen-

[1] † *Ca. 11. De lege Falcidia in rebus alienari prohibitis ceſſante.*

* *De ſenſu huius § vide lo. Anibal. in l. nemo põt. nu. 258. de legat. 1.*

[2] † *D. 13. Kal. Febr. C. P. D. N. Iuſti. P. P. Aug. Baſil. V. C. Coſ.*

[y] Sic etiã põt manumittere bene merentes, ut in c. 3. in glo. 1. extra eod.

[3] † *Aut remuneratã donationis gratia dare. Halo.*

[z] Imo uiciniam, & admonitionẽ ſignificat. Eſt. n. proaſtium ſuburbiũ.

[4] † *Colonario iure.*

[5] † *Sed neque colonario iure dari aliquid conceditur. Halo.*

ctum modum accipienti, & alijs duabus ſucceſſionibus dari, & nullam oīno releuationem, ſed agumentū[a] fieri. Si verò non hẽant ipſa proaſtia aliquos oīno reditus, licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorū in alia quantitate[b] hoc, ſicut prædictū eſt, in emphyteuſim dare. Si verò contigerit, quamlibet rem ex aliquo prædictorū locorū venerabilium emphyteutico iure datā, aut in imperialẽ domū,[c] aut in ſacrum noſtrū ærariū, aut in curiā, aut in ciuitatem aliquam, aut in curiā, aut in aliq̃ venerabilẽ aliam domū peruenire,[d] licentiam prębemus ordinatoribus venerabilium locorum, à quibus à principio emphyteuſis facta eſt, mox, vt peruenerit in vna prædictarum perſonarum[e] ipſa emphyteuſis, manifeſta re ſuā voluntatẽ intra biennium: * & aut ab his derelinqui eandem rem, ad quos[f] peruenit, & annuam penſionem, quæ pacto continetur, inferri, aut hoc recipere[g] emphyteuſi ſoluta,[h] eo ꝙ hoc ſibi prodeſſe exiſtimant.[i]

¶ Si verò * quædam[k] ſunt loca, aut ipſi ſanctiſſimæ eccleſiæ maiori, aut alicui venerabilium domorum[l] competentia, in quibus antiquæ habitationes depoſitæ[m] ſūt, & ex quibus nullus præbetur reditus, p̄dictæ verò venerabiles domus, quibus cō petunt hæc loca, reædificare non poſſunt, licentiam damus ipſis ordinatoribus earum in emphyteuſes[n] perpetuo[o] iure tradere ipſa loca: ita tamẽ, vt emphyteuſis in tertia parte[p] penſionum, quæ ex habitationib. adhuc ſtantibus colligebantur, ex principijs temporis emphyteuſeos procedat,[q] aut ſi emphyteuta maluerit, magis ſub iſto pacto accipiat loca, vt primitus ędificet, & ex adiectis illic per æſtimationẽ pēſionibus, medietatem partis pari venerabili domui, à qua ipſa loca accepit, & hoc fieri concedimus. vtatur ergo huiuſmodi emphyteuta & illic inuenta de depoſitis habitationibus materia. [1]†

¶ Si verò aliquis voluerit quamlibet rem immobilem noīe vſus accipere à ſanctiſſima maiore eccleſia regiæ ciuitatis, aut vnius memoratarum venerabilium domorum,[r] nō aliter hoc accipiat, niſi aliam rem mox dn̄ij iure præbuerit, ex quo eandem rem accepit, tantum habentem reditum, quantum hẽat res, quę ei datur, & non maioribus fiſci pręſtationibus prægrauatam, vt poſt eius mortem aut poſt tempus, in quo datio vſus conuenit, nō träſcendentem videlicet accipientis vitam, vtraque res integra & in dn̄ium, & in vſum, in eandem venerabilẽ domum perueniat. [2]† Locationes[s] verò ab ipſis venerabilibus domibus fieri concedimus, in quantoſcunque cō trahentibus annos placuerit non tranſcendentibus videlicet 30. annorum tp̄ibus. [3]†

¶ Si verò * contigerit aliquā prædictarum venerabilium domorum noīe fiſcalium tributorum, aut alterius cuiuſlibet ſuperuenientis neceſſitatis venerabili domui, pecuniis ęgere, liceat eius ordinatoribus immobilẽ rem aut ſupponere, aut dare in ſpeciale[t] pignus, & creditor poſſideat eandem rem, & eius fructus colligat, & reputet ſibi tam in his creditis pecuniis, quàm in vſuris, non autem maioribus quàm quartam partem centeſimæ.

¶ Si verò perſoluerint debitum prępoſiti eiuſdem venerabilis domus, aut ex fructibus adipleatur[u] creditum, redeat iterum res ad venerabilem domum, ex qua data eſt. [4]†

¶ Emphyteuſes verò, & hypothecas & vltra quinquēniū volumus fieri à ſanctiſſima maiore eccleſia regię ciuitatis, conſcientia, * & conſenſu beatiſſimi huius ciuitatis ep̄i, & Patriarchæ, iurantibus præſentibus Deo amabilibus œco-

a *Augmentum*] ſcilicet fieri poteſt.
b *Quantitate.*] non dicit de qua. unde ad arbitrium boni uiri dico faciendum. hoc enim quod ſequitur, ſicut prędixim⁹, &c. vult quod in ſextam partem fiat diminutio. nam, illud locū habet, quando aliquos habet reditus, ut ſupra de non ali. §. ſi uerò contra. ſecundum Al. ſed hoc ſtare non poteſt: quia ille §. ſi verò. expreſſe dicit, quando nullos habet reditus: fieri tamen computationem intra viginti annos. niſi diceres hic in eccleſia Conſt. ibi in alijs. Vel dic, quod hic dicit, ſicut pędictum eſt ſubaudi, ſcilicet illo §. ſi uero qui eſt ſupra de non alie.
c *Domum.*] ſcilicet priuatam, ut differat à ſequenti.
d *Peruenire.*] à Titio puta.
e *Perſonarum.*] ideſt domorum.
f *Ad quos.*] eis ſubaudi, ad quos, &c.
g *Recipere.*] ſcilicet, rem ipſam.
h *Soluta.*] ideſt, diſſoluata.
i *Exiſtimant.*] aliàs exiſtimauit.
k *Si vero quædam.*] licet materia præſens uſque ad § & hoc quidem. ſit de eccleſia tantum Conſtantinopolitana, ut infra eodem, §. & hoc quidem. tamen iſte generalis eſt, ut ex hac litera colligitur, ut infra eodem, §. quæcunque ideo. cum no.
l *Domorum.*] prædictarum.
m *Depoſita.*] ideſt, deſtructæ ad terram.
n *In emphyteuſes.*] perpetuas. aliàs in emphyteuſim.
o *Perpetuo*] hoc expone ut diximus ſupra de non ali. §. alienationis.
p *In tertia parte.*] diſtinguunt hic quidam, an ille, qui accepit in emphyt. rem ruinoſam, uult ſoluere ſtatim, an poſtea quam reędificauerit, ut in primo caſu fiat diminutio in ſexta parte ab eo, quod poterat colligi habitatione cōſtante. quod intelligunt R. & Py. ut tertia pars præſtetur, & duæ remittantur. Io. contra, ſcilicet ut duæ præſtentur, & tertia remittatur. ſi autem à principio ſoluere non uult, tunc præſtet medietatem adiunctæ penſionis, ut tunc debebat 10. cum erat ruinoſa, & nunc 60. additio eſt in quinquaginta: & ſic 25. dabit annis ſingulis, ut hic dicit. & hoc eodem caſu dabit conſtantem ſcilicet 10. & ſic 35. dabit, ut ſupra de non alie. §. ſi uerò omnino. quæ uidetur contra. nam cum in hoc eodem caſu loquatur, ut hic dicit, uidetur conſtantem nunc penſionem ſolui. Sed ſolue ut dictū eſt. Sed nonne ſecundum prædicta, magis grauatur, qui ſoluit ſtatim, cum tantum ei tertia remittatur: huic autem medietas? Reſp. hoc ſibi uidetur melius, & leuius, quod elegerit, ut inſti. de ac. §. huic.
q *Procedat.*] hinc ſumitur authen. ſi quas ruinas.
r *Domorum.*] nam l. iubemus. C. de ſacr. eccl. in Conſtant. ciuitate habet locum. ſed hæc in alijs ibidem adiacentibus: ſed hodie idem eſt ubique, ut infra eo. §. quęcunque. & facit ad hunc §. C. de ſacr. eccl. l. iubemus. §. fin. & ſupra de non alie. §. ſi quis autem uoluerit.
ſ *Locationes.*] ſcilicet ſimplices.
t *Speciale.*] multò magis generale. nam & per ſuperiorem legem de non ali. ſpecialiter prohibet. vt ibi dicitur. § alienationis. & §. ſi enim. Accurſius.
u *Adimpleatur.*] quod debet fieri, ut hic, & C. de pign. act. l. 1. & ff. de pi. ſi is. §. 1. & de diſtra. pig. l. 1. (bar.

* *Adde Foly. in c. in præſentia. nu. 49. ubi probat.*

* *Ex hoc §. ſumpta eſt auth. quæ eſt ſuper l. iubem⁹ aut l. C. de ſacroſa. eccl. & incipit, ſi quas ruinas. quæ auth. eſt canonizata 10. q. 2. c. caſellas. §. ſi quæ verò ruinas.*

1 † *Cap. 1. ſi quis vſus eccleſiæ habere voluerit.*

2 † *Cap. 3. vt liceat vſque ad 40. annos res eccleſiaſticas locare.*

3 † *Cap. 4. vt liceat res eccleſiæ immobiles pignori obligare.*

* *Sumpta eſt ex hoc §. auth. quæ eſt ſuper l. iubem⁹ aut l. C. de ſacroſa. eccl. & incipit item prædium. quæ authen. eſt canonizata 10. q. 2. c. caſellas. §. itē prædium.*

4 † *Cap. 5. de emphyteuſi, & hypotheca rerum eccleſiæ.*

* *Adde Foly. in c. ex parte. in ſi. de conſt.*

nomis, & chartularijs [a] eiuſdem ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, ꝙ non ad præſcriptionem iuris eius contractus efficiatur. In alijs verò venerabilibus domibus, [b] ſiquidem chartularii, ipſos æquali mó iurare præſente eo, qui præeſt venerabili domui. Si verò nó ſint chartularii ab iis, qui præſunt venerabilibus domibus, propoſitis ſanctis euangeliis, contractum fieri in ſcriptis cum iureiurando addito huiuſmodi inſtrumētis, ꝙ non ad læſionem, aut pſcriptionē venerabilis domus contractus efficitur.

¶Oeconomis * verò, & orphanotrophis, * & reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, necnon omnibus chartulariis, & parentibus eorum, & filiis, & aliis, qui per genus eis vel nuptiarū iure cōiuncti ſunt, interdicimus emphyteuſim, & locationes, ſiue hypothecas rerū ipſis venerabilibus domibus cōpetentium, aut per ſemetipſos, aut per interpoſitā perſonā accipere: [c] ſcientibus eis, ꝙ ſi tale aliqd fiat, & hoc inualidum erit, & oēm ſubſtantiam tam eorum, qui accipiunt, q̃ œconomorum, chartulariorum, & ordinatorum, quibus ſm prædictū modum cōiuncti ſunt, in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, poſt obitū eorum peruenire iubemus. [1] †

¶ Et hoc quidē ſuper iis qui maioris eccleſiæ ſunt, & prædictarū venerabiliū domorum, quę ſunt in hac regia ciuitate, vel eius circuitu adhærentiū diſpoſuimus. In aliis verò ſanctiſsimis eccleſiis, & monaſteriis, & xenodochiis, & noſocomiis, ſeu reliqs venerabilibus domibus, [d] quæ in oībus puinciis nr̃æ Reipublicæ poſitæ ſunt, verumēt monaſteriorum in hac regia ciuitate, & eius circuitu adhærentium, conſequenter definire puidimus.

¶ Licentiam igitur damus * prædictis venerabilibus domibus, nō ſolum ad tempus emphyteuſim facere immobilium rerum ſibi competentium, ſed & perpetuè [e] hæc eis emphyteutico iure volentibus dari.

¶Et ſiquidem ſanctiſsimę eccleſiæ ſint, vel aliæ venerabiles domus, quarū gubernationem loci ſanctiſsimus epiſcopus, aut per ſe, aut per venerabilem chorum clericorum faceret, cum voluntate eorum, & conſenſu [f] fieri huiuſmodi contractum iurantibus præſentibus œconomis, & adminiſtratorib. & chartulariis [g] ipſius venerabilis domus, [h] ꝙ ex hac emphyteuſi nullum damnum eidē venerabili domui infertur: Si verò ptochia, aut xenones, aut noſocomia, aut reliquę venerabiles domus ſint propriā adminiſtrationē habētes, ſiquidē venerabilia oratoria eſſe contigerit cum voluntate maioris partis ibidem ordinātium [i] clericorum, necnon & œconomi.

¶Si verò xenones, aut prochium, aut noſocomium, aut alia ſit venerabilis domus, apud prępoſitum ipſius fieri contractum, iurantibus ordinatoribus earundam [k] venerabilium domorū in præſentia Deo amabilis epiſcopi à quo præponuntur, aut ordinantur, quòd nihil ad læſionem, [l] aut præſcriptionem ipſarum venerabilium domorum de huiuſmodi contractu efficitur. In venerabilibus verò monaſterijs primates eorum cum ampliore, & maiore parte ibidem deſeruientium monachorum contractum efficiant. In prędictis verò omnibus iubemus inſcribi inſtrumentum cum iureiurando, quòd non ad læſionem aut preſcriptionem earundem [m] res [n] agitur. hac verò obſeruatione huiuſmodi pręcedente, releuationem non amplius fieri in ſexta parte reditus, quàm habet res, [o] quę in emphyteuſim datur.

¶Quęcunque verò de lapſis domibus, cōpetentibus venerabilibus domibus, quę in regia ſunt poſitę ciuitate, ſuperius [p] diſpoſuimus: hęc in his [q] venerabilibus domibus valere pcipimus.

¶Hoc etiam ſuper ipſis venerabilibus domibus definire præuidimus, vt ſi quidam ex eis, ſiue pro publicis collationibus, [r] ſiue pro alia neceſſaria cauſa eiuſdem domus debitis obnoxii [s] fiant, & non eſt poſsibile de rebus mobilibus eadem perſolui debita, & primo quidē ordine in ſpeciali [t] pignore dari rem immobilem creditori, vt eius fructus colligens, reputet ſibi tā in

a *Chartularijs.*] illi qui ſcribebant eccleſiaſtica acta, & erant de ipſa eccleſia, & habebāt omnia ad manus melius quam alij, argu. ff. de eden. l. argentarius. §. primo. Et ſic no. quod in omnium præſentia fit etiam vēditio rei ciuitatis, &c. præſentibus euangelijs, vt C. de ven. re. ad ciui. perti. l. fi. lib. 10.

b *Domibus.*] i. monaſterijs, nam de his exceperat, vt ī. e. in pri.

c *Accipere.*] non admittuntur, vt quilibet, quod dic, ut infra. §. œconomis.

d *Domibus.*] in prouincijs cōſtitutis, de quibus modo incipit tractare.

e *Perpetuè.*] hic dic, vt dixi ſupra de non alien. §. alienationis.

f *Et conſenſu.*] ſicuē ditio rei ciuitatis, vt ſupra dixi. & C. de vend. re. ad ciuit. perti. l. finali, in fine. & idem in venditione rei, quæ fuit curialis, quæ fit a curia, vt C. de prædijs, curi. l. 2.

g *Chartularijs.*] i. tabellonibus, vel ſcriptoribus.

h *Domus.*] ſiue oratoria, ideſt, eccleſia, vt differat a ſuperiori.

i *Ordinantium.*] i. ordinatorum. alias adorantium, ideſt, ſeruientium Accurſius.

k *Earundem.*] ſcilicet, domorum venerabilium.

l *Ad læſionem.*] no. aliqua permitti fieri ad vtilitatem, quæ ad damnum nō permittuntur, vt hic, & ff. de tranſact. l. cum hi. §. eā. & inſti. de auct. tut. in princ. & ff. de bonis auctoritat. iudic. poſſiden. l. prætor. §. meum. Accur.

m *Earundem.*] ſcilicet, domorum venerabilīm.

n *Res agitur.*] i. contractus Alb.

o *Res.*] ſi habet modo talem, vel maiorem reditum, quam tunc, quādo ad venerabilem domum deuenit. alias ſi minorem patum, tunc tēpus, quod venit cum ea diminutione, de qua hic dicit, vt ſupra de non alienan. §. qa uero Leonis. ſi uero multum diminuta ſubſtantia eſt ob cladem, tunc ſexua, quod dicitur infra proxim. § quęcūque, &c. & ſupra eodem, § ſi verò. Et not. quod hic ſumitur illa authen. perpetua, &c. uſque illuc, ſoluto, &c. reliqua ſumitur ſupra de non alien. §. quæ uero Leonis. & §. ſi uero. Accur.

p *Superius.*] ut ſupra eo. §. ſi uerò quędā.

q *In his.*] id eſt, in omnib. alijs per prouinciam conſtitutis.

r *Collationibus.*] ad quæ tenentur eccleſiæ, ut C. de ſacroſā. eccl. l. placet ſed hodie non per l. Friderici, ad decorem. §. j. coll. 9.

ſ *Obnoxij.*] aliàs obnoxiè. Accur.

t *In ſpeciali.*] olim tantum generale permittebatur, ut ſupra de non alien aut permut. §. alienationis. & §. ſi enim. quæ ſunt

* Ad intel. huius §. vi. Barba. in l. cū acutiſſimi nu. 116 C. de fideic.

* Adde Fely. in c. edocere. nu. 9. de reſcr.

1 † Cap. 6. de reb. aliarum eccleſiarum extra ciuitatem Conſtantinopolitanam.

* Adde Fely. in c. in præſentia. nu. 27. de prob.

ipſis debitis mutuis pecuniis, quam in vſuris, [a] non amplius quarta parte centeſimæ. [b] Si verò noluerit [c] iſto modo debitum transigere, iubemus per eos quidē qui à ſanctiſsimo Patriarcha ordinantur, ſiue Metropolitæ, ſiue alii epiſcopi ſint, ſiue archimandritæ, ſiue orphanotrophi, aut noſocomi, aut xenodochi, aut aliarum uenerabilium domorum ordinatores, apud ſanctiſſimos Patriarchas, [d] à quibus ordinantur, aut præponūtur, monumenta fieri, & cum iureiurando ordinatorum, & cōſenſu amplioris partis in eis [e] deſeruientium debitum [f] manifeſtari, & quia non eſt poſſibile [g] de rebus mobilibus iſtud perſolui: per eos verò qui à Metropolitis ordinantur, ſiue epiſcopi ſint, ſiue archimandritæ, ſiue orphanotrophi, ſiue ptochotrophi, aut aliorum venerabilium locorum ordinatores, apud eos ſimiliter Metropolitas epiſcopos huiuſmodi monumenta cōſcribi. ab illis verò epiſcopis, qui aut à Patriarchis, aut à Metropolitis epiſcopis ordinantur, & habent ſub propria iuriſdictione, aut monaſteria, aut ptochia, aut xenones, aut noſochomia, aut alias uenerabiles domos, ſub ſimilem modum fieri geſta, ita tamen, ut ſiue apud Patriarchas, ſiue apud Metropolitas, [h] ſiue apud epiſcopos alios huiuſmodi geſta fiant, nullum pro his diſpendium, aut expenſam uenerabiles domus ſuſtinere. [i]

¶ Propterea enim volumus [k] decætero apud iudices prouinciarum, aut defenſores locorum huiuſmodi monumēta à memoratis pſonis, ſiue domibus agi, ut nullum diſpendium ſentiant. poſtquā verò iſta ſubſecuta fuerint, apud memoratos ſanctiſſimos, aut Patriarchas, aut Metropolitas, aut alios epiſcopos, tunc per prædictos ordinatores debitricis domus venerabilis iuſcriptis in publico ciuitatis loco proponātur per viginti dies, & iſto mō hortentur eos, qui emere voluerint immobilem rē, vt qui plus præbet, aliis præponatur. His verò omnibus præcedentibus, venditionē fieri, pretio modis omnib. [l] pro debito dando: [m] vt non aliter habeat emptor munitionem, niſi pretium pro ipſo debito pſoluatur, & hoc euidenter inſcribatur, quòd nihil ad læſionem, aut præſcriptionem eiuſdem venerabilis domus efficitur.

¶ Si verò ſecundum prædictum modum emptor huiuſmodi rei non inueniatur, iubemus creditorem ex iure prædictorum venerabilium domorum, quod pro ſoluto dicitur eandem accipere poſſeſſionem, iuſta, & directa æſtimatione facta, & addita in pretio decima [n] parte vniuerſæ æſtimntionis, in ipſa quantitate accipere rem creditorem pro ſolutione, certo dominio poſſeſſorum: ita tamen vt ordinatores debitricis venerabilis domus, & amplior pars deſeruientium huiuſmodi venditionibus conſentiant. Quod autem præbetur in hoc, [o] immobilis res non per electionem [p] creditoris detur, ſed ſecundum æquitatem, aliud quidem fructiferarum, aliud verò poſſeſſionum ſterilium eiuſdem venerabilis domus, & in reditu earum, & in fiſcali ſolutione, & reliquæ ordinationis.

¶ Si verò quis aut epiſcopo, [q] aut œconomo, aut ordinatori cuiuſlibet uenerabilis domus, ſiue in regia ciuitate, ſiue in prouinciis conſtitutæ pecunias credidit, aut poſt hac crediderit, [r] iubemus neque eis [s] hoc reputari pro uenerabili domo, niſi primitus oſtenderint, quòd in utilitates prædictæ uenerabilis do-

ſunt contra. ſed hoc corrigitur, & permittitur etiam ſpeciale.
a *In vſuris.* hoc eſt in omni debitore, & creditore, ut C. de pign. act. l. j. & de diſtrac. pign. l. j. & caue tibi, quia licet hic permittatur in ſorte, poteſt tamē prius in vſuris percipere creditor, ut C. de ſol. l. j. & ſic non ſeruatur ordo ſcripturę, ut inſtit. de lega. §. ante hæredis. vel dic ſpeciale in eccleſia, ut hic.
b *Centeſima.*] centeſima dicitur, quę anno ſorti æquiparat quaſi rotunda, vt centenarius numerus eſt rotūdus, & hoc raro permittitur. quarta ergo dicitur, quæ quatuor annis æquiparatur: & ſic ſi bene computes facit quinque denarios ꝓ quolibet libra, & quolibet menſe.
c *Si verò noluerit.*] ſ. creditor non vult huiuſmodi pignus ſic accipere. Accur.
d *Patriarchas.*] & ſic quilibet apud ſuum ordinatorem, ut hic, & inf. ibi, per eos uero, &c. in caſu tamen fallit, ſcilicet, cum archiepiſcopus vendit. nam de ſua ſynodo duo debent interuenire epiſcopi, ut ſupra, ut nullus fabri. orato. do. §. finali.
e *In eis.*] nota duo, & maiorem partem, & deſeruiētium. maior autem pars attēditur primo in numero, ſecundo in dignitate, ut ff. de pact. s. l. maiorem deſeruientiū autem ideo. quia ſi qui mona. hi ſint de eodem monaſterio, nō tamen ibi deſeruiūt, ſed ſi in ſuis cellulis ſtant, non exigitur cōſenſus eorum. itē neque abſentium: oportet tamen eſſe pſentes duas partes oium ordinatorum, vt ff. de decret. ab ordin. faciend. l. tertia, & ff. ꝙ cuiuſque uni. l. nulli. & l. plane. & maior pars illarum, duarum partium debet conſentire, ut C. de decurioni. l. nominationum. & de præd. curi. l. ſecunda lib. 10.
f *Debitum.*] ſcilicet, per eos, ut ſupra poſuit. Sed quid ſi neſciunt, quia nouiter fuit electus, & ſic nō interfuit, quia parū eſt, quòd fuit electus? Reſpon. non compellitur peierare, argu. ff. de in lit. iur. utecamus. ſed forte iurabit œconomus, uel alius qui ibi maior ſit, ut argum. ſup. eod §. licentiam. in ſi §.
g *Poſſibile.*] id eſt, cōmodè, vt argum. ff. de verborum ſignific. l. nepos Proculo.
h *Metropolitas.*] id eſt, archiepiſcopos. Accur.
i *Suſtinere.*] ſcilicet, debeant. ſic nihil dabitur tabellioni, ut C. de epiſc. audien. l. tam de mentis. Accur.
k *Volumus.*] aliàs non volumus Accur.
l *Omnibus fieri.*] ſup. de non alien. aut permu. contra. §. nos igitur. Solu. ibi regulare, hic ſpecialiter permittitur.
m *Dando.*] emptor enim ſoluet creditori, ut ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. magis. §. ne tamen & ſupra de eccl. re immo. ali. §. ſancimus. Accur.
n *Decima.*] ſcilicet, ſi res valeat decem, detē pro 11. Alij, ſi ualet 11. detur pro 10. ſed tunc non decima, ſed nona, adderet. Azo. Alij, ut ſi res ualeat decem, detur pro nouem: quia cū in uno grauetur, ꝙ accipit eā inuitus, in alio releuetur arg. ſupra de triē. § ſtudiū. collat. 3. Sed prima uerior eſt, ut argu. infra de eccl. ti. §. ſi autē annale. Ac.
o *In hoc.*] id eſt, in ſolutione.
p *Per electionē.*] imò ad electionē creditoris, ut ſup. de fideiuſſ. §. quod aūt. quæ eſt contra. Solu. ibi creditor pretioſius metallum, ſcilicet aurū mutuauerat, vnde in reb. pretioſioribus ſolutionem dēt recipere: vel hoc ſpeciale in eccleſia, quod eſt verius.
q *Aut epiſcopo.*] nec ſufficit, ꝙ is, qui accipit, ſolitus erat in utilitatem eccleſiæ uertere, ut ff. de in rē ver. l. quod ſi, §. qd tamē.
r *Crediderit.*] ſcilicet aliquis creditor in pterito, uel in futuro credet, ut ſubijcit.
ſ *Neque eis.*] ſ. creditoribus. Accur.

Profe-

mus iſta profecerunt, neque parẽtibus eorum, & filiis, & ipſum creditorem, aut hæredes eius contra venerabilem domum habere aliquã pro ipſis actionem, niſi monſtrauerint, quòd in vtilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniæ profecerunt,[a] ſed contra mutuas accipientem pecunias, aut hæredes [b] eius, proprias moueant actiones. [1] †

Omnes eccleſiæ, excepta maiore Conſtantinopolitana, & venerabilibus locis ei ſubiectis, permutare adinuicem poſſunt, vtriuſque eccleſiæ indemnitate ſeruata: ea verò, quæ ab imperiali domo proceſſerunt, nullo modo alienari poſſunt, nec etiam monaſteria. prædium autem inutile propter onus tributorum fiſcalium alienari permittitur, excepta maiore eccleſia, & exceptis œconomis, & propinquis, quibus acquirere eſt prohibitum. Bar.

¶ Hoc verò [2] † iubemus, vt excepta ſanctiſſima maiore eccleſia regiæ ciuitatis, & venerabilib. orphanotrophijs, xenonibus, & ptochijs, quæ sũt in regia ciuitate, ſub eius conſtitutis ordinatione licẽtiam eſſe omnibus ſanctiſſimis eccleſijs, & venerabilibus domibus, necnon & monaſterijs tam in hac regia ciuitate, quàm in diuerſis prouinciis conſtitutis, permutationes adinuicem facere, [c] quando vtriq; venerabili domui ſeruatur indemnitas, cõſentientibus in ſcriptis, aut per depoſitiones huiuſmodi contractui non ſolum ordinatoribus vtriuſque venerabilis domus, ſed etiam ampliore parte in eis deſeruientium.

¶ Ea verò, quæ ab imperiali domo in quamlibet venerabilem domum peruenerunt, aut poſtea peruenerint, nullo modo vendi, aut pignori ſupponi, aut permutari, aut omnino alienari concedimus, [d] neque ſi alteras venerabiles domos tale aliquid egerint.

¶ Et quoniam cognouimus ab aliquibus fieri alienationes monaſteriorum, vt hæc à ſacra figura in priuatorum conuerſationem transferantur, & hoc omnibus modis prohibemus. Si verò tale aliquid factum deprehendatur, licentiam præbemus ſanctiſſimo loci epiſcopo hoc monaſterijs vendicare, [e] & in antiq̃ figuram reducere.

¶ Si verò quis de prædictis venerabilibus domibus, quę in hac Regia ciuitate, ſiue in aliis prouinciis ſunt excepta ſanctiſſima maiore eccleſia regiæ ciuitatis, prædium habeat plurimis fiſcalib. tributis grauatum, [f] ex quo nullus inferatur reditus venerabili domui, licentiam præbemus eiuſdem venerabilis domus ordinatoribus tale prædium alienare quolibet modo voluerint, ad perfectam ſecuritatẽ eiuſdem venerabilis domus geſtis monumentorũ, videlicet, in huiuſmodi alienatione cõficiendis ab illis, à quibus ordinatores talium locorum pręponuntur, ſiue ordinantur, & iurantibus in ſanctis ſcripturis [g] pręſente [h] eiuſdem venerabilis domus, & ampliore parte in ea deſeruientium, quòd neq; [i] per proditionem, neque per gratiam, aut quamlibet [k] pręſcriptionem alienatio fiat, ſed ut ſeruetur immunitas [l] eidẽ venerabili domui. Oeconomis verò, & ordinatoribus clericorum, & chartulariis vbicunque venerabilium domorum conſtitutarum, aut

a *Profecerunt.*] no. credentem eccleſiæ debere probare in vtilitatem eccleſiæ conuerſum, vt hic, ſic & credentem minori, vt C. ſi aduer. credi. l. 1. ſic & agens de in rem ver vt ff. de in rem ver. l. 3. §. ſed & ſi. ſed agens exercitoria, ſufficit ſi probat nauem indigere eo tempore quo mutuat. vt ff. de exerci. l. fina. & intellige uerſũ, ſiue à principio vertitur alẽdo familiam, vel ſoluendo creditori, vt ff. de in rem ver. l. 1. & 2. §. 1. ſiue ex poſt facto, vt ff. ad Maced. l. ſed Iulianus. §. proinde. & §. & ſi ab initio. Sed quid, ſi ſolitus erat hic prælatus vertere in vtilitatem eccleſię, & diligens eſſet? Videtur quod hic pręſumitur vertiſſe, argum. ff. de proba. l. cum de indebito. §. 1. & ff. de re mi. l. non omnes, §. à Barbaris. Sed dico contra, vt hic, & argum. ff. de in rem ver. l. 3. §. ſed & ſi. in fi §. Item no. hic factum perſonæ in dãnum eccleſiæ non redundare: hoc tamen fallit in tribus caſibus. Primus eſt, de hæ̃ditate hæ̃tici, vt ſupra, vt cũ de app. cog. §. ſi vero liberi. Secundus eſt in hæ̃ditate raptoris, vt infra de ſanct. epiſc. §. pen. Tertius eſt in naue extructa contra fœlicem embolam, vt C. de ſacroſanct. eccl. l. iubemus. & hæc ſunt contra huic. ſed certè nõ cõtrahendo. ſed delinquendo illud euenit. Item q̃d ſi mutuauerit pec. toti capitulo? adhuc dico habere locum, q̃d hic dicit, vt melius debeat probare, licet quidã dicant contra ſed Azo dicit probari poſſe ꝑ præſumptionem, per l. fi. ff. de exercito. vel q̃a diligẽs, per l. ff. de probatio. l. cum de indebito. §. 1. vel quia omnibus ſimul ſit data, per l. C. de ſacroſanc. eccl. l. iubemus. ſed illa in delicto loq̃tur, vt ibi dixi. præterea hæc litera vult ſubtiliter ꝓbari, ſicut in rẽ ver. vt dixi ꝑ l. ff. de i rẽ ver. l. 3. §. ſed ſi ſic.

b *Aut hæredes*] et ſupra de non alienan. §. œconomum. collat. tertia, & argumen ff. ſi certum petatur. l. ciuitas.

c *Facere.*] permutat ergo cũ eccleſia, vel cum alio venerabili loco, vt hic, & ſupra conſti. quæ ex adſcrip. § fina. collat. 5. Item cum principe, vt ſupra de non alie. §. finimus. & ſupra vt de cæt non ſinapi. §. 1.

[1] † *Cap. 7. de permutatione rerum eccleſiaſticarũ.*

[2] † *Quæq; Hal.*

d *Concedimus.*] hic not. quinque caſus, in quibus eccleſia nullo modo alienat. Primus, quando à principe res data eſt, ut hic Secundus, quando ipſum monaſterium, vel eccleſia alienatur, vt infra proxi. §. Tertius, quando ipſemet emeret, vel cognato uenderet, ut infra eod. §. œconomus. Q..artus, quando ſub hac conditione eccleſiæ res data eſt, ne alienetur, ut infra eo. §. ſanctiſſimus. Quintus eſt, quia hæretico non alienat, ut infra de eccleſia. ti §. iubemus. His enim calib. prohibetur alienatio, etiã ſi tali modo fieret, in quo aliàs permitteretur. permittitur autem alienatio in ſex caſibus, quod dic, ut ſupra de non alienandis. §. nos igitur in fi.

e *Vendicare.*] quomodo uendicat res eccleſiaſtica, ſicut hic dicit. & C de ſacroſanctis eccleſijs, l. ſancimus. & l. iubemus. §? ſanè. in fine. §. & maximè ipſum monaſterium, ut hic dicit. & ſupra de nõ alienan. §. quia uerò cognouimus cum uendicatio domino detur: & ideo cum in talibus dominium quis non habeat, ceſſare debeat uendicatio, ut ff. de rei uendi. l. in rem. §. locat. quæ eſt contra? Reſpon. uendicatur utilis, non directa: uel dic non quaſi ſua uendicat, ſed quaſi eccleſiæ, & eius nomine, ut & tutor nomine pupilli.

f *Grauatum.*] ſed hic quæritur, nonne tributa propter ſterilitatem minuũtur, ut C. de alluuionibus. l 2.? Reſpondeo, propter præterita tributa non ſoluta dicitur inutile. nã .. poſſeſſore ſemper petuntur, ut ff. de publicanis. l. Imperator.

g *Scripturis.*] ſ. ſupra ſancta euangelia.

h *Præſente.*] ſ. epiſcopo. Alb uel alio prælato uendente.

i *Quid neque.*] nũc cõputat ſacramentum.

k *Quamlibet.*] ſcilicet, pecunia accepta.

l *Immunitas.*] ideſt, indemnitas.

quibus ſecundū genus, aut ſecundum matrimonij, iura coniunguntur, locationes, aut emphyteuſeis, aut emptiones, aut hypothecas rerū immobilium ipſis venerabilibus domibus cōpetentium ſubire, aut p ſe, aut per interpoſitam perſonam,[a] ſm quod & ijs, qui in regia ciuitate ſunt, prohibemus.[b]

[1] † *Si conductor, vel emphyteuta rem acceptam deteriorem fecerit, vel canonem per biennium non ſoluerit, poteſt reijci de re, & damnum, & penſionem ſoluere cogendus eſt, nulla actione pro melioratione competente: eccleſia aūt repellere nolente exigere pōt, quod ei debetur. B.*

¶ Si verò quis[*] aut locator, aut emphyteuta cuius[c] rei competentis, aut ſāctiſſimæ maiori eccleſiæ, aut alteri venerabili domus, in quolibet loco noſtræ reipublicæ cōſtitutæ, aut deteriorē faciat rem, quā quidē aut accepit, aut p hoc acceperit, aut per biennium[d] non intulerit (quod ab eo promiſſum eſt) emphyteuticum aut locationis canonem, damus licentiam uenerabili domui, ex qua locatio, aut emphyteuſis facta eſt, & quæ debētur ſolū pro præcedente[e] [2] † tempore, & antiquum ſtatum [3] † locatæ, ſiue emphyteuticæ rei exigere, & eijcere de emphyteuſi ſiue de locatione, non ualentē de emponematis actionem, aliquā contra uenerabiles domos mouere.

¶ Si uerò noluerint prædicti ordinatores expellere eū, exigi quidem eum præcipimus, quæ pro locatione, ſiue emphyteuſi debere cognoſcitur, uſq; ad definitum uerò tempus completum, ſibi datam rem tenere eum, & quæ placita ſunt dare.[f] Si uerò refugiat, licētiam præbemus præpoſitis eorundē venerabilium locorum, indēnitatē uenerabilibus domibus de eiuſdem rebus fieri, non valente neque hic de emponematis[g] [4] † aliquid prætendere.

[5] † *Immobiles res eccleſiæ poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, niſi earum alienatio eccleſiæ fuerit expreſſe interdicta. Itē Hieroſolymorum eccleſia res immobiles alienare legitimè poteſt pretio ſtatuto. Bartolus.*

¶ Sāctiſſimas vero eccleſias oēs, [6] † ſeu œconomos [7] † ciuitatum[h] præcipimus alienare res immobiles pro captiuorum redemptione, niſi ſub hac conditione poſſeſſiones aliq eis dederint, vt nullo mō has alienent.[i] Hoc aūt concedimus, vt Hieroſolymorum ſanctiſſima eccleſia licētiam hēat domos cōpetentes ei non poſitas in eadē ſancta ciuitate vendere, non minori ṗtio, q̄ de pēſionibus ei⁹ in quinquaginta[k] annis colligit, ut ex earū ṗtio reditus meliores emat.

¶ Si uerò quidā cuilibet uenerabili domui, ſiue in hac regia ciuitate, ſiue in ṗuinciis poſitæ ſteriles poſſeſſiones donauerint, aut uēdiderint, aut alio modo cōceſſerint,[l] aut derelinquerint,[m] iubemus pro talibus rebus nullam læſionem ſuſtinere uenerabilem domū, in quā huiuſmodi poſſeſſiones peruenerūt, aut fiſcalium nomine,[n] aut alterius cuiuſlibet cauſæ gratia prægrauari, ſed omne huiuſmodi onus in dantes, & eorū hæredes recurrere: neceſſitatem habentib. recipere datas hmōi poſſeſſiōes, & reſtituere de propria facultate uenerabili domui oē damnum, quod ex hmōi occaſione ei contigerit: Si uerò ēt talis dolus in re ſubſecutus eſt, ut aliquæ pecuniæ pro hoc uenerabili domui darentur, & eas iubemus in proprium lucrum uenerabilem domum habere: ſteriles uerò res ei, qui dedit, & hæredibus eius omnino reſtitui. Ad hoc iubemus, ut nulla neceſſitas ſanctiſſimis eccleſijs, uel aliis uenerabilibus locis, tam in regia ciuitate, quàm in omnibus reipublicæ noſtræ prouinciis poſitis inferatur, poſſeſſiones ſteriles, aut frugiferas ubilibet conſtitutas emere: ut non inueniantur per hanc occaſionē, & quas hn̄t ṗdere, aut debitis obnoxiare.

a *Per interpoſitā perſonam.*] not. non admittuntur iſti, ut quilibet, ut & iudex de officio ſuo, ut ff. de contrahen. emp. l. nō licet. & tutor de tutela. ut ff. de autor. tutor. l. pupillus. & de reb. eo. quamuis & creditor, & emptor in emptione pignorum, ut C. de diſtract. pign. l. q ſub imagine. nec fideiuſſor, vt C. de do. l. j. ſed uidetur, quod clerici poſſunt accipere, ut inf. de ſanct. epiſc §. ſi autem. Sol. ibi de clericis ſubditus. hic de prælatis.

b *Prohibemus.*] id eſt, ſicut prohibuimus de rebus eccleſiæ regiæ ciuitatis, ut ſup. eo. §. emphyteuſis: ita in alijs ciuitatibus. Accurſius.

c *Cuius.*] ideſt, alicuius.

d *Per biennium.*] nota hic in emphyteuſi eccleſiæ, uel conductore biennium, ut hic, in emphyteuſi priuati triennium, ut C de iure emphyteu. l. ſecunda, in colono priuati biennium, ut ff. loc. l. quæro. §. inter. Sed quid ſi eccleſia habeat? Respond. ſeruabo, quod hic dicit, argumen. C. de fructibus, & lit. expen. l. fi.

e *Præcedente.*] hoc ideo, quia contractus à princip. ſecundum legem eſt initus: alioqui etiam pro futuro tempore ſoluit, ut ſupra de non alie. re. eccl. §. ſi uerò quiſpiam. collat. ſecunda, Azo quæ eſt contra. & infra eodem, §. ſi uerò emphyteuſis. quæ eſt contra. & ſic eo caſu locupletaretur eccleſia cum aliena iactura. ſed ſibi imputaret, cum quis ſua culpa damnum ſentiret, &c. ut ff de regu. iur. l. quod quis.

f *Dare.*] compellitur reconducere uel tenere conductionē. ſic ff. de publ. & uectig. l. cotem §. fin. argum. contra in eod. titulo de publica. l. locatio. §. j. & de iure fiſci. l. 3. §. cum quinquennium. Accurſius.

g *De emponematis.*] ideſt, de meliorationibus. Et ſic no. quod ſi dicitur propter non ſolutam penſionem, nihil obijcit de huiuſmodi meliorationibus, ſecus in colono priuati hoc eodem caſu, ut ff. locati l. colonus. quæ eſt contra. Accurſius.

h *Ciuitatum.*] ideſt eccleſiarum, quę ſunt in ſingulis ciuitatibus. & eſt ad hunc §. C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus. in fi. vbi dicit, quod animæ hominum, &c.

i *Alienent.*] quod pactum eſt ſeruandum, ut C. de re. alie. non alienan. l. finali, & de pa. inter emp. l. fi. & ſupra ut ſponſ. larg. §. fi.

k *Quinquaginta.*] ſic & alias pretium ex reditu conſtituitur, ut infra de eccl. titu. §. ſi autem annale & ſupra eod. §. quod autem præbetur.

l *Conceſſerint.*] ſcilicet, inter uiuos.

m *Dereliquerint.*] in ultima uoluntate: & hoc declarat uerbum relinquere, ut ff. de tabulis exhiben. l. j. in fi.

n *Nomine.*] non futuri temporis nomine: quia non poteſt cogi amplius præſtare, quam percipiat, ut C. de alluuij. l. ſecunda, & ſic nullum eſſe priuilegium: ſed præteriti, cuius nomine poſſeſſores tenentur, ut ff de publ. l. Imperator. & concordat ad hunc §. ſupra de nō alie. §. ſicut autem. in fi ti. coll. 2.

Diſpo-

1 † Cap. 8. ſi emphyteuta eccleſiæ per biennium in ſoluendo canone ceſſauerit.

** Concor. cū hoc §. c. vlt. cū ſuis glo. extra de loc. & condu.*

2 † Aliàs, ſolo præcedente.

3 † Aliàs, ſtatutum.

4 † Emphyteutematib.

5 † Cap. 9. vt liceat p redemptione captiuorum res immobiles eccleſiæ alienare.

6 † Odeſſi.

7 † Tomeri ſit vtrunq; rectius. q̄q̄ in manuſcripta Iuliani epitome legitur, edeſſe, & Tomeos. ſunt autem Tomes, & Odeſſus Thraciæ oppida ad Iſtrum fluuium. de quib. Plin. lib. 4. c. 11. Conſt.

a *Diſpoſuimus.*] vt ſupra eod. §. ſi verò aliquis.
b *Redemptione.*] hoc autẽ idem erat iam conſtitutum, vt C de ſacroſan eccleſ. l. ſancimus. & ſup. de nõ ali. §. ijſdem.
c *Conflare.*] i. confringere, & ſic vendere, quòd ſequitur, ſcilicet cuicunque.
d *Eidem*] & ſic hoc caſu, & ſequentibus lucratur cum aliena iactura. & ſic eſt contra. ff. de condict. in deb. l. nam hoc natura. Solu. eccleſia non iniuria, ſed iure fit locupletior: quia emphyteutę ſua põt obiici culpa, vt ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. & dixi ſup. §. ſi verò quis. & concordat huic. & ſeq §. quod eſt ſupra de non alie. §. quia verò Leonis. cum ſeq. & quæ ibi diximus, hic poſſunt repeti.
e *Tale.*] ſcilicet. illicitum.
f *Loquebantur.*] ſ. ſi contra legem iſtã loquantur.

VT

1 † *Ca. 10. de ſacris vaſis cuiuſcunque eccleſia, vel oratorij.*
* *Ex hoc §. ſumpta eſt authen. quæ eſt ſup l. ſancim⁹ nemini licere. C. de ſacroſa. eccle. & incipit, præterea ſi hæc.*

¶Si verò quis voluerit rẽ immobilẽ nomine vſus accipere ab aliqua prædictarũ venerabilium domorũ, (ſecundũ qđ ſuperius de venerabilib. domibus, q̃ in regia ciuitate ſũt poſitę, diſpoſuimus[a]) nõ aliter hoc accipiat, niſi aliã mox rẽ dñij iure præſtiterit venerabili domui, à qua eandẽ rem acceperit tantum habentẽ reditum, quantum habet res, quæ ei dat̃, & nõ maioribus tributis grauatam, quatenus poſt eius trãſitum, aut tẽpus, in quo datio vſus eſt placita, non tranſcẽdens ſcilicet, eius, qui acceperit vitæ tẽpus, utranque rem integro iure & ſecundũ dominium, & ſecundũ uſum in ipſam venerabilẽ domum peruenire. Et hoc quidẽ de immobilib. rebus iubemus.[1] †

¶De ſacris * autẽ vaſis competentib. ſanctiſſimæ maiori eccleſiæ regiæ ciuitatis, aut alijs venerabilib. oratorij domib. in qualicunque loco noſtræ reipublicæ poſitis, generaliter conſtituimus, ut non aliter hæc vendantur, aut ſupponantur, niſi pro captiuorum redemptione.

¶Si verò ſint plura vaſa in aliqua memoratarũ venerabilium domorum, nullum neceſſarium vſum facientia, & contigerit huiuſmodi venerabilem locum debitis aggrauari, & non ſint aliæ manifeſtæ res, de quibus debeant debita reddi, licentiã ei damus geſtis monumentorum, ſicuti ſuperius dictũ eſt, conſtitutis, prædicta ſuperflua vaſa, aut alijs venerabilibus locis neceſſaria non habentibus vendere, aut conflare,[c] & ſimiliter uendere, & eorũ pretium in debitum præbere: vt non immobiles res alienentur.

2 † *Cap. 11. omnibus pœnis ſubijciantur q. præſentem conſtitutionem violauerint.*

[2]† *Contrahentes cum eccleſia contra, vel præter formam huius conſtitutionis, pœna hic inſerta puniuntur & etiam tabellio, qui talia contractuũ inſtrumenta conſcripſerit. Bartolus.*

¶Si verò præter hæc, quæ inſerta ſunt p̃ſenti legi, cõtractus fiat ſuper cõpetentib. rebus mobilibus, & immobilibus vni memoratarum venerabiliũ domorũ, reddi quidem eidem [d] ſanctiſſimæ eccleſiæ, ſiue venerabili domui rem, ſuper quam tale[e] aliqđ ſubſecutũ eſt, cũ medij tpis fructibus: maneat aũt apud eam & pretiũ, aut antidorum, aut qđ pro permutatione, aut ália qualibet occaſione datũ eſt ei. Si uerò emphyteuſis agatur præter hæc q̃ diſpoſita ſunt a nobis, reddi ſanctiſſimæ eccleſiæ, ſiue uenerabilibus domibus, vel locis eandem rem iubemus, & emphyteuticum, ſecundum quod placitum eſt, dare, & pactum finiri ſecundum virtutem emphyteuticalium inſtrumentorum.

¶ Vt aũt* non ſolum corporales pœnæ, ſed ẽt pecuniariæ mediocres fiant, ſancimus, eos, q in criminibus accuſantur, in quibus leges mortem, aut præſcriptionẽ[e] definiũt, ſi conuincantur, aut condẽnentur, eorũ ſubſtantias non fieri lucrum iudicibus, aut eorum officiis, ſed neq; ſm veteres leges fiſco eas applicari: ſed ſi quidem hẽant deſcendentes, & aſcendentes vſq; ad tertium gradum, eos hr̃e: ſi verò mulieres[f] hẽant, qui condemnati ſunt, oĩbus modis iubemus iſtas, & dotẽ, & antenuptialẽ donationẽ accipere. Si verò ſine dote talib. perſonis coniunctæ fuerint, à legib. definitã partem de tota ſubſtantia condemnati eas accipere, ſiue filios[g] habeant, ſiue non. Si verò neminem prædictorũ habeat, qui deliquit, tunc fiſco[h] ſociari eius ſubſtantiã. In Maieſtatis verò crimine condemnatis, veteres leges[i] ſeruari iubemus.[1] †

TITVLVS XI.

Vt differentes iudices[k] audire interpellantium allegationes, cogantur ab Epiſcopis hoc agere, & vt quando in ſuſpicionem habuerint iudicem, pariter audiat cauſam & ciuitatis Epiſcopus, & de cautela alia, quam omnino oportet Epiſcopum agere.

NOVELLA LXXXVI.

Epiſcopi debent iudices ad iuſtitiã faciendam cõpellere, aut per ſe, aut per literas ad Principem directas, & iudice ex ſtente ſuſpecto, adiungi ſibi debet Epiſcopus: litigator autem Principẽ adiens, priuſquam adeat iudicem, vel Epiſcopum, eſt puniendus. Bar.

Imperator Iuſtinia. A. edictum.

PROOEMIVM.

Ex quo nos Deus Romanorum pręposuit imperio, oẽ habemus ſtudiũ vniuerſa agere ad vtilitatem ſubiectorum commiſſæ nobis à Deo Reipublicæ, & illa facere, q̃ omni difficultate, & læſione atq; cõtritione priuent, ne occaſione litium, & aliorum quorundam diſcedere cogantur à propria patria, & in peregrinis affligi.[2]† Propterea igitur & præſenti proſpeximus præſens edictum ad omnes dirigere ſubiectos, & palã facere oium ciuitatum, & vicorum habitatoribus, quatenus ſi quis habuerit contentionem aduerſus alium, ſiue de pecuniaria cauſa, ſiue de ſublatione rerum mobilium, & immobilium ſeſeq; mouentium, ſiue de criminalib. prius interpellet clariſſimum Prouinciæ[l] iudicem, & vt ipſe ſm noſtras leges examinet ea, quæ præponuntur & vnicuique iuſtitiam ſeruet. Si verò, dum aliquis adierit iudicem Prouinciæ, non meruerit iuſtitiam, tunc iubemus eum adire ſuum ſanctiſſimum Epiſcopum, & ipſum mittere ad clariſſimum Prouinciæ iudicem, aut per ſe uenire ad eum, & præparare eum, ut omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni iuſtitia, ſecundum noſtras leges, vt nõ cogatur peregrè de ſua patria proficiſci. Si verò etiam ſanctiſſimo Archiepiſcopo compellente, iudicem cum iuſtitia determinare interpellantium cauſas, iudex differat diſcernere negotium, & non ſeruet litigantibus

---

quis. quòd ſup. ut liceat matri. & auiæ. §. auiæ. §. is quoque. Accur.

a *Articuli diſſoluuntur.*] ut quia tandiu trahebat ei brachiũ, donec auellebat ab armo, ſimilis prouidentia habetur. C. de pœ. ſi quis in metallum.

b *Tranſmittatur.*] repete ſecundum legũ uirtutem, &c.

c *Abſciſſionem exigat.*] quod fiat quandoque, ut ſup. de mãda. Prin. § coges. collat. 3. & C. de ſer. fugi. l. 2. Sed quã? Reſp. in qua minus poteſt. arg. C. de pœ l. pen. Alij contra.

d *Pro furto autem.* ſuſpenduntur enim, ut ff de pœ. l. capitalium. §. famoſos.

e *Praeſcriptionem.*] alias deportationẽ.

f *Mulieres.* [ſ. uxores.

g *Filios.*] quod dic, ut ſupra ut liceat matri, & auiæ. § quia uero legem dudum. coll. 8.

h *Tunc fiſco.*] ſupra de inceſt. nup. § 1. contra. Sol. quidam dicunt iſtam corrigere. Alij dicunt ibi ſpeciale, ut eſſet in crimine læſæ Maieſtatis, ut infra eod. in fi. alij dicunt non eſſe contrariam. ibi enim confiſcatio fit bonorum eo uiuente, & in ciuitate permanente, qui deliquit. unde cum ciuis remaneat, pœnam ſentit amiſſionis bonorum: ubi uero de capitali crimine dãnatur, quia ei nulla eſt pœna cõfiſcatio bonorum, ut pote cum bonis ammodo non utetur, merito ceſſat confiſcatio, non enim res deliquit, ſed perſona. unde perſona tantũ puniri debet: per confiſcationem uero nõ punitetur, ut ſupra de mãda. Prin. § oportet.

i *Leges.*] quæ ſunt C. ad legem Iuliam Maie. l. fi. §. pen. & l. quiſquis.

K VT DIFFERENtes iudi. &c.

Prima pars expeditur, 7 c. vſque ad § ſi vero contigerit ſecunda, & ut quando, &c. expeditur poſtea uſque in finem.

l Ex quo. *Prouinciæ.*] hæc eadẽ dicuntur ſup. de manda. Prin. § ſi tibi quoque teſtuum. coll. 3.

Quæ.

---

z Vt ſcilicet terreãtur tali aſpectu, ut dicit ibi textus. & in c. clericos. extra de cohab. cle. & mulie.

* *Ex hoc §. ſumpta eſt authen. quæ eſt ſuper l. fin. C. de bon. dã. de qua authen. facit mentionem ca. ex literis. in glo. ſuper ver. maleficiũ. ext. de pig. vbi dicitur: ꝑ propter maleficium uiri mulier non punitur, ut hic in verſi. ſi verò.*

1† *D. Ka. Maij. (T. Iuſt. P. P. Aug. u. Baſil. V. C. Coſſ.*

2† *Ca.*

iuſtitiam, iubemus, Sanctiſſimum ciuitatis illius Epiſcopum dare ad nos literas ei, qui non meruerit, quod iuſtum eſt, inſinuantes, quia coactus ab eo iudex diſtulit audire interpellantem, & iudicare inter eum, & qui ab eo conuentus eſt, vt hoc cognoſcentes nos ſupplicia inferamus iudici Prouinciæ, qui interpellatus ab eo, qui iniuſtitiam paſſus eſt, & coactus à Santiſſimo Archiepiſcopo non iudicauerit, quæ in dubitationem venerunt.

¶ Si verò cõtigerit, quendã[a] noſtrorum ſubiectorum in dubitationem habere iudicem,[b] iubemus, Sanctiſſimũ Archiepiſcopum audire cũ clariſſimo iudice, vt ambo ꝑ amicabilem conuentum[c] diſſoluant, quæ dubia ſunt, vt aut per annotationẽ ſcriptis factam, aut cognitionaliter[d] iudicetur inter litigantes, & forma detur iuſtitiæ, legibusq; conueniens, vt non cogantur noſtri ſubiecti propter huiuſmodi cauſas recedere a propria pr̃ia.

¶ Si quis uerò exiſtimãs hr̃e ſe aduerſus aliquẽ qualibet actionẽ, neq; clariſſimũ prouinciæ iudicem interpellet, neque Sanctiſſimũ ciuitatis Ep̃m adeat, & ita ueniat huc abſque literis Deo amabilis Ep̃i ciuitatis, ſciat, qm̃ & ipſe talis ſuſtinebit pęnas, quales futurus eſſet ſuſtinere iudex, ſi interpellatus ab eo nõ ſtuduiſſet[e] ei ſeruare iuſtitiã. Hæc aũt omnia ſancire perſpeximus propter utilitatem eorum, qui habitant per ciuitates, & uiuos, ne priuati ꝓpriis prouinciis, & ipſi in peregrinis[f] affligantur, & res eorum lædantur. Propterea .n. iudices gratis facimus, & iuſiurandum eos iubemus ſubire, ut unicuique[g] interpellanti iuſtitiam ſeruent ſecundum noſtras leges.

¶ Si tamen* cõtigerit, quendam noſtrorum ſubiectorũ ab ipſo clariſſimo Prouincię iudice lædi, iubemus, eum adire Sanctiſſimum illius ciuitatis Epiſcopum, & ipſum iudicare[h] inter clariſſimum illius prouinciæ iudicem, & eum, qui[i] putatur lædi ab eo. Et ſi quidem contigerit, iudicem legitimè, & iuſtè iudicari à Sanctiſſimo Epiſcopo, ſatisfacere eum omnib. modis ei, q. interpellauit aduerſus eũ. Si uerò refutauerit iudex hoc agere, & peruenerit ad nos ipſa lis, ſiquidẽ inuenerimus, quia iuſtè, & ſcd̃m leges aditus a Sanctiſſimo Epiſcopo, ea, quę condemnatus eſt, non fecit, nouiſſimis eum ſupplicijs ſubdi pręcipimus: quoniam qui debet uindicare oppreſsũ, ipſum opprimere[k] reperĩ: ſed etiam ſubiectum ei officium iubemus cum omni ſtudio adminiſtrantes clariſſimis iudicibus interpellantes abſoluere, nihil accipientes præter illa, quæ noſtris conſtituta ſunt legibus. [1] †

Epiſcopus de iniuſtitia iudicis, & læſione ſubditorum iudicare debet, & læſo damnum facere emendari: pœna contra facientibus imminente. Item in ciuitatibus, in quibus ſunt iudices, ſubditi adire debent defenſorẽ, qui inter eos iudicare dẽt. B.

¶ Si uerò hæc non cuſtodiant,[l] ſubdi iubemus ſuppliciis. Si tamen inuenerimus quendam Sanctiſſimorum Epiſcoporum pro gratia cuiuſpiã prodere iuſtitiam, regularem ei caſtigationem inferri iubemus, ut ſtudeant cum timore Dei iuſtè iudicare: ne nos[m] imperantes[n] iuſtitiam, cogamus homines relinquere proprias ciuitates, atq; prouincias, & in loca quælibet alia iniqua concurrere. In ciuitatibus autem, in quibus nõ ſunt iudices,[o] iubemus eos, qui habent cauſas, adire defenſorẽ, & ipſum diſcernere inter eos. Si verò litem habentes uoluerint Defenſorem vna cum Sanctiſſimo Epiſcopo iudicare, & hoc agi præcipimus: neque autem monachum, neque clericum, neque Epiſcopum iubemus uenire huc, abſque literis Sanctiſſimi ſui Patriarchæ.[p] Si uerò hoc fecerint, ſciant, quia ſemetipſos ſchemate faciunt indignos.

¶ Si quis aũt magiſterianus, aut præfectianus,[q] aut cuiuſcunque fortunæ exiſtens acceperit amplius ſportularum, quàm definitũ eſt ſacris noſtris conſtitutionibus,[r] iubemus omnibus mo-

a *Quendam.*] uunqd tam in actore, q̃ in reo hic loquitur? R ñ. ut dixi ſup. de execu. & ijs, qui con. & te. §. fin.
b *Iudicem.*] i. Præſidem.
c *Conuentum.*] Quid dicemus, ſi lex illa non corrigitur, quæ eſt. ff. de arb. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. nunquid totus mundus errat? nam oẽs uidemus partes cogi, vt in ſe compromittant. nam & arbitrium in ſe ſupplices libenter ſuſcipiunt. dico ãt nõ ſuſcipiũt, vt ſint arbitri, ſed arbitrantes. & plus dico, non arbitriũ eſſe, nõ ſnſam, ſed tranſactionẽ, ſicut & uenditio, quæ ita fit, quanti Titius arbitratus fuerit, vt C. de contrah. em. l. ult. & inſt. de empt. & uen. § pretiũ aũt. quod ex eo põt apparere, ꝙ nõ totum id, quod reo debetur, faciunt ei præſtari: & interdum reũ, aduerſus quem nihil probatũ eſt, aliquid præſtare iubeant. Item nihil poſtea cognoſcet de cluſis: ſed dicet neqd actor petat amplius de eo, ꝙ primitus petierat, ꝙ ſecus obſeruaretur. ſi eſſet arbitrium, in quo ad inſtar iudicij ſnſa daretur. Io. Itẽ qd, ſi eſt iudex unius, alterius non? R ñ vĩ, ꝙ ualeat compromiſſum: uel dic ſm Bul intereſſe, vtrũ ſit iudex rei, & tunc non ualeat, an actoris, & tũc ualeat: quia forum ex perſona rei metimur, ut C. de iuriſd. om. iud. l iuris ordinem. Acc.
d *Cognitionaliter.*] i. ſecundum ordinem iuris. Acc.
e *Si non ſtuduiſſet.*] ſ. de man. Prin. §. & non permittere.
f *In peregrinis.*] pauperes facti ꝑ ꝑ nõ ſeruatam eis iuſtitiam, uel ad nos uenientes propter eandem cauſam. Acc.
g *Vnicuique.*] ut ſup. de defen. ciui. §. iuiurandum, quod præ. & de iudici. §. antepe.
h *Iudicare.*] i. condẽnare. Acc.
i *Eum qui.*] ſed qũo hoc? duab. rõnib. hoc ſtare non põt. Prima, qa expreſsè inhibet, ut ſ. ut iud. ſine quo. ſuf. §. illud. quæ eſt cõtra Scd̃a, qa de maioribus eſt: vñ durãte officio conueniri nõ põt, ut ff. qui ex cau. maio. l. ſed & ſi per Prætorẽ. § 2. quæ eſt contra. Solu. dicas, ꝙ hic de minorib. iudicib. dr̃, ut ff de iureiu l. nec Magiſtratib. ꝙ nihil eſt. dic ergo, ꝙ hic loquitur in furtis, & ſimilibus, in qbus ẽt durãte officio põt cõueniri, ut pręd. § illud. in prin. Item & ubi opprimit ſubiectos, qd̃ & ibi permittitur, ut C. ad leg. Iul. rep. l. iubemus. & hoc probatur in fine huius §. ibi, quoniam qui debet uindicare oppreſſum, &c.
k *Ipſum opprimere.* ex hoc ſumit Ioã. ꝙ non habet locum, niſi ubi rõne officij ſubiectos offendit.
l *Si uerò hæc non cuſtodiant.*] iudices.
m *Ne nos.*] aliàs nobis.
n *Imperantes.*] uel imperantibus.
o *Iudices.*] maximi.
p *Patriarchæ.*] ut C. de epiſ. & cle. l. ſi qua per calumniam. in fi.
q *Si quis præfectian*[9]. noia ſunt officialiũ.
r *Conſtitutionibus.*] ſic ſup. ut liti. iurent. §. ijs quoque.

* *Facit ad hanc §. ca. cum tempore. cum gl. 1. extra de arb. vbi dicitur, ꝙ iſte §. eſt i arg. ꝙ ordinari[9] poteſt eſſe arbiter. de hoc etiam vide in c. literas. in gl. 1. circa med. extra de præſum ꝑt. vbi dicitur, ꝙ iudex non poteſt cõpellere partes, vt in ipſum compromittãt: ſed ſi partes volunt in eum compromittere hoc bene poſſunt.*

1 † *Cap. 2.*

DE

DE VSVRIS nauticis.

a Vnciū. Lex.] ut ff. de nauti. fœ. l. prima.

b *Immutabiliter*.] nota pro conſuetudine maris ſeruanda: quia tunc tenet, cum noſtris non repugnat legibus, & ſic intelligitur. ff. ad legem Rhod. de iactu, l. Deprecatio. & dicitur infra de ſtat. & conſ. §. penultimo.

** Facit ad hunc text. ca. cum ſit generale. cum glo 2. in uer. remiſſ. ext. de fo. compet. ubi dicitur, quod iudex, qui negligit facere iuſtitiā, litē ſuā facit.*

dis iudicem Prouinciæ periculo proprio ſecundum noſtram legem hoc uindicare, & uindictā inferre hoc præſumentibus. Si uerò non uindicauerit hoc ipſe iudex, licentiam damus Sanctiſſimo vniuſcuiuſque ciuitatis Epiſcopo nunciare nobis,* quæ de eis agunt, & qualem habet militiam, aut dignitatē, qui hoc præſumpſerit, vt & iudici periculum inferamus prætermittenti, & deſpiciēti noſtram iuſſionē, & ipſum, quoque iubeamus puniri talia prȩſumentem.

DE

TITVLVS XII.

De uſuris nauticis.

Deeſt in Sering. edit. Nouel. XXX.

Leges antiquæ, & conſuetudines in vſuris nauticis obſeruari debent perpetuò, & inuiolabiliter. Bartolus.

1 † Ioannı.

Imperator Iuſtinianus A. Petro [1]† glorioſiſſ. Præfecto ſacrorum prætoriorum.

PROOEMIVM.

NVncium audiuimus à tua Celſitudine, cui occaſionem nos ipſi prȩbuimus. Duos iſtos Petrum, & Eulogium ſupplicaſſe noſtræ ſacræ poteſtati, & per ſe explanaſſe, dicentes, quod conſueuerunt naucleris, ſeu negociatoribus mutuare, & maximè in mari negocia facientibus, & hanc uitæ habere occaſionē. Ipſa uerò marina credita uocare noſtra conſueuit lex[a] traiectitia, & metuere eos, utpote dubitationibus hinc eis exortis: oportere propterea fieri manifeſtum, quæ ualeat ſuper his conſuetudo, ut & ſacra noſtra in hæc procederet iuſſio, quæ conſuetudinem ad certiſſimam duceret formam. Itaq; nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoſcere, & hanc ad nos deducere, quatenus manifeſta nobis facta, quod uideretur, lege comprehenderetur perpetua, tuamq; gloriā hoc a nobis agere iuſſam, [2]† conuocaſſe naucleros, quib. hæc mutua curæ ſunt, & interrogaſſe, quæ aliqñ antiqua conſuetudo fuit. Illos aūt & iuſiurandum adiicientes teſtimonio, perhibuiſſe modos eſſe varios talium mutuorum: & ſi quidem placuerit creditorib. in ſingulis ſolidis pecuniarum, quas dederint, vnū tritici modium, aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberent teloniariis, ſed quantum ad ipſos ſine telonio * nauigare naues, & hunc hr̄e fructum, & harum, quas crediderint, pecuniarum: & inſuper etiam pro decem aureis

† 2 Melius ſic, tuamq; gloriā, ut a nobis iuſſa perageret.

a Telonium græca dictio eſt, quod accipitur menſa publicanorū, ubi vectigal exigitur a græco nomine τέλος, quod inter alia vectigal eſt.

vnum percipere ſolidum pro uſuris: in ipſos aūt creditores reſpicere ex euentibus periculum. Si verò non erumpant hanc uiam creditores, octauam partem percipere pro ſingulis ſolidis noīe vſurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, ſed donec naues reuertantur ſaluȩ. Secundum hoc autem ſchema contingit forſan; & in annum extendi tēpus, ſi tantum foris moretur nauis ut annum, aut terminos ſuos ſumat, aut ēt tranſcendat: citius autē ea remeante, tempus in unum ſolum, aut duos trahi menſes, & ex tribus ſiliquis* vtilitatē habere: vel ſi ita breue ſit tempus, uel ſi apud alterum extra debitorem maneat debitum, hoc idem valere: aliārurſus negociatorib. profectionem aſſumentibus, & per unumquodq; onus definiri ſchema, ſm quod competit mutuū, aut manere, aut permutare ſm pactum; quod ob hoc conuenerit partibus. Si tamen poſt reuerſionem nauis ſaluȩ, nequaquam nauigare propter tempus valētes reuertantur xxx. ſolum dierum inducias dari a creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis vſurarum cauſa exigere, donec vendi cōtingat onus, parcentes apud alium eſſe debitum non reddendum, duas partes cēteſimȩ dominis pecuniarum dare vſuras, & mutuare, & mox mutuum in terrenum tranſponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus moleſtandis. & hȩc oēs dixiſſe, cū iureiurādo perhibentes teſtimonium, quȩ ad nos nunciaſti, ut nos ſanciremus, quod nobis uideretur: & ſuper his dicebas hæc noſtræ nunciare poteſtati.

** Vide Anto. Aug. li. 2 Emen. c. 8. & 9. ubi de ſiliqua loquitur.*

¶ Nos igitur & ipſa legentes geſta, & cauſam edocti, ſancimus, ſecundum quod teſtatum eſt coram tua Celſitudine, ita nunc, & deinceps in omne tempus tenere, eo quòd neque iā poſitis repugnet legibus, vt oporteat nunc, & decȩtero ſecundum quandam propriam legem in naucleris, aut negociatoribus ſuper talium cauſarum hæc ſeruari litibus & ſecundum dictum modum prædictarum pactionum, ita fieri etiā euentus: & alia omnia, quæcunque in prioribus teſtata ſunt apud ſedem tuam: vnde ſecundum propriam legem teneant in naucleris, aut negociatoribus. Quod enim longis ita ſeruatū eſt temporibus, & tenuit immutabiliter, [b] ſicut teſtimonia apud tuam gloriam definierūt, quomodo non eſt iuſtum. & in alijs omnibus valere, quæ poſtea erunt, & eſſe hanc eis rerum tranſactionem ex propria lege valentem, & altera quadam diſpoſitione non egentem, ſed in nauclerijs, ſeu negociatoriis occaſionibus in omne tempus ualentem, ut puta generalem exiſtentem legiſlationē, & naucleris, ſeu negociatoribus, & eorum contractibus expoſitā? Quæ debet etiam pars fieri iam a nobis poſitarum legum, & iudicantes ad hanc reſpicientes proferre ſententiam. Quȩ igitur placuerunt nobis, tua Celſitudo iugiter ſeruare feſtinet.

DE INTERDIctis colleg.&c.

1 † Collectis.
2 † Habes Edictū de fide Conſtantinopolitanos.

a Plurimū. Anathematizantur.] Not. φ hæretici excommunicandi ſunt, vt hic, & C. de ſum. Trin. l.2. §. quia verò. & §.1. & 2.
b Conſtitutionibus.] vt C.de hær.l.cuncti. & l. quicunque. §. vniuerſi. & §. nullū præterea. & C.de Epiſc & cle.l.conuenticulum.

DE RAPTIS mulierib.&c.

c Legis. Competere vt C.d̄ legi & conſti.l.ſi.
d Dubium.] vt C.de leg. & conſtitu. l.1. ff. de uulg ſub. l. ex facto.
e Legem.] vt C.de ra.virg.l.1.
Excepto

TITVLVS XII.

De interdictis collegiis 1† hæreticorum. 2†

NOVELLA CXXXII.

Hæretici adulteras collectas, & adultera baptiſmata facere prohibentur. Bar.

Imperat. Flauius Iuſtinianus felix, inclytus, victor ac triumphator ſemper Auguſtus Epiſcopo Conſtantinopolitano.

PROOEMIVM.

PLurimum eſſe, & maximum bonum omnibus hominib. credimus ueræ, & immaculatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſſionem, ut per omnia hęc roboretur, & omnis orbis terrarum ſanctiſſimi ſacerdotes ad concordiam copulentur, & conſonè immaculatā Chriſtianorū confeſſionem prædicent, & omnem occaſionem, quæ ab hæreticis inuenitur, auferant: quod oſtenditur ex diuerſis cōſcriptis a nobis libris, & edictis. Sed qm̄ hæretici neq; Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legum ſeueritate conſiderantes, diaboli opus implent, & quoſdam ſimplicium ſeducentes, ſanctæ fidei catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ adulteras collectas, & adultera baptimata latenter faciunt, pietatis exiſtimauimus, per præſens noſtrum edictum monere eos qui tales ſunt, quatenus & ipſi recedant ab hęretica ueſania, & nec aliorū animas per ſimplicitatem perdant, ſed magis cōcurrant ad ſanctam Dei eccleſiam, in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreſes cum principibus ſuis anathematizantur. [a]

¶ Noſce.n.uolumus omnes, quia ſi decætero aliqui inueniantur, aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionem, nequaquam omnino eos ferimus, ſed domos quidē, ubi aliquid delinquitur, ſanctæ aſſignamus eccleſiæ: his autem, qui colligunt, aut apud ſe colliguntur, ex conſtitutionibus [b] pœnas inferri omnibus modis iubemus. 3†

3 † D.pri. No. Apr. C. P.D.N. Iuſti. P.P. Aug. a Baſil. V. C.Coſſ.

Deeſt hic conſtitutio de Monachis, & Aſcetrijs, &c. nouel. 133. multæ præterea deſiderantur cōſt. quas omnes in coll. 10. ſuo ordine reperies. conſtitutio uero 138. interpretatio, quomodo, q̄ excedunt uſuræ, &c. cuius aliqua tm̄ fragmenta in colla. 10. leguntur, hic fuit collocata.

Interpretatio quomodo quę duplum excedunt vſuræ, non præbeantur.

Nouella Conſtitutio 138.

Eiuſdem epitome Iuliani ex noua Anto. Auguſtini recollectione.

MAnifeſtiſſima eſt noſtri luminis cōſtitutio, quæ uſq; ad dupli quantitatem, & actionem debiti concludit. Si igitur creditores tui in duplum acceperūt, alii adhuc minus cenſiti ſunt: in duplum excuſaturum quantitatē per diuerſa tempora conſequuti ſunt: nullam aduerſus te inquietudinem proponere concedatur. Alii autem ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et debita ſubſecuti fuerint: eo modo fœneratitias cautiones recuperare: uel ſi remanſerint, ſuis uiribus uacare: ſi preces uera ſunt, pręſentis oraculi ſanctione decernimus. (Similis Conſtitutioni huic Gręca ſubſequitur, quę iubet in his tantum, quæ ciuitates muniantur, locum non habere.)

TITVLVS XIII.

De raptis mulieribus, 4† quę raptoribus nubunt.

4 † Latinè primum edita iā non eſt in Scrīger. edit.

NOVELLA CXLIII.

Mulier rapta ſubſtantiam raptoris lucratur, niſi nupſerit raptori, quo caſu ad ſuos parentes deuoluitur, ſi tali matrimonio non conſenſerint, aliàs ad fiſcum debet peruenire, his obtinentibus in caſibus futuris, ac etiam præteritis. Bar.

Imperator Iuſtinianus A. Areobindo gloririſſimo prętoriorum Pręfecto, Expręfecto almę urbis, & Exmagiſtro militum.

PROOEMIVM.

LEgis interpretationem culmini tantum principali competere, [c] nemini uenit in dubium, [d] * cum promulgandæ quoque legis auctoritatem, fortunę ſibi uendicat eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, ſiue iam deſponſatę fuerint, uel maritis coniunctæ, ſiue non, uel etiam ſi viduę ſint, legē ante poſuiſſe, & capitis ſubieciſſe ſupplicio non tantum raptores, uerum etiam comites eorum, necnon alios qui eis auxiliū tpe inuaſionis contuliſſe noſcuntur: & non tantum parentib. mulierum, uerum ēt conſanguineis, & tutoribus, & curatorib. hmōi dediſſe per eandem legem uindictā, & p̄ſcriptis pœnis locum dediſſe, ſi iā nuptę, uel deſponſatę mulieres rapiantur: cū nō ſolū raptus mulieris, uerum ēt adulteriū ꝑ hmōi temeritatem committitur, & ſuper alias pœnas, raptoris ēt, necnon aliorū, qui cum eo fuerint, p̄rimoniū raptę mulieris uendicari per eandē legem [e] p̄cipimus, ut dotis ēt marito dādæ lūmo copia per raptoris ei miniſtraretur ſubſtantiam.

* Concor. cum hoc prin.c. inter alia. de ſenten. excom. ante med. ibi, vt igitur unde ius prodijt, &c.

a *Excepto raptore.*] ut in Lombarda, de rapto.uir.l.ult.
b *Siue volentem.*] in eo, quod uoluit, quo modo punietur poſtea adulterium? Reſpond. quod patri iniuria facta uidetur, ut ff. de iniur. l.1. § uſque.
c *Raptoris.*] & ſ hoc male dicebant, debere habere ſubſtantiam raptoris. Azo.
d *Prohibuimus.*] ſcilicet, & adhuc hoc prohibemus Ioan.
e *Vel.*] pro ſaltem.
f *Cenſuimus.*] not. interpretari ueterem legem, per nouam.
g *Vendicare.*] ſunt, & alij caſus, quos diximus. inſti. de lega. §. legari.
h *Raptoris.*] ſcilicet bona.
i *Transferri.*] not. dominium transferri ſine poſſeſſione, ut dixi C. de pactis. l. traditionibus. Accurſius.
k *Mulierem.*] habentem.
l *Competit.*] nota pœnas imponi delictis, ut hic, & ſup. ut nulli iud. §. quoniam. & præmia merentibus, ut hic, & C. de ſtat. & imag. l. ut uirtutũ.
m *In præteritis.*] no. quod lex ad præterita trahitur facta, ſic C. de leg. & conſt. l. leges.

DE COLLATORIBUS, & alijs, &c.

n *Vacunque.* *Iugo.* ſcilicet, boum. Accur.
o *In vnoquoque*] ſecundum conſuetudinem enim ſunt menſuræ, ut ff. de contrahen. empt. l. Imperatores. Accur.
p *Et octobrem.*] innuit, quod in Octobri, & in Septembri aptabuntur ad præſtationem tributorum. Acc.

Si verò

*Secundũ iſta iura mulier rapta non poterat contrahere cũ raptore. ſecus eſt tamen de iure canonico, ut in c. fin. ext. de rapto. ubi benẽ text.

¶ Illo quoque ſpecialiter adiecto, vt nulla ſit mulieri, vel virgini raptæ licentia, raptoris eligere matrimoniũ, ſed cui parentes voluerint, excepto raptore,[a] legitimo matrimonio copulari, nullo modo, nullo tẽpe licentia mulieri raptæ permiſſa raptoris ſe coniũgere matrimonio, ſed parentes etiam, ſi tali conſenſerint matrimonio, deportari præcipimus.

¶ Sed mirati ſumus, qđ conati ſunt aliqui dicere, raptã mulierem, ſiue volentem,[b] ſiue nolentem, & ſi raptoris ſit amplexa matrimonium, cõtra noſtræ conſtitutionis tenorem, debet tamen eam raptoris[c] hr̃e ſubſtãtiam, vel quaſi legis præmium, vel ex teſtõ fortè, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui.n. talia dicere præſumpſerunt, prædictæ legis ſeriem intelligere non potuerunt.

¶ Quia.n. tale ſtare mr̃imoniũ, & ſi rapta voluerit, prohibuimus,[d] & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubiecimus pœnæ, ſi hmõi conſenſerint matrimonio, quõ raptas mulieres, raptorum eligentes connubiũ, præmiis honoraſſemus raptæ datis mulieri? Superfluã igitur eorũ dubitationem, vel[e] in poſterum reſecantes priorem legem per præſentem interpretari cẽſuimus.[f]

¶ Sancimus * itaque, ſi rapta mulier, cuiuſcunque ſit conditionis, vel ætatis raptoris nuptias eligendas cenſuerit, parentibus præſertim nõ cõſentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex teſtõ, raptoris hæreditatẽ ſuſcipere, vel quocunque mõ ſubam vendicare,[g] ſed premium, quod per legẽ noſtram raptæ mulieri datũ eſt, vt raptoris,[h] & eorum, qui ei auxilium tpe inuaſionis præbuerint, bona vendicet, hoc ad parẽtes, ſi ambo, vel vnus ſuperſit. qui nuptiis ſpecialiter nõ probãtur conſenſiſſe, ex tẽpore raptus ipſo iure trãſfert,[i] & patrimonium raptoris non raptam iam habere mulierem,[k] quæ coniugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri, quas ſuperius nominauimus ei nõ conſentiẽtes coniugio. Nam neſarios * hmõi coitus penis corrigi, non præmiis competit[l] honorari. Quod ſi parentes iam deceſſerunt, qui hmõi ſceleri cõſenſerunt, ſubſtantiã raptoris, necnon & aliorũ, qui facinoris fuerint participes, fiſci iuribus vẽdicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo caſibus, verum in præteritis[m] ẽt valere ſancimus, tanquam ſi nr̃a lex ab initio cum interpretatione tali promulgata fuiſſet à nobis, pater chariſſime, atq; amantiſſime. Quæ igitur ꝑ hãc legem nr̃a ſtatuit æternitas, tua Celſitudo effectui mãcipari, obſeruatiq; præcipiat.

* Conſtr. l. qui contra. C. de inceſt. nup. & in c. 1. in glo. 1 in fin. ext. de dona. inter virum & uxo.

TITVLVS XIIII.

De[1] † collatoribus, & aliis capitulis.

1 † De publicis tributis, expẽdiendis, & ſoluendis. Halo.

NOVELLA CXXVIII.

Diſpoſitiones, & denunciationes collationum per ſingulas Prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent, temporibus hac conſtitutione poſitis: exemplariis petentibus ſoluentibus datis, & de ſuſcepto ſecuritate præſtita: iudicibus, ac etiam executoribus contrafacientibus pœna imminente. Itẽ illi, cui ſuperindicta poſſeſſio eſt, ſi ſenſerit ſe grauatum, permittitur licentia appellandi. Bart.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum Præfecto.

PROOEMIVM.

Q Væcunque ad vtilitatem noſtrorũ collatorũ pertinent per Iulium, & per Auguſtum menſem vniuſcuiuſque indictionis, particulares diſpoſitiones collationũ futuræ indictionis in foro vniuſcuiuſque diœceſis glorioſiſſimorum noſtrorũ præfectorum ſub confectione monumentorũ manifeſtari, declarantes, quantũ vnicuiq; prouinciæ, ſiue ciuitati pro vnoquoque iugo,[n] aut villis, aut centuriis, * aut alio quolibet tam in ſpecie, q̃ in auro fiſcalium cã imminet: indicantes quoque ſpecierũ æſtimationem ſm̃ menſuram in vnoquoque[o] loco tenentem, & quicquid ex his in arcam inferri, aut in vnaquaque dari, aut expendi oportet. Sic igitur cõpoſitas ta'es diſpoſitiones prouinciarũ iudicibus mox deſtinari in principiis vniuſcuiuſque indictionis, & per eos proponi in ciuitatib. ſub eis conſtitutis intra Septembrẽ, & * Octobrem[p] menſes, ſed & volumus exemplaria eorum ex foro glorioſiſſimorum Prefectorum ſine delatione dari, vt collatores cognoſcãt, quẽadmodum debent collationes inferre. Si uerò ante inſinuationẽ, in alios titulos preter eos, q continentur particulari diſpoſitione anni colla

* Centuriam hoc loco excipe ducenta iugera ex ſ Iunella in 6. de vero ſtica.

* Vide Aciat. lib. 2. pareg. c. 5.

a *Si verò ſecundum.*] ſic. C. de apo. publ. l. 2. Acc.
b *Diſpoſitiones.*] In Prouincias. facit ſupra ut lit. iur. §. & hoc. C. de ſac. pa. & temp. l. penul. in fine. Accur.
c *Deſuſcepta.*] id eſt, ſcripturam de ſuſceptis, ut ſupra de man da Prin. §. coges. colla. 3. & infra prox. §.
d *Exigi pœnam.*] ſup. ſcenicas. coll. 5.
e *Fiſcalium deſcriptionum.*] C. de e den. l. iuſtum eſt. & C. de fide inſtr. l. illatæ.
f *Et in hoc quoque.*] ſupra de eccl. titu. §. ſi quis autem in ſua. & infra de ſan. Epiſ. §. ſi quis rapuerit. & C. de ſuſce. l. iuſta. & l. exactiones.
g *Et hoc cuſtodiri.*] i. cõſeruari. C. de omni agro deſer. l. locorũ.
h *Et ſecundum leges.*] ſupra de iudi. in fine. Acc.
i *Enthecis.*] de quibus habes exempla. ff. de penu. leg. & de ſup. lega.
k *Qualitatem.*] & ſic conſcribuntur bona ab eo, cui ſuccedit fiſcus.

tores fiſcalia exoluat, aut in prouincia expendant, iubemus eis in eiuſdem indictionis collatiões hoc reputari, vt nullũ ipſi patiantur dãnũ.

¶Si verò ſm[a] nobis definitũ tempus, non dirigantur huiuſmodi particulares diſpoſitiones, [b]qui quidẽ per tps gubernant noſtrũ ptorium, xxx. librarũ auri pœnã perſoluant: vniuſcuiuſque verò prouinciæ cõtractæ v. & xx. librarũ auri pœnę exigãtur.

¶Si aũt iudex miſſus eaſdẽ particulares diſpões in pˀuincijs non propoſuerit, x. librarũ auri pœna dãnabitur, & ſpoliationem cinguli ſuſtinebit: eius quoq; officiũ v. libras auri exigetur

¶ Iubemus verò ſpecierum quidem illationem mox ex principiis vniuſcuiuſque indictionis incipere, argẽti verò illationis titulũ ſecũdum definita tempora. Pro fiſcalibus autem collationibus de ſuſcepta,[c] ſiue ſecuritates particulares, aut plenarias oĩbus ab iis, q fiſcalia ſuſcipiẽt, fieri definimus, manifeſtãtes, & ſolidorũ qualitatẽ, & ſpecierũ necnõ & iugorũ, ſiue villarũ, ſiue cẽturiarũ, & nomina poſſeſſionum, pro quibus functiones ſuſcipiũt.

¶Si verò ſecundum prædictum modũ deſuſcepta, ſiue ſecuritates non fecerint, iubemus eos, & pœnã x. libr. auri exigi, & tormentis ſubdi: ſimiliter iudicem prouinciæ x. lib. auri exigi pœnam,[d] ſi de hoc interpellatus nõ iudicauerit, & compulerit deſuſcepta, ſiue ſecuritates ſecundum quem definimus ordinem, ſcribi.

¶ Hoc autem iubemus obſeruari, ſi quis forſan collatorũ dubitat de poſſeſſione, pro qua fiſcalia exiguntur, aut pro qua fiſcalium quantitate, oĩbus modis fiſcalium deſcriptionũ[e] cuſtodes cogi a pˀuinciæ iudice, aut illo negligẽte, a locorũ ſanctiſs. Epiſcopo eas proferre, & fiſcaliũ oſtendere quãtitatẽ, & ſeruitutẽ publicæ deſcriptionis exigi poſſeſſorẽ. Et in quoque[f] adiuuare noſtros collatores perſpeximus, vt non neceſſitas inferatur poſſeſſoribus ſub hypothecis decimationes nominare in auro collationis, vt nõ aliquã ex hoc ipſi patiantur læſionẽ, ſed eos, qbus in vnaquaque prouincia, aut ciuitate periculum fiſcaliũ exactionum imminet, ſiue iudices ſint, ſiue curiales, ſiue exactores, aut canonicarii, aut alii quidam proprio periculo, & ſuſcipere pecunias, & tranſmittere, & expendere in quibus deputatæ ſunt vtilitatibus.

¶Et hoc cuſtodiri[g] iubemus canonicarium talem in prouinciam deſtinari, qui poſſit periculo ordinãtium eum exigere fiſcalia tributa, & per nullam occaſionẽ impulſorem poſt eũ mitti, & damnum ſubiectis inferri impulſionis, & ipſũ vocabulũ de cętero perimimus. Si verò non opportunus inueniatur canonicarius, nõ impulſor mittatur, ſed illo remoto, alter dirigatur canonicarius. Ipſum quoq; canonicariũ cõtẽtũ eſſe iubemus deputatis conſuetudinibus, & nullam ſubiectis inferre læſionem. Sin aũt aliqñ cõtigerit, ſuperindictionem cuiuslibet poſſeſſionis cõſeruæ, aut contributariæ fieri, ex illo tpe iubemus, ſuperindictum ſuſcipientem exigi pro eo fiſcalia, ex quo tradita eſt ei ſuperindicta poſſeſſio. Non aliter aũt ſuperindictum fieri, niſi ex reſcripto de hoc examinatio fiat apud prouinciæ iudicem, & ſententia eius procedat definiens eum qui debet ſuperindictum ſuſcipere.

¶Si quis autem putauerit ſe lædi, liceat ei prouocare, vt in foro glorioſiſſimorũ præfectorũ appellatio examinetur, & ſecundum leges[h] terminum ſuſcipiat.

¶Si verò aliqñ contigerit, dñm cuiuſcunq; poſſeſſionis, aut non apparere, aut ad fiſcaliũ ſolutionẽ non ſufficere, vt ex hoc ſuperindictionis neceſſitas ſuſcipiatur; iubemus, hanc repẽtè tradi iis, qui conſerua; aut contributaria pdia poſſident, cum oĩbus, qui in ea inueniuntur, agricolis, & peculiis eorũ, & enthecis,[i*] & fructibus, & aĩalibus, & omni alio inſtrõ, ibi inuẽto. Si verò aut perſona, q debeat eam ſm legẽ ſuſcipere, non inueniatur, aut alio quocũq; mõ differri ſuperindictum contigerit, iubemus, geſta cõfici apud prouinciæ iudicem, ſignificãtia & qualitatem,[k] & ſtatũ eius poſſeſſionis, & oĩa in ea inuẽta, ut ſic eã curiales, aut exactores, aut officiales ſuſcipiant: & ſi poſteà inueniatur; qui dẽat eam ſm leges ſuſcipere, non aliter fieri, niſi vt quod per occaſionem exactorem, aut curialiũ, aut iudicum, aut officialium eius peius, aut minus factum eſt, ei, qui ſuſcipit, reſtituatur.

* *Entheca hoc loco, velut, & in Decretis Pontificiis, pro loco, & gaza repoſitorio ponitur, ſicuti & apotheca annotãto Beroal.*

¶Hoc quoq; iubemus, vt p pecuniis, aut ſpẽbus in prouinciis expenſis non exigant collatores ea, quæ dñr tranſmiſſoria; pro iis aũt, quæ tranſmittuntur, nõ amplius præberi horum, quę ex initio in vnaquaque prouincia deputata ſunt.

[1]† *Executores in Prouincias miſſi, exactiones inchoare non debent, niſi prius coram Prouinciæ Præſide mandatum inſinuauerint: hoc & in priuatis negociis ſeruãdo, & executores & exactores nullam in cauſis priuatis executionem committere debent. Item debitor debitoris tributarii in ſubſidium debiti veritate probata cõueniendus eſt: & exactorum excuſatio ex eo quòd in loco ſacro reſideant, admitti non debet aduerſus eos, a quibus ſe læſos eſſe dicunt. Item exactores iuſtis ponderibus, & menſuris uti debent. Bart.* 1 † Ca. 2.

a *Eos autem qui.*] C. de cano. lar. per totum, & C. de exc. & exac. l. 1. lib. 12. Acc.
b *Impoſitas.*] not. pro ſententia Plac. vt diximus C. de procu. l. prima.
c *Denominato inferre.*] C. quando fil. vel priua. l. pen. Acc.
d *Exigentium.*] ſup. de man. Prin. §. fin. & ſup. vt omnes obe. iud. Proc. coll. 5.
e *Exigere eos.*] C. de epiſ. audi. l. iubemus. fa ff. de decret. ab ordi fa. l. quod eſt. & ff. de muner. & ho. l. vt gradatim. & C. de ſuſce. & arc. l. exactores.
Damus.]

¶Eos autem, qui [a] in prouincias pro quibuſcunque publicis exactionibus diriguntur, non aliter inchoare exactionem, niſi prius prouinciali iudicio inſinuauerint impoſitas [b] ſibi de hoc iuſſiones, vt exoluentes fiſcalia tributa, nulli pro his periculo, aut damno ſubijciantur, hoc ipſo & ſuper priuatis negocijs obſeruando.

¶Hoc quoque iubemus, eis, quibus fiſcalium exactio iniungitur, nullam priuatarum cauſarum executionem committi: ſed & ſi quod eis tale iniungatur, nullo modo præſumere eos hoc agere: ne occaſione publicarum functionum noſtri ſubiecti lædantur.

¶Si aũt aliquis pro veritate publica debens tributa, dicat executori, eſſe ſibi alium debitorem, non licere executori moleſtiam aliquam denominato inferre, [c] niſi prius debitor ꝓbetur, nullo oĩno mõ poſſe publica tributa perſoluere. Hoc tñ prius requiri apud iudicem Prouinciæ, ſi pro veritate debitor eſt is, qui denominatus eſt, & ita fiat exactio: in vtroq; verò caſu, ſi qs aut exequi, aut exigere citra ea, quæ à nobis diſpoſita ſunt, p̃ſumpſerit, & cingulo nudabitur, & confiſcabitur, & exilio tradetur. Qui aũt iniũxerit, aut præceperit iudex x. librarũ auri exigatur pęnã, & officium eius v. librarũ auri ſubiaceat pœnę.

¶Nulli verò penitus liceat publica tributa exigẽtium, [d] neq; cenſualibus, aut rõnũ ſcriptoribus, aut alijs quibuſdã publicè miniſtrantibus, excuſatione vti, ꝙ in ſacro loco reſideant, cõtra eos, qui dicunt ſe læſos ab eis in fiſcalium exactione.

¶Nullus autem penitus moleſtetur pro tributis terrarum, quas non poſſidet, ſed etiamſi contingat, agricultores alicui competentes, aut adſcriptitios propriam habere poſſeſſionem, illos moleſtiam ſuſtinere, niſi forte propria voluntate tali functione ſe fecit obnoxium.

¶Eos autem, qui publica tributa exigunt, iuſtis ponderibus, & menſuris vti pręcipimus: vt neq; in hoc nr̃os tributarios lędãt. Si aũt collatores putant grauari ſe, ſiue in menſuris, ſiue in ponderibus, habeant licentiam ſpecierũ quidem menſuras, & pondera à glorioſiſ. Præfectis, auri verò, & argenti, & reliquorum metallorũ põdera à glorioſiſſimo per tempora Comite ſacrarũ largitionum accipere, & has mẽſuras, & pondera in ſanctiſſima vniuſcunque ciuitatis eccleſia ſeruari, & ſ̃m ea & grauamen collatorum, & fiſcalium illatio, & militares, & aliæ expenſæ fiant.

1 † Cap. 3. [1] † *Exactor pecuniã tributariã ſine dilatione, & ſine diminutione præbere dẽt: nulla ẽt poſſeſſoribus, & habitatoribus diminutione facta, & ſingulis annis Epiſcopus cum quinq; Primatibus rõnẽ exigere debet exactorum periculo. Item omnib. eſt adempta licentia loci ſeruatores mittendi. Bart.*

¶Ciuitatum uerò noſtrę Reipublicę, & habitantium eas perfectè proſpicientes, iubemus, nullã omnino eſſe licentiam fiſcalium exactorib. cõicare pecunijs, quæ operibus, & frumentis ciuitatum, & aquæductibus, aut alijs quibuslibet ſolennitatibus, aut ſalarijs deputatæ ſunt, aut retinere aliquid ex iis, aut ad proprium lucrum redigere, ſed ſine aliqua dilatione, aut imminutione has præbere, vt proficiant ab initio in quibus deputatę ſunt operibus: ſed neq; poſſeſſores, aut habitatores ciuitatum præſumere quolibet modo auferre aliquid ex ipſis pecuniis, aut nomine deſcriptionum, aut pro ſportulis dare aliquid ex his, aut expendere. Si quis autem dare, aut accipere ex his præſumpſerit, iubemus eũ de ſuo in duplici quantitate hoc ciuitati reddere. Sed neq; Prouinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium hr̃e aliquod ad prædictas pecunias, aut eorũ diſpenſationi ſemetipſum miſcere, ſed ciuitatis ſanctiſſimum Epiſcopum, & Primates, necnon & eius poſſeſſores conſtituere quidem patrem ciuitatis, & frumentarios, & alios huiuſmodi diſpenſatores. Singulis autem annis impletis, ſanctiſs. Epiſcopum cum quinque Primatib. ciuitatis rationes exigere eos, [e] qui ab ipſis ordinati ſunt: & ſi quid ex talibus ratiocinijs apparuerit debitum, aut remanſiſſe, exigi huiuſmodi diſpenſatores periculo eos conſtituẽtium, & vtilitatibus, quibus deputata ſunt, reſeruari.

¶Si qs aũt ex p̃dictis diſpenſatorib. inefficax inueniat̃, repẽtè hũc remoueri iubemus, aliumq; pro eo à ſanctiſ. ciuitatis Ep̃o, & reliquis poſſeſſorib. (ſicut prædictum eſt) ordinari, ſcientibus ijs, qui denominãt eos, [f] quia ſi qd̃ dãnũ ciuitati cõtigerit, ex proprijs ſubſtãtijs hoc medebunt̃.

¶Nulli verò liceat eorum, qui in officio ſunt, glorioſiſ. Præfectorum, aut in alio officio, aut in ſchola cõſtitutorum, talia rõcinia committi, neque ex præcepto cuiuſdam adminiſtratoris, aut alterius iudicis ſcriptis, nec ſi pragmaticam, aut aliam trãſactionem, aut ſacrum commonitoriũ accipiat, præcipiens ei aliquid tale. Sed ſi quid fiat hmõi, licentiam habere vniuſcuiuſque ciuitatis ſanctiſ. Ep̃m, & eius Primates non reſpondere pro memoratis capitulis talibus perſonis: referre autem ad nos, ut hoc agnoſcentes, & illatum ciuitatib. damnũ ex eorum ſubſtantia reſtitui iubeamus, & competentẽ uindictã talibus inferamus. Super hoc iubemus ſcriniarios operum ſub Præfecto ſacrorum p̃toriorum cõſtitutos, nullum participium ad talia ratiocinia omnino habere, uacantibus omnibus, per quæ eis, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter aliquid tale pridem conceſſum eſt, aut poſtea impetretur.

pro prędictis enim cauſis rationes nulli committi volumus, niſi nos prodeſſe ciuitatibus exiſtimantes, virū opinionis bonæ, & dignitate ornatum elegerimus, qui debeat à nobis in ſcripturā diuinam iuſſionem percipere, continentem noſtram piam ſubſcriptionem, & illius nomen, & dignitatem, & cauſas, & tempora, quorū ei ratiocinia committimus. Eos aūt, q à talibus perſonis rōnes exiguntur, oēm habere tutelā iubemus, aliquā quęſtionē nullatenus ſuſtinētes.

1 † Ca. 4. — [1]† *Loci ſeruatores regulariter prohibentur: fallit, ſi iudex ex iuſta cauſa ad Prouinciam venire impediatur: tunc enim vicarium mittere poteſt. Item fallit, cum ex Principis mandato ad aliam mittitur regionem. Bart.*

¶Ad hæc ſancimus in nullo noſtræ Reipublicę loco eundem Epiſcopum, & iudicē eſſe, & loci ſeruatorem glorioſiſſimorum Præfectorū, aut Magiſtrorū militaris cinguli: ſed nec aliquā exactionem fiſ. alium tributorum agentē, loci ſeruatorem eſſe glorioſiſſimorum Præfectorum, aut Magiſtrorum militum. Et ſimpliciter dicendum eſt, nullū in Prouinciis fieri loci ſeruatorem Præfectorum, niſi per noſtram iuſſionem in expeditionib. vbi vtilitas exigit, loci ſeruatorē mitti eiuſdem præfecturæ, q debeat prouidere militaribus expēſis. Si quid autem extra hoc delinquatur, & cōmittatur, qui quidem loci ſeruatorem ſuum fecit, xxx. librarum auri pœna exigetur, reſtituturus omne damnū, quod per eum, qui ab eo directus eſt, aliquis pertulerit. qui verò fieri pſumpſerit, proprio cingulo, & dignitate, & militia priuabitur, & x. librarum auri pœna mulctabitur.

¶Ad hæc prohibemus, & in Prouinciis exiſtentes iudices ciuiles, & militares, in ciuitatib. aut caſtris loci ſeruatores in commiſſis ſibi Prouinciis facere, ex quo videlicet in Prouinciam acceſſerint, & in quantum in ea adminiſtrāt: v. auri librarum pœna imminente tam facienti loci ſeruatorem iudici, q̃ fieri præſumenti. Antequā verò in Prouinciis veniant iudices, damus [a] eis licentiam, vices agentes ſuos inſtituere, qui debeant omnia vſq; ad ſui præſentiam agere, quæ poſſunt ipſi iudices facere, citra tamen nouiſſimum ſupplicium, aut membri inciſionem. Sed ſi quis ex iudicibus ſecundū iuſſionem noſtram in aliam regionem mittatur, liceat ei per ſimilem modum loci ſeruatorem ſuum facere.

[2]† *Omnes iudices per ſe requirere debent delinquentes, & non per latronum inſecutores, pœna contra facientibus imminente: & iudices debent per Prouinciam proficiſci. Eorum adminiſtratione finita, quinquaginta diebus debent in Prouincia permanere, niſi ex Principis iuſſione ad aliam vocentur: alias læſo ſacramento præſtito, omne damnum, ſecundum quod iurauerit, præſtare debent, & pœna pecuniaria fiſco applicari debent. Bartolus.* — 2 † Ca. 5.

¶Iubemus autem, omnes iudices tā militares, quàm ciuiles per ſe requirere eos, qui latrocinia, [b] aut violentias, aut rapinas rerum, aut fœminarum, aut alia quęlibet in Prouinciis illicita committunt, & ſupplicia eis legitima inferre, neque pro his cauſis accipere aliquid conſuetudinis nomine, vt omnes vndique noſtri collatores illæſi ſeruentur. non enim permittimus cuilibet maiori, aut minori militari iudici, aut latronū inſecutores, aut violentiarū inhibitores, aut Tribunos pro talibus cauſis in Prouinciis ordinare, aut qui debeant aliquos examinare, vt nō per tales occaſiones ampliores violētiæ inferātur prouincialibus. Si quis autem iudicū hoc nō cuſtodierit, cognoſcat non ſolū ſe cōmiſſo ſibi cingulo ſpoliandū, ſed decē librarum auri pœnam exoluere, eo q̧ præſumpſerit talē cām aſſumere: poſt tormenta uerò, & confiſcationē ſubſtantiæ in exiliū, & redigendum, & relegandū.

¶Ad hoc iubemus, [c] Prouinciarum iudices, & officia eorum, ſi qñ de ciuitate ad ciuitatē [d] veniunt, neq; angariis, neque deſcriptionibus, aut aliis expenſis collatores grauare, ſed ex deputatis ſibi de fiſco annonis expenſas facere. Super hoc ſancimus [e] Prouinciarum iudices omnib. modis poſt depoſitionem cinguli quinquaginta dies in Prouinciis commorari, & conuentiones aliquas contra ſe mouentibus reſpondere.

¶Si verò contigerit aliquem ex eis ante cōpletos 50. dies deſerere Prouinciam, iubemus, oēs ab eo damnum aliquod paſſos, ſimul ingredi apud ſanctiſſ. Metropoleos Ep̄m eiuſdē Prouinciæ, & ſub geſtis monumentorū unumquemq; tangentē ſancta euangelia, palā facere illata diſpendia: [f] & ex illius ſubſtantia, contra quē talia facta ſunt monumenta, oē damnū læſis reſtitui prouidentia, & periculo p tēs Præfectorum eiuſdem Prouinciæ: ſcientibus, quia ſi hoc complere neglexerint, ipſi de propriis facultatibus omnia damna læſis reſtituere compellentur. [g]

¶Si quis autem ex iudicibus Prouinciarum, aut euocetur ad aliam adminiſtrationem, aut opus ad aliam Prouinciam ei credatur, iubemus eū, legitimo procuratore conſtituto, conuētiones pro damnis proponentibus reſpondere, quod

a *Damn.*] arg. quòd prælatus ex ipſa electione aliquod ius habet: nec poſtea eligentes mutare conſilium poſſunt, extra de elec. cauſam quæ inter Item contra ſupra de man. Prin. §. eos autem. collat. 3. & ſupra de adm. §. illud. collat. 7. contra. Sol. vt ibi. Item ff. de offi. Proc. l. 4. §. fina. contra. Solut. hic nouum.

b *Latrocinia.*] C. de Epiſ. & cler. l. ſi quis in hoc. & ff. de offi. præſi. l. congruit.

c *Ad hoc iubemus.*] ſupra de man. Princ. §. illud. & ſup. vt iud. ſine quoquo ſuf. §. illud coll. 2. & ff. de offic. Procon. l. obſeruare. in prin.

d *Ad ciuitatem.*] aut de municipio ad municipium.

e *Super hoc ſancimus.* C. vt omnes tam ciui. quàm mi. & ſup. vt iudi. ſine quoquo ſuff. § neceſſitatē. & ſ. de adm. §. 1. coll. 2.

f *Diſpendia.*] ſ. C. quando, & quibus quarta pars de. l. 2. & C. de curſu pu. l. non patimur.

g *Compellentur.*] C. de bon. quæ libe. l. cum non ſolum. §. vbi autem & C. de iud. l. properandum. §. ſin autem.

Vendicari.]

a Vendicari.] vt ſup. vt nul. ind. §. ſi quis vero colla. 9. Acc.

niſi fecerit, ſancimus, monumẽta apud ſanctiſſimum Epiſcopum, ſicut ſuperius dictum eſt agi, & pro damnis illatis, eis iurantibus, ſecundum geſtorum uirtutem omnem damnum reddi prouidentia ſimiliter, & periculo per tempus Præfectorum uniuſcuiuſque prouinciæ tractatorum. Omnes autem pecuniarias pœnas, quæ præſenti lege continentur, a Comite per tempus priuatarum rerum exigi, eos, qui præſentem legem non ſeruant, & noſtro fiſco uẽdicari[a] ſancimus: qui niſi eas vendicauerit, ipſe cum adminiſtrante ſibi ſchola ex propria facultate huiuſmodi quantitatem ſolueret cogatur. Quæ igitur per præſentem legẽ noſtram ſalutarem in perpetuum ualiturã pro utilitate, & ſtatu noſtrorum collatorum diſpoſuimus, tua Gloria inuiolata, & immota per omnia ſeruare feſtinet, & ad omnium notitiam peruenire faciat, edictis quidem in hac Regia ciuitate ſolemniter propoſitis, præceptis autem ad clariſſimos Prouinciarum iudices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifeſta fiant.[1]†

1† D. Id. Iun. D. N. Iuſti. PP. Auguſt.* Baſi. V. C. Conſ.

Deerat hic Nouel. 129. de Samaritis: Quæ & nuper reperta, & ſuo loco in hac noſtra editione fuit reſtituta.

TITVLVS XV.

De Samaritis.

Nouella Conſtitutio. CXXIX.

Idem Auguſt. Areobindo PP.

PROOEMIVM.

* Deſcri. ex uet. manuſc. nunquã antea Latinè impreſſam, ac Græcè primum per Scringerũ editam, & Latinè per Agileum factam.

NVllum* ita magnum ſubiectorum noſtrorum delictum eſt, quod non noſtra clementia medeatur. Licèt enim eorum facta odio habentes ad uindictam pro eis inſurgamus, tamen tempus medentes, & commouentes modis competentibus delinquentes, rurſus ad noſtram clementiam remeamus, iuſtitiã iracundiæ, benignitatis reconciliantes rationibus, quale quiddam, & præſens noſtra celebrat lex. Samaritas enim pridem atroces & elatos contra Chriſtianos, & in omnium uelut nouiſſimam ſuperbiam excedẽtes plurimis quidẽ pœnis afflixims, una uerò maximè, quod neque teſtamenta ipſi poſſunt conſcribere, neq; hi defuncti abſque teſtamento, cognatis qui ab inteſtato uocantur hæreditatem tranſmittere, niſi ad hæreditatem ex utraque cauſa* uocatos rectæ Chriſtianorum fidei eſſe contingeret. Interdiximus autem eis, & legata dare, & donationes ſcribere, aut aliquas omnino alienationes in ſuis ponere rebus, niſi forſan orthodoxa fide pcipiens perſona eſſet. Licet autem lege generali hæc comprehendentes tunc meminerimus, tñ non eandem in operibus quam in literis ſubtilitatem reſeruauimus. Nã neq; noſtrum fiſcum, nec aliquam publici partem ex his quicquã accipere paſſi ſumus, licet hoc expreſſim lex daret.

* Themare, in Græco. i. & ex caſu teſtati, & ex caſu inteſtati.

CAPVT I.

NVnc itaq; ad moderationẽ reductos vidẽtes eos, & nobiſipſis indignũ eſſe putãtes, in iiſdem permanere terminis, cõtra eos, q non ſimilia priorib. languẽt, pſtantes maximè oĩum Sergii ſanctiſs. Cæſarienſium metropolis Epi iuſtis petitionibus quas ,p eis facit, teſtimonium quidem perhibẽtes meliores eos factos, quietẽ verò eorum futuro tpe promittentis, ad pñtem ſacrã noſtram uenimus legem per quam ſancimus licentiã eſſe Samaritis iã ſcribere teſtamẽta, & ſuas proprias diſpenſare ſubſtantias, ſicut & aliæ pbent leges & per præſentem nos decernimus, & ſine teſtamentis moriẽtes, ab inteſtatos vocatos ſm imitationem aliorũ hoĩum hęredes habere eos pterea, quę per pręſentem noſtrã tranſponimus legẽ. Sed & donationes eis pmittimus ſcribere, & legata dare, & accipere, & hmõi contractus facere cũ oĩ licẽtia. Qui n. teſtari dedimus eis, & oẽm diſpenſare ſubam, quo de particulari diſpenſatione negabimus?

CAPVT II.

SEd tñ non eundẽ reddimus ordinẽ, & Chriſtianis ſucceſſorib. & Samaritis. Iterũ vero & merito, meliora ſectãtib. priuilegiũ pſtamus. Vnde ſi qs eorũ ſine teſtis moriatur, & filios ad Deũ diſcretos reliquerit, ſoli vocabunt ad hmõi hrditatẽ, qui rectã Chriſtianorũ allegant fidẽ, aliis excluſis quicunq; ipſo detinent quo defunctus errore. Hæc aũt dicimus nõ ſu p filiis ſolis, ſed ẽt aliis cognatis ex quicunq; ſint linea, vt recta ſectantes, illis qui non proxima colunt ppo nantur, tñ ſi eundẽ, qui vocantur oẽs gradũ accipiant, aut vnã hæreditatem habeant vocationẽ. Non.n. his qui ex lõgiore gradu ſunt, & à vicinioribus excludũtur, licet meliore ſectãtibus, proximorũ damus prælationẽ, aut priuilegiũ.

CAPVT III.

NEc tñ pœnitentiæ locũ in cã excluſis auferimus, & ex hoc. Nã ſi voluerint, & poſtea ad rectã fidem Chriſtianorũ reuerti, q pro hoc hrditate excluſi ſunt, ſuas recipiẽt portiones, ita vocandi ad hrditatem, tanq̃ ſi rectæ huius religionis extitiſſent, ſolis fraudati medii tpis fructib. Si verò & teſtamenta ſcripſerit aliquis eorum, valere quidẽ ea quantũ ad religionẽ iubemus. Si aũt pater aut ẽt aliquis deſcẽdentium, aut ẽt aſcendentium ſit, qui teſtamẽta cõſcribit, ſi quidẽ oẽs ex ordine, qui ad hrditatem vocanẽ, eiuſdẽ quo pr, erroris ſint, his nõ relinquat vltra duas ſubæ vncias, reliquis ad eos, q̃ rectè colunt, deferendis. Tñ niſi aliquis fortè Chriſtianis ex ipſis reliquerit legata, ſeruãda ẽt hic pœnitẽdi loco volentib. vt poſſint æqualitate frui cũ eis, q ab initio Chriani fuerint, ſicut ab iteſtato decreuimus. Ad hũc itaq; ordinẽ, & partẽ, & de inofficioſo damus aſcẽdẽtib. & deſcẽdẽtib. & relicta ſectãtib. dogmata & fortè lęſis per celebratas in teſtamẽtis rerũ diuiſiones.

DE SANCTIS ſimis epiſc. &c.

Et hoc dicitur inf. eodem vſque ad §. clericos.

a *Reuerendiſſimis*.] *hoc dicitur infra eodẽ. §. clericos, vſque ad §. iubemus.*

b *Monachis*] *hoc dicitur infra eod. §. iubemus vſque ad §. conſtitutiones.*

c *De gubernatione. Diſpoſuimus.*] vt ſupra de non alie. collat. 1. & ſup. de eccle. tit. collat. 9. & ſupra de eccle. re. immo. alie. collat. 4. Accur.

d *Conſtitutionibus.*] vt ſup. quom. opor. Epi. & ſup de mon. collat. 1. & ſupra vt cler. apud proprios Ep. i colla. 6. & ſupra apud quos opor. Accurſius.

e *Primates.*] ſ. eccleſiaſticos, ut archipreſbyteros, & archidiacono, qui Primates eccleſiaſti. i dicãtur, vt ĩ eo. §. ſancimus autem Reuerendiſſimos. nõ loquitur de laicis: quia illi nõ debent eligere, ſed facta electione debent cõſẽtire, vt in decret. 62. diſt. c. docendus. & 63. diſt. cap. nullus. &c. non eſt.

f *Propoſitis.*] non tactis ſic infra eodem §. nulli.

g *Dicentes.*] dictas primates. Acc.

h *Decretis.*] in quibus eligũt illi tres.

i *Eos.*] electores futuros. Accur.

k *Concubinam.*] ſic eſt in quolibet clerico, ut infra eodem §. clericos autem. & facit ſupra quomodo opor. Epiſ. §. hoc de Deo. & §. ſancimus.

l *Cognoſcunt.*] quem electuri ſunt in Epiſcopum, ut proxi. in nuiſ. Azo. & ſic inepte mutat materiã.

m *Coniunctam.*] ſolum.

n *Conſtitutionibus.*] ideſt ſcenicam, vt in nouellis eodem titulo.

o *Hunc eſſe.*] ſcilicet, futurum electum.

CAPVT III.

Concedimus autẽ eis, & donationes dare, & accipere, & legata relinquere, & libertatibus ſeruos honorare, contrahere quoque adinuicem, nihil ea quæ à nobis pridem poſita eſt, prohibente lege: noſtrum enim fiſcum, & aliam omnem publici partẽ excludimus omnino, nullum ex illa lege ad eorũ hæreditates eorumq; ſubſtantias, aut documenta participium habere valentibus. Hæc autem dicimus nõ in futuris ſolum, ſed etiã in præteritis, ut neque pro his, quæ tunc facta ſunt, aut noſter fiſcus, aut aliter omniũ ſubſtantias perſcrutetur eorum. Qui enim in futuris clementiam dedimus, quomodo de præteritis ſubtilẽ tractatum haberemus? vt omnimodo præſentem noſtram clementiam promerentes, gratias Deo profiteantur, & nobis, & Sergio ſanctiſſimo ad hanc nos quàm maximè circa eos prouocanti clementiam.

EPILOGVS.

Tua igitur gloria noſtrã in declaratam humanitatẽ per prǽſentem noſtrã legem cognoſcens, manifeſta per prouincias ſolennib. edictis, quæ nunc nobis placuerunt, faciat, vt perpetuo hoc ipſi fruatur auxilio. Dat. 17 Kal. Iul. Conſtant. D.N. Iuſti. PP. A. anno 25. Baſilio. V.C. Conſule.

TITVLVS XVI.

De ſanctiſſimis Epiſcopis, & amabilibus, & Reuerendiſſimis [a] clericis, & monachis.[b]

NOVELLA CXXIII.

Epiſcopi debent eligi forma hic tradita, & ſi hi, ad quos electio ſpectat, eligere negligant per ſex menſes, electio deuoluitur ad ſuperiorem: & ſi electus fuerit poſt electionẽ de crimine accuſatus, ordinatio differri debet, donec de crimine iudicetur: & Epiſcopus non per pecuniam, ſed meritis eligi debet, pro conſuetudine tamen debet dare pecuniam à iure ſtatutam. Item ordinatus in Epiſcopum, à ſeruili, & adſcriptitia liberatur fortuna, & à patria poteſtate. Bartolus.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſ. Magiſtro [1†] ſacrorum noſtrorum officiorum.

PROOEMIVM.

De gubernatione, [2†] & priuilegiis, aliiſq; diuerſis capitulis ad ſanctiſſimas eccleſias, & alias venerabiles domos pertinẽtibus, iam quædam diſpoſuimus: [c] ſuper ſanctiſſimis autem Epiſcopis, & clericis, & monachis dudum in diuerſis conſtitutionibus [d] diſpoſita cũ cõpetenti correctione hac cõprehendere lege ꝓſpeximus. [3†]

¶ [4†] Sancimus igitur, * quoties opus fuerit Epiſcopum ordinari, clericos, & Primates [e] ciuitatis, cuius futurus eſt Epiſcopus, ordinari, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis [f] eis ſacroſanctis euangeliis, periculo ſuarum animarum dicentes [g] in ipſis decretis, [h] quia neque propter aliquam donationem, neque propter aliquam promiſſionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet cauſam, ſed ſcientes eos [i] rectæ, & catholicæ fidei, & honeſtæ eſſe vitæ, & literas noſce, hos elegerunt: & quia neque vxorem, neque filios aliqui eorum habent, neque concubinam, [k] aut filios naturales cognoſcunt [l] eos habuiſſe aut habere: ſed & ſi prius vxorem aliquis ex eis habuit, ipſam & vnam, & primam, & neque viduam, neq; viro coniunctã, [m] neque legibus, aut ſacris conſtitutionibus [n] interdictam, ſed & quòd neque curialem, aut officialem hunc eſſe [o] cognoſcunt: aut ſi curiali, vel officiali ſubiacet fortunæ, ſciunt, eum [p] in monaſterio non minus xv. annis monaſticã cõuerſationem impleſſe. Hoc [q] quoque decretis [r] oportet inſeri, quia non minus, quam xxxv. ætatis annos habet is, qui eligitur ab eis, qui cognoſcunt perſonam, vt ex trium [ſ] perſonarum, pro quibus talia decreta facta ſunt, melior ordinetur [t] electione, & periculo ordinantis: [u] curialem verò, vel officialem, qui ſicut dictum eſt, quindecim * annis in monaſterio conuerſatus eſt, & ad Epiſcopatũ prouocatus, liberum eſſe

p *Eum.*] electum.

q *Hoc.*] ſupra de elector. nunc de eligẽdo incipit.

r *Decretis.*] quando per ſe eligunt dicti electores.

ſ *Ex trium.*] ſic conſtrue, vt ex electione trium &c. Et ſic not. ꝙ 35. annos debet habere Epiſcopus, ſicut & presbyter, ut infra eod. §. presbyterum. Item not quod tres debent eligere: ſufficit tamen duos conſentire, vt C. de dec. l. nominationũ. & ideo tres, & non quatuor, vel duo: quia naturaliter homines diſcordant, & in illis caſibus poſſet eſſe, quòd non inueniretur pars maior, ut ff de arb. l. item ſi vnus. §. principaliter.

t *Ordinetur*.] puta Archiepiſcopus.

u *Ordinantis.*] nam deponeretur, ſi talis non eſſet.

Retineat.

1 † *Profeſſio P.*

2 † *Diſpenſationes.*

3 † *Quæ hic deſunt, ex Haloam. editione ſumas.*

4 † *Cap. 1. De ordinatione Epiſcoporum.*

* *No. i hoc §. qualis debet eſſe Epiſcopus, & quanta ſanctitatis: quod vtinã hodie bene ſeruaretur.*

* *Facit ad hunc §. ca. officij tui. cum glo. 1. in verſicu. ſed quare non potuit. ext. de ele. & c. quam ſis. cũ glo. fi. circa fi. extra de ætat. & qualit. vbi dicitur, ignominioſum eſſe Epiſcopo, ſi cum alios docere debet, quærat ab aliis edoceri.*

propria fortuna: ita tamẽ vt liberatus à curia, quartã partem ſuæ ſubſtantiæ ſibi retineat,[a] reliquis eius rebus ſecundum noſtram legem curiæ, & fiſco vendicandis.

¶Damus autem licentiã decreta facientibus, ſi quempiã laicorum, præter curialem, & officialem dignũ memorata electione eſſe putent, hunc cum alijs[b] duobus clericis, aut monachis eligere, ut ſi laicus hoc modo ad Epiſcopatũ eligatur, non repentè Epiſcopus ordinetur,[c] ſed primò clericis non minus tribus menſibus connumeretur, & ita ſanctas regulas, & quotidianum eccleſiæ miniſterium edoctus, Epiſcopus ordinetur. qui enim[d] alios debet docere, poſt ordinationem ab aliis doceri non dẽt.

¶Si verò (vt euenit in q̃buſdam locis) non inueniantur tres pſonæ ad talẽ electionẽ opportunę, liceat decreta facientibus in duabus, & in vna[e] perſona decretũ facere, eos tñ omnes iã dictas à nobis habentes teſtationes. Si verò qui debent Epiſcopum eligere, citius ipſa decreta intra ſex menſes nõ faciãt, tũc periculo propriæ animę ille, quem cõpetit[f] ordinare, Epiſcopũ ordinet, omnibus aliis, q̃ diximus, obſeruandis.

¶Si quis autem citra memoratam obſeruationẽ Epiſcopus ordinetur,[g] iubemus, hũc omnibus modis Epiſcopatu depelli. Sed etiã illum, qui pręter hoc prçſumpſerit ordinare, ſegregari uno anno à ſacro miniſterio, & omnem eius ſubſtantiam, quæ quolibet tẽpore, aut modo in eius dominium deducta eſt, propter culpã, quam fecit, dominio eccleſiæ, cuius Epiſcopus eſt, vendicari.[1]†

¶Si quis autem electum ad ordinationẽ epiſcopatus accuſauerit in qualibet cauſa, quæ poſſit ſecundum leges, aut canones eius impedire ordinationem, differatur huiuſmodi ordinatio, & prius contra eum propoſitam cauſam, ſiue præſente accuſatore, & ab eo propoſitam cauſam exequente, ſiue etiam deficiente,[h] per tres menſes* ſuam accuſationem implere, diligẽter examinari ab illo, à quo futurus erat Epiſcopus ordinari, & ſi quidẽ obnoxium cum accuſator inuenerit, ꝓhibeatur ordinatio: ſi verò obnoxius non oſtendatur, ordinatio quidẽ non impediatur: accuſator autẽ, ſiue non probauerit, ſiue ẽt fugit propoſitam a ſe accuſationem, à prouincia in qua habitat, abiiciatur. Si quis autem ante examinationem[i] accuſatum ordinauerit, ordinatus quidẽ à ſacerdotio repellatur; qui verò talẽ ordinare feſtinauerit, ſuperius dictæ[k] ſubiaceat pœnæ, tã annali prohibitione ſacri miniſterii, q̃ etiam, ut omnes eius res eccleſiæ uendicentur.

¶Præ omnibus illud ſeruari ſancimus, vt nullus per ſuffragium auri, aut aliarum[l] rerũ, Epiſcopus ordinetur. Si quid autem tale committatur, ipſi ſemetipſos, & dantes, & accipientes, & mediatores eorum ſecundũ ſacras ſcripturas, & ſanctas regulas damnationi ſubiiciũt & propterea qui dat, & qui accipit, & mediator eius factus, ſacerdotii, aut clerici honore remoueatur: quòd autem pro hac cauſa datum eſt, eccleſiæ illi vendicetur, cuius uoluit ſacerdotium comparare.

¶Si verò laicus fortè pro hac cauſa aliquid accipiat, aut mediator rerum factus eſt, datas res in duplum eum exigi iubemus eccleſiæ uendicandas. Non ſolum autem, quæ ſecundum hũc modum dantur, vendicari præcipimus, ſed etiã omnem cautionem pro hoc quolibet modo expoſitam, & pignorum, vel fideiuſſorum[m] dationem, vel oblationẽ, & oẽm quamlibet aliã cautionẽ vacare ſancimus. Et qui ſuper hoc promiſſionem accepit, non ſolum profeſſionem[2]† reddat, ſed etiam aliud tantum, quãtum profeſſio continet, exigatur, quod debet eccleſiæ dari.[3]†

¶Si quis autem Epiſcoporũ ſiue ante ſuã ordinationem, ſiue poſt ordinationem voluerit proprias res, aut partem earum eccleſiæ offerre, cuius ſacerdotium accepit, nõ prohibemus, & omni condemnatione, & pœna præſentis legis liberum eum eſſe ſancimus, ſed etiã omni laude dignum iudicamus: qm̃ hoc nõ eſt emptio, ſed oblatio.[n] Pro conſuetudinibus[o] autem illa ſola

a *Retineat.*] olim econtra tres retinebat, & quartam curiæ dabat, ut ſupra quomodo opor. Epiſc. §. neque ex officio. & ĩ eod. §. ſed hoc quidem. Acc.

b *Cum alijs*.] licet olim laicus non eligeretur, ut ſup quomodo opor. Epiſc. §. igitur.

c *Ordinetur.*] ſed hodie hoc correctum eſt in iure canonum: nam non eſt eligendus in Epiſcopum, niſi fuerit ante diaconus, aut presbyter, aut in ſubſidium diaconus, ut in decr. diſt. 60. c. ult. ſed poſtulari poteſt, ut diſtinct. 61. Oſius. Sed hodie ſubdiaconus ſine poſtulatione ipſo iure eligitur, ut extra de tẽpo. or. c. à multis. Accurtius.

d *Qui enim*.] ridiculũ eſt, eos uelle docere, qui nondum diſcere didiſcerunt, ut ait Tullius & hic. & ad hoc. ff. de eden. l. ſi quis ex §. prohibet. & C. de epiſc & cler. l. cum clericis. §. ipſe uerò & ſupra conſti. quę de dign. ibi, eum nanque &c. & ff. ad legem Iul. de adult. l. uxor. §. iudex.

e *Vna*.] unus ergo pro omnibus eligit, ut ff. quod cuiuſque uni l. item. §. 1. & ſupra de Quæſto. §. 1. & arg. C com. de leg. l. ſi duobus. & argu. ff. de iudi. l. nonnunquam. Accur.

f *Competit*.] i. is, cui congruit: eſt autẽ is, qui præeſt Epiſcopo, Archiepiſcopus, uel ſimilis. ſed hodie uſq; ad tres menſes, ext. de elect. c. cũ nobis olim.

g *Ordinetur*.] puta quia per ſuffragium eſt electus ut inf. §. præ omnibus.

h *Siue etiam deficiente*.] i. differente, vſq; ad tres menſes: nam interim nulla facienda eſt examinatio, cum accuſator deſiſtit, ut in nouel. eod. tit. & facit ad §. iſtum ſup. quomodo opor. Epiſco. §. ſi quis autem. & §. ſi tamen. & §. ſi uero.

i *Examinationem*.] ſcilicet, accuſationis, quæ infert. Epiſcopo eligendo.

k *Superius dictæ*.] ut ſupra eo. §. ſi quis autem circa fi.

l *Aut aliarum*.] dati, ſiue ab ordinario, ſiue ab alio, arg. ff. de calu. l. generaliter. & fa. C. eod. l. ſi quenquam. & ſupra quomodo opor. Epiſcop. §. ſed neque. & §. & hanc. Sed quid ſi ignorauent electus? Reſp. debet, cũ ſcit, renunciare in manu conſecrantis, & tunc ipſe cum poteſt religere, ut 1. q. 5. c. præſentium.

m *Vel fideiuſſorem*.] No. par delictum, de diffe. & promiſiſſe, ut hic, & ſupra quomodo opor. Epiſc. §. ſed neque. & §. & hãc. & C. ad legem Falc. l. fin. Acc.

n *Sed oblatio*.] quòd ſi ita dixit palã, offero, ut eligat in Epiſcopum, licitum eſt ei, ſecundum Ioan. ut ff. de pol. l. 1. §. non ſemper. & ff. de offic. Præto. l. Barbarius. Accurſius.

o *Pro conſuetudinibus*.] ſ quia ſic eſt conſue-

1 † *Ca. 1. De accuſatoribus Epiſcoporum.*

* *Concor. cũ hoc tex. ĩ c. quoniã frequẽter. §. ſi verò aliter. in gloſ. ſuper ver. canonibus ante fi. ver. ſed in epiſcopatu datur accuſatori tres menſes. extra ut lit. non conte.*

1 † Cõcor. c. fi. de cõ. ſuc. extra.

2 † *Promiſſionem.*

3 † *Cap. 8. Si quis Epiſcopus ante ordinationem uel poſtea eccleſiæ res ſuas obtulerit, & quid pro cathedratico dari conueniat.*

permittimus præberi ab ordinatis epiſcopis, quæ ſubſequenter pręſenti legi inſerta ſunt. Iubemus igitur beatiſſimos archiepiſcopos, & Patriarchas, hoc eſt, ſenioris Romę,[a] & Conſtantinopoleos, & Alexādriæ, & Theopoleos,[b] & Hieroſolymorū, ſi quidē conſuetudo hēt epiſcopis, & clericis in eorū ordinatione nō minus, quam 20. auri libras dari, ipſa ſolūmō præberi, quæ conſuetudo recognoſcit, plus aūt ab hac quātitate nihil ſup. 20. auri libras ꝓberi. Metropolitas aūt à ꝓpria ſynodo, aut à beatiſſimis Patriarchas ordinatos, & alios oēs epiſcopos, q aut à Patriarchis, aut à Metropolitis ordinanť, dare pro inthroniſticis quidē ſolidos centū, notarijs autē ordinantis, & alijs miniſtrātibus ei, & ſolēniter accipiētibus ſolidos 300. Si verò eccleſiæ reditus minus quidē, quā 30. auri libras per annū reddant, non minus aūt 10. dari ꝓ inthroniſticis ſolidos 200. Si verò minus quidē, quam 10 nō. minus aūt 5. auri libras eccleſię reditus eſſe cōtigerit, pro inthroniſticis quidē dari ſolidos quinquaginta, oībus aūt alijs ex conſuetudine ꝑcipientibus, ſolidos 200. Si aūt minus, quam quinque, non minus autem duas auri libras eccleſię reditus hēat, pro inthroniſticis[c] ſolidos 10. & 8. omnibus autem alijs ex conſuetudine percipientibus ſolidos 24. Si autem minus tres, nō autem minus quam duas auri libras quantitas redituum eccleſiæ comperiatur, dare pro inthroniſticis quidē ſolidos 12. pro oī verò alia conſuetudine ſolidos 6. Epiſcopum. n. eccleſiæ minus duas auri libras reditus habentē, neque ꝓ inthroniſticis, neq; pro alia qualibet cōſuetudine dare aliqd ꝑmittimus.[d] ¶Hæc autē, quæ præberi diſpoſuimus, primus presbyter[e] ordinantis epiſcopi, & archidiaconus ſuſcipientes, ex conſuetudine percipientibus diuidant hæc. Igitur iubemus, hęc omnibus modis obſeruari: vt non ex talibus occaſionibus eccleſiæ debitis pręgrauentur, & ſacerdotia vænalia fiant. Si quis autem vltra quantitatem à nobis definitā pro inthroniſticis, aut cōſuetudinibus quolibet modo pręſumat accipere, iubemus quicquid plus acceperit, triplum ex rebus eius vēdicari eccleſię dātus.[f] ¶Sed hæc quidem* pro epiſcoporum ordinatione dicta ſint. [1]†Poſt ordinationē verò ſeruili, & adſcriptitia fortuna epiſcopos liberos eſſe præcipimus, niſi curialis, aut officialis citra prædictam[g] obſeruationem ordinentur. tales enim epiſcopatu remotos curiæ, aut officio reſtitui iubemus: vt non ex tali fortuna ſacerdotio fiat iniuria.

Illos autem, qui ante hanc noſtram legem ex curiali fortuna inueniuntur epiſcopi ordinati, huiuſmodi quidem fortuna liberos eſſe: legitimam verò partem ex proprijs rebus curiæ, & fiſco dare, ſic tamen, vt nullam imminutionem eccleſiaſtica iura ſuſtineant in rebus quas in epiſcopatu acquiſitas, eccleſiæ eorum competere diſpoſuimus.[h] Si uerò contigerit, ordinatum epiſcopum ſub proprii parentis poteſtate eſſe, ex ipſa ordinatione ſuæ[i] poteſtatis ſit.

[2]†*Epiſcopis, & monachis tutela, & curæ officium interdicitur: presbyteris autem, & alijs clericis ꝑmittitur in aliquibus caſibus: regulariter āt perſonis eccleſiaſticis ſecularia negotia interdicuntur. fallit in certis caſibus à iure permiſſis. Bart.*

¶Deo autē amabiles epiſcopos, & monachos, ex nulla lege tutores, aut curatores cuiuſcunq, perſonæ fieri permittimus. prerbyteos[k] autem, & diaconos,[l] & ſubdiaconos[m] iure, & lege cognationis[n] tutelam, aut curā ſuſcipere hæreditatis permittimus, proprio, & ſolo gradu cognationis ad tutelam, & curā uocatis, huiuſmodi ſuſcipere adminiſtrationem permittimus.[o] ſi tamen intra quatuor menſes, ex quo vocati ſunt apud competētem iudicem ſcripto declarent, talem adminiſtrationem propria uoluntate ſuſcepiſſe: & ſi quis eorum forſan hoc fecerit,[p] nullum ex hoc in alia tutela, aut cura præiudiciū patiať,[3]†talium aūt[q] fieri ſuſceptorē, aut exactorem fiſcalium functionum, aut cōductorem publicarum,[r] aut alienarum poſſeſſio-

cōſuetudo, & bona, vt in aliquo ſeruetur, vt ſubijcit, ſecus ſi eſſet mala. nam non iō præſtarentur, ꝙ eſſet conſuetudo, vt ſup. vt nulli iudic. in prima col. ibi. mala eſt, &c. quæ eſt contra. Accurſius.

a *Romæ.*] ideſt, Papā Romanū, vt ī nouel. eod. titu. & iſte verè dat Romanis, ſed nō ſecundum formam huius tit.

b *Theopoleos.*] ideſt, Antiochiæ.

c *Pro inthroniſticis.*] ideſt, pro cathedratico, vt in nouellis, eo. titulo.

d *Permittimus.*] ſic aliàs pro vili cū non præſtantur ſportulæ. vt ſup. de iud. §. ne autem. in fi.

e *Presbyter.*] qui archipresbyter dr̄, ab archeos, quod eſt princeps, quaſi maior inter alios presbyteros.

f *Dantis.*] aliàs donatis. Accur.

g *Circa prædictam.*] ꝙ quindecim annis ſteterint in monaſterio, vt dixi ſup. eod. §. ſed neque. & § curialem. Accurſius.

h *Diſpoſuimus.*] vt de eccl. titu. §. interdiximus.

i *Suæ.*] vt ſup. conſti. quæ de dig. §. illud. collat. 6.

k *Presbyteros.*] vel presbyteris.

l *Diaconos.*] vel diaconis. Accur.

m *Subdiaconos.*] vel ſubdiaconis. Accurſius.

n *Cognationis.*] vel agnationis, cum hodie non ſit differentia, vt ſupra de hære. ab inteſt. §. ex his. hac col.

o *Permittimus.*] aliud in milite ſeculari, qui nullo modo admittitur, vt inſtitu. de excuſa. tuto §. idem & in milite. Sed nunqd poteſt eſſe teſtamentarius, vel datiuus? Reſpon. non, vt hic à contrario, argu. ff. de offic. eius, cui man. eſt iur. l. j. §. j. Accurſius.

p *Hoc fecerit.*] ideſt, ſi declarat hoc intra quatuor menſe, &c. ergo ſi non fecerit, præiudicat ſibi in alijs, ſecundum Pet. & eſt pro eod. ſupra de hæt. & fal. §. non autem. & ff. de offi. eius, cui man. eſt iur. l. prima, ſecundum Ioan. & Py. contra dicunt enim in alijs ſibi nō præiudicare. C. de excu. tuto. l. voluntaria. & C. de ijs, qui ſpontè publi. mu. ſub. l. 1. lib. 10. & quod hic dicit, ſi quis hæc fecerit, &c. exponunt, ideſt, ſi eam tutelam ſuſceperit ſolenniter. nec enim aliter ſuſcipere debet, nullā circa aliam, &c. hoc autem priuilegium clerici habent, qui ſtant ut clerici, non alias, ut C. de epiſco. & cler. l. generaliter. ſed quid de lectore, & cantore, & alijs clericis, qui non prohibentur? Reſpond. ſecundum Io. uocari nō poſſunt cōmuni iure, ſecundum leges. Accur.

q *Alium autem.*] q. d. clericum, ut ſubijcit infra ibi, epiſcopum autem. Ac.

r *Publicarum.*] ſcilicet, uectigalium. Accurſius.

De-

* *Facit ad hunc text. rub. de ſer. non ordi. ꝑ totum tit. extra.*

1 † *Cap. 4. ut epiſcopatus à ſeruili, & adſcriptitia fortuna hominem liberet.*

2 † *Cap. 5. de presbyteris, & ſubdiaconis cognationis iure ad tutelam, vel curam uocatis.*

3 † *Cap. 6. ut clerici à muneribus perſonalibus, & negotijs, ſecularibus abſtineant.*

num, aut curatoré domus,[a] aut procuratoré litis[b] aut fideiuſſoré ꝓ talibus cauſis,[c] epiſcopum, aut œconomū, aut alium clericum cuiuſlibet grad⁹, aut monachū[d] ꝓprio nomine, aut eccleſię, aut monaſterii ſubire nõ ſinimus: * vt non ꝑ hanc occaſioné & ſanctis domib⁹ damnū fiat, & ſacra miniſteria impediãt.

¶Si autem * eccleſiis, aut monaſteriis poſſeſſiones quædã adiacentes[e] inueniantur, & voluerit diſpenſatores ipſarum venerabilium domorū in conductioné, aut emphyteuſim has accipere, tūc oĩbus clericis, & monachis ꝓ h s cauſis in ipſo inſtruméto ſub geſtis monumentorum cõſentientibus & manifeſtãtibus pro vtilitate venerabiliũ domorū hoc fieri, talem conductioné, & emphyteuſim ꝓcedere ſinim⁹: ſed etiã ipſis ſanctiſſimis eccleſijs, & aliis venerabilib⁹ domibus damus licentiam cõductiones, & emphyteuſes facere adinuicem,[f] & clericis ſimiliter ꝓpriarū eccleſiarū poſſeſſiones conducere,[g] & gubernare, cū voluntate tñ epiſcopi, & œconomi ꝑmittimus, exceptis ꝑſonis,[h] quas per aliam legé hoc facere ꝓhibuimus. Si quis aũt cõtra ea, quæ dicta ſunt, aliquid fecerit, ſiquidé epiſcopus fuerit, oés eius res ex qualibet cã, vel perſona, ſiue ante epiſcopatum, ſiue poſt hoc fuerint ad eū venientes eius eccleſiæ vendicari ſancimus.

¶ Si auté œconomi, aut alii clerici fuerint hoc delinquétes, pecuniariam eos pœnã, qualem epiſcopus eorum ꝓbauerit[i] exigi, eccleſiæ vendicandam: cum etiam cõductioné teloniorum,[k] aut cuiuſlibet poſſeſſionis, aut publicarū collationum perceptioné, aut exactioné, aut ſolicitudiné domus eis credétes, aut fideiuſſores eos pro memoratis cauſis ſuſcipientes, nullam contra eccleſiã, aut monaſteriū, aut res eius, aut gubernantiū, aut contra illas perſonas, quibus crediderint, aut cõtra facultates, aut fideiuſſores eorum habeant actionem.

¶Illi verò, qui publicarū collationum, aut tributorū ſuſceptionem, aut cõductioné, aut exactioné memoratis ꝑſonis crediderint,[l] aut fideiuſſores eos acceperint, ſi qđ publico damnū contingat, hoc ex propria facultate reſtituere compellũtur.[m]

1 † *Nulli licet epiſcopos coram ſe ad teſtimonium compellere, ſed ad eos mittere debet, vt propoſitis euangelijs dicant, & a iudice in iudicium venire cogendi non ſunt. Bar.*

¶Nulli verò iudicum licebit Deo amabiles epiſcopos cogere ad iudicium venire pro exhibendo teſtimonio,[n] ſed iudex mittat ad eos quaſdã ex ꝑſonis miniſtrantiū ſibi, vt ꝓpoſitis[o] ſanctis euangeliis, ſḿ quod decet ſacerdotes, dicant, quæ nouerint.

¶Sed neque pro qualibet pecuniaria cauſa, vel criminali epiſcopum ad iudicem ciuilem, aut militarem inuitum ꝑducere, aut exhibere citra imperialem iuſſionem permittimus: ſed iudicé, qui tale[p] aliquid ſiue ex ſcripto, ſiue ex nõ ſcripto præſumpſerit imperare poſt cinguli priuationem, viginti librarū auri pœnam exoluere, iubemus eccleſiæ, cuius epiſcopus ꝑduci, aut exhiberi iuſſus eſt: executoré ſimiliter poſt cinguli priuationem & verberibus ſubdendum, & in exiliū deportandum.[2] †

Epiſcopi in ſuis eccleſiis debent reſidentiã facere, & eas non relinquere ſine ſuperioris literis, uel ſine principis iuſſione, & tunc non amplius uno anno. Item Patriarcha, & archiepiſcopi debent omnes ſub ſe conſtitutos omni anno ad ſe conuocare, & exponere, quæ agenda ſunt. Item epiſco-

a *Domus.*] ſcilicet, noſtræ priuatæ.
b *Litis.*] etiam cuiuſlibet.
c *Cauſis.*] ſcilicet, prædictis publicis, & alijs. & dic exemplum, vt in publicis ſalinis, aut argenti fodinis, uel ſimilibus: nam hæc publica ſunt, ut ff. de uerborum ſignific. l. inter. & ff. de pub. l. ſed hi. in princip. & ff. de uerborum ſignific. l. inter. ſed œconomus uidetur admittendus ad fideiuſſionem, ut C. de epiſco. & cler. l. cum clericis §. memorati. quæ eſt contra, & extra de fideiuſſ. cap. penult. & fi. Solu. hic in ſpecialibus caſib. loquitur, ut hic innuit, ibi, pro talibus cauſis, &c. Item uidetur, quod poſſit eſſe procurator litis, ſicut eſt œconomus, ut infra eod. §. ſportularum. in fine, quæ eſt contra. Solu. hoc ſpeciale his caſibus, ut dixi. Not. ergo clericum ab huiuſmodi actibus prohiberi: idem de milite, ut C. de procurator. l. militem, idem de curiali, ut C. de loca. l. curialis. idem de tutore, ut C. ne tut. ue cur. l. 1.
d *Monachum.*] monachū dico, quod plus eſt etiam eccleſiæ, uel monaſterij.
e *Quadam adiacétes.*] id eſt, confines, ut in nouellis. eodé titulo.
f *Facere adinuicem.*] ut ſupra de non alie. §. hoc uero iubemus. coll. 2. & ſupra ut de ca non ſi. §. illud. collat. 5.
g *Conducere.*] repete damus licentiam.
h *Perſonis.*] id eſt, œconomis, & eius cognatis, ut ſupra de alie. & emph. §. œconomis. & de hac. l. hic dicit. Vel dic, quod de hæreticis hic dicit, quibus non poteſt dari ab eccleſia, ut ſupra de eccl. titu. §. iubemus. & ſic de iſta facit intentioné.
i *Probauerit.*] id eſt, impoſuerit, uel ſtatuerit. Al. argumen. C. de mo. mul. l. finali.
k *Teloniorum.*] quidam habent teloniorum, & quidam telonicorum, & exponit Alb. id eſt, menſurarũ publico loco poſitarum. tu dic. teloniorum, id eſt vectigaliũ. & erit ſenſus eius literæ, quia credentes eis, ſcilicet prædictis clericis, qui conducunt vectigal. q. d. locando eis, vel credentes conductionem cuiuſlibet publici. aut perceptionem publicarum collationum, aut exactioné, aut ſolicitudiné domus, ſ. noſtræ priuatæ, vt dixi ſup §. aliud aut ſuſcipientes eos fideiuſſores, &c. nullã actionem, &c.
l *Perſonis crediderint.*] ne fiſcus damnum patiatur, vt arg. ſ. ut nulli iudic. § & hoc verò iubemus hac coll.
m *Compelluntur.*] vt ſunt publici adminiſtratores: ad quos pertinet facere tales locationes.
n *Exhibendo teſtimonio.*] vt C. eo. ti. l. nec honore. Alij aũt compelluntur venire, ſi ſunt de eadem prouincia, alias non, niſi in cauſa criminali, vt ſupra de teſti. §. quoniam. in fi.
o *Propoſitis.*] ſed non tactis, 1 ſecundum Ioan. ſic & in iudice C. de iudi. l. rem non nouam. Item ex eo, quòd dicit, dicãt quę nouerint no. duo. Primum, quia teſtis veritatem debet dicere, non autem quod credat tantum, ut ſupra de hære. & fal. §. ſi verò abſunt. & C. de teſtibus l. teſtium. ſecus in iuramento calumniæ, ut C. de iuramento calum. l. 2. §. quod obſeruari. Secundum nota ex eo, quod indefinitè dicit, ꝙ pro vtraq; parte debeant teſtimonium ferre, ſicut & alibi dicitur, ꝙ veritatem non debet ſupprimere, vt C. eod. l. presbyteri. & ſupra de teſtibus. §. ſi uerò ignoti. in fin. §. & hæc omnia in pecuniarijs. Item adinuicem ſpectat inquirere veritatem. vt C. de edẽ. l. 2. hic tamen ſi iuramento dixerit, ſe nihil ſcire, auditur. vt argum. ff. de re iudi. l. ſi vni. Accur.
p *Tale.*] quòd epiſcopus veniat coram iudice,

* *Nota, ꝙ appellatione clericorum oẽs ſuperiores cõtinẽtur. & cõcor. in c. clericos. in glo. vnica. poſt med. ibi, appellatione enim clericorum. ext. de offi. vica.*

* *Facit ad hunc tex. c. vnicum cũ glo. 2. circa med. ibi, itẽ põt eſſe laicus ext. de ſyndi.*

1 † *Cap. 1. ne epiſcopus dicendi teſtimonij cã euocetur.*

1 Cõcor. c. ult. ext. de iur. calum. cum glo. 1. poſt princ. ubi dicitur, dicit Papa epõ Beluacẽſi, ꝙ ſi per te tm̃ propoſitis, ſed nõ tactis, &c. & allc. glo. 1. hãc auth.

2 † *Cap. 2. ne epĩ proprias eccleſias relinquant.*

iudice, ad dicendum teſtimonium.

a *Cum literis.*] ſic C. de epiſco. & cler. l. ſi qua per calumniam, & ſupra ut diſſe iud. in prin. coll. 9. Accurſius.

b *Si verò.*] hæc quæ dicuntur hic, & ſupra quomodo oportet. § illud & §. non aliter. coll. j. & ſupra ut nul. fabricet ora. do. §. illud, coll. 5.

c *Definitum.*] ſcilicet, triginta dierum in quaque dilatione, argumen. ſupra de liti. §. omnem autem. Accurſius.

d *Aut ſchematis.*] i. ordinis. ſchema enim per ordine plerunque ponitur, ſupra ut cum de app. cog. §. ſi uero liberi. & facit ad hunc §. C. eod. l. placet & l. decernimus. Quid ſe ſchachis? Reſpon. poſſunt, cum non fortunæ uiribus, ſed naturali ingenio conſiſtat ille ludus. Item nunquid gratis ad tabulas poteſt? Reſp. non: cum etiam ſpectacula hic prohibeat.

e *Monſtretur.*] no. ſine cauſa tranſactionem non fieri, ut ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſi prætor & de pœ. l. reſpiciendum.

f *Communione.*] eſt ergo excommunicatio à corpore Chriſti, ut hic. Item eſt alia. ſ. ab ingreſſu eccleſiæ, ut ſupra de interdi. col. hæc. in fine. & C. de ſum. Trin. l. ſecunda, in fi.

g *Sacerdote.*] id eſt, archiepiſcopo.

h *Suſtineat.*] ff. quod quiſque iur. l. prima, in prin.

i *Conſtituto.*] & per centum milliaria remoto, ut C. de epiſ & cler. l. quicunque.

Mino-

pi, vel clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes, vel ſportularum fieri prohibentur. Nec cogendus eſt epiſcopus clericũ ſuum ab eccleſia dimittere, & alij tradere. Bar.

¶ Interdicimus autem Deo amabilib⁹ epiſcopis ꝓprias relinquere eccleſias, & ad alias regiones venire. Si verò neceſſitas faciendi hoc contigerit, non aliter niſi cum literis [a] beatiſſimorũ Patriarchæ, aut metropolitæ, aut ꝑ imperialem, videlicet, iuſſionem hoc faciãt: ita tñ vt nec illis epiſcopis, qui ſub beatiſſimo Archiepiſcopo Cõſtãtinopoleos, & Patriarcha fuerit, liceat citra permiſſionem eius, aut nr̃æ iuſſionis ad regiam ciuitatem venire. Si verò [b] ẽt ſ̃m hunc modũ epiſcopus cuiuſcunque loci profectus fuerit, nõ amplius vno anno ſuam relinquat eccleſiam. Epiſcopus autem in regiam ciuitatẽ, ſicut dictũ eſt, venientes, cuiuſlibet fuerint diœceſis, præ omnibus ire ad beatiſſimum archiepiſcopum Conſtantinopoleos & ad Patriarcham: & ita ꝑ eum ad noſtrã introire tranquillitatem. Citra autẽ hanc noſtram diſpoſitionem aut proficiſcẽtibus, aut vltra definitum [c] vnius anni tempus extra ſuam eccleſiam facientibus moram, primũ quidẽ nõ miniſtrari ab œconomis propriæ eccleſiæ expenſas, deinde admonere eos per literas ſacerdotũ, ſub quibus agunt, vt reuertãtur ad ſuas eccleſias: differentes autem reuerti, ſecũdum ſanctas reuocari regulas, & niſi intra definitum a ſacris canonibus tempus reuertantur ad ſuas eccleſias, ipſos quidem ab epiſcopatu expelli, alios autẽ pro eis meliores ordinari, ſecundum præſentis legis virtutem, hoc ipſo & ſuper clericis valituro cuiuſcunque ordinis fuerint, aut miniſter. j. [1] †

1 † *Cap. 9. vt archiepiſcopo. & Patriarcha ſæpius i annis ſingulis concilia, & ſynodos celebrent.*

¶ Vt autem omnis eccleſiaſticus ſtatus, & ſacræ regulæ diligenter cuſtodiantur, iubemus vnumquenque beatũ archiepiſcopum, & Patriarchã, & Metropolitam ſanctiſſimos epiſcopos ſ b ſe conſtitutos in eadem prouincia ſemel, aut ſecũdo per ſingulos annos ad ſe conuocare, & oẽs cãs ſubtiliter examinare, quas epiſcopi, aut clerici, aut monachi adinuicẽ hẽant, eaſq; diſponere, & ſuper hoc, quicquid extra regulas a quacunque perſona delinquitur, emendare. [2] †

2 † *Plura hic Haloan. d r addidit.*

¶ Interdicimus autem ſanctiſſimis epiſcopis, presbyteris, & diaconibus, & ſubdiaconibus lectoribus, & omnibus alijs cuiuſlibet venerãdi collegii, aut ſchematis [d] conſtitutis, ad tabulas ludere, aut alii ludentibus participes, aut inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculorũ ſpectãdi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus, hunc in tribus annis a venerabili miniſterio prohiberi, & in monaſterium redigi. Si autem in medio tempore oſtenderit dignam ſui vitii pœnitentiam, liceat, & ſacerdoti, ſub quo conſtitutus eſt, minuere tẽpus, & hunc rurſus proprio reddere miniſterio, ſcientib. quoque ſanctiſſimis epiſcopis, debentibus hoc vendicare, quia ſi tale aliquid agnoſcentes, non vendicauerint, ipſi rationẽ Deo pro tali cauſa perſoluent. Nullum autem * epiſcopum inuitum cogi, quemlibet clericum ſub ſe conſtitutũ de proprio clero dimittere, & alii dare. [3] †

* *Concor. c. bona memoria. 1. cum gl. ſup ver. ex gratia ext. de poſtul. pra.*

3 † *Ca. 10. ne quis ante cauſa exitum excommunicetur.*

Epiſcopi & presbyteri ſine iuſta cauſa aliquẽ excommunicare non debent: alias ſi fit, abſolutio a ſuperiore dari debet. Item epiſcopis non licet proprijs manibus aliquem percutere. Item epiſcopus ab epiſcopatu repulſus, ad ipſum redire pot. Bar.

¶ Omnibus autem epiſcopis, & presbyteris interdicimus ſegregare aliquem a ſacra communione ante, quàm cauſa monſtretur, [e] propter quam ſanctæ regulæ hoc fieri iubent. Si quis autem præter hoc a ſancta communione [f] quenquam ſegregauerit, ille quidem, qui iniuſtè a cõmunione ſegregatus eſt, ſolutus excommunicatione a maiore ſacerdote, [g] ſanctam mereatur communionem. Qui vero aliquem a ſancta cõmunione ſegregare præſumpſerit, modis omnibus a ſacerdote, ſub quo conſtitutus eſt, ſeparabitur a communione, quanto tempore ille perſpexerit, vt quod iniuſtè fecit, iuſtè ſuſtineat. [h] Sed neque propriis manibus liceat epiſcopum aliquem percutere. hoc enim extraneum ſacerdoti eſt.

¶ Si quis autem epiſcopus ſecundum eccleſiaſticas regulas ſacerdotio pulſus præſumpſerit ingredi ciuitatem ex qua pulſus eſt, relinquens locum, in quo iuſſus eſt degere: iubemus, hunc in monaſterio in alia regione conſtituto [i] tradi, vt quod in ſacerdotio deliquit, degens in monaſterio corrigat. [4] †

4 † *Cap. 11. quales eſſe debẽãt qui in clericos ordinãtur.*

Presbyteri, & clerici, ac ẽt diaconiſſæ ordinari debẽt, qui ſint ætate hic inſerta, & ſint rectæ fidei, & vitæ honeſtæ & caſtè viuentes, & caſtitatẽ vouentes: & ſi contradictor apparuerit, ordinatio differri debet, donec plenè fiat examinatio. Bar.

* *De ætate ipſorum ordinandorũ, vide eum in cunctis, aut, de elc.*

¶ Clericos autem * non aliter ordinari permittimus, niſi literas ſciant, & rectam fidem, vitamq;

habeant honeſtam, & neque cõcubinam, aut naturales habuerint, aut habeant filios, ſed caſtè viuentes, aut vxorẽ legitimã, & ipſam vnã, & primam habentes, neq; viduam neque ſeparatã a viro, neque aliter legibus, aut ſacris canonibus interdictam 1†

1 † Ca. 13. de ætate presbyterorum, & cæterorũ clericorum.

¶ Presbyterum autem minorem trigintaquinque annorum[a] fieri non permittimus. ſed neq; diaconum, aut ſubdiaconum minorem vigintiquinque. Neque minorem lectorẽ decẽ, & octo annorũ. Diaconiſſam verò non ordinari in ſancta eccleſia, q̃ minor eſt annorum quadraginta, [b] aut ad ſecundas venerit nuptias. 2† Si autem tp̃e ordinationis clerici cuiuſcũque collegii, aut ordnis, accuſaſator aliquis apparuerit, dicens, eum indignũ ordinatione eſſe, differatur[c] ordinatio, & vniuerſa procedat tã pro examinatione, quã pro multis causis, quas in epiſcoporũ ordinationibus ſãciuimus.[d] Si verò futurus ordinari diaconus, non habuerit vxorẽ, ſicut prius dictũ eſt, coniunctam ſibi, non aliter ordineť, niſi prius ab ordinãte eũ interrogatus promiſerit poſſe poſt ordinationem, & ſine legitima vxore honeſtè viuere, nõ valente eo, q ordinat ĩ tp̃e ordinationis permittere diaconum, aut ſubdiaconũ poſt ordinationem vxorem accipere. [e] Is autem, qui permittit, epiſcopus, expellatur ab epiſcopatu.

2 † Ca. 13. de vxorib. clericorũ.

¶ Si verò poſt ordinationem presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus vxorem duxerit, expellatur a clero, & curiæ ciuitatis illius, in qua clericus erat, cum propriis rebus tradatur.[f] Si verò lector ſecũdam ducat vxorem, aut primam quidem viduã, aut ſeparatã a viro, aut legibus, vel ſacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium eccleſiaſticnm ordinem prouehať: ſed & ſi quolibet modo ad maiorem ordinẽ perducatur, expellatur eo, & priori reſtituatur. 3†

3 † Ca. 15. quibus caſibus curiales clerici ordinari poſſunt.

Curiales, & officiales nõ debent clerici ordinari, niſi monaſticam vitam per 15. ann. impleuerint, pœna contra facientibus imminente. In præd. c̃tis tamen caſibus iura vetera ſeruãtur. Item clerici meritò & non ſimoniacè ordinari debẽt: eccleſiis tamen in quibus ordinantur, bona eorum ante, & poſt donare poſſunt. Bart.

¶ Sed neque curialem, aut officialem clericum fieri permittimus,[g] vt non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si verò tales perſonæ in clero conſtituantur, tanquam nec ad ordinem perductæ propriæ fortunæ reſtituãtur, niſi forſan monaſticam[h] vitam aliquis eorũ non minus quindecim annis impleuit, tales enim ordinari præcipimus, legitima, videlicet, parte[i] curię & fiſco danda, ſi in clero conſtituti monacho condecentem vitã impleuerint. Si verò poſt clericatus honorẽ aliquis eorum vxorem duxerit, aut cõcubinam habuerit, curiæ, & officio, cuius fortunæ ſubiacebat, reddatur, etiamſi maximè tali eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus nõ prohibetur ſacris canonibus, & legibus vxorem accipere.

¶ Hoc autem & ſuper alijs omnibus monachis tenere ſancimus, qui de monaſteriis ad quemlibet eccleſiaſticum transferuntur gradũ, etiamſi nulli fortunæ ſubiecti fuerint. Et generaliter ſãcimus, nulli licere in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtituto, diſcedere ab eo, & ſecularem fieri, ſcientibus tale aliquid facientib. quia & quaſi a poſito ſibi cingulo, aut dignitate, aut militia nudabuntur, & curiali[k] fortunæ propriæ ciuitatis tradentur.

¶ Qui autem ante noſtram legem clerici ordinati ſunt ex curiali fortuna per ſubſtitutas perſonas[l] pecuniaria munera complere, a corporalibus autem liberos ſeruari. 4†

4 † Ca. 19 vt ordinationes gratis fiant.

¶ Sed neque clericum cuiuſcũque gradus dare aliquid ei, a quo ordinatur, aut alii cuilibet perſonę permittimus: ſolas autem præbere eum cõſuetudines iis, qui ordinantiũ miniſtrantes ſunt, ex conſuetudine accipientibus, vnius anni molumenta non tranſcendentes.[m] In ſãcta verò eccleſia, in qua cõſtituitur, ſacrũ complere miniſterium, & nulla penitus propriis clericis dare, p ſua inſinuatione, nec ob hanc cauſam propiis emolumentis, aut a liis portionibus hunc priuari.

a *Minorem 35. annorum.*] tantum etiam tempus debet habere epiſcopus, ut ſupra eod. hoc quoque decretis.

b *Annorum quadraginta.*] lex C. dicebat de l. an. quæ corrigitur, ut C. eo. l. nullam. & eodem modo corrigitur alia, quæ dicit de l. an ſup. quomodo opor. epiſc. §. quanta igitur.

c *Differatur*] ſed nõ differt executio ſententiæ præfe. præto. ſupplicatione facta, ut ſupra ut ſpon. lar. §. aliud. q̃ eſt contra.

d *Sancimus*.] ut ſupra eodem, §. ſi quis autem.

e *Accipere*.] ar. quòd ſacerdos non poteſt dando pœnitentiam permittere retinerẽ concubinam, ſed ar. contra ff. de leg. 3. l ſi quis. in prin. teſtamenti. §. j.

f *Tradatur*.] quòd dicitur clericum apoſtatantem officio curiæ dari, vt hic, & ſupra quomodo oport. epiſ. §. ſemel. & à ſacerdotio cadere, ut hic, & ſupra de nu. §. ſed & ſi quis. & ſupra quomodo opor. epiſ. §. neque, ſic etiã de monacho, ut ſup. de monachis. §. ſi uerò relinquens.

g *Permittimus*.] ſed olim fiebat cum diſtinctione, ut C. de epiſcop. & cler. l. officiales.

h *Monaſticam*.] non tamen erat monachus, aliàs propriam ſubſtantiam habere dici non poſſet, ut ſupra de monac. §. illud. quod infra dicitur. Sed quomodo hoc, cum infra dicat, idem eſt in alijs monachis? Reſpon. non ponitur reſpectiuè, ſic ſupra ut deſen ſeu ſu. §. j. coll 5. Quare ergo uxorem ducere prohibetur? Reſpond. quia habitũ habuit, & quia ſatis eſt clericari curialem.

i *Parte*] i. dodrante ſecundum. Al. ut ſupra eod. §. curialem. Vel dic ueriùs de ea, de qua dicitur. C. eo. l. officiales. prima uerior eſt.

k *Curiali*.] imò uidetur, quod in monaſterium mittatur, ut infra e. §. ſi monachus, quæ eſt contra. Sol. ſi ſemel fugiat, mittitur in monaſterium: ſi ſecundo, datur iudici, ut hic, & ibi dicitur. Sed quomodo datur curiæ, cum ex delicto non præmiũ, ſed pœnam dẽat pati. C de decu. l. ne quis. & ff. de inter. & rel. l. relegatorum. in fine. & l. ſeq quæ ſunt cõtra. Sol. non traditur curiæ, ut ſit decurio, ſed ut ſeruiat decurionibus, & facit ad hunc §. ſup de mo. §. ſi uerò relinquens.

l *Subſtitutas pſonas*.] ar. quòd per ſubſtitutum quis ſeruit, ut C. eod. l. quiſquis. & l. ad ſimilitudinem.

m *Non tranſcendentes*.] conſuetudo 1 facit, ut aliquid poſſit dari, quod aliàs non liceret, ut & ſup. eo. §. pro omnibus. & §. pro conſuetudinibus. ſed ar. contra 7. ut nulli iudi. §. 2.

1 Concor. 12. diſtin. ca. quemadmodũ. vbi de hoc latè tractatur.

Pre-

¶ Sed neque xenodochum, aut noſocomũ, aut ptochotrophum, aut alium quemlibet venerabilis dom⁹ gubernatorem, aut quamcunq; eccleſiaſticã ſolicitudinẽ agentem dare aliquid illi, à quo conſtituitur, aut alij cuicunque perſonæ, pro commiſſa ſibi gubernatione. Qui verò præter hæc, q̃ diſpoſuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator ſit, ſacerdotio, aut clero huiuſmodi cõmiſſæ ſibi cuiuſcunque gubernationis nudabitur, iis, quæ accipiuntur, vẽdicãdis venerabili loco, cuius talis pſona ordinationem, aut ſolicitudinẽ, aut gubernationẽ accipit. Si autem ſecularis ſit, qui accipit, aut mediator factus eſt, qđ datũ eſt, duplum repetitur, & venerabili loco, in quo talis perſona ordinationẽ, aut gubernationem, aut ſolicitudinẽ ſuſceperit, præbeatur.

¶ Si quis autem clericus cuiuſlibet grad⁹, ſiue gubernator cuiuſlibet venerabilis, domus, aut ante ordinationẽ commiſſam ſibi cuiuſcunque gubernationis, aut ſolicitudinis, aut poſtea aliquid voluerit ſuarũ rerũ offerre eccleſiæ, in qua ordinatᷓ, aut loco, cuius gubernationem, aut ſolicitudinẽ ſuſcepit, nõ ſolũ non prohibemus [a] hoc fieri, ſed ẽt magis inuitamus eos talia, ꝓ ſalute animæ ſuæ facere. Nos.n. illa ſolũ dari ꝓhibemus, quæ ꝓpriis pſonis quibuſdam præbentur, non quæ ſãctis eccleſiis, aut aliis venerabilib⁹ locis offeruntᷓ.

1 † *Domino ſciente, & non contradicente põt ſeruus clericus ordinari, eo ignorãte, non, & ſi conſtitutus ad ſeculare vitã redibit, domino reſtituẽdus eſt, adſcriptitij verò pter dominorum voluntatem, poſſunt ordinari. Bar.*

¶ Si ſeruus, ſciente, & non cõtradicẽte dño, in clero ordinatus fuerit, ex hoc ipſo, ꝙ cõſtitutus eſt, liber, & ingenuus [b] erit. Si verò, ignorãte [c] dño, ordinatio fiat, licet dño intra ſpatiũ vnius anni, & ſeruilem fortunã [d] probare & ſuum ſeruũ recipere. Si verò ſeruus ſciẽte dño, ſiue inſciẽte, ſicut diximus, eo ꝙ in clero cõſtitutus eſt, liber factus eccleſiaſticum miniſterium reliquerit, & ad ſecularem tranſierit vitam, ſuo domino ad ſeruitium [e] tradatur.

¶ Adſcriptitios autẽ in ipſis poſſeſſionibus, quarũ ſũt adſcriptitii, clericos etiã præter voluntatem dñorum fieri ꝑmittimus: ita tamen, vt clerici facti, impoſitam ſibi agri culturam adimpleant. [f]

2 † *Clerici à patrono præſẽtari dẽnt, & ab epiſcopo ordinari, aliàs quoſcũq; putauerit meliores, ordinare poteſt, & clerici in ſuis eccleſiis morari debent. Bar.*

¶ Si quis oratorii * domum fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare, aut ipſe, aut eius hæredes ſi expenſas ipſis clericis miniſtrãt, & dignos denominãt, denominatos ordinari. Si verò, q ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent ſacræ regulæ ordinari, tunc ſanctiſſimus epiſcopus, quoſcunque putauerit meliores, ordinari procuret. [g] Sancimus aũt, reuerẽdiſſimos clericos ſuis eccleſiis obſecũdare, & omne eis competens eccleſiaſticum miniſteriũ adimplere: hoc requirẽte vniuſcuiuſq; ciuitatis ſanctiſſimo epiſcopo, & cuiuſcunque ordinis eccleſiaſticis primatibus eos, qui hoc non cuſtodiunt, regulari mulctæ ſubdentibus. 3 †

Presbyteri, & oẽs clerici res ad ſe pertinentes in ſuo dominio habere debent, atque ptãte, & eas donare, & de eis teſtari poſſunt, ſi ſub parentum exiſtant poteſtate, dummodo filiys, aut his non extantibus parentibus eorum relinquant. Bar

¶ Presbyteros aũt, & diaconos, & ſubdiaconos, cãtores, [h] & lectores, quos oẽs clericos appellamus, res quolibet mõ ad eorũ dominiũ venientes, hr̃e ſub ſua ptãte præcipimus, ad ſimilitudinẽ [i] caſtrenſiũ [k] peculiorũ, & donare ſm leges, & in his teſtari, licet ſub parẽtum ſint ptãte, ſic tñ, vt horum filii, aut his non exiſtentibus, parentes eorum legitimam partem ferant. [l] 4 †

Presbyteri, diaconi, & alij clerici ſi falſum perhibeant teſt. mon. ũ in cauſa pecuniaria, vel criminali, pœna hic inſerta, ſunt puniendi. Bar.

¶ Reuerendiſſimis autem presbyteris, aut diaconibus etiam ſi inuenti fuerint pro pecuniaria

1 † *Cap. 16. q̃uo ſeru⁹ ordinari poſſit, aut adſcriptitius.*

2 † *Cap. 17.*

* Concor. *c. cum vos plerunque oporteat. ĩ gl. ſup. uer. minus idonea. in fin. ext. de offi. ind. ord.*

3 † *Cap. 18. vt omnes clerici res ſuas in ſua poteſtate habeant.*

4 † *Ca. 20. quibus pœnis ſubijciatur clericus, q. falſum tulerit teſtimonium,*

a *Prohibemus.*] eadem de epiſcopo dicta ſunt ſupra eod. §. præ omnibus. §. ſi vero laicus. & §. ſi quis autem epiſcoporum. & facit C. e. l. ſi quenquam.

b *Et ingenuus.*] olim clericus etiam domino volente fieri non poterat. C. eod l. iubemus. §. ſeruos. ſed monachus ſit volẽte eo, vt C. eodem titulo, l. ſerui, hodie autem fieri poſſunt clerici etiam ſciente domino, ut hic. & ſic no. patientiam conſenſui cõparari, ſic ff. ad municip. l. quoties.

c *Ignorante.*] quod præſumitur, ut C. qui milit. non poſſ. l. ſuper ſeruis.

d *Fortunam.*] id eſt, quod poſſedent eum, vt ſeruum tempore ingreſſus: nec enim amittit poſſeſſionem ob ingreſſum, aliàs male ageretur cum eo, ſi ſtatim onus probandi in ſe reuolueretur, & eſt arg. C. de agr. & cenſ. l. ſi quis. lib. 11.

e *Ad ſeruitium.*] imò curiæ, vt ĩ eod §. ſed neq; curialẽ. in fine. quæ eſt contra. Solu. curialis, uel liber curię datur, ut ibi: ſeruus uero domino ſuo, ut hic: & ſic ibi de libero, hic de ſeruo dicit.

f *Adimpleant.*] etiam per ſubſtitutum, ut C eodem, l. ad ſimilitudinem. & l. quiſquis. & not. in ipſis. nam donec in eccleſia eſt idoneus, aliunde ſumi alius non debet, ut C. eod. l. eccleſijs. ſecus ſi non ſit ibi idoneus, ut ar. ff. de mune. & ho. l. ut gradatim. §. & ſi lege. Item nonne idem erat etiam olim, quod per authen. illam ſtatuitur, ut C eodem, l. quiſquis? Dicas quod ſic, nel illa loquebatur tantũ tunc quando domini aderat uoluntas. Item quid, ſi contra uoluntatem domini faciat? M. dicit, quod non poteſt, licet præter uoluntatem domini poſſit. ut hic, & argum ff. de procu. l. Pomponius. ĩ ſi. Sed tu dicas contra, ut in nouel. co. ti. ubi dicit, quod domino inuito poteſt.

g *Ordinari procuret.*] ad epiſcopum pertinet electio, ut hic, & ſupra ut clerici qui re. §. fina. & ſupra de mona. §. ordinationem.

h *Cantores.*] ſcilicet, qui omnes ſint filijfamil.

i *Similitudinem.*] non omnimodo, ut infra poſuit, ſic tamen, ut, &c.

k *Caſtrenſium.*] ff. de inoffic. teſtamen. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo.

l *Ferant.*] ſed quo iure? Reſpond. quidã per querelam. Sed certè hoc idem erat per aliud authen. ut cum de appel. cog. §. ſed hæc quidem. Dic ergo condi. ex hac l. & ſic non eſt contra, quod dicitur in Caſtrenſi, & quaſi non dari querelam, ut C. de inoffi. teſtam. l. fin. in fin. & C eod. l. cum lege. in fi. & l. ſacroſanctæ & ff. de inoffi. teſtam. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. & intellige hunc. §. in prælatis, alias ſerua, quod dicitur ſupra de eccle. titulis. §. interdicimus.

Pro-

a *Pro verberibus.*] id eſt, loco tormentorum, quæ eis remittuntur.
b *Legitimis.*] quæ ſint dicitur. ff. ad leg. Cor. de ſica. l. 1. & l. 3. in fi. & ad leg. Cor. de fal. l. 1. §. ulc.
c *Si quis contra.*] ab hinc uſque ad §. presbyteris autem. infra eo. tractat de conuentionibus, & accuſationibus clericorũ omnis ordinis.
d *Subiaceat.*] ut ſupra ut cle. ap. pro. epiſco con. §. 1. col. 6. & ſup. apud quos oportet cauſam di. mo. & aſce. §. 1.
e *Contradi.*] ut C. de epiſ. au. epiſcopale in fine. ſed in cuius bonis? Reſpõ. ſi nomine eccleſiæ in bo. eccleſiæ, ut fit in bonis pupilli tutore damnato, ut ff. de re iud. l. ſi ſe §. tutor. & ff. ſi qs can. l. fi. ſi autem ſuo nomine, ſi tunc non habet unde, ut quia ſecularis clericus eſt, tunc in ſuis bonis: alias autem dic, ut diximus ſupra de non ali. §. ſi autem creditor. in fi.
f *Contradicat.*] ſ. appellando, ut ſequitur ibi, & non liceat, &c. à ſententia ergo epi appellatur. Sed contra. C. de epi. au. l. epiſcopale. in alio etiam lex illa huic contradicit, quia ibi æquiparat eum præfe. præto. hic autem facit eum minorem quolibet defenſore ciuitatis, cum dicat defenſorem ſententiam epiſcopi retractare: quod non eſſet, niſi maior eſſet, vt ſupra de appellat. colla 4. §. illud. quare dicunt quidam his duobus caſibus hanc corrigere illam. tu autem dic, quòd hic ut eorum ordinarius cognouit epiſcopus, ut patet ex præcedenti §. ſi quis contra aliquem. ibi autem ab extraneis audiri fuit electus: & ſic primo modo non contradicit, cum alio caſu loquatur. Item nec ſecundo. quia parificatur præfecto, ſci licet quando ab extraneis eligitur: uel licet iudex locorum, ſiue defenſor retractaret, ut hic faciunt ex cõmiſſione principis, quam habent per legem iſtam, unde ipſe princeps retractare uidetur, quod fieri poteſt, ut ff. de offi. eius, cui mandat. eſt

* *Adde Fely. in ca. ſicut, nu. 2. de teſtib.*

1 † *Ca. 20. ut clerici apud propriũ conueniatur epiſcopum.*

cauſa falſum phibuiſſe teſtimonium, ſufficiat pro verberibus,[a] tribus annis ſeparari a ſacro miniſterio, & monaſterijs tradi. Pro criminalibus aũt cauſis, ſi falſum teſtimoniũ dixerit clero nudatus, legitimis[b] ſubdi pœnis præcipimus:* reliquos autem oẽs in alijs ẽt eccleſiaſticis ordinibus conſtitutos, ſi falſum teſtimonium cuiuslibet cauſæ, ſiue pecuniariæ, ſiue criminalis dixiſſe conuincantur, non ſolum eccleſiaſtico officio repelli, ſed etiam verberibus ſubdi.

1 † *Clerici, & monachi coram epiſcopo in cauſa pecuniaria conueniendi ſunt, in criminali coram epiſcopo, uel iudice ciuili ad electionẽ actoris ſunt conueniendi, epiſcopo negligente ad iudicem loci iuriſdictio deuoluitur, in proceſſibus forma hic tradita ſeruata, Bar.*

¶ Si quis contra[c] aliqem clericum, aut monachum, diaconiſſam, aut monaſtriam, aut aſcetrlam habeat aliquã actionem, adeat prius ſanctiſſimum epiſcopum, cui horum vnuſquiſque ſubiaceat,[d] ille verò cauſam inter eos iudicet: & ſiquidẽ vtraque pars iis, quæ iudicata ſunt, acquieuerit, iubemus per loci iudicem hoc executioni perfectę contradi.[e] Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat[f] iis, quæ iudicata ſunt, tũc locorum iudex cauſam examinet; & ſi inuenerit iudiciũ rectè factum, etiam per ſententiam propriam hoc confirmet, & executioni ꝓpriæ tradat, quæ iudicata ſunt, & non liceat ſecundo in tali cã[g] victo appellare. Si verò iudicis ſententia contraria fuerit iis, q̃ a Deo amabili epiſcopo iudicata ſunt, tunc locum habere appellationem contra ſentẽtiam iudicis, & hanc ſecundum legum ordinem[h] referri, & exerceri. Si tamen ex imperiali iuſſione, aut iudiciali præcepto epiſcopus iudicat inter quaſcũque perſonas, appellatio ad imperium,[i] aut ad eum, qui trãſmiſit negotium, referat.

¶ Si qđ crimen fuerit, quod aduerſus quamlibet memoratarum reuerendiſsimarum perſonarum inferatur, ſiquidem apud epiſcopũ aliquis accuſatur, & ipſe veritatem inuenire potuerit, ab honore, aut gradu hunc, ſecundũ eccleſiaſticas regulas, deiiciat, & tunc cõpetens iudex hunc comprehendat, & ſm leges[k] litem examinans cauſæ finem imponat.

¶ Si verò prius* ciuilem iudicẽ adeat[l] accuſator & crimẽ per legitimam examinationem potuerit approbare, tunc epiſcopo locorũ geſta monumẽtorũ palam faciat: & ſi ex his agnoſcatur, propoſita crimina cõmiſiſſe eũ, tunc ipſe epiſcopus hunc ſecundũ regulas ab honore, ſiue gradu, quem habet, ſeparet, iudex aũt vltorẽ ei inferat legibus congruentem.

¶ Si verò epiſcopus putauerit, geſta non iuſtè cõfecta, tunc liceat ei differre, & nudare honore, ſeu gradu accuſatam perſonam: ita tamen, vt huiuſmodi perſona ſub legitima cautela fiat: & ita ad nos negotium tam ab epiſcopo, quàm a iudice referatur, ut nos hoc cognoſcẽtes, q̃ nobis vĩr, iubeamus.

¶ Si quis autem pro pecuniaria cauſa cõtra aliquam omnium memoratarum perſonarum habuerit actionem aliq̃, & epiſcopus diſtulerit inter eas iudicare, licentiam habeat actor ciuilem iudicẽ adire:[m] ita tamen, vt accu-

iuriſdictio. lege, & ſi prætor.
g *Tali cauſa.*] no. caſum, ubi tantum ſemel appellatur, ſic C. de aſſer. tol. l. 1. in ĩ. & C. de appel. l. illud §. ſimili modo. & §. orientalem. ſic C. de præ. Imp. offe. l. ſi quis. regulariter autem bis poteſt appellari. licet non ter. C. ne li. in una, eademq; cauſa. l. 1.
h *Ordinem.*] ordo legum eſt, C. de app. l. præcipimus, & ſupra de nuptijs, §. illud. vſque in fi.
i *Ad imperium.*] nota a delegato appellari ad delegãtem, ut hic, & C. de appel. l. præcipimus. §. hæc ſi appellatio. & C. de iud. l. fin. in fi. Sed videtur ꝙ a delegato principis nõ ipſe princeps, ſed alius appelletur, vt ſupra de appe. colla. 4. §. fi. quæ eſt contra. Sol. ibi ad uniuerſitatem delegauerat, hic ad cauſam ſpeciale princeps delegat. ſed etiam ſi ad cauſam ſpecialem princeps delegat, non ipſe quandoque, ſed alius appellatur, quod eſt quãdo delegatus a ſe alii delegat: nam tunc ſecundus delegãs appellatur, ut C. qui pro ſua iuriſdic. l. 1. in fine, licet hoc ſit contra regulam, quæ eſt. ff. quis & a quo. l. 1. in fi.
K *Sm ſecundum leges.* no. ꝙ iterum examinat, ſic infra proxi. §. Accurſius.
l *Iudicem adeat.*] ex hoc, & infra proxi. reſpon. datur intelligi, quia in crimine eſt actoris poteſtas, utrũ corã epiſcopo, an coram ciuili iudice clericum accuſet. & ad hoc eſt ſup. ut cle. apud pro. epiſ. con. §. ſi tamen. coll. 6. & hoc de ciuilib. criminibus: ſecus ſi eſt canonicum, ut infra prox. §. ſi autem eccleſiaſtica. Itẽ ex eo, quod hic, & ſupra proxi. dicitur, epiſcopum ſecundum legem iudicare, patet eum debere ſcire leges, ut C. de legib. & conſtitutio. l. leges, cum non ex alterius, ſed ſua debeat conſcientia iudicare, ut ſup. de iud. §. primo. Accur.
m *Iudicem adire.*] no. quod poteſtas eſt iudex ordinari⁹ ſ. hololarium, cum ſit clericorum, ut hic, & in proœmio digeſtorũ. in fine, ſed decretalis prorſus eximere uidetur

* *Adde Fely. in c. at ſi clerici. nu. 8. de iudic.*

ſata perſona nullo modo cogatur fideiuſſorem [a] dare, ſed ſolam cautionem ſine iureiurando cum hypotheca ſuarum rerum exponere. Si uerò pro criminali cauſa accuſatio contra aliquam memoratarũ perſonarum proponatur, ſub legitima cautela accuſata fiat perſona.

¶ Si aũt eccleſiaſtica [b] cauſa eſt, nullam cõionem hẽant iudices ciuiles circa talẽ examinationem, ſed ſãctiſſimus epiſcopus ſm̃ ſacras regulas cauſæ finem imponat. [1]†

Epiſcopus ab epiſcopo, uel ab alio conuentus, conueniendus eſt ſub archiepiſcopo, & ad Patriarchã appellatio eſt, nulla cautione uel fideiuſſione pro lite finienda interpoſita. Bartolus.

¶ Si quis uerò ſanctiſſimorũ epiſcoporum eiuſdem ſynodi, [c] dubitationem aliquam adinuicem hẽat, [d] ſiue pro eccleſiaſtico iure, ſiue pro aliis quibuſdam rebus, prius Metropolita eorum cum aliis [e] de ſuo ſynodo epiſcopis cauſam examinet, & iudicet: & ſi non rata habuerit utraque pars, quæ iudicata ſunt, tunc beatiſſimus Patriarcha diœceſeos illius īter eos audiat, & illa determinat, q̃ eccleſiaſticis canonibus, & legib. cõſonant, nulla parte eius ſententię contradicere ualente.

¶ Si autem & à clero, aut alio quocunque aditio cõtra epiſcopum fiat propter quãlibet cauſam, apud ſanctiſſimum eius Metropolitam ſecundũ ſacras regulas, & noſtras leges cauſa iudicetur: & ſi quis iudicatis cõtradixerit, ad beatiſſimum archiepiſcopum, & Patriarchã diœceſeos illius referatur cauſa, & ille ſecundum canones, & leges huic præbeat finem.

¶ Si uerò contra Metropolitam talis aditio fiat ab epiſcopo, aut clero aut alia quacunq; perſona, diœceſeos illius beatiſsimus Patriarcha ſimili mõ cauſam iudicet.

detur clericos, ut extra de fo compe. c. ſi diligenti. Vel dic decretalem loqui inter clericos utrinque. ſi autem actor eſt laicus, non & ideo hoc caſu poteſt priuilegio renunciari, ut C. eo l. omnes. & ſic intelligatur C. de pact. l. pen.

a *Fideiuſſorem.*] olim dabat œconomum ſuæ eccl. ut C. de epi. & cle. l. cum clericis. §. memorati, quæ eſt contra. ſed illa p. iſtã corrigitur.

b *Si autem eccleſiaſtica.*] ut de articulis fidei, uel ſimonia, & hoc quando hæc clerico obiiciuntur, ſecus ſi laico, ut ſup. de mã. prin. §. ſi uerò canonicum. coll 3.

c *Synodi.*] id eſt, iuriſdictionis.

d *Habeat.*] quia unus epiſcopus conuenit alium ciuiliter, & criminaliter in cauſa appellationis.

e *Aliis.*] 12. ſ. ut 15. q. 7. §. ſi quis tumid.

f *Semetipſos abſoluere.*] id eſt, citò ſe expediant.

g *Exigi.*] ſup. de eccl. ti. §. pœn. contra. Sol. hic corrigit, & eodẽ modo corrigit, quod eſt C. eod. l. orphanotrophos.

h *Ex ipſis.*] ſcilicet, gubernatoribus. Accurſius.

i *Repetitionem.*] aliàs eſt redditionem, & alias repetitionem, quod idem eſt nam antequam cauſam ap proſequatur, mandatur executioni prima ſententia, ut hic, & in fi. huius §. ibi, non enim concedimus, &c. ſic & alias ſup. ut ſpon. lar. §. aliud. ſed hæc ſunt ſpecialia, regulariter n. contra, ut ff. nil inno. app. pen & C. de app. l. appellatione & ff. de iis, qui no. infa. l. furti. in princ. & ff. q. cauſa cog. l. ſciendũ. § pen. & ff. de teſta. l. qui à latronibus §. fi. & C. de inte teſt l. pen. & ff. de ap. re. l. j. & ff. de ap. l. conſtitutiones. in prin. & ſupra ut nulli iud. § illas uerò. quæ ſecundum legem. hac coll.

k *Examinant.*] id eſt, examinauerint.

l *Venire.*] no. ſpeciale

1 †Cap. 21. ut epiſcopi apud proprium conueniantur metropolitanum: & ut cauere pro lite nõ teneantur.

¶ Pro omnibus autẽ cauſis, pro quibus apud proprium Metropolitam, aut Patriarcham, ſiue apud alios quoſcunq; iudices epiſcopi conueniantur, nullam fideiuſſionem, aut cautionem pro lite exigant, ſic tamen, ut illi ſtudeant illatis ſibi cauſis ſemetipſos abſoluere. [f] 2†

Oeconomi, & ſimiles corã epiſcopo rationem reddere debent, & licitum eſt eis à ſententia epiſcopi ad Patriarcham appellare. Bar.

¶ Oeconomos autem, & xenodochos, noſocomos, ptochotrophos, & aliorum uenerabilium locorum gubernatores, & alios omnes clericos iubemus, pro creditis ſibi gubernationib. apud proprium epiſcopum, cui ſubiacent, conueniri, & rõnem ſuę gubernationis facere, & exigi, [g] quod ex ipſis [h] debentes oſtenduntur, illi uenerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si uerò putauerint ſe grauari, poſt repetitionẽ [i] Metropolita cauſam examinet Si uerò Metropolita fuerit contra quampiam prædictarum perſonarum huiuſmodi cauſas examinans, [k] & debitum exegerit, & exactus putauerit ſe grauatũ, diœceſeos illius beatiſsimus Patriarcha cauſam determinet. non enim concedimus prædictis perſonis pro memoratis cauſis ante examinationem, & exactionem debiti proprios epiſcopos declinare, & ad alia uenire [l] iudicia.

¶ Si quis autem ex eccleſiaſticis [m] cui aliqua talis diſpenſatio credita eſt, ante rationum expoſitionem, & debitorum ſolutionem, moriatur, iubemus, eius hęredes ſimili modo & rationibus & exactionibus ſubiacere.

3 † *Epiſcopi, & clerici in urbe Conſtantinopolitana degentes, ibi conueniendi, uel cogendi nõ ſunt, lite in prouincia conteſtata, aliàs coram præfecto prætorio ſunt conueniendi: apocriſarii aũt ad Patriarcham, uel Metropolitam deſtinati, interim conueniendi non ſunt, niſi de hoc mãdatum habuerint, uel alios conuenerint, uel ibi contraxerint. Itẽ epiſcopi, uel clerici legationis tempore conueniendi non ſunt, clerici, & monachi accuſandi ſunt iniuria loci repulſa, & loci reuerentia ſeruata: Item monaſterium per ſuum procuratorem agere debet: ſportularum quantitate legitima in ſupradictis perſonis, & caſibus ſeruata. Bar.*

¶ Si quis epiſcopus, aut clericus ex quacunque prouincia in Conſtantinopoli reperiatur, & uoluerit aliquis aduerſus eum actionem proponere, ſi quidem litis conteſtatio in prouincia pro ipſo negotio facta eſt, ibi litem compleri. [n] Si uerò nondum inchoata eſt, apud glorioſiſsimum

in ratione reddenda à dictis adminiſtratoribus, ut quis nõ poſſit in alium iudicem conſentire cũ aduerſario, niſi ſub epiſcopo: regulariter enim contra, ut ff. de iu. l j. & 2. in prin.

m *Si quis autem ex eccleſiaſticis.*] nota hęredes œconomi teneri ſicut ipſe, ut hic, & C. e. l. ſi quis presbyter. in fi. & C. de ſac ſan. eccl. l. iubemus. § œconomos. Al.

n *Compleri.*] ut ff. de iud. l. ubi ſemel.

Reus.

2 †Cap. 22. ut œconomi, & ſimiles apud prium epiſcopum conueniantur.

3 † Ca. 23. ut epiſcopi illic, ubi deliquerit, conueniantur.

præfectum Orientis prætoriorum, aut apud eos, qui à nobis fuerint deputati iudices, conuenientibus eum reſpondere.[1] †

¶Reuerendiſſimi* verò apocriſarij [a] cuiuſcunque ſanctiſſimæ eccleſiæ, qui in regia ciuitate degunt, aut ad beatiſſimos Patriarchas, aut ad metropolitas a ſuis epiſcopis ordinati, & deſtinati, neq; pro cauſa eccleſiæ, aut pro debito publico, aut priuato, aliq̃ conuẽtionem ſuſtineant, niſi mandatum habuerint a ſuis Ep̃is, aut œconomo, aut aliquos conueniant. Tunc.n.* ſolis [b] illis, qui ab eis conueniuntur, damus licentiam, ſi quam obligationem habẽt contra eccleſiam, aut contra eccleſiam, aut contra Ep̃os eorum, proponere. Si uerò & in quibuſdam cauſis, uel actionib. ſemetipſos obligatos fecerint, in t̃pe, in quo reſponſa faciunt, pro his conuentiones ſuſcipiant.[2] †

¶Si verò Epiſcopi,* uel clerici pro ciuitate, aut pro ſuis eccleſijs propter ſuam legationem, aut ordinationem Epiſcopi, ad regiam ciuitatem uel ad alium quemlibet locum proficiſcantur, iubemus, eos nullam moleſtiam aut importunitatem a quali bet perſona ſuſtinere, licẽtia exiſtente ijs, qui obligatos eos putant ſe habere, poſtquã ad Prouinciã reuertuntur, conuenire eos, nullo in ijs quæ ſe putant habere, eis faciendo præiudicio de temporalibus præſcriptionibus propter tempus, [c] quod in tali cauſa protraxerint.[3] †

¶Si quãdo autẽ cauſa emerſerit, ut admonitio, aut executio inferatur pro qualibet pecuniaria cauſa ſiue publica, ſiue priuata clerico, aut monacho, aut monaſtriæ, aut cuicũque monaſterio, & maximè fœminarum, iubemus ſine iniuria, & cum cõpetenti honore admonitionẽ fieri, non tamen monaſtriam, aut aſcetriam monaſterio abſtrahi, [d] ſed procuratorem ab eis ordinari, qui pro cauſa reſpondeat.

¶Monachis autẽ liceat ſiue per ſe, ſiue per procuratorẽ monaſterii cauſas agere, ſciẽte, qui hoc præuaricatur, iudice, uel executore, quia & cingulo ſpoliabitur, & pęna quinq; librarũ auri exigetur per Magnificentiſſimum Comitem priuatarum rerũ, executore uidelicet ſuper hoc verberando, & in exilium dirigendo: locorũ ſanctiſſimis Epiſcopis prouiſuris, ut nihil his contrarium fiat: aut ſi aliquid cõmittatur, memorata ultro procedat: iudicem uerò uindictam differentẽ imponere ad ſciẽtiam noſtram Epiſcopus referat.[4] †

¶Sportularũ uerò nomine omnem perſonã in quocunque eccleſiaſtico officio conſtitutam, & ad hoc diaconiſſam, & monacham, aut aſcetriam, aut monaſtriam pro omni criminali, & pecuniaria cauſa, cuiuſcunque quantitatis ſit, ſiue a clerico, ſiue a quolibet in militia conſtituto admonitionem ſuſcipiant, aut in Regia ciuitate, aut in Prouinciis, quib. degunt, nec amplius quatuor ſiliquis [e] dare * permittimus. Si uerò ex noſtra iuſſione, aut ad iudicem, aut ad Beatiſſimũ Patriarcham miſſus executor in alias Prouincias admonitionẽ offerat alicui memoratarum perſonarũ, non ultra unum ſolidum [f] accipiat. Si uerò pro vna, eadẽque cauſa multas ex memoratis perſonis admoneri cõtingat, [g] unam & ſolam perſonam pro omnibus ſportulas dare ſancimus: Epiſcopus vero pro rebus eccleſiæ ſuæ nullam exactionem, moleſtiamq; ſuſtineat ſportularum, ſi pro talibus cauſis admoueatur exactio: actiones videlicet contra eccleſiam propoſitas, œconomis [h] ſuſcipientibus, aut aliis, qui in eam cauſam ordinati ſunt.

¶Qui vero contra hæc exigere ſportulas præſumpſerit, in duplum, quod accepit, exactæ perſonæ reddere [i] compellatur, ſi quidem mili-

a *Reuerẽdiſſimi verò apocriſarij.*] id eſt qui res eccleſiæ agunt, vt ſup. quo opor. epiſ. §. ſi verò metropoli. ſic dicti quaſi ſecreti nuncij, vel expone, ut ibi.

b *Soli.*] imo vr. ꝙ debeant omnibus reſpondere, vt ff. de iudi. l. ſecũda. §. omnes cum, & §. ſed ſi agit. Sol. hic nomine alieno agit legatus, ibi ſuo nomine. & facit ĩ de exec. & iis, qui con. & re. § 2. Accurſius.

c *Propter tẽpus.*] no. ꝙ vbi ius aufert agẽdi poteſtatẽ, temporalis præſcrip. nõ currit, vt hic, & ff. de iudi. l. 2. §. pen. & ſupra vt cũ de appel. cog. § meminimus. & C. de an. excep l. j. §. fin. & ff. de itine. actuq; priu. l. j. §. ſi quis propter. & C. de præſcri. 30. vel 40. an. l. cum notiſſimi. §. illud.

d *Abſtrahi.*] nemo debet ei trahi de domo inuitus pro cã ciuili, vt ff. de in ius voc. l. pleriq; & l. ſeq. ſed hmõi religioſæ pſonæ multo minus debẽt extrahi, vt hic, & ĩ. eodem. §. prouidere. & ſupra apud quos opor. cã. di. mo. § præterea. idem de muliere dicitur ſupra vt nul. iud. § neceſſarium. Item not. ꝙ ſubijcit hic de procu. quẽ dicit cõſtitui. nã ſi quis in ſua propria cauſa conſtituit, valet, vt patet ex defſinitiõe procuratoris, vt ff. de procu. l. prima. Si vero ſit cauſa monaſterij, quõ ab aliquo poteſt procurator cõſtitui, cum nemo ſit dominus, imò ſyndici ad talia ordinantur, vt ff quod cuiuſque vni. l. 1. in fin. & l. item. §. pen.? Reſp. improprie hic dicitur procurator, id eſt ſyndicus, vel dic procurator conſtitui poteſt ẽt in cauſa monaſterij a ſyndico, lite conteſtata ad inſtar procuratoris, vt C. de procura. l. neque. & l. nulla.

e *Quatuor ſiliquis.*] quid eſt ſiliqua? Reſpon. quidam quarta vnciæ, hoc ẽ 48. pars aſſis, vt arg. ff. de an lega. l. liberto § filium. Sed alij in prædicta l. liberto. habent in litera, ſiliquum, non ſiliqua. Tu dic ſecundũ Io. ꝙ eſt genus monetę ſiliqua, qua vtũtur prouinciales, vt medalia de ſãcta Helena & de hoc habetur mentio ſupra vt nul. mutu. agri. re. ci° ter § primo. colla. 5. Et no. ꝙ hic corrigitur illa lex, quæ maioris ſportula. dicebat imponi, vt C. de epiſc & cler. l. cũ clericis in fi. & alia in eodem tit. l. omnes qui. §. executoribus.

f *Unum ſolidum.*] & in hoc caſu accipit plus, cum princeps aliunde illuc mittat iudicẽ, ut hic. & arg. ff. de iud. l ſecũda. §. legatis. ibi ut in prouincia deſtinati, &c.

g *Cõtingat.*] quia prima perſona admonita deceſſit, item ſcd̃a, itẽ tertia. Azo. Vel dic, quòd omnes canonici vnius eccleſiæ fuerunt admonita. Ac.

h *Oeconomis.*] in cauſa eccleſiæ defendit œconom⁹, vt hic nõ autem in alienis, vel publicis, ut ſupra eo. §. alium. qui eſt contra. Sed quid, ſi agit contra epiſcopum * nomine eccleſię? R n. actorem poterit ordinare epiſcopus authoritate archiepiſcopi, vt facit tutor. ut inſti. de cu. § ſi nã œconomus, uel ſyndicus ab uniuerſitate tm̃ inſtituitur, ut ff quod cuiuſque uni. l j. in fi. & l. item. §. penult. Qualiter autem contra huiuſmodi perſonas libellus fiat, plenè dixi ſup. apud quos opor. cau. di. mo. & aſce. §. præterea. collat 6.

i *Reddere.*] & triplũ fiſco, ut ſup. ut nulli iudic. §. & hæc. quæ eſt contra.

Non

1 † *Ca. 24. de Apocriſariis.*

* *Concor. cũ hoc §. c. 1. cũ glo. 2. in verb. reſpõdere. in fi. extra de mu. tu. pets ubi dicitur, quòd eadem lege conuenitur quis, qua ius ſibi tribui poſtulat.*

* *Adde Fel. in c fi. col. fi. nu. 25. de foro compet.*

2 † *Ca 25. ne epiſcopi legationis tẽpore conueniatur.*

* *Concor. cum hoc §. c. vlt. cum gl. ſup uer. cõpelli potuit. poſt prin. extra de fo. cõpe. & gl. 1. circa prin. in c. pe. extra de aur. cal.*

3 † *Ca. 26. vt monachi per procuratorem ſe defendant: & de quantitate ſportularum.*

4 † *Ca. 27. de modo ſportularum.*

* *Vide Alciatum & agrico. de ponderi. & menſ.*

* Adde Fely in c. edocere. num. 8. de reſcrip.

tat, cingulum perdat: ſi verò clericus fuerit, à clero remoueatur.[l] †

Presbyteri, et clerici in domo propria mulierem habere non debent, niſi omnẽ effugiant ſuſpicionem: epiſcopus autẽ nullam mulierem ſecum habere debet. Bart.

¶ Presbyteris aũt, & diaconis, & ſubdiaconis, & omnibus in clero conſcriptis non habentibus[a] vxores ẽm ſacros canones, interdicimus ẽt nos ẽm ſanctarum regularum virtutẽ, mulierem aliquã in propria domo ſuperindictã habere, tñ citra matrem, aut ſororem, aut filiã, & alias perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt. Si quis autẽ abſque hac obſeruatione mulierem in ſua domo habet, quæ põt ei ſuſpicionẽ inferre, & ſemel, & ſecũdò a ſuo ẽpo, aut a ſuis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eijcere eam[c] de ſua domo noluerit, aut accuſatore apparente, approbetur inhoneſtè cũ muliere conuerſari, tũc epiſcopus eius ẽm eccleſiaſticos canones de clero eum amoueat, curię ciuitatis, cuius clericus erat, tradendo.

¶ Ẽpm verò nullam penitus mulierẽ habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaq̃ hoc cuſtodiẽs, epiſcopatu proijciatur, ipſe enim ſe oſtendit indignum ſacerdotio.[2] †

¶ Diaconiſſam verò nullo modo cum viro, ex quo poteſt inhoneſtæ vitæ emergere ſuſpicio, habitare permittimus.[d]

¶ Si verò * hęc nõ obſeruet, ſacerdos, ſub quo ſubiacet, admoneat eam, vt omnibus modis talem virum eijciat è ſua domo: ſi verò hoc diſtulerit agere, eccleſiaſtico miniſterio, & proprijs emolumentis alienata monaſterio tradatur, & ibi omni ſuę vitæ tempore degat, rebus eius, ſiquidem filios habeat, inter ſe, & illos ẽm numerum perſonarum[e] diuidendis, vt competentem ipſi mulieri partem monaſteriũ accipiens, eam alat,[f] & regat. Si autẽ non habuerit filios, omnis eius ſubſtãtia inter monaſterium, vbi mittitur, & eccleſiam, in qua prius erat conſtituta, æqua portione diuidatur.[3] †

¶ Si quis cũ ſacra miniſteria celebrantur, in ſanctam eccleſiam ingrediens, ẽpo, aut clericis, aut miniſtris alijs eccleſiæ iniuriam aliquam inferat, iubemus, hunc verbera ſuſtinere, & in exilium[g] mitti. Si verò hæc ſacra miniſteria conturbauerit, aut celebrari prohibuerit, capitaliter puniatur: hoc ipſo & in litanijs, in quibus ẽpi, aut clerici reperiantur, cuſtodiendo. Et ſi quidem iniuriam ſolũ fecerit is, verberibus, exilioq; tradatur. Si uerò etiã litaniam cõcuſſerit, capitale periculũ ſuſtinebit, & vendicare iubemus non ſolum ciuiles, ſed ẽt militares iudices.

¶ Omnibus autẽ laicis interdicimus litanias[4] † facere ſine ſanctis ẽpis, & qui ſub eis ſunt, reuerendiſſimis clericis. Qualis.n. eſt litania, in qua ſacerdotes non inueniuntur, & ſolennes orationes faciunt? Sed & ipſas[h] honorandas[i] cruces, cum quibus & in litanijs ingrediuntur, non alibi, niſi in venerabilibus locis, reponi:[k] & ſi quãdo opus vocauerit ad litanias celebrandas, tũc ſolum ipſas ſanctas cruces accipere eos, qui cõſuetè eas portare ſolent, & cum epiſcopo, & clericis litanias celebrare, hoc cuſtodientibus ſanctiſſimis locorũ epiſcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, præſentis noſtræ legis virtutem aut tranſcenderit, aut non vindicauerit, prædictas pœnas patietur, monaſteriorum, & reuerendiſſimorum monachorum diſpoſitione.[5] †

†[6] *Abbas eligendus eſt non ſecundum gradum, ſed meritis, & virtute: & idem in Abbatiſſa eſt ſeruandum. Bart.*

¶ Iubemus igitur[l] Abbatẽ, aut Archimandritã in vnoquoque monaſterio ordinari, non oino ẽm gradum monachorum, ſed * omnes[m] monachi melioris opinionis exiſtentes, eum eligant, propoſitis ſacroſanctis euãgelijs, dicentes, quia neque pp amicitiam, aut aliã quãlibet cauſam, ſed ſcientes eũ & fide rectum, * & vita caſtum, & gubernatione dignũ, & qui poſſit monachorũ diſciplinã, & omnẽ monaſterij ſtatũ vtiliter cuſtodire, eũ elegerunt:[n] & ſanctiſſimum ẽpm, ſub quo monaſterium conſtitutum eſt, eum qui ita electus eſt, modis oibus abbatem ordinare.[o] Hæc aũt omnia, quæ à nobis diſpoſita ſunt, pro ordinatione abbatum, valere præcipimus & in venerabilibus fœminarum monaſterijs, & Archimandritis, & aſceterijs, & archiatris.[p]

[7] † *Ignoto ad monaſterium aſpiranti monaſticum ſchema, niſi poſt triennium, non detur, intra quod tempus probandi eum ſuum eſſe, redditur cum rebus aſportatis: notus verò incontinenti poteſt monachus ordinari. Debent inſuper vnà monachi habitare, non tamen dormire, & à mulierum procul eſſe conſortio. Ang.*

---

[1] † Cap. 28. ut clerici mulieres ſuperinductas in proprijs domibus habeant: epiſcopi verò nullas.

[2] † Ca. 29. de diaconiſſis.

Facit ad hũc § c. s. cũ ſua gloſ. ult. in fine, ext. de conuer. coniug.

[3] † Ca. 30. de his, qui in eccleſia ẽpo, aut alijs clericis iniuriã inferunt.

[4] † Publicas ſupplicationes vetitas laicis.

[5] † Cap. 31. reliquũ mebus e.t. & de venerabilib. monaſterijs, & reuerendiſſimis monachis formã dare. Illud igitur ante cætera dicẽdum, &c. Transferebatur ĩ Græco totũ primum caput nouellæ quãta ſupra. Cont.

[6] † Cap. 32. ut Abbas nemtã antiquitate, ſ; bona exiſtimatione cẽſendus ſit eligendus.

* Concord. c. in cauſis, circa prin. cũ gl. i. extra, de elec.

* Facit ad hoc gl. ſup. ver. eligendo, in c. cũ dilectus, extra de conſuet.

[7] † Ca. 34. de monachis nõ ſtatim ueſtiendis Conuenit cap. 2. ſupra Nouel. 5.

[a] *Non habentibus.*] i. non debentib. hẽre, vt omnes in ſacris ordinibus conſtituti, vt ſ. quomodo opor. epiſ. §. neque autẽ. & ſ. de nupt. §. ſed & ſi quis.

[b] *Superinductam.*] vt occaſio delinquendi nõ prębeatur, vt Inſt. vi bon. rap. § ſed neq; & facit C. eo. l. cũ.

[c] *Eam*] ẽt matrem.

[d] *Permittimus.*] hæc eadem habes ſ. quo opor. epiſc. §. quanta.

[e] *Secundum numerum perſonarum.*] quod leges virilẽ appellant, vt C. de cad. tol. § ſin autẽ legatarij, & ff. de leg. præſtan. l. virilis, in princ. Accur.

[f] *Alat.*] idelt, regat.

[g] *In exilium.*] hic aut pro &, accipit, vt in nouel. eo. tit. & C. de verb. ſign. l. cum quidam. Al. Alij hñt in litera &, & tũc eſt plana. & facit ad hũc §. C. eo. l. ſi qs in hoc. & C. de ijs, qui ad eccl. ꝯfug. l. denunciamus.

[h] *Ipſas.*] aliàs quas.

[i] *Honorandas.*] cruces interdicimus nõ alibi reponi, niſi &c. cum crucibus & cum litanijs ſacra ingrediuntur, vel ſubaudi portãt, & erit plana. & dic cum quibus, ſ. crucibus ingrediuntur ſacerdotes.

[k] *Reponi.*] vt in ſacriſtia. Accur.

[l] *Iubemus igitur.*] qa fecit modo proxi. de monachis mẽtionẽ, igit de eis incipit, & proſequitur vſque in finem conſtitutionis.

[m] *Sed omnes.*] huic §. concordat ſup. de defen. ciu. § decreto, collat. 2. & C. de off. ma. off. l. j. & de offi. præ. vrb. l. fi. Accur.

[n] *Elegerunt.*] & ſic monachi hodie eligunt, vt hic, olim epiſcopus, ſed corrigitur, i. vt ſ. de mona. §. ordinationẽ, coll. 1.

[o] *Ordinare.*] i. conſecrare, & confirmare, vt in nouelliſ. Acc.

[p] *Archiatris.*] genera ſunt locorum religioſorum.

Schema.

¶ Si quis aũt ad monaſticam vitam venire voluerit, iubemus, ſiquidẽ notus eſt, quia nulli fortunę ſubiacebat, abbas monaſterij, ſi pſpexerit, ſchema [a] ei prębeat: ſi uerò nõ cognoſcitur, aut cuilibet fortunæ ſubiacet: intra tres annos non accipere eũ ſchema monaſticũ: vt intra memoratum tp̃s experiatur huius hominis cõuerſationem monaſterij pręſul. [b] Et ſi intra trienniũ aliquis emerſerit, dicens aut ſeruũ, aut colonũ, aut adſcriptitiũ ſuum hunc eſſe, aut etiam tãquam fugientẽ agriculturam, aut quaſi aliquid rapiẽtem, aut propter aliquam culpam in monaſteriũ eum ingreſſum, proprio dño hunc reſtitui cum rebus, quas probatur in monaſterium introduxiſſe, iurando [c] primum, [d] quia nihil patietur a ſuo domino percipiente. Si autem intra triennium nullus cõuenerit, aut inquietauerit, aut cõtra aliquam memoratarum perſonarũ quæſtionem fecerit, abbas monaſterij poſt tranſcurſionẽ triennalis tẽporis, ſi talem virũ dignum iudicauerit, tunc det ei ſchema, & nullus ſit ei poſtea moleſtus propter fortunam, donec tamen deget in monaſterio. Res autem, quas in monaſterium introduxiſſe uidetur, illæſę domino reddantur. [e]

¶ Si quis aũt memoratarum perſonarũ reliquerit monaſteriũ, & ad ſęcularem venerit vitam, aut in ciuitatibus, aut in agris circumiens, propriæ fortunæ [f] reddatur. [1] †

In omnibus autem monaſterijs, quę cœnobia dicuntur, iubemus, ſm canones monachos in vno habitaculo omnes ſeparatim [g] dormire, vt mutuum alterutris teſtimonium [h] caſtæ conuerſationis præbeant, niſi quidã tamen ex eis propter longæuam in monaſterio conuerſationem quietè volentes viuere, aut ſenectutis, atque corporis infirmitatis cauſa, in remotis cellulis intra monaſteriũ conſtitutis degant, & hoc cum conſcientia, & voluntate abbatis fieri.

¶ Hæc omnia in monaſterijs, & aſceterijs fęminarum ſeruantibus [i] in nullo loco noſtræ reipublicę eſſe monaſteria permittimus aliter. [k]

¶ Vbi autem monaſteriũ inuenitur, omnibus modis iubemus, viros à fęminis ſeparari, & fęminas [l] quidem, in quo ſunt monaſterio, remanere, viros autem aliud monaſterium ſibimet facere. Si verò plura ſunt monaſteria, vt neceſſe non ſit, noua monaſteria ædificare, locorum ſanctiſſimus Epiſcopus monachos cum monachis, & fęminas cũ fœminis ſeparare, & in alijs monaſterijs congregare procuret. quæcumque verò habentur communia, inter eos ſecundũ competens eis ius diuidere. [m] Fęminis autem, quemcũque ipſæ elegerint, ſiue presbyterum, ſiue diaconũ, ad faciendum eis reſponſum, aut ſanctam eis communionem portandam; ſanctiſſimus Epiſcopus, ſub quo ſunt, deputet, quem rectę fidei, & vitæ bonæ eſſe cognouerit. Si verò, qui ab eis electus eſt, non ſit presbyter, aut diaconus, dignum tamen eum huiuſmodi miniſterio epiſcopus iudicauerit, ordinationem ei imponat, [n] qui dignus eſſe videbitur, vt reſponſa, ſicut dictum eſt, monaſterijs diſtribuat: ita tamen, vt neque ſic electus ad reſponſa fœminarum, in monaſterio [o] maneat. [2] †

Si rogatus de reſtituendo, nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, aut ingrediatur monaſterium, deficit fideicommiſſum, niſi alteri loco venerabili debeat reſtitui. Ang.

¶ Sed & hoc [p] præſenti addimus ſanctioni, ſi fortè quis ſub conditione nuptiarum, ſiue liberorum, [q] ſiue dotis cauſa, ſiue ante nuptialis donationis donauerit, ſiue reliquerit ſuis liberis, ſiue alij cuicumque perſonæ hæreditatem

[1] † Cap. 15. vt monachi in vno conclaui habitent.

[2] † Cap. 16. cõditionem nuptiarum, vel liberorũ nõ extare, ſi quis monaſterium ingrediatur.

Concord. cum hoc §. c. in præſentia, cum gl. vlt. ext. de prob. vbi in de eã, quæ eſt elegans ad hãc materiã. Ab. de Felin. in d. c. in præſentia, nu. 24. 30. & ſeq. de prob.

a *Schema*] i. ordinẽ monachalem, ſ. cucullam, & ſcapularium, & etiã incontinenti. profeſſionem faciat.

b *Præſul.*] i. abbas. & concor. huic l. ſ. de monac. §. ſancimus, & §. inter. & §. ſi verò. Accurſius.

c *Iurando.*] ſimile iuramentũ præſtat dominus, quando ſeruũ ad eccleſiam fugientẽ recuperat, vt C. de ijs, qui ad eccl. confug. l. præſenti, in fi.

d *Primum*] ſ. eſt præſtandum à domino, quia &c. Accurſius.

e *Domino reddantur.*] nam non debet in rebus quis cum aliena iactura locupletari, vt ff. de cond. indeb. l. nam hoc natura. & ſic no. ꝙ tenet principale, non tamen tenet acceſſoriũ. Acc.

f *Fortunæ.*] i. domino ſuo, vt ſup. eod. §. ſi ſeruus.

g *Separatim*] i. non ſimul, ſed quilibet in ſua ſtratura, ſiue cubili, vna domo tamẽ, vt hic, & ſ. de mona. §. cogitandum.

h *Teſtimonium.*] hic ſume arg. ꝙ poſſit eſſe teſtis monachus, & dic, vt dixi ſ. de mona. §. cogitãdum.

i *Seruantibus.*] ſcilicet abbatibus.

k *Aliter.*] quàm ſupra diximus.

l *Fœminas.*] no. ꝙ defertur mulieri. Itẽ nota hic, quòd collegium reprobatur, licet alia cauſa religionis facta, valeant, vt ff. de colle. illic. l. 1. §. ſed &. Item res eorũ mares debent portare, vt ff. de colle. illic. l. 1. in fi. & ſ proxi.

m *Diuidere.*] no. ſic ff. de coll. illi. l. j. §. fi.

n *Imponat.*] nota, ꝙ etiam laicum poſsũt eligere iſtæ fęminæ, ſicut epiſcopum, vt ſupra eo. tit. 1. collat.

o *In monaſterio.*] i. in clauſtro.

p *Sed & hoc.*] duo dicit hic §. primum, ſi dedi mulieri 10. pro dote, vel viro alicui pro do. pp nupt. vel nulla adiecta tali cauſa dedi clerico ſub tali conditione, ſi ꝯheret matrimoniũ, vel ſi haberet liberos, ꝙ tunc haberet demũ, hoc caſu, ſi monaſteriũ intret, vel clericus ſęculo renunciet, impleta eſt conditio, vnde perinde habet, ac ſi filios haberet, vel matrimoniũ contraheret: & tunc haberetur, ac ſi nulla fuiſſet appoſita cõditio, ſed purè eſſet relictũ. & hoc dicit litera inualidas eſſe cõditiones. nam hęc duo ſunt paria, obligationẽ eſſe puram, vel eſſe cõditionalem, dummodo ꝯditio iam extiterit, vt ff. de cond. indeb. l. ſufficit. ſed cũ purè dedi, vel reliqui tibi cauſa dotis, vel don. pp nup. ſi liberos nõ haberes, vel matrimonium non contraheres, rogaui, vt reſtituas alij, certè ſi eccleſiã intres, videris liberos hr̃e: & ideo fideicõmiſſarius nil expectet, ac ſi nõ eſſet aliquid appoſitũ de reſtituendo, niſi fideicom. ſit relictũ ad pias cauſas, quo caſu etiam expectat, & nõ habetur monaſterium pro filio. Item nota ex hoc §. ꝙ eccleſia loco filij habetur, ꝙ valet ad multa. & ideo quidã intelligunt hoc tãtum his duobus caſibus, ſi liberos haberes, vel matrimonium cõtraheres, non aliàs. Alij vbique dicũt pro filio haberi, quia ſi inueniat ſe non inſtitutum, rumpit teſtamentum, vt plenè dices infra §. proxi.

q *Liberorum.*] ſuper his duobus ponitur cõditio, ſed quod ſubijcit, ſiue dotis, &c. cauſam dandi ponit, non condi. Quid ergo ſi aliam cauſam dicat, donandi puta, vt emas ſeruum? Reſpondeo, non facio vim, vt ff de do. l. 2. in fi. & l. ſeq. ſed hoc ideo de his dixi, quia talia conueniunt in matrimonio, de quibus hic dicit.

Condi-

tem, ſiue legatum, aut ab initio purè relinquens eis, oneret eos ſubſtitutione, aut reſtitutione, aut ſub vna pdictarum conditionū reliquerit, vel donauerit, ſubſtitutiones verò, vel reſtitutiones eis fecerit, adiectis cōditionib. quibuſcunq; [a] ex ijs, q̄ ſuperius enumeratæ ſunt, ſancimus, ſi perſonæ talibus conditionibus ſubiectę, ſiue maſculi, ſiue fœminę monaſteria ingrediantur, aut clerici,[b] aut diaconiſſæ, aut aſcetriæ fiant, tales cōditiones inualidas, & ꝓ nō ſcriptis [c] eſſe. Hoc autem ſolatio & clerici, & diaconiſſæ eccleſiarum fruantur, ſi vſq; ad ſuam vitam in his perſeuerauerint, vt res ſub tali ꝯditione donatas, aut relictas ad pia opera expendāt, aut relinquant. In perſonis.n. q̄ in monaſterium, vel aſceterium ingrediuntur, & relinquunt huiuſmodi conuerſationem caſtam monaſterio, aut aſceterio, vbi à principio ingrediuntur, res ſub tali cōditione donatas, aut relictas, cum alia eorū ſubſtantia competere volumus.[d]

¶Si tamen * in redemptionē captiuorum, aut agentiū alimenta ſub prædictis conditionibus ſubſtitutio, aut reſtitutio fiat, ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus. [1] †

Si qua intrauerit monaſterium animo ibi manendi, & ſe, & ſua monaſterio dediſſet, licet tamen ei poſt ingreſſum bona ſua liberis partiri. Ang.

¶ Si qua mulier, * aut vir monaſticam elegerit vitam, & intrauerit monaſteriū, [e] filijs non extantib. monaſterio, ꝗ ingrediť, res eius cōpetere iubemus. Si verò talis perſona filios habeat, & non ante, q̄ intret monaſteriū, de ſuis reb. fecerit diſpoſitionem, & legitimam partē filijs deputauerit, [f] ēt ſic liceat ei poſtquam monaſteriū ingreditur, ſuam facultatē in proprios[g] diuidere filios, ita tamen, vt nulli filiorū ſuorum minuat legitimā partem, q̄ verò non dederit filijs partem, monaſterio cōpetat. Si verò omnem ſubſtantiam inter filios diuidere voluerit, propria ſua perſona [h] filijs connumerata, [i] vnam ſibi partem omnibus modis retineat, quæ debeat iuri monaſterij cōpetere. Si

a *Conditionibus quibuſcumque.*] ſic loquitur, ac ſi plures poſuiſſet: ſed certè non poſuit niſi duas, ſcilicet, matrimonium, vel ſi liberos haberet: rogauit ergo hoc reſtituere, ſi liberos non haberet, vel matrimonium non contraheret. videtur enim contraxiſſe, & liberos habuiſſe ſi monaſterium intret, & facit ad hoc ff. ad Tertulianum, l. 2. §. liberi. ponūtur ergo hæc verba, ſi fecerit, cum conditionib. adiectis quibuſcumque, pro ſingulari conditione, quacumque ex ijs, quæ ſuperius numeratæ ſunt.

b *Clerici*] etiam ſæculares, aliàs fruſtra diceret ſtatim, quod debeat reſeruare ad pias cauſas, cum ſi de monachis tantum loqueretur, ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicāt Deo neque vlterius eis adminiſtratio relinquitur, vt ſupra de mona. §. illud, ſi tamen velis tantū de monachis intelligere, dices hic monaſteria ingredi, ſcilicet, vt conuerſi ſint, vel clerici fiāt, ſcilicet, monachi, & quod ſequitur, de rebus, dicas, quod licet habeant de facto adminiſtrationem, & vſum rerum, non tamen eſt de iure, nec abbas tenetur eis dimittere, ſi non vult. Item pro hoc, quod hic tractat tantum de monaſterijs. Itē quia fauore eccleſiarum, non hominū hoc fingitur, ſi autem eſſe ſæcularis clericus, poſſet dimittere, cui vellet, vt ſupra eo. §. preſbyteros.

c *Pro non ſcriptis.*] primo caſu eſt inualida conditio. Secūdo eſt inualida tota reſtitutio ſub conditione facienda, & ſic per conſequens ipſa conditio. Accurſius.

d *Volumus.*] hoc concordat ſup. de mona. §. ſi quis autē, & §. ſi vero relinquens. Accurſius.

e *Intrauerit monaſterium*] quid ſi cauſa orandi? Reſpon. non habet locum, quod hic dicit, niſi quando abrenunciauit ſæculo, vnde non facio vim, ſi intret vt monachus, vel conuerſus, dummodo renunciet, vt ſupra de monach. §. ſi autem nihil. Item quid ſi capellam intret? Reſpon. non habet locum, ꝗ hic dicit, nec ſi plebem, quia tales ꝓpria poſſunt retinere, vt ſupra eodem, §. preſbyteros. Itē quid, ſi de rebus nihil dixit? Reſpon. tacitè ſequuntur, vt ſupra de monach. §. illud. Item ſi non habet liberos, habet tamen parentes, quid tunc? Reſpon. P. idem, argum. eodem, §. preſbyteros, & ſupra. vt nulli iudic. §. adulterā. non tamen diſtribuit filius inter eos, ſecundum eum. Tu dic, quòd nihil habent parentes: quia monaſterium eſt pro filio, vt ſupra proxim. §. ergo ſuperiores excluduntur nec obſtat ſupra eodem. § preſbyteros, quia ibi in ſæcularibus dicit. Item nec illa ſupra vt nulli iudi. quia ibi inuitè intrauit, hic ſponte. vel corrigitur per iſtam.

f *Deputauerit.*] tepete non. Accurſius.

g *In proprios.*] quæritur an hæc diſpoſitio ſit teſtamentum, quod prodeſt quærere, ſi de actione, vel numero teſtium quæratur? Dicit P. quòd non: quia arbiter, & iudex diuidit, non tamen teſtatur. quia non eſt dominus, qui ſic diſtribuit, vt ff. de iure codicillo. l. conficiuntur. §. ſi poſt teſtamentum, ſed Azo non curat de nomine, dum teneat de quo agitur, vt C. de conſtitu. pecun. l. 2. §. finali, & ſic ſit quicquid vis, vt ſit etiam teſtamentum, ſed certè, & nō dominus, teſtatur ſecundū eum, vt C. de ſecundis nuptijs l. fęminę. in fine, & inſtitu. de pupilla ſubſtitutio. §. non ſolum, & potuit hæc lex etiam ſeruo concedere ius faciendi teſtamentum; nec obſtat huic ſententiæ ſi dicamus iure teſtamenti valere, ꝗ dicitur ſup. de monachis. §. illud, collat. 1. quia illa per hanc corrigit hoc caſu. Si velles tenere opinionem P dicas, ꝗ lex illa, fœminæ, non obſtat: quia ibi mater domina eſt licet hēat neceſſe filios inſtituere. Item nec illa de pupil ſubſtitut. quia ibi eſt ſpeciale: quia filius ſibi non poterat teſtari, vt ſupra eodem. §. primo, ſed ſecundū Azonem, qui dicit eſſe teſtamentum, qua actione agetur contra monaſterium: quia fortè omnes res tenet? Reſpon condi. ex hac l. vt ff de condictio. ex lege. l. 1 Sed quid ſi filios non habeat, & fecit teſtamentum inſtituendo extraneos, certā partē aſſignando eccleſiæ, antequā intret, nunquid eccleſia totum habebit? Videtur quod ſic, ex hac l. ſed contra eſt: nam cum eccleſia ꝓ filio habeatur, vt dictum eſt, ſed naſciturus filius inſtitutus non rumperet teſtamentum, vt ff. de lib. & poſthum. l. filius, §. fin ergo nec eccleſia: ſed ſi nihil eccleſiæ dediſſet, totum rumperet, ad inſtar pòſthumi, qui rumpit, ſi ſe præteritum inueniat, vt C. de bonorum poſſeſſione contra tab. l. 1. Item opponitur: quia videtur, quod totum debeat filijs dimittere, præter quaternas vncias, vt ſupra vt nulli iud. §. quia vero, quæ eſt contra. Sed ibi inuita intrauit, hic ſpontè.

h *Perſona.*] vt tantum ſibi retineat, quantum habet neceſſe dare vnicuique filiorum, ſecundum Io. alij ſic, id eſt retineat ſibi tantum, quantum alicui filiorū dat, cui plus dat. Tu potes dicere, quod virilem ſibi aſſumat partem, vt arg ſupra eo. § diaconiſſam vero. Sed an filij poſſunt cōpellere patrem viuentem, vt diſtribuat? Videtur quod non, vt argum. infra proxi. reſpon. & ſupra vt liceat matri, & auiæ, §. quia vero ex conſenſu. & C de don. inter virum, & vxo. l. res, puto tamen, vt ſaltem ſubueniatur filijs, quantum ad alimenta non vt partem habeant, niſi eo, naturaliter mortuo. Vel ſi velis dicere, quod petatur ſtatim poſt ingreſſum hæc portio, eſt arg. quod dicitur, quòd ingreſſus pro mortuo reputatur, vt C. de epiſ & cler. l. Deo nobis, in fi. 2. reſpon. & ſupra vt nulli iud. §. ſi verò prædictum tempus. Accurſius.

i *Connumerata.*] facit, ff. de col. bono. l. 1 §. portiones.

* *Concor c. in præſentia. in vlt. gl. poſt prī. ſibi, ſi autē rogatus eſt. ext. de probat. & ibi Fel. numero 19.*

1 † *Ca. ſi. vt qui monaſteria ingrediūtur, ſe, ſuaq. dedicant monaſterio.*

* *Iſte §. ſituatur ꝑ auth. ſuper l. generali lege C. de ſac ſan eccle. & incipit, ſi qua mulier. & eſt Canonizata 19 q. 3 c. ſi qua mulier.*

verò in monaſterio degens moriatur, ante, quam inter filios ſuos proprias diſtribuat res, legitimam partem filij percipiant, reliqua verò ſubſtantiæ pars monaſterio competat. [1] †

1† Ca. 38. vt ſolutis ſpoſalib. ꝑ monaſterij ingreſſu, ſimpla tantum arrha reddantur.

Sponſus monaſterium intrans recipit arrhas, quas dedit, ſi matrimonium non contraheret: & mulier, quas accepit, reſtituit ſimplices, non autem duplicatas. Angelus.

¶ Sponſalibus quoque ſecūdum leges factis inter aliquos, ſiue [a] ſponſus monaſteriū ingrediatur, recipiat, quæ pro ſponſalib. arrharū noīe ſunt data, ſiue ſponſa monaſticam vitam elegerit, illa ſolummodo reddat, quę ſimiliter arrharum nomine accepit, pœna vtrique parti concedenda. [b2] †

2† Ca. 39. ſi vir, aut vxor ingrediatur monaſterium.

¶ Si verò, conſtante adhuc matrimonio, aut vir ſolus, aut vxor ſola intrauerit monaſteriū, ſoluatur matrimoniū, & citra [c] repudiū, poſtquā tū perſona pergens ad monaſteriū ſchema [d] perceperit. & ſi quidem vir elegerit monaſticam vitam, reſtituat prius mulieri doté, & ſuper hoc ex nuptiali donatione tantā partē, quāta ex morte viri cōpetebat mulieri ſecundum pactum dotalibus inſtrumentis inſertum.

¶ Si vero mulier fuerit monaſteriū ingreſſa, ſimili modo retineat vir nuptialē donationē, & caſum dotis ex morte mulieris placitum: [e] reliquum vero dotis mulieri reſtitui ꝑcipimus, & ſi q̃d aliud ex reb. mulieris apud eum inueniat. Ambobus autem monaſticam vitam eligentib. iubemus, vacantibus dotalibus placitis, virum retinere donationem antenuptialem, & mulierem propriā accipere doté, & quicquid aliud vero dediſſe probetur, vt vnuſquiſq; citra damnum ſuis fruatur rebus: niſi fortè ſponſus ſpōſæ, aut ſponſa ſponſo, aut maritus vxori, aut vxor marito aliq̃d donare, aut cedere [f] voluerit: qm̄ neque ex pactis nuptialib. viro, aut mulieri lucrari aliquid conceditur.

3† *Parentibus filiū, vel filios, qui monaſterium ingrediuntur, velut ingratos, ab eorum hæreditate excludere non licet. Item parentibus non licet filios de monaſterio extrahere. Bartolus.*

3† Ca. 40. ne liceat parentib. exhæredare filios, q ingrediuntur monaſteria.

¶ Nullam verò licentiam damus aut parentibus filios, [g] aut filijs parentes ſæcularē vitam ſectantes, [h] & relinquentes, velut ingratos [i] á ſua excludere hæreditate, monaſterium, aut monaſticam vitam ſubſecutos. Interdicimus autem parentibus, filios ſuos monaſticam vitā eligentes, ex venerabilibus monaſterijs abſtrahere. [4] †

4† Ca. 41. de monacho monaſterium deſerente.

Monachus, qui monaſterium reliquit, militia bonore ſpoliatus, in aliud per epiſcopum detruditur monaſteriū, & quod poſt eius ingreſſum quæſiuit, monaſterio applicatur. Angelus.

¶ Si monachus * reliquerit ſuum monaſteriū, & in aliud ingrediatur, quaſcumque res tempore, quo monaſterium dereliquerit, habere videbitur, proprio monaſterio in quod ab initio ingreſſus eſt, eas competere [k] iubemus. Prouidere autem ſanctiſſimos locorum epiſcopos, vt neque monachi, neque monachæ circumeant ciuitates: ſed ſi quod neceſſarium reſponſum [l] habuerint, per proprios reſponſarios hoc agant, [m] in ſuis manētes monaſterijs.

* Vi. Al. reſpon. 1.

¶ Si monachus reliquerit monaſterium, & ad ſæcularem vitam migrauerit, hunc militia, [n] & honore, ſi quem habet, prius ſpoliatum ab epiſcopo locorum, & prouinciæ iudice in monaſterium [o] mitti, & res, quas poſtea habuiſſe probatus fuerit, monaſterio, in quod mittitur, competere. Si verò rurſus reliquerit monaſterium, tunc eum iudex prouinciæ, in qua inuentus fuerit, teneat, & ſubdito ſibi officio commoneat. [5] †

5† Ca. 42. de raptoribus ſancti monialiū.

Raptores monialium, & ſimilium participes capitali pœna, & bonorum amiſſione plectūtur: bonis raptoris, & aliorum criminis participum applicandis eccleſiæ, annali præſcriptione contra eccleſiam currente. Bart.

¶ Si quis rapuerit, aut ſolicitauerit, aut corruperit aſcetriam, aut diaconiſſam, aut monaſtriā, aut quamlibet aliam fœminam, venerabilē ha-

bitum

a *Sine ſponſus.*] ſi per verba de futuro dedit arrhas.

b *Concedenda.*] i. remittenda, & concor. C. eo. l. fi. in prin.

c *Cura.*] ſed olim neceſſarium erat, vt ſup. de nup. §. per occaſionem.

d *Schema.*] i. cucullā, vt dicunt, vel figurā, ſiue formam ſm alios, ſed in topicis Ariſtotelis exponūtur pro ornatu verborum & ſententiarum. Accurſius.

e *Mulieris placitum.*] fingit vere mortuus, vt hic, & C. eodem, l. fi. 1. & 2 reſpon. & ſic tm̄ valet fictio, quantum veritas, vt C. de ijs, qui veniam ætat. impe. l. 1. & 2. & C. de caſt. pecu. l. 1. & fi. li. 12. Item facit ſupra vt lice. mat. & auiæ. §. quia vero lex.

f *Cedere.*] tempore ſeparationis.

g *Parentibus filios*] nūquid hoc caſu hoc voto obligatur filiusfamilias? & vr̄ ꝙ non, vt ff de pol. l. ſi quis, §. voto quæ eſt § ſed hoc eſt ſpeciale, vel illud in dando intellige.

h *Sectantes.*] ſ. prius, ſed poſtea relinquentes, vt ſubijcit. ſcilicet ſæcularem vitam.

i *Ingratos.*] ob hoc ꝙ intrauit monaſteriū, vt C. eodem, l. fin. §. hoc etiam, ſi aliàs ſit ingratus, non efficiē ideo gratus, licet omnis macula peccati aboleatur. vt ſupra. de mon. in princ. Sed in nouellis contra, dicit enim, ꝙ purgatur ingratitudo per ingreſſum. Sed nunquid cæteris agnatis, vel cognatis poterit ſuccedere? Videtur quòd non: quia dicit quædam auth. extraordinaria, quomodò oportet mo. &c. quod monachi non habent cognationē in terra. Sed illud intelligitur, quātum ad hoc, vt nō accedat extra, ad loquēdū cognatæ, vel conſanguineæ ſuæ: quia tali colore poſſet illicita agere, vt C. codē, l. Deo nobis, vnde dico, quod poteſt ſuccedere, & abbas per eum.

k *Competere*] hoc idē habes ſup. de mo. §. ſi quis aūt, & §. ſi vero relinquens, ſed q̃d de rebus poſtea quæſitis? Reſpon ſecus eſt, vt infra eod §. ſi monachus.

l *Reſponſum.*] i. neceſſitatem, vt alicui reſpondeat in aliqua cauſa. Accur.

m *Agant.*] ſed quā cauſam habent, cum nihil habeant? Reſp. ex factis præcedentibus, ſiue contractib. pro quibus vel ipſi, vel abbates conueniūtur, licet per alios reſpondeant, vt ſup. apud quos opor. epiſc. & mon. §. præterea. coll. 6. fa. ſup. de mō. §. ſi vero relinquens.

n *Militia.*] quam in ſæculo adeptus eſt.

o *Monaſterium*] duo contraria ſunt ſup. e. § ſed neque, & ī eodem, §. ſi ſeruus. Prima dicit indiſtinctè curiæ. Secunda indiſtinctè domino, ſed hanc in liberis, illū. §. ſed neque curialium, in ſeruo intellige, & ſic nihil contra dicit.

dicit. Vel ſpecialē ſol. da. illi § ſed neque, vt ille ſm iſtius diſtinctionem intelligatur, vt ibi dixi.

a *Et participes.*] huic § conc. ſup. quomodo opor. Epi. §. quanta, & C. eod l ſi quis non dicam. & l rapto res, & C. de rapto. virgi. l 1. & ſup. de rap. mun.

b *Habuerit.*] antequā eſſet monacha, aliàs eſſent ſpurij. Accur.

c *Partem.*] de bonis diaconiſſæ matris.

d *Aſſignare.*] currit ergo annalis pſcriptio eccleſiæ in hæreditatis petitione, vel cōd. ex l. ſicut, & in ſimili caſu, vt ſup. vt cum de app cogn §. ſi quis de prædictis, ſed regulariter currit præſcript. 40. ann. vt ſup. de eccle. tit. §. pro temporalibus, quæ eſt contra. ſed hic ſunt ſpecialia.

1† *Caſtitas.*

e *Necnon & proſtantibus.*] i quaſi proſtituē ſib. ſeipſos, nec curāt de ſua fama, ſicut nec meretrices. Acc.

f *Monachi.*] no. reprobari, ſi quis alterius veſte in eius contemptum vtatur, vt hic, & C. de epi. aud. l. minimè, adeo vt iniuriarum teneri, vt inſti de iniu. §. 1. & capitaliter punitur, vt hic dicitur.

2† *Ca. 43. & vltimū. Ne liceat laicis, & ſcenicis, vti monachi ſchemate.*

g *Defenſoribus.*] repete ſemper prouidentibus.

3† *Hi, qui in ſcenam prodeunt. Haloan.*

h *Etiam in præcedentibus.*] aliàs in præſentibus, &c.

i *Sancimus.*] hic dicit, qḋ pœnæ, quæ ante legē iſtam fuerunt impoſitæ circa caſus huius conſtitutionis, valent ēt ante hanc legem, ſed quæ impoſitæ per hanc ſunt, nō valent, niſi in futuro, vt C de legib. & conſti. l. leges.

* *Concor. c. cum decorem, cū gl. 1. extra de vit. & hone. cleri. vbi tenor huius tex. recitatur.*

bitū habentem, huius res ex talis ſceleris participio, iubemus, venerabili loco, in quo talis fœmina habitat, p locorū ſanctiſſimos Epiſcopos, & œconomos eorum, necnon ēt cuiuſlibet Prouinciæ iudices, & eorū officia vindicari. Eos aūt, qui talia deliquerint, & participes [a] eorū ſceleris fuerint, capitale periculū ſuſtinere: talem verò mulierē, vbicunq; eſt, cum proprijs reb. in monaſterio recondi, in quo cautius [1] † cuſtodiri poſſit, vt nō rurſus in eodē crimine reperiatū. Si verò diaconiſſa fuerit, & filios habuerit [b] legitimos, legitimā partē [c] dari filijs. Si aūt intra vnū annū, poſtq̄ cognoſcitur tale facinus commiſiſſe, tales res iuri venerabilium domorum nō vendicentur, iubemus, oīb. modis Comitem priuatarū fiſco noſtro has aſſignare: [d] locorum iudice, qui neglexerit eaſdem res vendicare, cingulo priuando, & mulctam quinque librarum auri à Comite priuatarū exigēdo. [2] †

¶Omnib. itaque generaliter in ſæculari vita conuerſantibus, & maximè theatralia exercentib. [3] † viris, ac mulierib. necnon & proſtantibus [e] interdicimus, vt ſchemate * monachi, [f] aut monaſteriæ, aut aſcetriæ, aut cuiuſcunq; perſonæ huiuſmodi imitari ſchema: ſcientib. vniuerſis præſumentib. aut vti tali ſchemate, aut imitari, aut illudere in quacunq; eccleſiaſtica diſciplina, quia & corporalia ſupplicia ſuſtinebunt, & exilio tradenē: prouidentibus huic rei non ſolum locorum Epiſcopis, & qui ſub eis ſunt clericis, ſed etiam militaribus, ciuilibusque iudicibus, & quæ ſub eis ſunt officijs, & locorum defenſoribus.

¶Pœnas autem præſenti legi inſertas, quæ etiā ex priorib. legibus ſunt notæ, non ſolum in futuris, ſed etiam in præcedentibus [h] caſibus, ſeu relictis valere, & omnibus modis vendicari [4] † ſancimus. [i] per præſentem enim legem nuper diſpoſitas, videlicet pœnas in ſolis futuris temporibus ſeruari iubemus. Tua igitur gloria, quæ

4† *Indicata.*

per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquilitas, per omnia cuſtodiri prouideat. Dat. Cal. Conſtantinop. Iuſtiniano PP. Augu. Baſilio V. C. Coss.

Κατεπέμφθη πέτρῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Deerant hic ſequentes omnes conſtitutiones ſcilicet, 149. 165. 166. 167. 168. Quas nuper repertas, eo, quo potuimus ordine, hac noſtra editione hic collocandas duximus. Reliquæ verò omnes, quæ deſiderantur, conſtitutiones in collatione decima reperientur.

TITVLVS XVII.

Vt Dei amantiſſimi Epiſcopi, cum prouinciarū indigenis, & incolis, quos ſibi præſides eſſe velint, eos ſibi à ſacratiſſimo Principe concedi petant, ijque gratis præſides fiant: vt tamen qui in præſidem petitur, idoneè fiſco caueat. Si verò præſidem petere diſtulerint, vt tū aduerſus eū, qui ipſis præſes miſſus fuerit, quodcunq; etiam occaſione publicorū tributorū fecerit, querelam inſtituere nequeant.

Nouella Conſtitutio 149.

PROOEMIVM.

DVm Reipublicæ à Deo nobis datæ curā gerimus, ſimulq; vt ſubditi noſtri in omnib. iuſtitiæ bono fruanē, operā damus, hoc vnū nobis inde ab initio ꝓpoſuimus, vt quicquid antea imperfectū, & confuſū fuiſſet, id & corrigeremus, & vndique ꝑfectū exhiberemus. Anxia itaque reputatione habita qūo & fiſcus, & ſubditi illæſi, & indemnes permaneant, animaduertimus nos facile id conſequuturos, ſi efficeremus, vt ꝓuinciarum præſides, vbi magiſtratu gratis ſuſcepto, ritè fiſco cauiſſent, in oīb. rectè, ac legitimè magiſtratu fungerentur: ita vt ab omni iniuſtitia, quæſtu, alioquique turpitudine, atq; re vetita abſtinerent.

CAPVT I.

NE igiē peregrini aliqui in ꝓuincias ſe ingerentes illas iniuria afficiant, noſq; crebris aduerſus illos interpellationib. inſtituendis moleſtias ſuſtineamus, hortamur cuiuſq; ꝓuinciæ ſanctiſſimos Epiſcopos, eoſq; q ex indigenis, & incolis primas tenent, vt p cōem libellū ſupplicē de ijs ad noſtrā potentiā referant, quos idoneos eſſe ad ꝓuinciæ ſuæ gubernationē exiſtiment. His.n. magiſtratus inſignia gratis traditur ſumus: tū vt publicum, & fiſcalē canonē ſe illaturos caueant, atq; nihil contra leges ſe exacturos, neq; cuiq̄ collatorū vim illaturos, illis, datis ſponſorib. promittant, ſe annonis cōtētos publicorū tributorū exactioni iuigilaturos, ijſque q in ſacris illationib. ꝓbati & prōpti ſint, mites ſimul & pſno affectu exhibituros: cū improbris verò, atq; refractarijs acerbi' i actionibus acturos, neque inde quicq̄ lucri ablaturos.

Oportebit

Oportebit vero etiam nihilominus illos, coniectis in leges oculis, quibuſcunque litigatoribus æqualitatem, atq; iuſtitiam tribuere, &, vt ſumptibus, ac longinquitate temporis atteratur, citò illos dirimere: tum & eos, qui deliquerint ī ius rapere, & ſecundum legem pęnas illis infligere: denique in omnibus iuſtitiam exhibere.

CAPVT II.

AC ſanè non hiſce ſolis hæc præcipimus, verumetiam cuiuſque magiſtratus aſſeſſoribus, alijſque quicunq; magiſtratib. ſubſeruiūt. Nam ſi quis illorum, aut in publicorū tributorum exactione negligenter ſe geſſerit, aut collatores noſtros damnis contumelioſiſve oblæſionib. inuoluerit, ſimul bonis excidet, ſimul ſummo ſubijcietur ſupplicio. Etenim Deo auſpice hoc vnū nobis ſtudio eſt, vt prouinciæ bonis legib. regantur, tutoque habitentur, atq; præſidiū in iuſtitia fruantur: & verò publica tributa citra querelā inferanť. Impoſſibile.n. eſt, vt ſacris tributis non illatis, alioqui reſpublica conſeruetur. Militares nāque copiæ, aſſignato ſibi ſalario inde percepto, hoſtib. reſiſtunt, & collatores à barbarorū incurſionib. & truculentia vindicāt: denique agros, atque ciuitates à latronū alioq; modo incompoſitam vitā ſectantium, vi & irruptionib. agendis excubijs defendunt: ex illis ēt reliquæ cohortes ea, q̄ ipſis attributa ſunt, accipiunt, muri atque ciuitates in diē inſtauranť: publicarū balnearū hinc calefactiones ꝓcedūt: poſtremò ſpectacula, aliaq; omnia, q̄ ad delectationem ſubditorū inuenta ſunt, ex iiſdē curanť, vt quæ ab illis contribuuntur, partim in ipſos, partim ꝑꝑ ipſos inſumantur, & impendanť: nobis aūt prorſus nihil inde præter iſtarum rerū curas habere contingit, non tñ eas mercede vacuas, quum magnus ille Deus, & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, magnitudine clementię ſuæ permultis propter hoc nos bonis remuneret.

CAPVT III.

HIs itaque omnib. prouincialib. hominib. velut præconio à nobis denūciatis, & quāta noſtra ſit erga ſubditos beneuolentia, & liberalitas per hoc oſtenſo, magis ꝓpitium, ac benignū Deū habituri ſumus, qui tantopere nequid detrimenti ſubditi capiāt curemus. Si verò hoc noſtrū beneficium conſecuti, in præſidū electione, opinione atq; ſpe fruſtrenť, neminem pręter ſe ipſos culpare poterunt. Neque ēt ſi hos eligere, & ad nos referre diſtulerint, vllo amplius iure de ijs, qui hinc in ꝓuincias emittenť, ſi ꝓpter publicorū tributorum collectionē nihil nō fecerint, querimoniā inſtituent, neq; verò nos, vt de his nos adeant, eosq; deferāt, dehinc ſuſtinemus. Qui.n. facultatem eligendi præſides à nobis ceperunt, vt illi gratis magiſtratib. ſuſceptis publica tributa inferent ipſiq; ab illis nulla iniuria afficerentur, ſi hi in illorū electione negligenter verſati fuerint, ꝑmittendū illis nullo modo erit, vt de ipſis conquerant, nosq; illos delaturi adeant, atq; moleſtiā exhibeāt. Cęterū nullus omnino in ꝑſoluendis, q̄ ipſi incumbunt, publicis tributis, vlla dilatione vti poterit, non ſacra domus, nō ſanctiſſ. eccleſia, non piū pauperū receptaculū, aut monaſteriū, non deniq; clarus, aut obſcurus quisq̄. Neque verò eos, q rēpublicā adminiſtrāt, neq; quos ἐκλήπτορας * vocant, neque ēt alios q b. publicarū cō tributionum cura incumbit, periculo, ꝙ hinc exiſtere poſſit, eximimus. Quæ enim in cōmune omnib. conducunt, illorum qui in fiſcum improbi eſſe velint, iniuſto propoſito anteferimus.

* *Latinè ſuſceptores.*

EPILOGVS.

Vt aūt q̄ pulchrè à nobis proponuntur, omnib. manifeſta fiant: iubemus, vt tua excellentia hoc p̄ſens ſacrum edictū per fęlicē hanc vrbē, & in ꝓuincijs conſpicuis in quaque ciuitate locis ꝓponat: quo neminē rō, qua fiſci ſubditorū que indēnitati conſulať, à nobis ſereniſs. adinuēta lateat. D. 15. Cal. Febr. Conſtan. Imp. D N. Iuſti. PP. Augu. anno 8. poſt Conſ. eiuſdē ann. 3.

TITVLVS XVII.

Generalis forma de proſpectu in mare, ſcripta dominico glorioſiſſ. prætoriorum præfecto.

Nouella Conſtitutio 165.

DOcuit nos mater, &c. Proſpectus in mare, qui intra centū eſſe pedes ſolet, non ſolum per directū, ſed ne per tranſuerſum quidē impediri nouo debet opere: hoc enim præſens forma adijcit, tum Zenonis conſtitutionē cuſtodiens, tum nouellam interpretās.

Hactenus editæ Nouel. extant, aut apud vete. interpretem, aut Halo. aut Scring. aut Iulianū. Trium ſequentium titulos ex Halo. aut Auguſt. verba vero, ac quid ſibi ſingulæ breuiter velint, quando a nullo adhuc conuerſas certum eſt, ex doctiſ. Cuia. hic excudi curauimus.

Forma Præfectorum prima.

Περὶ ἐπιβολῶν. De adiectionibus, ideſt de prædiorum ſterilium ad fertilium impoſitionibus.

TITVLVS XVIII.

Nouella Conſtitutio 166.

ΕΓποτε τοίνυν τὶς κατά τινα τῶν νόμῳ γνώριμον αἰτίαν ἐκποιήσειεν ἀγρὸν, ἢ γήδια, ἢ σύγκτησιν ὅλην, ἢ τὰ τελευτήσας ὕστερον παραπέμψειε τὴν αὐτοῦ περιουσίαν εἰς ἐξωτικοὺς ἢ παῖδας, κἀκεῖνοι τὸν ἴσον τρόπον ἐκποιήσειαν τῆς περιουσίας ἧς διεδέξαντο, χωρίον, ἢ ἀγρὸν, ἢ γήδια, ἢ σύγκτησίν τινα, καὶ τὸ παρὰ τῶν διαδόχων ἐκποιηθὲν εἰς ἀπορίαν ἔλθοι, ὥστε χώραν γενέσθαι τῇ τῶν ἀπόρων ἐπιβολῇ οὔτε ἅμα πᾶσι

πᾶσι τοῖς προκτησαμένοις, ἔτι παρὰ τὴν τῆς διαδοχῆς τάξιν ἐπάγεσθαι τὸ βάρος τῆς τῶν ὁμοδούλων ἀπορίας κελεύομεν· ἀλλὰ πρότερον μὲν τὸ παρὰ τῶν ἐκείνου παίδων, ἢ διαδόχων ἐξωτικῶν τοῦτο κτησάμενον ὃ νῦν εἰς ἀπορίαν ἤλασεν, καὶ τὴν ἀκίνητον αὐτὸ περιουσίαν τὴν ἐπιβολὴν δέχεσθαι· ἀπόρου δὲ τούτου φανέντος, καὶ τῆς οὔσης αὐτῷ κτήσεως, ἐπὶ τοὺς εἰς αὐτὸν παραπέμψαντας φέρεσθαι τὸ βάρος, εἰ δὲ μήτε αἱ τούτων κτήσεις πρὸς τὴν ἐπιφορὰν τῆς συντελείας ἀρκέσωσι, τότε ταύτην ἐπὶ τὸν πρῶτον κύριον, τὸν εἰς τοὺς παῖδας, ἢ τοὺς ἐξωτικοὺς τοῦτο παραπέμψαντα, τὴν ἀρχὴν, καὶ τῆς ἀκίνητον κτῆσιν (εἰ τοῦτο ἔχοιτο ἡ ἐκείνου περιουσία) ἐπανιέναι, οὕτω τε ἐκ τῆς ἁπάντων ἀπορίας εἰς τὸν παρὰ τοῦ πρώτου δεσπότου τὸ χωρίον, ἢ τὸν ἀγρὸν, ἢ τὰ γήδια ὠνησάμενον τὴν ἀρχὴν, ἢ καθ' οἱονδήποτε νόμιμον αἰτίαν παρειληφότα· ταυτὸν δὲ ἂν εἴη λέγειν, καὶ εἰ πολλαὶ μεταξὺ τυγχάνοιεν διαδοχαὶ οὖσαι; ἕως γὰρ ἂν ὁ προσεχέστερος εὔπορος εἴη, οὐδὲν ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἐν πρεσβυτέροις χρόνοις τὰς κτήσεις ἐσχηκότας, ἢ τὰς ἐκείνων οὐσίας προσήκει· καὶ ταῦτα μὲν οὕτως διατετάχθω· τὰς δέ γε τῶν ἀπόρων ἐπιβολὰς· οἷς ὅλως ὑπαχθεῖεν πολλοῖς οὖσι, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπέχουσι τάξιν, ἢ καὶ ὀλίγοις, ἀναλόγως τῆς οὔσης παρ' αὐτῶν ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας εὐπόρου κτήσεως, κατὰ οἷον δήποτε τρόπον γίνεσθαι, καὶ τηνικαῦτα τὸ τῶν συντελειῶν βάρος ὑπὸ τούτων αὐτοῖς ἐπάγεσθαι, ἡνίκα καὶ τῆς ἄπορον αὐτοῖς κτῆσιν ἀναλόγως παραδοθῆναι συμβαίνει, ἢ ὅτε πρὸς τὸ παραλαβεῖν ταύτην αὐτοὺς ἀπαγορεύσειαν πρὸς τοῦ τὸ οὐδὲν δίκαιον ἐπὶ τινὰ ταῖς ὑπὸ τούτων συντελείαις βαρύνεσθαι ὥστε πρόνοιαν τὴν σὴν λαμπρότητα ποιήσασθαι δεῖ ταῦτα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξετάζεσθαί τε καὶ προΐεναι. εἰ γὰρ μὴ ταῦτα παραφυλαχθείη καθ' ἃ διωρίσαμεν, ἴσθι ποινὴν ἅμα τῇ πειθομένῃ σοι τάξει ἀνὰ δέκα χρυσίου λιτρῶν καταθήσων, ἢ καὶ ἑτέρᾳ, ὡς εἰκὸς ἐπιτιμήσει μείζονι περιπεσούμενος οὐδὲν ἧττον τῶν παρ' ἡμῶν διωρισμένων, καὶ οὕτως κρατεῖν ὀφειλόντων; ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας, καὶ Νικομήδης ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀπέσαλται τάξεως.

Hæc eſt ferè ſententia huius conſtitutionis.

Si defunctus iuſta ex cauſa fundum, aut territorium, aut compoſſeſsioné alienauerit, & moriés reſidua bona liberis, vel extraneis hęredib. reliquerit, qui ex eis ſimiliter prędia quędā alienauerint, ex quibus poſſidéte emptore aliquod fortè poſteà defecerit, ita vt locus ſit ἐπιβολῇ quam prædia ſuſtinent, quæ ſunt ex eadem ſubſtantia, & origine, l.x.& xij. C.de om.agro deſer. vt ne defecti, vel deſerti prędij onus irrogetur ſimul eiuſdem ſubſtantiæ prędijs omnibus, ſed cæteris primú prædijs, quæ poſſidet is, qui ea emit a liberis, vel extraneis hæredib. defuncti: vel, ſi hic idoneus non ſit, hæredibus defuncti, ideſt prædijs, quæ poſsident hæredes defuncti ex eadem ſubſtantia: aut, ſi fortè hæc etiam non ſufficiant publicæ collationi, tum vt onus transferatur ad alia defuncti bona, quę ad alios quàm ad hæredes peruenerunt. Ad eum igitur qui fundum, aut compoſſeſsionem à defuncto emit, vt poſuimus initio. Idemq; dicendum eſt, ſi ea prędia per plures ſucceſsiones tranſierint. Quamdiu.n. proximiores, ſiue poſteriores poſſeſſores idonei ſunt, ἐπιβολὴ antiquiorib. non irrogatur, ideſt defecta prædia eorumq; tributa antiquiores poſſeſſores non cognoſcunt, q̃ ſi eiuſdem gradus & ordinis plures ſint poſſeſſores quibus iniungi ἐπιβολὴν oporteat, vt inter eos oneris diuiſio non fiat ex æquo, ſed pro rata fertilium bonorum, quæ poſsident ex eadem ſubſtantia.

Forma PP. viceſimaquarta.

Γενικὸς τύπος περὶ νομῆς πῶς δεῖ στέλλεσθαι, εἰς αὐτὴν, Βίσσου τοῦ ἐνδοξοτάτου ὑπάτου.

Generalis forma de poſſeſsione quomodo oporteat mitti in eam, Biſsi glorioſiſsimi Præfecti.

TITVLVS XIX.

Nouella Conſtitutio 167.

Εἴ τις ἀκινήτου τινὸς ἀντιλαβέσθαι σπουδάζων, ἀρχικὰς ψήφους πορίσαιτο, ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἀρκέσει τυχὸν ἡ τάξις τὴν σχολὴν μαρτυροῦσα τῆς τῶν πραγμάτων νομῆς τούτων, ἢ καὶ τῶν γειτόνων ἡ αὐτὴ τάξις λέγει μαθεῖν, ὡς οὐδεὶς τῶν πραγμάτων ἐπιλέλειπται, ἐπὶ δὲ τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κειμένων ὑπὸ τῆς τῶν τόπων ἐκδίκοις ὑπομνήματα, ἀπαραπλησίως ταυτὸ τοῦτο πράττοντα, δεῖ συνίστασθαι, μαρτυρίαν μὲν ἔχοντα τῶν γειτόνων, τηνικαῦτα δὲ ἄδειαν παρέχομεν ταῖς ψήφους ἡστηκόσι τὰ πράγματα κατασχεῖν, καὶ τοῖς μέλλουσι δὲ ἐκ συναλλαγμάτων τινῶν πρᾶγμα λαμβάνειν, καὶ νομὴν τοιαύτην, ἢ δεσποτείαν ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν ποιεῖσθαι κατοχὴν, ἀναγκαίας τὰς τῶν ἐκδίκων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρίας νομίζομεν, ὥστε ὑπομνημάτων συνισταμένων, ὑπ' αὐτοῖς δηλοῦσθαι τὴν παράδοσιν, εἴτε ἐπισάλματα τύχοι γραφέντα φροντισταῖς, εἴτε ἐπισαλμάτων χωρὶς ἡ παράδοσις μέλλει γίνεσθαι, παρόντος ἐνταῦθα τοῦ, καὶ τοὺς γεωργοὺς, ἤτοι φροντιστὰς χρῆναι συνομολογεῖν ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων, ὡς τὸν νεώτερον εἰδοῖεν νομέα, καὶ δεσπότην, καὶ τῇ τοῦ παραδόντος ἀκολουθήσομεν γνώμῃ, τοῦτο αὐτῷ ἐπιτρέψαντος, ἔνθα δὲ ἂν ἔκδικος μὴ παρῇ, τὸν λαμπρότατον, τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα τὰ τοιαῦτα συνιστᾶν ὑπομνήματα προστάττομεν, ἢ τὸν ὁσιώτατον τῆς πόλεως ἱερέα, ὑφ' ἣν ἡ κτῆσις ἐστιν, ὑφ' ἧς τὰ τοιαῦτα πράττεται, εἰ πολλῷ τυχὸν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἀπολείποιτο τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ παράδοσις γίνεται· ἐν δὲ τῇ βασιλίδι ταύτῃ πόλει, καὶ τοὺς καλουμένους ἐκβιβασμοὺς, καὶ τὰ ὑπὸ τῆς παραδόσεως συνιστάμενα ἐκ μαρτυρίας ῥοπὴν ἱκανὴν διδόναι τοῖς παρειληφόσιν ἡγούμεθα.

Hæc

Hæc eſt huius conſtitutionis ſententia.

Ex ſententia iudicis non rectè apprehenditur niſi poſſeſſio vacua, & quam in vrbe quidem vacuam eſſe exequutorũ teſtimonia adſeuerent, in prouincijs acta defenſorum plebis vicinorum teſtimonio confirmata. Et ſimiliter ex contractu in prouinciis quoties quis ingredi poſſeſſionem deſiderat, acta apud defenſores ciuitatum fieri debẽt traditæ poſſeſſionis, ſimul ac conſentientium voluntati tradentis, nouoq; domino colonorum, vel actorum poſſeſſionis. Si non ſit copia defenſoris, apud præſidem: vel etiam, ſi hic longe abſit ab eo loco quo traditio ſit, apud Epiſcopum.

Forma PP. ſecunda.

Γενικὸς τύπος περὶ ὁμοδούλων, ideſt de hominibus qui eidem domino ſubiecta prædia poſſident.

TITVLVS PRIMVS.

Nouella Conſtitutio 168.

Προστάττομεν κήνσῳ, ἤγουν ἀπογραφῇ, χωρία φέρεσθαι μόνον, οὐ μὴν οἰκίας, ἢ ἄλλα πράγματα, ἢ γὰρ ἐπιφορὰ ὁμοκήνσοις γίνεται, φυλάξει δὲ τοῦτο ὁ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος, καὶ ἡ πειθομένη αὐτῷ τάξις, καὶ οἱ πράκτορες τῶν δημοσίων εἰσφορῶν, ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν ὑφορώμενοι ποινήν, ταύτῃ τῇ ψήφῳ, καὶ νῦν ἀκολουθοῦντες, γενικοὺς ποιούμεθα τύπους, ὥστε μηδένα διδόναι ὑπὲρ ὁμοδούλων, ἢ ὁμοκήνσων ἐπιβολὴν ἐπ' οἰκίαις, ἢ ἄρτοις πολιτικοῖς, ἢ ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἐγγεγραμμένῳ τῷ κήνσῳ· ταῦτα φυλάττεσθαι, ταῦτα πέρατι παραδίδοσθαι, τῶν παραβαινόντων αὐτὰ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν κατατιθέντων, καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν οὐσίας, οὐ μετρίαν ἐπιφερόντων ζημίαν· οἱ γὰρ διὰ ταῦτα ἀδικούμενοι, ἕξουσι κατὰ τῶν παραβαινόντων, καὶ τῶν ἐκείνους κληρονομούντων, καὶ πραγμάτων αὐτῶν ἀγωγήν, ὑπὲρ τοῦ παρὰ τὸν νόμον ὑπομεῖναι ζημίαν, τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων, καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς τάξεων, καὶ τῶν ἁπανταχοῦ γῆς ἐκδίκων, τὰ παρ' ἡμῶν γενικῶς διατεταγμένα φυλαττόντων, καὶ ὑφορωμένων τὰ ὡρισμένα κατὰ ταυτὸν ἐπιτίμια.

Hæc eſt περὶ ὁμοδούλων, i. de prædijs hominibus ve prædiorum ratione eidẽ domino ſeruientibus. His ſolent accreſcere inuitis deſecta, deſertave prædia eiuſdem ſubſtantiæ, vt diximus Nouel. 128. & 166. denique ἐπιβολή, onus eſt ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων, & irrogatur ruſticis prædiis tantum. Nam & hæc ſola referuntur incenſum, non annonæ ciuiles, non ædes. Et ideo in tit. Digeſt. de cenſib. agrorum tantum cenſendorum mentio ſit, ac quod eſt de ſeruis, l. 4. §. in ſeruis, id de ruſticis tantum accipio, qui pars agrorum ſunt, vt dixi ſuprà Nouel. 7. Sed & quod dicitur de tributo capitis l. 3. id in agris tantum locum habet, non in vrbibus, aut metrocomiis, l. 1. C. de cap. ciu. l. 8. C. de exact. trib. Prædiis igitur vrbanis, aut annonis ciuilib. non irrogatur agrorum ἐπιβολή, quia nec ſunt ὁμόκηνσα, nec ſatis eſt ſi ſint eiuſdem originis.

FINIS.

NOVELLARVM CONSTITVTIONVM

D. N. Iuſtiniani perpetuo A.

Quæ in ſuperioribus nouem Collationibus varijs locis deſiderantur.

COLLATIO DECIMA.

Nouella ordine 11. Ὥστε τὰς περὶ τὸ Σιρμιάνιον γενομένας ὑπὸ Ῥωμαίοις πόλεις ὑπόδικον ἀρχιεπίσκοπον εἶ), μὴ μὲν ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης; *vt in Scrimgeriana editione notatur. quàm in vetuſto libro manu ſcripto ſic reperi Latinè redditã.*

De priuilegiis Archiepiſcopi Iuſtinianæ primę, † & ſede P. P. Illyrico in Pannoniam ſecundam, id eſt, Iuſtinianam primam transferenda.

Imperator Iuſtinianus A. † Archiepiſcopo Iuſtinianæ primæ.

MVltis, & varijs modis noſtram patriam augere cupientes, in qua primò DEVS præſtitit nobis ad hunc mundum, quem ipſe condidit, venire, & circa ſacerdotalem cenſuram volumus eam maximis incrementis ampliare, vt primæ Iuſtinianæ patriæ noſtræ pp hoc ſacroſanctus Antiſtes nō ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archieps fiat: & cæteræ prouinciæ ſub eius ſint auctoritate, id eſt, tam ipſa mediterranea Dacia, a quam Dacia Ripenſis: b nec non Myſia c ſecunda, & Dardania, & Prevalitana prouincia, & ſecunda Macedonia, d & pars ſecundæ etiã Pannoniæ, e quæ in Bacenſi f eſt ciuitate. Cum enim in antiquis tpibus Firma g præfectura fuerit conſtituta, ibiq; omne fuerit Illyrici faſtigium, tam in ciuilibus, quàm in Epiſcopalibus cauſis: poſteà autem Attiliani tēporibus eiuſdem locis deuaſtatis Apennius Præfectus prætorio de Fermatana ciuitate in Theſſalonicam profugus venerat, tūc ipſam præfecturam, & ſacerdotalis honor ſecutus eſt, & Theſſalonicenſis etiã Eps, non ſua auctoritate, ſed ſub vmbra præfecturæ meruit aliquam prærogatiuam. ¶ Cum igitur in præſenti, Deo auctore, ita noſtra Reſpub. aucta eſt, vt vtraque ripa Danubij iam noſtris ciuitatib. frequentaretur, & limina nunquã recidua, & literata, quæ trans Danubium ſunt, noſtræ dubium iterum ditioni ſubiecta ſint, neceſſarium duximus ipſam glorioſiſſimam Præfecturam in Pannonia in noſtra fœliciſſima patria collocare, cum nihil quidem magni diſtet a Dacia mediterranea, ſecunda Pannonia. Et quia homines ſemper bellicis ſudoribus inhærentes, non erat vtile Reipub. ad primam Macedoniam, poſt tot ſpacia, tantasq; etiam difficultates venire idoneè, neceſſarium nobis viſum eſt ipſam præfecturam ad ſuperiores partes trahere, ut iuxta eam prouinciæ conſtitutę facilius ſentiant medicinam. Et ideo tua Beatitudo, & omnes præfatæ primę Iuſtinianę ſacroſancti Antiſtes Archiepiſcopi habeant prærogatiuã, & omnem licentiam ſuam auctoritatem eis impertiri, & eos ordinare, & in omnibus ſupra ſcriptis prouincijs primum habere primam dignitatem, ſummum ſacerdotium, ſummum faſtigium aſcendere, & te ſolum archiepiſcopũ habeant, nulla communione ad eum Theſſalonicēſi Ep̄o ſeruanda: ſed tã ipſe, & oēs primæ Iuſtinianæ Antiſtites, ſiue [illegible] iudices, & diſceptatores, quicquid oriatur inter eos diſcrimen, ipſi hoc dirimant, & finē eis imponant, & eos ordinent, & nec ad alium quendã eatur, ſed ſuū agnoſcant Archiep̄m oēs prædictæ prouinciæ, & eius ſentiant creationē, & vel per ſe, vel ſuam auctoritatem, vel clericos mittendos habeat oēm poteſtatem, oēmq; ſacerdotalem cenſuram, & curationis licentiam. Sed & in Aquis, quæ eſt prouinciæ Daciæ Ripenſis, ordinari volumus à tua ſanctitate Ep̄m, ut non in poſterum ſub Meridiano 1 † Thraciæ oppido Ep̄o ſit conſtituta, ſed Meridianus quidē maneat in medio, nulla cōmunione cū Aquis ſeruanda: Aquenſis autem Ep̄s habeat præfatam ciuitatem, & omnia eius caſtella, & territoria, & eccleſias, vt poſſit iam eorum ſcelus ex ea ciuitate, & terra repellere & in orthodoxam fidem transformare. Vt igitur ſciat Beatitudo tua noſtri numinis diſpōnem, ideo p̄ntem legem ad tuã venerabilem ſedem tranſmiſimus, vt in perpetuū tale beneficiū habeat patriæ noſtræ eccleſia in Dei omnipotentis gloriam, & noſtri numinis ſempiternam recordationem. Qñ autem tuæ recordationis ſedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit, P.P. Archiep̄orum eius a venerabili ſuo auxilio Metropolitanos ordinari ſancimus, quemadmodum decet Archiep̄m omnibus honoratum eccleſijs prouehi, nulla penitus Theſſalonicenſi Ep̄o, nec ad hoc communione ſeruanda. Beatitudo igitur tua, quæ noſtra ſanxerit æternitas, modis omnibus ad effectum perducere non differat.

Ex Procopio de patria Iuſtiniani.

PRocopius. περὶ τῶν τῦ ἰουστινιανοῦ κτισμάτων λόγῳ τετάρτῳ, in quo de ædificijs à Iuſtiniano in Europa poſitis, & maximè circa Iſtrum fluuiū, differit, ait hoc Iuſtiniano fuiſſe factu neceſſariū pp Hunnos, Gotthos, Tauromatas, ſiue in Taurica habitantes, & Scythia, & Sclauonia, & Sauromatas, & ſi quod eſt aliud ferum hominū genus. Deinde ait operæpretiū eſſe a Iuſtiniani patria incipere. Verba autem Procopij ad hanc rem facientia ita tranſtulit Ioannes Languas interpres Nicephori ad finē 17. libri eiuſdem Nicephori. Apud Dardanos Europæos, qui Epidamni fines accollunt, regio Tauresia dicta fuit, Iuſtiniani (qui orbē terræ exornauit) patria locum eum breui muro circumdedit, in quadranguli formã ſtructura redacta, atque in angulo quoq; turri vna exercitata, τετραπυργίαν, hoc eſt, quatuor turres hñtem effecit, & ita nominari curauit. Ad hanc, vrbem præclariſſimam condidit, quam Iuſtinianam primam vocauit, nutricia hæc præmia altrici ſuæ tribuens: ibi verò & aquæductum, vt ciuitas lymphis affatim abundaret, fieri fecit. Addidit alia inſuper egregia opera, Dei templa plurima, Domicilia principum uirorum magnifica, porticus amplas, iudicū curias pulchras, fontes, plateas, vicos, balnea, rerum venaliū fora. Vrbs ipſa ingens, & populoſa, & tractus eius totius Metropolis, ut quæ Illyrici vniuerſi Archiep̄m ſit ſortita, cuique oppida eius gentis reliqua omnia pro magnitudine ſua debitum exhibuerint honorem. Et auxit illa Imperatori ei gloriam, quæ alumno tanto celebretur. Atque ipſe ambitione, & liberalitate quadam illi, qui eam ædificijs ita excoluerit, gratiam referri contendit. Erat præterea in Dardania oppidum uetus Vlpianum nomine. Huius mœnia, q̄ nulli viui eſſent, demolitus, ad eam, qua nunc id ſpectatur, pulchritudinem perduxit. Vrbem hanc, ſecundam Iuſtinianam appellauit.

† Extat ep. Greg. li. 4. c. 59. epiſt. ad Ioann. ep̄m primæ Iuſtinianæ, qua mittit ei palliū: eius ordinationi cōſēſit, factæ ab Ep̄is illius p̄uinciæ, & quī coep̄i ad Papā: retulerāt, accedente quoque Imperatoris uolūtate: deinde uice ap̄ſicæ ſedis eū agere literam innouatione decreuit. Item alia epiſt. eiuſdē ad Ioā. Ep̄m primæ Iuſtinianæ.

a Quā nūc Trāſyluanā uocāt: eam adſcribit Lazius lib. 12.

b Fā deſcribit Lazius lib. 12. fo. 1090.

c Myſia prima ſiue ſuperior, nunc Semia dr: quo eū in Dacicadiæ ceſſit ſub P. Prętor. Illyrici, hic Myſia prima legendum vF, eū Myſia ſecunda, qua hodie Bulgaria dr, i Thracica diœceſi ſit ſub P. Prętor. Orientis.

d Macedonia ſalutatis, q̄ partim Macedonia, partim Dacia adſcribiť, vt eſt in notitia Imperij Orientalis Baſſ... quondam Iuſtiniano Imperante epiſcopalis, vt & hodie Io. Auentin', & poſt eū Lazius li. 12. commen. in Rhætia. 2.

e Pānonia ſuperior olim, nūc Auſtria. Pannonia inferior. Vngaria dicitur.

f Nunc ura ria dr ſug Danubio, q̄ ſic fortè olim Bacēſis dicebatur.

g Forma, vī legendū Sirmium: nā in actu Concilij Agleieſis ſub Grano Imper. † Ep̄s dixit: Caput Illyrici non niſi ciuitas eſt Sirmiēſis: ego igit Ep̄s illius ciuitatis ſum: eū, q nō confitetur, &c. anathema dico. De hac uerò Metropoli Pannoniæ latiſs. tractat Lazius li. 12 cōm. ordinis Re Ro.

1 † μονομαχίας ... à Iuſtiniano reparatæ, & municæ meminit Procopius li. 4. de ædificij. Inſt.

Non longè ab hac, vrbem quoque aliam, quæ nulla antea fuerat, condidit, quam de auunculi nomine Iuſtinopolim vocauit. Nicephorus lib. 17. c. 28. ad finem ſic deſcribit patriam Iuſtiniani Achrido. Porrò (inquit) Achrido vrbs eſt in excelſo tumulo conſtructa prope lacum maximum, qui Lychnedus nominatur. Antiquitus autem Daſſarites uocatus eſt in eo maxima vis piſcia capitur. Drinus vero fluuius ſe inde quoque prouoluit, Septentrionem verſus fluens. Ex cultioribus enim, quæ ad Deabolim ſunt, partibus manans, & quem diximus lacum, ſecans, & quaſi Alpheus quidam pelagus ſcindens, atque ad Arethuſam fontem ſenſim marinis aquis innatando contendens circa Boreale latus inde profluit, & ad paludis finem eis, quæ ab incolis Strudæ dñr, inuentis, eiſq; ipſis ſibi coniunctis, maximus euadit fluuius. Deinde ſe ad occidentem inclinans, in Orinum ſe effundit, circa caſtellum Heliſſum nomine, quod totius Bulgariæ antiquitus Metropolis fuit. In eo etiam olim ſedes regia Bulgarorum conſtituta fuerat. Verum hæc hactenus. Agathias vero li. 5. de bello Gotthorum pag. 507. ait, patriam Iuſtiniani fuiſſe vetuſtam ſedem Illyrici, eam Boderianam vetuſto nomine, poſteà Iuſtinianam dictam: & ex ea ortum Iuſtinianum, ei nomen ſuum indidiſſe.

CONSTITVTIO XIII.

De plebeijs 1 † Prætoribus.

1 † Scrim. περὶ τῶν πραιτώρων τοῦ δήμου, τῶν νυκτεπάρχων.

Imp. Iuſtinianus A. Coſtantinopolitanis.

Clariſſimorum vigiliæ Præfectorum nomen cum & dignitate plenum, & veteribus Romanis notiſſimum extiterit, aut ſcimus, quo, ad diuerſam appellationem ſimul, & ordinem tranſierit. Quos enim patria noſtra lingua Præfectos vigilum vocauit, quodammodo illis Imperiū in eos iniungens, qui vigilias agerent, & nihil inexploratum relinquerent, eos Græcorum lingua (neſcimus vnde) noctiū Præfectos nuncupauit, quaſi neceſſarium ſit, Sole quidem (vt licet conijcere) occidente, magiſtratum exſurgere: ſtatum verò orienti eo, quieti 2 † ſe tradere. Quæ enim cauſa fuit, quamobrem noctium nomen appoſuit? Si enim ppea hanc appellationem obtinet, quia ſolus hic Magiſtratus eorum curam hēt, quæ per noctem per peram admittūtur, & quia noctu per vrbem oberrat: at quidem hoc facere cernimus, & præfecturam vrbicariā, ut nihil obſtare poſſit, cur non (quantum ad hanc appellationem) hunc etiam Magiſtratum hoc noīe uocemus. Si autē officia diuidi poſſunt, vt glorioſiſſimus quidem almæ huius vrbis Præfectus interdiu Magiſtratum gerat, illi autem alteri noctu, vehemēter a uero aberrarunt, quicunque nominis rectitudinem corruperunt. Inde, cum ea appellatio adeo caliginoſa, tenebricoſa, & eiuſdem cum nocte nominis ſit, meritò hanc omnes refugiunt, & cum eligantur, pœnam inferri arbitrantur, neque Imperialibus dignam eſſe codicillis tuentur. Nos igitur re ipſa, vti ſe habet, altius perſpecta, hunc Magiſtratum, ſumpto ab appellatione principio deintegrò reſuſcitandum, exornandumq; exiſtimauimus, ut nemo deinceps noctium præfectus nuncupetur: curabunt enim ne quæcunque, vel interdiu, uel noctu iniuſtè perpetrentur. Quoniam uero Prætoris nomen veteribus Romanis mirū in modum placuit, ppeà putauimus & eos, qui tuendæ quieti, & diſciplinæ publicæ præſint, quique inter populares ortam perturbationem cohibere ualeant, ita nominandos eſſe. Et quemadmodum ex ſenatorio ordine alij ſunt Prætores, qui libertatibus, alij qui tutelis, & id genus alijs Præſident: ita ſint & hi plebeiæ rectitudinis Prætores: ac noſtra quidem lingua Prætores plebis appellentur, Græca autem hac, & communi prætores τοῦ δήμου. 3 † Quomodo autem Prætoris nomen ſe habeat, quomodo non longè abſit à conſulatu, quomodo proximum ſm leges locum obtineat, clarum faciunt ipſæ leges, quæ & conſulatui Prætores adiunxerunt, & ſm illis poſt leges ordinē attribuunt. Et quemadmodum olim Conſules, quidem in ampliſſimo ordine principatum tenebant, Tribuni autem plebis plebem moderabantur: ita ſane, & nunc ex ſenatorijs quidem uiris Prætores omnia prædicta obeant: Prætores autem plebeij nutantem quodammodo inter populares quietem, ac diſciplinam in ſe recipiant illorum undique commodis proſpicientes. Nouimus 4 † omnino, in

2 † παύεσθαι.

3 † τὸ δὲ δῆμου πραίτωρες δήμου ἐπὶ τὸ κοινόν: l. auctoritas maieſtas. Haloand. legit, τὸ ὄνομα.

4 † ὁ [illegible] deeſt in Scrim.

quanta olim hic Magiſtratus veneratione fuerit, quàmq; ſplendidè in vetere Roma adminiſtratus, ſit non ſolum ijs tēpibus, quibus Imperatores Rempublicam tenuerunt, ſed etiam multo temporibus: ſed uſq; ipſa hæc vrbs, cùm eum Magiſtratum ſuſcepiſſet, contemptum habuit. Inde pleroſque comperimus ſuperiore ætate poſt magnos Magiſtratus geſtos, utpote qui circa Imperatoriā ſunt maieſtatem, non dedignatos fuiſſe ad hanc denuo functionem accedere. Paulatim uero ita res abiecta, & uilis uiſa eſt, ut neque per noſtros conferretur codicillos, ſed penes glorioſiſſimos huius almæ urbis Præfectos reſideret, ut plerunq; vnus aliquis ex illorum cohorte id officiū ſuſciperet, tractaretq; omnium improbiſſimè: quamquam 5 † ſi quis uetuſtatem eius per notas & coniecturas ſpectet, facilè ipſam, qualis antea fuerit, ex his, quæ adhuc hodie ſuperſunt, peruestigabit: hēt enim & proprium iudicium, & cohortem, & commentarienſes, omnia denique alia, quæ propemodum ipſi præfecturę vrbicanæ deputata ſunt a legibus. Qm igitur nos omnia, quæ antè ſunt facta, peruestigantes, ueterem illam grauitatem, reiq; ipſi inſitam venuſtatem in pulchriorem ordinē reducere ſtudemus, ne tam crebra ab ipſis admittantur furta, ſocietateſq; cum furibus ineantur, & inconcinnæ, euaniduæque, & nullius reputationis ſententię 6 † procedāt, ppea putauimus ea, quæ ipſos concernunt, certis deſcribenda eſſe finibus. Cogitauimus enim, q ſi ob cauſas pecuniarias, in quibus non de maximis rebus verſatur periculum, ſed tm de pecunijs, ſummi Magiſtratus ius dicunt: ſæpenumero etiam alij redduntur iudices, & plus mille curis inuoluimur, ne res ſine cauſæ dictione procedant: quomodo inde eorum ſit, omnem nos prouidentiam eo cōferre, vt iudices damnatis periculum vitæ irrogantes, hi eligantur, qui pro dignitate in aliqua reputatione ſint, ne temerè uita hominis pereat, qui ſemel quidem naſcitur, amiſſam autem vitā recipere nequit? Principio igitur ſancimus, ne quis omnino ad prædictum Magiſtratum accedat, antequam a nobis eius adminiſtrationis codicillum perceperit, neque ulla etiam ratione ad eam functionem ſine Imperatorijs codicillis progredi audeat, ſed Imperatoris ſententiam expectet in ſcriptis promulgandam. Nemini enim prædictam adminiſtrationem tradēmus, niſi qui eam ſuſcipiunt, hi de numero ſint magnificentiſs. 7 † illuſtrium, aut ſpectabiliū Comitum, aut ſublimiſſimi Tribunalis clariſſimorum Tribunorum Prætorianorum, & notariorum, aut qui aliàqui officiorum in prouincijs adminiſtrationem habuerunt, & idonei, noſtroq; teſtimonio digni uiſi ſunt, quo magis prædicta grauitate, & honore inſigniti ius diligenter reddant, præſertim quia de uita certamen eſt. Conſueuerunt enim, ut plurimum de perpetratis cædibus, de adulterijs, de aggreſſuris, de rapinis, & id genus alijs iudicare. Vnde oportet eum, qui tam magnis criminibus præſidet, uirum eſſe ex omni parte grauitatis plenum, irreprehenſibilem, & tanta audientia dignum: ſed & adſeſſorem, qui vnus aliquis de probatis ſit: neque enim ipſos abſque ſufficiente relinquemus ſolatio, ſed ad decem uſq; auri libras ſingulis annis annonarum ipſis titulo dabimus, ut his contenti, nullam tolerent rapinam, aut quod perniciem inferat. Sed & ne omnino largitiones fiant, aurumve ulli erogetur, ut aliquot retro tēpibus factum eſt: in pari enim crimine hærebit, & qui pro obtinendo officio alicui dedit, & qui poſt ſuſceptum officium ab aliquo accipere ſuſtinet, quemadmodum iureiurando ab ipſis dando declarabitur. Habemus etiam compertum, q improbi admodum ex cohorte homines illi ſint in miniſterio, nempe conſcij latronum, veneficiarij, crumēniſecæ, & reliqua multitudo, quorum unumquenque ſatius eſt puniri, quàm ad iſtum modum uiuere: hoc enim hominum genus, cui cum latronibus intercedit notitia, eiuſmodi eſt, ut nihil boni peragat, ſed iſti hoc tantùm ſures cognoſcunt, ut ſibi ſuiſq; iudicibus aliquid uenentur lucri. Quæ omnia conuenit, ut hi, qui iam inde a nobis præturam plebis ineunt, oderint, & auerſentur: ſed & puris utantur manibus, ac omnia, quæ ad ipſos referuntur, ſiue de furto, ſiue alijs delictis, iuſta animaduerſione perſequantur, & vrbem ueluti bellis ſurtis exercentibus perpurgent: induſtrios præterea homines ad hæc miniſtros aſſumant, & ea moderatione aduerſus cohortem ſuam utantur, ut ab ipſis tanquam iudices metuantur, & omnia agant cum ſumma animi intentione, ac beneuolentia: Nam ſi rectè ſe gerere, noſtroq; de ipſis iudicio reſpondere voluerint, neque tam multi erunt, qui latentur, & res ablatæ citius inuenientur, & pauciores delin-

5 † καὶ τοῦτο διάσωσε τὸν ἀρχαιότητος αὐτῆς σύμβολον.

6 † al. ἀρρύθμως.

7 † πλὴν εἰ μὴ τῶν γενναιοτάτων ἰλλουστρίων ἢ τῶν περιβλέπτων κομήτων consiſtorianorum, ἢ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων.

delinquent, reueriti Magiſtratum, quem nemo pecunijs redimere poſſit, aut corrumpere. Sed & de criminibus cognoſcent, quamuis atrociſſima ſint, component ẽt populares motus, ita celebri huic, & regiæ urbi præſidentes, quaſi qui nobis ipſis in hoc miniſtrent, & ſummo à nobis honore dignati (quatenus minores Magiſtratus ſolent à maioribus curas nobis alleuient, nihil inſtituentes facere, quod bono uiro, & Imperiali teſtimonio dignum non ſit. Ac ſi qñ uſu ueniat, ut aliquod incendium 1 † (quod abominamur) in urbe exoriatur, oportet & ipſos adeſſe, & ſuum facere officium, atque eos, qui furantur, infęliciumq; bona ſubripiũt, arcere, & (quatum in ipſis eſt) conſeruare res ſuas illis, qui ipſa ui ignis perurgentur: nam ſi induſtriè hunc Magiſtratũ geſſerint, maior illos thronus excipiet, & in præſtantiore Magiſtratu erunt. Eſt enim multo 2 † præſtabilius cũ honeſtate uiuere, q̃ illa contempta, undique manus, & rõnes conquirere, per quas impiè agas, & inſuper agere; propterea ꝙ natura ita comparatum eſt, ut nihil eorum, quæ iſto mõ accumulantur, perdurent, ſed malè collecta ſtatim diſpereant. Vt igitur, ſubditis noſtris prodeſſemus, putauimus undique honoribus auctos iſtos in medium producere, ut ſubditi illorum ſentiant uirtutem. Habebunt uero ſpectabiles Prætores plebis etiam aſſeſſorem noſtro (ut diximus) de ipſis iudicio dignum. Erunt ẽt eis ad damnum uiginti uſque milites, & triginta matricularij, quos hoc tpe conſtituimus in hoc, ut illorum iuſſionibus ſeruiãt, & (ſi opus ſit) flagitioſe uiuentes contineant, ac uniuerſum ciuitatis ſtatum ad competentem formam redigant. Scire autem eos pro certo oportet, quod ſi incorruptos ſe conſeruauerint, & a Deo auxilium habebunt, neque beneuolentia noſtra fruſtrabuntur, & Magiſtratus in longiora illis tpa prorogabitur: quis enim uellet eum, qui pulchre, & rectè ſe gereret, temere mutare? Sed & ſi ex foro clariſſimi huius almæ urbis Præfecti tranſmittatur aliquis, ut ſupplicium ſuſtineat, exacte prius: uel uno aliquo ex iis, qui eum adducunt, interrogato, uel etiã ab ipſo glorioſiſſimo Præfecto cauſſam ſequitant, ac perdiſcant, quamobrem hominem de medio tollant, uel membrũ illi abſcindant, & ſi hoc perſpexerint, ut periculatè ſnĩam tranſmiſſam proferant, quæ uel uitã, uel membrum adimat. Quemadmodum aũt ſpectabiles Prætores plebis id genus muneribus honoramus, dignantes ipſos, & codicillis ex noſtra manu procedentibus, & annona, & tam ampla appellatione, & cæteris, quę ante dicta ſunt: ita & ab ipſis exigimus, ut nobis uiciſſim integritatẽ, & in omnibus rebus uigilantiam reddant, & oĩa æquabili, iuſtaq; ratione, & incontaminata manu peragant. Nam ſi quid ipſi delinquere, uel ẽt furari, aut fures tolerare, & non omnibus perſequi modis, neq; morte quidem dignos extremo afficere ſupplicio, q uero mediocriter peccauerint, ubicunq; nos iuſſerimus, ampla hac urbe expellere uidebuntur: ſciant non tm̃ ſe pro hiſce Deo rationem reddituros, ſed etiam nobis, futuroſq; obnoxios tam præſtando damno, quod exinde ſubditis irrogatur, q̃ indignationi noſtræ, & ut citius cum infamia Magiſtratu depellantur, ea nobis de cauſſa, & labores ſubeuntibus, & magnos ſumptus ſuſtinentibus, ne cui ſubditorum noſtrorum inferatur calumnia, aut bonorum, & uitæ perditio, & quæcunque eiuſdem generis ſunt, ſed omnia competenti decidantur iudicio. Cognoſcentes igitur uos per hoc ſacrum edictum, ac legẽ, hanc noſtram uoluntatem, & quod nihil eorũ prætermittimus, quæ uobis profutura ſunt, uota pro noſtro nuncupatè Imperio, ſic ueſtri curam gerente, ſic uindicante quæ ſingulis aduerſa accidunt, ſic paternam per oĩa uobis prouidentiam conſeruante. Proponatur Conſtantinopoli ciuibus noſtris. D. 16. Kal. Octob. CP. D. N. Bilii. V. C.

1 † Idẽ in l. 3. ff. de off. præfec. uigi.

CONSTITVTIO XXI. *

* Hic conſtitutionẽ antiqua editio non habebat.

De Armenicis, ut & ipſi per omnia Romanas ſequantur leges.

Imp. Iuſtinianus A. Acacio magnificentiſſimo Proconſuli Armeniæ.

CVpientes, ut Armeniorum prouincia perfectè bonis regatur legibus, neque in ullo a reliqua differat Republica, prioris ſublatis nominibus, Romanis eam Magiſtratib. adornauimus, ut Romano uteretur habitu aſſueſecimus, ut denique aliæ apud ipſos leges non eſſent, quam 3 † quas Romanas nominant, conſtituimus. Proinde ſcripta etiam lege illud, quod perperam apud eos delinquitur, corrigendum putauimus, ne ſ. more Barbarico parentum, & fratrũ, & reliqui generis ſucceſſiones ad uiros pertineant, ad mulieres non item, neve hæ abſq; dote in domum mariti commigrent, aut ab ijs, quibus cum conſuetudinem habituræ ſunt, redimantur, id quod multo ẽt magis barbarice in hũc uſq; diem morib. apud ipſos comprobatũ eſt, non ipſis tm̃ iſta ferino more opinantibus, ſed & alijs gentib. ita dehoneſtantib. naturã, ſexumq; fœmineũ contumelia afficientibus, quaſi non & ipſe a Deo creatus ſit, aut gñationi aliquid cõferat, ſed quaſi abiectus, & ignominioſus extra omnem dignationem, ac honorem haberi debeat. Sancimus igitur per hanc ſacram legem, ut & apud Armenios occaſione ſucceſſionis fœminarũ eadẽ obtineant, quæ & apud nos, neq; ulla ſit inter marem, & fœminã dĩa, ſed qua quidem forma inter noſtros cõſtitutũ eſt, ut parentib. hoc eſt, patri, matri, auo, auiæ, remotioribusque, item poſteris, hoc eſt, filio, filiæ ſuccedant, & viciſſim ipſis quoque ſuccedãt; ita & apud ipſos ſit, neque Armenicæ leges à Romanis differant. Nã ſi de noſtra ſunt Republica, ſi ſeruiunt ex æquo nobis, cum cæteris gentibus, ſi omnibus noſtris perfruunt, nunquid ſolæ apud ipſos fœminæ à nobis introducta expellentur æquabilitate? Sed in pari apud omnes obſeruatione ſint leges noſtræ, ſiue quas ex ueterum libris collegimus, & in noſtris Inſtitutionibus, & Digeſtis ordinamus, ſiue quæ ex Imperatoria ſanctione tam priorum Principũ, quàm noſtra, ſubſcriptæ 4 † ſunt.

Quapropter omnia hæc ex initijs præſentis quartædecimæ indictionis, & ipſius, qua hanc conſcribimus legẽ, ſumpto principio, in omne æuum ualere ſancimus. Vetera.n. curioſius perquirere, & ad præterita iam tpa recurrere, confuſionis potius, q̃ legiſlationis eſt. Sed (ut diximus) iam inde à tpibus pñtis quartædecimæ indictionis, & ipſius in omne reliquũ tps, ipſæ quidem ſucceſſiones ſimiles ſunto iis, quæ quacunque ex cã ad ſucceſſionem pertinent, æqualiter iam inter mulieres, q̃ etiam uiros de cætero obſeruandis. Quod uero iam ante extitit, ad uniuerſum in priore forma manere finimus, ſiue in iis 5 † factum eſt prędiis, quæ princeps olim gñis familiæ ſuæ adſcripſit, ſiue in aliis, nullã hñtibus cõionem fœmineis perſonis in his prædiis, 6 † quæ inſulsè genearchica, hoc eſt, à Principe olim generis familiæ ſuæ adſcripta laudant, aut ſucceſſionibus, quæ uſque ad decimamtertiam indictionem, & ipſam obuenerunt: ſed a prædicto tpe, hoc eſt, à decimaquarta indictione, ualere ea, quę à nobis conſtituta ſunt, ſancimus. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc exprimuntur legem, ea tam Magnificentia tua, quàm qui poſt ipſam eundem Magiſtratum ſuſcepturi ſunt, in perpetuum obſeruare ſtudento. Dat. 15. Apr. CP. poſt Biliſ. V. C. Coſſ.

CONSTITVTIO XXIIII.

De Præſide 7 † Piſidiæ.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimorum ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto iterum Exconſuli, & patritio.

NVnquam ſanè credidimus, ueteres Romanos ex paruis, adeoq; e minutiſſimis principijs tam amplam conſtituere Rempublicam, & totum exinde terrarum orbem (pene dixerimus) ſibi agiungere, & premere, ac tueri imperio potuiſſe, niſi maioribus in prouincias Magiſtratib. miſſis, plus ea re dignitatis ſibi comparaſſent, ſimulque illis armorum iuxta, ac legum poteſtatem feciſſent, neque non ad utrumque accommodatos, & idoneos habuiſſent, quos quidem Prætores uocabant, appellatione illis ex eo indita, quod cæteris omnibus præirent, & præponerentur: permiſſa, ſcilicet eis tam rei bellicæ adminiſtratione, quàm legum perſcriptione. Vnde & ea loca, in quibus publicè Magiſtratus, uel ius reddere, uel habitare ſolebant, Prætoria appellare, & ut pleręque in Rempublicam leges ex uiua Prætorium uoce inferrentur, conſtituerunt. Et multi Prætores partim Siciliam, partim Sardiniam inſulam

partim Hiſpaniam, partim terra, marique alij aliud, uel Imperio adiecerunt, uel rexerunt. Hæc nos in animo reputantes, & uetuſtatem denuo maiore cum flore, & uetuſtate, quaſi poſtliminio reducentes in Rempublicam, Romano præterea nomini dignitatem addentes, & videntes, quod duplici in aſperiores prouincias Magiſtratu ad hunc uſq; diem deſtinato, neuter ad plenum ſua ſorte contentus fuerit, ſed ex ea cauſa per quaſdam noſtras prouincias, in quibus tam ciuilis, quàm militaris magiſtratus, exiſtit, ſemper inter ſe rixentur, ſemper pugnent, non quo ſubditis boni aliquid faciant, ſed quo eos magis atterant, e re fore putauimus, ſi utrunque Magiſtratum tam ciuilem, quàm militarem in unam formam contrahamus, imponamusq; denuo ei, qui hanc poteſtatem habebit, appellationem Prætoris, ut idem & militaribus copijs, quæ per prouinciam ſunt, ſecundum cognomentum antiquitus illis impoſitum præeat, & præficiatur legibus: ſiquidem, & hoc initio Prætorum erat proprium, & cum utriuſque officij annonas habeat, una tantum cohorte utatur ex centum cohortalibus (tot enim ei ſufficient) quæ Prætoriana cohors appellatur, & per probatorias conuenientur, hinc procedentes conſtituatur. Ita enim dignitate plenus erit, ita latrocinia exercentibus terribilis, ita iniuſtis ineuitabilis, ſi maiore cum poteſtate omnia conficiat, & cum lex iam pridem à nobis poſita iubeat, omnes omnino iudices puris uti manibus, ei obtemperat, & præſtito iuramento, ſecundum hanc res gubernet. tam armis utens, quam ciuilia ſecundum noſtras leges ordinans. Vnde tametſi ex glorioſiſſimis Conſulibus 1 † aliquis ad hanc adminiſtrationem accedat, nihilominus in hoc imitatio quædam priorum eluceat, qua uidelicet prouincias ſortientes Coſſ. conſulareſque uiri, & non multo illis inferiores Prætores, paulatim Romanorum nomen ita auxerunt, & tam amplum effecerunt, quantum nulli unquam alij Reipublicæ, ſeu Imperio conceſſit 2 † Deus, id, quod ueteres etiam Annalium ſcriptores prodiderunt. Inuenimus & olim Piſidarum gentem uniuerſæ illius terræ ſummum tenuiſſe Imperium, & iam nunc maiore, & uehementiore hanc prouinciam Magiſtratu indigere (nam & maximi in ea pagi ſunt, & multi homines, & qui ſæpenumero ob ipſa publica tributa ſeditiones mouent) & prædonibus illis, & ſanguiniariis regionibus, quæ ſupra uoracitatem, & quandam inſatietatem lupini capitis collocatæ ſunt, & Lycoæmitarum habitaculum uocantur, hunc Magiſtratum præficiendum credidimus, qui iam inde ordine legitimo in eam progrediatur. Ac ſi hic Magiſtratus ſub ſpecie quadam incurſionis miſceatur, componantur etiam in unam tam militaria, quam præſidalia inſignia, & omnes eam militares copiæ ſequantur, quæ in prouincia ſunt, ad hæc tota ciuilis cohors uenerando iam uocabulo appelletur, & Prætoris cognomento honoretur, quis ipſum non abhorreat? quis non reuereatur, ſimul in unum leges, & arma coire ſpectans, & indidem conditione propoſita, ut aut legibus obtemperet, ſi bono eſſe animo, & ſeruari uelit, aut uel primo ſtatim intuitu pereat, armis in proximo leges cohortantibus? Oportet igitur, ut qui hunc Magiſtratum ſuſcipit (ſemper autem gratis eum, & abſque ulla datione pecuniæ ipſi conſerimus, ut & ipſe per omnia ſordibus abſtineat, & his ſolis, quæ ex publico ſoluuntur, contentus ſit, id, quod etiam prima noſtra lex dicit) iuſte, & purè, & cum quadam aſperitate humaniter ſe erga ſubditos gerat, quemadmodum in priore lege diſpoſuimus, homicidia, adulteria, raptus uirginum, omne denique maleficium prouincia expellat, & qui in ea deliquerint, ſecundum noſtras leges puniat, neminem præterea maleficorum reuereantur, etſi de potentioribus ſit, neque his ſe ſubmittat, qui nullam de ſe utilitatem, at bene nefarias de ſe occaſiones præbere poſſunt: ſed per omnia ius ipſum tueatur, & ad noſtras leges reſpiciat, & ſecundum eas iudicet, & ut ſubditi noſtri ſecundum illas uitam, ſuaque ſtudia inſtituant, officia inſuper ad Deum quoque, & noſtri timorem reſpiciat, neque præterea quidquam omnino in animo cogitet. Item ut neque crebro ex prouincia huc commeet, neque immodicis 3 † literis nos interpellet, ſed in omnibus prior ipſe audientiam accommodet, eaque diſceptet, & memor quantam illi dignitatis magnitudinem dederimus, ita ſe hac re gerat, ut pro geſto Magiſtratu cauſam dicere neceſſe non habeat, ſciens, quod ſi quis, eo adito, ius ſuum non conſequatur, compellatusque hæc ad nos referet, pro eo deinceps certamen illi nobiſcum futurum eſt. Quemadmodum enim iuriſdictionis augmento ipſum honorauimus, ita rurſus ſi præter intentionem, & opinionem noſtram traditam eum adminiſtratione abuti deprehenderimus, competenti ipſum animaduerſione perſequemur, tam Deo in hoc ſubſeruientes, quam opem ferentes legibus, ſiue furta eum feciſſe, ſiue gratia ſorte, aut inimicitijs ſuperatum, ſiue leges noſtras tranſgreſſum eſſe deprehenderimus: dum enim ſubdito iterum exigere, 4 † & his malis, quæ uſque adhuc extiterunt, mederi uolumus, & magnas opes deſpeximus, & hanc diſpoſitionem oculos conuertere properauimus. Porro non tantum ad hæc eum proſpicere oportet, quæ ante a nobis dicta ſunt, ſed etiam curare, ut affluens rerum copia ſit in urbibus, ne quid ciues deficiat. Inſpiciat etiam in ciuitatibus opera, neque in hoc ſeipſos a ſe uinci patiatur: ſed & aquarum ductus, & pontes, & muros, & itinera publica reficere ſtudeat, neque committat, ut exactores, qui illuc commeant, in aliquo ſubditos noſtrós prægrauent, neque iuſſiones illas, quæ improbato more fieri ſolitæ, ex thronis Excellentiæ tuæ de refectione murorum, deſternendis itineribus publicis, deque alijs plus mille cauſis procedunt, ſuſcipiat. Omnium enim horum cauſa, & ſi aliud præterea eius generis nemini permittet, ut ſubditos noſtros iniurijs afficiat, neque prodibit de thronis uis ſententia, quæ tale quid dicat (iam enim hoc prohibuimus) ſed ſolus ipſe omnium curam geret. Si uero ex ſacræ noſtræ legis ſententia pragmaticam aliquam formam dirigamus, quam fortè ad tuam emittamus præfecturam, examinabit ille prius, quæ inibi a nobis iubentur: nemini autem alij omnino copia fiet deprædandi ſubditos, quo magis aliquando prouincias iterum refertas hominibus, iterum ſuis ciuibus efflorеſcentes, neque undique huc confluentem uideamus hominem multitudinem, qui propter improbitatem Præſidum in ſuam patriam reuerti non audeant. Ideoque ſancimus, ne amplius Excellentia tua Piſidiæ gentis Magiſtratus pro diuiſis habeat, ſed ut unum in ea ſit ſpectabilis Prætorio officium, quod idem & militare, & ciuile exiſtat, quod ſimiliter, & publicarum, ciuiliumque rerum curam gerat, & militibus præeat, ut mutuo auxilio, & iuriſdictio ex armis uires colligat, & cohors armata condecoretur lege. Neque enim deinceps aliqua per urbes orietur ſeditio, ſi talem de cætero uirum præfecerimus, qui utroque nobis officio dignus putabitur. Quæcunque igitur fiſcus erogaturus eſt, ea ſecundum ſubiectam huic ſacræ noſtræ legi deſcriptionem ſpectabili Prætori, circaque ipſum uerſari ſolitis præſtari iubemus. Vnde & ſacræ noſtræ appellationis notam præponi uolumus, & qui Piſidiæ Præſes erit, is Prætor Iuſtinianeus eſto. Obtemperet autem illi Prætoriana cohors, ex probatorijs (uti diximus) conſtituenda, quæ ſimiliter tam ciuilibus, quàm militaribus hominibus iuxta, & rebus occupata ſit. Ad hæc publicorum quoque tributorum exactio hunc Præſidem, cohortemque eius reſpiciet, & omnia Magiſtratus habebit inſignia, quæ etiam modo habet, ſellam ſcilicet curulem ex argento, & 5 † fafcies: habebit etiam inter milites. Ad reſponſum, adeoque, & eo ipſo principatum illi inter milites, qui ibi locorum ſunt, tribuimus, ut ipſos, & pulchrè regat, & cogat in ordinem, inſtruatque, ut non ſolum latrocinantes perſequantur, ſed etiam ſubditos inter ſe manſuetos, & modeſtos reddant: neque item comitari, ut ſeditiones moueantur in urbibus, aut comites quidquam ad fiſcum ſpectans duellant, ſed ſupra omnes poteſtatem habeat, nemine prorſus excepto. Collocatus autem hic Magiſtratus ſit in medijs, & in numerum Spectabilium deſcriptus. Vnde quæcumque in Vicarijs olim, hodie in Comitibus Iuſtinianeis Pacatianæ, Phrygiæ, & Galatiæ primæ, item ſpectabili Comite Orientis, & ſpectabilibus Proconſulibus ſunt; ea & in hoc exiſtant: Sitque & ipſe Spectabilis Magiſtratus, & appellationes, quæ apud ipſum interponuntur, mittantur huc, & examinentur, ſicut in cæteris Spectabilibus fieri ſolet Magiſtratibus, introducanturque in iudicium glorioſiſſ. Præfectorum, in cognitionem cauſæ adhibito etiam glorioſiſſimo Quæſtore ſacri noſtri palatij: propterea quod tametſi is Magiſtratus non nihil in ſe habet militare, tamen quia prorſus in ciuilem, & legitimam mutatus eſt formam, ideo neceſſario eundem tenere ordinem debet, qui pro conſuetudine, iam olim obtinente in Spectabilibus Magiſtratibus obſeruatus eſt.

Quoniam

1 † ὑπατευόντων.

2 † δέδωκεν ὁ θεὸς ὑπὲρ ... τὸν Πισιδῶν χώρας ἄρξαντας πρῶτα ... καὶ τῆς ... τῷ ... ἀρχὴν ... περὶ ... γένεσθαι τὸ στράτευ.

3 † καὶ πράγμασι μετρίοις.

4 † Exigere

5 † καὶ πελέκεις, καὶ ῥάβδους.

Quoniam verò nuper ſacra conſtitutione, conſcripta promulgauimus, vt cauſæ appellationũ à Spectabilibus Præſidibus huc deuolutæ, in habitu, & ordine ſacri auditorij examinentur, ſancimus, vt ſi qua eiuſmodi cauſa emergat, cum Piſidia duntaxat, ex delegatione ſiue noſtra, ſiue alicuius glorioſiſſimorum noſtrorum Procerum, niſi qui datus eſt iudex, Spectabilis ſit, ſancimus, vt non ad Spectabilem Iuſtinianeũ Comitem Pacatianæ Phrygiæ (id quod prius lege determinauimus) proficiſcatur, ſed ad ipſum deferatur in ſua prouincia interpoſita appellatio, & ipſe de ea cognoſcat in habitu ſacri auditorij (cohoneſtamus etenim Magiſtratũ hoc etiam) & perfectam illi formã imponat, nõ remittendam ad hanc almam vrbẽ, ne fortè paruis de cauſis magnas bonorũ ſuorum perturbationes, & damna litigatores ſuſtineant. Vt aũt qui vel hoc Prætoris, vel alia à nobis inuenta, & inuenienda officia ſuſcipiunt, cognoſcat, quo tandem modo prouincias eos gubernare cõueniat, viſum nobis eſt, nõ tm̃ ſigna eis præbere adminiſtrationis in codicillis (vt vocant) ſed etiam modum præſcribere, ſm quem prouinciam adminiſtrent, quæ 1 † quidem, qui nos anteceſſerunt legiſlatores; conſulta quædam præſidalia appellabãt, ut ad hæc intentis oculis propriã dirigant adminiſtrationẽ, perq; hanc oĩ ex parte ſubditis noſtris proſint. Vnde & id genus ſacra mandata iuſſimus in ſacro laterculo reponi, vt vna cũ codicillis præberentur Pręſidibus, tum iuſiurandũ, quod in ſacra noſtra conſtitutione deſcripſimus, præſtãtibus. tum omnia alia, vt nos ordinauimus, adminiſtrantibus. Subijcietur autẽ à nobis huic ſacræ legi quædã & deſcriptio, quæ exprimat quid ipſum, cũ deligitur, prębere cõueniat occaſione codicillorũ officij, quid rurſum illi, item adſeſſori, & circa ipſum verſari ſolitis porrigatur ex publico, vt omnibus nota facta prouidentia, quã circa officia gerimus, ille incõtaminatum nobis, & vndique ſpectatum ſuum exhibeat miniſterium. Hanc ſanè legem tum ſacrarũ noſtrarum conſtitutionum lectio monſtrabit (iuſſimus enim, & hanc inter eas deſcribere) tum ipſe ad effectum deduces, vt perpetuò in ipſis factis reluceat, conſpiciaturque. Dat. 15. Kal. Iun. C. P. Biliſ. V. C. Coſ.

1 † Σωτηρ. πρὸ ἡμῶν νομοθέται mandata principis ἐκάλουν.

OPORTET Prætori Piſidiæ annonarum, & capituum, ac reliqui ſolatij titulo præberi ſolid. 300. eius adſeſſori ſol. 72. eius cohorti aureos 52. 2 † Rurſum pro codicillis adminiſtrationis oportet ipſum præbere ſic, Spectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi ſolid. 9. Primicerio clariſſimorum Tribunorum, notariorum, & laterculenſibus ſol. 45. eius adiutori ſol. 3. cohorti glorioſiſſimo Præfectorum pro iuſſionibus, & omni alia cauſa ſol. 60.

2 † Vide hic edictio nẽ Scrinig.

CONSTITVTIO XXV.

De prætore Lycaoniæ.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto. iterum Exconſuli, & patritio.

CVm ad prima illa principia, ex quibus Lycaonum gentem antiquarum rerum ſcriptores, & enarratores conſtitiſſe tradiderunt, reſpicimus, & quòd maximam cum Romanis affinitatem habeat, quodque ex eadem fermè occaſione in vnum coacta, ſit maiore, quàm hactenus, Magiſtratu eam exornare, iuſtum putauimus. Siquidem vſu venit, vt olim Lycaon, qui Arcadiæ in Hellade Rex fuit, & Romanum ſolum incoleret, & aſſumptis quondam Oenotrijs Romano Imperio daret veluti principium (dicimus autem vetera illa, quæ longo ante tempore Aeneæ, & Romuli ætates præceſſerunt) & deducta in haſce partes Colonia, Piſidiæ bonam partẽ adimeret, eiq; deinde ſuum nomen inderet, & regionẽ ex ſe Lycaoniam appellaret. Inde adeo iuſtum fuerit, & ipſam Magiſtratu adornare, cui veteris apud Romanos instituti ſigna, & notæ inſcribantur, & illos, qui hoc ipſam tẽpore regunt (de Præſide ciuilis iuriſdictionis loquimur, & eo, cui armorum cura commiſſa eſt) in vnum contrahere, & Prætoris appellatione decorare. Eſt enim hoc nomen quaſi iure patrio Romani Imperij proprium, & ante ipſos etiã Coſs. in ampla Romanorum Repub. vſui habitum. Nam veteres Romani ſuos Imperatores prætores appellabant, ſimulque illis præbebant, vt militaribus præirent copijs, & deſcriptis ab illis parebant legibus, & prorſus erat hic Magiſtratus ex ambobus contẽperatus, præ ſe ferens, & oſtentans tam in inſtruenda acie robur, quàm in ferendis legibus rectum, & decentem ordinem. Quoniã igitur propoſitum nobis eſt etiam hic vtranque adminiſtrationem in vnam cõtrahere, propterea optimo illi iure Prætoris appellationem imponimus, vt vna cum Prætoris appellatione audientiã animis inſonet ipſius quoque Magiſtratus ſubſtantia, ac natura, & quod non ſimplex ſit, neque ad vnã aliquam rem tantummodo (nempe vel arma, vel leges) reſpiciat, ſed ſimul utrunque ad ſe munus ex æquo attrahat, quodq; per copias militum vehemens, & robuſtus; per legẽ lenis, & manſuetus ſit: & per hanc cauſam maleficis quidem uehementiorem; probioribus uero ciuiliorem ſe, & moderatiorem exhibeat. Neque hoc ſine 3 † cauſa agimus, aut ſolam appellationem attendimus, ſed ex uſu, ac neceſſitate Magiſtratus quoque metimur. Nam fortes ea regio uiros habet, neque in ullo differt ab Iſauria in medio, ut quæ mediterranea, aprica, equorũ altrix exiſtens, tũ multos uiros, tũ multos equos enutriat: magnus quoque in ea numerus eſt magnorum pagorũ & uirorum ad equitandum, ad ſagittandum, ad animos ſine negotio, & celeriter excitandos, & ad arma promptè tractanda; denique tam ad militare Imperiũ forte auertendum, quia illorum ſtatus priuatam ipſis fortunam, & ſolis ciuilibus Magiſtratibus ſubditam adſcribit, quam ad hoc rurſus (ciuile ſcilicet) contemnendũ, quia ſoli obtemperare legi, quæ non item ſtrenuitatem quandam adiunctã, habeat, audacioribus formidabile eſt idoneorum. Hæc nos permouerunt, ut hunc quoque Magiſtratum, quemadmodũ apud Piſidas fecimus, coadunatum redderemus, & noſtro appoſito nomine Prætoris ei appellationẽ inderemus: uolumus enim, & hunc Prætorem Iuſtinianeum Lycaonię appellari, quomodo ſanè, 4 † & Piſidiæ, & aliorum. Deinde utranque etiam cohortem in unam contrahimus, conſtituendã ex probatorijs, more ſolito ex ſacro libellorũ ſcrinio, ex quo olim & Duciani eas ferebant, procedentibus, menſurãque illius ad centum uſque uirorum numerũ extendimus, & utriuſque Magiſtratus annonas illi adſignamus, ſed & aſſeſſori, & reliquis; quæ quidem ex ſubiectis ſacræ huic noſtræ conſtitutioni deſcriptionibus clara faciemus. Habeat item ad reſponſum, 5 † ut inter milites omnia rectè gerantur, atque ordine: adeoque & alijs eũ militibus, qui per dictã prouinciã ſtationes agunt, imperitare ſancimus. Mittemus ſane, qui id officij ſuſcepturus eſt, unũ aliquẽ de probatis, & de numero noſtrorum procerũ, unde & olim Prætores procedebant, ſuiſq; laboribus adornabant Rẽpublicã, nunc reſidentes in ſolo Italico, nunc proficiſcentes ad loca forenſia. Ac talis quidem ſemper ſui ipſius memor, & unde illi hæc adminiſtratio acceſſerit, uenerandum ſe præbeat ſubditis, horrendũ latrocinantibus, & maleficis, omnia maiore cum fiducia peragens. Neq; dubium, quin puris vtetur manibus, qñquidem & officium gratis ſuſcipit, & alioqui lex noſtra nuper à nobis lata omnibus omnino Magiſtratibus in ipſa deſcriptis præcipit, ut manus contineant (qua de cauſa & iuſiurandum præſtãt) & ſm leges noſtras dijudicent, omnemque æquitatem, & iuſtitiam ſubditis impertiant. Eo pacto cum Reipublicæ ſuæ ſtatum ueteres Romani exornarent, omnibus alijs Rebus publicis potiti ſunt. Quis enim hunc Magiſtratum non uereatur ſimul, & horreat, uidens duplici eum forma excubias agere, tum ut quæ lex iubet, facilè ordinet, tum uero ſi quid de lege uioletur, ut hoc armis corrigat? Quibus autem de rebus Prætorem Piſidiæ in lege, quæ de ipſo conſcripta eſt, appellauimus, de iiſdem pulchrum putauimus, & hunc appellare. Oportet enim, ut cum undique gratuitum hoc officium ſuſcipiat, ab omnibus & ipſe ſordibus alieniſſimus ſit, his ſolis contentus, quæ fiſcus præſtat, prout iam ante de præſidalibus officijs lata lex diſſerit. Vt item in rebus gerendis ſyncerum, & iuſtum ſe præbeat, ac quomodo adminiſtrationis ratio permiſſa eſt, ita & ipſe harmoniam animi ſui nunc acutioribus, & intentis, nunc lenioribus, & remiſſis ſonis contemperet. Odio quoque habeat, & puniat omne adulterium, ad hæc homicidium, ſed multo his uehementius raptus uirginum; Cæteros etiam maleficos, ſi quidem incurabili morbo laborant, citra exceptionem puniat, ſi uerè mediocriter, ad meliorem frugem tranſponat. Inſuper neminem improbè agentium uereatur, etſi diues, etſi maiore aliqua dignitate præditus ſit;

3 † ἁπλῶς.

4 † ὥσπερ ἐπὶ κ̓ τῶν Πισιδῶν καὶ τῶν ἄλλων.

5 † ἢ τοὺς ἀποκρισιαρίους πρὸς τὴν στρατιωτικὴν ὑπηρεσίαν.

propterea.n.de numero præſtantiorum electũ ipſum mittimus, ut pro ſua potentia neceſſe non habeat cuiquã alij attendere, quàm nobis, & legibus, ſecundum quas & ipſe iudicet, & ſubditos, vitã inſtituere procuret. Sed neq; ſocordiæ ſe dedat, neq; alicui iniuriã faciat, ne eius Prouinciæ homines, cui præeſt, p p iniurias illis acceptas regionẽ ſuam relinquens, & continuè nobis hic faceſſant negotia. Quin ipſe prius audientiã his, quæ ad eũ referuntur, præbeat, eaq; diſceptet, & vſq; memor honoris, quẽ illi detulimus, ita adminiſtrationis laboribus ſe exerceat, vt laudẽ inde, à rationibus geſti Magiſtratus reddendis, dicendaq; cũ immunitatem cõſequatur. Illud certo ſciens, quòd ſi quis nos adeat, referens domeſticam ſibi rem incommodis effectam eſſe, ſi quidẽ expertus apud eum, ius ſuum obtinuiſſet, hunc ipſum ſine aliquo dato reſponſo remittemus: ſi vero cum prius ad ipſum retuliſſet, deinde non obtento iure ſuo, ad nos decurrant, tunc non illi nos in poſterum, ſed ei, qui Magiſtratu fungitur, iudicium conſtituemus. & quemadmodum ampliore n. ei honorem reddidimus, ita & ſi ſocordiæ eum ſe dare, & his, quæ in ipſum contulimus, negligentius vti deprehenderimus, opem feremus legibus, & conuenienti eum animaduerſione perſequemur: & quemadmodum ille neque verba noſtra, neque leges, neque formam, & gradum Magiſtratus veretur, ita neq; nos ipſum verebimur, ſed perinde ei obuiabimus, ut & ipſe rerum adminiſtratione vteretur, & ſiue ſordidis eum manibus vti, ſiue ad effectum aliquem reſpicere, ſiue leges noſtras transgredi deprehenderimus, nos vigores legis ad facti ſui rationem reddendam eum ſiſtemus: neque enim, vt ſubditos ſeruaremus, pecunijs, aut quapiam aliarum rerum, quæ nobis ſuppeterent, pepercimus. Oportet præterea ipſum prouidere, vt omnia recte, atque ordine fiant in ciuitatibus: & primũ quidem, vt ciuitates ſub ipſo collocatæ ſeditionibus careant, ex omni parte æquitatem conſeruans, & ſummo ſtudio proſpiciens, ne nimium † ſubditis indulgeat, & frænã relaxet. Deinde neque opera in ciuitatibus negligat, ne per hanc cauſam deminuantur, vel aquarum ductus, vel ipſorum pontium tranſitus, vel murorum munitio, vel cura itinerum, ſed omnia reficiat, aut ſaltem ad nos referat, vt partim ex ciuilibus ea reditibus, partim noſtra liberalitate queant reficere. Neq; item committat, vt exactoribus, qui à noſtris hinc Proceribus commeant, ſit in aliquo damnum ſubditis nobis inferendi licentia. aut vt hi qui ſubditos noſtros grauent, qui conſuetas illas iuſſiones adferunt, quæ olim ad ſubuerſionem eorum, qui mediocriter vitam inſtituerant, de thronis tuis procedebant, nunc iniungentes murorum reparationes, nũc curam itinerum, nunc imaginum, pontium, portuum, aquæductuũ publicorum renouationes, locorum denique publicorum ablationes, & ædium quaſi in ſolo non iuſto exædificatarũ demolitiones, & id genus alia magis ad nectendas calumnias expedita, ſed ipſemet hæc ad animi ſui curam reuocabit, omnia peracturus abſque diſpendio. Si verò nobis viſum fuerit maiore eã rem inſpectione indigere: ſacra pragmatica forma vtemur, qua ſ'm ipſum alteri quoque hanc inquiſitionem iniungamus. Ita aliqñ reſpirabunt ſubditi, ita denuo efflorescent ciuitates, ita qui eas incolũt, magnũ incrementum capient, neque de patrijs ſedibus diffugiẽt, rerum ſuarũ incolatũ propter Præſidũ improbitatẽ quaſi ferriculamentum aliquod metuentes. Scire igitur oportet Excellentiam tuam, quòd vnus, & ſimplex hic Magiſtratus, non duplex futurus ſit, vt omnia, quæ fiſcus vtique prius officio præbebat, ea ſ'm deſcriptionem ſacræ huic noſtræ legi ſubiectam tam ipſi det, quàm circa ipſum verſari ſolitis, & cohorti eius, quemadmodum & hactenus præbita ſunt. Et publicorum tributorum exactio ipſi ſimul, & obtẽperantibus ei prætorianis cohortalibus incumbet: habebitque vtriuſq; officij inſignia, tametſi plurima militaria ſũt: tamen & in vehiculo ſedebit argenteo, & præcedit ipſum ſecuris (nam & hoc cõſularis Imperij ſignum eſt) ſiſt & faſces ipſi cum ſolemnitate præibunt, obſeruabitque eum vniuerſus exercitus, qui per eam Prouinciã ſtationes habet, cui curæ erit, vt & latrocinia reſecet, & iniuria affecta opitulentur, & ſubditos noſtros manſuetos inter ſe, & modeſtos reddat. Sed neque comitibus permittet vt ad publica tributa annuant, animum vt adijciant. Sed & inter Spectabiles ipſe collocabit: tametſi qui eã adminiſtrationem ſuſceperit, maioris fortè ſit dignitatis, ſi quidẽ dignatio eorum, qui Prouincias regunt, talis futura eſt, qualem nos ad quamque adminiſtrationem idoneam fore iudicauerimus. Ipſum verò p p Imperium, quod gerit, conueniens eſt inter Spectabiles numerari, inter quos & Proconſules, & Comites Orientis, Galatiæ, & Phrygiæ ſunt. Vnde & ipſe cauſſis, quæ in eius mouentur Prouincia, tam a † pecuniarijs, quàm ciuilibus, & liberalibus audientiã præbebit, vti id genus Magiſtratibus licet. Appellationes quoq; contra eius ſententias interpoſitas examinabunt hic ex more, qui iam pridem in Spectabilibus Magiſtratibus obtinuit. tam glorioſiſſ. ſacrorum noſtrorum prætoriorum Præfecti, quàm glorioſiſſimus quæſtor (prout iam inde ab initio traditu eſt) eo quòd alter iam Magiſtratus ciuilior factus ſit admiſſis legibus, quas etiam in ipſa arma Imperium habere volumus. Secundum legem vero nuper a nobis politam, ſi quæ cauſa intra Prouinciam ſuam mota, quingentorum aureorum quantitatem non excedat, quæ per prouocationem deinde à ſuo transferatur iudice, de hac non Pacatianæ Phrygiæ Comes (vt prius diximus) ſed ipſe cognoſcet, etſi ex delegatione, ſiue noſtra, ſiue alicui' glorioſiſſimorum noſtrorum. Procerum cauſã alieni committi ſit, modo p p rationes, quas nuper in conſtitutione de appellationibus lata præſcripſimus, Spectabilis nõ ſit: & cauſæ finem imponet, non (vt olim) poſt etiã huc mittendæ, ne ob paruas occaſiones magnorum ea res diſpendiorum ſubditis noſtris anſam præbeat. Hæc aut & nos illi manifeſta facimus. Si quidem ſtudio habet potentia noſtra, non tm vt adminiſtrationis ſigna eis ex codicillis (quos vocãt) præbeamus, qualia Spectabilibus Magiſtratibus attribui ſolent, ſed etiam ex mãdatis principalibus, quæ veteres olim Principes, & legiſlatores reſponſa Præſidis edita, † vocabant, quæ & nos deſcripſiſſemus, iuſſimus in ſacro noſtro reponi laterculo, vt inde ſemper vna cũ codicillis præbeantur Magiſtratibus. ac hi quidẽ ipſum conferant officium, illa vero dirigant adminiſtrandi officij rationem. Cæterũ ex deſcriptione, quæ ſacræ huic noſtræ legi ſubijcitur, clarum erit, tum quid ipſum, cum deligitur, occaſione codicillorum officij præſtare conueniat, tum etiam quid ipſi ſimul, & adſeſſori, ac cohorti eius è publico erogabitur. Sed & ſi quos vicinarum ei Prouinciarum Præſides circa tributariam rationem negligentes inueneris, non aliũ emittes, ſed ipſos Spectabiles Præſides fatigabis, ut vicinarum Prouinciarum Præſidibus, ſi ſocordiæ ſe dedant, immineant. & procurent, quò magis ea omnibus in publicum modis inferant. Præſentem itaque legem nos quidem ſacrarum noſtrarum Conſtitutionum volumini iuſſimus inſeri: ipſe verò ea ſuſcepta, omnia ex illius præſcripto agas, immortalem perpetuò beneficij noſtri memoriam præ ſe ferentis. Dat. 15. Kal. Iun. C.P. Bili. V C. Coſ.

OPORTET Lycaoniæ Prætori in hunc modũ præberi. Ipſi ſtudium annonarũ capituũ, & reliqui ſolatij non ſine ſolid. 300. eius adſeſſori ſol. 72. eius cohorti aureos 52. * Rurſum oporteat eum præbere Spectabilibus chartularis ſacri cubiculi per cauſam codicillorum. ſol. 9. Primicerio clariſſimorum Tribunorum, notariorum, & laterculenſibus ſol. 24. eius adiutori ſol. 3 cohorti glorioſiſſimo. Præfectorum pro iuſſionibus, & omni alia cauſa ſol. 60.

1 † τοῦ μὴ διδόναι τοῖς ὑπηκόοις

2 † καὶ χρηματικῶν, καὶ ἰδιωτικῶν.

3 † ἐντολὰς ἀρχοντικάς: aliàs mandata principis.

* Vide Codicẽ Græcum.

CONSTITVTIO XXVI.

De prætore Thraciæ.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum per Orientem Prætoriorum Præfecto. iterum Exconſuli, & patritio.

ILLud in confeſſo eſt, quod ſi quis Thracum regionem nominet, ſtatim vna cum dictio vtilitas quædam animum, & militarium copiarum, bellorum ac pugnæ cogitatio ſubeat: ſunt enim iſta ingenita, & quaſi patrio quodam iure huic regioni attributa. Itaque & prius nobis ſuſcepta eſt cogitatio redigendi in meliorem ſtatum ea, quæ illa loca concernunt, & hoc tempore de his, quæ longo iam agitauimus conſilio, præſentem legem tulimus. Duos ſanè vicarios nomine ad longum murum ſedere, omnes ſcimus, quorum alter militares cohortes regit (eſt enim magna vix militum eo in loco) aliter præfectus eſt negotijs ciuilibus. At cum ambo vices illic impleant, hi quidem glorioſiſſimorum Præfe-

Præfectorum, ille verò magnanimorum. Magiſtrorum militiæ, nunquam tamen inter ſe conſentiunt. ſed tamen ſi ſuas vnicuique fiſcus annonas ſeparatim ſuppeditat, & alia præbet ſolatia, nihilominus vnum hoc ſibi negotij perpetuò, & indeſinenter ſumunt, vt contentiones inte ſe immortales exerceant. Rectè igitur, atque ordine uiſum nobis eſt hoc quoque facere, quod apud alias agentes, quanquam non ita efferas, 1 † non ita militaris cuſtodię indigentes. fecimus: & vt non hic quidem ciuilibus negotijs præſit, iſte uero inter milites, & ſolos impertiret, utrunque officiũ in unum contrahere & præficere ei loco grauem aliquem, & reuerentia dignum Magiſtratum, qui ex ęquo tam ciuilia illic negotia curet, quam de uenuſto, & decenti ordine militum ſolicitus ſit. Nam qui prouinciam moderatur, is in alijs verſatus locis, vix illis ſufficient. Si vero horum locorum cuſtodia, omniumque rerum per ea loca adminiſtratio, & in bonum ordinem collocatio, tum iam militia bono aliquo viro indiget, & qui idoneè tam milites poſſit excolere, quàm imperitare ex lege, quod tandem illi nomen ex vetuſtate accommodatum imponemus? aut quam appellationem amplexi, hunc gerenti magiſtratum aptabimus? an verò re ipſa manifeſtum non eſt, quod quemadmodum Piſidiæ rector, & ſummus Lycaoniæ Magiſtratus à nobis nominatus inſtitutuſque eſt, ita & hic Prætor nominabitur, aſſumpto petatis noſtræ cognomine? Nam ſi Prætor Romanum Imperatoris ſimul, & legislatoris locum in ſua Republica tenuit, confeſſo eſt, quod nihil perinde huius Magiſtratus appelationem deceat, quàm nomen Prætoris. Si quidem & militum copias reget. & paganos ſubditos non paucos habebit. quibus ex noſtris legibus ita reddet. Denique tam ciuiles res, quàm militares in ijs locis bono aliquo viro indigent. Nam & anterioribus temporibus ſemper quidam militares viri in ſummis conſtituti dignitatibus, tam militaribus illi copijs præibant, quàm cæteris auxilio erant? quamuis non milites, ſed pagani exiſterent, Barbarorum enim excuſſiones, non mediocri opus habent præſidio. Quæ verò illos concernunt ea committi debent uni alicui, qui ſecundum leges ipſis præire poſſit, cum multum interſit inter rectum, & peruerſum ordinem: & omnibus perſpicuum ſit, quod militaris quidem res ſi ſola, & per ſe conſiſtat, vltra quam decet, efferatur audacia; ciuilis verò niſi admiſtum habeat robur militum, infra mediocritatem autoritate careat; vtrunque verò ſi in idem cum altero concurrat, omnium perfectiſſimum, & abſolutiſſimum ſit, quodque tam ad gerendum bellum, quàm ad tuendam pacem ſufficiat. Ideoque huius etiam prouinciæ officia copulantur, & Prætor hic Iuſtinianeus Thraciæ nuncupatur. Signa vero Magiſtratus à nobis erunt, tam codicilli hinc procedentes in forma cæterorum Spectabilium Magiſtratuu, quàm monita quædam Imperialia rationẽ, explicantia, quæ prouincię adminiſtrationem perficiat, quę maiores noſtri mandata Principis nuncuparunt, cum quibus in prouincias proficiſcentes, qui eas ſoliti erant, inde quæ facto opus eſſet, accipiebant. Atque ea res ſemper, & pulchrè excellens habita eſt, magnumque nominis ſplendorem Prætoribus addidit apud plurimas Reipublicæ noſtræ gentes, & maximè Occidentales à quibus progreſſi Romani totum (penè dixerimus) Septentrionem, & Meridiem, & multò maximè Orientis partem ſuo adiecerunt Imperio. Quæ igitur in dicta à nobis lege de prouincialibus officijs ſcripta ſunt, quæ item de Prætore Piſidiæ, & Lycaoniæ diſſeruimus, vt & ipſi gratis hic deſignentur, & gratis ſe vicitſim ſubditorum noſtrorũ commodis exponant: omnibus manifeſta ſunt. In vniuerſum enim iam Imperij noſtri ditionem lex prodijt, & apud omnes vulgatiſſima facta eſt. Deſcriptum ſanè, & iuſiurandũ eſt, quo Magiſtratus noſtros conueniat, cũ officia ſuſcipiunt, animam ſuam deuouere Deo, & tueri ſubditos noſtros in æquitate, & iuſtitia ab omnibus ſordibus, inimicitijs, gratia, remotiſſimos. Cæterum cohortales ei non ultrà centum, apparebunt, habebitq; tam ciuilis, quàm militaris officij inſignia. Inſuper aderit illi etiam ad reſponſum propter copias, quę illic reſident, in quas plenum habebit Imperium, & quiduis cum illis ad utilitatem Reipublicæ, & attentandi, & perficiendi licentiam. Publicorum præterea per illa loca tributorum exactio tum ipſum tum cohortem eius reſpiciet, & tota cohors Prætoriana appellabitur, hinc edendis, & ex ſacro epiſtolarum ſcrinio prodeuntibus probatorijs conſtituenda, unde tales olim probatorias 2 † Vicariana quoque cohors ferebat. Curæ autem habebit; primum quidẽ, vt a donis, & muneribus puras conſeruet manus, deinde ut omnem equitatẽ ſubditis noſtris tam publicè, quàm priuatim exhibeat, & oẽm iniuſtitiam 3 † a litigantibus depellat. Item ut milites quidẽ bellicis exercitationibus meliores, & alacriores efficiat, paganos uero per legem cõponat, ut iuſt. & ab omni improbitate, & malitia immunes reddantur, quò magis hi quidem ad iuſtitiã, illi uero ad uirtutem, & fortitudinem progreſſus faciant: & ſi belli cauſa aliqua fiat excuſſio, facillimè hãc expediat, utraque cohorte præſente, illa quidem altera ſubminiſtrante in ijs, quę ciuiles cohortales decet, copijs uero militaribus citra tergiuerſationẽ hoſtiles inſultus propulſantibus. Oportet inſuper, ut etiã in cauſſis, ſiue hæ pecunias, ſiue crimina, ſiue aliquid qddam concernant, audientiam præbeat, & rectè ſm leges noſtras, & abſque omni affectu iudicet, ne aliqui inde excurrentem, noſtram inquirent potentiam. Neque enim uolumus, ut collatores noſtri relicta prouincia a prouincię Pręſidibus diſpecti hũc adcurrant. Nam ſi poſt hac nobis ab his, qui ex eo loco cõmeant, negotium fiet, omnino percunctabimur adeuntes, ſi ea renunciarent. Imperium in prouincia gerenti, ac ſi edocti fuerimus, quod illa non denunciarint, cum ſummaro increpatione remittemus in prouinciam: ſi uero illi denunciarint quidem, at prouinciæ Imperium gerens, aut p ſocordiam omiſit, aut turpi aliqua de cauſa legum rationem nõ habuit, tunc omnem animi noſtri motum in ipſum conuertemus. Quemadmodum enim maiores in illũ erogationes fecimus (nimiumn utriuſque officij) tantæque hominum multitudini eum præfecimus, ita ſi compertum haberimus, ꝙ indignè in hoc uerſetur officio, neque remiſsè agemus, neque mediocres pœnas irrogabimus, immo quantò ipſum altius in ſublime euehimus, ſi probè ſe gerat; tantò rurſum grauioribus eum percellimus pœnas, ſi quid contra leges deliquerit. Ad hæc nemini omnino oportet eum ſuccumbere, neque ſi inſigni aliqua dignitate ſit præditus, neque ſi opibus abundet: propterea enim grauioribus uiris, & auctoritate plenis eiuſmodi tradimus officia, ne quid neceſſe habeant remittere his, qui opibus ſuis freti, alijs uelint inferre iniuriam. Curabit quoque omnia illic opera publica, neque patietur, ut uel portus, uel muri, uel pontes, uel itinera, uel denique alia uitium contrahant, ſed ipſe, quæcunque ex ciuilibus redditibus poſſunt refici, ea procuret: ſi quid uero ex his maiore cura indiget, id per ſuggeſtiones ad nos referat & rationes conficiantur, prout iam à nobis lege ſancitum eſt. Neque enim uolumus, ut qui ſolitas haſce negotiationes. item acquarum perueſtigationes, & hortorum, murorum, imaginum, aliorumq; id genus reparationes (quæ quidem omnia olim abrogari placuit) exercent, hi à præfectura, quam moderaris, mittantur in prouinciam, ſed ipſe perueſtiget ea, quæ fieri debeant, & ſecundum conſtitutionem noſtram rationes illos faciat edere. Quòd ſi nobis placuerit, alium ad hoc dirigere, per pragmaticas formas id efficiemus, quæ (ſi ita uiſum ſit) ad tuam deferantur præfecturam. Nam, ut ſubditos noſtros eripiamus, & liberemus diſpendijs, propterea & magnam pecuniæ uim (ut ex parte, uel ipſe noſti) deſpicimus, & ita amplius annonis tam Præſides, quam cohortes, & circa illi uerſari ſolitos conſolati ſumus, ne per egeſtatem fortè, aut eiuſdmodi aliquid parum decentibus factis occupentur, ſed inſigni dignitate prȩditi, & de amplo Senatorum ordine ſint, & ita cum Dei, & noſtri memoria uerſentur in prouincia. Quæ ſe nulſo unquam pacto memoria neque huic exciderint, per omnia ſeipſo pulchrior futurus eſt. Ac ſi ueteres Romani Conſularibus tantum, & Prætorijs uiris prouinciarum adminiſtrationes demandarunt, neque nos alienam a bonis moribus faciemus, ſi talibus eas tradamus, qui exactorum hinc in prouincias tendentium, & præter rationem collatores noſtros damnis inuoluere tentantium, uiolentias reprimentes, huiuſmodi neceſſitatem queant reſoluere. Damus etenim ei, & curioſius iſta indagandi, & prohibendi, & ad nos per ſuggeſtionem nunciandi facultatem, & ut partim ipſe per ſe ea corrigat, partim celerius ad noſtrã referas notitiam, ut ſi qua in re imbecilliores ſunt, ibi ultres creſcant, & ſuppleantur ſcientiæ. & iuſſionis noſtræ acceſſione. Hæc etiam in ſacris ipſos admonebimus mandatis, quæ una cum ſignis Magiſtratus tradimus, ut memores iuramentorum, quæ præſtant. & monitorum, quæ illis dabimus, prout nos, noſtrumq; de illis meretur iudicium.

1 † ταχί- ποις.

2 † σύμβο- λα.

3 † δικαζο- μένοις τὰ συμβόλαια πρὸς ἀλλή- λους πράτ- τουσι τὸ ἅπαξ δὲ τῶν ἐξι- λασίαν

& propriam exornent uitam, & traditum gubernent officium, dantes illis (ut dictum eſt) omnem poteſtatem, ut tam in pecuniarijs, quàm in criminalibus, & omnibus denique cauſſis iudicet, & appellatio, apud ipſos interpoſita ad glorioſiſſimos noſtros Præfectos, & glorioſiſſ. decurrat. Quæſtorem, qui cauſæ communem præbeant audientiam, in formam earum cauſarum, quæ in ſacrum introducuntur palatium. Si quam vero cauſam minorem quingentis aureis per ea loca prouocatione ſuſpendi contigerit, & ſi ex delegatione, uel noſtra, vel iudiciaria ſit, neque is, cui ex cauſa delegata eſt, ſpectabilis iudex ſit, ut ex illis locis appellatio ad ipſum procedat, eamque audiat in forma ſacri palatij. Ornamus enim officium eius hoc etiam modo, & æqualem conſtituimus Spectabili Comiti Orientis, & Proconſulibus, & Comitibus Phrygiæ, & Galatiæ: vt & ipſe in nullo ſit hac noſtra lege, qua clariſſimi prouinciæ 1 † demi nuit, quæ quidem propria legum ſunt: hoc ſcilicet, demandatam ſibi a nobis ſolicitudinem in illis partibus, in quibus conſiſtit, implente. Subijcietur item à nobis huic legi deſcriptio, quæ commemoret, & quid ipſum erogare pro codicillis Magiſtratus, & quid ipſum circaque ipſum verſari ſolitos rurſus auferre ex publico conueniat titulo annonarum; quas etiam ſolas ipſos omni alio extra hanc cauſam lucro abſtinentes, accipere permittimus. Propterea enim per maiores erogationes ampliores eos, efficimus, vt & ipſi ſubditos noſtros vndique conſeruantes, & iuramentorum, quæ præſtare ſolent, memores ipſis hanc nobis factis remunerationem reddant. Atque hanc ſane præſentem legem habebit quidem legum volumen, ſed thronus tuus ſuſceptam eam, & memoriæ mandatam perpetuò conſeruet in onere. Da 15. Kal. Iun. C.P. Bili. I. V. C. Coſſ.

1 † ὅπερ καὶ αὐτὸν ἐνεῖναι σπουδάζομεν βασιλείας καθάπερ ἐκεῖναι καὶ ἐκείνου τοῦ σχήματος ἐστιν οὐδὲν τοῦ δὲ ἡμῶν τοῦ νόμου τὴν τοῦ λαμπροτάτου τὸ ἐπαρχίας ἀρχόντων, ἀλλ' ἀλλ' ἴσον τι τῶν ἐν ἄλλοις ἐπαρχίας τόποις πράττοντος ὅπερ ἴδια τῶν νόμων ἐστί.

OPORTET autem Prætori Thraciæ annonarum, capitum, & reliqui ſolatij nomine præberi ſolid. 200. eius adſeſſori ſolid. 72. eius cohorti aureos 52. Occaſione vero codicillorum præbere oportet eum ſic Spectabilis tribus chartularijs ſacri cubiculi ſolid. 9. Primicerio clariſſimorum Tribunorum, notariorum, & laterculenſibus ſolid. 24. cohorti glorioſiſſimorum Præfectorum pro iuſſionibus, & omni alia cauſa ſolid. 40.

CONSTITVTIO XXVII.

De Comite Iſauriæ.

Impera. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimorum ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto. iterum Exconſuli, & Patritio.

QVod quibuſdam ante nos Imperatoribus, vt in Iſaurorum regione facerent, per imaginem, & figuram in mentem venit, id nos re ipſa iam per ipſam operum efficaciam tam in Galatia prima, quàm Pacatiana Phrygia confecimus, Vicarij officio (vt prius appellabatur) cum ciuili adunato, & vnà vtrinque cohorte conſtituta, & ipſis (vt oportuit) exornatis, neque non utrique prouetere appellatione Comitis nomine impoſito, vt ille quidem Comes Galatiæ primæ nuncupetur, is verò nominetur Comes Pacatianæ Phrygiæ, utrunque horum ipſorum noſtro concomitante cognomine Idéque hoc & in Iſaurorum prouincia præcipimus. Neque enim volumus, vt qui de cætero in hoc conſiſtit officio, duplicibus vtatur codicillis, & ſignaa † capiat ciuilis etiam poteſtatis, & duplex nomen circumferat, cū res planè ſit eadem: ſed iam inde, vt unitū officium habeat, ſtatuimus, & ipſū & armis prouideat, & publica in ſe recipiat, oīa ſub ſe continens, & una cohorte utens, quæ comitiana appelletur, & ſuæ militiæ probatorias ferat ex ſacro libellorum ſcrinio. Obueniat āt oīno, & is Magiſtratus gratis, neque quidquam exhibebit, numerabitve pecuniæ. Et ut ipſe quoque puris utatur manibus, quemadmodum reliqui, ad ipſum nuper à nobis editā legē tranſmittemus. Sed præter codicillos, qui & ipſū inter Spectabiles adſcripſerunt, dabimus ei ſacra etiā præcepta, quę man lata Principis 3 † illata, ex quibus intelliget, quæ ſingulatim ad eius pertineant ſolicitudinē, tā in publicis oibus, quàm priuatis contractibus: quidquid præterea uenuſtum, & decorū eſt. & ne quid fiſcus ſentiat diſpendij, & ſimpliciter, quæcunque ipſum facere conuenit, ex

a † καὶ λαμβάνειν μὲν καὶ τὴν τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς πρεσβείαν λαμβάνειν δὲ καὶ τὰ ἰσοστάσια τῆς ἐξουσίας σύμβολα.

3 † ταῦτα δὴ τὰ mandata Principis ſeu τὰ βασιλικὰ ἐντάλματα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ὀνομαζόμενα παρ' ἡμῖν ὡς ἄν τις εἴποι πολιτικὰ ὑποληφθέντα.

ijs illi manifeſta fient. Hoc unum ſciat, quòd & ipſe inter Spectabiles Magiſtratus collocatus eſt, & appellationes apud illum interpoſitas glorioſiſſimorum ſacrorum noſtrorum prætoriorum Præfecti, tum etiam glorioſiſſimus Quæſtor noſter audient quemadmodum & Auguſtalis, & Proconſulis, & trium prætorum nuper à nobis in Piſidia, Lycaonia, Thracia inſtitutorum, & inſuper Comitis Pacatianæ Phrygiæ, & Galatiæ primæ. Quod ſi qua in Iſauria cauſa minor quingentis aureis, & poſtea per prouocationem ſuſpendatur, huic & ipſe audientiam accōmodauit in forma ſacrorum auditoriorum. Nam & hoc illi concedimus, dignitatis illi pleniorem Magiſtratum in hac etiam parte efficientes. Tua igitur Excellentia ad prædictorum Magiſtratuum imitationem ea quoque, quæ hunc concernunt, conſtituat. Subijciemus enim & deſcriptionem huic noſtræ legi, declarantes, quid ipſum, cohortemque eius, & eius adſeſſorem ex publico ferre, quid item nomine codicillorum Magiſtratus dare cōueniat. Ac nouerint, qui hoſce à nobis nuper ad nouā pulchritudinem redactos Magiſtratus ſuſcipiunt, quod & pecunias, quæ continue pro officijs offerebantur, omnino recuſare, & quæ non prouenerant, de noſtro tam ipſis, quam ipſorū adſeſſoribus dare, & cohortibus largiri, quæ ab alijs ablata erant, & ipſis Præſidibus maiora ad ſigna ſolatia ſuſtinuimus in hoc tantum, ut undique ſubditos noſtros immunes à diſpendijs conſeruemus. Quod ſi quos uicinarum illi prouinciarum Præſides negligentius agere circa tributa publica deprehendas; non alium emittes, ſed ipſos Spectabiles Magiſtratus fatigabis ut uicinarum prouinciarum Præſidibus, ſi ſocordiæ ſe tradant, immineant, & efficiant, ut omnibus hæc modis inferant, quo Magiſtratus multo pulchrior ſit, & præſtantior, quàm dudum. Dat. 15. Kal. Iun. C.P. Biuſ V. C. Coſſ.

OPORTET Iſauriæ Comiti pro annonis præſtari ſolid. 100. eius adſeſſori ſolid. 72. cohorti eius aureos 52. * Oportet ipſum præbere occaſione codicillorum ſic, Spectabilibus tribus chartularijs ſacri cubiculi ſolid. 9. Primicerio clariſſimorum Tribunorum notariorum, & laterculenſibus ſolid. 24. cohorti glorioſiſſimorum Præfectorum pro iuſſionibus, & omni alia cauſa ſolid 40.

*Vide exēplum Græcum.

CONSTITVTIO XXVIII.

De Moderatore Helenoponti.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni Præfecto pratorio.

QVod pulchrè, & longo ante tempore concinnatum, adunatumque, & in ſua iam firmitate compoſitum extitit, id ſanè nouare, aut diuidere abſque rationabili cauſa conſirmati, ualidique Imperij non eſt. Neque enim in uerborum multitudine, ſed in uero, & iuſto rerum effectu robur Imperij collocandum eſt. Et tamē circa duos illos (ut uocant) Pontos, nempe Helenopontum, & Pontum Polemoniacum, tale quiddam factum eſſe didicimus. Cum enim ſub unum antea Præſidem ordinata eſſet prouincia, duo conſtituti ſunt, neque publica id neceſſitate exigente neque alio aliquo rationabili prætextu ſubſiſtente, quem expedite aliquis, & facilè inueniat. Adeoque amplum eius teſtimonium res ipſa præbet, cum in hodiernum uſque diem uno tantum publicorum tributorum, & diſpoſitionum tractatore utraque utatur prouincia Ac ſi quis urbes, quæ per utranque ſunt, enumeret uis unius prouinciæ iuſta, & ſufficiens menſura reſultet, ſi modo Helenopontum quidem octo urbes implent, hoc eſt Amaſia, Ibora, Euchaita inſuper & Zela, & Andrapa & 4 † Aegæum, ad Climacas, hoc eſt gradus ſitum, Sinopa, & Amiſus antiquæ urbes, ſed & Leontopolis, quæ & ipſa iam inter urbes numeratur, aliæ uero quinque Polemoniacum Pontum continent, Neocæſarea, & Gomma, Trapezus, & Ceraſus, & Polemonium. Piſius enim, & Sebaſtopolis inter caſtra potius, quàm urbes numerandæ ſunt, ut intra hoſce terminos uterque Pontus conſiſtat. {Poſt quos iam noſtra conſtituta eſt Lazica, in qua urbs Petræon eſt, quæ noſtro beneficio, & eſſe, & nominari urbs cœpit, quàm quæ noſtræ pietatis nomine utitur, & Iuſtinianea appellatur. Archæopolis quoque, & Rhodopolis maxima, & antiqua caſtra, in quibus planè etiam ea caſtra, ſunt, quæ nos à Perſis recepimus,

4 † καὶ Αἰγαῖον πρὸς τοῖς κλίμαξι κειμένη Interpres legit, καὶ αἰγιαλοὶς &c.

mus, Scandias, & Sarapanes, & Muriſios, ac Luſieros, & ſi quid aliud præterea à nobis in Lazis elaboratum eſt. Hanc deinde Tzanorum regio excipit, ſub noſtro nunc primum Imperio Romanorum ditioni adiuncta, quæ & ipſa vrbes partim nuper factas ſuſcepit, partim mox futuras ſuſcipiet. Poſt illam aliæ item gentes conſiſtunt, Suani, & Scymni, & Apſilæ, & Abaſci, & aliæ quæ omnes (permittere Deo) vel noſtræ, uel ſociæ ſunt: ſed ad iſta quidem nos de his locis inſtituta oratio detulit: nunc autem denuo ad Pontos, & illorum vnitionem reuertamur. Ambos enim illos loços 1† tredecim comprehenſos vrbibus iterum nunc in vnam prouinciam contrahimus, aſſignamuſque ipſis tam ueterem unitionem, quam modernam appellationem. Namque ab omnibus Helenopontus nuncupator, quod illi nomen a pientiſſ. Principe Conſtantino impoſitum eſt occaſione honeſtiſſ. ſuæ matris, Helenæ, ſcilicet pientiſſ. mulieris, quæ nobis etiam ſacrum Chriſtianorum ſignum inuenit. Vetus enim illud nomen Polemonis, quo plerique in Ponto Tyranni vſi fuerunt, de hinc quieſcito: primum, quia Tyranni exſtitit; ſecundo, quia urbem de ſuo nomine appellatam habet, ſcilicet Polemonium; tum etiam, quia pulchrius fuerit, regiones Chriſtianorum, & Regum nominibus deſignare, quam his, quæ polemi, hoc eſt belli, & tumultus præ ſe notionem ferunt. Omnes autem illæ tredecim urbes unius ſunto prouinciæ, ut tamen neque alterutri in ijs Metropoli (Amaſiæ ſcilicet, & Neocæſareæ) Metropolis nomen detrahatur? & Dei amantes earum Epiſcopi, Metropolitani quidem in hac urbe, qui uero ſub Metropolitanis collocati ſunt, ab his qui Metropoles ſub cura ſua habent (ut hactenus in more fuit) ordinentur, nihil enim circa ſacerdotium illarum innouamus; cum multas eiuſmodi inſtitutiones inter Dei amantiſſimos Epiſcopos exiſtere, iam vetuſtum ſeculum, quàm quod per nos modo exornatur, nouerit. Et cum Imperio quidē inducitur illis unus utriuſque prouinciæ Præſes, cognomento Moderator, quē quis uulgari lingua uſus, Harmoſten appellet, quandoquidem & Moderatoris nomen uetuſtum eſt, Romanaque amplitudine dignum, & ipſe Harmoſtes quidam olim Magiſtratus erat, qui e Lacedæmone hinc inde per omnem eius ditionem dirigebatur. Vnde qui id officium ſuſcipit, Moderator Iuſtinianeus Helenoponti nominator, obtemperatoque illi per eam prouinciam ſtationem agentes militares copiæ. Habeto etiam Ad reſponſum cuiuſcunque conditionis homines omnes ſe illi ſubmittunto ſine ulla, prærogatiua priuilegij. Audientiam quoque præbeto in cauſis tam pecuniarijs, quàm criminalibus, & alijs, minimis quidem, ſine ſcripto, & gratis; maioribus uero, licet ſcriptis interuenientibus, eo tamen ſumptu, quem ſacra noſtra præſcribit conſtitutio. Item qui hunc Magiſtratum ſuſcipit, is utriuſque officij annonas ferto, ſurgentes uſque in ſeptingentos uiginti quinque aureos, unaque utitur cohorte, & publicorum tributorum decurſio, & periculum idē, & commune eſto tam contra eum, qui officium obtinet, quàm contra cohortem: quandoquidem, & ipſi in unam coibit formam, & inter ſe conglutinabitur; quemadmodum is ordinauerit, qui ſupra prouinciam poſitus eſt. Sed & Magiſtratus adſeſſor ſeptuagintaduos ex publico aureos capiet, & cohors ex ambabus prioribus, una facta, quadringentos quadragintaſeptem aureos feret, & tremiſſem. Inſuper qui hoc fungitur officio, neque Vicarios in locum ſuum per urbes dimittet (obſeruabitur enim & id, quemadmodum in ſacris noſtris continetur mandatis) ſed ipſe oberrando urbes luſtrabit, nulla omnino lege, aut ſacra forte pragmatica forma prohibendus, tametſi præcedens tempus tale quid iuſſerit. Statiuaque aget, ubicunque illi uiſum fuerit, uel in una Metropoleon, uel alijs urbibus, ſi modo eius ſuſtentationem urbs per omnia ſufficit, ſordium ipſe, & lucri abſtinens, omniaque citra incolarum diſpendium gerens. Nam neque ipſe, neque cohortalis, neque miles ipſum comitatus a collatoribus aliquid capiet, aut gratis ſumptum faciet: aut etiam collatores noſtros, uel ipſe atteret, aut comitantes ipſum milites hoc ipſum agere permittet, hoc etenim, & ipſum pars eſt noſtrorum mandatorum. Ipſe certè ſacramenti memor, quod præſtitit, & quod gratis officium ſuſcipit, quodque tam magnum annonarum incrementum meſuit, nunquam quidquam auſit accipere, niſi magna id cū pœna uelit reſtituere: neque ut cohors per eiuſmodi occaſionem tale quid, uel exigat, uel oblatum accipiat, permittens. Et niſi procurauerit, ut milites ipſum annonis ſuis contenti ſequantur, neque ipſe ultam indignationem effugiet, irrogatumque ab ipſis damnum compelletur ex eorū annonis exigere, & hoc collatoribus ſarcire. Propterea certè maiores hoſce Magiſtratus, auctoritatiſque plenores tam multitudine apparitorum (centum enim illum cohortales habere uolumus) quam dignitatis magnitudine (ſi quidem Spectabilem illi Magiſtratum efficimus) eſſe uolumus, ut neceſſitatis tempore amplioribus utamur Magiſtratibus, & qui noſtris ſubſeruire poſſint iuſſionibus. Quid enim facerent hi, qui uetere forma præfuerunt prouincijs, qui cum paucos circa ſe haberent, pauciſſimis ipſi imperitabant, modicaque admodum ferentes e publico, plurima dantes, rapere cogebantur, & unum hoc habeter ſtudio, ut ſequentibus, & undique ipſis imminentibus creditoribus occaſione pro officio datorum nonnihil gratiæ referent, 2† & beneficij. Quibus rebus noſtros conſueuerunt auctionati ſubditos impios iuxta, & periculi plenos ſibi reditus conquirentes. Harum nos rerum indignitas permouit, ut non ſolum exinde prouenientibus lucris renunciaremus: ſed & de noſtro magnos inſuper ſuſtinemus ſumptus, & ſi quibus ſpecies aliqua Magiſtratus, interueniente pretio, a deceſſoribus noſtris tradita eſſet, adhibita id medicina curaremus, atque hoc genere tributi collatores noſtros redderemus liberos, & officia ſuſcipientibus de noſtro ſolatium introduceremus, quo magis hos quoque libertatis participes efficeremus. Si quidem in parato nobis eſt, Deo (ut apparet) talia largiente, ut non ſolum Afros, & quæ ibidem gentes ſunt, libertate donemus, ſed etiam, ut eos, de quibus in meditullio quodammodo noſtræ Reipublicæ ſingulis ferme ſingulis annis noua actio inſtituebatur, neque, 3† tamen dabatur ſub eiuſdem manere Imperio, huiuſmodi diſpendio, & turpitudine liberemus. Hanc nos gratiam Deo referendam putauimus, qui Imperij nobis coronam impoſuit, qui communi omnium calculo per patrem noſtrum purpuram nobis donauit, qui denique tot, captaſque in nos liberalitates explicuit, quantas nulli maiorum noſtrorum vnquam dedit. Oportet igitur, vt qui ad hoc officij accedit, ſciens, prudenſque quam multis hominibus, quàm multis præſideat vrbibus, quàm venerandus item futurus ſit, mutata dignitatis forma ex Conſulari, & Correctoria in maiorem Magiſtratum, & Spectabilem, per omnia ſubditis parcat, & indemnes ipſos tueatur; puris etiam vbique vtatur manibus, & publicum augeat, ad eiuſque commoda omnem referat prouidentiam, priuatim quoque ſordibus, & muneribus abſtineat, & ciuitatibus publice ſimul, & priuatim ſua iura decernat, oberando eas perluſtret, & ijs medeatur: nihil lucri cauſa faciat, neque paruum, neque magnum, ſed bonum, & memorabile nomen appetat, & diligenter, ſanctæque per omnia datum iuſiurandum obſeruet. in omnibus denique gratiorum ſe nobis exhibeat, 4† vel alienis ædibus ſiquidem hoc ſolummodo ſibi proprium eſt, & regiarum domuum tam noſtrarum, quàm pientiſſimæ Auguſtæ. Si uero ſub alterius appellatione tabulas, ſiue titulos impoſitos deprehendat: tam ipſas protinus detrahet, quam eum, qui illas affixerit, perueſtigabit. At ſi quidem is, qui ſe rei dominium eſſe dicit, hoc fecerit, extemplo illius rebus publicos imponet titulos, prius his titulis, quos ipſe appoſuit, ad caput eius impactis, confractiſque. Si uero alienarum rerum procurator fuerit, tam titulos (ut diximus) ad eius caput confringet, quam modicis, etiam tormentis eum ſubijciet, quo magis hæc perdiſcens, 5† perſonæ conuenit cognoſcere, quod neque ipſi per ſe, neque per certos ſatellites, aut per eos, qui in hoc aſſumuntur, ut explendæ eius auaritiæ ſatagant, ſubditos iniurijs afficere liceat. Conſimiliter oportet, ut ipſe ſpectabilis Moderator latrocinia exercentes, & habendi ſtudio alios defraudantes, mulieres denique, bona, iumenta, & cuiuſ generis alia rapientes reprimat, quo incontaminatum ius conſeruet. Et nos rectè hoc uideantur cœpiſſe conſilij neque quibuſdam per prouinciam graſſantibus, ipſi uero eius facti uindictam non repetentibus, pœnitentia nos inceſſat, quod latrunculatores, & uiolentiarum repreſſores ceſſare fecerimus: propterea enim illi etiam milites ſubmiſimus, ut illorum manu inſtructus, difficilius queat ab inſultantibus expugnari. Hæc nos illi ſtrictim, & ſub compendio commendata eſſe uolumus.

1 † πάντας interpres legit, τόπους.

2 † κατὰ μικρὸν ἀπὸ δι δόντων τοῦ ἔργου

3 † καὶ εὐδὲ ἐπὶ τῷ μικρὸν συγχωρούμενοι περὶ ἄλλα κατὰ βραχὺ τὸν ἐλθ ρον καὶ ἐλθ ρον ἐξ οἷ ας ἐκ γινόμενος ἐλευθερώσαι.

4 † τὸ δὲ μάλιστα ἐπιτε ... του πληρ μελούμενον φυλάξαι τιμῇ δοκεῖ δοθῆναι παρ' ὅ οἷαι ὃ πό λεως ἐπὶ τιθέντας χωρίοις ... ἐχ ... α λοτρίοις

5 † ...

1 † τάγμα δὲ κατὰ μέρος.

Nam 1 † quæ per partes gerenda ſunt, ea manifeſte perſpiciet tam ex lege, quam cum Magiſtratus ordinaremus, in commune omnibus deſcripſimus, quam ex mandatis principalibus, quibus illis datis explanabimus, quomodo Magiſtratum diſponet, tractabitque. Atque hæc agens, non ſolum nobis ingratus non erit, ſed Deo ſimul, ac nobis animam ſuam deuouebit, & pro Magiſtratu denique bene geſto bonam remunerationis ſpem concipiet. Subjicietur autem, & quædam recenſio huic ſacræ noſtræ legi, per quam clarum fiet, quid ipſum, & adſeſſorem cultoremque eius ex publico percipere: quid item ipſum pro codicillis Magiſtratus præbere conueniat, vt edoctus quanta in ipſum conferatur liberalitas, & ad quantam moderationem impenſa pro codicillis ab ipſo facienda redacta ſit, rebus, ut æquum eſt, & rectè vtatur, maiorum inſuper gentium, & plurium hominum Imperium ſperans, ſi his, quæ in manibus habebit, conuenienter vtetur. Porro damus huic quoque, vt appellationes in Spectabilium Magiſtratuum forma ab ipſo huc tranſmiſſæ, tam apud glorioſiſs. Præfectos quam glorioſiſs. noſtrum Quæſtorem vice ſacræ conſultationis diſceptentur. At ſi quæ cauſæ minores quingentis aureis apud aliquos in ſua Prouincia moræ (tametſi ex delegatione fortè) non tamen apud Spectabilem actæ, per prouocationē ſuſpendātur: tunc & in hoc grauior, venerabiliorq; factus, augmenti à nobis in ipſum collati meminerit, & ita in rebus gerendis verſetur, vt omnibus ſubditis, & nobis ipſis, & ante nos Deo ſimul, ac legi irreprehenſibilem ſe præbeat. Hæc igitur omnia pernoſcens Excellentia tua, & tam magnas illi annonas addas, & ita amplæ eum dignitatis effectum ſciat, vt floris, & dignitatis iā nunc à nobis illi traditæ cupiditate multis hunc conſequi merito affectabile ſit, Die 15. Kal. Aug. CP. Biliſ. V. C. Coſſ.

CONSTITVTIO XIX.

De prætore Paphlagoniæ.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni Præfecto prætorio.

2 † καὶ βασιλικῷ πολλάκις διαιτᾶν ἀνταγωνίσασθαι.

PAphlagonum gens, & antiqua, neque ignobilis olim extitit: in tantum quidem, vt & magnas Colonias deduxerit, & ſedes in Venetijs Italorum fixerit, in quibus & Aquileia omnium ſub occidentem vrbium maxima, & quæ 2 † multoties cum ipſis etiam Regijs certamen ſuſceperit, condita fuit. Hanc ſanè Paphlagonum gentem Honorij pientiſs. Principis temporibus deminutionem paſſam, & aliquot amiſſis vrbibus, nulla utili de cauſa ueteris illius contentionis, & rigoris remiſſionem amplexam, nos denuo ad priſtinam formam reducendam eſſe, ipſam quoque Paphlagoniam ad inſtar unius ciuitatis redigendam, & quæ in duobus iam Pontis fecimus, eadem putauimus, & in ipſa conſtituenda, ut qui harum gentium adunatum Imperium, & vnum ex duobus prioribus (nempe Paphlagoniæ, & Honoriadis) factum tenet, is Prætor nūcupetur (quod nomen, & ipſum Romanum eſt, & Prouinciarum Rectoribus accommodatum) & vna vtatur cohorte ex duabus prioribus conglutinata, quam & centum uirorum numerus ſupplebit. Imminebit autem omnino hic quoque tributis publicis exigendis, tam quæ Paphlagones, quam quæ Honoriadis olim incolæ pendebant. Præterea omnibus ex quo vrbibus prouideat, quas vtraque prius habuit Prouincia, hoc eſt in Honoriade quidem Pruſiadi, Cratiæ, Hadrianopoli, Tio, Cladiopoli, & Heracleæ; tametſi enim ex ipſis quædam, ut Prulias, Heraclea, & ipſa Prouinciæ Metropolis, & caput Claudiopolis, ſcillicet, ex Bithynia prius illi adſumptæ ſunt: tamen ex quo ſemel eo tranſmigrarunt, magnæ curioſitatis eſſe putauimus, denuo ipſas ad Bithynos reducere, & ueterem perturbare ordinem. Vnde hæ ſelectæ urbes, & in Honoriade prius exiſtentes, erunt iam nunc, & ipſæ pars Paphlagoniæ. Inter ipſos verò Paphlagonas iuriſdictionem habebit in alias ſex urbes, quæ iam inde ab initio ad eam Prouinciam pertinent, nempe Germanicopolin, Gangram, Pompeiopolin, Dadybros, tumulos 3 † Amaſtridis, & inſuper Ionopolin. Et duodecim omnino totius Prouinciæ vrbes erunt quantum, 4 † ad præſens inſtitutum. Cæterum circa ſacerdotia nihil innouamus, ſed Metropolitani qui olim ſacerdotia hic ſuſcipiebant, tam in eodem manebunt ordine, ipſorum ordinatione quò ad locum non mutanda, ſed ab huius almæ vrbis Beatiſs. Patriarchis ordinādi, quàm quos ſub ſe poſitos haſtenus ordinarunt, eos & nunc ordinantes, non de illis inter ſe diffideant, non confundantur. Et una de cætero fiet Prouincia, plures habens Metropoles, id quod & in alijs quibuſdam noſtris exiſtit Prouincijs. Enimuero qui totius Prouinciæ Imperium tenent (appelletur autem tota Prouincia, quemadmodum, & ante, Paphlagonia) etiam oberrando urbes luſtrabit, nulla id factum prohibente ſacra forma, olim fortè ad talium prohibitionem compoſita, ſed neque Vicarios in locum ſuum hinc inde per urbes dimittens. Omnino enim hoc ipſum prohibemus, ſi quidem turpe eſt, vt quamdiu ipſe in Prouincia ius reddit, interim alteri quoque uices ſuas contra legem committat. Sed ipſe omnia diſpenſabit, & publica tributa ſumma cum animi promptitudine profligabit, neque plus, neque minus exigens: iuſtitiæ præterea conſentaneam æquabilitatem retinens, ſimul prouidentiam adhibebit, ut ſi quid damni fiſcus acceperit, id corrigat: ſimul urbes illæſas tam publicè, quàm priuatim conſeruet. Annonam quoque, quam uterque prius Magiſtratus habebat, ſurgentem in ſeptingentos uigintiquinque aureos capiet, tum adſeſſorem habebit, qui ſeptuagintaduos ferat aureos, & cohortem unam ex ambabus compoſitam, procedentem uſque ad centum uirorum numerum, & quadringentos quadragintaſeptem aureos, & tremiſſem percipientem e publico. Cumque gratis officium ſuſcipiat, gratis item hoc ipſum obeat. Nos enim in hac quoque parte ſubditos noſtros redimemus, & † his quæ ex conſuetudine per occaſionem ſuffragij (ut uocant) ferebantur, dabimus ipſi hoc nimirum per thronum tuum erogantes ex publicis eius Prouinciæ tributis neque patiemur, ut ſub ſpecie, & uelamento auctionis ſubditi noſtri in ſeruitutem adigantur. Neque enim nos, qui deceſſorum noſtrorum collatores a Barbaris ereptos, ad ueterem libertatem reduximus, committemus, ut qui nobis ipſis ſemper addicti fuerunt, alijs ſeruiant, quin potius Deo, qui multis per nos gentibus libertatem elargitus eſt, ſubditorum noſtrorum uſque nouis auctionibus oppreſſorum libertatem (quoad eius fieri poteſt) quaſi donatium aliquod offeremus; neque oblædentes eos, qui iam accipiunt (introducemus enim ſolitam illis ad hoc ſeueritatem) neque item permittentes, ut datæ pro officio pecuniæ nomine Magiſtratus, quaſi mancipium aliquod ſubditos noſtros a uendentibus coemant, & reuendant iniuriam inferentibus. Eſto igitur inter Pontici tractus Prouincias, & hæc una, duplex anteà (haud ſcimus, qua de cauſa) facta: appellabūt q; (vt diximus) eum, qui Prouinciæ præerit, Prætorem Paphlagoniæ Iuſtinianeum: licebit autem Græca ipſum lingua etiam Strategum appellare. Præterea ſemper illi in memoriam rediges iuſiurandum, cuius interuentu officium ſuſcipiet, ut puras manus, neque turpi lucro ſordidas habeat, ut fiſci commoda iuſtis, & undique inculpatis acceſſionibus augeat, & ſubditis noſtris æquitatem, & iuſtitiam impertiat, tam in cauſis publicis, quam priuatis, ſiue contrahant, ſiue iudicio inter ſe contendant. Vrbes autem abſque læſione ſubditorum luſtrabit, ut neque ipſe, neque adſeſſor, neque quod ipſum ſequitur, famulitium, ſiue ex militibus, ſiue ex cohortalibus, ſiue ex ſeruis, aliquid lucretur, aut gratis ſumptus faciat. Oportet enim, ut tam ipſi ex ijs annonis, quæ porriguntur ipſis e publico, ſumptus faciant, cum inconueniente mediocritate agentes uitam, quam milites, qui ipſos comitantur, cognoſcūt, quod ſi non ſuis cōtenti annonis iter faciant, ſed collatores noſtros auſi fuerint tentare iniurijs, aut damnis inuoluere, aut gratis ſumptus facere, collatoribus indemnitas futura eſt ex ipſorum annonis per eum, qui Magiſtratum defungitur, vt ipſe tam eas repetat, quam etiam ex illis ſuo periculo collatoribus indemnitatem afferat. Atque hęc ſane lex nobis de Paphlagonibus poſita eſto, honoratiorem illis Magiſtratum efficiens, ut qui inter ſpectabiles numeretur præbens ipſi auctoritatem tam in Prouinciales milites (quatenus tamen iuſtè eas præcipiat) quam etiam contra alios, nullis eius Prouinciæ hominibus priuilegio uti queuntibus, ſiue maiores, ſiue minores, ſiue etiam procurationi rerum, ad potentes homines pertinentium, præfecti ſint. Certè, quod facilè per ea loca admittitur, huius rei excellēter curam geret ne committat, ut aliquorum prædijs tituli apponantur, ullum aliud

3 † καὶ τὸν σουρῶν καὶ Ἀμάστριδος.

4 † κατὰ τὸ νῦν τὸ δὲ περὶ μὲν τὰς ἐπαρχίας.

aliud nomen habentes inſcriptum, q̃ vel fiſci, vel regiarum domuum, ſed ſi quid tale factum deprehendat, eos quidem titulos e veſtigio detrahet: fiſci vero nomine prorſus alios titulos prædijs eius, qui talia delinquit (ſi præſens hæc faciat) imponet, prius detractis titulis ad illius caput confractis. Si vero abſens ſit, prædiorum curatore comprehẽſo, tã corpus eius tormentis ſubijciet, q̃ titulos detrahet, & in capite eos curatoris prædiorum comminuet: ſciens, q̃ ſi quid eiuſmodi negligat, nos vero dedicemus, ſimul aliorum ab aliquibus impoſitos prædijs titulos hærere q̃ fiſci, regiarumque domuum, tam noſtrarum, q̃ pientiſſ. Auguſtæ ſimul Præſidem, te ipſa comperta, iſtos per negligentiam omiſiſſe, is, qui hunc magiſtratum obtinet, bonorum ſuorum publicationem ſuſtinebit, vt qui cum facile pro magnitudine Imperij præſens iſta prohibere potuiſſet, dedita ea opera neglexerit. Ad hæc, 1 † diligenter ibi ipſum locorum proſpicere volumus, vt omnes qui latrocinia exercent, qui alienas ſubſtantias, aut etiam vxores rapiunt, qui alia denique patrant crimina, perſequatur, comprehendat, & competentibus ſupplicijs ſubdat, & omnem prorſus iniuſtitiam reprimat, neque committat, vt in aliquo probiores, & manſuetiores iniurijs afficiant, ne alijs denuo talium perſecutoribus opus habeamus, cogamurq; rurſus violentiarum repreſſores, latrunculatores, & alia id genus tolerare nomina ſimul & negotia: quæ nos auerſati, ipſum ad hunc ordinem produximus, & ita amplum, dignitatiſq; plenum Magiſtratum effecimus, vt tam appellationes apud ipſum, cum iudicat, interpoſitas, ad Excellentiam tuam, quique eundem vnquam Magiſtratum ſuſcepturi ſunt, & celeberrimum Quæſtorem ſacri noſtri Palatij, qui in forma conſultationis audientiam ijs accommodabunt, quam minores cauſas quingentis ſolidis, in Prouincia eius apud aliquos non ſpectabiles motas, & ſi ex delegatione ſint, cum p̃ prouocationem ſuſpenduntur, ad ſe deducat in habitu, & ordine ſacri auditorij, vt & ipſe inter à nobis inuentos, & in ampliorem formam redactos Magiſtratus vbique connumeretur. Si quidem, & ipſi maiores erunt, & in maiore quam priores reputatione habebuntur, & facilius nobis, uel in maioribus negotijs ſuum exhibebunt miniſterium. Nihil enim in paruo magnum exiſtere, tum a noſtris dictum eſt maioribus, tum nos etiam ex ipſis indicauimus, probauimusq; factis. Subijcietur autem, & huic legi deſcriptio, quæ ſignificet, quid e publico tam is, qui Prouinciam regit, quam adſeſſor, & cohors eius accipiet, quo item dato Magiſtratus codicillos percipiat. Ipſa ſane ratio, qua Magiſtratum geret, cum hoc loco ſub compendio replicata eſt, tum in lege, quæ de omnibus Magiſtratibus in commune deſcripta eſt, ſimul & ex Imperatorijs noſtris mandatis, quæ ei dabimus, cum adminiſtrationis codicillos conferemus, & iuſiurandum ſecundum legem noſtram in hoc conſcriptam exigemus, manifeſtabitur. Hæc igitur omnia perdiſcens, Excellentia tua, & tam magnas illi annonas ſubminiſtret, & ita ipſum ſciat amplæ dignitatis effectum, ut floris, & dignitatis hoc à nobis tempore in illum collatæ cupiditate inerto multis ipſum conſequi ſit affectabile. Dic 15. Kal. Aug. Beliſ. V. C. Coſſ.

1 † [Greek marginal note, illegible]

CONSTITVTIO XXX.

De Proconſule Cappadociæ.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanniglorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto, iterum ex conſuli, & Patritio.

QVAM amplum nomen Cappadocum gens habeat, & quanta Romanis negotia exhibuerit, priuſquam in illorum ditionem redigeretur, nõ ignorãt veteris eruditionis ſtudioſi. Certe olim totius fermè Ponti Imperium tenuit, & nominatiſſ. viri, inque magna apud Romanos reputatione habiti, inde duxerunt originem. 2 † terram præterea habet diffuſam admodum, & mirabiliter præſtantem & quæ ita maieſtati Imperatoriæ placuerit, vt etiam poſſeſſionibus, quas illic habet peculiarem Magiſtratum præfecerit, non minorem ciuili, Siquidem & populoſiſſima eſt, & vbertatem maximam præbet, cuiuſdem cognominis cum chariſſ. nobis Cæſare, qui ſummo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus: bonum dedit principium: qua etiam de cauſa apud omnes terræ populos nominatiſſimum Cæſaris nomen eſt, & nos præter omnes alias imperatoriæ Maieſtatis notas eo gloriamur. Hanc ſane regionem paruo tradere Magiſtratui, contra omne nobis decorum, & dignitatem fore viſum eſt, cum alias, tum vero maxime, quia ſemper ipſam aduerſus Magiſtratum noſtris domibus præfectum ſeditiones mouere cernimus, & quia factionibus inter ſe diuiſa eſt ciuitas, quarum alterã tamiacam, quaſi fiſcalem, & ærariã, alteram eleutheriam, hoc eſt liberam appellant, & cum exiſtat ambitu murorum vna, duplex eſt ſententijs. Vnde & ſeditionum, & diſſenſionum occaſiones, & ſi quid omnino mali fatigat homines, id (vti nos arbitramur) ex hac prodiit cauſa: qua ſublata, robur ſimul, & concordiam negotio addemus, qua nihil vnquam inter homines præclarius extitit, & præſtantius. Ac cum alijs Magiſtratibus, quos nuper inter Piſidas, Lycaonas, Thracas inſtituimus, adminiſtrationis forma, & aceruus ex duarum rerum congreſſu conſtitit: tum vero maiore hunc forma adornare cupientes, tertiam etiam poteſtatem illi adijcimus.

Nam is, quem huic præficiemus officio non ſolum præſidebit legibus, & vniuerſæ cohorti ciuili, ſed etiam præſidebit militibus, tam qui in prædicta regione, quam qui in alijs Pontici tractus Prouincijs, in quibus tamiaca exiſtunt prædia, ſtationes habent, perinde quaſi per ea loca ſuper milites cum imperio poſitus ſit.

Permittimus etiam illis in homines 3 † tamiacos Imperium, & omnes quicunque ad Comitianam prius cohortem pertinebant, ſiue ſummarijs, ſiue id genus alij fuerut, hiſce obtemperabunt, & triplici forma conſlatum habebit Magiſtratum, ſi quidem, & ciuilis Magiſtratus erit, & militaris, neque non tamiacis quoque rebus præſidebit: vtraque illi cohorte, tam Comitiana, quæ & ſua conficietur: neque cum ciuili cohorte habebit commercium, quam clariſſ. Prouinciæ Præſidis apparente. Vniuerſam vero proconſulatem fieri, appellarique volumus, utraque cohorte, tamquæ Comitiana prius, quam quæ ciuilis uocabatur, tametſi unam appellationem (nempe proconſulatem) obtinet, ſeparatim tamen ſua obeunte munera, ut ciuilis quidem curet tributaria, & ciuilia, quæ initio ſemper ad ipſam pertinuiſſe, ſcimus; quæ uero Comitiana prius cohors erat, Imperialium rerum adminiſtrationi inſiſtat, & exactionem conficiat, ea ſcilicet forma, quam modo explanabimus. Curatorum etenim, & tractatorum, ne nomen quidem omnino ſupereſſe uolumus, reſpicientes ad uetera exempla, & nimiam læſionem, qua miſeris illi collatoribus induxerunt, ſed per ſingulas domos, & totius Comitianæ cohortis, tredecimque primarium, quos primos, & ſecundos magiſtros vocant, periculo; alios tredecim, qui ſtatim poſt illos ſeparati ſint nominari uolumus, ſingulos (vt dictum eſt) ex ſingulis ædibus, & poſt priores tredecim exactioni incumbere, & ſeruare fiſco, quæ ſua ſunt: proſpicere item collatorum indolentiæ, & ne quid ab aliquo ipſorum damni ſuſtineant, ſcientes, quòd damnum, ex cauſa collatoribus irrogatum, multo magis ipſorum facultates reſpiciet: cum totius publicæ exactionis periculum ad ipſos deuoluatur. Sed neque eos, qui primi, & ſecundi, prius magiſtri uocitabantur neque tredecim illos, qui poſt ipſos modo ſeparati ſunt, quos profligationem tributorum facere ſancimus, quidquam omnino ſpectabili pro tempore Proconſuli præbere, uel nominationis titulo, uel quacunque alia de cauſa: ſi quinquageni, 4 † ſolidi aurei ab unoquoque horum tredecim exactorum primoribus tredecim magiſtris præbeantur. Porro neque ipſos exactores amplius aliquid a ruſticis, aut denique ijs, qui ab ipſis exactionem tolerant, accipere, quam quæ formis Niceæ magnificæ memoriæ continentur, & exactoribus deputata ſunt: nequeuntibus ipſis nomina fingere, & damna prohiſce nominibus inducereq; per 5 † cauſam Apacticon, ſeu tractatoriarum, uel quocunque alio prætextu, ſiue ad aliquam conſuetudinem, ſiue ad quamcunque uexationem porrigatur: cum enim ab omnibus illis collatores noſtros liberos conſeruari uolumus, tum improbo etiam, & pernicioſo tributo eos liberamus, quod pendebant tractatoribus, per quod fiebat, ut circa publicum, & ſuas deſcriptiones idonei non eſſent, quin & ſi forma aliqua ſit pragmatica, quæ uelit tractatoribus aliquid præberi, aut longa conſuetudo, etiam hanc tollimus, ſublato enim ipſo nomine tractatorum, me-

2 † [Greek illegible], florentem.

3 † [Greek illegible]

4 † [Greek illegible] quinquaginta ſolidorũ.

5 † [Greek illegible]

ritò quicquid ad eam cauſam peruenit, vna ſuſtollimus, ſpecialem hanc collatoribus noſtris largitatem impartientes.

Quod ſi quis exactorum præter ea, quæ forma Beatiſſ. Nicetæ definita ſunt, quæ ſola ipſos ferre concedimus, aliud quiddam auſus fuerit accipere, ſciat, tam militia ſe, quam dignitate, & ſua ſubſtantia caſurum. Quoniam uero fieri poteſt, ut inter tredecim exactores (ſi quidem, ut gradatim ad hunc perueniant ordinem, ſancimus) unus aliquis ad expediendam exactionem idoneus non ſit; concedimus, ut ſic quoq; reditus quidem ex eo gradu ſaluus illi permaneat. Cæterum ſancimus, ut tredecim illi primores magiſtri, & inſuper qui poſt ipſos ſunt proximi, proprio bonorum ſuorum periculo alterum quempiam illi adiutorem adnominent, qui conuenienter pro illo exactionem expediat: ut neque illius imbecillitatem iniuria efficiatur fiſcus neque ille temporis, & gradus ſui ſolatio defraudetur, promotione, uidelicet, adiutoris eius, qui ad hoc munus idoneus non eſt, facienda periculo (ut dictum eſt) tredecim primorum magiſtrorum, & aliorum, qui poſt illos ſunt proximi. Ac magnas merito nobis gratias publicorum tributorum exactores habere oportebit, qui ingentibus illis damnis, quibus antea tam magiſtris, quam Spectabili pro tempore Comiti, eiuſque cohorti obnoxij erát, eos liberauerimus.

Propterea autem hiſce omnibus eos liberauerimus, vt neque ipſi collatores noſtros iniurijs opprimant, neque prætextus excogitent, introitus illos aut aliter nominantes, quibus ruſticorum facultates eneruent: ſed his ſolis contenti, quæ ſecundum formam Nicetæ claræ memoriæ curatoribus præbebantur: omnibus alijs abſtineant. Ipſi vero ſpectabili Proconſuli omnium ex æquo rerum cura imminebit, ſiue ciuile aliquod ſit, ſiue ad militarem magiſtratum, ſiue ad poteſtatem Tamiacam reſpiciat: neque quidquam omnium negliget. Ac quoniam maiorem huic loco, quam cæteris, magiſtratum attribuere volumus, & veteribus Romanis in more fuit, vt vel deſignatis Conſulibus, vel his, qui illorum loco proficiſcerentur, quos Proconſules vocitabant, prouincias ſortirentur: propterea, & Cappadocum Magiſtratum Proconſulatum eſſe volumus, quo in Africa prius Romani Imperium ſuum exornarunt. Et in tantum illum nos Magiſtratum auximus, vt eum, qui hunc ſuſcipit, glorioſiſſimis ſacrorum noſtrorum prætoriorum Præfectis connumeremus. Appellatorque 1† patria lingua is, qui huic præſidet, vt & appellationem Magiſtratui propriam habeat, & ſimul ex re ipſa, Archegetes, quaſi primarius Magiſtratus nominetur: ſuſceperit enim his, qui hunc Magiſtratum obtinet, facile talem formam, quando & poteſtatem per ſe magnam. & per cauſam Tamiacæ poſſeſſionis etiam ad alia loca protenſam habeat.

1 † καλείσθω τε ὁ ταύτης ἡγούμενος τῇ πατρίῳ φωνῇ proconſuli Cappadociæ ὥς τι καὶ πότε ἀρχῶν &c.

In ſumma tot rebus, hominibuſque præſidens dignitate, & auctoritate affluet, adiunctiſque militaribus copijs, omnia diſponet minore negotio. Ciuiles igitur res conficiet more ſolito: militaribus vero, & ipſis commode præibit, nempe & illis ſe ipſi ſubmittentibus Sed cum primis animum aduertito ad rerum Tamiacarum adminiſtrationem, quæ in tam grauem, & omnium cauponationibus expoſitam inopiam delapſæ ſunt, vt in nullo ferè amplius pretio exiſtent, tot, tantaque enim edocti ſumus per prouinciam delinqui, quæ vix ampliſſimo cuique adhibita medicina curare facile eſt. Nam qui potentium poſſeſſiones procurant, ſed pudet nos iam propemodum dicere, quanta cum inſolentia paſſim oberrant, vt ſtipatores illis inſeruiant, vt non ferenda hominum multitudo ipſos ſequatur, vt impudenter omnes latrocinentur; miramurq; ſedulo, quomodo eò loci ſubditi tot præferendis iniurijs ſuffecerin. Inde adeo quotidiæ Cappadocum iniurijs oppreſſum multitudo occupatos nos, & Rempublicam tractantes adit, ex quibus multi ſacerdotes, plerumque mulieres, qui omnes lamentantur, quæruntur que, res ſuas ſibi ablatas eſſe, quando nemo in proximo ſit, qui huiuſmodi prohibere valeat. Tamiaca certe poſſeſſio iam penè in formam priuatæ redacta eſt, tota conuulſo, direptaque vna cum ſuis equitijs, nemine omnino reclamante, ore ſcilicet ipſis auro obſtructo. His igitur de rebus vnum aliquem ex perſpectiſſimis nobis regioni huic præficere decreuimus, qui triplici huic ordini præſit, ſolus omne in ſe Imperium, & poteſtatem circunferens, ciuilis officij vtens inſignibus, habens in vſu vehiculum ex argento, ſecurim, faſces, & quæcunque olim proconſularis Imperij fuerunt inſignia, præcipiet autem, & militibus, & curam geret Tamiacorum redituum, vt ſine vllo detrimento, & ceſſatione omnibus ad hoc ordinans Magiſtratibus obueniant, multoque magis noſtrum palatium, quemadmodum etiã nunc occaſione eorum, quæ vel nobis, vel ſacratiſſimæ, & pientiſſ. Auguſtæ coniugi noſtræ inferuntur, tam in auro, quam veſte ingrediantur, nihil enim illinc volumus decedere Non tamen, vt ea forma præbeantur, qua hactenus, ex 2 † rapinis, ſcilicet, & ex titulo læſionis, dationiſque collatorum (hæc enim omnia tam odio proſequimur, tum è noſtra eijcimus Republica) ſed ex iuſtis, legitimiſque cauſis, quas ſubijci ſacræ huic noſtræ legi iuſſimus, vt eas ferens is, qui pro tempore hunc gerit Magiſtratum, ſacratiſſimæ Auguſtæ coniugi noſtræ auri 3 † libras (prout dictum eſt) inferat. Magiſtratum etenim gratis nos creamus, & ordinationes eius abſque omnibus procedere largitionibus ſancimus: neque quiſquam erit, qui pro hac quidquam capiet. Sed & annonas ipſi quidem ad viginti vſque auri libras damus, prout ſubijcitur: aſſeſſori vero eius præbemus ad duas auri libras: capiet item vtraque cohors id, quod vſque adhuc è publico ſuppeditabatur, nullo prorſus modo demmutũ, nulla enim re hunc Magiſtratum minuimus, & maxime glorioſiſſ. Præpoſiti ſacri noſtri cubiculi: ſi quidem, & hunc ſuppoſitam ipſi deuotiſſ. Palatinorum ſcholam in Cappadocia ſimul cum poteſtate, ordine, & figura manere ſancimus: non tamen quidquam exinde ferentem, vel conſuetudinum, vel annonarum titulo vel in auro, vel in veſte, vel in alijs ſpeciebus, neque a ſpectabili 4 † pro tempore Proconſule, nec ab eius cohorte: nam aliter puritas conſpurcari nequeat, ſub vnum enim Magiſtratum, quidquid in ea regione geritur, contrahimus ne conuulſione ipſa claudicet. Sane Tamiacæ poſſeſſionis curam, & rationem magnam habebit is ipſe, qui ad hoc a nobis officium proficietur, & circunſpiciet, ſi quid a Tamiaco ſolo detractum, fruſtra ab alijs detentum ſit, ſiue in paſcuis, ſiue in aruis, ſiue in locis viribus conſitis, ſiue in prædijs, ſiue domibus, & vetus ſolum rebus ſuis vindicabit, nulla longi temporis præſcriptione illi opponenda, neque enim fiſco licet tale quid opponere, neque lucrum captans, vt maxime patrimonium ſuum exinde collocupletet: nam depauperatio potius eſt, quam locupletatio, ſi quis ſordidis vtendo manibus, arbitretur ex eo lucrum ſe facere, quod multifariam poſtmodum impietate, & ſummo probro reſtituet. Sed & ipſam vrbem ab omni prorſus perturbatione quietam conſeruabit, neque committet, vt ſeditio aliqua ordinem, & adminiſtrationem Reipublicæ corrumpat. Publica quoque tributa vigilanter, & cum iuſtitia exiget, nihil in illis curæ prætermittens, neque concedens, vt aut fiſcus, aut priuati in aliquo circa res ſuas damnum ſentiant, vt qui ex æquo in omnes Imperium obtineat, ſiue milites, ſiue ſcriniarij ſint, tam glorioſiſſ. Præfectorum, quam magnanimorum Magiſtrorum militiæ, ſiue in ciuili cohorte numerentur, ſiue cingulum Tamiacum geſtent, ſiue in maioribus, ſiue minoribus dignitatibus conſiſtant, ſiue inter ſacerdotes cooptati ſint. Vnus enim hic Magiſtratus omnibus præficietur, & tam ſuæ ipſius exiſtimationis, quam noſtrarum legum, & ante omnia Dei memor, & publica quidem tributa per Proconſularem cohortem ſine detrimento. & ceſſatione importentur, curabit: reditus vero Tamiacos per ſubditas prius illi throno perſonas inferet, intendens etiam ad ea, quæ pro conſuetudine præcipiuntur a glorioſiſſ. præpoſito ſacri noſtri cubiculi: nequeuntibus ipſis canonicarijs, qui pro tempore a glorioſiſſ præpoſito emittitur, vel ſaltem obolotenus aliquid accipere, vel conſuetudinem nomine, vel quacunque alia de cauſa, vel ab ipſo, pro tempore ſummario iſſve. qui publicas exactiones conficiunt, vel à Spectabili Proconſule, vel eius cohorte, vel his, qui cataſceuaſtæ quaſi inſtructores vocantur, vel præpoſitis, vel quacunque alia perſona ad ſacrum noſtrum pertinente patrimonium. At verò exercitu vtrique harum ſolicitudinum opem feret, ſedabitq; potentium ſatellites, neq; committet, vt loca depopulentur, & latrocinijs infeſta reddãt neque ipſe ea percurret, quemadmodum prius facere ſolebant Comites: neque item in locum ſuum dimittet Vicarios, ſed locorum defenſoribus, & cohortalibus ſuis ad id miniſterium obeundum vtetur. Si cubi vero, & militibus opus erit, ex ijs locis milites, vbi neceſſitas poſtulat, opitulari iubebit; atque hi proprijs illa ſumptibus expedient,

2 † ἐκ τῶν πλεόνων καὶ τῶν ἐπιπληγεντηρίων καὶ δόσεως ὑπόλειπ.

3 † τὰς quinquaginta ἐκ χρυσίου λίτρας.

4 † ἀπὸ τοῦ κατὰ καιρὸν ἀνθυπάτου.

dient, neque ſubditos damnis inuoluent, aut gratis ulla ex parte ſumptus facient, ſed tam ipſe his abſtinebit, ſumptũ de ſuo faciens, ubicunque tandem erit, quamuis ad aliam ipſum proficiſci regionem iubeamus, quam etiam adſeſſor eius, & reliquum famulitium, ſiue ex proconſularibus, ſiue ex militibus, quamuis ſeruile etiam, aut ſubiugale aliquod omnes hoſce ſequatur: neceſſitatem habentibus (ut præ ſcimus) militibus, & quicunque alij ibi locorum habitant ſcholares fortè, aut domeſtici, ut illius iuſſionibus obtemperent, cinguli, & ſubſtantiæ ſuæ periculum ueriti: damus enim ei poteſtatem, ut & hæc illis adimat, niſi eius iuſſis appareant: propterea quod eum, qui hunc Magiſtratum obtinet, uolumus formidabilem ſubditis, & uenerandum exiſtere. Etenim ſiue miles, ſiue proconſularis, ſiue ſcholaris, ſiue domeſticus per cauſam illius iuſſionũ damni aliquid collatori noſtro irrogauerit, conueniens eſt, ut ipſo hoc ex illius annonis proprio periculo recepto, iniuria affecto medeatur. Poſtremo neque ulli eorum, qui urbe eo commeant, collatores noſtros iniuria tẽtari permittet. Sed & curſum publicorum equorum illæſum conſeruabit. Et ſi quis ex quocunque hinc iudicio ad eam regionem commeantium iniurius erit, & ultra deputatum, & conſtitutũ exegerit, hunc perſequetur. Curam autem geret etiam ciuitatis, & eorum, quæ ad frumentationem publicam pertinent, & ſitonica appellantur, operumque eius, & procurabit, ut ſecundum legem noſtram ratiocinia conſcribantur, & tam Tamiaca, quam ciuilia inſumantur. Et ſi quem eorum, qui ſolitas illas iuſſiones inſinuare conſueuerunt, nempe quod aquarũ aliquis ductus impediat, & 1 † quod quæ muros concernunt, diſſandantur, aut quia pontes aliqui ſint per prouinciam, aliquave munera, aut alia denique eiuſmodi extiliat occaſio, prout improbe olim fuit in vſu habitum; penitus ipſum prouincia expellet, nec permittet ei, ut uel iuſſionem eiuſmodi inſinuet, uel per hanc cauſam quidquam omnino lucri capiat. Nam ſi nobis viſum fuerit eiuſmodi inſpectionem operũ celebrari, ſacra pragmatica forma uſi ad eum, qui hunc geret Magiſtratum, communicato præterea de his cum throno tuo conſilio, rem ipſam nos diſponemus, ne cui facile ad eius generis pecuniarum exactiones pateat aditus, & acceſſus. Omnia quoque, quæ audierit [improba,] prohibebitis, qui hoc Magiſtratu defungitur. Quod ſi uehementiore aliquo, & aſperiore opus erit, certiorem ea de re faciet tam Excellentiã tuam, quàm glorioſiſſimum præpoſitum, & alios celeberrimos Magiſtratus, quibus ad talem rem conficiendam aliquid adeſt facultatis: nos denique ipſos, & nos illi quid facto opus ſit, explanabimus. Titulos uero prædijs apponere per prouinciam, cui præſidet, continentes certorum hominum appellationem, excepto nomine Maieſtatis Imperatoriæ, aut tamij, hoc eſt ærarij, in tantum prohibebit, ut patrimonium eorum, qui tale quid perpetrare moliantur, in publicum redigat, & manus abſcindat eos imponentibus, ſi præſentes forte id auſi fuerint: ſi uero procuratores abſentium, ingentibus illos tormentis ſubdet. Titulos certè, quicunque tandem affigere auſi fuerint, ſiue præſentes, ſiue abſentium procuratores, detractos protinus ad capita eorum, qui affixerunt, infringet: ſciens fortè, ut ſi id factum cognitum neglexerit, ipſe bonorum ſuorũ publicationem ſentiat. Iuri dicundo cum ſumma animi intentione, & cura incumbet, neque (ut hactenus) ruſticanos homines ſinet iniurijs opprimi. Neque amplius negotia nobis hic facesſent Cappadoces, magno cum clamore ſupplicantes, & lamentantes, ſed ipſe iudicem ſe illis, & diſceptatorẽ præbebit. Nam ſi quem huc aduenientem uiderimus, qui non prius apud ipſum calamitates ſuas lamentando explicuerit, hunc nos denuo cũ increpatione mittemus in prouinciam, propterea quod, relicto Magiſtratu prouinciæ, continuo ad nos decurrit. Si uero cum eos, qui iniuriam intulerunt, conuenirent, ipſe comeſſationibus deditus, & luxuriam perditus, illorum ſe orationibus non accommodauerit, ſed ſupplices plorare permiſerit, huſque ad nos cogantur decurrere, & maxime ſi mulieres ſint, noſque edocti fuerimus, quod hi quidem adierint, ille uero iniuriam ultus non eſt, protinus negotiorum, ut ſuſpectum habebimus, quaſi propter lucrum, uel per gratiam, uel aliquorum obſequium factum, & nos ipſos illi prorſus opponemus, & cum triplicem Magiſtratus functionem gerat, triplicitet quoque illi reſiſtetur, tam ipſo iure, quam nobis, & legibus eum oppugnantibus. Quæ ipſum ſeueriorem, memoria item repetentem præcepta noſtra, quæ illi una cum codicillis Magiſtratus dabimus (appellabant autem ea maiores mandata Principis) conuenit omnia ſecundum legem noſtram 2 † agere, utentem in cognoſcendo æquitate, in rebus gerendis puritate, ubique uolentem iuſtitiam, qua nihil inter homines vnquam extitit robuſtius, aut pulchrius, quod Deum, & Imperatorem placare, conciliareq; magis poſſit. Talis enim ipſe cum ſit, ita noſtro quoque teſtimonio comprobatus, uolumus, vt ſolus omnia in prouincia conficiat, neque cauſis audientiam alioquopiam præbente, neque nobis facilè, uel in eam uenturis ſententiam, ut alicui alij haſce delegemus, uel occaſione cohibendarũ uiolentiarum, ſeu quacunque alia de cauſa emiſſuris aliquos, ultra hoc, quod tametſi tale quidam, uel ex ſacris noſtris formis, uel Magiſtratuum iuſſionibus hactenus factũ eſt, omnibus id uacaturum ſit modis, ipſo totius prouinciæ adminiſtrationem ſuſcipiente, neque ulli omnino, ut acceſſum eo habeat, permittente. Porro autem hunc quoq; Magiſtratum, prout Proconſulum proprium eſt, inter Spectabiles ponimus, appellationesq; ab ipſo trãſmiſſas tuam Excellentiam uolumus vna cum glorioſiſſimo Quæſtore ſacri noſtri Palatij in forma, & habitu conſultationum diſceptare. Si qua uero alia in Cappadocia cauſa minor aureis quingentis per prouocationem ſuſpendatur, ſiue noſtro, ſiue alicuius Magiſtratus iuſſu datus iudex fuerit, qui tamen non ſit Spectabilis: huic Spectabilis ipſe Proconſul in forma ſacri conſiſtorij, & uice ſacri auditorij accommodabit audientiam. ſi quidem, & hoc illi ius addimus: decoramusque illi Magiſtratum tam amplo priuilegio, quantum nullus in hunc uſque diem in Cappadocia obtinere viſus eſt. Eſto igitur iuſtus, & elato animo, & tam nos, quam legem præ oculis habeto, cognoſcitoque, quod ſi ſic ſue iſta exequetur, longiore tempore in hoc officio permanebit, & maior ipſum alius forte Magiſtratus excipiet. Cæterum ſi noſtris iuſſionibus neglectis, potentiores aliquos, non legem, aut nos colat, & ueneretur: tum primo quoque tempore ijs, quæ in ipſum collata fuerunt, excidet, tum de cætero inter condemnatos habebitur, indignus noſtro viſus iudicio.

Adulteria uero, & raptus virginum & immoderatas illicitasque, & augendæ rei ſuæ cauſa comparatas circumſcriptiones, neque non homicidia, & ſi quid eiuſmodi delictorum eſt, ita acerbe punito, vt paucorum hominum ſupplicio omnes reliquos commune caſtiges: eſtoq; ſecũdum legem exquiſitus delinquentium caſtigator. Neque enim inhumanitas hoc, ſed potius ſumma quædam humanitas eſt: cum multi paucorũ animaduerſione ſaluantur. Quod ſi quem hoc nomine in crimen uocatum ſuſtineat, qui uel cinguli, uel dignitatis, uel ſacerdotij, uel eiuſmodi alio prętextu ſperet ex illius ſe manibus ereptum iri: certo ſciat, quod noſtro iudicio indignus uidebitur. Nemo enim quacunque potentia ſua fretus, quodcunque alienum prætendens patrocinium, in talibus delictis ſeueritatem legis effugiet. Quin potius ſi quis talibus ſe patrocinijs auſus fuerit immittere, ſimilem cum delinquente pœnam, & ipſe ſuſtinebit, idem cum ſit, ipſum aliquem delinquere, & eum qui talia peccauit, & deliquit, uelle de manu legis eripere. Subijcietur autem legi, & deſcriptio, quæ ſignificet, quid ipſum, eosve, qui circa ipſum ſunt, è publico capere, quid item, uel occaſione codicillorum dare, uel ſacrariſ Auguſtæ coniugis noſtræ piæ domui inferre conueniat: trifariam uidelicet 3 † inferendis ijs, prout iam inde ab initio, & in hunc uſque diem obtinuit. Et ſubditis noſtris (id quod ſæpe diximus) purè utetur, quæ res ſummo à nobis ſtudio habita, effecit, ut magnas etiam opes deſperemus, quamquam in tot ſumptibus, & magnis bellis, per quæ Deus nobis dedit, ut non ſolum pacem ad finem deduxerimus, & Vandalos, Alanos, Mauritanos ſubegerimus, & totam Africam inſuper, & Siciliam, recuperauerimus, ſed & bonã ſpem habeamus, quod Deus nobis annuet, ut & cæteras gentes, quas ſocordia ſua Romani amiſerũt, cum ad utriuſque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni noſtræ adiungamus: quas nos diuino freti auxilio, ad meliorem ſtatum redigere properamus: neque quidquam detrectamus eorum, quæ uel ad extremam pertingunt difficultatem: uigilijs ſimul, & inedijs, cæteriſque laboribus iugiter pro ſubditis noſtris ultra quam humanæ naturæ modus patitur, utentes. 4 † Perleget etiã mandata noſtra quæ illi dabimus una cũ codicillis Magiſtratus, quemadmodum ante diximus. Et ſi quidem omnia ſecũdum illa peregerit, & admirabilis futurus eſt, & undique dignum ſe po-

1 † ὅπως τὰ περὶ τὸ τεῖχος διασκευάζηται.

2 † κατὰ τὸν ἡμέτερον σκοπόν.

3 † διπλάσιο τριμερῶς τὸν quinquaginta librarum auri ὑπερτιθέμενον.

4 † vtentibus.

1 † perhibebit.

ſe noſtro exhibebit. 1 † Imperio. Hæc igitur omnia, quæ per hanc exprimuntur legem, cognoſcens Excellentia tua, & prædictas annonas huius officij throno præbeto, & ita ipſum ſcito amplum effectum, ut collati modo in ipſum floris, & dignitatis cupiditate, multi merito hunc conſequi affectent.

CONSTITVTIO XXXI.

De deſcriptione quatuor Præſidum Armeniæ.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto, iterum exconſuli, & Patritio.

2 † καλλίω τὰ ἰσχυρό-ρων.

3 † στολῇ γὰρ αὐτὸν κατεκοσμή-σαμεν δὲ δύο πάντα καὶ τάντα ἀπό-λου Ἀυτοῦ τους ἔχειν διατυπώ-σαμεν, καὶ πόλεις αὐ-τῷ διεδώ-καμεν.

PErperam, effuſeque poſita, ſed ad competentem perueniant ordinem, & belle diſponantur, aliæ propemodum res apparent, ſpecioſæ pro turpibus, 2 † ornatæ pro incultis articulatæ, diſtinctæque pro incompoſitis prius, & confuſis. Quod cum & in Armenia admiſſum deprehenderimus: putauimus & ipſam ad congruentiam quãdam, & vnam harmoniam collocari debere: quò magis ex bene conſtituta eius moderatione, & competens illi robur addamus, & decentem imponamus ordinẽ. Vnde quatuor Armenias fecimus. Vnam quidem interiorẽ, cuius Metropolis piæ appellationis noſtræ cognomine exornata eſt, prius Bazanis, ſeu Leomtopolis dicta, quam etiam Proconſulatu honorauimus, cui magnificentiſſ. vir Acacius pręfuit. Magiſtratu inter Spectabiles relato, omnibusq; illi traditis, quæ Proconſulatũ habere conuenit. Nam & ſtola 3 † ipſum exornauimus, & vrbes illi aſſignauimus, Theodoſiopolim, quam etiam prius habuit, Satalam, & Nicopolim, Colonea quoque ex prima (vt ante uocabatur) Armenia aſſumpta, item Trapezunte, & Ceraſunte ex Polemoniaco prius dicto Ponto: his partim à clariſſ. prouinciæ Præſide, partim à Spectabili Moderatore ſeparatis: in ſeptem omnino urbes, & quæcunque circa ipſas in proximo ſunt loca, tota prouincia redacta. Secundum uero ordinem tenere juſſimus eam Armeniam, quæ ante prima dicebat, in qua cęteras pręcedit Sebaſtea vrbs, attributa illi, & Sebaſtopoli, quam prius quoque habuit, & inſuper Commana ex Polemoniaco prius Ponto dicto, & Zela ex Helenoponto, neq; non Briſa, ut ea prouincia quinq; contineatur vrbibus, officio quod Correctorium eſt, in priſtina forma relicto, neq; Præſide eius maiore aliquo nomine condecorato, ſed ipſo in eodem, quod prius habuit, derelicto. Ad hæc tertiam Armeniam inſtituimus, eam, quæ prius ſecunda dicebatur, in qua principatũ tenet Melitena urbs antiqua, urbs inſignis, in pulchro ſolo, clementiq; cœlo poſita, neque multum diſtans à fluentis Euphratis fluuij. Hanc nos in præſentia, & augendam & ad formam ſpectabilium traducendã putauimus. Præſidem quoq; huius Comitem Iuſtinianeum nominandum, dandosque ipſi pro annonis ſolid. 700. eius adſeſſori ſoli. 72. & cohorti eius ſolid. † 360. & ut omnia habeat, quæ eiuſmodi thronorum propria ſunt. Et qui prius cohortales nominabantur, tum omnia faciant, quæ etiam prius, & maximè circa publicam exactionem occupentur: tum ad Comitianorum appellationem tranſeant, perinde omnibus eis conſeruatis, ac ſi cohortales exiſterẽt. Vrbes uero ei partim Arcam, & Arabiſſum, partim Ariaraſtheam, & Alteram Comanam (quam etiam Chruſam appellant) & Cucuſum ſubdidimus, quas & prius habebat è ſex omnino conſiſtens urbibus.

Conſtituimus autem, & quartam Armeniam, quæ prius non in forma prouinciæ continebatur, ſed è gentibus erat, & ex multis barbaricis colligebatur nominibus, Trophaena, & Anzethena, Ophena, Aſtcaena, Balabithenaq; dicta, & Satrapis ſubdita.

Id uero nomen Magiſtratus neque Romanum, neque maiorum noſtrorum, ſed ex altero Imperio introductum fuit. Exornauimus igitur, & illam ciuili Magiſtratu, & forma, tam ciuili ibi Magiſtratu inſtituto, quàm Martyropolitanorum illi urbe, & Cithariza caſtro addito, Conſiſtatq; ipſa in forma ordinariorum Magiſtratuum, Conſularis à nobis facta, ut cum quatuor ſint Armeniæ, duo quidem Magiſtratus exiſtant Spectabiles, nempe alter Proconſul, alter Comes, & primæ quidem Armeniæ Proconſul, tertiæ Comes præeſſet: ſecundæ uero, & quartæ ordinarij. Et quia ſummo à nobis ſtudio cautum eſt, ut appellationes intra quingentorum ſolidorum quantitatem non ad hanc almã deferantur urbem, ſed ad proximos Spectabiles Magiſtratus: propterea diſponimus, ut appellationes, quæ quidẽ ex ſecunda Armenia procedunt, hoc eſt, in qua Sebaſtea urbs eſt, hæ ad Armeniæ primæ Præſidem, hoc eſt Proconſulem deferantur: quæ uero ex quarta mouentur Armenia, hæ intra dictam quantitatem ad tertiæ Armeniæ Præſidem deueniant. His ita à nobis ordinatis, inſuper illud etiam determinare, iuſtũ putamus, ut primæ Armeniæ talis uir præficiatur, qui pro amplitudine ſua, & ſpectatiſſimo iam erga nos miniſterio, Magiſtratus huius cum iuramento, quam excellenti Maieſtate dignus ſit. Ac cum Thomam magnificentiſſ. uirum aliquot iam in Armeniorum regione officijs defunctum, & alioqui frugi hominem eſſe, & nobis abſque fuco ſemper inſeruiſſe, & modo quoq; inſeruire deprehenderimus, promouemus ipſum ad huius officij adminiſtrationem, ut non ſolum prædicta à nobis forma ad tẽps huic prouinciæ præſideat, ſed etiam aliis prouideat, quæcunque ei, uel per ſacra commonitoria commiſimus, ſiue in prouincia, quam ei tradidimus, ſiue in alijs, quod inquã fecimus, ſacris ad ipſum compoſitis commonitorijs de diuerſis actibus, quos ipſum, & in aliis regionibus ad effectũ deducere, æquum eſt. Quæ uero ad ſacerdotia ſpectant, ea (ut ſæpe diximus) uolumus in priſtina manere forma, negotio ipſo neque circa ius Metropolicum, neq; circa ordinationes, uel mutationem, uel nouationẽ ſuſcipiente, ſed prius ordinatis nunc quoque ex ordinatione auctoritatẽ obtinentibus. & prioribus item Metropolitanis in ſuo permanentibus ordine, ut quantum ad ipſa nihil penitus innouetur. Illud ſanè in confeſſo eſt, ex quo tertiæ Armeniæ Comitem non tantum ciuilem, ſed & militarem Magiſtratũ fecimus: neceſſe habere etiam milites, qui in ea ſtationes agunt, ut huic ſuppoſiti ſint: licentia illi præbita, ut quemadmodũ militarib. permittitur Magiſtratibus, ut noĩe quemq; ſuo euocet, & inquirat, & de ipſorum annonis deſpiciat, & ſupplicio eos perſequatur, ſi qũ iniuſtè egerint: neq; committat, ut milites in ſubditos noſtros iniurij ſint. Quod ſi quid flagitioſius perpetrent, ad inſtar criminalium cãſum audientiam præbeat, tametſi milites exiſtant, oĩa deniq; agat, quęcunq; militaribus attributa ſunt Magiſtratibus. Et quemadmodum Comiti Iſauriæ, & Pacatianæ Phrygiæ. & inſu͞p Lycaoniæ, Piſidiæ. ac Thraciæ Prætoribus militares ẽt copias ſubdidimus, ut æquè, & ipſe non ſolum ad res ciuilis cohortẽ, ſed etiam in copias militum poteſtatem habeat, & Imperiũ, & cum ſumma auctoritate, & amplitudine tam militibus, q̃ paganis facienda præcipiat: omnia agens, quaſi uno aliquo officio exiſtente. Inq; unam hanc rem prouidentiam conferat, ne quid per prouinciam admittatur flagitij, ſed & ut admiſſum competenter coerceat. Neque hanc illi poteſtatem in ulla omnino perſona, quæ in prouincia ſit detrahimus, ſiue paganica, ſiue militaris, ſiue tamiaca ſit. Sub æquabili enim & perpetua pace noſtros tueri ſubditos uolum⁹: non pro diuerſitate perſonarum inducentes legũ contemptum. Quæ igitur nobis placuerunt, ea ſecundum deſcriptionem quatuor Armeniarum, & maximè tertiæ, cuius occaſione præſentem ſacram legem tulimus, iam inde in omne reliquum tempus excellentia tua cuſtodire ſtudeto, omnibus quæ ſingulis annis dari iuſſimus, per particulares deſcriptiones thronorum 4 † tuorum conficiendis. Die 15. Kalen. April. CP. poſt Biliſ. V. C. Coſſ.

4 † τῶν ἡμε-τέρων σεκρ. ...ῶν.

CONSTITVTIO XXXV.

De adiutoribus Quæſtoris.

Hæc prorſus deeſt in Scrimigeriana editione in Haloandrina ferè præter titulum pauca tantum uerba ſunt inſtam aũt epitomem inueni in Nouellis Iuliani, 5 † quam idcirco adſcripſi.

5 † apud quem eſt conſt. 26.

VIgintiſex adiutoribus Quæſtoris, quos Boethos dicunt Quæſtoris, liceat in ſuo loco alios ſubſtituere, idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit, propoſitis ſacris Euangelijs. Hi autem, qui fiunt,

in

1 † ſunt. *loc' mutilus. 2 † graduū

1 † in locum eorum, qui ſuo loco ceciderunt, centum ſolidis præſtitis fiant. Illorum autem trium gradu* viri, id eſt, ſcrinija † memoriæ, & duorum, qui proximi futuri ſunt, quamuis non ex viginti ex adiutoribus, tamen licentiam habeant ſurrogare in locum ſuum. Habeant igitur ius vendendi militiam ſuam, & non vltra centum ſolidos, dūmodo ex his, qui ſubrogatus eſt, electione Quæſtoris fiat Prærogatiuam autem conſtitutio dat Theodoſio, & Epicteto, & Quedio, & Sabatio, & Pirigeno. 3 † Illo videlicet obſeruando, vt ſi quis ex viginti adiutoribus defunctus fuerit, ab hærede eius centum ſolidi dentur, & electione Quæſtoris militent. Sin autem liberi ſint defuncti, idem iuris habeant, quamuis hæredes parenti ſuo non extiterint D. C. Biliſſ.

3 † Perigeno.

CONSTITVTIO XXXVI.

De ſucceſſoribus eorum, qui in Africa degunt.

OMne infinitum, &c. Vt Afri ea, quæ Vandalorum temporibus, vel ipſis, vel proprijs parentibus, uel auis vtriuſque ſexus, vel ex tranſuerſo cognatis vſque ad tertium gradum erepta ſunt, intra quinque annorum ſpatium uindicent: niſi legitimis excludantur præſcriptionibus 2. Vt ad comprobandum genus ambæ partes probationes proferant 3. Vt omnes Afri Romanis legibus ſubditi ſint.

CONSTITVTIO XXXVII.

De eccleſiis conſtitutis in Africa.

VEnerabilem Eccleſiam, &c. Ab Arianis ablata capiunto, ſibique habento eccleſiæ Africæ, vt tamen publicas pro illis penſiones conferant, ab ijſdem acceptis immobilibus a nemine lædendis. Hæreticum non baptizato, ad Rempublicam non accedito, cathecumenum non circuncidito. Nulli omnino hæreſis domum, aut locum orationis habeto. Carthaginienſis Eccleſia priuilegia obtineto, quæ in vniuerſum de omnibus dicta ſunt Eccleſijs in codice. Qui ad Carthaginienſem Eccleſiam confugerit, is impunitatem habeto, niſi homicidium, aut raptum uirginis, aut vim in Chriſtianum admiſerit. Eccleſijs Africæ ab aliquo pro ſua ipſius ſalute oblata, à nemine prorſus auferuntur. Hoc ipſe generaliter de omnibus eccleſijs accipito.

CONSTITVTIO XXXVIII.

De decurionibus, vt filijs ſuis decurionibus dodrantem relinquant.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto. iterum Exconſuli, & Patritio.

QVi nobis olim conſtituerunt Rempubl. hi ex vſu fore rati ſunt, ſi ad imitationem Regiæ urbis, per ſingula municipia nobiliores congregarent, & formam quandam ſenatoriæ curiæ conſtituerent, per quam & publica tractarentur, & omnia rectè fierent, atque ordine. Atque ea res ita eiſdem initio, ita ſplendida uiſa eſt, ut ampliſſimæ ſimul, & numeroſi decurionum familiæ exiſterent, & cum ingens eorum eſſet multitudo, qui curiæ manciparentur, nemini omnino ciuilium munerum onus intolerabile uidebatur: ſi quidem in multos diuiſum onus, parum aberat quin his, qui id ſubibant, abſque ſenſu, & pondere eſſe ſoleret. Poſtea quam vero per partes quidam curialibus ſe muneribus ſubtrahere, & fraudes inuenire cœperunt, 4 † per quas aliqui ab hiſce liberi redderentur, paulatim ea occa-

4 † cōſeruentur,

ſione curiæ defecerunt, plus mille artibus excogitatis, quibus tam priuatæ 5 † res peſſum irent, quam communes, & publicæ penitus interciderēt. Inde adeo ciuilia munera ad paucas perſonas redacta, & illis patrimonia conturbarunt, & pleroſque ipſorum ita depauperarunt, ut in poteſtatem perditiſſimorum mercenariorum, quos vindices appellāt, peruenerint: vſu itaque venit, vt ipſa Reipublicæ adminiſtratio abundaret reliquationibus, abundaret item omni improbitate. Hæc nos ſæpenumero peruestigantes putauimus negotio medicinam adhibendam, ſed quo vehementius nos circa id elaborauimus, tanto decuriones plures vndique contra ea, quæ rectè, & iuſte ſancita ſunt, contraque bonum publicum artes inuenerunt. Ex quo enim viderunt omnibus ſe modis compelli quartam conſeruare curię, vix id relatum erat a nobis in leges, cum illico patrimonia ſua diſſipare cœperunt, vt ſub mortem ſumma laborarent inopia, neque quadrantem, ſed ſummam deinceps egeſtatem curiæ relinquerent. Mox cum ipſis etiam corporibus curiā defraudare conſtituiſſent, multò rem omnium impijſſimam excogitarunt. legitimis abſtinentes nuptijs, præoptantes ſine liberis (quantum ad legem) decedere, quam genti ſuæ, & curiæ ſe utiles oſtendere. Perſecerunt rurſum, vt lex olim ferretur, quæ vel ſine decreto donare ipſis bona ſua permitteret, cum interim lex vellet, vt venditio cum interpoſitione decreti procederet. Quæ ſane lex 6 † mirabilis fuit, quod ſolam venditionem decreti interpoſitioni, & neceſſitatis quibuſdam obſeruationibus ſubiecerit, in omnibus alijs liberam eis, quo vellent modo poteſtatem agēdi permittens. Hac igitur occaſione curialibus nexibus obſtricta bona in alias transtulerunt perſonas, nihil ex ijs cōpendij obtinente curia, ut ſi quis per noſtram Rempublicam curias enumeret, pauciſſimas inuenerit, & eas quidem, uel neque hominibus, neque pecunijs abundantes, uel licet paucorum fortè hominum, tamen abſque ullis pecunijs. Et quanquam per partes iam leges tulimus, quæ uolunt, ut tam uenditiones, quàm ſimplices donationes, & omnis denique actio, quæ alienationem immobilium curialium rerum continet, decreto cum obſeruatione ibidem poſita interponendo ſubiaceat: tamen cum poſtea per ementitas cauſas donationes conficerent, in uniuerſum, & ipſam, neve decurio in vllam omnino perſonam donationem conferret, ſuſtulimus: merito autem donationes ante nuptias excepimus: quandoquidem neque per omnia donationes ſunt, ſed ſpecies quædam in his contractus, & veluti 7 † auctoramentum procreandorum liberorum continetur. Poſt hæc cum videremus multas ea in re circumſcriptiones ſuborti: legem conſcripſimus, ut curia omnibus modis, ſiue cum perſona, ſiue abſque perſona prorſus quadrantem haberet, neque vlli liceret curiæ minus relinquere, aut comminiſci artes, aut aliquo alio modo diminuere, ſiue filius ad curialia munera ſuccederet, ſiue ipſa etiam curia quadrantem reciperet. Ac neq; intra hunc terminum reſtitimus, ſed etiam fœminellis in inſtitutione certam partem ab ijs adſignari ſanximus, ut nulla occaſione ea curiæ diminueretur. Præterea neque hac fini (vt diximus) totius ſubſtantiæ eius, qui curiæ mancipatus eſſet, quartam conſtituimus, ſed etiam nimias illas, & effuſas largitiones ſuſtulimus, non aliter ipſos conditione ſua liberari concedentes, quam per maximarum 8 † dignitatum honorem, patritiatus, ſcilicet, & quę in militares habe ut copias. Nam magiſteria militum inter præfecturas cenſeri etiam lex nouit. Vnde ſi quis præfecturæ officium geſſerit (in ipſo, ſcilicet, actu conſtitutus) ſiue adminiſtranda Republica, ſiue ducendis exercitibus: is per legem noſtram curialis conditione liberatur, omnibus alijs exemptionibus ſublatis. Nam ne eiuſmodi dignitates, nempe præfecturæ (idem licebit, & de Magiſterijs militum dicere) quæ ſolo honorario titulo conferuntur, ex albo decurionum eos, qui haſce nacti eſſent, eximerent, diligenter ſanximus. Atque hæc ſanè cum multis alijs, quæ licebit expoſitis iam legibus percipere, præteritis ſancita ſunt temporibus. Abſoluimus inſuper nonnullos, & varios curiali conditione, pragmaticis in illos legibus pro noſtra liberalitate collatis, quas omnes ratas eſſe volumus, & præſentem legiſlationem, ab vndecima indictione, quæ modo eſt, incipere, quo, ſcilicet, tempore in Senatu hæc nobis lex fuit compoſita. Quoniam verò cernimus pleroſq; ita hoſtili animo erga patrias ſuas eſſe affectos, vt cupiant alijs potius ſuam relinquere ſubſtantiam, quam vel quartam eius partem curiæ: putauimus

5 † ἵς ἂν ἐκμάλιστα μὲν ἰδιωτικῶς ἐ-

6 † l. fin. C. de præd. decu. li. 10.

7 † καὶ ὡς δεσπότας εἰσάγησιν σωτηρίαν ὥσπερ ἡ πᾶν καὶ μάλιστα βουλευταὶ περισπω- λέσιν τῷ.

8 † ὅσα κατὰ τὸν τῶν μεγίστων ἀξιωμάτων αὐτῶν τὸν παραινέντας τι, καὶ ὑπατείας καὶ ἐπισχόντες ἡγιστρατηγικοῦ.

hic quoque per noſtram legem, ex caſu non exiſtentium ſiliorum, hanc partem augendam eſſe.

SI POST hanc igitur noſtram legem decurio moriatur, qui liberos non habeat, neque maſculos, neque fœminas: eo caſu tres ſubſtantiæ ſuæ partes relinquito curiæ, quartam vero quibuſquibus vult. erit enim vniuerſa ei curia vnius filij forte, vel plurium loco, imo (idem.n. poſſumus dicere) ipſius ciuitatis plenitudo, 1 † liberorum locum obtinebit, & perpetua ei laus, immortaliſque memoria, & tantum inde fructus exiſtet, quantum à liberis extiturum non erat. Si cui vero, tametſi legitimos filios non habet, ſpurij tamen ſint, integrum ei eſto cum onere curiæ hos etiam hæredes ſcribere, & ipſa planè ſcriptura pro quacunq; oblatione erit: neque opus habeto (id quod in antiquis traditur legibus) vlla alia adiectione, aut dum ſuperſtes fuit oblatione. ſed inde ſcripti (modo liberi ſint) decuriones, & hæredes exiſtunto, habentoque, & ipſi dodrantem, prout pater inter ipſos eum partitus fuerit. Quod ſi totum quoq; aſſem eis relinquere voluerit, multo etiam præclarius egerit. Cæterum vſque ad dodrantem omnino eis hæreditatẽ relinquito: certò ſciens quod & ſi minus reliquerit, prorſus tamen ſubſtantiæ ex lege ſupplementum ad dodrantem vſque futurum ſit. At illi ſi quidem patrimonium cupiunt percipere, etiam decuriones ſunto. Si partim amplectatur, partim recuſent, eorum portiones, qui recuſant ad eos, qui amplectuntur, perueniunto. Si omnes repudient, tunc, quaſi nullis exiſtentibus liberis, eo caſu dodrans ad curiam peruenito.

1 † πλήρωμα, id eſt, ſupplementum.

SI VERO, & ipſe tacuerit, neque vlla ei ex legitimis ſuperſit ſobboles, tunc quadrans quidem ad hæredes ab inteſtato deuoluitur: ſpurij autem, ſi voluerint ſe ipſos offerre curiæ, amplexẽtur, prout ſiue omnes, ſiue quidam ex his voluerint, dodrante patrimonij omnino ad decurionem, decurioneſve deferendo. Inſuper, & ſi ex ancilla natos habeat, & vel ſuperſtites eos, vel in teſtamẽto manumittat, offeratque curiæ, amplexantur hi quoque, & decuriones ſunto, prout ipſorum, qui curiæ eos obtulerunt, deſiderium conſtituerit, percepturi quemadmodum dictum eſt) dodrantem. Vbique enim volumus, ſiue teſtamenti tabulas conficiat, ſiue abſque nouiſſima expreſſa voluntate decedat, eos, qui curiam ingrediuntur, dodrantem accipere. Cæterum ſi manu tantum emiſerit, non etiam curiæ obtulerit, & hi, vel quiſpiam ex illis ad curiam oculos referre voluerint, tributor, & hic dodrans decurioni, decurionibuſve pro portione. Si verò nemo ex ſpurijs, vel voluerit, vel ſe obtulerit, tunc dodrantem curia capito.

ENIMVERO ſi legitimorum filiorum pater ſit, hoc caſu res ipſa diſtinguenda, ſoli ne maſculi, an ſolæ fœmellæ, an mixti ſint, vt ex omni parte lex abſoluta ſit, & curiæ commodet. Si itaque maſculi filij, aut ipſi fortè ex præmortuis filijs maſculi nepotes ſoli ſint, dodrantem in omnes ſuo arbitratu pariter: ita tamen, vt neutiquam lex de inofficioſis differens teſtamentis infirmetur, niſi ratio hoc ingratitudinis efficiat. Neque enim iura ſuper his poſita aliquo modo tollimus. Illo ſanè omnibus modis obſeruando, vt dodrantem inter non ingratos filios partiatur, & ſinguli pro ea parte ciuilia 2 † patris munera ſubeant, quantam cuique pater ex ſubſtantia ſua attribuit: ſolo quadrante ad patris arbitrium relinquendo, quocunque animus illi concedere, & inclinare uoluerit, ſiue ad liberos, ſiue ad alium. Quod ſi omnes fœmellæ exiſtant, & eius ciuitatis decurionibus nupſerint, licentia erit patri, ſi quidem (vt dictum eſt) decurionibus nuptæ fuerint, totam ſubſtantiam in ipſas diuidere, aut ſaltẽ omnino dodrantem, prout voluerit: nihilominus, & huic legi aduertens animum, quæ ſucceſſiones ab inteſtato ordinat. Si verò partim decurionibus, partim non eius conditionis hominibus nupſerint, dodrans quidem omnibus modis à parte decurionum vxoribus relinquitor, hoc etiam caſu diuidendis quemadmodum pater voluerit, reliqua videlicet parte legitima penitus illis alteris conſeruanda. At ſi nondum collocatæ ſint nuptum, tunc ea conditione ipſas, aut aliquam, uel aliquas ex ipſis in dodrantem hæredes ſcribat, vt omnimodo eius ciuitatis decurionibus nubant, aut ſi hoc noluerit ipſe, vel cum ipſe ſcripſiſſet, hæ non ſuſtineant, dodrans quidem curiam ciuitatis peruenito, quadrans vero ſolus in omnes eo modo, quo lex vult, diuiditur, imputandus illis in rationem dotium. Si verò tam maſculi ſint, quam fœmellæ, maſculi quidem prorſus dimidiam patrimonij partem habento, fœmellæ verò reliquam dimidiam, ſed non totam: dabunt enim decurionibus ipſæ fratribus de ſua quadrantem, niſi, & ipſæ decurionum vxores ſint, vel omnes, uel aliquæ ex eis: nam ſi & eiuſmodi nuptias peruenerint, & patriæ ſuæ decurionibus coniunctæ fuerint, tunc à præſtatione quadrantis liberæ erunt, ut quæ & ipſæ per maritos ſuos, quo ad ſuperuixerint, in partem curialium munerum uocari videantur. Hæc nos lege comprehendere cogitauimus, non ut hominibus rerum ſuarum tractationem, & adminiſtrationem adimamus, ſed ne ciuitates penitus deſtituantur curia, aut curiæ per impia quædam commenta forte adigantur ad paupertatem. Si quidem compertum habemus, nonnullos etiam lege uetitas contrahere nuptias dumtaxat ne ipſis legitimi ex inde filij, ſed ſpurij gignerentur, & illis tandem quaſi extraneis bona ſua relinquere, ac curiam per hoc a debito patrimonio auertere. Ad hæc quoniam, & illud ſanè ad curiarum detrimentum, fieri ex ipſa rerum experientia deprehendimus: quodque multi, dum alterum parentum ſuorum, uel de tamiaco, uel Comitiano, uel conchilegulorum, uel alio conſortio fuiſſe aſſerunt, conantur, uel tamiacæ, uel Comitiano, uel conchylegulorum, & uel cuipiam alij ſe conditioni adſignare, & curiam declinare: propterea ſancimus, ne qua eiuſmodi fortuna, ſeu conditio contra Rempublicam exiſtat, ſed ſiue ex tamiaca matre, ſiue conchylegula, ſiue Comitiana decurioni natus ſit filius, omnino curialem præualere fortunam uolumus. Decuriones enim pauciſſimi ubique terrarum per noſtram Rempublicam exiſtunt, tamiaci uero, & Comitiani, & conchyleguli ad ingentem effuſi ſunt multitudinem, & conuenientius eſt, curias ciuitatum ad pauca corpora coanguſtatas augere, quam numeroſæ multitudini alios de integro adijcere. Si qui uero ſub nomine matris ſuæ nempe de tamiaca, aut conchylegulorum, aut etiam Comitiana fortuna, ſeu conditione exiſtentes, curiali ſe conditioni ſubtrahere conati ſunt, uel fuerint iam inde à decima indictione, & ipſa quæ modo præterijt: quæ ad eum confecta ſunt, aut impetrata modũ, ſiue ex ſacra aula, ſiue aliunde, caſſa, & inualida ſunto, & illiuſmodi decuriones de cætero eſſe ſancimus, ſi quid.n. ante decimam indictionem confectum, impetratumve eſt, id firmiter, & in ſuo manere robore uolumus. Excipimus autem præſente ſacra hac noſtra conſtitutione Theodoſium, & fratres, ac filios Ioannis cognomento de ſicis, qui ante decimam ſe inductionem, quamquam ex decurionibus orti parentibus, tamiacæ conditioni adſcripſerunt, & quidquid pro ijs liberandis actum, impetratumve eſt, tollimus Nulla enim ipſos re ex conceſſis perfrui, ſed decuriones eſſe volumus, & quæ decuriones concedent, agere, & curialibus intendere muneribus, nulla (vt diximus) re ad hoc illis adiumentum adferre queunte, quauis conceſſa illis, & definita ex aula, aut aliunde ſint. Quæ igitur nobis placuerunt, & ad vtilitatem ciuitatum, & curiarum decreta ſunt, & hac ſacra exprimuntur lege, ea ſtudeto Excellentia tua, conſeruare, & effectui tradere: pœna 3 † imminente his, quicunque hanc noſtram legem tranſgredi præſumpſerint. Dic 15. Kalend. Mart. CP. Biliſa V.C. Coſſ.

2 † τὰ βουλευτικὰ, curialia.

3 † ποινῆς εἰκοσιλίτρων, uiginti librarum auri.

NOVELLA XL.

Vt eccleſia Sancta Reſurrectionis alienare poſſit ædificia, quæ in ipſa, & circa ipſam habet ciuitatem Antonio Contio interprete.

Idem Imperio Petro Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Archiepiſcopo Ieroſolymorum.

IAm quidem quæ ad prohibitionem eccleſiaſticarum alienationum pertinebant, communi à nobis lege promulgata ſunt, quam utique obtinere uolumus, & in omnibus firmam eſſe. Quoniam autem conueniens eſt, * cum omnium eccleſiarum utilitatibus proſpicere, tum maximè eccleſiæ Sanctæ Reſurrectionis, & loci illius, in quo mundi huius artifex dignatus eſt in humanæ conſtitui generatione, ideo hanc legem ſcribere nobis operæ pretium viſum eſt, non tam ad eorum, quæ iam conſtituimus, ſubuerſionem, quam ad reddendam rebus omnibus

* Hæc ferè uerba huius Nouellæ citat Albericus in lexico in verbo eccleſia Sanctæ Reſurrect. Contius.

omnibus conuenientem, & neceſſariam vtilitatem Omnibus enim hominibus manifeſtum eſt, quemadmodũ ſanctiſſima Reſurrectio infinitam propè hominũ multitudinem eo ex omni orbe confluentem ſuſcipiat, & alat, & faciat expenſas immenſas, & pręter omniũ ſpem, & fidẽ tantę multitudini ſufficientes, id efficiente mirabili Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti diſpenſatione, qua ineffabilẽ multitudinem quotidie excipit, & Paucis ſuſtentat panibus, quo fit, vt & ei maioribus redditibus opus ſit, & pijs ſuffragijs, atque occaſionibus, ut tantæ multitudini opitulari ſeueret. Cognouimus enim quemadmodum nuper Deo amiciſſimus presbyter, & Cimeliarchus ſanctiſſimæ huius Regiæ ciuitatis eccleſiæ, Euſebius, cum eſſet in præfata Ieroſolymorum ciuitate, honeſtum, & Deo gratum etiam nunc demonſtrans modũ (quo multis, & magnis, & iuſtis augmentis illius ciuitatis amplificauit redditum) potuit trecentis octoginta auri libris comparare redditum triginta plus minus* auri librarum parte quidem pretij ex præſenti eccleſiæ ipſius pecunia accepta, parte vero per Deo chariſſimos eiuſdem eccleſiæ œconomos eodem Euſebio ſuadente, fœnori accepta. Verum docuit quoque nos & fœneratores ſuum recipere conari, & ſe inopinatam inueniſſe noui quæſtus rationem. Multis enim confluentibus, & accedentibus ad præfatam ciuitatem ex omnibus locis Deo ſubiectis, & multo auro comparare ſibi eccleſiaſticas domos deſiderantibus, ut commodius in eo loco habitent, non poſſe tamen illud perficere ſanctæ reſurrectionis antiſtites, metu legis à nobis poſitæ de eccleſiaſticarum rerum alienatione, tametſi tanta hinc reſultet eccleſiæ ipſius utilitas, ut in annos quinquaginta uelint quidem ſubregulanea huiuſmodi ædificia plene emere. Qua in re ſane dici uix poteſt quantum diſcrimen futurum ſit, cum poſſeſſiones quidem adiecerint ſanctiſſimæ eccleſiæ triginta auri libras, idque vix in tredecim annis, at domorum uenditio in quinquaginta annis fiet, idque utiliter, cum facultates in ædificijs conſiſtentes omnibus ſint fortunæ caſibus obnoxiæ, ſtatimque ijſdem caſibus corruant, atque ita concidant, ut uix fundamentum ſaluum ſuperſit. Iſta nos induxerunt, ut ad præſentem conſtitutionem intenderemus, quam offerimus dño Deo & omnium eccleſiarum ſanctiſſimæ Reſurrectioni, per quam ſancimus, omnia quidẽ, quæ in prædijs habet ſanctiſſima Reſurrectio priori noſtræ legi ſubiacere (neque .n. permittimus illi uenditionem ullam omnino celebrare prædiorum) quod autem ad ædificia attinet, aliquid ei de rigore ipſius legis remittimus. Si enim ipſam pro eccleſiarũ utilitate ſcripſimus, uidemus autem in hoc caſu aliqua utilitatem ſubeſſe, quomodo non illud et per præſentem legem permittemus, omnem dantes, & uendentibus licentiam, & ementibus ſecuritatem? Quod & eo lubentius facimus dum conſentimus, & fauemus tempori celerius ea ipſa ædificia, ad eandem eccleſiã reducturo, vtpote cum emptores ipſorum (qui ſcilicet ob ſingularem in Deum affectum ea emerint) ea cum morientur eidem eccleſiæ relinquent. Liceat itaque ipſi ſanctiſſimæ eccleſiæ celebrare ædificiorũ uenditionem, nihil uerẽti legem in genere circa ipſa poſitam, quę idcirco per hanc poſteriorem legem ſubdiſtinctionem accipit, ne ulla de cętero pœna exinde ad quamlibet perſonam perueniret. Ita tamen ea ædificia liceat uendere, ſi talis utilitas emergat, ut multò maius cõmodum, quam damnum talis alienatio adferat præfatæ eccleſiæ: omnem habituris ſecuritatẽ, qui ita emerint, tunc & omni futuro tempore nullam exceptionem aut euictionẽ timentibus nec ſibi, nec ſuis hæredibus, aut ſucceſſoribus. Cum .n. per hanc legem alacres, & imperteriti fiant ad contrahendam emptionem, indignũ eſſet, eos alicui ſubdi moleſtiæ, uel accuſationi, uel noxæ, uel euictioni, Decreto, videlicet, interponendo apud tuam Beatitudinem, præſente uenerabili clero, cauſaq; probata eius alienationis, & qm̃ maioris commodi gratia ad eorũ uenditionem proceditur, & exigua eſſe, quæ alienantur, multo autem ampliora quæ inde proficiſcuntur, pretijs, videlicet, *ædificiorum ex mercedibus ſeu penſionibus uenditionis in quinquaginta annos factæ reficiendis, & ſolutioni quidem illius pecuniæ applicandis, quam fœneratores mutuarunt prædictorum redituum emendorum cauſa Si .n. omnium dñs, & artifex Deus dignatus eſt tantam illi dare prærogatiuam ſupra cæteras ciuitates, ut ex ea ſecundum carnem reſurgeret, manifeſtum eſt, quòd & nos dominum Deum, & mira eius opera (quantum in nobis ſunt) imitati, prærogatiuam aliquam ipſi ſupra cæteras eccleſias dedimus, ut ipſa iam frui debeat noſtra lege, quam ut feracitatem quandam, & carpophoriam illi depromimus, quod ipſi commodum eſt in primis eligentes, atque æſtimantes. Quæ igitur à nobis conſtituta ſunt per hanc particularem legem, & ipſam legem libris inſcribendam, tua Beatitudo cognoſcens, manifeſtam ipſam rurſum omnibus faciat. Oſtendatque noſtram uoluntatem, quam erga ſanctiſſimam, & meritò ab omni humano genere adorandam Reſurrectionem noſtrum habet Imperium, & domino adhibet Deo, qui nobis tot, & tanta bona ſupra omnes, qui ante nos imperarunt, in ſingulis rebus impartiri dignatur. Particularis lex ſcripta Petro Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Archiepiſcopo, & Patriarchæ Ieroſolymitanæ eccleſiæ. Die 15. Kal. Iun. Conſtantinop. poſt Biliſ. V.C. Conſulatum.

*Ad rationem, ſcilicet, duodecim pro vno quę eſt ratio redituum uolatiliũ in hoc Franciæ Regno.

*Hoc iterũ poſtea confirmatũ eſt. Nouella 12. c. de don. & emphyteu rerum eccleſia. c. 9. Cõtitus.

CONSTITVTIO XLI.

Apud quem oporteat appellationes in quinque Prouincijs, Caria, Cypro, Cycladibus inſulis, Myſia, & Scythia interpoſitas examinari.

Impera. Iuſtinianus A. Mono 1 † glorioſiſſ. Quæſtori exercitus Iuſtinianei.

1 † al. Bono.

SCimus paulo ante ſacram à nobis conſtitutionem factam, in qua cum quinque has prouincias, Cariam, Cyprum, in circulum poſitas inſulas, inſuper etiam Myſiam, & Scythiam gloriæ tuæ traderemus, ut ſub glorię tuæ Imperio cenſerentur; addidimus etiam, ut prouocatione ſuſpenſæ lites in prædictis prouincijs, deinceps non ad glorioſiſſimos noſtros Præfectos, ſed ad tuam mitterentur gloriam. Quoniam verò multi nos ex Caria, Rhodo, & Cypro cum ſumma animi indignatione adierunt, dicẽtes ſæpenumerò, uel hyemis tempore ſe compelli ad Scythas, & Myſos, in quibus locis tu degis, proficiſci, ut appellationes illic non pro magnis admodum pecunijs expediãt, & tum longius per mare excurrendo, tum Barbarorum excurſionibus infeſta loca adeundo, periculum ſuſtinere: propterea uiſum nobis eſt, hanc ad tuam gloriam legem conſcribere, vt cauſis quidem appellationum ex Scythia, & Myſia, tanquam uicinis delatis, audientiam per te ipſum accommodes. Quæ vero ab alijs locis, hoc eſt, Caria, prædictis inſulis, Cypro deferuntur, ſi quidem apud glorioſiſſ. noſtros Præfectos agitabantur, ex ſacra iuſſione noſtra adſignatæ prouinciæ Præſidi, & ipſe in Regia hac urbe præſto ſis: moueantur & ipſæ apud te, & examinentur una cum glorioſiſſ. Quæſtore ſacri noſtri palatij in ſacro auditorio, quemadmodum de appellationibus propoſita lex explanat. Si uero in Scythia ipſe & Myſia moram trahas, appellationes ad eum deducantur, qui in ampla hac urbe locum tuum ſupplet, omnino tamen ſecundũ eiuſmodi cognitionum formam, in ſocietatem audientiæ adhibito glorioſiſſ. noſtro Quæſtore, quo minus homines prædictas difficultates, 2 † ſed præfato a nobis modo, communiter ab ipſis iudicetur, quando non alia de cauſa nobis ita ordinare legem placuit, quàm ut maiore, & ampliore cum diligentia, & auctoritate controuerſiæ diſceptarentur. Cæterum ſi ipſe iudicem in prædictis prouincijs dederis, is, qui in ampla hac urbe uices tuas obtinet, hiſce audientiam prębebit, quomodo & apud glorioſiſſ. Præfectos in more eſt. Certe ſi apud gloriam tuam hic (ut conijcimus) inuentam lite cępta, deinde contingat in medio gloriam tuam propter numeranda militaria ſtipendia peregrinari, abſque 3 † compe rendinatione huic finis apud eum, qui uices tuas gerit, imponatur eadem forma, qua & ipſe ei audientiam accommodaſſes. At ſi initio non ad glorioſiſſ. Præfectos ex aliquibus prouincijs appellatio tranſmittebatur, ſed ad aliud iudicium: in nullo ueterem morem nouamus Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram exprimuntur legem, ea in perpetuum Excellentia tua tam effectui, & fini tradere, quam conſeruare ſtudeto Die 15 Kal. Sep. C. P. Imp. D. N. Iuſtin. PP. Anno. 11. poſt Biliſ. V. C. Coſ. indic. I.

2 † τοῖς εἰρημένοις ἐπερχέσθω διχῶς ἀλλ' ἐπ' αὐτοῖς.
3 † ἀνυπερθέτως.

NOVELLA XLII.

De depoſitione Anthimi, & Seueri, & Petri, & Zoaræ, & cæterorum. Verſa quidem eſt ab Haloandro, ſed ueterem eius translationem, à nobis ex Iſidori libris recognitam, adſcribere maluimus, quaſi fideliorem, et minus fucatam.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei noſtri.

Imperator Cæſar, Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotticus, Francus, Germanicus, Atticus Alanicus Vandalicus, Pius, felix glorioſus, uictorioſus, triumphalis, ſemper Auguſtus, Mennæ, Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Archiepiſcopo, & generali Patriarchæ.

* Nicephoros lib. 17. cap 9. hiſt. eccle. hanc conſtitutionẽ ſer ptam ante ſynodũ quintam uniuerſalem. Cont.

* Phraſim Græcam retinuit la. ita vt unã conſonantiam, &c. facerent.

1 † Præter H. Hæc deſunt apud Haloandrum. Contius.

2 † περιφοραῖς vertit Haloã. commentis Cõtius.

* Hinc & ſcribit Nicephorus lib. 17. c. 8. & 9. verb. quidẽ cũ recepiſſe quartam ſynodũ, re autẽ vera abominatum eſſe. Contius.

3 † κυρίαν vertit Haloande. ratam.

4 † deque his.

5 † Enimuero neq; ſententiã.

6 † ἀκήρυκτον vertit Haloãder, à fecialibus nõ denunciatũ; nimis. ut mihi vſ. affectanter. Contius.

REm * non inſolitam Imperio & nos facientes, ad præſentem uenimus legem. Quoties enim ſacerdotum ſententia quoſdam indignos ſacerdotio de ſacris ſedibus depoſuit (quemadmodum Neſtorium. Eutychem, Arium, Macedonium, & Eunomium, ac quoſdam alios ad iniquitatem non minores illis) toties Imperium, eiuſdem ſententiæ, & ordinationis cum ſacerdotum auctoritate fuit. Sicque diuina, & humana pariter concurrentia, unam conſonantiam rectis ſententijs fecere: * quemadmodum & nuper factum eſſe circa Anthimum ſcimus, qui quidem deiectus eſt de ſede huius Regiæ urbis a ſanctæ & glorioſæ memoriæ Agapeto ſanctiſſimæ eccleſiæ antiquæ Romæ Pontifice, eo quod nullo modo ſibiipſi conueniens, contra 1 † omnes ſacros canones ſe intruſerat, ſed & communi ſententia ipſius ſanctæ memoriæ uiri primum, deinde etiam ſacræ ſynodi hic celebratæ condemnatus, & depoſitus fuit, eo quod a rectis dogmatibus receſſit: & quæ prius multoties diligere uidebatur, hæc demum diuerſis luſtrationibus 2 † aufugit, ſimulans ſequi ſanctas quatuor ſynodos, trecentorum uidelicet decem & octo patrum in Nicæa, & centum quinquaginta in hac felici ciuitate, & in Epheſo primo congregatorum ducentorum, & ſexcentorum triginta venerabilium patrum in Chalcedona. At quidem* nec dogmata ſequi, nec noſtram clementiam, & condeſcenſum, quem propter ipſius ſalutem habebamus, ſuſcipere voluit, neque ipſe abdicare auctores impiorum dogmatum, qui prius à ſanctis ſynodis percuſſi fuerant, ſed putauit oportere ſecundum ipſum in æquali ducere & condemnatos, & condemnatores. Nam ſemel alienis a ſanctiſſimis eccleſia intellectibus mancipatus, & à rectis dogmatibus alienatus, merito ad ipſam rectitudinem reuerti non uoluit. etiã ad hæc inuitatus a nobis, & directus, qui omni ſtudio vſi ſumus ad ipſius ſalutem. Propter hæc igitur omnem ſententiam depoſitionis in ipſum a ſancta ſynodo factam occaſione non licitè neque à ſanctis canonibus approbati raptus ſacratam ſedium huius Regiæ vrbis, & auerſionis a rectis, & ueris dogmatibus, κυρίαν, 3 † & propriã noſtrã facit Imperium, & contra 4 † iſtum præſentem ſcribit legem. Interdicimus ei commorari in hac felici ciuitate, & eius diſtrictu, ac in quacunque alia inſigni ciuitate, ſanctientes inquiete eſſe, & eos diligere, qui ſe ipſum digne ſuppoſuit, & non aliquibus communicare, neque eos tribuere in perditionem interdictorum dogmatum. Nec utique 5 † extra imperialem confirmationem relinquimus ſententiam iuſtè contra Seuerum latam, ac ex omnibus (vt ita dicamus) pontificalibus & patriachalibus una cum monachicis conſenſibus prouenientem ſedibus, & anathematiſmũ ipſi inferentem, qui prius contra ſacras ſanctiones, accipiens ſedem ſanctiſſimæ eccleſiæ Theopolitanorũ, ſic vniuerſa conturbauit, ſicque accumulatas turbationes fecit, quod commune quoddã ac abominabile 6 † bellum ſanctiſſimis eccleſijs adinuicẽ immittat. Et hoc à ſceptris, quę ante nos fuerunt contra ipsũ ſcriptũ erat, varijs dogmatũ a rectitudine alienatis intellectibus, ac blaſphemijs vſũ fuiſſe ac vniuerſa cõturbaſſe, & illũ quemcunque errorẽ abominabiliũ hæreſiarcharũ, & iniquorũ dogmatũ recipere. Et cum Neſtorius, & Euthyches, & vterq; horũ præceptorũ cõtrarij quodãmodo adinuicem eſſe videantur, ad vnũ uero impietatis finẽ inferunt 7 † illorũ diuulgatos 8 † ſermones, cũ in vnũ formauerint, duobus exiſtentibus dogmatibus adinuicẽ repugnantibus, quorũ vtrúque ſimiliter ad animæ perditionem adducit, Neſtorij videlicet, & Eutychis (quemadmodum dicendo narrauimus) quę ex Arianorum, & Apollinarij contagione conſiſtunt, ipſe paradoxum quid perpeſſus, in utrumque ſimiliter incidit: & ibi quidem hoc, ibi quidem illud mittendo 9 † ſeipſum, & ſermones ſuos vitijs eſt conſtituiſſe commune receptaculum tantorum delictorum. Sit itaque & ipſe ſub prædicto anathematiſmo, quem uniuerſis patriarchalis, pontificalis, ac monachicus niæ (ut ita dicamus) politię cœtus iuſte in ipſum induxit, de Theopolitana quidem eccleſia eiectus, ideirco ꝙ thronus de illo ipſum remouit, eo quod ipſius Principatu rectè non acceperat, ſed adhuc uiuente eo, & in ſanctiſſimis eccleſijs cõmorante, qui ante ipſum ſacerdotium habebat, & propter eum, qui poſt ipſum fuit, de ſacerdotio exciderat. Nec uero vſq; adhuc ſtetit, ſed etiam ſub cõmuni orthodoxæ, ac catholicæ eccleſiæ anathematiſmo factus, multis libris blaſphemijſque, & abominationib. nobis politiam impleuit, quare vniuerſis interdicimus, aliquid de libris ipſius poſſideri. Et ſicut non licet Neſtorij libros ſcribere, uel poſſidere (quia prædeceſſorib. noſtris Imperatoribus in ſuis conſtitutionibus viſum eſt ſtatuere ſimilia his, quæ dicta, & ſcripta ſunt a Porphyrio in Chriſtianos) ſic nec dicta, & ſcripta Seueri maneant penes aliquem Chriſtianum, ſed ſint profana, & aliena ab eccleſia catholica, igneq; comburantur a poſſidentibus, niſi qui ipſa habent, uellent periculum pati. A nemine ergo ſcribatur, neq; ad pulchritudinẽ, neque ad velocitatẽ ſcribẽtiũ* ſcituris omnibus, quia amputatio manus his, qui ſcripta eius ſcripſerint, pęna erit. Neque. n. volumus in futuro tẽpore ex illis blaſphemiã protrahi. Similiter ãt & hunc interdicimus omnino Regiã ciuitatẽ ingredi, aut diſtrictum eius. nec aliquã aliã de inſignibus, ſed in aliqua ſolitudine, & in ſilentio ſedere, & non corrũpere cæteros, neque in blaſphemiã ipſos adducere, & non ſemper aliqd noui inuenire contra veræ dogmata, per ꝙ rurſus nobis conturbare ſanctiſſimas eccleſias feſtinaret. Nec ſolummodo hunc, ſed nec Petrũ Epiſcopum Apameæ: & ſimul depoſitum, & ſimul ab ipſis, a quib. Seuerus ſub prædicto anathemate factum imperiũ admittit. ſed ſint propria contra ipſum ſententiatã. 10 † Et q ſub cõi anathematiſmo poſitus eſt, & redactus ſub ipſo eſto: & ſententia Sanctiſſimorũ Pontificũ, quæ contra ipſos proceſſit, firma permaneto. Neque verò permittimus illi hãc Regiã urbẽ habitare aut ipſius diſtrictum, vel aliquã de inſignibus, ſed quorũ, ſecutus eſt errorẽ, horum imitetur dictã, * quam longiſſime abſcedens Nã talib occultari, quàm uideri utilius eſt. Ignoti. n. exiſtentes ſeipſos lædunt ſolos, publicantes uero ſua dogmata multis ex ſimplicioribus occaſionem perditionis præbent, quod nullo modo fieri in Chriſtiano ouili Dei, & orthodoxo populo iuſtum eſt, neque ab Imperio permiſſum eſt. Quoniam uero & Zoaram digne penitus iudicarunt ſub anathematiſmo eſſe Reuerendiſſimi & qui iuſtè iudicant Epiſcopi, eum patua quadam talium malorum interpoſitio ſit, & quibus dehoneſtatus eſt, omnia, uidelicet comprehendendo ex memoria quadam abundanti, ſic & Zoara interpoſitio 11 † quadã huius malæ partis (Anthimi dicimus, & Seueri, ac Petri) ordinetur & ipſe inter anathematizatos. facta ſententia ipſum deferente, quam propriam & ipſam in ſeipſa exiſtentem. firmiorem adhuc facit imperialis Maieſtas, & hunc de hac Regia urbe, & eius diſtrictu abijcit, & habitationẽ in alijs ciuitatibus ipſi omnino interdicit. Itaque cum illis ſolis habitet & conſulat, *qui a nobis ante memorati ſunt, qui ſimilia quidem blaſphemant, ſimilia patiuntur, & ſimiliter in exilio ponuntur. Si quid uero aliud in ſententia Sanctiſſimorum Epiſcoporum continetur, quæ prædictos deponit, & anathematizat, hoc firmius ponimus, & diutius ac imperialib. noſtris legibus ipſum corroboramus, ac ſi ab Imperio ipſo prouenîſſet. Si uero aliquis ipſorum deprehendatur decætero facere aliquid præter conſtituta, ſciat incidiſſe in legib imperialibus, quæ minores pœnas declinantes, ad maiores immittunt indignationes. Interdicimus autẽ & omnibus conantibus catholicam Dei eccleſiam diuellere, ſiue ſecundum Neſtorij hæretici doctrinam, ſiue ſecundum inſenſatam Eutychis traditionem, ſiue ſecundum blaſphemiam.

7 † tendũt.

8 † Chameonicos, eſt in Græco.

9 † παραβάλλων malle ̃ nectere ꝑferens, aut prædicans. Contius.

* Id eſt, nec notis quidem excipiant.

10 † ψηφισθεῖσα

* Id eſt, conuerſationẽ, uictus rationem, & conſuetudinem. Contius.

11 † παρεμβολὴν

* Incluſa non ſunt in Græco.

ſphemiam Seueri, qui & ſimilia illis intellexit, aut eorum, qui illos ſequuntur, ſeditionem immittere ſantiſſimis eccleſijs, & loqui aliquid de fide, ſed ſancimus, quemlibet talium ſilentiu ducere, & non conuocare, aliquos ad ſe, neq; accedentes recipere, aut parabaptizare 1 † audere, aut ſacrã communionem ſordidare, & ipſam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, ſiue in hac noſtra Regia, ſiue in alia, ſed omne ſupportare periculũ. ſi quid tale faciet. Interdicimus etiam omnibus iſtos ſuſcipere. Abijci ergo ipſos ſancimus de ciuitatibus abſpſis cõcitatis, ſcientes vltra pœnas iam contentas in noſtris diuinis conſtitutionibus, quæ & domos ipſas, in quibus tale quid fit, & cãpos, ex quibus nutrimenta præbentur, ſanctiſſimis eccleſijs aſſignant, & à poſſidentibus auferunt, & quia detrimenti cã ſunt ſimpliciorib. ſub ſanctiſſimis vero, & orthodoxis eccleſijs hæc iuſtè ducunt eſſe. Hæc pro communi pace ſanctiſſimarum eccleſiarũ ſtatuimus, hæc ſententiauimus, ſequentes ſanctorũ patrum dogmata, vt omne ſacerdotium imperturbatum de cætero nobis permaneat. Quo in pace ſeruato, reliqua vobis exuberabit politia, deſuper pacẽ habens, quã omnibus Magnus Deus, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus Trinitatis vnus, vnigenitus Dei filius, præbeat, ac donet his, qui ſyncere ipſum, & vere glorificare, ac adorare digni habiti ſunt. Cuſtodiat itaque Beatitudo tua, quæ recte adnotata ſunt, & mittat ipſa per ſuas Deo dilectas, literas omnibus Sanctiſſimis Metropolitis ſub ipſa exiſtentibus, quorũ cuilibet cura erit ipſa manifeſta facere ſanctiſſimis eccleſijs ſub ipſis ordinatis, vt neminem ex omnibus lateant, quæ ſacerdotio viſa ſunt, & ab Imperio confirmata. Diuina* ſubſcriptio. Diuinitas te ſeruet per multos annos ſancte ac religioſe pater. Data octauo idus Aug. Conſtantinopoli poſt conſulatum Beliſarij. V. C.

1 † baptizare.

* id eſt, ſequens ſubſcriptio, Diuinitas, &c. ſcripta fuit ſacro encauſto, & propria manu Imperatoris Dñi Iuſtiniani. Cõtius.

CONSTITVTIO XLIII.

De officinis, ſiue tabernis Conſtantinopolitanæ vrbis, & ut mille tantum, & centum officinæ ſacroſanctæ maioris eccleſiæ excuſentur: omnes reliquæ, ad quemcunque dominum pertineant, conſueta obeant munia.

In nomine domini Ieſu Chriſti Dei noſtri.

Imperator Cæſar, Flauius Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Lazicus, 2 † Alanicus, Vandalicus, Africus, pius, felix, glorioſus, victor, triumphator, nunquam non colendus Auguſt. Longino Præfecto vrbi.

2 † Anticus.

QVoniam potentiæ noſtræ ſubditi noſtri, ſiue viuant, ſiue moriantur, curæ ſunt: ne vel graues ipſis ſepulturæ, vel defuncti cognatis damnoſæ exiſtant, propterea & hæc, quæ eorum ſepulturam concernunt, quo conuenit modo, diſpoſuimus. Et quia tam diuæ memoriæ Conſtantinus amplæ huius noſtræ vrbis conditor, quam etiam pientiſſ. Princeps Anaſtaſius, lecticariorum, ſeu decanorum (vt vocant) numerum ad certam menſuram redegerunt, mille & centum tantummodo decanis, totidemque officinis definitis, vt nullo hæ vnquam tempore augmentum reciperent, propterea ſanè cupientes, vt numerus eorum, quos ex vno quoque collegio conuenit eſſe lecticarios, diuæ memoriæ Anaſtaſij formulæ ſubiaceat, firma ea, & fixa manere voluimus. Cæterum quia adeuntes nos almæ huius, & Regiæ noſtræ vrbis collegiati, quorum excellenter, & præ cæteris curam gerimus, potentiam noſtram edocuerunt, magnam, & intolerandam ſe neceſſitatem 3 † ſuſtinere. Sacroſanctam etenim maiorem eccleſiam centum, & mille officinas in fructu habere ab omni vectigali liberas, quas oppidò, quam libenter illi concedant, eo quod ad peragendas in commune omnium hominum exequias proficiant, ſed cætera ſe onera ferre non poſſe. Nam cum plurimæ in alma hac vrbe diuerſarum mercium, & negotiationum officinæ, tabernæque exiſtant, non haſce ſolas (nempe centum & mille) officinas prædictis publicis munijs obeundis exemptas eſſe, ſed ẽt multas ſacroſanctas eccleſias, multa ſacra hoſpitalia, monaſteria, & alias ſacras ædes, quarũ pleræq; prius hæreticis mancipatæ, deinde ad orthodoxam fidẽ reuerſæ ſunt; multas quoq; regias domus, & inſuper Magiſtratuũ, ac Senatorũ, & Illuſtrium, & cubiculariorum à præſtatione vectigalium eximi, harumq; dñs peculiarem ſibi exinde reditum comparare, & oblædere Rempublicam, exemptionũ multitudine rem ipſam anguſtis admodum terminis concludente, vt pauciſſimi exiſtant, qui publica agnoſcant, & ſuſtineant munia, & priores cõtributiones aliquoties in triplo, & quadruplo, hoc tpe etiam decuplo maiores factæ ſint, quamquam Diuus Princeps Anaſtaſius in ſtatuta ab ipſo formula nulli oĩno alij immunitatem concedat, præter centũ, & mille officinas, quæ per cauſam exequiarũ ſacroſanctæ maiori eccleſiæ attributæ ſunt. Ea propter & nos putauimus, tum Proceribus noſtris, & inſuper Beatiſſ. huius almæ vrbis Archiepiſcopo id negotij dandum, vt certo loco conuenirent, & rẽ ipſam examinarent atq; placita ad nos ſua referrent, tam ad Excellentiam tuã pręſenti vtendũ lege, cõfirmantes, ea quæ Anaſtaſio pientiſſ. in hoc Principi placuerunt. Et ſancimus, vt centum quidẽ illæ, & mille officinæ, ſacroſanctæ maioris eccleſiæ occaſione decanorum, ſiue lecticariorum, & ad peragẽdas defunctorum exequias deputatæ, omnibus modis integro numero, & oĩ præſtatione liberæ conſeruentur: præter ipſam nulla alia queute decanum exigere, ſiue ex hæreticis recepta, ſiue quæcunq; ſacroſancta eccleſia. Sed quod nuper conſtituimus, valeat, & octingentæ quidẽ officinæ corpora præſtent, trecentæ autem in exactione pecuniarum cõſiſtant: nã quod exinde corraditur, ad quod proficere cõueniat, ſacra iam noſtra pragmatica forma diſpoſuit. Semperque, quod interdicit, reſtaureturat qua ratione fieri debeat reſtauratio, ſatis p Anaſtaſij piæ memoriæ iuſſiones expreſſum eſt. Hæ igitur vt immunes, & ab oĩ vectigali maneant exemptæ, ſancimus: neq; his ipſis officinis, neq; vectigalia imperantibus collegijs, quæ iſtas prębent, quidquã damni ſuſtinẽtibus, aut vllos titulos 4 † agnoſcentibus. Cæteræ vero omnes huius almæ vrbis quatuordecim regionum officinæ, ſiue ſacroſanctæ alicuius ſint eccleſiæ, ſiue hoſpitaliũ, ſiue monaſteriorũ, ſiue 5 † orphanotrophiorũ, ſiue prochiorum, ſiue alterius cuiuſcunq; dñij, ſiue regiarum domuum, ſiue aliquorum Magiſtratuũ, ampla, media, minutave officia adminiſtrantiũ, ſiue glorioſiſſimorum Senatorũ, ſiue magnificẽtiſs. Illuſtrium, ſiue ſpectabilium cubiculariorum, ſiue aliquorum militijs adſcriptorum: hæ inquã oẽs publica ipſis impoſita præſtẽt vectigalia, & omnia alia tum faciant, tum impleant, quemadmodũ quemq; in ſuo collegio facere, æquum eſt: nemine queũte ea de cauſa inniti priuilegijs, aut eiuſmodi alia vti excuſatione. Neq; n. ſuſtinemus aliorum onus ad alios deferri, aut tam iniquam proponere formulam, vt quotidie vectigalia augeantur, & (quemadmodũ edocti ſumus) quadruplo, aut quintuplo, adeoq; ẽt decuplo maiora irrogentur. cum nihil tã magno ſtudio, tamq; ſerio affectemus, quã ne nouo quiſquam vectigali oneretur. Nouum autem fuerit non tantũ, quod nunc primum impoſitum eſt, ſed etiam quod primum modum excedit. Sed eadem conditione, ac fortuna omnes ſunt, & ſacra hæc noſtra pragmatica forma (quam legem etiã appellare licuerit) contra oẽs cõis eſto, vt omnibus largiatur, quo moleſtia vacent. Neque. n. facilè eam quis ægre tulerit, ſi neminem alium præterea exemptum intueatur: niſi quod in centum, & mille officinis exequiarum defunctorum ratio habeatur, quæ maximæ cõis eſt omnibus, & ex æquo vniuerſis pariata hominibus. Si quis verò conetur excuſatione aliqua vti, & ſeipſum a præſtanda alleuiare contributione, & aut non committere, quò magis ab inquilinis ſuis exigatur, aut præſtare ẽt patrocinium, ſiue militare, ſiue ciuile, ſiue eccleſiaſticũ, ſiue quod cunque tandem, in vniuerſum officinæ dominio excidito, eſtoque ipſis publica, toti addicta collegio. Eo enim pacto & cautiores erunt, & vetita non attentabunt. Porro ſi minutatim, & pariter in omnes vectigalia diſtribuantur: non ſolum paululũ erit, quod præſtitum fuerit, ſed & tanto moderatius, leuius, tollerabilius, faciliusve, quod cõfertur, exiſtet, quanto à pluribus colligitur. An vero non multo abſurdiſſimum fuerit, homines proprijs laborãtes manibus, & vxores, ac liberos alentes, & reliqua denique vitæ neceſſaria inde adquirere ſatagentes, etiam nũ maio-

3 † vlaþra ſualai.

4 † τίτλους ἐπιγινωσκόντων.

5 † ἢ τῶν ὀρφανοτροφείων ἢ τῶν βρεφοτροφείων ἢ τῶν πτωχείων.

ſibus onerare vectigalibus? & quanto plures inter alleuiatas referuntur, tanto etiam maiores exinde læſiones aborti? idq; onus infinitum ſit, neq; poſſit vllum habere terminum? Hæc nos omnia prohibentes, ſacram hanc pragmaticam formã proponimus, amiſſionis pœnam ſimiliter omnibus ordine ſubditis, interminantes, ſi ex quoquo collegio imperitantes ſolita illa, & ab initio ſtatuta vectigalia percipere prohibuerint, aut vectigalia conẽtur in 1 † penſiones priuatas cõuertere, ſed quiſq; pro ſe quidem penſionũ illatione perfruitor, officinas autem, ſeu tabernas ſolito, recepto'q; more contributiones agnoſcere concedito. Quemadmodum. n. quiſq; pro ſe rebus ſuis proſpicit, ita & nos neceſſe eſt ei, quod amplæ, & Regiæ huic vrbi expedit, & confert, nutanti quodammodo & iam lapſuro manus porrigere, neq; n. aliter, quæ publicè expediunt, progreſſus 2 † habitura ſunt. Nemo itaq; ex his, qui tali hactenus onere liberati, quiq; hucuſq; id ferre coacti ſunt. † Quæ igitur nobis placuerunt & ſacra hac exprimuntur lege, ea Excellentia tua, imo non ipſa tantum cuſtodies, ſed & quicunque poſt te idem officium ſuſceptum ſunt, & obtemperans tibi cohors, iam inde in omne reliquum tempus cuſtodiet. Die 15. Kalen. Iun. CP. poſt Bilii. V. C. Coſ. anno. 1.

1 † τὰς συντελείας.

2 † προβαίνειν τὰς τοιαύτας βαλόντος ἀπαλλαττομένων τὸν μέχρι νῦν ἀνεγείρειν ... ἐκ ... ἀναλόγως ... [illegible]

CONSTITVTIO XLV.

Ne Iudæi, Samaritani, & Hæretici per cauſam religionis, & cultus ſui curiali fortuna liberentur, ſed cum curialibus muneribus ſubdantur, priuilegijs eorum non perfruantur. Item ut iidem poſſint contra orthodoxos, qui curiali fortunæ ſubditi ſunt, teſtimonium dicere, ut qui præclare, pro orthodoxa Republi. teſtimonium perhibeant.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni præfecto prætorio, iterum Exconſuli, & patritio.

RElulit nuper viuo apud nos ſermone Excellentia tua, pleroſque inter decuriones Iudæos fortè, aut Samaritanos, aut Montaniſtas, aut alioqui deteſtandos eſſe homines, quos nondum ne nunc quidem recta noſtra, & inculpata fides illuminarit, ſed in tenebris reſideant, neque illorum animi vllo verorum myſteriorum ſenſu tangantur. Item quia hæreticos odio proſequimur, quod per hanc cauſam, & prætextum petierint curialibus ſe liberari muneribus, & quomodo conueniat ea, quæ illo pertinent, diſcernere. Cæterum vehementer mirati ſumus, quod eiuſmodi illorum rationes prudentia, & ingenij tui acumen ſuſtinuerit, ac non protinus eos, qui talia proferrent, diſcerpſerit. Nam ſi vlli ſint homines, qui per extremam improbitatem illis ſe dignos eſſe muneribus arbitrantur, quæ ſummis tantummodo dignitatibus reſeruauimus, quis 3 † non perditiſſimè eos oderit? Vnde nobis ſunto decuriones, quemadmodum, & cohortalibus, † vt iam ante legibus expreſſum eſt, neq; vllum religionis cultu tali eos fortuna eximito, nihil enim horum neq; antiquior aliqua, neque recentior lex protulit. Indigni tamen in vniuerſum omni curiali exiſtunto honore. Et quia multa leges decurionibus priuilegia tribuunt, tum ne ictus fuſtium illis inferatur, tum ne velut ſordidati rei ſiſtantur in iudicio, neve in aliam ducantur prouinciam, & infinita alias nullo horum perfruuntur. Imo ſi quid omnino de decurionibus ſcriptum eſt, cum per priuilegia illis gratia non fit, hoc & in illis obtineto, & implento tam perſonalia, quam patrimonialia munera, neq; eos lex ab his eximat, honore autem nullo perfruuntor, ſed fortunam ſuſtinento cum infamia, qua etiam animum notatum eſſe voluerunt. Atque ita ſanè de hoc ipſis diſponitor.

3 † τῆς οὐκ ἂν αὐτῶν ... καὶ ... βουλευτικῶν ... οὗτοι ... οἱ ... καὶ ταῖς ... [illegible]

ENIMVERO & illud nobis quæſtione tibi dignum viſum denunciaſti. Ex quo. n. hæreticos à dicendo teſtimonio arcuimus, in quibus cauſis orthodoxi inter ſe litigant, permittentes illis in noſtra conſtitutione, ſi quidem qui inter ſe miſcẽtur & litigant, vterq; hæreticus ſit, tam actor, quam reus, vt poſſint teſtimonium dicere, cũ alter altero ... ſiue litigator, ſiue teſtis, & rurſus ſi hæreticus ſit, & orthodoxus, vt contra hæreticos quidem nimis, quam teſtimoniũ perhibere poſſint, de orthodoxis non itẽ, litigatoribus vero vtrinq; orthodoxis exiſtẽtibus, vt nullus oĩno illis ad teſtimoniũ dicendum pateat aditus. Inde adeò docuiſti nos, quod quidam cũ orthodoxi ſint, inficient ſe curialis eſſe fortunæ, & neceſſe ſit, vel genere illis cõiunctos, vel qui alioqui de illorũ fortuna habeant notitiam, in teſtimoniũ produci, & quia lex de orthodoxis prolata hæreticorum teſtimonia arcet, propterea iudices vereantur hęc admittere. Atqui inani ſolicitant metu, qui iſtiuſmodi teſtimonia ſuſcipere recuſant: primum quidem, quia pro orthodoxis interponuntur, id, quod leges hæreticos facere non vetant: mox ſi quis eos, qui decuriones ſunt, tenuẽtes deinde conditionẽ, ad curiam retrahant, & hæreticos in teſtimoniũ aduocet, quõ pro noſtra hoc Republica nõ facit? vt ipſa quidem Reſpublica litigatoris locum teneat, orthodoxa exiſtens, & maxime ab eo tẽpore, quo Deus illi nos imperare permiſit: qui vero eo nomine teſtimonium dicũt pro orthodoxis teſtificentur. Si quidem noſtra Reſpub. recta eſt, & orthodoxa iam imbuta fide, oĩa alia hæreſi exoſa. καὶ τοῦτο τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ παραφυλαττέτω τὸν ἡμέτερον γινώσκουσα νόμον καὶ τὸ τῇ πολιτείᾳ συμφέρον ... καὶ ... ὡς ... καὶ πράττειν ... ἡ ... Die 15. kal. Sept. CP. V. C. Conſulatum.

NOVELLA XLIX.

De appellationibus ex quinque Prouincijs, nihil præter titulum reperi. In editione quoq; Scrimgeriana notatur eandem eſſe cum nouella XLI. ſupra.

CONSTITVTIO LIX.

De impenſis, quas fieri oporteat in defunctorum funerationibus.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli, & Patritio.

SI quidquid vſquam eſt bonorum operum, id oportet (volente Deo) per nos initium capere: conueniet itẽ, vt ea bona, quæ per alios cęperũt, ſi his immineat exitium, per nos denuo reſtaurentur, & in veterem reducantur ordinem, ut ſemper nobis, vel ipſa rei confectione, vel reſtauratione ad præclaras actiones contendendi facultates adſint. Cuiuſmodi ſanè quiddam cũ & in defunctorũ fenerationibus perperã adminiſtretur, corrigere id viſum eſt, & hominibus exinde largiri, ne geminam incommoditatem ſuſtineant, tam ſuos amittentes, quam etiam illorũ nomine ſubeuntes diſpendia, ſed quod D. Princeps Conſtantinus rectè excogitatum diſpoſuit, & poſt modũ Anaſtaſius piẽtiſs. Princeps cõfirmauit, adiecto inſuper & reditu, id nos ruinã minitans reſtaurare ſimul, & vndiq; ad ſtabilitatẽ redactum conuenientibus adſtringere iuramentis properamus, efficiẽtes ea re, ut immortale permaneat. Nã eum pientiſs. Princeps Conſtantinus nongentas quinquaginta officinas, 4 † ex diuerſis collegijs huius almæ urbis ſacroſanctæ maiori eccleſiæ cũ immunitate dederit, Anaſtaſius quoq; item pientiſs. Princeps non ſolum officinis illis centum quinquaginta alias appoſuerit, ſed etiam pro liberalitate ſua per duas pragmaticas formas certum reditum conſtituerit, ut aurum, ex eo reditu redactum in eam ſummam proficiat, quæ à Dei amantiſs. œconomis datur his, qui circa hoc laborant: multi undiq; nos adierunt, dicentes rem non procedere æquabiliter, neq; defunctorum funerationes abſq; pacta mercede celebrari, quin potius amarulente mercedes exigi, multa etiam extrinſecus inueniri nomina, & collegia, quæ uel in medio luctu ab inuitis exigant, & eos, qui dare nõ poſſint, ut dent, vi compellãt. Hæc nos conuenienti correctione dignari, iuſtum putauimus. 5 † Inde adeo primum omnium ſacroſanctæ maio-

4 † in Græco, ἑκατὸν ... κέντα, ut & in l. 4. C. de ſacroſan. eccleſ.

5 † Capit.

ſi eccleſiæ officinas magnam iacturam, & deminutionem perpeſſas, ad integrum numerum reparauimus, conſcripta de hoc ſacra forma ad præfecturam vrbicariam, vt omnibus modis ea vna cum obſecundante illi cohorte mille, & centum officinas Dei amantiſſ. Defenſoribus, & œconomis prædictæ ſacroſanctæ eccleſiæ tradant, octingẽtis quidem officinis cum corporibus præbendis Dei amantiſſimis Defenſoribus, trecentis vero pientiſſimis erga Deum œconomis, ut Dei quidem amantiſſimi œconomi trecentas illas officinas, & reditũ ab Anaſtaſio ſacratiſſimo Principe donatum in fructu habeant, nihil amplius ob deminutum conquerentes numerum, ſed in ſupplementum habentes quæ præbent trecentæ officinæ, tam decanis, quàm reliquis ſumtibus menſtruarum præſtationum erogationẽ faciant: Dei vero amantiſſimi Defenſores ad manum habentes octingentas officinas, tam lecticarios (vt vocant) exibeant, quam reliquum miniſterium, quod defunctorũ exequiæ requirunt, ſufficiant: quo magis ea re defunctos à
3 † Cap.2.
damno afferamus, & iniuria. 1 † Eas igitur prædictas mille, & centum officinas Dei amantiſſimis œconomis, & Defenſoribus abſque vlla temporis præfinitione cum immunitate, & citra deminutionem cuſtodiri, & ſi quocunque modo aliqua intercidat, lumenve, aut commercium à glorioſiſſimo huius almæ urbis Præfecto ſuppleri, recuperarique oportet: vt Dei quidem amantiſſimi œconomi, fundorum qui ſepulturis attributi ſunt, adminiſtrationem habẽtes, item & a vectigalium præſtatione immunes trecentas officinas, Defenſores vero octingentas alteras, vtrique defunctorũ exequias ritè gubernent. Omnimodo ſanè quod ex annuo fundorum reditu prouenit, à Dei amantiſſimis œconomis in ſepulturarum vſum conferatur, quemadmodum inferius in progreſſu dicemus, apponentes nonnihil de trecentarum officinarum reditu, prout de facto hi à nobis capere petierunt. Ac quoniam de mille, & centum officinis, quæ in alma hac vrbe ſunt, pleræque interciderunt: præcipimus in præſens, vt hæ ſuppleantur, & Dei amãtiſſimis œconomis, pientiſſimiſque erga Deum Defenſoribus (quomodo à nobis dictum eſt) mille & centum officinarum numerus indeminutus, & ſimpliciſſimè diuiſus conſeruetur, ne quo pacto pauciores decani ſiue copiaſtæ, quam octingenti, Dei amantiſſimis Defenſoribus attributi ſint: pro trecentis autem illis, quæ Dei amantiſſimis viris (œconomis) adſignantur, ſiue officinas in corporibus percipere velint, vel omnes, vel quaſdam ex his, ſiue ferre per cauſam (vt vocant) excuſatarum officinarum, vel omnium, vel quarundam pecunias, inſumantur & hæ circa defunctorum exequias, vt ex his pecunijs, ſimul & fundorum prouentibus diſtributio fiat in decanos, aſcetrias, canonicas, acoluthos, & alios prout inferius in progreſſu conſtituimus. Nam cum digeſtis in ordinem rationibus Dei amantiſſ. œconomi oſtenderint impoſſibile eſſe, vt ex fundis de cætero idem reditus colligatur: merito trecentarum nos officinarum additamentum huic parti attribuimus, vt quod hactenus circa cadauerum elatinorum laborantibus dabatur, circa reprehẽſionem deinceps quoque præbeatur, per ſingulos, ſcilicet, menſes, tam decanis, & acoluthis, quam canonicis, & aſcetris, & alijs pro conſuetudine hactenus apud ipſos obtinente, hoc eſt, decanis quidem per ſingulos menſes ſolidos 72. aſcetrijs, & acoluthis, ſolid. 91. & canonicis ſolid. 36. qui quidem ab ipſis Dei amantiſſ. colligantur œconomis, ſoluantur vero per ſingulos ſex menſes, quibus & antea percipi conſueuerunt.
3† Cap.3.
2 † Oportet autem, eam quidem auri partem quæ aſcetris competit, à Dei amantiſſimis œconomis, prædicto termino dari Eugenio Dei amantiſſ. diacono, & ipſius Sãpſonum religioſæ memoriæ Xenonis, aliorumque nobis illi commendatorum xenodocho, & qui vnquam ipſum Dei amantiſſ. horum xenonum xenodochi ſecuturi ſunt: propterea quod aſcetriæ, quæ in hunc vſum adhibentur, & miniſterium præſtant, ſub prædictorum venerabilium xenonum pro tempore xenodochis cenſeantur: alteram verò illam quæ tam acoluthis, quam reuerendiſsimis canonicis competit: continuiter ab ipſis Dei amantiſsimis œconomis dari his, qui & modo illis præfecti ſunt, & qui pro tempore vnquam in illis principatum obtinent, vt per ipſos ante deſignatis: & ſub ipſis cenſitis aſcetris, & canonicis, & inſuper etiam acoluthis diſtributio fiat. Si verò moram circa eiuſmodi ſolutionem admittant Dei amantiſs œconomi, idque clarum exiſtat, fortè ſex alteris iam menſibus poſt prius ſemeſtre decurrentibus, cum nulla adhuc ſolutio facta ſit: tunc quidquid poſt prius ſemeſtre debitum fuerit, hoc à Dei amantiſs. œconomis exigatur cum trientibus vſuris legitimæ centeſimæ: prouidentiam in hanc rem collocante religioſis: pro tempore Archiepiſcopo, & Patriarcha ſacroſanctæ in hac alma vrbe maioris eccleſiæ. 3 † Si vero & alter annus prætereat, & ne tum quidem aliquid Dei amantiſs. œconomi ſoluerint, ſanctiſs. 3 † Cap [illegible]
pro tempore Patriarchæ licentia ſit non ſolum quod Reuerendiſs. mulieribus, & prædictis decanis debetur, à Dei amantiſs. œconomis cum præfatis vſuris exigere, ſed etiã ipſos cogere, ut omnia, quæ deputata ſunt, præſtent, & ſi Sanctiſs. Patriarcha voluerit, vt etiam ſolicitudine fundorum ipſos eijciat, & repetat horum inſpectionem, quemadmodum modo apud ipſos eſt: his omnibus curam impertiente Beatiſsimo pro tempore Archiepiſcopo huius almæ vrbis, & vniuerſi eius tractus Patriarcha, ſub cuius tutela, & ditione cenſentur & Dei amantiſs. œconomi, & vniuerſus clerus, & totus ſacroſanctæ eccleſiæ ordo. His ita euenientibus, nemo omnino ab inuito pro curato demortui corpore quidquam auferat. Sed vt totum diſcernamus, ſancimus, vt unicuique feretro, quod gratis conceditur, vnum accedat aſcetriarum, aut canonicarum aſceterium, non minus octo mulieribus feretrum præcedentibus, & pſalentibus, & tribus acoluthis, qui nec ipſi quidquam accipient: quis vero ex defuncti cognatis, & adfinibus, qui elationem procurant, velit ſua ſponte, nemine cogente, aliud inſuper aſceterium, uel unum, uel duo, vel plura aſſumere, eſto illud quidem in ipſius poſitum munificentia. Cæterum neque hoc indeterminatum relinquimus, eandem hic quoque menſuram in aſcetrijs, canonicis, & acoluthis, qui per munificentiam aſſumuntur, eſſe volentes, quam ſupra definiuimus: ne pauciores ſcilicet, quam octo aſcetriæ, vel canonicæ, ex vnoquoque aſceterio aſſumãtur, & tres ad vnumquodque aſceterium acoluthi. 4 † Dentur autem aſcetrijs, ſiue canonicis, 4 † Cap.4.
quæ vltra id ipſum aſceterium, quod gratis miniſterium funerationi præbet, aſſumuntur, ſi quidem intra nouos muros huius almæ vrbis elatio peragatur, vſque ad tres ſolidos nihil ex hoc penitus auferentibus acoluthis, neque patientibus iſta cum Reuerendiſsimis aſcetrijs, & canonicis ſed acoluthis, qui poſt tres illos gratis funerationi miniſtrantes aſſumuntur, ſi quidem tres alij ſint tribus ſiliquis contentis, ſi ſex, ſiliquis ſex: vt ad eum modum, quæcunque hoc concernunt, ita deinceps gerantur ordine. Illud ſanè manifeſtum eſt, ſi maius interuallum ſit, & qui feretro inſeruiunt decani, plures ſint, & plura aſceteria: quod propter huius pondus, & ipſis paululum dabitur, 5 † ad ſimilitudinem aſcetriarum, quæ circa funerationem laborem ſuſtinent, vt propter diſtantiam, & ipſi copiaſtæ † videantur exinde nonnihil habere ſolatij, uideantur autem † intra nouos muros, & terminum Iuſtinianeum, & Ficus quandoquidem non longe diſtant, neque opus longiore tempore, maioreve labore, ut illo perueniatur. Si uero extra nouos muros huius almæ urbis, aut ad alios terminos, quàm dictum eſt, elatio fiat: tunc aſcetriæ quidem, ſiue canonicæ tres, & dimidium ſolidum percipiant, neque hic quidquam omnino communionis habentibus acoluthis: ipſis autem acoluthis ad ſingula aſceteria quaternas auferentibus ſiliquas, & præterea nihil: ſecundum prædictam diuiſionẽ aſceterio cum tribus acoluthis feretrum gratis præbitum ſequente, & omnino illi accedente per octo aſcetrias, ſiue canonicas, & tres (ut dictum eſt) acoluthos, nihil prorſus auferentes, aut per dationem cetcorum exigentes, aut ſub alio uelamento quẽcunque exactionis modum excogitantes. 6 † Hæc autem 6† Cap.6.
omnia de his tantum definimus, qui non per ambitionẽ, & munificentiam magna illa duo feretra in pretioſarum rerum theſauro recondita, nempe glorioſæ memoriæ Studij, & magnificæ memoriæ Stephani requirunt. Si quis enim illa habere cupiat, vt quæ multis hominibus indigeant, & maiorem cuſtodiam, atque in ſumma plenam negotij adſeruationem deſiderant: hoc prædictis non connectimus, ſed quaſi qui ambitioſius mortuos ſuos efferri geſtiant, quidquid pro labore ſe decanis, aut Reuerendiſſ. aſcetrijs, aut canonicis daturos compromiſerint, tantum & præſtent: vt tamen id ipſum in duobus ferretris Studij, & Stephani duodecim ſolidorum quantitatem excedere nequeat. Pro eo uero, quod auro intertextum eſt, quod in ſacroſancta maiore eccleſia reponitur, ſi quidem uno ſolo in eius locum (ut probabile eſt) apparando,

5 † Id eſt qui offerendis defũctorum cadaueribus laſsitudinẽ quandam contrahunt.

quatuor ſolidos: aſcetrijs autem, ſiue canonicis, ſiue acoluthis, duplo maiora, quàm ante de ijs præfiniuimus, ferentibus, vt uidelicet ipſum quoque aſcetriarum, ſeu canonicarum aſceterium, quod gratis cætera feretra præcedit, eandem quantitatem percipiat, quam & reliqua aſceteria. Eodem hoc, quod prædiximus, & in acoluthis obſeruando, vt & in duplum eorũ quæ iam à nobis conſtituta ſunt, auferant: nimirum ſi id, in quo funeratio peragitur, unum de tribus illis feretris ſit, hoc ſcilicet uolente eo, cui funerationis cura incumbit: neceſſitatem, ſcilicet, tantummodo habentibus Dei amantiſſimis Defenſoribus, ut decanorum corpora ex octingentis illis officinis, quas ipſis adſignauimus, & item feretra exhibeant, non autem, ut ſumptum aliquem impendant. Dei uero amantiſſ. œconomis cogendis, ut tam ex reditu à ſacratiſſ. Principe Anaſtaſio relicto, quam ex trecentis officinis in prædictas perſonas; ſecundum à nobis in omnibus conſtitutam diſtributionẽ, omnes præfatas impenſas faciant. Ita nihil indeterminatum erit. Sed & qui moderatiores ſepulturas fieri uolunt, ex hac diſpoſitione fructum capient, & qui ad ambitionem reſpiciunt, non perinde magnis inuoluentur diſpendijs, ſed intra certum modum munifici erunt. 1 † Hæc nos igitur tam de officinis, quàm reditibus, & funerum elationibus, ſiue gratis, ſiue cum quadam ambitione peragantur, definiuimus.

1 † Cap. 7.

Vt autem officinarum numerus nullo unquam tempore deminutionem patiatur, cuſtodes eius rei cõſtituimus, non tantum glorioſiſſ. huius almæ urbis Præfectum, & obtemperantem illi cohortem, ſed etiam multò magis Excellentiam tuam, & qui unquam hoc dignitatis faſtigium, cui tu modo præes, tenuerint. Et inſuper pœnam cohorti tuæ quinquaginta pondo auri irrogamus, ſi negligentius egerit: item duplicem contra eos, qui unquam thronum tuum ſuſcepturi ſunt, quo minus committant, ut ſecundum à nobis dictam diuiſionem mille & centum officinarum numerus deficiat. Sed ſi hoc doceatur; ut uel ipſe, uel ſucceſſores tui, in hanc rem prouidentiam conferatis, procuretiſque, ut per omnia is ſine diminutione, ſine onere, ſine machinatione aliqua, tum per Excellẽtiam tuam, tum per quamuis aliam perſonam permaneat: ne exinde noua oboriatur occaſio, ut præter definitionem noſtram denuo merces pro perſonæ alicuius funeratione dãda ſit, nulla inter defunctorum perſonas diſtinctione introducenda, ſiue diuitijs affluant, ſiue premantur inopia: niſi forte (ut diximus) unum ex tribus illis feretris deligant, in quibus & ipſi conuenientia diſpoſuimus.

Voluimusque illa & ad hunc obtinere modum, & abſq; præfinitione temporis immota manere, & æterna. Atque ſacra hac pragmatica lege in perpetuum ualẽte, quamdiu homines ſunt, quamque diu magnum illud, & longe celeberrimum Chriſtianorum nomen inter homines habebitur, quotidie etiam Domini Dei benignitate incrementum accipiat: huic uidelicet negotio præ cæteris omnibus ipſo religioſiſſ. Patriarcha huius almæ urbis proſpiciente: ne hac cauſa pro ſacerdotali poteſtate uſus committat, ut ab ulla perſona, vel ſacerdotali, vel Magiſtratu decorata, vel quacunque in noſtra delinquatur conſtituta. Sed & vt ipſa Maieſtas Imperatoria in tam amplam dignitatis, & honoris ſedem conuerſis oculis, quicunque tandem Imperij ſceptra tenebit, huic rei prouideat, decernimus. Neque enim pro defunctis tantum iſtud, ſed etiam pro viuentium, adeoque imperitantium ſalute eſt, vt omnimodo piæ actiones ad effectum deducantur, neque præclara maiorum inſtituta per negligentiam poſterorum depereant. Quemadmodum autem centum illas, & mille officinas indeminutas, & immunes cuſtodiri diſpoſuimus, ita omnes reliquas officinas præſtandis vectigalibus ſancimus eſſe obnoxias, nemine omnino licentiam habente, vt eas eximat, ſiue ad ſacras ædes, ſiue ad xenonas, ſiue ad aſceteria, ſiue monaſteria, ſiue quodcunque aliud, ſed neque ſi ad Regias noſtras domus, vel Magiſtratu, aut potentia præditos pertineant, ſed ex æquo omnibus officinis vectigalium præſtationem agnoſcentibus: ne ſi paulatim vnuſquiſque excuſetur, & quiſque ſua releuet, paucis quibuſdam, cui relinquantur, totum præſtationum onus imponatur, & magnum exinde diſpendium ſuſtineant hi, qui id ferre nequeant. Quæ igitur per præſentem ſacram pragmaticam formam nobis placuerunt, ea tam Excellentia tua, quam qui poſt te eundem Magiſtratum ſuſcepturi ſunt, & obtemperans tibi cohors, cuſtodient. 2 †

2 † Dat. 11. Non. No. CP. DN. Iuſtin. PP. A. An. 11. poſt Beliſ. V. C. Cõſ. 12.

NOVELLA LXII.

De conſultationibus.

Deeſt in Scrimgeriana edit. & eſt mutila apud Haloandrum. Integrior meius ep.tomen ſubieci ex manuſcripta Iuliani 3 † epitome quam aliquando mihi commodauit noſter Cuiacius.

3 † apud quẽ eſt cõſtitut. 55.

A Nte * de his ipſis, &c. In conſultationibus non tantum Imperij Proceres, & ſummi Magiſtratus, ſed etiam totus Senatus conuenito: proponuntur quoque in medium ſancta Euangelia, & quæ ordinis decreto placuerunt, referuntur ad Maieſtatem Imperatoriam. Agat autem Senatus conuentus in Hippodromis. Vrbicaria Præfectura omnibus alijs præſideat dignitatibus, id eſt, anteſedeat, & poſt Præfectum cæteri patritij numerentur. Et conſules quidem, & qui inter eos conſularibus inſignibus decorantur, ſecundum conſulatum ordinem, & prærogatiuas conſulatus ſui ſedeant, vt tamen anteponantur ordinarij conſulares honorarijs conſularibus, & poſt hos 4 † tam conſularium præfectorum quàm magiſtrorũ militum illuſtrium virorum ordo ponatur: omnes autem iſti liberam habeant facultatem in Senatu ſententiam dicere. Qui autem propter cingulum Magiſtratus Senatoribus cõnumerantur, 5 † etiam poſt depoſitionem cinguli ſui inter Senatores connumerentur. Liceat autem illuſtribus viris patritiatus codicillos accipere, quamuis neque conſulares, neque Præfecti facti ſunt: quod non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in præterito conſtitutio relaxauit. Illud autem certum eſt, quod tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare compellantur. Omnibus alijs ex cõſuetudine ſportulis dandis, in ſua firmitate durãtibus. Qui autem præſentem conſtitutionem non obſeruauerint, pœna 50. librarum auri plectentur: quę pœna non ſolum violatoribus ipſius conſtitutionis imminebit, ſed etiam alijs, qui violari eam conſenſerint 6 † P. P. Menſe Ianuario poſt Conſulatum Baſilij V. C. anno. II.

* Vide Iuliani epitomen multo pleniorem.

4 † patritios autẽ.

5 † honoratus.

6 † conceſſerunt.

CONSTITVTIO LXIIII.

D hortulanis.

Imperator Iuſtinianus A. Longino glorioſiſſimo Præfecto huius almæ vrbis.

PROOEMIVM.

M Vltæ vndique, & longo iam tempore contra huius almæ vrbis, & ſuburbiorum eius hortulanos querelæ ad nos deferuntur, omnibus indigne illorum improbitatem ferentibus. Quæ vero tenus tantur, ad hunc ferme modum ſe habent. 7 † Aiunt eos, qui æſtimandis rebus præpoſiti ſunt, vt plurimum de collegio hortulanorum eſſe, & rem intolerabilem patrare. Nam cũ horti dominus conductionem ſubeunti hortulano eum tradit: nihil aliud æſtimare, quam inſitum olus, & in 8 † gratiã accipientis hortulani, ſiue conductoris eius æſtimationem tantum vtcunque conglomerare, & celebrare, velut per auerſionem: ſimul atque vero conductor ſub finem ſtatuti temporis domino eum redditurus eſt, cũo demum ipſos ſubtiliſſimam oleris æſtimationẽ facere, eamq; vel in ſexcuplum, & numeroſiorem inſuper ſummam afferre: vt ſi quinquaginta illi aureis æſtimandum olus ſit, non minus trecentis, aliquando etiam amplius hoc æſtiment. Neque intra hoſce duntaxat terminos inexplebilem illam auaritiam conſiſtere, ſed multo etiam his eos maiora facere, dicentes ſtercus ſe ſolo miſiſſe, & præterea quaſdam habere meliorationes, ſeu emponemata, atque ea occaſione æſtimationem ipſos extollere, & producere ad quantamcunque ipſi ſummam velint, pro æſtimatione denique inſitarum (vt veriſimile eſt) arborum, noua augmenta facere: quamuis cum à dominis ſuſciperent, nulla omnino eius pretij ratio putata ſit, præſertim hortulanis, vt plurimum per pacta conuenta profitentibus, curam ſe habituros, inſita-

7 † Cap. 6.

8 † [illegible]

inſitarum arborum, & in locum demortuarum alias ſupplantaturos. Sed probabiliter compendij ſui cauſa æſtimandis rebus præpoſitum id genus inſatiabilis auaritiæ importare, tanquam qui paulo poſt futurum arbitretur, ut conſimile quiddam in ſe quoque experiatur. Vt ſi per imperitiam miſer ille dominus hanc perſoluere, & unà cum re ſua diſpendium recipere ſuſtineat, mox alteri hortulano hortum elocet, & per illum idem patiatur, & inſuper in tertio, & item quarto æqualem auaritiam experiatur: periculum ſit, ne prorſus ipſo horti dominio excidat, & a proprijs rebus alienus fiat, illi vero ad improbitatem maiorem etiamnum acceſſionem faciant. Nam ſi hortulanus, qui poſtea in conductionem ſuccedit, aliquid priori reditui apponat, exigit & ipſe, finita huiuſmodi conductione, illius æſtimationem, quaſi illa ſua melioratione acceſſerit: quam quam ea planè acceſſio non ex diligenti eius cultura facta ſit, ſed forte initio, uel præpropera feſtinatione locatorum, uel etiam ſocordia depauperantibus 1 † (ſi modo conuenit) elocatione facta. Quæ omnia nobis longè omnem uidentur ſuperare malitiam, & audaciam, quam etiam reprimere uolumus per Excellentiam tuam, ſacræ huic noſtræ pragmaticæ attendentem legi, & quomodo hortulanus à domino hortum ſuſcipit, eo modo eum, & reſtituere: ſi quidem olus habeat, cum hortulanus eum ſuſcipit, & eius æſtimatio inita ſit: conſimiliter & in reſtitutione exactam oleris dumtaxat æſtimationem recipi, ſi non habeat, ſed nudum hortum ſuſcipiat, ſiue cum ſterquilinio, ſiue abſque eo: ita quoque reſtitutionem fieri. In ſumma talem ab hortulano rationem in reſtituendo obſeruari, qualis fuit cum ſuſciperet, nulla extrinſecus alia læſione domino inducenda.

1 † Sunt qui ita ſine aſterico legant, uel etiã ſocordia, vt potè qui minoris, quẽ oportuiſſet, elocaſſent.

Ipſam uero olerum æſtimationem non tantùm ab hortulanis celebrari, ſed vnà cum his, quos Summarios appellant, quique harum rerum peritiam habent, propoſitis, uidelicet ſacris eloquijs.

Neque enim uolumus, ut per improbitatem, & inexplebilem auaritiam eorum, qui conducto accipiunt, dominis ſuis poſſeſſiones inutiles ſint. His igitur de cauſis congregatis ipſis, qua fini ſe gerere debeant, præſcribes: neque committes, ut damnum aliquod poſſeſſoribus, irrogẽt, ſed ex omni parte eos illæſos, indemneſque conſeruabis. Volumus etenim in æquali menſura conſiſtere tam quæ à dominis ad hortulanos, quàm quæ ab hortulanis ad dominos perueniunt: eo quod undique nobis æquitas, & ne alterutri parti iniuria inferatur, curæ eſt. 2 † Si quis uerò rudem, & incultam terram elocet, ille uero ad cultum ipſam perducat: mercedem, vtique pro terra rudi exculta auferat, & oleris, quod inibi fuerit, æſtimationem. Atque ita ſine negotio res procedat, nulla exuperanti auaritia, nulla per fraudem arte, ne in hac quidem parte excogitanda, quo magis per ſacram hanc noſtram pragmaticam legem, & futuram ab Excellentia tua ex ipſa formulam, de cætero à moleſtijs per id genus homines mouendis uacui permaneamus, neque inter cæteras noſtras pro Repub. curas, huiuſmodi etiam ſollicitudines animum noſtrum ſubeant; cum alioqui nullam modo Reipub. noſtræ partem, ſiue paruam, ſiue magnam, à ſollicitudine noſtra ſecluſam habeamus, & ſepoſitam, omnia mentis oculis perluſtrantes, nihil inornati, nihil inordinati, nihil controuerſi permanere cupientes. Interminabis inſuper & pœnam quinque librarum auri tam his, qui tale quiddam de cætero peregerint, quàm qui peragi permiſerint. Dic 16. Kal. Auguſt. C.P. Impe. D.N. Iuſtin. PP. A. anno 12 Ioanne V.C. Coſſ.

2 † Cap 11.

CONSTITVTIO LXV.

De his, quæ relicta ſunt eccleſiæ Myſiæ.

SCimus antea legem &c Relicta eccleſiæ Myſiæ ad redemptionem captiuorum, & pauperum ſuſtentationem, uenduntor, ſi longius ab eo loco in ædibus, aut uineis conſiſtant, ut tamen qui ea reliquit, ex uenditione relictorum iuſſerit erogationem fieri. Is, qui in iure poſtulatur, ſi ſe abſentet, condemnator, uidelicet malam rem agens, quod conteſtata lite, & legitime uocatus, non obtemperauerit PP. menſe Aprili, anno Imperij D. Iuſtiniani 12. Ioanne V.C. Coſſ.

NOVELLA LXVIII.

Vt conſtitutio Sacratiſſimi Imperatoris de ſucceſſionibus nuptialium 3 † lucrorum, quę apædiæ, ideſt non extantum liberorum lucra introducit, obtineat in his factis, quæ acciderunt poſt cõſtitutionem: in his autem factis, quæ ipſam præceſſerunt, Leonis conſtitutio locum habeat. Antonio Contio interprete.

3 † In editiõe ſtringe erat γαμικῶν, ſed nõ dubitaui emendare γαμικίων.

SCimus Leonis piæ memoriæ conſtitutionem de his ſcriptam, * qui ad ſecundas perueniunt nuptias, ſiue uiri ſint, ſiue fœminæ, & nuptiale lucrum procreatis ex illo matrimonio liberis ſanctè 4 † cuſtodientem, & eum, qui ita lucratur, ſolius uſusfructus dominum facientem, dominium autem illis conſeruantem, & iubentem, ut ſi quidem filij, uel nepotes moriãtur nullo ſuperſtite, per quem, qui ad ſecundas nuptias tranſijt, dominio priuetur, tunc immota, & ſolida apud lucrantem etiam perueniat dominij vtilitas, ipſam nos nuper correximus, alia 5 † quidem ſtatuentes, uolenteſque, ut hæredes mortuorum liberorum, ut nepotum, ſiue parentes, ſiue alij quicunque ſint, habeant inde aliquod ſubſidium, lucrenturque etiam iure dominij per eorum mortem, quantum ex pacto non exiſtentium liberorum erant lucraturi, reliqua uerò pars ad hæredes filiorum uel nepotum, qui mortui fuerunt, perueniat. nihil enim a nobis occaſione uſusfructus immutatum 6 † eſt. Hæc itaque & nunc, & in omne tempus obtinere uolumus, præterquam in his filijs, qui mortui fuerint ante noſtram conſtitutionem. Poſtquam enim præuenit lucrum ſolidum iam adiectum ei, qui ad ſecundas peruenit nuptias, liberis ante legem mortuis, ne quicquam laborauerit noſtra lex circa ea, quæ lex piæ memorię Leonis anteuertens ſub ſuam redegit poteſtatem. Itaque non ſolum filijs, aut nepotibus non exiſtentibus, ſecurè habebunt, quæ lucrati fuerunt, ſed & ſi quid eorum apud alios eſt, ſecundum ius, quod dominis competit, euincent. Hæc igitur breui lege comprehendentes, huiuſmodi dubitationes tollimus: ne aſſiduè ſuper cauſis moleſtiam patiamur, ſed lege hæc communi recolentes, his liberemur turbis, uolentes ſeruari formam, quæ noſtram legislationem præceſſit, ei, qui ante eam beneficio affici meruit. Tua itaque Excellentia quæ à nobis hac de re conſtituta ſunt, in hunc modum omnibus manifeſta proprijs præconijs, & programmatis efficere ſtudeto. Dat. P. Kal. Iun. Impe. Dom. Iuſtin. PP. A. Ann. 12 Ioanne V.C. Coſſ.

* l. hac edictali C. de ſecun. nu.

4 † diligenter.

5 † Inter cæteras.

6 † Innouatum.

NOVELLA LXXV.

De appellationibus Siciliæ. Cuius nulla pars inuenitur pręter pauca hæc uerba in Scrimgeriana editione.

SIciliæ appellationes ſuſcipiat Quæſtor, & interueniant pſephiſmata tam ecdicorum quàm patrum.

EPITOME EIVSDEM EX IVLIANO.

De appellationibus in Sicilia porrectis.

APpellationes, quæ in Sicilia porriguntur aduerſus ſententias prætoris, uel Ducis uel cuiuſuis alterius iudicis in Sicilia conſtituti, apud quæſtorem in hac regia vrbe exercere præcipimus, ut ipſe diſcutiat cauſas prouocationis, & ſententiam dicat, & noſtro Imperio referat, ut noſtra auctoritate ſententia eius roboretur. Sed & ſi aliud ciuile emergat, veluti defenſoris confirmatio, uel decretum patris Siciliæ, ſimiliter ad quæſtorem referatur, & calculo ipſius confirmetur. noſtra ſcilicet auctoritate ſuggerente quæſtore ſequenda.

CONSTITVTIO LXXXVII.

De donati one mortis cauſa facta a decurionibus.

Imperator Iuſtin anus A. Ioanni glorioſiſſimo Orientalium prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli ordinario, & Patritio.

NE quid decurionum uerſutiæ detrimenti poſſint ad ferre Reipublicæ, & ut huiuſmodi conſilijs lex reſiſtat, omnibusque modis contraria moliatur, uolumus. Cognouimus enim, ſimul atque decurionibus donationum factione interdiximus, non concedentes illis, ut uel donarent aliquid, vel teſtamento alicui relinquerent vltra quadrantem, ſed prorſus curię dodrantem reſeruarent: quod, vt callido commento legem circumſcriberent, & eluderent, huiuſmodi quaſdam circa legem fraudes inuenerint. Nam cum ſcirent nos, deprehenſa veterum legiſlatorum de mortis cauſa donatione controuerſia, utrum donatio, an legatum eſſet, pleriſque pro donatione ipſam, nonnullis pro legato numerantibus, ſelecta maioris partis, & meliorum legiſlatorum ſententia, declaraſſe, vt penitus ea legatum eſſet, neque publicorum actionum indigent monumentis, ſed ut liceret hanc perficere, inque eam certas inſerere conditiones, quas vellet donator, & ſi hoc feciſſet, licentiam quoque haberet renunciandi, ne pœnitentia obtales donationes ductus reuocare eas poſſit, quemadmodum ſapientiſ. vir Iulianus ſanxit; id quod nos in triceſimo nono* Digeſtorum noſtrorum uolumine deſcripſimus. Si quidem omnia breuiter & ſub compendio comprehendimus, tam quæ a veteribus quam quæ à nobis promulgata ſunt. Hæc inquam cum ſcirent, conſtituerunt iſto apud ſe modo cauſa mortis donationes facere, & ſecundum legem pactum conuentum inſerere, quod illis adimeret, ne pœnitentia ducti poſſent eas reuocare. item aliam conditionem quæ ipſis uidebatur aliquid iſtis donationibus apponere, ut per ſe tandem ipſis liceret donationes reuocatione liberas reddere, & ita ſua labefactare patrimonia. Et quanquam ex his, quæ in leges retulimus, omnis iam illis ſublata eſt cauſa, ne quid ultra quadrantem uel teſtamento alicui relinquere, uel per modum donationis alienare poſſint, tamen, ut aliquanto amplius illorum ſedemus, & reprimamus uerſutiam, propterea nunc quoque ſancimus, ut decurioni ne per donationem quidem mortis cauſa donare aliquid liceat, niſi per donationis ſolum modo ante nuptias modum pro ſe, ſuiſve filijs factæ, aut per cauſam dotis, quatenus noſtra iubet conſtitutio, nubentibus eam filiabus offerri. Cæterum aliter res immobiles donare nequeant, ſed ſemper apud ipſos permaneant curialibus obnoxiæ munijs: ſola illis uenditione conceſſa, & quidem ſecundum nouellæ noſtræ conſtitutionis obſeruationem: mortis cauſa donationibus ſuam obtinentibus firmitatem, & omnibus alijs (præter decuriones) quærentibus prædictas mortis cauſa donationes in quaſcunque uelint perſonas conferre, & conditiones inſerere & (ſi quidem hoc uelint) pœnitentiæ de reuocandis conuentis renuntiare, ut per omnia negotium intra mortis cauſa donationis terminos eo pacto permaneat. Illud enim ſanciendo, prædicimus, huiuſmodi donationes & firmas fore, & ſtabiles. Quod non hoc primum tempore ſancimus, ſed quod iam ante noſtris ſancitum eſt legibus, id nunc quoque voce noſtra interpretamur, & confirmamus in alijs omnibus perſonis, ſolis tamen (vt dictum eſt) decurionibus exceptis, idque ſtudio quo iam iuuandæ Reipublicæ. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc declarantur legem, ea cuſtodire gloria tua ſtudeto, maxime omnium Reipublicæ vſibus, & commodis omnem impendens prouidentiam.

*l. 1. D. de don. titu. gen.

CONSTITVTIO CI.

De decurionibus.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſ. prætoriorum Orientis Præfecto, iterum ex conſuli, & Patritio.

PROOEMIVM.

PErbellæ nobis ferendæ legis anſam præbuit quorundam decurionum interpellatio. atque eam ſane legem non decretis decurionibus condimus, ſed de uniuerſa Imperij noſtri ditione. dicimus autem & quidquid verſus Orientē eſt, & quidquid ſol occidens intuetur quidq; denique ex tranſuerſo per vtrunque latus conſiſtit. Ex quo enim quæ decuriones & oblationes ad curiā concernūt, ſtudio habita ſunt à deceſſoribus noſtris, & quidam ad curialē fortunam pertrahunt, quidam rurſus ab ea liberantur: ſancimus illud, ut decurionibus non ſolum ſuæ ciuitatis decuriones hǽredes inſtituere (id quod & hactenus permiſſum fuit) ſed etiā ſi quos curiæ nexu liberos hǽredes inſtituere uelint hoc facere licentia ſit: ea tamē conditione, ut hæres, hæredesve omnino teſtatoris curiali fortunę, hoc eſt ex qua ille proceſſit, ſeſe offerant, & curialia ſubeant munera, capiantq; hǽreditatem nemine impediente. Cognitum enim habens, quod negotijs pātis correctio * quā illiuſmodi rationibus curiæ adijciet conſiſtens in pecunia utilitas, & ex futura legiſlatione decurio partes & patrimonium accedet, efflorefcentque curiæ tā largiore numero corporū, quā quod ſua recipeant patrimonia: 1 † propterea ſancimus, vt decurionibus, cū teſtamenti tabulas conficiūt, licentia ſit quoſcūque in hǽredes aſſumere, ſiue eius ciuitatis decuriones velint (id quod lex dicit) ſiue aliquos genere coniunctos, ſiue extraneos, ſiue hi decuriones ſint, ſiue etiam nō ſint, ſiue in partē dodrante non minorem, ſiue in aſſē: vt hi tamē ſe curiæ offerant, & coadunentur eius corpori, & ſine querela publica impleant munera. Hoc obtentuto tam in ipſis, quam filijs, ac nepotibus, & cæteris deinceps ſucceſſoribus, nō ea tamē forma, qua iubet paulo ante de his, qui ſe ipſos offerunt curiæ, propoſita conſtitutio, prolē eorū ſubducēs, qui curiæ iā oblati ſunt. Et quaſi iam inde ab initio decuriones fuiſſent, ita & ipſi cū prole ſua curiæ albo adnumati, corporales. Neque enim aliquid interfuerit, hǽredem ne ſcribat, qui eius ciuitatis decurio ſit, an qui mox futurus ſit. 2 † Sed & ſi quis cognatus, & ipſe decurio, aut etiā alius hmōi fortuna liber, ad defuncti decurionis hæreditatem vocetur, nimirū qui teſtamenti tabulas non conſcripſerit, velitq; illa ſeipſum offerre curiæ: liceat illi hoc facere, & intra mēſes ſex apud acta publice ſuam declarare ſententiā, & ſimul cū ſucceſſione ſua, ac patrimonio inſeruire curiæ, ſimul & hǽredē fieri, vt nihil de patrimonio ab eo, qui decurio, vel iā cōſtitutus, vel breui futurus, hǽreditatem ſemel amplexus eſt negotio denuo ad curiā redeūte, per cauſam quadrātis aut dodrantis exigantur. Inſuper ſi quis rem de ſuo patrimonio, aut plurimas, aut omnino non pauciores quā quæ dodrantē conſtituant, donet alicui ex his, qui vel eius ciuitatis Rempub. adminiſtrāt, aut etiā cuiquam alteri, qui quidem tā ſe, quā patrimonium ſuum, & reliquam ordine ſucceſſionē, atque prolē, ſiue exiſtentē, ſiue futuram, addicat, & offerat eius ciuitatis curiæ, ex qua eſt qui donationē facit: ſancimus, vt ea conditione facta donatio conualeſcat. Nam ſummo nobis ſtudio dignū eſſe vr, ne decurionū patrimonia vllo modo à curia illius ciuitatis, cuius decuriones ſunt, ab alienentur. 3 † Quo minus autem iſta per deceptionē geri videantur, & alicui curialiū hæreditatum domini facti, vel per modum donationis, vel teſtamenti (vt prædiximus) aut etiam ab inteſtato, differant, protrahātq; oblationē & cū bonis uelint perfrui, oblationem ſui ad curiam non faciant: ſancimus, ut ſi res (id quod & ante dictū eſt) per donationem conferantur, non propere celebretur rerum traditio, ſed tantiſper maneant apud donatorem, donec ſe donatarius apud prouinciæ Præſidem inter acta publica gratis, & ſine vllius pecuniæ datione prædicto modo curiæ obtulerit, inſcribaturque in album 4 † curiæ. tunc enim illi, & res tradi volumus. Si verò ex teſtamento, aut lege vocatus hæreditatem adeat: tunc protinus ſub obitum decurionis decurionum ordo coeat, & vnà cum defenſore ciuitatis abſque vllis inſidijs contra defuncti res pone-

1 † Cap. s.

2 † Cap. 2

3 † Cap. ſi.

4 † In manuſcripto libro tamē hoc loco, quod ſupra ſemper ſcribitur, in album, non in Album. vt Digeſt. Flor. De albo ſcriben. ti. in tit. quam duab. eius legib.

ponendis,tum bonorum inuentarium conficiat, tum in bonis reperta aſſignet curię,in præſentia cõſtituto tam ipſo hęrede, qui ad hæreditatem vocatur, quam defenſore,& Deo amantiſs locorum Epo. Et ſimul atque ad Deum,& ſub cõſpectu Dei (vt appellatur) actorum publicorum præſẽtia celebratur, & vna cum patrimonio, ac prole tam quæ modo eſt,quam futura(id quod ſæpius iam dictum eſt)ſe obtulerit curiæ, tunc & res ad ſe recipiat, & earum dominus ſit,perinde vt prior decurio fuit,in nullo differre ab illo uiſus:iſta videlicet actorum confectione apud Prouinciæ Præſidem abſque vllo quæſtu, & diſpendio celebranda. Neque enim in fraudem, aut diſpendium curiæ,ſed ad utilitatem hanc legem proponimus, ut perpetuo obtineat, tum pecunijs,tum corporibus, decurionum patrimonia, & collegia collocupletans. Quod ſi decurionis hæres,qui ab inteſtato vocatur,cum ipſe decurio non eſſet, adire, ſeque ipſum curiæ offerre noluerit,tunc dodrantem curia detineto: ipſe vero quadrantis ſolum dñs ſiet, id quod illi etiam prior lex præbet,licet curiæ muneribus non inſeruiat. Cæterum ſi plures ſint, qui eodem gradu ad decurionis hæreditatem voccatur,ex quibus aliqui ſe offerant,alij recuſent: dodrantem quidem is, aut ij,capiunto, qui ſe curiæ offerunt: quadrantem vero reliqui hæredes, qui lege uocantur:omnino enim ſtudium noſtris eſt,ut dodrans ad eius ciuitatis decurionem perueniat.

1† Cap. 4. 1† At vero ſi quis decedat relicta filia,ſi quidem ea uxor decurionis ſit eius ciuitatis.manifeſtarium eſt,ꝙ citra calumniam paternas res habitura ſit,uel omnino inſolidum, uel dodrantaria ratione, ſi pater quadrantẽ fortè ad alium peruenire uoluerit Sin uero etiam cum decurioni initio conſtituto nupta non ſit,ad eius nuptias accedat aliquis, qui ea conditione uelit accipere, ut decurionis munere fungatur, ſeipſum curiæ offerens, atq; hæ nuptiæ mulieri expetendæ uideantur,habeto & ipſa hoc caſu nullis expoſitum calumnijs dodrantem per cauſam beneuolentiæ erga curiam,& quia rebus decurio attribuitur,& eas adminiſtraturus eſt. propterea omnino haſce mulieri concedi uolumus. Sin uero & plures filię ſint,& quędam ex ijs nuptæ ſint decurionibus, qui uel iam decuriones,exiſtant, vel per oblationem fiant: dodrans quidem inter ipſas diuidetur,quadrans vero ad reliquas deueniet.

Mariti autem curialis patrimonij rebus utentur, fruentur,tñ ſi dñium ad mulieres: ꝓꝑ ea enim res illis paternas conceſſimus,ut qui ipſas haberent in matrimonio, exinde curialia implerent munera. At ſi contingat, ut decurioni ſeipſum offerenti nupta mortem obeat, ſi quidem ex eo maſculos filios ſuſceperit, res apud filios ſunto, qui & ipſi decurionum munera ſubibunt, neque ea in re curioſitate aliqua opus erit. Si fęmellæ extiterint gnatæ, ſi quidem & ipſæ aliquibus nupſerint, qui uel decuriones eius ciuitatis ſint,uel eius ſe ciuitatis curiæ offerant, ſimiliter & ipſæ haſce habebunt abſque negotio, per maritos curialibus obnoxias munijs Si quædam uero eius ciuitatis decurionibus nupſerint, quædam decurionibus, uel exiſtentibus,uel futuris non nupſerint, tunc ſecundum præfatam diſtinctionem, decurionibus quidem nuptæ propter curialia munia dodrantem habebunt, reliquæ uero contentæ erunt quadrante Si neque mares ipſis,neque fœminæ naſcantur,quã diu maritus quidem ſupereſt, habeto harum vſumfructũ, per eas curialia impleturus munera. Et ſi quidem ad ſecundas progrediatur nuptias, & filiorum pater fiat maſculorum, uel fœminarum, quas decurionibus iungat, ruſum conſimiliter curiali corpori res conſeruabuntur.

Enimuero ſi moriatur, uel ad ſecundas,non progreſſus nuptias,uel procreatis filiabus, quas decurionibus iam conſtitutis, vel futuris non iungat, tunc directo curia eas res percipiet. Neque enim ullo tempore hanc partem curialiũ facultatum,& munerum peregrinari,& a functione ſua diſcedere permittimus, etſi proſapia per multas circumagitur ſucceſſiones, ut abſque ulla temporis præfinitione tali, linea deſcendente, ſiue per mares filios decuriones, ſiue per generos ſeipſos curijs offerentes, curiæ is dodrans cuſtodiatur. Quam ſane legem obtinere tam per omne deinceps ſeculum futurum uolumus,quam etiam in pendentibus adhuc, & neque dum iudiciali ſententia, aut amicabili quapiam tranſactione ſopitis cauſis. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ac ſtudeto Excellentia tua cuſtodire, maximè omnium in utilitatem publicam ſummam collocans prouidentiam. Dat. Kal. April. CP. D.N. Iuſtin. PP. A. Aſione V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO CII.

De Moderatore Arabiæ.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſs. Orientalium prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli ordinario, & patritio.

PROOEMIVM.

CVm pleroſq; alios prouinciarum Magiſtratus ad meliorem iam formam traduximus, qui humiles,abiectiq; prius exiſtẽtes, neq; ulli rei cõuenienter agẽdæ idonei, poſtquam in ampliorem cõſtituimus ordinẽ, & ualẽtiores per oĩa facti ſunt,& ita rerũ adminiſtrationẽ capeſſere cęperũt,ut uniuerſa in melius commutarẽtur,tũ uero à nobis & Procõſules,& Prætores, & Moderatores,& ueterum horum nominũ amplitudo inuẽta eſt, auctæq; ipſis annonæ,& ſumma poteſtas data, & ante oĩa interdictũ illis fuit,ne perniciẽ inferãt ſubditis,& multis ad ipſos diripiendos utatur manibus:iuramẽtis quoq; rẽ muniuimus oĩum horrendiſſimis, neq; aliter eis officia tradimus, ꝙ̃ præſtitis iuramentis ita codicillis Magiſtratus digni ſunt habiti.

Cõuertimus igitur & ad Arabum regionẽ oculos, & requiſita cã, quamobrem & publicũ laboret inopia quãquã regio florẽtiſſima ſit, & tam magnus nõ interpellantium numerus iſs locis accedat, & oẽs lamẽtentur,alij furta, & rapinas,alij iniurias,alij alia damna in querelam deferẽtes, occaſionem,& cauſam huius mali ex imbecillitate,& impotẽtia eorum,qui Magiſtratũ ibi gerũt,prouenire deprehẽdimus. Erat enim ita tenui poteſtate præditus is, qui ciuili Magiſtratu defungebatur, ut ei, qui præeſſet armis, ſeruili prope modum more mãciparetur,& in illius arbitrio huius ſalus eſſet poſita,aut ut ne eſſet quidem omnino hic Magiſtratus. Inde adeo & longũ tempus eſt,ex quo is deſierit,& militaris ea,quæ ciuilem Magiſtratũ concernunt, peragat, nihil 2† ſibi, nihil illi omnino utrinque lucrifaciat. 3† 2† πρὸς ἑαυτὸν μὲν δὴ ἱκανῶς παντελῶς ἀρχόντων ἠσχόληται γὰρ οὐχ ὥστε ἄν τι ἴδιον ἢ κοινὸν ἀφελέσθαι, ἀλλ᾽ ὥστε ἂν ἑκατέρου δὴ ἀμφοτέρων.

Hæc nos ad ſuſcipiendũ præſens conſilium excitarunt,& præſenti utentes lege, Magiſtratũ ad pulchriorem formam tranſponimus, benigneque & ipſi Moderatoris appellationem largimur (id quod etiam in Ponto fecimus)& ſpectabilium Magiſtratuũ ius concedimus, ut in ullo ſit Duciano inferior. Sed & publicis exactionibus cum ſumma uehementia adhæreſcito: adhæreſcito etiam priuatorum utilitati,neque committito, ut uel Spectabilis Dux, uel Tribunus,uel aliqua potentiorũ domuũ, uel etiam ſacrum patrimonium,uel ſacræ noſtræ res priuatæ,uel ipſa ſacra noſtra domus, qualecunque ſubditis noſtris damnum irroget, neque facile ſuccubito,neque formidinem contrahito, ſed uiriliter ſubditos prædico,& ante omnia Deo pariter,ac nobis, & legi puras conſeruato manus: ſi quidem ijſdem iuramentis,& hunc ſubmitti uolumus: quibus & cæteros Magiſtratus ſubmiſimus. Deinde cum codicillis percipito etiam Imperialia mandata, quæ tam ante nos legumlatores, quàm vetus illa Reipub. forma nouit,& nos cum penè obſoleuiſſent,denuo reparauimus. & in Rempub. reduximus,ut ea ſemper adhibeat,ueluti in colloquium,& iuſſiones noſtras cuſtodiat. Nam ſi illas ſanè ſecutus fuerit, non eſt cauſa, quamobrem non omnia illi preclarè, & ex animi ſententia occurrant, & legum beneficio ad ſummam ipſe in rebus gerendis facilitatem, & iuſtam facultatem perueniat. 3† Cap.

4† Cap. 4† Principio igitur (ut diximus) ſtudio illi ſit publicorum tributorum exactio, deuotis quidem humano, paternoque ſe affectu exhibens, indeuotis uerò uehementem, & ſeuerum Deinde curam geret etiam Reipub. & ut rectè in ea, atque ordine omnia fiant,neve tumultibus,& ſeditionibus dediti ſint,uel Boſtreni, uel alij,& quæ a uetuſtate permiſſa ſunt ad delectationem,ea conuertant in furorem, & cædes. Habebit item ſecundum mandata noſtra dicto ſuo audientes milites(ſi quidem & hoc inde licebit deſumere)neque ullam omnino rem negliget,quæ commoditatem aliquam in ſe habeat. Quemadmodum enim in Ponto circa Moderatore egimus,ita & ipſum per eadem eius Magiſtratus veſtigia ingredi ſancimus. Eritque & ipſe Spectabilis,& conſimiliter cum alia multa, tum etiam ea, quæ appellationes concernunt, adminiſtrabit. Sed neque ad modum prioris duntaxat ſolatij reliquimus. Volumus enim, ut ipſe quidem per cauſam annonarum,& reliqui ſolatij percipiat quindecim auri libras, adſeſſor uerò eius magiſtratus duas libras, & cohors eius nouẽ 5† auri libras habeat. 5† duas

Et quan-

Et quanquam (ut diximus) ex Imperialibus mandatis iam etiã militibus præeſt, erit tñ nobis curæ, ut nonnullos illic ſtatiua agentes militares numeros, & ea ſubdamus. qui in hos Magiſtratum gerit, ut illi ſoli obediant, eiusque formulis, ac præſcriptis cedant, & obtemperent. Non igitur communionem omnino habebit aliquam Spectabilis Dux, neque cum militibus, quos expreſsè huic aſſignabimus, neque cum pagano aliquo, neque cum illorum litibus, ſi quas inter ſe habent, neque ſi paganorum aliquis in ius producatur. Nullum denique habeat cum paganicis cauſſis commercium: quandoquidem magnum in medio interuallum eſt inter ciuilem, & militarem adminiſtrationẽ: diſcernunturque ea inter ſe, quemadmodum partes noſtri in republica iſta ordinarunt, & inſtituerunt, ſcituro Spectabili Duce. quod ſi rebus ſe ciuilibus immittere auſit, neque militaria retinebit, ſed & illis ſpoliatus priuatum

1† Cap.3. aget, & huius Magiſtratus Imperio ſubditus erit. 1† Atque hæc nobis item de Magiſtratu regionis Arabicæ ſancita ſunto. Perſuaſum enim habemus voluntate Dei, quòd ea res ad melius profectura ſit. Ex quo enim neque pecuniis pepercimus, & annonas illi auximus, inde adeo certò ſcimus, quod & is, qui hunc Magiſtratum gerit, talem ſe circa verè publicorum tributorum exactiones præbere ſtudebit, ut non damnum exinde, ſed iuſtum lucrum fiſco adducat. Illud ſanè fieri, obtinereque uolumus, ut ſpectabilis Dux inde annonas ſuas percipiat, unde prouinciæ Præſes iuſſerit: cum manifeſtarium ſit, non cum tanta eũ ignauia his rebus admotorum animum, ut ſuas ipſe annonas exigere nequeat: ſciens, quòd ſi quid hæc contra fecerit, quindecim librarum auri pœna mulctabitur.

Dat. xj. Kal. Ian. C P.D.N. Biliſ. V.C. Coſs.

CONSTITVTIO CIII.

De Proconſule Paleſtinæ.

Scripta Ioanni glorioſiſsimorum ſacrorum per Orientem Prætoriorum Præfecto, iterum Exconſuli ordinario, & patritio.

PROOEMIVM.

IAm quidem, & alios gentium Præſidatus maiores reddidimus, qui prius humiles pariter erant, & ad aliquid fortiter agendum impotentes: & tam inter Spectabiles ipſos conſtituimus, quàm etiam annonas ipſis, adſeſſoribusque, & cohorti auximus, & inter alia omnia, quæ benignè illis elargiti ſumus, ut item de appellationibus cognoſcerent, præbuimus, aliosque honore Proconſulum exornauimus, alios (ut appellãt) Comitum, alios Prætorum, alios denique Moderatorum, & ſemper præclaro aliquo adinueniendo, nouum ueluti florem noſtræ dedimus Reipublicæ. Venit autem nobis in mentem, & Metropolis Cæſareæ, quæ in prima Palæſtina principatum tenet, quam præ cæteris maiore etiam honore perfrui oportebat: propterea quod & quondam Proconſul ipſam tenuit, & Præfectus illi talis Magiſtratus fuit, licet poſtea ab ampliore dignitate ad minorem tranſierit, nimirum cum una prius tota Palæſtina eſſet, ea deinde in tres diuiſa partes, & neque Proconſulatum retinente, ſed ad Magiſtratum hunc (ut appellant) ordinarium delata. Quanquam ſanè, & uetuſta vrbs ſit, & ſemper ampli nominis fuerit, tam cum Strato primus eam in formam urbis redegit, qui mutatis ſedibus excedens Græcia, huius conditor extitit, quàm cum diuæ memoriæ Veſpaſianus celebratiſſimus ille Imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad ſummam gloriam, uel ſolum potuit ſufficere, ipſorum Cæſarum appellatione eam nominauit, cum antea Stratonis turris uocaretur; hoc illi honore impenſo, eo quod in ea poſt Iudaicas uictorias inter Imperatores adſcriptus eſſet. Cernimus autem, quod & magnæ, admirãdæque regionis Imperium habeat ea prouincia, & quam maximam Reipublicæ noſtræ gratiam, & ſenſum exhibeat, tam tributorum magnitudine, quàm deuotionis exuperantia; præbeatque ampli nominis ciuitates, ac bonos ciues enutriat, & omni doctrinarum genere refertos, neque non inter ſacerdotes celebres, & (quod omnium maximum eſt) quia uniuerſi conditor Dominus noſter Ieſus Chriſtus verbum illud Dei, & totius humani generis ſalus in ea comparuerit, dignatusq; ſit aſſumere noſtra. 2† Hanc igitur quomodo non honore afficiamus, & prouehamus ad formam Proconſularem, 2† Cap.1.

concedamusque illi, qui in ea defungitur Magiſtratu, ut Proconſul pariter ſit, & uocetur, id quod facimus per hanc pragmaticam formam? Appellari autem eam uolumus, & Cæſarienſium priuilegium. Et qui eum Magiſtratum gerit, Proconſulem efficimus, præbemusque ei, ut inter ſpectabiles adſcribatur & omnia habeat, quæ eiuſmodi Magiſtratus ſunt propria: audiat etiã prouocatione ſuſpenſas lites uſque ad decem auri libras, quæ ex utraque ad ipſum Palæſtina deuoluuntur: ualeatque omnino talis exiſtere, ut iuſſiones noſtras præclarius, & maioribus cum uiribus queat ad effectum reducere. Vtetur autem, & ueneranda illa, atque antiqua Veneta 3† (de purpurea planè ſtola loquimur) in ſacris eam menſium feſtis induens: ueneſtumque ſe præbeto tanto redimitus honore: & multis imperato militibus, ac tantis: & quicquid denique uel publico, uel noſtris utile eſt ſubiectis, facito. Cæterum per occaſionem annonarum præbemus illi uiginti libras auri, quas tam inter ſe, quàm adſeſſorem ſuum, & obtemperantem ſibi cohortem diuidat, quò ipſe uoluerit modo: per ſuggeſtionem nos de iis certiores reddens, ut ſacra pragmatica forma eam diuiſionem corroboremus. Neque enim ſuſtineremus uidere, aut ut ipſe; adſeſſorque eius ſub priſtina tenuitate annonas percipiant: aut ut cohortem eius, quamquam circa tot tributorum illationes laborantem, periclitantemque; omni deſtitutam auxilio, non ſubleuemus, quo maiore cum beneuolentia, & illi appareant: & publica tributa exigant, & iniuſtis rapinis abſtineant. 4† 4† Cap.2.

Inſuper nullam omnino cum ciuilibus cauſſis, publicorumque tributorum profligationibus communionem habebit pro tempore ſpectabilis eorum locorum Dux, ſed ipſe omnes publicas, priuatasque cauſas (prout dictum eſt) diſceptabit, & maximè omnium prouidebit, ut publica tributa ſine retardatione, detrimentoque inſerantur, & puris ipſe utatur manibus. Quã quidem re diligenter obſeruata, cum & ſpectabilis uir Stephanus, qui nunc primus in ea uerſatur, magnam laudem conſecutus ſit, prorſus in eam opinionem uenimus, ſumpta uidelicet ex antecedentibus coniectura, quod rurſus hoc faciet. Maximè omnium uero curam geret, ut quæque ſuo ordine fiant in ciuitatibus, neque popularis aliquis tumultus excitetur in urbibus. Si quidem & hos eius, cum in Magiſtratu eſſet, proprium fuit, qui cum prouinciam tum ex aliis occaſionibus, tum uero maximè ex diuerſitate religionum ſeditionibus laborantẽ ſuſcepiſſet: euidenter pacatam eam reddidit, & omni motu, ac turba liberauit, quod ſanè nunc illi quoque ut faciat, iniungimus. Et ſi quando res ita ferat, ut etiam in ſecundam Paleſtinam excurrat, & ibi tumultus ſedet, neque committat, ut incommodè aliquid in illa geratur, & præſertim in illa: quandoquidem & multos illic tumultus exiſtere cernimus, neque leues horum euentus. 5† Quod 5† Cap.3.

ſi etiam militibus indigeat, qui in prouincia ſtationes habent, adiungimus, & hos illi, ex quo militarium numerorum ſtrenuitatem compertam habemus, tam in tuenda dignitate urbium, quàm conſeruanda moderatione in iis, qui rure habitant, & exigendis tributis publicis. Sacra pragmatica forma, quæ ad eam illi rem prius data eſt, nunc quoque rata manente, quæ non vult, ut uel ſpectabilis Dux, vel glorioſiſſimus Magiſter militum licentiam habeat, militum præſidia, quæ apud illum conſtituta ſunt, ab illo abſtrahendi, ne quis exinde in ciuitatibus oriatur motus, ac turba: id quod nunquam euenturum eſt, ſi ille & ciuilem magiſtratum gubernet, & inter publicorum tributorum collatores rectæ diſciplinæ prouidentiam accommodet, tam in auxilium paratos habens milites, quàm ſi quid indecore, uel ab ipſis, uel ab aliis per ipſos geratur, corripiens. Eruntque omnino inter ſe diſtuncti officiis ſpectabilis locorum Dux, & is, qui Proconſularem gerit Magiſtratum. Nam ille quidem militibus, & limitaneis, ac fœderatis, & quicquid omnino in prouincia armatæ militiæ adſcriptum eſt, præibit: exceptis his militibus, qui Proconſuli deputati ſunt: hic uero tam pro ciuilibus perſonis, quàm rebus, & præſidiis militum illi adhærentibus prouidentiam adhibebit, & cuſtodiam. Certè publicorum tributorum nomine, aut per cauſam motæ in populo ſeditionis nemo prorſus a ſpectabilis Proconſulis iuriſ-

iuriſdictione eximetur. Sed omnibus imperabit, omnibus præcipiet, neque quiſquam eius reſiſtet formulis, ac diſpoſitionibus, aut vllum habebit prætextum, vel defraudandi publicum, vel ciuibus inferendæ iniuriæ. publicæ ſeditionis auctor factus, aut et vtetur vel cinguli, vel dignitatis, vel ſacerdotij, vel cuiuslibet alterius cauſæ prærogatiua: ſed eo ſolo ſeipſum noxa liberabit, & ſupplicio, ſi nullam noxam contrahat. Hæc igitur (vt diximus) & huic Magiſtratui concedimus, & conſeruari perpetuo per hanc ſacram pragmaticam legem volumus. Sed & vt Excellẽtia tua perpetuo ipſam conſeruet, & eo modo particularibus thronorum tuorum diſpoſitionibus, ac formulis adſcribat, ſancimus: neq; non vt omnes Palæſtini, qui in ſequenti futuri ſunt tempore, cognoſcant, quod denuo proconſulare ipſis ius reſtitutũ ſit, & Proconſul in prima Palæſtina ſummum habeat Imperium: ipſis verò etiam prius, & priore liberata ſupercilio, in maiore nunc honore erit, nempe ciuitati debito. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legẽ. ea ſtudeto Excellentia tu: effectui, & fini tradere Dat. Kal. Iun. CP. DN. Iuſti. PP. A. Biliſ. V. C. Coſſ.

CONSTITVTIO CIIII. 1†

De Prætore Siciliæ.

1† Quæ ſetina fuit epitome, partim ex Haloandro, partim ex Iuliano: ſequentia decerant. 2† Etſi defenſore ſit ciuitatis, uel patrũ creandorũ decreta opus ſit celebrari, apud eundem in iuſtiſſimum uirum celebrẽtur.

HAbeto Sicilia Prætorem, qui & res ciuiles tractet, & curam gerat militaris impenſæ. 2. Publica tributa Siciliæ non pertinent ad ſolicitudinem Pretoris, ſed cenſentur ſub Comite patrimonij Italiæ. 3. Appellationes, & decreta Defenſorum, & primorum ciuitatis Siciliæ tractat, examinat Quæſitor. 2† P. P. poſt conſulatum Beliſarij.

CONSTITVTIO CXXI.

Vt particulares vſurarum ſolutiones in duplum computentur.

Imp. Iuſtinianus A. Baſilio Præſidi Tarſis.

PROOEMIVM.

CVM decuriones videamus nobis inſtare precibus, & libenter ijs indulgeamus: merito ſane legibus contrarias artes, & per fraudem excogitatas confeſſiones valere non concedimus. 3† Docuerunt. n. potentiam noſtram Euſebius, & Aphthonius, qui Demetrio nepotes extiterunt, nati ex Palladio Demetrij filio q̧ is Demetrius Artemidoro per cauſam mutui quingentos aureos debuerit, in quam ſummam etiam vſuras ſtipulatus ſit. Nuper vero ſacram prodiiſſe formam, quæ voluerit, ſi duplum debiti ſoluatur, vt nulla contra ipſos ſecundum leges noſtras ſuperſit exactio. Artemidori autem creditoris ſucceſſores Epimachum, & Artemonem dixiſſe, mentitos ipſos in precibus, neque noſtro dignandos auxilio. cum debito plenè ſatisfactum non fuerit, ſed ſoli nongenti quadragintanouem aurei perſoluti ſint Aiunt enim ſupplices, patrem ſuũ Palladium vna cum Demetrio patre eius, & Paulo octingẽtos ſexagintaſeptem ſoluiſſe aureos. Sed Artemonem, & Priſcianam Artemidori filios, qui Epimachi, & Artemonis illius alterius auus fuit, dixiſſe particularem ſe ſolutionem ſorti non adiungere, ſed omnia velle reputare in vſuras: hęc item iniuncte ſententiam prouinciæ præſidis, & propterea exegiſſe Palladium pro priore quingentorum aureorum fœneratitia ſingrapha alteram aureorum ſexcentorum:

3† Cap. 1.

Soluiſſe autem ipſi, inquiunt, diuerſis temporibus Palladium aureos ſeptuaginta duos, & Euſebium, atq; Aphthonium decem, vt inde colligatur nongentorum quadragintanouem aureorum ſumma. Eum vero, qui controuerſiæ audientiam præbuerat, cum in animo non reuolueret q̧ totius accuſationis eadem cauſa eſſet, non admiſiſſe ipſos, ſed voluiſſe in ſexcentos eos aureos ſortis condẽnare. Petieruntque, vt hac neceſſitate eximerentur, & collecto vniuerſo debito quingentorum aureorum, ſi quinquaginta vnum adhuc ſoluerent, qui reliqui eſſent ad mille ſolidorum quãtitatem tam uniuerſo debito liberarentur, q̃ fœneratitiam ſexcentorum aureorum ſingrafam reciperent. 4† Cum igitur leges noſtræ nihil vltra duplum ſolui velint. & nos in hoc tantum differentiam habeamus cum prioribus, q̧ illæ quidem debita conſtituant vſque ad duplum, ſi nulla particularis facta fuiſſet ſolutio: nos vero recipiamus, vt particulares et ſolutiones debita diſſoluant, ſi vſque ad duplum pertingant: ſancimus, vt & in hoc fiat computatio, & ſi tantum hi perſoluerint, quãtum ad huc ad mille aureos deeſt, recuperent etiam fœneratitiam ſexcentorum aureorum ſingrapham, ne debitum ex hac cauſa multipliciter exigi deprehendatur. 5† Quæ itaque nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto Magnificentia tua effectui, & fini tradere: tam ea interpretatione, quæ de hac cauſa in ſententijs, quarum ſupplices meminerunt, facta eſt, abolita: quam omnibus, quæ per obreptionem, & ex vna tantum parte confecta ſunt, aut conficientur, vacantibus Diuinitas te ſeruet per multos annos, frater iucundiſſime. Dat. 17. Kal. Maij. C. P. V. C. Coſſ.

4† Cap. 2.

5† Epilogus.

CONSTITVTIO CXXII.

Edictum de formula artificum.

OMnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, ſecundũ auctionis formulam operas locato, merceſve vendito. Nam ſi quid amplius acceperit, pœnæ tripli ſubiacet.

CONSTITVTIO CXXVI.

Exemplum ſacræ formæ de appellationibus.

Imp. Iuſtinianus A. Petri glorioſiſſimorum Prætoriorum Præf. Eli.

PROOEMIVM.

MANIFESTE Theodoſius, & Valentinianus ſacratiſſimi Principes lege expreſſerunt, vt cauſas appellationum Quæſtor ſacri palatij vnà cum præfecto Orientalium prætoriorum, qui pro tempore thronum regat Excellentiæ tuæ, ſecundum formam ſacratum conſultationum examinaret. Inuenimus autem in huiuſmodi examinationibus aliquid euenire, quod & Repub. & noſtro indignum ſit Imperio. Litigatores enim, & procuratores, & horum aduocati, & omnes, qui in huiuſmodi cauſis miniſterium ſuum adhibent, quaſi nobis ipſis præſidentibus, & audientiam præbentibus, tam veſte, quàm calceamentis, & vrbis apud noſtros Magiſtratus utuntur, quibus ſolummodo vti conuenit eos, qui ad Maieſtatem ingrediũtur Imperatoriã. Quin & ipſi iudices non ex propria perſona, ſed quaſi nobis ipſis præſentibus, & interloquentibus, ita ſuas proferunt ſententias. 6† Quod de cætero in quocunque iudicio fieri prohibemus: ſancientes vt ſacri quidem noſtri palatij pro tempore Quæſtor quidem vnà cum tua Excellentia, ſiue pro tempore ſacrorum prætoriorum Præfecto, huiuſmodi cauſas examinet: non autem ex noſtra, ſed ex proprijs perſonis interlocutorias proferant, & legibus cognitam edant ſententiam: ſolis, videlicet, ſcrinijs in huiuſmodi cognitionibus ſuum adhibentibus miniſterium: ſciẽtibus quoque Magiſtratibus, qui id genus cauſas diiudicãt, quod ſi quid hæc contra quocunque modo de cætero delictũ fuerit admiſſum, crimini pduellionis ſubiacebunt. 7† In omnibus præterea appellationibus hoc ualere iubemus, ut quotieſcunque appellatione interpoſita, intra præfinitum tempus utraque pars fatalem diem obſeruauerit abſque omni dilatione iudices tum acta cauſæ, tũ iudicata examinare ſtudeant, & legi, ac iuri conſentaneam depromere ſententiam. Sin verò ſolus is, qui prouocauit, fatali die ingreſſus fuerit: iubemus, ut iudices ſub extremum fatalem diem, ſi uel requiſitus uictor non inuentus fuerit, examinatis actis cauſæ, legitimum adſignent terminum. Si ſolus is qui

6† Cap. 1.

7† Cap. 2

is, qui uictricem retulit ſententiam, ingrediatur: qui uerò prouocauit, requiſitus inuentus non fuerit, præſtolentur iudices non ſolum ad extremum uſque fatalem diem, ſed etiam per tempus reparationis, hoc eſt, tres menſes. Quod ſi ne tunc quidem inuentus fuerit, qui prouocauit, non amplius decurſu temporis corroboretur ſententia, ſed, uel una tantum parte præſente, iudices actitata in cauſa, & iudicata examinent. Et ſi quidem rectè prolatam ſententiam inuenerint, eam confirment. Si quid in ea per negligentiam omiſſum eſt, id corrigant, & legitimam edant ſententiam. Simul atque uero ſemel appellationis cauſa intra eoſdies, qui dilationis cauſa præfiniti ſunt, ſiue ab utraque parte, ſiue ab una tantum introducta fuerit, non amplius biennij decurſu firmitatem de cætero capiat ſententia, ſed attentis oculis ueritate, ac iure conſiderato, terminum huiuſmodi cauſis legitimum adhibeāt, ſiue una ſiue utraq; parte pñte. Ac propterea iubemus, ut in hoc genere cauſarum non amplius, quemadmodum in pñtem uſque diem obtinuit, in primam appellationem oēs cognitiones conferantur, ſed unaquæque cognitio ſuum diem præſcriptum habeat. 1 †

Cap. 3.

Ad hæc ſancimus, ut omnes iudices appellationem quidem, quæ intra deputatos dies offertur, neque interdicta eſt legibus, omnibus modis ſuſcipiant. Intra triginta uerò dies, q oblata fuit appellatio, actitata in cauſa, cum propria ſubſcriptione præbeant litigatoribus, ut illi pro ſuo hæc auxilio competenti poſſint inſinuare Magiſtratui. Quod ſi quis iudicum hoc facere ſuperſederit: ſententia quidem tempus decurſu confirmabitur: ipſe uerò iudex, qui iſta nō obſeruauit quique huic apparent, omne damnum, quod p cauſam non editorum actorum litigator ſuſtinuerit, ex proprijs facultatibus ei reſarcire compellentur, & denarum librarum auri pœnam noſtris inferendam rebus priuatis perſoluent. 2 † Glorioſa igitur, & magnis rebus gerendis nata auctoritas tua præſentem legem, & in Regia urbe proponere ſtudeto, [& alibi manifeſtam facere procurato.] ut omnes cognoſcant quid obſeruare debeant.

2 † Epilogus.

CONSTITVTIO CXXX.

De tranſitu militum.

Imp. Iuſtinianus A. Petro glorioſiſſimorum ſacrorum prætoriorum Præfecto.

PRAECIPVAM, multoque maximā Reipub. noſtræ conciliationem in hoc conſiſtere arbitramur, ſi quà noſter tranſit exercitus, ut ibi citra omnem alatur querimoniam, & incolumitas, atque indemnitas noſtris cō ſeruetur collatoribus. Inde adeo iubemus, ut quoteſcunque tranſitus fit noſtrorum Ducum & exercituum delegatores, comitenturque eos hi, qui militarium alimentorum curam gerunt. Singularum verò prouinciarum Præſides, per quas tranſitus fit, in parato habeant, vnde expenſæ fieri poſſint, vt in quaque prouincia exercitus noſter, cum tranſit, citra querelam alatur. Et cuiuſcunq; ordinis optiones tam ſpecies abſque vlla diſtortione ſuſcipiant, & annonas, quæ ſuppeditantur in ſpecie, erogent in præfectos legionum, & milites, quam etiam ipſi deputatam ſibi ſolatij occaſionem habeant decimamquintam partem. De his etiam, quæ ab ipſis expenduntur, optiones collatoribus ſolita recauta faciant, periculo eorum, ubi cum ipſis ſunt, Præfectorum legionis, & Tribunorum, & Comitum, & prouiſorum exercitus, ac delegatorum, & cuiuſque ordinis primatum. Neque vllo modo milites apud collatores noſtros gratis ſumptus faciant, ſine occaſione eius, quod (vt fieri poteſt) nihil in parato habeatur, ſiue introituum nomine, quorum penitus ipſam etiam appellationem tollimus, quò magis ex omni parte collatores noſtros illæſos, indemneſq; conſeruemus. Eas etiam ſpecies tantummodo, quæ in ſingulis reperiuntur locis, milites capiant, neque alias requirant, quæ in ea prouincia non reperiuntur, & diſtortionem atque damnum noſtris inferant collatoribus. Qui verò ſumptus à poſſeſſoribus in milites factus eſt, & per recauta declaratus, iubemus, vt a throno Excellentiæ tuæ ſine vlla diſtortione, damno, aut vafro commento, in contributionem ab ipſis publico, inferendam illius indictionis reputetur, in qua is ſumptus factus eſt. Quod ſi plures ſpecies, quàm ab his, qui eas dederunt, contribui ſolet, deprehendantur inſumptæ: iubemus, vt ex vniuerſo publicorum eius prouinciæ tributorum corpore, his, qui vltra propriæ contributionis modum ſūptus fecerunt, ſatisfiat. Si ea verò prouincia tantum publicorum tributorum non habeat, quantum ad ſumptum factum ſufficiat: vel his, qui eum ſumptum fecerunt, ſatisfiat à generali menſa, quæ ab Excellentia tua gubernatur, vel ea ex his, quæ ſequente ab ipſis indictione contribuuntur, ipſi ſibi retineant, & ab his, qui publica tributa profligant, omni ipſis modo reputentur. His omnibus procedentibus, & obſeruandis periculo gloriæ tuæ, & cuiuſque prouinciæ tractatorum, neque non Præſidum, & obtemperantium ipſis cohortium: ſuſceptorum quoque, & decurionum, & omnium, qui publica tractant tributa. Sed hoc obſeruari iubemus, ne quiſquam, aut ex Præfectis legionū, aut militibus, vel ab urbibus, vel prædijs occaſione tranſitus, per concuſſionem exactè aliquid pecuniæ percipiat. Si quis verò deprehenſus fuerit, qui per concuſſionem exactæ aliquid pecuniæ perceperit: iubemus, ut ab eo, qui tale aliquid perpetrat, duplum omnino eius, quod pro hoc accipere auſus fuerit, exigatur. Si quis verò ex noſtrarum legionum præfectis, aut exercitibus, aut optionibus eorum de facto ab ipſis ſumptu recauta non compoſuerint, iubemus, vt collatores, qui ſumptum ſuppeditarunt, actorum monumenta confici procurent, ſi quidem Præſes in ijs locis inuentus fuerit coram ipſo, & religioſiſſimo ciuitatis Epiſcopo, ſi Præſes in ijs locis inuentus non fuerit, coram religioſiſſimo ciuitatis Epiſcopo, aut Defenſore locorum, in quibus poſſeſſio ſita eſt, vnde ſumptus factus eſt: perque eam monumentorum confectionem manifeſtum reddant, & qui noſtrorum Ducum, aut cum quo exercitu tranſitum facientes, recauta non compoſuerint, & quam magnam ſummam inſumpſerint. Atque hoc genus actorum tranſmittant ad tuam gloriam, vt gloria tua perinde quaſi recauta ſint compoſita, tam ipſis collatoribus (quemadmodum ſuperius diximus) ſumptum ab ipſis factum, vel præſtet, vel reputet, quàm ex his, quæ ex tributis publicis legionum Præfectis, & militibus, qui ſumptus fecerunt, delegantur, eam quantitatem, quæ per actorum confectionem declaratur, retineat. Ad hęc iubemus, vt noſtrarum legionum Præfecti, ſiue etiam conſeruatores exercitus, & delegatores, cum tranſitus fiunt antea in illum locum, vbi exercitus noſter debet occurrere, mittant, & inſumenda præparent, neque ad alias vrbes, aut poſſeſſiones, aut prædia mittant, quaſi neceſſe habeat illic manere exercitus, perque hanc cauſam à poſſeſſionibus, ac prædijs extorqueant pecunias. Quod ſi quis eo nomine aliquid auſus fuerit accipere, iubemus, vt eo quoque modo prædicta actorum monumenta conficiantur, quæ declarent & quid datum, & cui, quidque datum ſit, neque non quo ſuperius à nobis modo dictum eſt, tam dāno affectis à gloria tua reputentur, præſtēturve omnia, quæ per huiuſmodi actorum confectionem declarata fuerint, quàm legionum præfecti, & qui quocunque modo exercitum noſtrum conſeruant, & delegatores in duplum quantitatem eorum, quæ accipere per hanc cauſam præſumpſerint, reddant: prometatoreſque tormenta iuxta & exilium ſuſtineant. Porro ſi qui ex prouinciarum Præſidibus nonnunquam cum exercitus noſtri prouiſoribus conſpirantes, ſumptus non præparauerint, & per hoc in diuerſas hoſce vrbes, & loca perduxerint: iubemus, vt tales magiſtratu abdicati, cum obtemperantibus ſibi cohortibus publicationi bonorum, & exilio ſubijciantur: noſtri verò collatores ſic quoque indemnes conſeruentur, uel ex datis recautis, uel ex actorum monumentis, quæ prædicto debent modo confici. Hæc autem cuſtodiri præcipimus non ſolùm in tranſitu noſtrorum Ducum, & militum, ſed & aliorum, qui ex quacunque gente ad auxilium noſtræ à nobis mittuntur Reipub. vt neque per metatorum præbitionem contumelijs afficiatur collatorum noſtrorum libertas. Sancimus item, ut nemini omnino noſtrorum militum liceat metata ſibi in primarijs habitationibus deſumere, in quibus ædium domini habitare deprehenduntur: ſed illę quidem dominis ſuis conſeruentur omni moleſtia, & inquietudine liberæ, & milites uero in alijs ſibi cænaculis metata deſumant. Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem declarantur legem, & ea tam in urbe Regia, quàm religioſiſſimis locorum Epiſcopis, & clariſs. prouinciarum Præſidibus, neque non omnibus noſtris

in qua

in quacunque prouincia, & urbe collatoribus Excellentia tua manifeſta conſtituito, ut collatores noſtri ſciant, quæ pro incolumitate ipſorum a nobis diſpoſita ſunt, & cognoſcant, quod ſi hæc contra factum aliquid fuerit, & qui iniuria affi ciuntur, ſilentio admiſſum tradiderint, ipſi eiuſmodi ſibi damni auctores exiſtent. Dat. Kal. Mart. CP. DN. Iuſtin. PP. A. Baſil. V. C. Coſſ.

CONSTITVTIO CXXXIII.

De monachis, & aſcetriis, & eorum conuerſatione.

Imper. Iuſtinianus A. Ioanni beatiſſimo Archiepiſcopo.

PROOEMIVM.

SOLITARIA vita, atque in ea contemplatio, res plane ſacra eſt, & quæ ſuapte natura animas ad Deum adducat, neque ijs tantum, qui eam incolunt, commodet, ſed etiam omnibus alijs puritate ſua, & apud Deum interpellatione competentem de ſe vtilitatem præbeat. Vnde & olim ea res Imperatoribus ſtudio fuit habita, & nos nõ pauca de dignitate, & honeſtate eorum legibus complexi ſumus: ſequimur. n. ſacros in hoc canones, & ſanctos Patres, qui hæc comprehenderunt legibus: quandoquidem nihil non peculium ad inquiſitionem Maieſtati exiſtit Imperatoriæ, quæ communem in omnes homines moderationem, & Principatum a Deo percipit. Ac deſcripſimus quidem iam conſtitutionem, Quæ vult, vt monachi, etſi magno contineantur numero, ſm formam cœnobiorum (vt appellant) in cõe vitam degant, neque proprias habeãt poſſeſſiones, neque opes accumulent, neque clam teſtibus viuant: ſed & communiter cibum capiant, & in communi loco cubent, & vnuſquiſque bene compoſitam perſequantur vitam, teſteſque ſint inuicem mutuæ honeſtatis, & iuniores reuereantur caniciem eorum, qui iſta inſpiciunt: nonnunquam et dedita opera capeſſant vigilias, vt ne in ſomno quidem aliquod intempeſtiuum, aut turpe de ſe alijs edãt ſpectaculum, ſed quiſque pro ſe honeſtatem, vel inter dormiendum conſeruet. 1† Cum vero quæpiam nobis renuncientur, quæ maiore cura digna ſint, & firmiore lege indigeant, merito ad præſentem legiſlationem ad illius perfectionem, & ſupplementum peruenimus: per quam ſancimus, vt nullus omnino propriam habitationem habeat, neque aliqua (vt appellatur) cellula ſit in monaſterio his, qui ad vitam in contemplatione, & quiete traducendam vno forte, aut duobus vtantur miniſtris: ſed tametſi plures viri ſint, nihilominus vnicus ipſorum ſit conuentus, ſiue precẽtur, ſiue naturæ opera faciant, quæ citra reprehenſionem tñ, & abſque calumnia conſtituunt, & tam communiter (vt dictum eſt) cibum capiant, q̃ communiter dormiant: ſi modo tanta multitudo ſit, q̃ vna domus poſſit capere: alioqui duæ fortè, aut tres domus exiſtant, quæ ipſos recipiant. Nullus autem omnino quidquam habeat proprij, ſed diu, noctuque in cõe viuant, & noctes eãdem inter ipſos cum diebus habeant obſeruationem. Neque. n. ſemper omnes dormiunt: ſed manifeſtum eſt, quod dum hi dormiendo occupati ſunt, illi vigilant, & prorſus quidam dormientes inſpiciunt. Cæterum ſi quę habitatiunculæ, ſeu cellulæ in vllo monaſteriorum fuerint, ſub generali huius amplæ vrbis patriarcha, ſiue in eius confinijs, aut ſub Sanctitate tua conſtitutorũ, ſiue a nobis ipſis ædificatorum, ſiue ab alijs, haſce omnes omnibus modis demolieris, aperieſque ipſis mutuum inter ſe aſpectum, vt quæ viciſſim inter ipſos geruntur, omnes intueantur. Cur enim tandem hoc agere reuerentur, qui ſemel ſe Deo dedicarunt, & omnem popularẽ conuerſationem valere iuſſerunt? Atque hoc quidem eo ſi ne obtinere, tam hoc tempore, quam in omne deinceps æuum volumus: nullo (ut dictum eſt) propriam habitationem habente, ſed omnibus in vnum congregandis, & quæ viciſſim inter ipſos gerantur, ſpectaturis. Illud enim conſtat, quod eiuſmodi peragere ſtudebunt, quæ vndique reprehenſione careant. Quod ſi quis vſque adeo impudens viſus erit, vt conari audeat tranſgredi ea, quæ lege promulgata ſunt, hæc ſolitariæ manſionis Præſul examinato: volumus enim, vt iſta noſtra obſeruatio diligentius cuſtodiatur. Et primum quidem, ne monaſterium multos habeat aditus, ſed vnum tantum, aut duos forte, & vt portæ adſiſtant viri ætate graues, & caſti, neque non omnium teſtimonio comprobati, qui neque ipſos reuerendiſſimos monachos permittant ſine Præſidis voluntate monaſterio egredi, ſed intus eos contineant, vt ea, quæ Deum concernunt, perquirant, nec ſeipſos, actioneſque, ac ſtudia ſua à Deo diuellant, neque alios quoſpiam, vel interdiu, vel noctu in monaſterio verſari ſinant, qui quidem, ne reuerendiſs. monachorum ſyncera, ac recta maneat opinio, efficiant. Eſto autem monaſterium forti muro circunſeptum, ne quis alia parte exitus ſit, quàm per portas. 2† Deinde etſi eccleſia in monaſterio non ſit, neque ſic tamen licenter prætextu eccleſiarum egrediantur, aut etiam deambulationes illic faciant, & cum aliquibus colloquantur, quibus cum non decet: ſed tempore quidem ſacris miniſterijs vnà cum Præſule, & primoribus eius, ac ætate prouectis illò accedunto: miniſterio autem impleto, quidquid monachorum eſt, omnes in cœnobium denuo concedant, & ibi reſideant, ſimulque magnum Deum precibus fatigent, & ſacrarum ſcripturarum lectioni incumbant: ingens enim ſacrorum huiuſmodi librorum exiſtit chorus, & potis eſt cuiuſque animum emendare, ac ſacris irrigare eloquijs, quæ ſi continuè legant, non vnquam errauerint, neque ad humanas delabentur ſolicitudines. Porro in ſacroſancta eccleſia, quæ in monaſterio conſiſtit quatuor, aut quinque ex eadem manſione ſenes ſint, quibus omnis iam difficultas in ſancta illa vitæ, ac fidei inſtitutione ſuperata eſt, & qui ordinationem in clero meruerũt, præsbyterorum fortè, vel diaconorum, vel aliorum deinceps gradum tenentes, atque hi adeuntibus ſui copiam facient, & de ſcripturis ſanctis exquiſitius ſermocinabuntur, efficientque, vt alij omnes tales reputentur, ſimul ſacram adſeruantes ædem, ſimul iuuentutem inſoleſcentem, & terminos ſuos egredi volentem, intolerantia retinentes. 3† Non ingreditur autem omnino, neque mulier in monaſterium virorum, neque vir in muliebre, vel obtentu memoriæ defuncti illic reconditi, uel ob aliam cauſam. Et maximè ſi quis fratrem fortè, aut ſororem, aut quempiam ex genere coniunctis ſe in monaſterio habere dicant: monachis etenim cognatio in terra nõ eſt, vtpote qui cœleſtem uitam affectent. Quid enim omnino tandem uolentes, huiuſmodi aditiones faciunt, niſi ſi quid perpetrare uelint rerum interdictarum: cum & ea, quæ viros decent, uiris in uirorum monaſterijs efficere, & conſimiliter, quæ mulieribus attributa ſunt mulieribus liceat in mulieribus monaſterijs peragere? nullo alteri admiſſo, neq; ſi frater, aut ſoror, aut alius cognatus eſſe dicatur. Neque enim per hanc cauſam aditum ipſis patere concedimus: nam ſi ipſa præciderimus principia, & errorem, qui per aſpectum ſe animis hominum inſinuat, & exinde ad mala lubricitatem prohibuerimus, multò clementior, & facilior exiſtet ſacris decertatoribus uitæ in melius emendatio. Omnes itaque huic legi obtemperanto, & neque uirum reconduntо in muliebrum monaſteriorum ſepulchris, neque mulieres in virorum monaſterijs, ſeu cœmeterijs defodiuntor: neque. n. uiris mulierum domicilia, neq; rurſus uirorum habitacula conueniunt mulierum conſortijs. Nec per eos, qui propter defunctos ingrediuntur, uolumus exinde in honeſtas haſce commiſtiones fieri, ne per hanc cauſam naturę feneſtra aperiatur, ut ea, quę nefas eſt, delicatius in ſe admittat, & ludos faciat, ſacraſq; res deridet, ac uelamento pietatis, & ſub ſpecie exequiarum ea perpetret, quæ neque dicere, neque in animo cogitare ſolitariam uitam exercentibus pulchrum eſt. Cum vero illud re ipſa manifeſtum exiſtat, quod neceſſe ſit eos, qui ſepulturis peragendis miniſterium præbent, & maximè qui feretra deportant, quique defodiunt, ingredi in monaſterium, res ſane difficilis conſiſtit in muliebribus, cum ob alia multa, tum propter præfatam prohibitionem. Sancimus tamen, ut ſi quando tale aliquid futurum eſt, & mulier aliqua in muliebri ſepeliatur monaſterio (uirum enim ibi ſepeliri non permittimus) reuerendiſſimæ quidem mulieres in ſuo permaneant habitaculo, ſolæ autem hoſtiaria, ſiue hoſtiaria, & ipſa fortè (ſi uelit) antiſtes his, quæ fiunt, interſit: ſimulatque uero illi, quæ circa exequias fieri ſolent, tam ſepulchro effoſſo, quam corpore recondito, effecerint, ſtatim diſcedant, neque aliquas ipſi reuerendiſs. ſpectantes mulierum, neque ab aliquibus earum ſpectati.

1† Cap. 1.

2† Cap. 1.

3† Cap. 2.

Sed

Sed neque aliam ingreſſuum occaſionem excogitanto, vel viri in muliebria monaſteria, vel mulieres in ea, quæ viris deputata ſunt, per cauſam eorum, quæ peraguntur circa exequias, quas ſ. memorias appellitant, in tertium nonnunquã diem conuenientes: item cum quadraginta exceſſerint, aut etiam annus cum liceat, ſi quidem muliebre monaſteriũ nt, mulieres omnia peragere: ſi virile, viros, neque per huiuſmodi occaſionem venerabilibus monaſterijs aliquam inurere infamiam. 1 † Quia vero nihil eorum, quæ incluſa ſunt

3† Cap. 4. legibus, vt æquum eſt, ſeruari poteſt, niſi conuenientem habeat cuſtodiam: ſancimus, vt qui cuiuſque monaſterij pro tempore Præſul fuerit, continue ad ipſum animaduertat, & in vnoquoque ad inſtar rei, & diſciplinæ publicæ operam nauet. Et ſicubi, vel paululum quiddam contra decorum fiat, protinus hoc emendet, neque committat, maior exinde lapſus oriatur, & anima, quæ ad ſalutem ex ſancta vitæ, atque fidei inſtitutione prouenientem confugit, pereat.

Ipſe quoque monaſteriorum ſummus Præſul, ſiue in loco ſit, quemadmodum in hac eſt vrbe, ſiue non enixè in eã rem operam dato, & apocriſarios ſuos (vt nuncupantur) per monaſteria dimittito: e vicinis et interroget, nunquid mali in aliquo vicinorum perpetretur monaſteriorũ, atque hæc omnia coerceto, & competentem pro dignitate impendito prouidentiam. Sed & cuiuſque ciuitatis Epiſcopus in hoc prouidentiam adhibeto, ſiue *Patriarcha*, ſiue Metropolitanus, ſiue quicunque ſit: & reuerendiſſ. Defenſores eccleſiæ ſuæ mittito, qui hæc perquirant, & obſeruent, neque committant, vt præter decorum quidquam fiat: ſed & ſi quid tale perpetretur, vt primo quoque tpe hoc corrigant. Conſimiliter autem, & ſanctiſſ. huius almæ vrbis Patriarcha, ea quæ monaſteria hic concernunt, perquirito; & eius rei cuſtodes Dei amantiſſ. Defenſores ſacroſanctæ maioris eccleſiæ, & quoſcunque diligentiſſimos, honeſtiſſimoſque eſſe putauerit, conſtituito, vt maiore adhibita cuſtodia amplior ite obſeruatio, & pro delictis vindicta procedat. 2 †

2† Cap. 5. Enimuero ſingula monaſteria ſub aliquo cenſeri oportet Antiſtite, & habere (quemadmodum diximus) quos dicũt apocriſarios, viros ætate graues, qui & in monaſtica iam diſciplina impendio decertarint, neque facile corporis ſuiti neant impetus, & rebus gerendis, atque ipſorum vſibus vacarint. Neque hoc tantum, ſi virorum monaſterium ſit, ſed & ſi mulierum forte ſit, duo aliqui viri, vel (ſi haberi poſſunt) eunuchi conſtituantur, qui ampliſſimo teſtimonio comprobati, negotia ipſarum gerant, & ineffabilem ipſis communionem, cum eius rei opportunitas erit, diſtribuãt. Quod ſi illi de neceſſitate aliqua monaſterij, aut qua vnã aliquam reuerendiſſ. aſcetriarum pertingit, neceſſarij aliquid dicere voluerint, colloquantur ea de re cum ſola Antiſtite, neque præterea cum vlla alia mulierum, quæ in eo cõſiſtant monaſterio: per reuerendiſſ. eñ omnia conficientes hoſtiarias: oportet enim, & huiuſmodi aliquas ad fores collocari, quæ conſimiliter & ingreſſus, & exitus reſpicientes, tam exitus mulierum prohibeant, quàm inacceſſos viris aditus exceptis apocriſarijs reddant. Hi autem hoſtiarias accedent, & aduentus ſui cauſam exponent. Antiſtes vero re cognita, & progreſſa cum his colloquetur: ipſique ad illam referent ea, quæ diſpenſationem eorum concernunt, & neceſſitatem quamobrem acceſſerint. Atque ita & humana pulchre adminiſtrabuntur, & ex omni parte nullo tentata malo durabit caſtitas.

Certe ſi quis delinquat (vt multa ſunt humana, neque quiſquam ita continere naturam poteſt in officio, quin aliquando peccet (hoc enim ſolius eſt Dei) hunc quidem, ſi mediocre delictum ſit, & admoneto, & ſeorſim includito, tempuſq; illi adſignato pœnitentiæ, vt meliore ratione pœcepta adſeipſum redeat, neque depenſos iam, & exhauſtos labores amittat. Sin vero maior lapſus fuerit, pro modo peccati adhibetor etiam emendationis diligentia; & item vehementiorem admonitionem, & fortiorem pœnitentiam expetito. Et ſi quidem hiſce modis ſeruare eum valuerit, qui labi cœperat (idem autem & in mulieribus ſanctimoniali vitæ deditis, & in viris dicimus) magno Deo gratias agat, qui & angelicis in cœlo poteſtatib. gaudium oboriri dixit, ſi quis peccatorum ſeruetur. At ſi delictum atrocius ſit, quàm quod medela reparari poſſit, tunc prorſus monaſterio ipſum expellito, vt cum ſeipſum a melioribus ad deteriora contulerit, ipſe ſolius improbitatis ſuæ fructum capiat, neque vitiorum ſuorum aliquid cæteris contagione adfricet, quemadmodum peſte laborantia, & incurabiliter ægrotantia ſolent pecora. Nam vt maximè hi neglexerint, non tamen Maieſtas iſta deſpiciet Imperatoria, neque indignatione contra id factum, contrave locorum Epiſcopum, & eccleſiaſticos, qui ſub ipſo conſtituti ſunt, abſtinebit, niſi hoc obſeruauerint: nimirum cum eius negotij diligentia neceſſario ipſi etiam Maieſtati Imperatoriæ incumbat. Si enim puris illi, nudiſque manibus pro Republica preces Deo obtulerint: manifeſtum ſanè, quod & res militaris pulchrè ſe habebit, & ciuitates in bono ſtatu erunt. Deo item propitio, ac beneuolo conſtituto, quomodo non omnia in ſumma pace, & recta legum moderatione urgebunt? Terra quoque nobis fructum feret, & celerius 3 † bona ſua edet, per Dei beneuolentiam precib. illorum uniuerſam Rempublicam in unum colligentibus, ſed & communis hominum figura venerabilior erit, quæcunque, quod præſtantius eſt, illorum puritatem reuereri. Vnde una fiet conſpiratio, omnibus ſimul ad hoc concurrentibus. & (quoad fieri poteſt) exterminata omni malitia, melioribus, ſanctioribusque ſtudijs introductis, & dignitatem habentibus: quod quidem, cum deſideremus, bonum haud dubie opus, quemadmodum perſuaſum debemus, perficimus. 4 † Illud quoque omnibus obſeruari modis volumus, ut ſi quis reuerendiſſ. monachorum in caupona aliqua diuerſari uideatur, illico ijs tradatur ciuitatum Defenſoribus, aut hic iudicio Excellentiæ tuæ, caſtigeturque conuictus, certiorque ea de re reddatur Antiſtes, ut eum, qui hæc deliquit, & turpem uitam cum angelico hoc ſtatu permutauit, expellat monaſterio. Duabus enim potiſſimum in rebus operam, & diligentiam reponere oportet monachos, ut aut ſacris uacent ſcripturis, aut quas manuarias uocare ſolent artes, monachos decentes meditentur, exerceantq;, ſi quidem mens inerti otio dedita, haud ſane quidquam bonorum peperit. Atque hanc legem de his proponimus, tam in hac Regia ualituram urbe, quàm in omnibus gentibus: nam ad unumquemque religioſiſſimum Patriarchã pro maiore cautela, & competente cuſtodia eam tranſmittemus: hi vero ad Metropolitanos ſub ipſis conſtitutos eam emittent: illi autem omnibus alijs impertientur Epiſcopis, & per Epiſcopos hæc reuerendiſſ. monachis, eorumque. Antiſtitibus manifeſta fiet. Porro huius rei obſeruationem committimus non tantum cuiuſque manſionis ſolitariæ Præſuli, neque Dei amantiſſ. locorum Epiſcopis, aut religioſiſſ. Metropolitanis, aut Sanctiſſ. Patriarchis, ſed & hic quidem Præfectis, ut ſi res uehementiore aliqua animaduerſione indigeant, de hoc à Dei amantiſſ. uiris edocti, id exequantur: in prouincijs uero illarum Præſidibus, ut tamen quid facto opus ſit, prius à Dei amantiſſ. perdiſcant Epiſcopis. Et prorſus tam per ſacratas perſonas, quàm Magiſtratus, ea, quæ Deum concernunt, incorrupta exiſtant; & præ cæteris omnibus, per Maieſtatem Imperatoriam, utpote cum nihil diuinarum rerum, & quæ cuſtodiri iuſtum eſt, a nobis negligatur; ſed per omnia ſtudeamus, ut communis Reipub. ſtatus ex magni Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti erga homines amore, fructum auferat per reuerendiſſ. uirorum puritatem, quam cuſtodient & clerici, & monachi, & Epiſcopi tam maiores, quàm minores, tum ſacrorum memores canonum, tum noſtrarum legum, & conſtitutionum de hoc conſcriptarum, quas & ualere, & ratas eſſe, per præſentem quoque legem ſancimus. 5 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea cognoſcens gloria tua, effectui, & fini tradere ſtudeto. Dat. 17. Kalend. April. CP. Arione. V.C. Coſſ.

3 † γῆ λαρ λαττα, & mare quæ propriuſ lius ſunt, dabit.

4† Cap. 6.

5 † Epilogus.

CONSTITVTIO CXXXV.

Ne quis cogatur bonis cedere.

PROOEMIVM.

QVIBVS maximè rebus diuinum à nobis numen placari perhibetur, ea ſane inter ſubditos iugiter incrementum accipere, atque eluceſcere contendimus. Zoſarius quiſpiam ex Myſis oriundus, cum lachrymis porrectis precibus, nos edocuit, quod cum pecuniarum publicarum pariter, & priuatarum nomine conuentione experiretur, à clariſſ. prouinciæ Præſide cum contumelia, † & quidem ſola: neque enim

credidit de ijs pecunijs propriarum rerum ſuarum perſecutionis libellos oblatū iri, id quod iniuſtiſſimum habetur, & inter ea capitula, quę cum primis adferunt moleſtiam. Vbi enim locorum iuſtum eſt, vt is, qui vniuerſum ex accidenti, non ſupina negligentia res ſuas amiſiſſe traditus eſſet, denuo per vim ignominioſam uitam tranſponatur, & ad quotidiani victus, neque non (ut licet conijcere) amiCap. 1. 1† ctus corporis inopiam adigatur. 1 † De his edocti, alacriterque cupientes, id quod deterius eſt per melius corrigere, quo magis ea re omnium optimus Deus concilietur, neque calamitoſi aliquid noſtris geratur, inque vſu habeatur temporibus: ſancimus, vt nemini glorioſiſs. & Magnificentiſs. Magiſtratuum liceat rei cauſa ceſſionis bonorum neceſſitatem alicui eorum inferre, qui de prædictis cauſis iudicium ſuſtinent, aut huiuſmodi contumelijs, uti ac prætextibus, perinde quaſi dum corporis ſupplicium ipſi remittitur, maluerit rerum ſuarum amiſſionem capeſſere potius, quàm cum inopiæ iugo itidem ad mortem vſque premi opprobrio ignominiæ. Iuſiurandum tamen per adoranda præbeat eloquia, quod nullam rerum cauſa occaſionem, aut aurum reliquum habeat, unde æris alieni ſupplementum faciat. Præterea ſi qua ipſi iura lex uel ex hæreditate, vel cognatorum donatione in rebus mobilibus præſtet, in quarum poſſeſſione nondum conſtitutus ſit, competere tamen ipſi videantur, poſſintque creditores, vel partem ex ijs, vel etiam totum colligere, extra tamen res uxoris, reuera hoc fiat, ſi quidem ad ipſos pertineant, creditoribusque huiuſmodi actionum uindicandi, & in perſonam eius, qui aliquando iurium futurus ſit dominus actiones inſtruendi, ſiue præſens debitor eſt, ſiue non, & (ut ſimpliciter dicamus) quo ad actionem, & uindicationem rerum conſiſtendi in perſona eius, qui ita fuerit obnoxius, licentia ſit.

2† Epilogus. 2 † Diligens itaque, & uirtutis amans Magnificentia tua, ea, quæ tam pie nobis placuerunt, obſeruato: decem librarum auri mulctam ei, qui ex ijs aliquid, quæ de his a nobis ſancita ſunt, transgredi præſumpſerit, irrogans. Neque enim abſque periculo erit, ſed & uitæ periculum inferetur ijs, qui uel ſola cogitatione tenus ea, quæ iuſtè a nobis per hanc ſacram exprimuntur legem, tranſilire attentauerint.

Dat. Kal. Iun. CP. Bilis. V. C. Coſs.

CONSTITVTIO CXXXVI.

De argentariorum contractibus.

PROOEMIVM.

QVI in corpore, ac collegio conſiſtunt argentariorum huius almæ vrbis, hi ſupplices apud potentiam noſtram facti, de multis nos capitulis petierunt, potiri cupientes auxilio, vt qui cum multis ſe vtiles præbeant, nihil aliunde exinde habeant, quàm conſtitutæ pecuniæ, & mutui obligationes ex omni parte periculi plenas. Nam cum ſacra noſtra exiſtat conſtitutio, quæ vult, ut exactiones ordine fiant, ac primum quidem principales rei, & res eorum excutiantur, deinde verò & fideiuſſores, & mandatores, neque non conſtitutæ pecuniæ rei, ab hac legiſlatione ipſorum eximi conſortium, & pati omnium grauiſſima, ſi ipſi quidem conſtitutionis auxilio uti nequeant, ſed protinus exigantur, cum uero conſtitutæ pecuniæ obligationes ab alijs percipiant, non item ipſis ſatisfaciant, qui pecuniam conſtituerint, mandatoresve in eam rem, aut fideiuſſores extiterint & conueniens putetur noſtram

3† Cap. 1. ipſis conſtitutionem opponere. 3 † Sancimus igitur, ut cum aliqui ex his, qui argentariæ menſæ præpoſiti ſunt, mutuam alicui pecuniam dederint, & vel conſtitutæ pecuniæ reos, vel fideiuſſores, vel mandatores in eam rem acceperint, opponaturque ipſis conſtitutio, & ordo per eam introductus, nihilominus & in ipſis conſtitutio obtineat, niſi ſpeciale pactum fecerint, ut creditori licentia ſit tam principalem debitorem, quàm mandatorem, atque fideiuſſorem, (& conſtitutæ pecuniæ reum) conueniendi, non expectato conſtitutionis gradu. Propter ingens enim illud ſtudium, quod argentarij circa publicos contractus adhibent huiuſmodi pacta conuenta admittimus, cum non uideantur contra legem eſſe, propterea quod vnicuique integrum eſt his, quæ ipſi a lege data, & conceſſa ſunt, renunciare. * Proinde ſicubi tale pactum fiat, licitum ipſis eſto, * l. penult. C. de pac. tam principalem debitorem, quàm mandatorem, & fideiuſſores, atque alias porro perſonas conuenire, Vt quidem ſi nullum pactum adſcriptum ſit, penitus & in ipſis ualeat conſtitutio. Si pacta vero adſcripta ſint, ſimulque formam ac regulam addant contractui, ſimul exinde inferatur exactio. 4†

SECVNDVM uerò ipſis capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridem fecimus, cùm quis argentariæ 4† Cap. 2. menſæ præpoſitus militet, aut filios ſuos militare faciat, ut nequeant eo militantes ipſorum filij, uti quaſi non ex paternis aut aliunde quæſitis pecunijs militent: ſed creditorum, ut petierunt, ut aut neque in ipſis huiuſmodi locum haberet præſumptio, aut ipſis quoque eadem ſuppeterent, & ſi quis mutuo ab ipſis ſumpto militet, aut etiam eius filij, neque debitum poſſit aliunde diſſolui, uel ex iſtiuſmodi militiæ eius, aut filiorum exactione ſatis ipſis fiat. Nos igitur cum neque ſimpliciter legem propoſuerimus, ſed cū certa cautela, neque facilè ſubuerti ipſam ſuſtineamus, ſancimus, ut ſacra conſtitutione ualente, neque hac præſumptione, quæ ſecundum ſacram conſtitutionem contra ipſos protenditur, ſublata, quandoquidem multi, cum contrahunt, non ſuis omnia pecunijs facere uideantur, habeant & ipſi hoc priuilegij, ut ſi quis militet, aut eius filij, ipſius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, ſi de numero earum ſit, quæ uendi ſolent: conſimiliter autem & filiorum, niſi manifeſtiſſimè ab ipſis comprobetur, quod uel ex maternis filiorum bonis, uel ex principali largitate militia ipſis acceſſerit: nam ſi debitum aliunde diſſoluere nequeant: tunc argentarium menſæ præpoſitis etiam ex filiorum militia ſatisfaciat: ſi quidem ipſorum gratia hanc legē proponimus, opponentes eam præſumptioni, quæ ex conſtitutione nata eſt Et quemadmodum illa prędictam contra ipſos præſumptionem effecit, ita & nos contrarium ipſi remedium, addentes his ſolummodo, qui de prædicto conſortio ſunt, liberalitatem noſtram explicamus propter communem ipſorum utilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis ſe periculis immiſceant, ut ingruentibus aliorum neceſſitatibus medeantur. 5†

PORRO neque illud abs re dicere uſi ſunt, ſi cuipiā 5† Cap. 3. mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati ſint ad nonnullarum mobilium, aut immobilium rerum emptionem, & certam auri ſummam dederint, ut prorſus ipſi ea in re potiora iura habeant, neque diſtortione aliqua teneantur, ſed ſimul ac oſtenderint ſuis pecunijs eam rem comparatam eſſe, neque poſſint debitores pecunia ipſis numerata ſatisfacere: iſtiuſmodi pecunijs empta perinde ipſis addicatur, quaſi reuera ab ipſis emptio celebrata foret, & nuda emptoris appellatio fuiſſet adpoſita. Neque enim iuſtū eſt, ut qui tam largiter pecunias ſuas perfundūt, non item primū, & extra omnem controuerſiam poſitū ordinem in rebus ſua pecunia comparatis teneant, dūtaxat ſi in contractibus ſcriptura interueniente celebratis hypothecæ aliqua facta ſit mentio. hoc nanque ſi obſeruauerint totū habituri ſunt, quod a nobis petierunt: imo uerò etiam amplius, quàm petierūt: ſi quidem omnibus præſtantiora ipſis iura in ijs rebus cōcedimus, quæ ipſorum pecunijs emptæ probantur. Si tamen contractus factus ſit, aut fiat nulla ſcriptura interueniente, ipſique uel pecuniam numeratam dederint, uel (quod maxime apud argentariæ menſæ præpoſitos fieri conſueuit) ſpecies aliquot mūdi forte muliebris, aut argenti quod ob eiuſmodi datur, uenditurve, pro quo tamen pretium nondū perceperint: tunc liceat ipſis hæc tanquam ſua uindicare, etſi hypothecarum ius in ijs non habeant neque enim illi poſſidebunt aliena: & cum aurū pro pretio non ſoluerint, fruſtra detinebunt ea, quæ ipſis ab alijs tradita ſunt, ſed ſiue ad hæredes tranſmiſerint, hæredes eorum pro ipſis, uel ipſa data reddent: ſiue ad hæredes non peruenerint, licebit hæc ipſis uindicare, nulla contra ipſos hypotheca in eorum rebus, quæ per alios forte quæſita ſunt, ualitura. 6†

QVIA vero legem tulimus, ne argentariæ mēſæ præ- 6† Cap. 4. poſiti vltra beſſes vſuras fœnerarentur. docuerunt autem nos, quod cum ſine ſcripto fœnerari ſoleant, hi deinde illiberales ſe circa uſuras præbeant, propterea quod & plurimum ſine ſcripto contractum, neque ſtipulatio interpoſita ſit, ſcilicet, iuxta illud, quod vulgo dicitur, non conuenire, vt vſuræ citra interpoſitam currant ſtipulationem, quanquam multi caſus ſint, in quibus uel ſine ſtipulatione, & ex pacto naſcatur uſurarum obligatio: nonnunquam

quam etiam hæ, tametſi non ex pactis, ſed ſuapte ſponte introducantur, tamen exigantur: propterea ſancimus, vt vſuræ ipſis non ſolùm ex ſtipulatione, ſed etiam abſque ſcripto præbeantur, nimirum tales, quales ipſos exſtipulari permittis, hoc eſt, vſque ad beſſe ꝫ centeſimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati ſunt, hos vtique per eiuſmodi minutias iniuriam perpeti, iuſtum non fuerit: 1†

1† Cap. 5. INSVPER de hoc quoque nos inſtruxerunt, quòd hi, qui cum ipſis contrahunt, cum inſtrumenta contractus, & ratiocinia conficiunt partim publicè ea in foro componunt, partim ipſi propria manu conſcribut, partim ab alijs conſcriptis ſubſcribunt: plerunque, vt ſi quid eius generis conſcribant ij, qui cum ipſis contrahunt, teneantur obnoxij, & ipſis ſatis faciant, neque poſſint hoc in uſum aſſumere, & dicere, quòd tametſi inſtrumenta, ſiue confeſſiones, ſiue ratiocinia omnia manu ſua conſcripſerint, aut alijs ſcribentibus, his ſubſignarint, aurum tamen, quod in ijs comprehenditur, datum non ſit: & ut exinde hypothecas habeant, & beſſes uſuras, quamuis ſcriptæ non ſint, tamen percipiant. Nos itaque, quoniam eiuſmodi communia, ac publica ſunt, & maiore conſideratione indigent, reſpondemus ad hæc, uti conueniens eſt. Et quidem ſi quis publicũ inſtrumentum confecerit, aut totum propria manu conſcripſerit, aut etiam inſtrumentis, vel ratiocinijs ab alijs cõſcriptis ſubſcripſerit, ut omnibus modis tam ipſe, quàm hæredes eius perſonalibus ſcilicet actionibus teneantur obnoxij, ſancimus. Neque enim temerè hypothecam dederimus his, qui de ea pactum non fecerint, niſi omnino in ſcriptura eorum, quæ in bonis ſint, comprobetur facta eſſe mẽtio, aut ipſi bona ſua pignori oppoſuerint, aut ſaltem hoc ſimpliciter adiecerint, periculo eorum, quæ in bonis habeant, aut denique aliquid prolocuti fuerint, aut conſcripſerint eiuſmodi, quod intellectum quendam hypothecæ adferat: tunc enim ipſis etiam hypothecam præbemus, ut neque legum noſtrarum in uniuerſum naturam perturbemus, neque ipſos tolerabili defraudemus auxilio. Vſuræ ſanè, ſi quidem certas pepigerint, pactæ præſtentur: ſi uerò duntaxat ſcriptum fuit, quòd fœneratitium creditum exſtiterit, nequeant contrahentes dicere, quòd ex quo uſuræ finitæ non ſunt, propterea & debitum ſterile haberi debeat, ſed ex præſumptione ita celebretur exactio, quaſi beſſes vſuræ expreſſis uerbis nominatæ ſint, atque hoc quidem de cætero obſeruetur. In ratiocinijs uerò, quæ iam confecta ſunt, etſi nulla uſurarum habita ſit mentio, tamen quia manifeſtarium eſt, quòd apud argentarium menſæ prępoſitum ſolummodo contractus ſub uſuris ineatur, cùm non poſſit, qui ipſe uſuras dependit, ſine uſuris dare impendia, ipſis beſſes uſuras expetere, ut tamen de cætero obſeruent

2† Cap. 6. ea, quæ præſens ipſis ſacra lex largitur. 2† In illo utique caſu nimis, quàm ipſis opem ferimus, ut ſi ratiocinia proferantur, quæ expreſsè quanque cauſam habeant adſcriptam, in quam aurum datum eſt, atque hic ratiocinijs ipſis ſubſcripſerit, & ſi ſingulas in ipſis cauſas propria manu non ſcripſerit, aut etiam confeſſionem de hoc aliquam,

3† ἄνευ ἐκ διαλύσεων. ſiue ſub ſpecie mutui, ſiue ex acceptilatione, 3† ſiue etiam aliter, non confecerit, nequeat amplius ab eo, qui hoc fecit, ſingularum cauſarum particulatim probationes exigere, niſi fortè ex abundanti uelit uel ipſi, uel creditoris hæredibus iuſiurandum deferre: hoc enim ſolum ei concedimus, intra tamen ea tempora, quæ exceptioni non ſolutæ pecuniæ attributa ſunt. Nam ſi id quoque tempus præterire contigerit, neque iureiurando ipſos grauamus, id quod etiam in generalibus legibus deſcripſimus, quanquam ne hoc quidem ex uſu erat: nam eum, qui propria manu uel ſcripſit, uel tradidit ratiocinia, quomodo iuſtum fuerit putare ita diſſolutum exſtitiſſe, ut quæ

4† Epilogus. data non eſſent, pro datis ſcriberet? 4† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quàm quicunque præterea Reipublicæ noſtræ Magiſtratus, inuiolata cuſtodire in perpetuum ſtudeto, decem librarum auri pœna imminente his, qui hæc uel tranſgrediuntur, uel tranſgredi patiuntur. Dat. Kalen. April. CP. DN. Iuſtin. PP. A. Baſil. V. C. Coſſ.

CONSTITVTIO CXXXVII.

De ordinatione Epiſcoporum, & clericorum. Antonio Contio interpre.

Imperator Iuſtinianus A. Petro Magiſtro officiorum.

PROOEMIVM.

SI ciuiles leges, quarum poteſtatem nobis Deus pro ſua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus cuſtodiri ad obedientium ſecuritatem ſtudemus, quanto plus ſtudij adhibere debemus circa ſacrorum canonum, & diuinarum legum cuſtodiam, quæ ſuper ſalute noſtrarum animarum definitæ ſunt? qui enim ſacros canones cuſtodiunt, Domini Dei adiutorio digni ſunt, qui autem eos tranſgrediuntur, ipſi ſemetipſos iudicio reddunt obnoxios. Maiori igitur condemnationi ſubiacent ſanctiſſimi Epiſcopi, quibus concreditum, & commiſſum eſt, & canones inquirere, & conſeruare, ſi quod eorum prætermiſſum fuerit, indemnatum, atque impunitum relinquerint. Sanè cum hactenus canones obſeruati non rectè fuerint diuerſas ex eo paſſi ſumus interpellationes contra clericos, & monachos, & quoſdam Epiſcopos, ut qui ſecundum diuinos canones non uiuerent, & quidem etiam inter eos inuenirentur, qui nec ipſam quidem, uel ſanctæ oblationis, uel ſancti baptiſmatis orationem tenerent, aut ſcirent, 5† Dei igitur intelligentes, & animo infigentes iudicium ſingulorum, quæ nobis delata ſunt inquiſitionem ſimul, & correctionem iuſſimus canonicè procedere. Si enim illa, quæ a laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquiſitionem, & uindictam manere, quomodo a ſanctis Apoſtolis, & Patribus ſuper omnium hominum ſalute canonicè ſtatuta deſpici patientur? Sanè multos ex eo maximè deprehendimus in peccata fuiſſe prolapſos, quod non ſunt factæ ſynodi ſanctiſſimorum ſacerdotum, iuxta ea, quæ a ſanctis Apoſtolis, & Patribus definita ſunt. Si enim hoc fuiſſet obſeruatum, quilibet metuens grauem in ſynodo accuſationem, ſtuduiſſet utique, & ſacras ediſcere lyturgias, & temperanter uiuere, ne condemnationi diuinorum canonum ſubiaceret. Illud quoque nihilominus quibuſdam peccandi occaſio fuit, quod abſque examinatione, & rectæ fidei, atque honeſtatis uitæ teſtimonio ordinantur Epiſcopi, presbyteri, diaconi, & cæteri clerici. Nam ſi ad orandum pro populo deſtinati, indigni diuino miniſterio inueniantur, quomodo pro tranſgreſſionibus, & delictis populi Deũ propitiare poterunt? Plane ordinationes ſacerdotum cum omni diligentia, & rigore fieri oportere, docet nos & qui inter ſanctos cenſetur Gregorius Theologus, ſequutus ſanctos Apoſtolos, & diuinos canones. Sic enim in magno Apologetico. — 5† Cap. 1.

QVIS autem (inquit) ſecundum Pauli canones, & definitiones ſeipſum dirigens, quas de Epiſcopis, & presbyteris conſtituit, ut ſicci, ſiue ſobrij ſint, modeſti, non uinolenti, non percuſſores, ad docendum idonei, irreprehenſibiles in omnibus, non conuerſantes malis, non multũ aberrare ſe inueniet ab illa canonum rectitudine? Idemque rurſum loquutur in hæc uerba: Mundari (inquit) oportet primum, ac deinde mundare: ſapere, ac deinde ſapientiam docere. Lucem fieri, & poſtea illuminari: propinquari Deo, tũ alios adducere: ſanctificari, tum ſanctificare: manuducere cum manibus, conſultare cum conſilio. Et rurſus idem ſanctis connumeratus Gregorius, de ijſdem in eadem oratione illud ſcribit: Quis inſtar figuli uno ipſo die fictilia ſua tornantis, ita repente fingat ueri cultus antiſtitem, cum Angelis ſtantem, & cum Archangelis laudes canentem & Chriſto conſacrificantem? Et per hæc quidem indicauit ille Theologus, quales nam oporteat ad ſacerdotium promoueri. De his autem, qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione.

Qui cum nihil (inquit) ad ſacrum Dei altare, & ſacerdotium attulerint, nec in uirtute, & pulchro prius inſudarint, & elaborarint, ſimul diſcipuli, & præceptores pietatis oſtenduntur, & priuſquam purgati ſint, purgant: heri ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri extra ſacra, hodie — ἱερόσυλοι χθές, ἱερεῖς σήμερον.

præſules

præſules myſteriorum: veteratores malitia, nouitij pietate, qui ſunt opus, atque fabrica humanæ gratiæ, non Spiritus ſancti. Quod autem diuini canones prohibent clericos eſſe, qui ſecundum vxorem duxerunt, & inter ſanctos Baſilius docens, ſic ait: Bigamos canon miniſterio excluſit, inquit, & ex iis progenitos. Et hæc quidem S. Baſilius. In tantum autem patribus ſacerdotum cura fuit, vt qui Nicææ conuenerunt, canonem ediderint ita hñtem: Interdixit per omnia magna Synodus, non Epo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſubintroductam 1 † hr̃e mulierem, niſi forte aut matrem, aut ſororẽ, aut amitam, vel eas tm̃ perſonas, quæ ſuſpitiones effugiũt.

1 † συνείσακτον.

2 † Cap. 2.

2 † His igitur, quæ ſacris canonibus definita ſunt, inſiſtentes, præſentem facimus legem, per quam ſancimus, vt quoties vſu uenerit, Epm ordinari, cõueniant clerici, & primores ciuitatis, cui ordinandus eſt Eps, & propoſitis ſanctis Euangelijs ſuper tribus perſonis pſephiſmata fieri, & quemque ipſorũ iurare ſm diuina eloquia, & in ipſis pſephiſmatibus inſcribi, q̃ neque per donationem, neque promiſſionem, vel amicitiam, vel gratiam vel aliam qualemcunque affectionem, ſed q̃ ſcientes ipſos rectæ, & catholicę fidei, & honeſtæ vitæ, & excedere trigeſimum ętatis annum, ipſos elegerint. & q̃ neq; vxorẽ, neque liberos ſciunt, aliquẽ ex ipſis hr̃e, nec pellicẽ, aut filios naturales ſciũt ipſos hr̃e, uel habuiſſe: ſed ſi quis eorum prius vxorem habuit, & illam ſolam, & neque viduam, neque à viro ſeparatam, neque ſacris canonibus, aut legibus interdictam, ſed nec muneribus publicis addictum, aut curialem, aut taxeotem, ſiue cohortalem aliquem eorum, qui electi ſunt, eſſe cognoſcunt, præterquam ſi in monaſterio non minus quindecim annis monachicam vitam ſine vlla calumnia exegerint, ea ſanè obſeruatione, quæ antea à nobis dicta eſt, & in talibus perſonis, earumque electione obſeruanda, vt ex tribus ita electis perſonis melior eligatur electione & iudicio ordinantis. Exigi etiam ante omnia ab eo, qui ordinandus eſt, libellum eum eius propria ſubſcriptione complectentem, quæ ad rectam eius fidem pertinent. Enunciari etiam ab ipſo, & ſanctam oblationis formulam, quæ in ſancta communione fit, & eam, quæ fit in baptiſmate precationem & reliquas deprecationes. Inſiurandum autem ſuſcipere eũ, qui ordinatur, per diuinas ſcripturas, quòd neque per ſeipſum, neque per aliam perſonam dedit quid, aut promiſit, neque poſthac dabit, vel ordinanti ipſum, uel his, qui ſacra pro eo ſuffragia fecerunt, vel alij cuiquam ordinationis de ipſo faciendæ nomine. Si quis autem præter memoratam obſeruationem Epiſcopus ordinetur, iubemus & ipſum omnibus modis Epiſcopatu deijci, & eum, qui contra talem obſeruationem eum ordinare auſus fuerit.

3 † Cap. 3.

3 † Si quis autem accuſationem inſtituet contra ordinandos in Epiſcopum, vel presbyterum vel diaconum, uel alium clericum, uel etiam Abbatem ex quacunque cauſa, differatur talis ordinatio, & fiat prius inquiſitio accuſationis, præſente etiam accuſatore, & ea, quæ ab ipſo delata ſunt uſque ad finem proſequente. Si uero deſiſtat, & comperendinet accuſator, nihilominus is qui ordinationem facturus eſt, inquiſitionem diligentiſſimam faciat intra tres menſes: & ſi quidem obnoxium inuenerit eum, qui accuſationem ſuſtinet, ſiue contra diuinos canones ſiue ſecundum noſtras leges, prohibeatur ordinatio: ſi vero accuſator, aut præſens non probauerit, aut ſe abſentauerit, ſi quidem clericus ſit, proprio gradu depellitor: ſi vero laicus, competentem coërtionem ſuſtineat. Si autem quis ante examinationem cauſæ ordinauerit accuſatum, tam ordinator, quàm ordinatus ſacerdotio exuuntor.

4 † Cap. 4.

4 † Quando autem, quod in canonibus cautum eſt, de ſynodis ſanctiſſimorum Epiſcoporum per ſingulas prouincias congregandis, hucuſque minime obſeruatum eſt, illud in primis corrigere eſt neceſſarium. Sancti igitur Apoſtoli, & Patres definierunt, bis in vnoquoque anno fieri debere ſynodos ſanctiſſimorum ſacerdotum in vnaquaque prouincia, & emergentes cauſas excuti, & competentem accipere correctionem, hoc eſt, unam quidem in quarta ſeptimanæ ſanctæ Pentecoſtes, 5 † alteram verò Octobri menſe. Nos autem inuenientes, quòd ex huiuſmodi negligentia multi diuerſis peccatis impliciti ſunt, iubemus omnibus modis unam ſynodum fieri ſingulis annis in ſingulis prouincijs menſe, vel Iunio, vel Septembri, & conuenire quidem apud beatiſſimos Patriarchas, illos qui ab ipſis ordinati ſunt, & qui non habent ius alios Epiſcopos ordinandi, at apud ſanctiſſimos Metropolitas cuiuſque prouinciæ, eos, qui ab eis ſunt ordinati. Quo in loco motas lites, & interpellationes, vel pro fide, vel canonicis quæſtionibus, vel adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, vel de Epiſcopis, & presbyteris, uel diaconis, aut alijs clericis, uel de abbatibus, uel monachis, vel de accuſata uita, uel de aliarum rerum correctione moueri quidem, & agitari, & conuenienter examinari, & eorum correctionem ſecundum ſacros canones procedere & ſecundum noſtras leges.

5 † Vel quarta feria ſanctæ Pentecoſtes.

6 † Cap. 5.

6 † Non ſolum autem in anniuerſarijs ſynodis iſta quæri volumus, ſed etiam quoties quidam ſacerdotum, vel clericorum, uel abbatum, vel monachorum accuſabuntur, uel de fide, aut turpi uita, aut ob aliquid aliud contra ſacros canones admiſſum: & ſi quidem Epiſcopus eſt is, qui accuſatus eſt, eius Metropolitanus examinet ea, quæ dicta ſunt: ſi vero Metropolitanus ſit, eius beatiſſimus Archiepiſcopus, ſub quo degit: ſi uerò presbyter, uel diaconus, uel alius clericus, uel abbas, uel monachus, tunc ſanctiſſimus Epiſcopus, cui ſubſunt, examinet delatas huiuſmodi querelas, & cum ueritas probata fuerit, unuſquiſque pro qualitate delicti canonicis pœnis ſubdatur examinantis arbitrio. 7 † Hæc autem omnia obtinere uolumus non ſolum in ordinandis poſt hac Epiſcopis, & clericis, & abbatibus, ſed etiã in his, qui nunc ſunt, & qui ex quibuſcunque cauſis per canones, & noſtras leges interdictis accuſantur. Si enim hæc ita obſeruata fuerint, & laici maximum hinc, & ad rectam fidem, & ad uitæ honeſtatem profectum promerebuntur, & percipient.

7 † πληθ. uel cenſetur.

8 † Cap. 6.

8 † Ad hęc iubemus, omnes Epiſcopos, & presbyteros non in ſecreto, ſed cum ea uoce, quæ à fideliſſimo populo exaudiatur, diuinam oblationem, 9 † & precationem, quæ fit in ſancto baptiſmate, facere, ut inde audientium animi in maiorem deuotionem, & Dei laudationem, & benedictionem efferantur. Sic enim & diuinus Apoſtolus docet, dicens, in priore ad Corinthios epiſtola: [Cæterum (inquit) ſi ſolum benedicis ſpiritu, is, qui idiotę locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni ſubijciet Deo ſanctum illud AMEN? Si quidem quid dicas, non nouit: tu autem pulchre gratias agis, ſed alius non ędificatur] Et rurſus in ea, quæ eſt ad Romanos, ſic dicit: [Corde quidem creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.] Idcirco igitur conuenit, ut ea præcatio, quæ in ſancta allatione 10 † dicitur, & aliæ orationes cum uoce à ſanctiſſimis Epiſcopis, & presbyteris proferantur Domino noſtro Ieſu Chriſto Deo noſtro, cum Patre, & Spiritu ſancto: ſcituris religioſiſſimis ſacerdotibus, quod ſi quis horum contempſerit, & horrendo Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti iudicio rationem reddituri ſunt, & nos iſta cognoſcentes non relinquemus quieta, & inulta. Iubemus autem & prouinciarum Præſides, ſi quid neglectum ex his, quæ ſtatuimus, inuenerint; primum quidem cogant Metropolitas, & alios Epiſcopos dictas ſynodos congregare, & omnia implere, quæcunque de ſynodis per præſentem legem iuſſimus: ſi uero eos morantes nouerint, & remiſſos, tunc nobis indicent, ut ad competentem protinus correctionem procedamus contra detrectantes ſynodos celebrare. ſcituris uero ipſis Præſidibus, & obedientibus ipſis officijs, quod ſi quidem iſta non ſeruauerint, extremis ſubijcientur ſupplicijs. Confirmamus autem, & per præſentem legem omnia à nobis diuerſis legibus ſancita de Epiſcopis, & presbyteris, & cęteris clericis, ad hęc & xenodochis, orphanotrophis, & cæteris, quicunque uenerabilibus locis præſunt.

9 † ἐκφωνουμένη.

10 † προσκομιδῇ.

11 † Epilogus.

11 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem manifeſtata ſunt legem, tua Claritudo per prothemata in conſuetis locis Regiæ ciuitatis affixa in cognitionem omnium perducere feſtinet, & manifeſta facere omnibus, qui prouincijs præſunt. Datum 10. Kalend. Mart. Conſtan. D. N. Iuſtin. PP. A. Baſil. V. C. Coſſ.

CONSTITVTIO LXXXVIII.

De interpretatione à Principe facta, & ut uſurę particulatim ſolutę duplum ſortis non excedant.

Præſens conſtitutio declarat, quòd neque uſuræ, quæ per partes ſoluuntur, duplum debitæ ſortis excedant. Item quod omnis ſacra, & principalis interpretatio uim legis obtineat.

CONSTITVTIO CXXXIX.

Remiſſio pœnæ illicitè contractarum nuptiarum.

In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri.

Imperator Cæſar, Flauius, Iuſtinianus Auguſt. Floro.

PROOEMIVM.

REtulit ad nos gloria tua, incolas Syndyos pagi, neque non Hebræos in Tyro inſula, illicitis contractis nuptijs, in ſacram noſtram incidiſſe cōſtitutionem, nec ſecundum ea, quæ de hoc conſtituta ſunt, quartam bonorum ſuorum partem inferrere: iamque ex ijs nōnullos, in tertia ætate conſiſtere, & filiorum patres eſſe, ac propterea cum lachrymis ſupplicaſſe, ne nunc tandem vxores a ſe dimittere compellantur. ſed vt tam ipſas retineant, quàm qui ex ipſis procreati ſunt filij, aut procreabuntur, ſucceſſores eorum exiſtant, neque vllam exinde reuereantur pœnam. 1 † Sancimus igitur, ut pro huiuſmodi indulgentia propter præfatas cauſas ſinguli denas auri libras præbeant, ipſiſque, vel ſolis maior illa pœna remittatur, & tam uxores, quàm qui exinde nati ſunt, & (vt poteſt fieri) poſtea naſcentur, ſucceſſores habeant, neque id à nobis in exemplum alijs ſancitum intelligatur: ſed quocunque alio ſcituro, quod ſi quid tale petierit: vltra hoc quod petitis non potietur, etiam facultates amittet, atque inſuper corporalibus pœnis exceptis, perpetuum incolet exilium. Nemo autem his, qui a nobis noſtra dignati ſunt indulgentia, aut eorum vxoribus, exiſtentibusve, vel futuris filijs, aut bonis, ſiue ex iudiciaria ſententia, ſiue alio quocunque modo inquietudinem inferat. 2 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram declarantur legem, quæ & uigorem habet ſpecialis noſtri induli, ea ſtudeto gloria tua effectui, & fini tradere.

1 † Cap. 1.

2 † Epilogus.

NOVELLA CXL.

Apud Scrimger. epitome.

APpellationes* ſecundum leges porrectas volumus ab omnibus Præſidibus recipi, etiam ab his, qui ſecundum noſtram iuſſionem audire eas debent, ſiue maiores ſint, ſiue minores, & edi quidem acta abſque ulla dilatione his, qui litigant, ut legitima in his procedat examinatio. Ad hæc iubemus, poſt oblatam legibus appellationem, neque executiones peragi, neque poſſeſſiones rerum transferri, donec diffinitiua ſuper ea ſententia lata ſit.

*Hoc fragmentum eſt pars Nou. 134. & corrigit Nou. 1. 6. Contius.

CONSTITVTIO CXLI.

Edictum ad Conſtantinopolitanos de his, qui luxuriantur contra naturam.

Imper. Iuſtinianus A. Conſtantinopolitanis.

PROOEMIVM.

CVm ſemper omnes benignitate, ac bonitate Dei indigeamus: tum verò maximè hoc tempore, cùm propter peccatorum noſtrorum multitudinem uarijs ipſum modis ad iracundiam prouocauimus. Et quanquam minitatus eſt. & clarè oſtendit. quibus ſecundum peccata noſtra digni eſſemus, tamen clementer nobiſcum egit, iramq́ue ſuam in aliud tempus reiecit, noſtram expectans pœnitentiam, ut qui nolit mortem noſtram peccatorum, ſed conuerſionem, & uitam. Quapropter iuſtum non fuerit, ut omnes nos opulentiam bonitatis, ac tolerantiæ, & longanimitatis benigni Dei contemnamus, nec ob induratum, & pœnitentiam refugiens cor noſtrum iram nobis in die iræ accumulemus. ſed cum omnes improbis ſtudijs, & actionibus abſtineamus, tum uero maximè qui abhominabili illa, & merito Deo exoſa, atque impia actione computruerunt: loquimur autem de ſtupro maſculorum. quod nonnulli mares ſacrilegio, & impio auſu præſumunt, cum maſculis perpetrantes turpitudinem. 3 † Scimus etenim, ſacris ſcripturis edocti, quàm iuſtum Deus ſupplicium his, qui olim in Sodomis habitabant, propter hunc ipſum in commiſſione furorem intulerit, ut in hunc uſque diem ea terra igni conflagret inextinguibili: Deo per hoc nos erudiente, ut legibus contrariam hanc actionem auerſemur. Ruſum ſcimus, qualia de huiuſmodi Diuus dicat Apoſtolus, qualiaque Reipublicæ noſtræ leges promulgent. Vnde omnes, qui timori Dei intenti ſunt, conuenit, ut à tam impia, & ſceleſta actione abſtineant, quàm ne in brutis quidem animantibus admiſſam reperire eſt. Et qui quidem nihil tale ſibi conſcij ſunt, hi & in poſterum eo ſe pacto conſeruent. Qui uerò hoc morbi genere contabuerunt, illi non ſolùm de cætero peccare deſinant, ſed etiam ritè agant pœnitentiam, & coram Deo procidant, & morbum beatiſſimo Patriarchæ renuncient, rationemque curationis percipiant, & (prout ſcriptum eſt) fructus producant pœnitentiæ, ut benignus Deus pro opulentia miſerationum ſuarum dignetur nos quoque benignitate, & omnes illi agamus gratias de pœnitentium ſalute, quos modo iuſſimus, ut etiam magiſtratus perſequerentur, conciliantes ſibi Deum, qui merito nobis iraſcitur. Et quidem ſcientes, prudenteſque ad ſanctorum dierum reuerentiam benignum Deum obſecramus, ut ita hi, qui impiæ huius actionis cœno coinquinati ſunt, pœnitentiam capeſſant, ne alia nobis perſequendi eius ſtagitij præbeatur occaſio. Prædicimus autem omnibus deinceps, qui huiuſmodi alicuius ſibi peccati conſcij ſunt, niſi peccare deſierint, & ſeipſos renunciantes beatiſſimi Patriarchæ, ſalutis ſuæ curam geſſerint, pro tam impijs actionibus Deum intra ſanctum feſtum placantes, quod acerbiora ſibi accerſent ſupplicia, nimirum qui nulla de cætero venia digni habebuntur. Neque enim de eius rei inquiſitione, ac correctione quidquam relaxabitur, negligentiuſve tractabitur contra eos, qui intra ſanctum feſtum ſe non detulerint, aut in tam impia actione perſtiterint, ne ſi remiſſio circa id animo ſimus, Deum contra nos irritemus, quod excutientibus oculis tranſmiſerimus actionem tam impiam, ac prohibitam, & quæ maximè idonea ſit, ut bonum illum Deum in omnium pernicem ad iram prouocet. PP. Conſtantinopolitanis ciuibus noſtris. Datum Idib. Mart. C P. D. N. Iuſtin. PP. A. anno xxxij. poſt Baſil. V. Coſſ. conſul. anno xviij.

3 † Cap. 1.

CONSTITVTIO CXLII.

De his, qui Eunuchos faciunt.*

Imperator Iuſtinianus A. Marthanæ.

PROOEMIVM.

SVpplicia, quæ ab aliquot retro Principibus contra eos, qui eunuchos facere auderent, conſtituta ſunt, omnia ſanè manifeſta exiſtunt. Ex quo enim nonnulli rationem ſalutis ſuæ non habentes, ante paruum admodum tempus auſi ſunt tam impium in ſe delictum admittere, propterea & nonulli meritas de ſe dederunt pœnas, alij poſt irrogata ſupplicia etiam in exilium miſſi ſunt. Verum enimuero, quia ne ſic quidem à tam impia actione tēperatur. ſed in tantam multitudinem hoc flagitij genus excurrit, ut ſæpenumero è multis uix pauci euadant incolumes uſque adeo, ut quidā ex his, qui ſeruati fuerunt, ſub noſtro aſpectu depoſuerint, è nonaginta ægre tres ſeruatos eſſe quis obſecro in tantum ſalutis ſuæ contemptor extitit, ut hæc deſpiciat, & multa relinquat: Nam ſi leges noſtræ eos etiam, qui gladium ꝫ aliquem diſtringunt, ſupplicijs ſubdunt, quo impune conniuentibus præterire oculis poſſimus

* Narrat Nicephorus li. 17. eccle hiſt. c. 13. Iuſtinianum miſiſſe Ephratam eunuchū ex gente Abaſgorū ad ſuos populares Abaſgos, qui eis interdiceret in futurū eunuchos facere. Contius.

mus tot perpetratas cædes, & factum contra Deum patrem, & leges noſtras præſumptum? inde adeo neceſſarium duximus, eos, qui huiuſmodi facere auſint, exquiſitius per hanc legem perſequi.

1† Cap. 1.

1 † Sancimus igitur, vt qui in quicunque Reipublicæ noſtræ loco, quamcunque perſonam caſtrare præſumunt, aut etiam præſumpſerint, ſi quidem viri ſint, qui hoc facere præſumpſerint, aut etiam præſumūt, idem hoc, quod alij fecerunt, & ipſi patiantur: & ſi incolumes euaſerint, tam bona eorum addicantur fiſco per eum, qui pro tempore Magiſtratum obijt gloriæ tuæ, quam ipſi mittantur in gypſum, vbi locorum per omne vitæ ſuæ tempus eſſe debebunt. Sin vero mulieres ſint, quæ id egerint, afficiantur & ipſæ ſupplicio, & bona earum per eum, qui pro tempore gerit Magiſtratum tuum, addicantur fiſco, mittenturque in exilium, vt ex quo putauerint, aut putant impium ſe lucrum aſſecuturas, ex eo ſupplicia ſimul, & bonorum ſuorum amiſſionem ſuſtineant. Porro & eos, qui ad hoc mandatum dederint, obtuleruntve perſonas, aut etiam domos, vel locum aliquem ad hoc præbuerint, aut præbent, ſiue viri ſint, ſiue mulieres, eadem ſubire ſupplicia iubemus, vtpote, qui iniuſtæ huius actionis teſtes iſti ſunt.

2† Cap. 2.

2 † Verum ipſos caſtratos tametſi a vetuſtioribus temporibus liberos eſſe oportebat; iubemus tamen, vt qui iam inde à decima indictione nunc ineuntis menſis per quemcunque in locis noſtræ Reipublicæ caſtrati fuerint, liberi ſint, neque vllo modo, aut quouis genere contractus in ſeruitutem retrahantur, neque item inſtrumentum de ipſis, vel publicum, vel priuata manu conſcriptum, quocunque tandem modo aut per fraudem factum, aut fiendum valeat, ſed neque inquirendi illorum ſtatus cauſa cognitiones, quæ anacriſes dicuntur, de iſtiuſmodi perſonis interponantur, aut interpoſitæ valeant. Sed & omnes eos, qui tali contractui in poſterum miniſterium præbent, ſuperius traditas ſubire pœnas iubemus. Præterea ſi vſu ueniat, vt ſeruus propter morbum caſtretur, iubemus, vt & ille libertatem naniſcatur. Qui enim initio liberi erant, eos probabile eſt, cum in hoc genus morbi inciderint, ſui poteſtatem habuiſſe, vt quod vellent, ſibi remedium adhiberent. Iubemus igitur, vt in noſtra Republica caſtrati iam inde à memorato tempore, apud quamcunque perſonam ſint, liberali cauſa aſſerantur manu, & liberi ſint, neque vnquam in ſeruitutem retrahantur. Cæterùm ſi qui eorum poſt præſentem noſtram legem aliquos detinere apud ſe caſtratos præſumpſerint, damus etiam ipſis caſtratis licentiam, nimirum qui ſemel ex præſente noſtra lege libertatem promeruerint, vt hic quidem maieſtatem Imperatoriam, & Sanctiſſimum pro tempore Patriarcham adeant, neque non apud glorioſiſſimos Imperij noſtri Proceres relationem ea de re inſtituant: in prouincijs verò apud religioſiſſimos locorum Epiſcopos, & harum Præſides, quò magis prouidentia omnium noſtrorum Magiſtratuum, & periculo obtemperantium ipſis cohortium, ſiue Conſtantinopoli, ſiue alibicunque locorum noſtræ Reipublicæ his ſecundum libertatem dentur vindiciæ, libertaſque ex præſente noſtra lege ipſis largita conſeruetur. Nam tot cædes conniuentibus oculis accipere per cauſam eorum, qui talia in noſtra præſumunt Republic. neutiquam ſuſtinuerimus. Si enim Barbari ſimul, atque noſtra de hoc audierunt mandata, hæc cuſtodierunt, quomodo tandem permittemus, vt poſt tot retro Principum ſanctiones tale quid denuo delinquatur, & inultum relinquatur in noſtra Republica.

3† Epilogus.

3 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram generalem declarantur legem, ea tam hic, quam in prouincijs gloria tua manifeſta pariter faciet, & conſeruabit. Datum xv. Kalend. Decemb. CP. DN. Iuſtin. PP. A. Baſil. V, C. Coſſ.

CONSTITVTIO CXLIIII.*

* Hæc in editione Haloandrina Iuſtiniano attribuitur, at in Scrimgeriana Iuſtin. Imperatori.

De Samaritanis.

PROOEMIVM.

VT impiam Samaritanorum hæreſim, & omni ratione carentem horum veſaniam ad meliorem frugem perduceremus, neque non ipſorum animas, quo detinentur morbo, liberaremus, ſæpe numero tam pientiſſ. Princeps pater noſter, quàm etiam nos ipſi ſtudio habuimus. Sed in pleriſque horum non potuimus id, in quod longo ſtudio incubuimus, effectui tradere. Euaſerunt enim in tantam nonnulli eorum veſaniam, ut vel ſalutari baptiſmo dignati, denuo ad id mali, vnde diſceſſerant, redeant, & eadem cum Samaritanis habere in precio, eodem cum ipſis agitari furore dinoſcantur. Præclarum igitur nobis viſum eſt, veterem illam, & prius contra ipſos propoſitam patris noſtri legem renouare.

4† Cap. 1.

4 † Ac propterea ſancimus, vt ipſi neque ex teſtamenti tabulis, neque abſque ijs hæredes fiant, legatave capiāt, aut donationis titulo rem aliquam nanciſcantur. Sed neque Samaritani, aut in vniuerſum hæretici, quive rectam ſe Chriſtianorum fidem amplecti ſimulant, cum reuera, neque ita ſentiant, neque huic contentanea faciant, ad hæreditatem ab inteſtato vocati, ſucceſſionem habeant. Item neque teſtamenta conſcribant, neque legata relinquant, aut donent, niſi qui ea percepturi ſunt, & recte de fide ſentiant, & fideles ſint operibus. Nam ſi nemo horum ſit, iubemus, ut poſt ipſorum mortem horum bona ad ſacratiſſ. pertineant ærarium. Vnde & ſacra illa forma per indulgentiam ipſis a patre noſtro conceſſa, quæ legis vicem obtinens, largitur ipſis, ut hæreditatem pariter adire, & tranſmittere, item legatis honorari, & legata relinquere poſſint, in poſterum vacabit, neque prorſus ullam firmitatem habebit. Nam ſi huius ſe clementia indignos eſſe perhibuerint, qui Samaritanorum agitantur ueſania, neminem alium, quam ſeipſos accuſabunt, cum a benignitate Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti alieni ſint, liberalitates autem ab Imperatoria olim Maieſtate ipſis conceſſas, amittunt in hoc, ut ad meliorem mentem redeant, non ut perpetuo in peruerſa hac opinione ſua permaneant.

5† Cap. 2.

5 † Excipimus autem à præſente lege ruſticos, qui Samaritanorum opinionibus honorem habeat, idque non ipſorum gratia, ſed propter conſtitutionem prædiorum, quæ ab ipſis coluntur, propterque reditus, & tributa, quæ exinde inferuntur publico, vt qui ruſticitate ſeducantur. His etenim permittimus, ut tam aſcendentes, quàm deſcendentes, & ex tranſuerſo cognatos ſuos hæredes, legatariosve ſcribant, tametſi Samaritanorum errore detineantur, ut tamen fundos recte colant, quo magis & uberior exinde prouentus ad prædiorum dominos deferatur, & per ipſos ad fiſcum. Sed & ſine teſtamentis prædicti alter ad alterius hæreditatem peruenient propter eandem cauſam. Quandoquidem & ſi nemo horum inueniatur, nihilominus tamen uolumus, ut prædij dominus, in quo ruſticus defunctus eſt, ab illo relicta capiat, & fiſci locum teneat, utpote qui & pro illo publicis ſatisfacit tributis. Præterea Samaritanum omnino neque militiam capeſſere concedimus, neque ad ciuilem adminiſtrationem accedere, neque poſtulare in iudicio, neque poſtremo in conſortium diſertiſſimorum aſſumi rhetorum, neque adoleſcentes inſtituere. Sed & ſi qui ex ijs ſalutari dignati baptiſmo, ad priſtinum denuo errorem reuerſi, obſeruare ſabbata, aut etiam alia quædam agere uideantur, quæ coarguant per ſimulationem ipſos ſanctum baptiſma aſſumpſiſſe, eos proſcribi iubemus, & in perpetuum tradi exilium. Iiſdem quoque pœnis eos ſubdimus, qui contra rectam Chriſtianorum fidem impium iſtis patrocinium præſtiterunt. Perpulchrum uero nobis uidetur, ut ad incontaminatum accurrentes baptiſma, non temerè ſuſcipiantur, ſed cum quadam obſeruatione, & inſtructione, quæ initiationis tempore fieri ſolet. Dicimus autem, ut qui omnino ſenſu aliquo bonæ doctrinæ tangi poſſunt, per duos primum annos in fide inſtituantur, & pro uiribus ſcripturas ediſcant, tuncque demum ſacro redemptionis offerantur baptiſmati, tam longi temporis pœnitentia prorſus redemptionis fructum aſſecuti. Pueros autem admodum, qui per ætatem doctrinas intelligere nequeunt, etiam abſque hac obſeruatione ſacro dignati baptiſmate admittimus. Porrò nullus Samaritanus Chriſtianum habebit mancipium: ſed ſimul, atque emptum fuerit, protinus in libertatem rapiatur. Quod ſi æquè peruerſa opinione mancipium, ut ipſe dominus fuerit, licitum ei eſto, ſi Chriſtianorum de fide ſententiam exoſculetur, illico & Romana ipſum libertate potiri.

6† Epilogus.

6 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem declarantur legem, ea proponens gloria tua ſolemnibus locis, effectui, & fini contradi præcipito.

CONSTITVTIO CXLV.

Vt nullam de cætero licentiam Dux aliquis, aut cohibendis violentijs præpoſitus habeat ad vtranq; Phrygiam accedendi, aut aliquos ipſis coniunctos eo dirigendi, vt quoſdam comprehendant. Sed neque earum prouinciarum incolæ ad eos, qui tales Magiſtratus in Lycaonia, & item Lydia gerunt, decurrant, apudque ipſos contra aliquos querelam inſtituant, cum ciuiles Magiſtratus abunde ſufficiant ad huiuſmodi emergentes caſus perſequendos.

Imp. Iuſtinianus A. Areobindo prætoriorum Præfecto, Expræfecto almæ vrbis, & Exmagiſt. militum. [1] †

1 † κ' στρατηλάτῃ.

PROOEMIVM.

TAmetſi aſſiduè incidentibus rebus competens per ſingula remedium inuenimus, poſtea tamen, quàm eius uſus eſſe deſinit, rurſum priori nos ordini adiungimus pro modo duntaxat laborantis particulæ medicinam ſtatuentes. Cuius generis quiddam, & præſens ſacra noſtra lex innuit. Cum enim paulò ante partim perturbationes ordinum, ac diſciplinę publicæ, partim latronum incurſiones paſſim per vtranq; Phrygiam, & Piſidiam fieri perdiſceremus, vltra ciuilem adminiſtrationem, ſanctionemq; his ipſis, atque inſuper Lycaoniæ, & Lydiæ militarem etiam Magiſtratum præfecimus, eum, cuius curæ hæc pars committebatur, Ducem nominantes, ſeu Biocolytá, hoc eſt, cohibendis violentijs præpoſitum. Verum qui vtranq; Phrygiam, & Piſidiam incolunt, dudum nos adierunt, dicentes grauia quidem illa, quæ olim admittebantur, iam deſijſſe, neque latronum amplius receptacula per ea loca exiſtere, neque hoc hominum genus in prouincijs ſuis enutriri: onus autem excogitati à nobis Magiſtratus ſe ferre non poſſe, cùm hi, qui illi ſunt in miniſterio, crebrò decurrant per prouincias, & certos homines comprehendant, damnaque inferant, & locis illis militaribus refertis tumultibus, prouincias ipſis penitus inhabitabiles reddi. Adeoq; & multos ex ijs, qui prouincias incolunt, lucrum ſibi ex aliorum modeſtia adſciſcentes, Magiſtratus huius velamento abuti, & innoxios prehendere, atque hac ratione perpetrare ea, quæ iure ipſos facere æquum non eſt. 2 †

2 † Cap. 1.

Hæc cum multoties apud nos protulerint, ipſos miſerati, ad præſentem ſacram noſtram legem peruenimus: per quam ſancimus, vt prædictæ noſtræ prouinciæ (nempe Phrygia ſalutaris, Phrygia Pacatiana, & Piſidia) de cætero ab hoc Magiſtratu, quem pridem ipſis, neque non Lycaoniæ, inſuper & Lydiæ præfecimus, exemptæ ſint, neq; vlla iam inde ab hoc tempore licentia ſit his, qui illum Magiſtratum gerunt, vt vel in ijs prouincijs verſentur, quaſi poteſtatem aliquam, & Imperiũ in eas habeant, vel aliquos de cohorte ſua, aut alioqui ſibi coniunctos illo dirigant, & quoſdam præhendant. Sed neque ijs, qui ex illis prouincijs originem habent, licentia ſit, vt ad eos, qui vtrinq; eũ Magiſtratum gerunt, currant, interq; ſe mutuas querelas proponant, ſiue de pecunijs, ſiue de criminibus agitetur quæſtio, his, qui pro tempore eum Magiſtratum gerunt, aut denique in cohorte ipſorum referuntur, triginta librarum auri pęnam formidantibus: nobis, videlicet, omnem illis ad prædictas prouincias aditum intercludentibus. Vnde neque iuſſiones in illis prouincijs, aut contra illos, qui eas incolunt, edent, neque alioqui quidquam eorum, quæ ad ipſos referantur, ſibi vindicent, ſed contenti erunt Lycaonia, & Lydia, his ſolis imperitantes, quemadmodum initio Magiſtratum ipſorum duabus hiſce prouincijs incluſimus: nulla illis in vtramque Phrygiam, & Piſidiam poteſtate data. Omni enim exinde proueniente difficultate prouincias illas liberamus, ciuilibus Magiſtratib. omnia perſequentibus, ſiue ad pecunias, ſiue ad crimina ſpectent. Scituris ipſis, ꝙ ſi perpetrato aliquo latrocinio in illis locis, aut aggreſſura, exegtiaue rebus comprehenſi animaduerſione factum proſecuti non fuerint, & id, quod ereptum eſt, vindicauerint, de ſuis facultatibus emergens inde damnu reſarcire compellentur, ſiue Magiſtratum adhuc gerãt, ſiue eum depoſuerint. Qua propter & iis, qui in Lycaonia, & Lydia militarem Magiſtratum ſuſtinet, poſteriore tpe, vel ipſe auſit ad prædictas à nobis prouincias accedere, vel aliquem de cohorte ſua mittere, licentiam damus ciuitatum Epis, vt ipſum, aut ab ipſo miſſos accedere volentes arceãt, locisq; abigant, vt qui in vniuerſum per præſentem ſacram id facere legem prohibiti ſunt: vltraq; hoc, quod triũ librarum auri pęna tam ei, qui pro tpe eum Magiſtratum tenet, quàm quibus iniunctum eſt, vt dicto illius audientes ſint, incumbet, ſi tale quid, vel ipſe iuſſerit, vel quiſpiam in hoc miniſteriũ præbere auſus fuerit, & inſuper vltra amiſſionem Magiſtratus, circa ipſam etiã periclitetur ſubſtantiam. 3 † Gloria itaque tua cognoſcens ea, quæ per præſentem ſacram à nobis legẽ ſancita ſunt: tam decreta his conſentanea faciet, quam edictis, & iuſſionibus vtetur ad Prouinciarum Rectores, & ciuitatum Epiſcopos, vt & oppidatim hæc lex proponatur, & omnibus manifeſta fiant, quæ occaſione huius nobis placuerunt. Datum vj. Id. Sept. CP. DN. Iuſtinia. PP. A. Baſil. V.C. Coſ. 4 †

3 † Epilogus.

4 † ann. xv. poſt Conſulatum Baſilij viri clariſſimi, anno xij. alias, anno xxv. poſt Conſulat. Baſil. V.C. anno x.

CONSTITVTIO CLXVI.

De Hebræis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere.

Imp. Iuſtinianus A. Areobindo glorioſiſſimorum prætoriorum Præfecto.

PROOEMIVM

AEquum ſanè erat, vt Hebræi cum ſacris libris autem præbent, non leuiter, & rebus ſolùmodo geſtis delectarentur, ſed reconditos in ipſis ſenſus ſpectarent, 5 † per quos magnũ illi Deũ, & Seruatorem humani generis leſum Chriſtũ annunciant. Verum enimuero quãuis dũ commentis 6 † inter ipſos interpretationibus ſe cõmittunt, in hunc vſq; diẽ à recta ſententia aberrarũt, quia tñ didicimus habere ipſos inter ſe controuerſiam, nõ ſuſtinuimus eũ tumultum relinquere ipſis incompoſitum. 7 † Si quidem per interpellationes, quæ ad nos referuntur, didicimus, quod ex ipſis quidam ſola lingua tenentur Hebraica, eaq; vtendum eſſe in ſacrorum librorum lectione volunt: quidam etiam Græcam aſſumendam contendũt, & longo iam tpe ea de re ſeditiones inter ſe agitant. Nos igitur de hac controuerſia edocti, meliores eſſe iudicauimus eos, qui Græcam etiam linguam in ſacrorum librorũ lectione voluerunt aſſumere, & vno verbo, omnem deniq; linguam, quàm locus accommodatiorem, & magis familiarẽ reddat auditoribus. 8 † Sancimus igitur, vt in quibus oĩno locis Hebræi ſunt, Hebræi, qui volunt, licentia ſi in eorum ſynagogis Græca ẽt lingua, itemq; patria hac fortè, nẽpe Italica, aut quacuq; alia pro loci ratione mutata lingua, ſacros libros intelligentibus legere, quo magis per ipſorum lectionem intelligentibus tota dictorum ſeries ordine manifeſta ſit, ſecundumq; ea, & vitam, & ſtudia ſua inſtituant, neq; facultas ſit ipſorum interpretibus, qui ſolam Hebraicam aſſumunt linguam, ut ſuo arbitratu malitioſè hanc tractent, vulgi ignorantia ſuã tegentes improbitatem. Enimuero qui Græca lingua legunt, vtentur interpretatione Septuaginta, quæ oĩbus exactior eſt, & præter cæteras multa cõtinet occulta, præſertim vero propter id, quod in interpretando accidit: nam eũ ſemper bini ſeorſim concluſi eſſent, & diuerſis locis interpretarentur, vnã tamen omnes compoſitionem ediderunt. Ad hæc quis nõ illud in his viris admiretur. ꝙ cum longo tempore ſalutarem apparitionem magni Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti præceſſerint, tamen illam futuram quaſi præſentibus cernentes oculis, prophetica quodammodo gratia ipſos circumfulgente, ſacrorum illi librorum interpretationem accommodarunt? Atque hac quidem omnes præcipuè vtentur. Ne tamen in eam opinionem veniant quaſi cæteras interpretationes excluſerimus, damus illis licentiam, vt etiam interpretatione Aquilæ vtantur, tametſi ille diuerſæ nationis fuerit, & in nonnullis dictionibus non mediocrem cum Septuaginta habeat differentiam,

5 † μὴ ψιλῶς σφετεριζομένοις γράμμασι.

6 † προφητείας.

7 † ἀλόγους.

8 † Cap. 1.

Quæ

Quæ verò deuterosis, quaſi ſecundaria traditio ab ipſis dicitur, in uniuerſum interdicimus, ut quæ ſacris libris comprehenſa non ſit, neque deſuper tradita per prophetas, ſed excerpta quædam uirorum contineat, qui terrena duntaxat loquantur, neque quidquam in ſe diuini habeant numinis. Sed & ipſas utique ſacras uoces legant, cum ſacros libros euoluunt, neque celantes ea, quæ inibi prolata ſunt, extrinſecus aſſumant nuſquam ſcriptas uocum inanitates, ab ipſis ad perditionem ſimpliciorum excogitatas. Vnde hac a nobis præbita licentia, neque aliquibus omnino ſubdentur diſpendijs hi, qui Græcam, & alias linguas aſſumunt, neque item ab ullo prohibebuntur, neque qui Archiphereccæ, aut Seniores interim, aut etiam Magiſtri apud eos appellantur, licentiam habebunt, ut uafris quibuſdam commentis, aut anathematiſmis id prohibeant, niſi uelint corporalibus caſtigari pœnis, atque inſuper bonis ſpoliari; uel inuiti conſentire nobis, qui & præſtantiora, & Deo magis accepta uelimus, iubeamusque

1 † Cap.2.

1 † Certè ſi quis impias, & ſacrilegas uocum inanitates introducere attentauerit, & uel mortuorum reſurrectionem, uel iudicium extremum negare, aut affirmare, quod figmentum, & creatura Dei per Angelos ſubſiſtat, hi uolumus, ut etiam ab omnibus locis expellantur, neq; tam maledicam uocem emittant, qui in uniuerſum ipſa etiam cognitione Dei exciderunt. Eos enim, qui huius generis aliquid proloqui pertentauerint, omnium acerbiſſimis ſupplicijs ſubijcimus, introducto per hos error gentem Hebræorum depurgantes.

2 † Cap.3.

2 † In uotis autem habemus, ut per hanc, & illam linguam ſacris libris præbentes aures, & interpretum peruerſitatem obſeruent, neque ſolis attendant literis, ſed res etiam ipſas deguſtent, & ſacratiores omnino ſenſus percipiant, quo magis & quod præſtantius eſt, addiſcant, & aliquando decipi, atque ab eo, quod omnium præſtantiſſimum eſt, nempe in Deum fiducia, aberrare deſinant. Præterea enim omnem ipſis linguam ad ſacrorum librorum lectionem aperuimus, ut ſi omnes ordine eorum ſcientiam amplectantur, ad meliora perdiſcenda reddantur aptiores, cùm in confeſſo ſit, multò paratiorem ad meliora diſcernenda, & capeſſenda eſſe eum, qui ſacrorum librorum lectione innutritus, non longe à correctione, & vt ad bonam frugem perducatur, diſſidet, quàm qui nihil horum intelligit, ſed ex ſolo religionis nomine dependet, eiq; tanquam ſacræ adhæret anchoræ, & ſcientiam Dei putat in ſola ſectæ appellatione verſari.

3 † Epilogus.

3 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea obſeruabit tam gloria tua, quàm cohors tibi obtemperans: obſeruabit autem, & qui pro tempore in faſtigium magiſtratus tui collocabitur, neque committet, vt Hebræi contra hæc faciant, ſed & eos, qui obſtiterint, & omnino prohibere attentauerint, corporalibus primum pęnis ſubditos ademptis etiam bonis, compellet incolere exilium, ne quando inſolentius ſe, & temerario auſu contra Deũ pariter, & maieſtatem Imperatoriã efferant. Vtetur autem & iuſſionibus ad prouinciarũ Præſides, adiungens ipſis legem noſtram, vt & ipſi de hoc edocti per ſingulas vrbes hanc proponat: ſcituris, ꝙ neceſſario hæc obſeruanda ſint, noſtram indignationem metuentibus.

4 † Dat. vj. Id. Febr. Conſtantinop. D.N. Iuſtin. PP. Auguſt. ann. xxv. poſt Baſil. V.C. Conſulatum, ann. xij.

4 † Dat. Id. Febr. CP. DN. Iuſtin. PP. A. Baſil. V.C. Coſs.

CONSTITVTIO CLXVII.

Vt ea, quæ Præfectis, aut largitionibus, aut rebus priuatis, aut ſacro patrimonio debentur in reliquis in quacunque ſpecie, vſque ad præteritam ſeptimam indictionem, & ipſam indulgeantur.

Imp. Iuſtinian. A. Areobindo glorioſiſſimorum prætoriorum Præfecto, expræfecto almæ vrbis, & Exmagiſtro militum.

P R O OE M I V M.

TAmetſi magnis hoc tempore ſumptibus, vt nunquã antea, indiget Reſpub. ſimul, vt ea tueatur, quæ per Dei beneuolentiam obtinet, ſimul vt ad propagandum Imperium vltra limites bello circumiacentes Barbaros vrgeat, omnes tamen vias comminiſcimur, vt & in eos vſus abſq; impedimento omnia erogentur, neq; vllum humanitatis genus circa collatores noſtros prætermittatur. Quam multa igitur his, qui ſingulatim nos adeunt, & fiſcalia debita, ſuamq; in ſoluendo prætendunt inopiã, nulla interpoſita mora liberaliter elargiamus, quodq; nemo, qui humanitatem ſibi exhiberi deſiderauit, ſine effectu à noſtro conſpectu diſceſſerit, non noſtrum eſt dicere, cum & de hoc conſcriptæ extent tabulæ, & hi, qui liberalitates exceperunt, eius rei nobis teſtimonium præbeant. Sed quia puſillum, & maieſtate Imperatoria indignum eſſe arbitramur, circa ſingulos ſpeciales aliquas liberalitates edere, aut certe prædijs, vel vrbibus duntaxat, aut etiam integris prouincijs tenus benignitatem noſtram extendere, ac non potius magno aliquo, & cõi beneficio in vniuerſum omnes collatores afficere.

5 † Cap.1.

5 † Huius rei gratia ad præſentes noſtras largitiones peruenimus: per quas ſancimus, vt oĩbus collatoribus noſtris omnia reliqua, quæ ab ipſis iam inde a prima prioris circuli indictione, & ipſa, in quam priores noſtras largitiones concluſimus, vſque ad ſeptimam nuper tranſeuntem indictionem, & ipſam debentur, remittãtur, vt ita in collatores noſtros a nobis explicata liberalitas per vigintiduos annos porrigatur ordine, neq; vlla reliquorũ, quæ ad illa tempora reducuntur, ſuperſit exactio. Atq; hęc tm dicimus de ijs, quæ in auro conſiſtunt, ſed & ſi argentum, aut frumentum, aut alia ſpecies debeatur, aut Illyricianæ Præfecturæ, aut alicui ſacrorum noſtrorum theſaurorum, ſiue hæc tributorum nomine, ſiue ſub alijs titulis, quocunque eis modo inferantur. In commune enim omnibus noſtris collatoribus ordine hanc noſtram exhibemus munificentiam. Vnde nemo eorum, qui pro illis temporibus aliquam ab ijs reliquorum exactionem faciant, in poſterũ tolerabitur, ſiue ab ipſis dirigantur magiſtratibus, aut aliquo etiam modo ipſius fiſci perſonam ſibi vindicent, ſiue iuſſiones aliquas, aut mandata proferant extraordinaria: quandoquidem & eos, qui tale quid percipiunt, poſt tantum temporis interuallum exigere nolumus. Omnem enim contra collatores exactionem tollimus, inſuperq; etiam contra fiſcum. Nam cui tam longa temporis ſerie tantum debetur, aut ſocordiæ deditus, aut inter ſportulanos potius, quam principales habitus, cum neque ab illis, neque a fiſco quidquam perceperit, neque opportuno tempore in poſterum extraordinariarum exactionum mẽtionem facit, neque inde competentem exactionem conatur inducere. Quin econtrario eum, qui huiuſmodi aliquid facere pertentat, quaſi vitiatorem noſtrarum largitionum auerſamur, vt omnis deinceps exactionis prætextus, ac vafricies tollatur tam contra collatores, quàm cõtra fiſcum, & maior vitæ tranquillitas noſtris exinde proueniat collatoribus. Quod autem his largitionibus perfruentur etiam poſſeſſiones, quæ ad ſacras noſtras res priuatas, aut ſacrũ noſtrum pertinent patrimonium: quodq; nec contra agricolas, aut colonos, aut emphyteutas pro prædictis a nobis temporibus publicorum tributorum nomine, vel ab his, qui publica tributa profligant, vel à palatinis ipſis inſtituetur exactio apud omnes in confeſſo eſt.

6 † Cap.2.

6 † Hæc autem de his dicimus, quæ adhuc debentur, & apud noſtros reſtant collatores. Si quid enim illi præterito iam tempore dederint, quod vel apud decuriones fortè, vel cohortales, vel ſuſceptores, vel exceptores, vel etiam apud tractatores prouinciæ reſederit, nolumus, vt ea pars noſtris comprehenſa intelligatur largitionibus, ſed fiſco conſeruabitur: cum abſurdiſſimum exiſtat, vt quod à collatoribus tribuitur, id fiſcus non percipiat, ſed priuatim alteri in lucrum cedat. Porro ab hac noſtra munificentia excludimus & ea, quæ fortè tractatoribus, aut ſcriniarijs, aut arcarijs fiſco confeſſa, aut etiam conſtituta ſunt: neque enim hos in partem æquabilis vocamus munificentiæ, quandoquidem ſemel hæc ſibi fiſcus uindicauit pro ſuis, & propemodum excepta habuit. Excipimus inſuper diuina hac munificentia militares diſcuſſiones, & fœderatorum: hæc etenim collatores noſtros non contingunt, & iuſtam contra illos exactionem inducunt, qui aut incompetenter ex publico perceperunt, aut quamuis per cauſam militaris fortè impendij, ſeu fœderatorum acceperint, in ſuum tamen id lucrum conuerterunt. Multoq; magis hac noſtra largitione excipimus ciuilium pecuniarum inquiſitiones, inſuperq; diſcuſſiones operum, tam in alma hac vrbe, quàm in prouincijs, quandoquidem iuſtum non eſt,

vt cum tantum nos auri pro munitione Reipub. expendamus: hi quidem, qui miniſterium in hoc ſubeũt, multum exinde lucrum habeant: loca vero noſtra fraudentur munificentia, aut etiam vrbes defraudentur pecunijs, quæ ad venuſtatem, & dignitatem ipſis conſeruandam attributæ ſunt. Et quamuis omnifariam eos, qui improbè agunt, odio proſequimur: tamen quia benignitatis noſtræ nullo vnquam tempore obliuiſci poſſumus: propterea ſancimus, vt exceptio in certis a nobis capitulis facta, in ijs temporibus locum habeat, quæ a prima iampridem tranſcurrente

3 † Fortè rectius, ſexto ab hinc anno.

indictione elapſa ſunt, nempe quæ 1 † ſedecim ante annos exitiit. In his enim temporibus, quæ præceſſerunt, ſimpliciter generalem omnibus ordine munificentiam noſtram exhibemus, nullam in ea exceptionem facientes, vt communiter omnes ſecuritate perfruantur, neque ab eo tempore quacunque de cauſa vlla reliquorum procedat exactio. Hanc nos actionem tametſi liberaliter ſubditis edimus, putauimus tamen, & magno eam Deo offerendam, vt omnes, cum exinde prouenientibus bonis perfruantur, magno Deo pro Maieſtate noſtra gratias agant, qui hanc nobis actionem in mentem miſerit.

2 † Epilogus.

2 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea ſtudeto excellentia tua, vt ad effectum perducantur, ſed & vt conſeruentur, dato operam. Datum 17. Kalen. Maij. CP. DN. Iuſtin. PP A. Baſil. V. C. Coſ.

CONSTITVTIO CXLVIII.

De 3 † Indulgentia tributariorum reliquorum.

3 † Scrimſ. ad nouel. ſeq. duas conſtit. Iuſtin. eſſe.

Imp. Iuſtinianus A. Areobindo glorioſiſſimorum prætoriorum Præfecto.

QVantum ſtudij, & prouidentiæ iam inde ab Imperij noſtri primordijs in commoda publica contulerimus, dum ſedulo traditæ nobis a Deo Reipub. curam gerimus, omnibus manifeſtum reddidimus ex ijs, quæ iam geſſimus. Nam & ærarium cum multis prægrauatum debitis, & ad extremam redactum inueniremus inopiam, ære alieno in nos ſuſcepto, onere pariter, & magna difficultate ſubleuauimus, & rem militarem quæ iam neceſſariarum rerum inopia diffluxerat, vt vndique re publica Barbarorum labefactaretur irruptionibus, & incurſionibus, quantum in nobis fuit, competenti correctione dignati ſumus. Nihilominus tamen iuuandis ſubditis non tantum huc uſq; terminos præſtituendos arbitrati ſumus, ſed etiam collatores alterius cuiuſdam humanioris ſententiæ participes faciendos eſſe putauimus, qua liberos eos reddamus a reliquorum ſolutione, quæ ab ipſis debentur

4 † Cap. 1.

ærario. 4 † Cum nunc igitur & hoc beneficium noſtrum in omnes extendentes, omnia præteriti temporis reliqua à collatoribus fiſco debita, vſque ad octauam inſtantis circuli indictionem, & ipſam indulgemus. Et ſancimus, ne qua celebretur exactio eorum, quæ in reliquis debentur, vſq; ad prædictam indictionem, ſiue generalem, aut ſpecialem menſam concernunt gloriæ tuæ, ſiue adminiſtrationem ſacrorum prætoriorũ in Illyrijs, aut glorioſiſs. Præfecti militarium numerorum in Myſia, & Scythia. aut & ſacrorum noſtrorum theſaurorum, aut etiam ſacratiſſimi noſtri ærarij, aut ſacri patrimonij, aut magnificentiſſimi curatoris rerum priuatarum: ſed quidquid in auro pariter, & argento, & reliquis ſpeciebus debitum fuerit, id omnibus debitoribus indulgeatur, vt neque ab agricolis, neque colonis, neque emphyteutis, neque item poſſeſſoribus reliqua fiſco debita vſque ad prædictæ indictionis tempora, & ipſius exigantur.

5 † Cap. 2.

5 † Excipiemus autem hac noſtra munificẽtia diſcuſſiones militares ſimul, & fœderatorum: hæ enim nulla parte collatores noſtros ſolent contingere. ſed illos, (& quidem ſolos) qui vel è publico erogatas pecunias incompetenter accipiunt, vel eas, quæ militaribus ordinibus, & fœderatis deputatæ ſunt, è publico ad ſuum lucrum transferunt. Cæterùm ſi qua apud eos, qui vel ſuſceptores, vel exactores, vel exceptores dicuntur, à collatoribus noſtris in auro, aut argento, aut alijs, quæ dependuntur in ſpecie, inueniantur, ſoluta exigentur & ipſa, atque prædictis a nobis Magiſtratibus, ad quos quæq; pertinent, præſtabuntur. Conſimili quoque modo omnes alios, qui à collatoribus noſtris aurum, aut aliud quiddam in prædictis a nobis indictionibus acceperint, neque id fiſco perſoluerint, cui perſoluere conuenit, præſente noſtra largitione excipimus, quo magis hæc fiſco, aut etiam quibuſcunque talia competunt, perſoluant. Siquidem ducti miſericordia collatores præſente humanitate dignamur, non etiam eos, qui publicas ab ipſis ſuſceperunt pecunias, defraudareque voluerunt aut publicum, aut illos, ad quos extraordinariè exigendos deſtinati fuerant, illud ſanè manifeſtatum eſt. quod ſi qui cum hanc noſtram munificentiam præſentirent, vafritie quadam animi à collatoribus pro indultis reliquis confeſſiones, aut expromiſſiones acceperint, & ſi ea ad priuata debita tranſpoſuerint, aut aliud eius generis ad circumſcriptionem excogitaſſe, effeciſſeve videantur, nullam tamen ex ijs vtilitatem habebunt, ſed confeſſiones reſtituent his, à quibus haſce abſtulerunt. In vniuerſum autem omnes Deo, ac nobis agent gratias; hi quidem, qui reliqua debent, quod horum indulgentia, & humanitate dignati ſint: illi verò, qui nihil in reliquis debent, quod ſolicitudine liberati ſint, quam in obſeruatione ſuſceptorum habuiſſent, veriti nequando interciderent, & eorundem temporum nomine denuo ſuſtinerent inquietudinem, quin rurſus † quaſi furto proprias res receperint, remiſſo animo ſunto cum omni cura, ac ſolicitudine vacent, vt merito in omnes præſens noſtra diſtributi videatur largitio.

6 † Epilogus.

6 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram declarantur legem, ea litteris viſa gloria tua, omnibus per hanc regiam vrbem manifeſta conſtituet.

VT Dei amantiſs. epiſcopi, cum prouinciarum indigenis, & incolis, quos ſibi Præſides eſſe velint, eos ſibi à ſacratiſſimo Principe concedi petant, ijque gratis præſides fiant, vt tamen qui in Præſidem petitur, idonee fiſco caueat. Si vero Præſidem petere diſtulerint, vt tum, aduerſus eum, qui ipſis præſes miſſus fuerit, quodcunque etiam occaſione publicorum tributorum fecerit, querelam inſtituere nequeant.

CONSTITVTIO CXLIX.

TITVLVS XXXI.

PRAEFATIO.

DVm Reipublicæ à Deo nobis datæ curam gerimus, ſimulque vt ſubditi noſtri in omnibus iuſtitiæ bono fruantur, operam damus, hoc vnum nobis inde ab initio propoſuimus, vt quicquid antea imperfectum, & confuſum fuiſſet, id & corrigeremus, & vndiq; perfectum exhiberemus. Anxia itaq; reputatione habita, quomodo & fiſcus & ſubditi illæſi, & indẽnes permaneant, animaduertimus nos facile id conſequuturos, ſi efficeremus, ut prouinciarum Præſides, vbi Magiſtratu gratis ſuſcepto, ritè fiſco cauiſſent, in omnibus rectè, ac legitime magiſtratu fungerentur, ita vt ab omni iniuſtitia, quæſtu, alio quoque turpitudine, atque re vetita abſtinerent.

CAPVT PRIMVM.

NE igitur peregrini aliqui in prouincias ſe ingerentes, illas iniuria afficiant, noſque crebris aduerſus illos interpellationibus inſtituendis moleſtias ſuſtineamus, hortamur cuiuſque prouinciæ ſanctiſſimos Epiſcopos, eoſque qui ex indigenis, & incolis primas tenent, vt per communem libellum ſupplicem de ijs ad noſtram potentiam referant, quos idoneos eſſe ad prouinciæ ſuæ gubernationem exiſtiment: His enim magiſtratus inſignia gratis tradituri ſumus: tamen ut publicum, & fiſcalem canonem ſe illaturos caueant, atque nihil contra leges ſe exacturos, neque cuiquam collatorum vim illaturos, illis, datis ſponſoribus promittant, ſe annonis contentos publicorum tributorum exactioni inuigilaturos, ijſque qui in ſacris illationib. probi & prompti ſint, mites ſimul & paterno affectu exhibituros; cum improbis vero atque refractarijs acribus in actionibus acturos, neque inde quicquam lucri ablaturos. Oportebit verò etiam nihilominus illos coniectis in leges oculis, quibuſcunque litigatoribus æqualitatem, atque iuſtitiam tribuere, & vt ſumptibus, ac longinquitate temporis atterantur, citò

illos dirimeret: tum & eos, qui deliquerint in ius rapere, & ſecundum legem pœnas illis infligere, denique in omnibus iuſtitiam exhibere.

CAPVT SECVNDVM.

AC ſanè non hiſce Solis hæc præcipimus, verumetiam cuiuſque magiſtratus aſſeſſoribus, alijsque quicunque magiſtratus ſubſeruiunt. Nam ſi quis illorum, aut in publicorum tributorum exactione negligenter ſe geſſerit, aut collatores noſtros damnis, contumelioſisve oblæſionibus inuoluerit, ſimul bonis excidet, ſimul ſummo ſubijcietur ſupplicio. Etenim Deo auſpice hoc vnum nobis ſtudio eſt, vt prouinciæ bonis legibus regantur, tutoque habitentur, atque præſidium iniuſtitia furantur, & vero publica tributa citra querelam inferantur. Impoſſibile enim eſt, ut ſacris tributis non illatis, alioqui reſpublica conſeruetur. Militares namque copiæ, aſſignato ſibi ſalario inde percepto, hoſtibus reſiſtunt, & collatores à barbarorum incurſionibus, & truculentia vindicant, denique agros, atque ciuitates à latronum, alioque modo incompoſitam vitam ſectantium, vi & irruptionibus, agendis excubijs defendunt, ex illis etiam reliquæ cohortes, ea quę ipſis attributa ſunt, accipiunt, muri atque ciuitates in diem inſtaurantur: publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt, poſtremo ſpectacula, aliaque omnia, quæ ad delectationem ſubditorum inuenta ſunt, ex iiſdem curantur, vt quæ ab illis contribuuntur, partim in ipſos, partim propter ipſos inſumantur, & impendantur, nobis autem prorſus nihil inde præter illatum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede uacuas, quum magnus ille Deus, & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, magnitudine clementiæ ſuæ permultis propter hoc nos bonis remuneret.

CAPVT TERTIVM.

HIs itaque omnibus prouincialibus hominibus, velut præconio à nobis denunciatis, & quanta noſtra ſit erga ſubditos beneuolentia, & liberalitas per hoc oſtenſo, magis propitium, ac benignum Deum habituri ſumus, qui tantopere nequid detrimenti ſubditi capiant, curemus. Si verò hoc noſtrum beneficium conſecuti, in præſidum electione, opinione, atque ſpe fruſtrentur, neminem præter ſe ipſos culpare poterunt. Neque etiam ſi hos eligere, & ad nos referre diſtulerint, vllo amplius iure de iis, qui hinc in prouincias emittentur, ſi propter publicorum tributorum collectionem nihil non fecerint, querimoniam inſtituent, neque vero nos, vt de his nos adeant, eosque deferant, deinc ſuſtinemus. Qui enim facultatem eligendi Præſides à nobis cœperunt, ut illi gratis magiſtratibus ſuſceptis publica tributa inferent, ipſique ab illis nulla iniuria afficerentur, ſi hi in illorum electione negligenter verſati fuerint, permittendum illis nullo modo erit, ut de ipſis conquerantur, noſque illos delaturi adeant, atque moleſtiam adhibeant. Cæterum nullus omnino in perſoluendis, quæ ipſi incumbunt publicis tributis, ulla dilatione uti poterit, non ſacra domus, non ſanctiſſima eccleſia, non pium pauperum receptaculum, aut monaſterium, non denique clarus, aut obſcurus quiſquam. Neque uerò eos, qui rempublicam adminiſtrant, neque quos ἐκλήπτορας* uocant, neque etiam alios, quibus publicarum contributionum cura incumbit, periculo quod hic exiſtere poſſit, eximimus. Quæ enim in commune omnibus conducunt, illorum qui in fiſcum improbi eſſe uelint, iniuſto propoſito anteferimus.

* Latinè ſuſceptores.

EPILOGVS.

VT autem quæ pulchrè à nobis proponuntur, omnibus manifeſta fiant: iubemus, ut tua excellentia hoc præſens ſacrum edictum per fœlicem hanc vrbem, & in prouincijs conſpicuis in quaque ciuitate locis proponat: quo neminem ratio qua fiſci, ſubditorumque indemnitati conſulatur, a nobis ſereniſſima adinuenta lateat. Datum 15. Kalend. Februar. Conſtant. Imp D. N. Iuſt. PP. Auguſt. anno viii. poſt Conſulatum ann. iii.

CONSTITVTIO CL.

De ea, quæ raptori ſuo nubit.

PRæſens conſtitutio confirmat pęnas in conſtitutione ipſam præcedente prædictas. Iubet enim, ne puella raptum paſſa raptori ſuo nubat. Sin verò hoc fecerit, non ſuccedit ei, cuiuſcunque tandem ſectæ, aut ętatis ſit. Nam ſi ipſi coniuncta non fuerit, capiet omnia bona eius. Si parens conſenſerit raptum paſſæ filiæ ſuæ, vt raptori ſuo copuletur, mittetur in exilium. Si mortuus eſt non præbito conſenſu, tunc raptoris bona confiſcantur, videlicet cum nefariæ ſint eiuſmodi nuptiæ, ſi denuo raptori ſuo raptum paſſa puella copuletur.

CONSTITVTIO CLI.

Ne Decurio, aut cohortalis perducatur in ius, ſiſtaturve iudicio citra iuſſionem Principis, quæ inſinuetur Præfectis.

Imperator Iuſtinianus A. Areobindo prætoriorum Præfecto.

PROOEMIVM.

SVggeſtio nobis per epiſtolam gloriæ tuæ facta eſt, quæ dicit, non ex uſu eſſe, vt decuriones, aut cohortales, cum publico, priuatove cum ipſis iure agendum eſt, ad diuerſa iudicia, uel ad hanc almam perducantur urbē, uel in alias mutantur prouincias, ſæpenumero autem ſacras noſtras præbes. iuſſiones, quæ id uelint, petijſtique ut ſacra pragmatica forma prohiberetur, ne quis cohortaliū, aut decurionum iudicij cauſa, uel ex alia in aliam prouinciam duceretur, uel ad hanc uſque Regiam pertraheretur urbem: ſi uero ſacræ de hoc componantur formæ, ut hæ prius inſinuentur iudicio Excellentiæ tuæ, & decreta, uti ęquum eſt, ſuſcipiant. 1 † Nos igitur, tametſi omnem productionem in ius, exhibitionemque in iudicio auerſamur: ſi tamen neceſſitas incidat, ut huiuſmodi aliquid agatur, nulli noſtrorum Magiſtratuum, excepto throno tuo, concedimus, ut cohortalem, aut decurionem ad hanc almam urbem iudicij cauſa perduci faciat, niſi ſacra aliqua interueniat iuſſio, quæ expreſſis uerbis id præcipiat. quàm ipſam conuenit, ut & excellentia tua perdiſcat, neque citra decretum tuum ipſe huc in ius perducatur, cum ita fieri id expediat publico, ne ſi ex ijs locis, ubi publicas tractant pecunias, abſtrahantur, hanc anſam arripiant nocumentum inferendi contra Rempublicam. 2 † Quę igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram noſtram pragmaticam declarantur formā, ea ſtudeto excellētia tua effectui, & fini tradere.

1 † Cap. 1.
2 † Cap. 2.

CONSTITVTIO CLII.

De ſacræ formæ, quæ de cauſſis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quàm ſi glorioſiſſimorum prætoriorum Præfectis inſinuatæ ſint, vel fuerint, iiſque habeantur ratæ.

Imper. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſſimorum prætoriorum Præfecto.

PROOEMIVM.

DAntes operam, ut diuino cooperante auxilio, cum ſumma diligentia res Imperij à Domino Deo nobis concreditæ gubernentur, iubemus, ne aliter forma de publicis confecta cauſſis ad Magnificum Ducem, aut ēt Auguſtalem, aut clariſſimum prouinciarum Præſides ualeat, niſi prius inſinuata fuerit iudicio Excellentiæ tuæ: quæ uero inſinuatæ non fuerint, nullam firmitatem habeant. Abſurdum etenim fuerit, ſacram formam pro publicis confectam cauſſis, non prius inſinuari throno Excellentiæ tuæ, atque ita tranſmitti in prouincias, finique contradi. 3 † Si quid igitur hucuſque ad detrimentum Reipublicæ factum eſt, iubemus hoc irritum eſſe: ſancientes, ut 3 † Cap. 1.

quæuis de cætero ſacræ formæ pragmaticæ, ſiue ad Auguſtalē, ſiue ad Ducē, ſiue ad reliquos prouinciarum Pręſides conficiantur occaſione (vt dictum eſt) cauſarum publicarum, omnino inſinuentur iudicio Excellentiæ tuæ, eoque pacto (vti dictum eſt) cum iuſſionibus Excellētiæ tuæ mittani in prouinciā, vt quæ quidē ſacræ formæ ad detrimentum Reipub. factæ non ſunt, hæ & ſuſcipiantur coniiciantur ij in præceptiones. & ab Excellentia tua mittantur in prouincias, quatenus certo fini tradantur, quæ vero ad detrimentum Reipu. per obreptionem fiunt, has quidem ſacras formas tua ſuſcipiat Excellentia, nō tamen prius, quæ inibi ſunt repoſita, faciat, quàm ad nos relationem ea de re pertulerit: quo magis, ſi quid (vt poteſt fieri) ad detrimē tum factū eſt Reipublicę, id corrigamus. Quæcunque enim ſacra pragmatica forma publicarū cauſarū nomine facta, throno Excellentiæ tuæ inſinuata nō fuerit, hanc nullo ualere tempore volumus. Dat. Kal. Iun. C.P.D. N. Iuſt. PP. A.

CONSTITVTIO CLIII.

De infantibus expoſitis.

Imp. Iuſtinianus A. Mennæ glorioſiſſ. Præfecto prætoriorum Illirici.

PROOEMIVM.

CRimen à ſenſu humano alienum, & quòd ne ab illis quidē Barbaris admitti credibile eſt, Dei amanti. Theſſalonicenſis eccleſiæ apocriſiarius Andræas ad nos retulit, ꝙ quidam vix ex vtero progreſſos infantes abiiciant, inque ſanctis eos relinquant eccleſijs, & poſtquam educationem, atque alimoniam ab hominibus pietatis ſtudia exercentibus promeruerint, hos vindicēt, & ſeruos ſuos eſſe pronuncient, cupientes crudelitati ſuę hoc etiā apponere, ut quos in ipſis vitę primordijs ad mortem expoſuerint, eos poſtquam adoleuerint, defraudent libertate. Ex quo igitur huius generis factum multa ſimul in ſe abſurda complectitur, cædem videlicet, ac calūmniam, & quæcunque aliquis in tali actione facilè enumerauerit, ęquum ſane erat, vt qui talia perpetrarent, vindictā, quæ proficiſcitur ex legibus, non effugerent, ſed quo magis alij exemplo horum temperatiores fierent, extremis pęnis ſubijcerentur, vt qui per actionis impudentiam ſua detulerint flagitia, id quod in poſterū cuſtodiri iubemus.

1 † Cap. 1. 1 † Qui itaque ad eum modū in eccleſia, aut vicis publicis, aut alijs locis proiecti fuiſſe comprobati erunt: hos omnibus modis liberos eſſe præcipimus licet ei, qui præiudicio contendit ad hoc, manifeſta exiſtat probatio, & poſſit eiuſmodi perſonam ad ſuum pertinere dominium oſtendere. Nam ſi noſtris præcipitur legibus, ut ęgrotantes ſerui à dñis ſuis pro derelicto habiti, & quaſi deſperata iam ualetudine cura dñica non dignati, protinus ad libertatem rapiantur, quantò magis eos, qui in ipſo uitæ principio aliorum hominum pietati relicti & ab ipſis enutriti fuerunt, non ſuſtinebimus in iniuſtam ſeruitutem pertrahi? Quin ſancimus, vt tam religioſiſſ. Theſſalonicenſium Archieps, quam ſancta Dei ſub ipſo conſtituta eccleſia, & gloria tua his opem ferat: neutiquā illis qui hæc patrant, legibus noſtris cōſtitutas pęnas effugiētibus: nimirum qui omni inhumanitate, & crudelitate referti ſint, & tanto deteriores homicidio pollutis, quanto calamitoſioribus id inferunt.

2 † Epilogus. 2 † Quæ igitur nobis placuerunt & per hāc ſacram noſtram declarantur legem, ea tam gloria tua, quàm qui eundem pro tpe magiſtratum ſuſcepturi ſunt, & obtemperans vobis cohors, effectui, ac fini tradere, & obſeruare ſtudento. Quinque etenim librarum auri pęna imminebit tam his, qui hæc transgredi pertentauerint, quàm qui alios tranſgredi permiſerint. Dat. prid. Id. Decemb. B. P.D N. Iuſt. PP. A Baſil. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO CLIIII.

De his, qui in Oſdroena illicitas contrahunt nuptias.

Imper. Iuſtinianus A. Floro Comiti ſacrarum rerum priuatarum.

PROOEMIVM.

PRæter opinionem incertus ad nos rumor peruenit, ꝙ hi, qui Meſopotamiam, & Oſdroenam prouinciaſ incolunt, illicitis ſe iungere auſint nuptijs, & Romanas leges, neque non interminatas in ijs pœnas veteres ſimul & nouas transgrediantur, in illicitas, ac prohibitas incidentes nuptias, dum vicinis, & adiacentibus populis morem gerunt. Cæterum nos nihil quidquam horum credidimus: neque enim arbitramur homines eſſe, qui quidem, cum portio ſint noſtræ Reipublicæ, tale quid facere audeant, quo facto, & progeniem ſuam dehoneſtet, & confundat nomina.

3 † Vnde & peruestigare ea volumus: & ſi omnino huius generis aliquid factum ſit, extremum delinquentibus inferre ſupplicium. Sed quia & longum tempus eſt neque credimus, eiuſmodi aliquid delicti admiſſum eſſe, vt maxime huiuſmodi quid contigerit, tamen quod præterijt, quocunque ſe modo habeat, his qui Oſdroenam, & Meſopotamiam prouincias incolunt, ꝓ diuerſis hoſtium irruptiones, quæ quotidie in ipſis fiunt, indulgemus, maximè verò quia agreſtis vtplurimum multitudo hæc fertur delinquere: ſciſcimusque ea manere ſub præſente forma, aut ſcrupuloſius nimiſque anxiè hæc inquirentes quæ vſque ad nouellam factam de hoc noſtram (vt potuit fieri) conſtitutionem perperam admiſſa fuerunt, ſed omnem huiuſmodi de hoc inquiſitionem contra perſonas, & res ad earum prouinciarum incolas pertinentes prohiberi ſancientes. Poſt noſtram vero legem, quæ nuper de hoc fuit propoſita, ſi quis præſumpſit, aut etiam præſumpſerit tale quid facere, volumus, ut is extremis ſubdatur pœnis, ſciturus, quod nō intra pecuniarias pœnas reſiſtemus, ſed tam ipſum, quam vxorem, & liberos ex illicitis procreatos nuptijs poſt noſtram conſtitutionem digna animaduerſione perſequemur, & periculum capitis ſimul, atque bonorum ademptionem irrogabimus, nulli parcentes, ſiue maioris, ſiue minoris ſtatus, aut conditionis aut (quod multo etiam difficilius eſt) ſacerdotij ſit, ſed omnibus plectendis ſolemnem, & Romanis legibus decentem ordinem conſeruabimus, non tantummodo partem bonorum ablaturi, ſed & cum toto patrimonio partem corporis, & ſi importunius illicitas contractas nuptias deprehenderimus, ne ipſam etiam vitam quoquam ſaluare queunte, vt per omnia pœnæ conſentaneæ ſint delictis. Oportet enim recta pariter, ac conuenientia ſapere, & alios ad earundem rerum ęmulationem excitare, non vero ipſos perpetrare legibus contraria, & ex mutua uitiorum imitatione refugium quærere. Hæc igitur conſeruari in prædictis prouincijs volumus, tam ciuilibus, quàm militantibus Magiſtratibus idipſum cuſtodientibus, & vt pœnæ delinquentibus imponantur procurantibus. Atque hoc mandatu tuo volumus ibi locorum programmaticis per proprios Magiſtratus manifeſtum fieri, niſi & ipſi extremis ſubdi velint ſupplicijs, ſimul & Magiſtratuum, ac bonorum amiſſionibus, ſi quid horum per negligentiam omiſerint. 4 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto gloria tua effectui, & fini tradere.

3 † Cap. 3.

4 † Epilogus.

CONSTITVTIO CLV.

Vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint.

Imperator Iuſtinianus A. Biliſario.

PROOEMIVM.

POrrexit potentiæ noſtræ ſupplicationem Martha clariſſima fœmina, qua continebatur, quòd magnificæ memoriæ Sergius, qui pater eius fuit, cum obijſſet mortem, tenera admodum ętate ipſam reliquerit, quodque clariſſima mater eius Auxentia, teſtatione apud actorum monumenta depoſita non ſe ad ſecundas peruenturam nuptias, tutelam eius ſubierit, & legibus noſtris de hoc definito iureiurando pręſtito res adminiſtrauerit. His ita ab ea geſtis, quaſi neque iuſiurandum ab ipſa præſtitum, & deſpicabile patrimonium relictum eſſet, paucula quædam in inuentario ab ea confecto deſignaſſe, poſtea etiam ſecūdas elegiſſe nuptias, cum tutorem ipſi nominaſſet Petrum. Item e ſecundo matrimonio duos habuiſſe filios, & cū rectè erga ipſā affecta non eſſet, inſtitutū qdē ab ea tutorē adminiſtratione deſtituiſſe, cum ipſa vix decimū-

Google

tertium apprehendiſſet annum; petijſſetque, vt ſecundæ ætatis curatorem quæreret; mox etiam perſuaſiſſe, vt pro ſe acceptilationes conſcriberet, & omni actioni, quæ ſecundum leges ipſi poſſet competere, per cauſam tutelarium rationum, in iſtiuſmodi acceptilationibus 1† renuntiaret: cũ in cubiculo per id tempus eſſet, neque quidquam ſciret eorum, quæ gererentur. Neque enim poſſibile fuit, vt ea, quæ apud illam educaretur, neque in vllo contradicere poſſet his, quæ aduerſus ipſam gererentur, vt maxime intern ſibi detrimentum ſentiſſet, aliquid ageret eorum, quæ prohibere potuiſſent ad ipſius attentata iacturam. Poſtquam vero tempus effecerit, vt quæ aduerſus ipſam agitata eſſent cõſilia, perſentiſceret, ſe quidem apud matrem vſam exhortationibus, ne his, quæ in fraudem ſuam geſta eſſent, perperam uteretur: ſed uti matrem deceret, ſe oſtenderet, & quas primum res in bonis habuiſſe naſceretur, ſibi reſtitueret. Ipſam verò, cùm ſe totam filijs ex ſecundo matrimonio procreatis expoliuiſſet, neutiquam iſtiuſmodi rationes edidiſſe, quin e contrario ſacram noſtram prætendiſſe ſanctionem, qua continetur, non poſſe reſtitutionis contra ipſam iura in vſum aſſumi: tametſi ea nihil eius generis de matribus, quæ filiorum tutelam ſuſcepiſſent, & ſecundas exoſculatæ eſſent nuptias, ſanciret. Atque ea de cauſa ſupplicationem nobis porrexit, quo magis & mentem ſacræ conſtitutionis redderemus manifeſtam, & extra controuerſiam poſitam: neque ſi perperam in ea contentis uteretur Auxentia mater eius, res a patre relictas in lucrum proprium conuerteret. 2† Cum igitur hæc in ſe contineret ſupplicatio, merito ad ſacram hanc pragmaticam formam reſpeximus, per quam ſancimus, vt, quoniam ſacra noſtra ſanctio nullam mentionem facit earum mulierum, quæ ſuſcepta filiorum ſuorum tutela, ſecundas amplexæ ſunt nuptias, non liceat Auxentiæ clariſſimæ fœminæ eam ſacrã noſtram ſanctionem perperã in uſum deſumere. Propter cauſas autem prædictas, & quia monumenta actorum, ſub quibus Marthæ filiæ ſuæ tutelam ſuſcepit, oſtendunt legibus definitum ipſam iuſiurandum præmiſiſſe, non ſe ad ſecundas peruenturam nuptias, & quod iuſiurandum aſpernata, in matrimonium ſecundo ſe marito iunxit, & ſuſceptis ex eo liberis, effecit, vt clariſſima filia eius Martha pro rerum reſtitutione acceptilationes in ipſam exponeret, ſummam utique licentiam habere Martham clariſſ. fœminam poſſe ſancimus, vt reſtitutionis in integrum iure utatur, præſertim cum nondum ſe vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum exceſſiſſe profiteatur: ſacra ſanctione a nobis propoſita, quæ ſancit, ne filij contra parentes ſuos, aut liberti contra patronos ſuos poſſint reſtitutionis in integrũ iure uti, neutiquam ipſi obijcienda, propterea quod nihil lex de his diſputet, quæ filiorum ſuorum tutelam ſuſcepe runt: quin contra, eo quod altera poſt hæc ſacra noſtra proceſſerit ſanctio, quæ ſancit, ne, qui tutores conſtituuntur, aliter filiorum ſuorum tutelam ſuſcipiant, quam ſi deſignationis ſuæ tempore apud acta depoſuerint, quod pupillos indefenſos non relinquent: & ſi contingat etiã matrem filiorum ſuorum tutelam ſuſcipere, vt & ipſa hoc faciat, tutelaribusque rationibus obnoxia ſit: & ſi alium pro ſe deſignare tutorem uelitut ſuo, & ſubſiſtentium illi rerum periculo id faciat. Vnde omnibus modis hoc etiam caſu conuenit, ut ſi Martha clariſ. fœmina comprobauerit, non prçterijſſe ea tempora, in quibus reſtitutoriæ ipſi actiones competunt, tam reſtitutione in integrum utatur, quàm omnibus alijs, per quæ leges noſtræ minoribus ætate opem, & auxilium præbent. Sancit etenim noſtra potentia, ut omnis reuerentia, quæ parentibus debetur a liberis, item honor, atque obſequium parentibus conſeruetur, dum tamen nihil ab ipſis in illorum detrimentũ fiat. Vt uero ex prioribus nuptijs filios deſpiciamus, ueque religioni putamus conſentaneum, neque alioqui conuenire, ut res, quæ ex paterna ad ipſos peruenerunt ſubſtantia huiuſmodi matres poſſint uel ſibi, vel his, qui ſecunda uice ipſas habent in matrimonio, uel ex iſtiuſmodi matrimonio procreatis liberis lucrifacere. 3† 4† Quæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea ſtudeto gloria tua una cum beatiſſimo Archiepiſcopo Theopolitanæ eccleſiæ, effectui, & fini tradere. Dat. Kalen. Febru. C.P.D.N. Iuſtinianus. P.P.* V.C Cos.

[Margin: 1† διαλύσαι. — 2† Cap. 1. — 3† lucrifaciant. — 4† epilogus.]

CONSTITVTIO CLVI.

De prole partienda inter ruſticos.

PROOEMIVM.

Docuerunt nos, qui ſacroſanctæ Apamienſis eccleſiæ negotia gerunt, quod ad alios quoſdam pertinẽtes ruſtici, cum ruſticanis mulieribus ſuis ſe coniunxerint, exindeq; procreauerint filios, petierũtque, vt & ruſticos ipſis aſſignarẽt, 5† & horũ filios, maternum ſequentes vterum. Sed qui hæc petũt, hi ſanè cõſtitutionẽ noſtram, quæ nuper prodijt, intelligere nõ videntur, quid ea ſibi uelit. 6† Nã ſi liberi aliqui ſe adſcriptitijs cõiũgãt, & ſecundum rationes cõſtitutione comprehẽſas, infantes matrem ſequẽtur, vnde ad libertatem non perueniũt. Si uerò ruſtici ſint, nõ amplius cõſtitutioni illi per omnia locus ſit, ſed quemadmodum nuper decreuimus, & lege cauimus, proles diuiditur in partes. Et ſi quidem æqualis ſit natorum numerus, in duas partes diuiditur: ſi inæqualis, aut etiam unus tãtum natus ſit, tũc quod redũdat, uenter habet, propterea quod & amplius laborauerit, & unus quidem ſi ſit, matrem ſequetur, ſi uero tres nati fuerint, duo quidẽ, duæve matrẽ ſequẽtur, 7† unus autem ad proprietatem paterni domini peruenturus eſt, atque ita ſemper (vt prædiximus) id quod impar 8† eſt, habebit uenter. Et ſecũdũ hæc Apamienſes quoque prolẽ partiendam eſſe cognoſcunto: ut, quod multis retro temporibus in cõtrouerſia fuit poſitũ, intelligant denuo ſub noſtram redactum ſanctionem.

[Margin: 5† ἀπὸ δὲ θύτας. — 6† Cap. 1. — 7† τὸν περιττόν. — 8† τῇ μητρὸς ἕπεσται.]

CONSTITVTIO CLVII.

De ruſticis, qui in alienis prædijs nuptias contrahunt.

Imperator Iuſtinianus A. Lazaro Comiti Orientis.

PROOEMIVM.

Ex his, quæ diuerſimodè ad nos relata ſunt, didicimus in Meſopotamia, & Oſdroena prouincijs quidpiam delinqui noſtris planè temporibus indignum. Conſuetudinem etenim apud ipſos eſſe, ut qui ex diuerſis originem trahãt prædijs, nuptias inter ſe cõtrahãt: inde ſanè conari dominos, de facto iam cõtractas nuptias diſſoluere aut procreatos filios a parentibus abſtrahere. exindeque totum illum locum miſere affligi, dum & ruſticani uiri, & mulieres ex una parte diſtrahuntur, & proles his adimitur, qui in lucem produxerunt, & ſola noſtra opus eſſe prouidentia. 9† Sancimus igitur, ut prædiorum domini de cætero ruſticos ſuos, prout uoluerint, conſeruent, neq; quiſquam eos, qui iam coniuncti ſunt, poſſit ſecundum cõſuetudinem prius obtinentem deuellere, ut compellere, ut terram ad ipſos pertinẽtem colãt, abſtrahereve a parentibus filios prætextu cõditionis colonariæ. Sed & ſi quid huiuſmodi forte iam factum eſt, corrigi hoc ſimul, & reſtitui efficies, ſiue filios abſtrahi contigerit; ſiue etiam mulieres, nẽpe uel a parẽtibus, uel contubernij conſortibus, eo qui reliquo deinceps tempore huiuſmodi aliquid facere præſumpſerit, etiam de ipſo prædio in periculum uocando. Quare libera ſunto contubernia metu, qui dudum ipſis immittitur, & parentes habento ex hac iuſſione filios ſuos, nequeuntibus prædiorum dominis ſubtilibus contendere rationibus, & uel nuptias contrahentes, uel filios abſtrahere. Qui enim tale quid facere præſumpſerit, etiam de ipſo prædio in periculum ueniet, cui eos uindicare ruſticos attentat. 10† Quæ igitur nobis placuerunt, & per ſacram hanc pragmaticam declarantur formam, ea prouidentiam habeto Magnificentia tua, tibique obtemperans cohors, & qui pro tempore eundem magiſtratum geret, ut ad eſſectum deducantur conſeruenturque, trium librarum auri pęna imminente ei, qui ullo unquam tempore hęc tranſgredi attentauerit. D. Kalen. Maij C.P. Iuſtin. P.P.A. Biliſ. V.C. Cos.

[Margin: 9† Cap. 1. — 10† Epilogus.]

CON-

CONSTITVTIO CLVIII.

Vt deliberandi ius etiam ad impuberes tranſmittatur.

PROOEMIVM.

OBlatæ nobis à Thecla, quæ & Mano appellatur, preces ſunt, quæ declarant, Theclam quandam e vita deceſſiſſe, relicta Sergia filia impuberem ætatem agēte: cúq. vix ſeptem dies matri ſuperuixiſſet filia, obijſſe, & ipſam mortē in cōtagione illa, quæ nuperrime homines inuaſerat. Eā vero quæ nobis preces porrexerit, inquit, Sergiæ patri ſororem extitiſſe; Coſmā autē Theclæ fratrē, Sergię hęreditatē vindicaſſe, dictaſſeq; eo nomine iudiciū. Rurſum hāc, ne nō recte cōtentiones exerceret, abijſſe ad Ioānem prouincialis fori aduocatum, percōtatum de legibus, quæ hanc cauſam concernerent. Illumq; reſpōſum in ſcriptis edidiſſe, eo ipſo ſignificantem, quod Sergiæ ad ipſam delata eſſet hæreditas. Atq; ea ſane de cauſa controuerſiæ iudicē delegiſſe ipſum Ioannē, Coſmæ partes agēte Aeſculapio quodam ſcriniario per Oriētem Magiſterij militum. Sed Ioannem cōtrariā edidiſſe ſentētiam his, quæ in ſcriptis reſpōderetur, vſurpata ad hoc in ſnīa lege iuſtiſs. principis Theodoſij, quæ dicit non poſſe eum, qui nōdum ſeptē annorum natus ſit, maternam vindicare hæreditatē, niſi tutorem habeat, ſed vt ad illos ea deferatur, quibus cōpetitura eſſet, etſi defunctus impubes ad hæreditatem legibus vocatus nō eſſet. Neq; hæc tantū protuliſſe in ſnīa, ſed & effeciſſe, vt quæ nobis ſupplicaret, cōſequēter ſecūdū ſnīam pacta iniret, & eadem denuo dictaret Aeſculapio, qui pro Coſma cauſam egerat. Petijtq; nos, vt ipſam tam miſere affectam iniuria, reſpiceremus, & maximè cum lex in Codice, qui de noſtro nomine cognomen accepit, poſita ſit, quæ iuuat, recte maternam hæreditatem uindicare eum, qui fari poſſit, & rurſus alia a nobis lege propoſita, quæ vult, vt ſi quis hęreditate ad ipſum delata, antequam eam vindicet, aut contrariam ea iure ſententiam ſuam oſtendat, ex hac uita emigret, ſuper ea hæreditate deliberandi ius ad hæredes ſuos tranſmittat. Porro eam legem, quæ nuper à nobis propoſita ſit, qua idem in hæreditatibus ordo agnatis pariter, & cognatis tribuitur, locum in hac controuerſia nō habere, cum antiquior ſit noſtra, cuius occaſione lex illa ualere iuſſa eſt. 1† Sancimus igitur, ut gloria tua, ſi hæc ita ſe habere compererit, opem ferat ſupplicanti, & legem noſtram illi conſeruet, quæ deliberandi ius ei tribuit, nimirum Sergia ante exceſſum anni poſt matrē ſuam demortua, volentique maternam Sergiæ hæreditatē vindicare, eius agendi copiam præbeat. Neque enim pugnare inter ſe aliquis Theodoſij pientiſs. Principis, & noſtram legem dixerit; cum in eodem utraque columine ſit poſita, & nos per conſtitutionem, quam pro eo poſuimus, obfirmauerimus nihil in eo reſidere contrarij. Sed obtineto quidem lex noſtra in præſenti controuerſia, & omnibus caſibus in quæſtionem deducto à ſimilibus, obtineto autem Theodoſij ſacratiſs. Principis lex, in quibus annum præterire contingit, & deliberandi tempus elapſum eſt. Pacta enim poſt ſententiam conſcripta, cum altero inita, qui obligationem adquirere non potuit, manifeſtum eſt quod nullam actionem Coſmæ de his, quæ inibi confeſſa fuerunt, dederint. Die prid. Id. Iul. CP. Du. Iuſtin. PP. A. †

1† Cap.7.

CONSTITVTIO CLX.

Exemplum ſacræ Pragmaticę formę de vſuris.

Imperator Iuſtinianus A. Papio.

PROOEMIVM.

ARiſtocrates prudentiſſ. Aphrodiſienſis Reipub pater, quique immobilia in ea poſſident, ſupplices nobis facti ſunt, agentes prædictam ciuitatem, &c. Ac principio quidem illud cognoſcimus, quod plerique leges noſtras ita accipiant, atque intelligant, ut unde minime conueniat, inde iniuſtarum ipſis actionum anſas præbeant. Si quidem a patre Reipub. edocti fuimus, quod cum bene magna auri ſumma Aphrodiſienſium Reipub. ex legatis à nonnullis ciuitati relictis collecta eſſet: ne quando ea deperiret, quidam illorum, qui in Repub. cum poteſtate erant, eam auri ſummam collocauerint, ut quandiù id auri apud ipſum reſideret, tandiu, qui ſuſcepiſſet, quoque anno pro eo ciuitati dependeret (ſiue quis id pactum, 2† ſiue reditum, ſiue etiam uſuram appellare velit) quantum ferre ciuitatem, æquum eſſet. Eos vero, qui aurum ſuſceperunt, poſtquam conſtitutionem pro ulimus, ne creditoribus permittatur, ut debitum ultra duplum exigerent, ſed hoc ipſo duplo contenti ſint, † ſane legatum ciuitati deperire, & tam calefactiones balneariū publicarū, quæ exinde fieri ſoleant, iniuria affici, quàm opera publica per legē noſtrā labefactari, illorū interpretationē uitiū adferre Reipub. 3† Vt igitur omnia hæc è noſtra expellamus Repub. ſancimus, ut qui id auri perceperunt in hoc, ut pēſionem aliquam pro eo perſoluant Reipub. ſingulis annis, quo ad illud penes ſe aurum habuerint, inferre compellātur id, quod pro eo ſe illaturos conſtituerint, haud quaquam ſacra noſtra ad hoc conſtitutione uſurpata. Illam enim de creditoribus conſcripſimus, & qui in ea comprehenduntur caſibus, præſens uero ſpecies illā nō attigit, ſi quidem hoc magis annuo reditui, quàm vſurarum præſtationi ſimile uidetur: nos autem ex ęquo ciuitatum curam gerere oportet, ut rerum fiſcalium. Quod ſi quis poſt hanc præſentem noſtram formā aliter ea, quæ a nobis lege promulgata ſunt, acceperit, & defraudare ciuitatem, dato auro, voluerit; & pro uniuerſo tempore quantum debet ciuitati perſoluet, & præterea reddet duplum, ut malitioſæ interpretationis iuſtam retributionem percipiat; propterea quod cum in manu illi eſſet, ut bonum ſe exhiberet 4† ciuem, ita improbus eſt, ut quæ illum in lucem protulerit, eam non dubitet afficere iniuria.

2† repub. 3† Cap.1. 4† perhiberet.

CONSTITVTIO CLXI. 5†

5† I Scringeriana editione omiſſa ē, ꝙ ſit (ut illic dicitur) Tiberij poſterioris.

De Prouinciarum Præſidibus.

NOn tantum decenter leges ferre, ſummo bono eſt, ſed etiam ſancita accurate cuſtodire, & ad effectū deducere, tranſgreſſoresq; competentibus pœnis ſubijcere. Quæ enim legum erit utilitas, ſi in literis duntaxat cōſiſtat, nō etiam per ipſa facta, atque opera ſubditis utilitatem de ſe præbeāt? Ac ſcimus quidem, quàm uehementer Maieſtas Imperatoria collatorum curam geſſerit: cum aliquoties definierit, ut prouinciarum Præſides officia gratis ſuſcipiāt, quò magis & ipſi, cū pure his utūtur, ęquū, & bonū ſubditis impertiātur, & ex collatorum incolumitate omnium rerum copia abūdet Reſpublica. Sed hæc quidē per immodicam auaritiam eorum, qui officia redimūt, potius, quàm ſuſcipiūt deuicta paulatim in obliuionē deuenerāt. 6† Nos autem de his propoſitas leges renouantes, ſancimus, ut illi Magiſtratū gerant, qui & bona exiſtimatione noti ſunt, & in exercenda iuſtitia plurimū repoſuerunt ſolicitudinis. Sed & ut citra ullum munus, & largitionem Magiſtratus ſuſcipiāt. Item ut tam collatores incolumes, indemnesq; obſeruent, q̄ publica tributa diligēter expediant. Præterea ut neque per ſe, neque adſeſſores ſuos, aut cancellarios, domeſticosve, aut quempiam eorum qui ad ipſos pertineant, quidquam a ſubditis accipiant, niſi in quadruplum velint (ut leges loquuntur) quod ab ipſis acceptum eſt, dependere. ſed contenti his ſint, quæ lege ipſis deputata ſunt è publico. Simul atq; Magiſtratu abierint, ut per ſolennes quinquaginta dies in prouincia aſſideant, ſub publico uerſantes conſpectu, ꝙ omnib. actionem intentare uolentibus reſpondeant. Lite uero intra quinquaginta dies non finita, ſi quidem pecuniaria ſit, procuratorem danto: ſin uerò criminalis, ad terminū uſq; cauſæ permanento: his, qui in cauſa diiudicant (ſiue Magiſtratus ſit, ſiue a Præfectis dati) niſi intra uiginti dies, quàm initium cœperit, eam litem finierint, decem libris auri mulctandis: lite nihilominus ſecundum prædicta procedente. Si qui enim mala conſcientia ſtimulati, uel clam aufugerint, uel ad ſacras ædes decurrerint; ſubſtantia excident, ſecundum legem pro modo admiſſorum inter iniuria effectos diuidenda. Et quemadmodum procedens de hoc conſtitutio, & † ex una parte, prout anteà lege comprehenſum eſt, extiterit, quæ pro collatoribus introducta ſunt, ea firma permanento, permanentibus, uidelicet, & alijs firmis, quæ ad collatorum utilitatem de Præſidibus

6† Cap.1.

pulchrè

pulchrè à Maieſtate ſancita ſunt Imperatoria. Quemadmodum aut eos, qui hæc perperam ſe admittunt, puniamus, ita & eos, qui per hanc cauſam contra interdictum aliquid ab ipſis accipiunt, reſtitutioni quadrupli ſubijcimus. 1 † Atque vt hæc ita caueremus lege, ex eo nobis in mentem venit ꝙ pluris à nobis ſit ſubditorum opulentia, & medela, q̃ reditus, qui exinde inferuntur. Imperio Contrahimus.n. vna cum largitionibus præſidum in arctum ipſa etiam ſuffragia, quæ imperialibus inferebantur rationibus, & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis hac cauſa, & Reſpub. meliore ſucceſſu potiatur, & locupletior redeat, aliquot retro temporibus a nonnullis, excogitatis pręſtationibus liberata. Vna.n. hæc res potentiæ noſtræ ſtudio eſt, vt prouinciæ, & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur, neq; non Præſidum iuſtitia fructum capiant, & tributa publica ſine querela inferantur, neque enim aliter conſeruare licet Rempub. niſi pientiſs. præſtationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriuntur copiæ, vt reſiſtatur hoſtibus, & per agros, ac vrbes aguntur excubiæ, perfruuntur item reliqui ordines attributis ſibi ſalarijs, reparantur quoq; muri, & vrbes, denique omnia alia proueniunt, quæ communem ſubditorum vtilitatem concernunt. 2 † Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea gloria tua in alma hac urbe conſuetis locis proponet, ſed & ſolitis vſa iuſſionibus mittet per prouincias, vt omnes intelligant quantum nobis Reſpub. ſimul, & ſubditorum noſtrorum incolumitas curæ ſit.

1† Cap. 2.

2† Epilogus.

CONSTITVTIO CLXII.

Sacra forma tranſmiſſa Dominico glorioſiſſimo prætoriorum Illyricianorum Pręfecto, de diuerſis capitulis.

PROOEMIVM.

PERCONTATA nos eſt gloria tua de quibuſdam, quæ ab eloquentiſs. in Illyriciano foro cauſarũ patronis deducantur in controuerſiam, quę ait noſtra indigere diſceptatione, quo minus perpetuo laborent diſſidio. 3 †

3† Cap 1.

Primum igitur capitulum * huiuſmodi fuit. Mulier quædam, cum res ipſi à coniuge donatæ eſſent, neque tamen traditæ voluit marito mortuo, & donationem ſilentio prætereunte; res vindicare, quaſi harum domina tam donatione, quàm ſilentio mariti facta. Opponebatur à rerum poſſeſſoribus, habere ipſam ſolum modo exceptionem in ius vocatam, ſi poſſideat: non etiam ab alio haſce per vindicationem petere poſſe. Et quidem quod controuerſum eſt, eiuſmodi fuit. Nos vero & conſtitutionem noſtram reuocauimus in memoriam, quæ dicit, donatorem, licet traditio ab eo ſtipulata non fuerit, neceſſe tamen habere, vt donatam rem tradat, neque.n. per impoſituram, & vt in nudis cõſiſtant literis quæ geruntur inſtrumenta confici conueniens eſt. Sumpſimus præterea in mentem ſanctionem ueteris legis Aeliæ Sentię, quam recte, & pro officio è legum ſuarum corpore ablegauit olim Reſpublica, conſimilia promulgant.n quæ in præſentia hærent in controuerſia. Et ſancimus, vt, ſi iſtiuſmodi donatio, prout ante à nobis dictum eſt, perfectè omnia habeat, tam quo ad modum, q̃ quo ad inſinuationem, ab eo ſtatim tempore, quo facta eſt, omnimodo; ſm prædictam conſtitutionem ſilentio mariti conualeſcat, vt tametſi maritus eam rem poſtea hypothecæ det, tamen qui id ſilentio præterijt, abalienaſſe non videatur, & traditio, ſi facta eſt, largiatur ei exceptionem, ſi facta non eſt, præbeat etiam (ſi quidem ſtipulatio interpoſita eſt) exactionem per actionem, 4 † ex ſtipulatu, vt donatam rem percipiat. Sed & illud cõſtituere iuſtum duxim᷑, vt, ſi quidem initio donationes apud actorum monumenta inſinuatę fuerint, omnibus modis ſilentio confirmentur: ſi vero inſinuatæ non fuerint, tranſcendant autem modum, qui inſinuatione indigeat, ad eam duntaxat quantitatem conualeſcant, quatenus, vel ſine inſinuatione donationes firmas eſſe, lege à nobis expreſſum eſt: hoc.n cum poſterius ſancierimus, obtinere & ipſum volumus, neque quod recte ſe habere poterat, propter quantitatis appendicem intercidere: idque etiam in generalibus iam donationibus lex * noſtra dicit His non tantum inter vxorem, & maritum ualituris, ſed etiam in cæteris perſonis, inter quas * conſiſtentibus nuptijs donationes ſunt prohibitæ. 5 †

* De donationibus. lib. 47. βασιλικ. ti. 1. c. 78. extat hoc primũ caput huius nouellę.

4† deſunt hæc hic εἰ δὲ μὴ ... ex lege condictitia.

* ſi quis argẽtum. §. ſed, & ſi quis. C. de dona.

De Secundo in ſuper capite ab Excellentia tua interrogati ſumus, an poſt conſtitutionem noſtram, quæ vult, vt, qui ex libera, & adſcriptitio naſcuntur propter conditionẽ matris poſtea, & ipſi liberi ſint arbitrari oporteat, ꝙ tametſi adſcriptitijs, quemadmodum olim, facti non ſint, iuſti omnino coloni exiſtant, propterea, ꝙ alia conſtitutio noſtra colonorum filios non ſinat terram relinquere, ſed manere colonos iubeat: multoq; id magis eſſe oporteat hoc loco, quandoquidem, & inter has proſſus perſonas adſcriptitiorum ſint proſapiæ. Atq; hæc quidem ſub prædicto capitulo extiterunt in interrogatione tua. Noſſe autem oportet eos, qui legem noſtram conſiderant, quod nullo vnquam tempore concedamus, ut liber uenter adſcriptitium pariat, ſed hanc notam, atque ſignum genito poſt legem tunc propoſitam immitti oporteat, ꝙ omnibus modis liberta ex libera matre progenitos condeceat. Si igitur ex libera, & adſcriptitio natus aliquis fuerit; eſt ille quidem liber, neque maternam ingenuitatem vlla ratione abijcit: oſtendit tamen conſtitutio a nobis propoſita, ꝙ tales uelit prædiorum permanere incolas, & agrorum cultores, tanquam illic prognatos, hoc.n. ſibi vult coloni appellatio. Non præbemus itaq; ipſis licentiam, vt prædium deſerãt, & alio ſe recipiãt. Quin ſi omnino aliqui prædio cuipiam deputentur, & ex adſcriptitia matre nati ſint, manifeſtarium eſt, ꝙ penitus adſcriptitij futuri ſint, ſi ex libera, manebunt quidem liberi, & quæ adquiſierint, in bonis ſuis habebunt, neque peculium fiet dñorum, non tamen ex eo prædio egredientur, ſed hoc excolent: neque ipſis erit licentia, ut hoc deſerant, alterum obeant alienum: niſi forte propriæ alicuius poſſeſſionis domini fiant, quæ ſatis ſuperq; ipſos inibi occupatos tenere poſſit, neque permittat, vt alteri præterea fundo colendo operam nauent, inque illum tranſmigrent. Alioquin ſancimus, vt omnibus modis in eo prædio maneant liberi quidem conſtituti, incolatu tamen detenti. Et hoc quidẽ in ea ſpecie ita conſtitutum eſto 6 †

* intelligit ſocrum, nurũ, uitricu, generũ, &c.

5† Cap. 2.

Sed neque illa nobis quæſtio abs re facta, & diſceptatione noſtra indigna viſa eſt. Nam ſi adſcriptitia cum adſcriptitio aliquo ad alterum pertinente coniugium coeat; quæſitum eſt de prole, ſi filij ex ipſis naſcantur, utrum eã ad dñm viri, an ad dñm mulieris pertinere conueniat. Sancimus igitur, ſi eius generis aliquid incidat, & diuerſorum inter ſe dñoru adſcriptitij congrediantur, quandoquidem conditionis ratio in controuerſia poſita non eſt, cum venter liber non exiſtat: ſuntq quidem nati adſcriptitij, non tñ matri, dominove huius totum dabimus, ſed ſi quidem vnus filius procreetur, uenter ſationi præferatur, & qđ natũ fuerit, eſto dñi ipſius matris, ſin vero forte filij; ambo inter ipſos diuiduntor, electione ductis ſortibus celebrãda. Si impar filiorum numerus ſit, id quod redundat, maternus ſinus retineto, vt ſi tres exiſtant, duo quidem ſint matris, vnus vero patris, ruſus ſi quinque, tres quidem è prognatis dñi matris, duo vero patris ſint, ſm q; hanc incrementi rõnem numerus procedat; vt, quod æqualiter põt diuidi, id ex ęquo diſtribuat. quod vero redundat, quod & gratioſiſſimum eſt hoc attribuat matri, oportet.n. maiore eam ſtudio proſequi, quæ partus doloribus diſtenta fuit, quæ peperit quæ nutrijt: q̃ eum, qui ſucceſſiuam tantummodo ſibi dñi operam accommodãs, filij generationem procurauit. 7 † Quæ igitur ſacra hac pragmatica comprehenduntur forma, ea in ſimilibus caſibus conſeruare gloria tua ſtudeto. Si quidem, & generalem de hoc legẽ conſcripſimus, tum ea ipſa, tum inſuper alia quæpiam, in quibus legiſlationem neceſſariam eſſe credimus, ad certam redigentes formulã. Dat. 5. Idus Sept. CP. DM. Iuſtin. P. P. A. Anone V. C. Coſſ.

6† Cap. 3.

7† Epilogus.

CONSTITVTIO CLXIII.*

* Hęc conſtitutio in Sengeriana editione dr eſſe Tiberij, ideoque omittitur.

De releuatione tributorum publicorum.

PROOEMIVM.

PRAESTANTISSIMA inter homines bona ſunt iuſtitia, & benignitas, quarum altera æquabiliter ſuum cuique

cuique tribuit, neque apperit aliena; altera ad miſericordiam decurrit, & debitorum incommoditate gentes liberat. Hæc ornare, firmareque Imperium; hęc conſeruare Rempublicam, hæc pulchrè humanam nouerunt gubernare vitam. Vnde & nobis, ex quo diuinitus Imperij ſceptra ſuſcepimus, magnum affectatum eſt ſtudio, ut vndiq; tam bonis actionibus conſpicui ſimus quo magis, ſi vtiles nos præbeamus ſubditis, ex virtute, & gloria remunerationem habeamus. Ac ſcimus quidem mutua illa, & omnimoda hominum exitia ad tantam inopiam poſſeſſiones redegiſſe, ut neq; reditus poſſint ſuis producere poſſeſſoribus, neque ſatis idoneæ publica inferre tributa. Atque hæc militari, & alio neceſſario ſumptu imminente, vehementerq; nos impellente, dum multis vndequaq; bellis alluimur, vt crebriores pecuniarum collationes faciamus. Inde adeo non ſemel curas in eam rem impendimus, qua nam ratione fieri poſſit, ut & neceſſitati faceremus ſatis, & ſubditorum egeſtati adferremus remedium, cumq; in multa noſtra circa hęc diſtraheretur ſententia: magis tñ obtinuit, vt ad benignitatem reſpiceremus, & Deo placentem collatoribus impertiremur medelam, & quod cõibus deeſſet ſumptibus, hoc in eius vicem introduceretur ex theſauris principalibus. 1† Acceptam igitur, & hanc noſtram curam Ferentes Dño Chriſto, & ſalutaris Paſſionis, neque non ſanctæ Reſurrectionis eius præſentibus magni feſti diebus condigna facientes, meritò & ipſi in præſentia hanc pro Repub. largitionem offerimus: per quam concedimus in vniuerſum omnibus agricolis pariter, & collatoribus (idem autem dicere licet, & de prędiorum dñis) integrum vnum canonem publicorum tributorum in quadriennium partiendum, hoc eſt quartam quidem eius portionem pro nona indictione proximè intura, tantundem verò alteram, & pro decima, quæ hanc ſecutura eſt, conſimiliter & pro vndecima, & [duodecima,] vnicuique quartam portionem vna eademq; opera deminuentes & conſuetudines, quæ quocunq; modo aliquibus hoc nomine præbentur. 2† Remittimus autem his, & præteriti temporis reliquationes, vſque ad finem proximè præteritæ quintæ indictionis. Ac ſancimus, ne qua fiat exactio pientiſſ. à nobis condonatarum præſtationum, ſiue maximam Præfecturam reſpiciant ſacrorum Orientalium prætoriorum, ſiue Pręfecturam Illyricianam, ſiue Præſidatum inſularum, atque Præfecturam militariũ in Scythia, & Myſia ordinum, aut ſacras noſtras largitiones, aut deniq; aliũ Magiſtratum: interdicẽtes decurionibus, & exceptionibus, ſcriniarijs, & cohortibus, palatinis, & exactoribus, neq; non ſuſceptoribus, & quicunque vel exactionem, vel ſuſceptionem publicorum expediuit, aut exedit tributorum, ne per uafritiem excogitatis contra agricolas, & collatores vtantur artibus: † aut etiam prædiorum dños, ut diuerſos † ex reliquis indultis pro ſe inſtituant, aut conſtitutæ pecuniæ obligationes, aut fideiuſſiones, aut confeſſiones dolo malo ſuſcipiant. Conſtituimus etenim omnem contra munificentiam noſtram factam aut futuram circunſcriptionem, irritam: cùm illud conſtet, quod ſiqui noſtram anteuertentes largitionem, ex reliquationibus iã inde à quinta indictione factis, aliquid exegerint, neq; id perſoluiſſe videbuntur, omnibus modis publicis id rationibus inferent. Nam ut collatores beneficio afficeremus præſentem ipſis benignitatem impartiti ſumus: non autem his, qui publica tributa ſuſcipiunt, & in ſuum lucrum conferre ea voluerint, pręſentis ad tempus canonis indulgentiam inſtituimus: nullo modo embola (hoc eſt annua ſpecierum transmiſſione, ut in condito, & ad militares ſumptus habeantur) deminuẽda. Oportet.n. vniuerſum frumenti, aliarumq; ſpecierum modum conſueto, ac ſolito more, & contribui, & importari, pretijs quartæ partis per ſingulos annos à nobis vſque in quadriennium collatoribus indultæ, ad menſam publicam cum alijs, quæ in auro ab ipſis contribuuntur, æſtimandis, ſoluendiſq; è publico. Idemque hoc in Oſdroena, & Meſopotamia peragetur eorum gratia; quæ pro reconditis, & militari ſumptu in ſpeciebus conferuntur. Conſimiliter, & in ſpeciebus, quæ ploimæ, quaſi nauibus transportandæ dicuntur, quæ proueniunt in Lazica, & Boſporo, & Cherſonneſo, percipiunt.n. harum pretia ex publico, prout in menſis Præfectorum ordinatum fuerit vnde hæ importantur, ut & ipſi noſtra in hoc perfruantur benignitate. Earum.n. ſpecierum illationem negligere haud quaquam tutum eſt: cùm & ineuitabilis exiſtat impenſa, & publicas (ut ita dicamus) res in vnum conciliet. Credimus autem, & ex hac noſtra largitione magna R. ipublicæ incrementa futura, Deo omnia nobis fauſta per huiuſmodi actiones præbente: ea, quæ pro ſubditorum a nobis utilitate diſpoſita ſunt, tranſcendere præſumentibus, tam de ſubſtantia, q̃ de ipſa periclitandis ſalute. 3† Quæ igitur nobis placuerunt, & per præſentem ſacram declarantur legem; ea programmatis uſa gloria tua, tam in alma urbe, quàm etiam per prouincias omnibus manifeſta faciet, ut neminem noſtra lateat munificentia.

Margin notes: 1† Cap. 1. — 2† Cap. 2. — 3† Epilogus.

CONSTITVTIO CLXIIII.

De hæredibus.

PROOEMIVM.

DEO ſimul, & iuſtitia nihil maius exiſtit, abſque his enim nihil unquam commode geri poteſt, & præcipue in noſtra hac Republica. Exinde.n. rectè regnare, & ſubditos ad beneuolentiam, neq; non ad ſumma licet attrahere deuotionem, Eapropter cum & nos diuinitus, perque iuſtitiam Imperij ſceptra ſuſceperimus: tametſi multis undiq; curis implicamur, quo magis, & Romani quotidie uirtutibus redduntur auctiores, & Barbari deuicti ſuccumbant, non tamen penitus à ſolicitudine noſtra ſecludimus, ne non in his, quæ priuatim vſui eſſe poſſint ſubditis, competens accommodetur prouidentia. Ac cùm multa, quæ prius confuſa erant, ad meliorem ſtatum erexerimus, conueniens eſſe putauimus & id, quod longo iam tẽpore in ſucceſſionibus neglectui fuit habitum, ad actionem Deo placentem reducere. Cognouimus.n. ꝙ quidam obſtantes defunctorum perturbant patrimonia, ſed neque teſtamenta ualere ſinunt, neque item ab inteſtato ſucceſſiones locum capere, mobilibus quidem rebus immittentes ſignacula, immobilibus vero imponentes titulos, ut hac ratione ipſis illorum ſucceſſio adcreſcat, inque ea decentem aliquem ordinem occupent. Quoniam uerò impoſſibile eſt in tanta multitudine, exactè ea, quæ ſingulatim in talibus eueniunt perdiſcere, per pulchrum nobis uiſum eſt, ſi generali hęc lege ad certam re ſigeremus formulam. 4† Propterea ſancimus, ut uniuerſi cita inuidiam, & rebus, iuribusq; ſuis perfruantur, & ad ſuos iſta transmittant hæredes. Penitus autem nemo omnium illorum inuadat patrimonia, aut horum ſucceſſores damnis implicet, aut titulos, ſiue ſignacula rebus præter legum noſtrarũ placitum imponat. Nam & ſucceſſiones ab inteſtato, quo quiſque vocatur, ordine confirmamus, & vltimas horum uoluntates legitimè conſiſtentes non ſubuertimur. Si.n. ſedulo adnigilamus, ſumusq; ſoliciti, ut collatores bonis gubernentur legibus, & de eorum incolumitate multo maximam potentia noſtra curam ſuſtinet, quomodo non in hanc quoque partem prouidentiam ipſis accommodauerimus, & alacriter noſtrum ipſis impertiamur beneficium? hęc etenim placere Deo perſuaſiſſimum habemus, & hoc iuſtitiæ munus eſſe aſſerimus, perſuaſiſſimum quoque eſt, Imperium per hæc nobis undique munitum, & quietum futurum. Connumeratur itaque & hæc noſtra lex cæteris præclaris noſtris facinoribus, & ſubditi priſtinis liberati moleſtijs, & tãta à potentia noſtra dignati prouidentia, Deo ſimul & poſt illum nobis gratias agant, diuinum numem placantes precibus, vt deuictis hoſtibus, aliam inſuper, & maiorem ipſis ſecuritatem impertiamur. 5† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, ea conſeruando tam glorioſiſſ. ſacratum domuum Curatores; quàm quibus, uel maximorum, uel etiam minorum gerendorũ magiſtratuum cura, ſiue in alma hac urbe, ſiue item in prouincijs commiſſa eſt: publicationem bonorum iuxta, & ſupplicium formidantes capitis, ſi ſancita noſtra tranſgreſſi fuerint. Præſentem itaque ſacram noſtram legem gloria tua in inſignioribus locis huius almę vrbis proponet, ſed & uſa ad hoc iuſſionibus tranſmittet in Prouincias.

Margin notes: 4† Cap. 1. — 5† Epilogus.

IVLIANI PATRITII ANTECESSORIS Conſtantinopolitanæ ciuitatis

IN IVSTINIANI NOVELLAS CONSTITVTIONES EPITOMATA.

CONSTITVTIO PRIMA.

PRIMVM quidem, & in digeſtis, * & Conſtitutionibus diximus parentibus quidem, & liberis, necnon fratribus, & patronis certam quandam portionem, ex noſtra de beri ſubſtantia, quam neceſſe eſt omni modo eis relinquere: niſi fortè ingrati citra nos apparuerint. Aliæ autem perſonæ, quæ neque parentibus, neque liberis, neque fratribus, neque patronis connumerantur, ſiue ingrati ſint, ſiue non; ex uoluntate noſtra hæredes nobis exiſtunt, vel lucrum ex noſtro patrimonio capiunt. His itaque perſonis eo modo diſcretis, uideamus caput conſtitutionis propoſitum. Eius autem uis, ac poteſtas talis eſt.

* legibus liber iſte Nouellarum p Decreta approbatur qa ea eo in illis iura inducũtur, ut extra de teſti. c. 3. Itẽ & per Decreta. ut 16. q. 3. §. p̄t. uerſu, quas actiones, &c. Facit etiam mẽtionẽ tex. glo. in prima conſt. C. 2. col. I uerbo, in nouellis, & per glo. C. ad Tre. aut. niſi rogat*, & gl. i auth. ſed nouo iure. C. de ſerui. fugit.

I. Si hæres legata ſoluere noluerit.

SI quis parentum, vel filium, vel fratrem, vel patronum inſtituerit hæredem, & legatum, ſiue fideicommiſſum ab eo legibus non incognitum alicui reliquerit, ſi quidem voluntatem defuncti ſcriptus hæres impleuerit, & ſine fruſtratione legatum exſoluerit, tunc habeat firmiter hæreditatem defuncti, & iudicio potiatur eius, cuius euerti iudicium paſſus non eſt. Sinautem reluctandum eſſe voluntati teſtatoris exiſtimauerit, & legatario moras fecerit intantum, vt etiam legatarius inuicem adeat, & victricẽ 1 † ſententiam capiat, & tamen nihilominus hæres moras ſimiliter faciat, vt poſt iudicialem calculum annales prætereat ſpatium, tunc ſolam legitimam portionem ſibi debitam 2 † hæres inſtitutus habeat, & reliquam partem amittat, quæ pars ſi quidẽ ſubſtitutos habeat: prius 3 † ad eos veniat. Sinautem ſubſtitutos non habeat, tunc ad cohæredes ipſius veniat. Sinautem nec cohæredes habeat: tunc ad generalem fideicommiſſarium perueniat Quod ſi plures ſint generales fideicommiſſarij, tunc ei deferatur pars, qui maiore ex parte fideicommiſſo honoratus eſt. Quod ſi nemo ex ſupraſcriptis perſonis ſubſiſtit, 4 † tunc ad legatarios pars memoria perueniat. Quod ſi nec legatarij ſint, tunc ad eos perducatur, quos teſtator libertate donauit, quicunque autem ex ſupra dictis omnibus perſonis partem ſibi delatam amplexus fuerit, is voluntate teſtatoris omnimodo impleat. Ideoque & cautionem præſtare eum oportet, quod omni modo impleturus eſt ea, quæ in teſtamento defuncti continentur, ordine, ſcilicet. hoc obſeruando, vt inter legatarios quidem, & fideicommiſſarios generales fideicommiſſarij cæteris legatarijs, & fideicommiſſarijs præferantur. Quod ſi nullus generalis fideicommiſſarius ſit, tunc illi ueniant, qui maioribus legatis, vel fideicommiſſis honorati ſunt. Quod ſi nemo ex his, vel non potuerit, vel noluerit partem memoriam admittere; tunc [illi vocentur, quibus teſtator libertatem reliquerit, ſed non paſſim, ſed ſecundum ordinem ſcripturæ vocentur, vt cui primum libertatem donauit, 5 † eius conditio præcellat, & ſi primus vel noluerit, vel non potuerit partem admittere: tunc] ille ueniat, qui ſecundo loco libertatem accepit. Hæc, ſi vnus ex parentibus, vel liberis, vel fratribus, vel patronis hæres ſcriptus ſit. Sinautem hæres inſtitutus extraneus ſit, & moras faciat legatario per totum annale ſpatium poſt iudicialem ſententiam numerandum, tunc nullam partem, nullum emolumentum ſcriptus hæres ſentiat, ſed & omne, quod à teſtatore ei præſtitum eſt, auferatur ab eo, & veniat ad eos, quos ſupra expoſuimus ſecundum eundem ordinem, & eandem obſeruantiam: ita tamen, ut eodem modo is, qui ad partem vocatur, cautionem præbeat, quòd omni modo impleturus ea ſit, quæ in teſtamento defuncti continentur. Quod ſi nemo ex his, de quibus loquuti ſumus, appareat: tunc etiam agnatis, ſiue cognatis defuncti pateat aditus, quamuis in teſtamento nulla eorum comprehendatur mentio: quòd ſi nec tales perſonæ appareant; tunc extraneis quibuſcunque locus fiat, ſi uelint hæreditatem ſuſcipere, & de implenda voluntate teſtatoris cauere. Quod ſi nec talis extraneus inueniatur, qui defuncti ſucceſſionem cum prædicta cautione ſuſcipiat, tunc fiſco res uendicetur, ſed 6 † & ipſo uoluntatem teſtatoris impleturo. Illud autem certum eſt, quòd ſi filius à patre in teſtamento iuſtè exhæredatus ſit: neque ex ipſo teſtamento, neque ab inteſtato lucrari aliquid poterit occaſione huius conſtitutionis. Omnes autem, qui ex hac lege ad rerum uendicationem uocantur, omnia iura hæredum habeant, ideſt, ius aditionis, & pro hærede gerendi, & conueniant, & conueniantur, omnibus, quæ diximus, obtinentibus, & ſi non ab hærede, ſed à legatario, uel fideicommiſſario, & fortè ab eo, qui mortis cauſa aliquid accepit, dari, fieriue, ut teſtator uoluit, ideſt, ut ordo uocationis incipiat quidem à ſubſtitutis, legatarijs deſinat autem in publicum.

1 † admonitricem. 2 † delatã. 3 † proprios 4 † ſubſiſt

5 † His no͂ nt incluſa () deſunt in alijs exemplis, & recte.

6 † omnino.

II. Ad legem Falcidiam.

Si quis ab aliquo ſcriptus hæres in teſtamento fuerit, in quo legata, uel fideicommiſſa relicta ſunt; timeat autem ne forte legata, uel fideicommiſſa legatarijs, uel fideicommiſſarijs relicta, totam ſubſtantiam teſtatoris 7 † exhauriant, ut ipſe nihil ab hæreditate ſibi ei lucretur: ergo ſi uelit emolumentum legis Falcidiæ integrum ſibi ſeruari, faciat inuentarium rerum, quas teſtator ſibi dereliquerit præſentibus legatarijs, & fideicommiſſarijs, qui ſcilicet in eadem ciuitate degunt: niſi forte propter ſexum, quod fœminæ ſunt, uel propter dignitatem, uel propter morbũ, uel propter ætatem, uel uincula, uel propter aliam neceſſariam cauſam præſto eſſe impediantur, tunc enim illos repræſentari oportet in conſcriptione inuentarij, qui negotia eorum legitime adminiſtrent. Quod ſi omnes 8 † præſto non ſint legatarij, ſeu fideicommiſſarij, tunc teſtes adhibeantur tres, quorum & fides, & opinio probata eſt: teſtes autem ex ea ciuitate eſſe oportet, in qua conficitur inuentarium, & ſub conſpectu eorum, atque præſentia præcedat inuentarij confectio. 9 † Solis enim tabularijs in ea cauſa non credimus. Quod ſi poſtea reuerſi fuerint legatarij, & quaſdam res ab hæredibus ſubreptas eſſe putauerint, eaſq; celatas, & in inuentario non inſertas, liceat eis per tormenta ſeruorum hæreditariorum ueritatem requirere, & fraudes hæredum manifeſtare, ſcilicet, & ipſis hæredibus nihilominus cogendis iuſiurandum ſubire, quod nullo modo in conſcribendo inuentario doloſè uerſati ſint, & teſtibus ſimiliter compellendis ſacramentum præſtare, quod de nulla fraude conſcij ſunt ſcriptis hæredibus. Hæc, ſi legatarij præſentes ſint, & hi ueniant, uel homines eorum interueniant, uel abſentibus eis, tres bonæ opinionis teſtes repræſentati fuerint. Quod ſi legatarij

præſto

7 † defuncti.

8 † ſcilicet no.

9 † cõſcriptio.

preſto quidem fuerint, ipſi autem venire, vel homines ſuos mittere ad inuentarium conſcribendum noluerint, tunc libera licentia pateat hæredibus 1 † trium teſtium adhibito teſtimonio 2 † inuentarium facere, nullo a legatarijs obijciendo poſtea obſtaculo, ſi voluerint, & in hoc caſu per tormenta ſeruorum hæreditariorum, vel per ſacramentum hæredis, ſiue teſtium veritatem manifeſtare, & is quidem hæres, qui hæc omnia obſeruauerit, legis Falcidiæ beneficium retinebit. Quod ſi nec fecerit inuentarium, nec ſupra dictā obſeruationem cuſtodierit, ſciat ſe omnia fideicommiſſa legatarijs, uel fideicommiſſarijs ſoluturum, quamuis non ſufficiat teſtatoris ſubſtantia, vt interdum etiam de ſuo præſtare legata, uel fideicommiſſa cogatur.

1 † hęredi.
2 † adhibē ti teſtimonium.

Tota autem iſta diſceptatio toties locum habebit, quoties teſtator ignorans facultatum ſuarum modum legata, vel fideicommiſſa ampla reliquerit. Alioquin ſi ſciens quantum habeat patrimonium, & ſpecialiter expreſſerit, vt non liceat hæredi Falcidiæ legis beneficio uti: neceſſe eſt uoluntatem ipſius tenere. Et ſi quidem adire hæreditatem eius maluerit, is, quem hæredem ſibi ſcripſit, omnimodo legata, & fideicommiſſa perſoluat ſine quadam diminutione nullum habiturus lucrum, niſi pietatem ſolam, ſcilicet, quòd uoluntati teſtatoris gratis obtemperauit. Sinautem repudiauerit hæreditatem, locus fiet ſubſtitutis, & poſt ſubſtitutos cohæredibus, & poſt cohæredes, fideicommiſſarijs generalibus, & poſt generales fideicommiſſarios legatarijs, & poſt legatarios ijs, qui libertati donati ſunt, poſtque eos, qui libertate donati ſunt venientibus ab inteſtato agnatis, ſiue cognatis, & his non apparentibus extraneis, & poſt extraneos publico.

III. De legatorum exæquatione.

Nullam licentiam ſcriptus hæres habeat quibuſdam legatarijs ſolida legata perſoluere, quibuſdam ex parte præſtare, quibuſdam non: ſed omnibus pro rata portione ſoluat ſiue inſolidum, ſiue in partem, æqualitatis ratione conſeruanda, uel enim cognoſcens ab initio modum ſubſtantiæ diminuere legata non debet, uel ſi quibuſdam ſolida legata perſoluerit, omnibus perſoluere 3 † debet, niſi fortè mirabile aliquid extiterit, quod deminuat teſtatoris ſubſtantiam.

3 † implere.

IIII. Vt legata intra annum præſtentur.

Intra annum modis omnibus relictum legatum præſtetur. Initium autem anni eſſe oportet illud tempus, quo ex definitiua iudiciali ſententia reus admonitus eſt propter legati ſolutionem. Anno autem per culpam hæredis tranſacto, hæres, qui legata non ſoluerit, hæreditatem teſtatoris amittat, & locus fiat illis perſonis, quarum ſupra fecimus mentionem, ſcilicet ab annali ſpatio impuberibus, vel adoleſcentibus nullo præiudicio generando: hi enim dupli ci via muniti ſunt: nam & reſtitui in integrum poſſunt, & competentes actiones aduerſus tutores ſuos, vel curatores dirigere. Ea autem, quæ diximus, teneant; ſiue in ſcriptis; ſiue ſine ſcriptis teſtamentum, ſiue uoluntas proferatur, in omni autem perſona teneant, id eſt, ſiue priuata ſit, ſiue militaris, ſiue religioſa, ſiue imperialis. D. 4 † Kalen. Apr. Conſulati. Biliſ.

4 † ante. Iun. Biliſ. V.C. Cos. indic. 12.

CONSTITVTIO II.

V. De ijs, qui ad ſecundas nuptias migrauerunt.

NVlla licentia ſit mulieri, vel marito, qui, quæve ad ſecundas migrauerit nuptias, in donatione propter nuptias, uel dote, cuius ſolum vſumfructum habet, non etiam dominium, aliquem de liberis ſuis anteferre, ſed ſit proprietas rerum, omnibus debita portionibus exæquatis.

VI. Idem.

Si maritus, uel mulier, qui, quæve ad ſecundas migrauerit nuptias, res dotis, vel propter nuptias donationes alienauerit, quocunque tempore alienatio facta neque rata, neque irrita ſit, ſed interea maneat in ſuſpenſo. Et ſi quidem parens, qui alienauerit, ante liberos ſuos moriatur, omnimodo rerum alienatio refutetur. Sinautem, eo ſuperſtite, ab hac luce liberi ipſius erepti fuerint, in tantam portionem alienatio ualebit, in quantum ſuperſtiti parenti mortis liberorum caſus detulerit, id eſt, tantam portionem lucretur, quantam pepigerit in inſtrumento dotis, vel donationis habiturum ſe, ſi liberi, qui poſtquam editi ſunt, mortui fuerint. In aliam autem portionem alienatio non ualebit; niſi forte filij eundem parētem, qui alienauit, teſtamento hæredem, uel ab inteſtato reliquerit.

VII. Idem.

Si filius inteſtatus mortuus fuerit, portio, quæ competit ei ex dote, aut antenuptiali donatione, non ueniat ad parētem ſuperſtitem, ſed ſoli fratres ipſius ad eam partem uocentur, ſcilicet, ſi ſine liberis ipſe mortuus eſt: liberi enim defuncti, & fratribus eius, & parentibus præferuntur. In aliam autem ſubſtantiam, quam mortuus dereliquerit, pariter cum fratribus parentes uocentur, ſiue ad ſecundas migrauerint 5 † nuptias, ſiue non.

5 † peruenerint.

Quod ſi teſtamento condito filius deceſſerit, illi ueniāt, qui ſcripti ſunt, niſi fortè inofficioſi querela teſtamentum eius euacuauerit.

VIII. Idem.

Si mulier, defuncto marito ſuo, ad ſecundas peruenerit nuptias, res, quæ ad eam peruenerint ex donatione propter nuptias priores hoc modo adminiſtrentur, ſi quidem immobiles ſint, mulier eas habeat, & liberis ſuis, ſi ſuperuixerint, conſeruet Si autem mortui fuerint, portionem quidem rerum, quam mortis liberorum caſus ei detulerit, modis omnibus habeat: reſiduam autem partem hæredes eorum lucrentur.

Sinautem donatio propter nuptias in rebus mobilibus ſit, tunc res quidem apud liberos ſint: uſuram autem matri dependant tertiam centeſimæ cum competenti cautela, quod prædictam uſuram ſine fruſtatione in omni ſequenti tempore perſoluent. Si autem donatio propter nuptias, & aurum habeat, & argentum, & ueſtem, tunc electionem habeat mater, utrum uelit cautionem præſtare, & res adminiſtrare, an tertiam centeſimæ uſuram a liberis accipere. Sinautem res habeant tam mobiles, quàm immobiles propter nuptialem donationem, tunc res quidem immobiles apud eam ſint, & 6 † uſufructu earum alatur. Mobiles autem apud liberos 7 † ſint ſecundum prædictam diſtinctionem.

6 † ut ex
7 † ſuos

IX. De dote adſcripta, & non numerata, uel præſtita.

Si quis uxorem duxerit, & propter nuptias donationem non ſolum adſcripſerit, ſed etiam re ipſa dederit, mulier autem adſcripſerit quidem dotem, re autem uera nō dederit in toto tempore, quo maritus ſuus uixerit, mortuo eo, nec donationem ante nuptias conſequatur: utpote cū nullam dotem ipſa dediſſet, ſed ſi quidem nihil omnino dotis nomine dederit, nec mortuo marito donatore, ex donatione propter nuptias habeat ullum emolumentum. Sinautem partem præſtiterit dotis, tantam partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias, mortuo ſuo marito. Hæc autem conſtitutio locum habebit etiam in ijs matrimonijs, quæ nondum ſoluta fuerint. Sciendum eſt autē quædam præſentis conſtitutionis capita 36. Conſtitutione, quæ de nuptijs promulgata eſt, transformata fuiſſe.

D. Kalend. 8 † Apr. 9 † Bilil. Coſs.

8 † 15. in. necr.
9 † C.P. Iniaj.

CONSTITVTIO III.

X. De fideiuſſoribus, & mandatoribus, & ijs, qui pro alijs pecunias conſtituunt.

SI quis crediderit alicui pecuniam, & fideiuſſorem, uel mandatorem acceperit, uel eum, qui pro reo pecunias conſtituit, non prius contra tales perſonas actiones moueat ſuas, quam aduerſus ipſum reum principalem gerit, eumque ſi inopem inuenerit, uel inſolidum, uel in 10 † partem, poſtquam enim egentia laborare dignoſcitur reus ſiue in 11 † parte, ſiue inſolidum, tunc contra fideiuſſores, uel mandatores intendere creditorem oportet; hæc ſi debitor præſens ſit, & appareat. Sinautem abſens fuerit reus, & fideiuſſores, uel mandatores præſto ſint, uel ij, qui pro eo pecuniam conſtituerunt, tunc præfiniri eis diem oportet, intra quàm debeant reum exhibere. Sinautem tempus præfinitum præterierit, ipſi quidem pro reo actiones ſuſcipiant, & debitam pecuniam perſoluant: cedat autem eis actionibus ſuis creditor, quas aduerſus reum principalem habet. Quod ſi tam reus quam fideiuſſor, uel mandator, uel qui pro eo pecuniam conſtituit, in abſentia fuerint, tunc liceat creditori etiam aduerſus res rei principalis uenire.

10 † pro
11 † pro

Quod ſi nullæ res rei principalis appareant, tunc etiam

in res

in res mandatoris, vel fideiuſſoris manus creditoris porrigi poſſunt, vt etiam ſi debitores habeant, etiam ab his creditore ſatisfiat. Hæc autem ſic intelligenda ſunt, vt nullam facultatem habeat creditor res prius vendicare, quam perſonales exerceat actiones tam contra ipſum reum principalem, quam contra fideiuſſores eius, vel 1† mandatores, eoſq; non ſoluendo eſſe appareat: eodem iure. ſ. obſeruando ſi perſonæ eorum non appareant.

1† &

Hæc autem omnia, quæ de creditore, & fideiuſſore diximus, etiam ad venditionis confirmatorem trahenda ſunt, vt non prius emptori licentia ſit aduerſus confirmatorem conſiſtere, niſi prius venditorem conuenerit, vel indubitatè ſoluendo non ſit. Sed nec hypothecarijs in rem actionibus petat iudicium, antequam perſonales actiones defecerint. Et in ſumma ſciendum eſt, quæ dicta ſunt in mutua pecunia, & in venditione cuſtodienda eſſe 2† & in omnibus contractibus, qui aliquam ſatiſdationem recipiunt. ſi autem argenti diſtractores pecuniam cuſtodierint 3† ſecũdum veteres leges conueniantur.

2† erunt.

3† conſtituerunt.

XL. De ſolutionibus, & liberationibus, & verborum ſignificatione.

Si quis pecuniam mutuauerit, debitor autem pecuniam non habuerit, quam daret; tunc rem mobilem creditori præſtet, ſi habet. Si autem rem mobilem non habeat, tunc immobilem rem ſuam ſi habet, vendere debet. & pecuniã debitam ex pretio rei venditę ſoluere. Si autem emptorem non inueniat; tunc prædium, quod optimum habet, creditori ſuo præſtet, & actione, qua obſtrictus eſt, liberetur: vbi autem emptorem ſui prædij inuenerit: caueat creditori ſuo pecuniam debitem ſe ſoluturam, & poſt cautionem liceat ei conſtituere venditionis contractum.

Creditoris definitio.

Creditoris autem appellatione ſignificatur non ſolùm, qui mutuam dedit alicui pecuniam, ſed & omnes, qui aliquam actionem contra aliquem habeant. D. Kal. Apr. 4† Conſulatu Biliſarij.

4† ὑπατ. D. 16. kal. Apr. indi. 13. Conſula Fab. Biliſa. V. C. Cos.

CONSTITVTIO IIII.

XII. De monaſterijs ædificandis.

QVI vult ædificare monaſterium prius Epiſcopum vocet, & illum exoret vt ſanctam crucem imponat. 5† & poſtea imponatur ædificium.

5† ibi faciat.

XIII. De monachis, & aſcetrijs.

Si quis monachus fieri vult, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus; non ſtatim monachus fiat, ſed per triennium tonſura quidem, & veſte laicorum vtatur, diuinas ſcripturas diſcet, & confiteatur ſuam conditionem, i. vtrum ingenuus ſit, an ſeruus, vel alterius cuiuſcunque ſtatus; & narret cauſas, propter quas ad ſolitariam vitam migrare cupit; ne forte malus ſit, & Deo diſpliceat.

Oportet autem, & monachos verba ei adferre, quæ mores eius, & vitam corrigere poterunt, & ſi per triennium talis appareat, vt videatur dignus tonſura, & veſte religioſa: tunc tondeatur, & ſtolam monachicam veſtiat, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus: & nulla moleſtia inferatur ei, neque de ſeruili, neque de libertina conditione.

Si autem aliquis intra triennium retrahere eum, vt ſeruum ſuum voluerit, & dicat, ꝙ res ſuas furatum ad monaſterium cucurrerit: non ſtatim eum abſtrahat, ſed prius probet, ꝙ & ſeruus eſt, & pro furto, vel vita mala, & peccatis atrocibus timuit, & fugit. Et ſi hæc vera ſint, reddatur ſeruus dño ſuo cum rebus ſubreptis, ſi & ipſæ quoque res in monaſterio fuerint, dñs autem eum recipiens fidem ei præſtet, ꝙ cum nullo malo propter hæc quod iam peccauit, affecturus ſit. Quod ſi nullo delicto ſeruum ſuppoſitum eſſe dñs probare potuerit, & ipſe ſeruus ex caſtitate morum ſuorum bona teſtimonia habeat, & ſi nondum triennium præterierit, tñ maneat in eodem venerabili monaſterio, triẽnio autem ſemel tranſacto, & inter monachos ſeruo Dei connumerato, nulla licentia ſit poſtea dño qualemcunq; moleſtiam ei inferre ſiue re vera famulus ſit, ſiue ingenuus, ſed omnimodo ſolitariæ vitæ permaneat, & ſi peccatum ab eo 6† in priore vita admiſſum ſit. Ea autem, quæ furto ſubrepta ſunt, proculdubio ſi inueniuntur, domino reddi oportet.

6† ei

XIIII. Idem.

Si autem ſeruitutem effugiens venerit quis ad monaſterium, poſtea autem reliquerit venerabilem locum, & in aliã vitæ figuram tranſierit: liceat domino ſuo extrahere eum, & probanti, quod ſeruus eſt, vt ſeruum eum habere.

XV. Idem.

In omnibus autem monaſterijs, ſiue paucos, ſiue complures monachos habeant 7† nulla licentia monachis ſit ſeparatim conuerſandi: nec vnuſquiſque monachus ſuum proprium cubiculum habeat, ſed cõiter ad excolendum Deum congregentur, & in cõi loco dormiant ſinguli quidem in culcitris ſuis, humi, videlicet conſtratis iacentibus, omnibus autem in vna domo dormientibus. Quòd ſi tantus ſit monachorum numerus, ut vna domus eis non ſufficiat, tunc & in duabus pluribusve habitationibus dormiant: non autem ſeparatim per ſe, ſed in communi loco, ſicut iam prædiximus, niſi fortè quidam ex his tales ſint, ut iuſte debant ſegregari ab illa 8† multitudine monachorũ, quos ſummæ vitæ conſtitutos Græci ἀναχωρητὰς, & ἡσυχαστὰς dicunt.

7† habeat.

8† alia

XVI. Idem.

Si quis in monaſterio ſe conſecrauerit, & poſtquam religioſam veſtem veſtitus, à monaſterio receſſerit omnia bona ipſius, quæ monaſterium introduxit, ad ipſum monaſterium pertineant. Idem eſt ex alia conſtitutione, & ſi non introduxerit: omnes. n. res eius dominij monaſterij ſint.

XII. Idem.

Si uir, uel mulier liberos habens ad ſolitariam uitam peruenerit, ſiquidem iam donauerit filio ſuo, uel filiæ ſuæ tantum quantum lex Falcidia facit, ſiue occaſione propter nuptias donationis, quam pro filio ſuo dedit, ſiue dotis cauſa, quam pro filia ſua præſtitit. Si igitur habeant legis Falcidiæ quantitatem, cætera bona eius, ab omni inquietudine liberentur, ſiue pater ſit, ſiue mater, qui, quæve in monaſterium introierit, ut in reliquis rebus eorum nullam habeant liberi communionem, ut pote cum lege Falcidia ſatis eis factum ſit.

Quod ſi nihil eis, uel minus Falcidia pater, uel mater præſtiterit, tunc etiam monacho facto patre, uel conſecrata matre, libera facultas filijs ſit totam Falcidiam, uel ꝙ eis deeſt, à monaſterio uendicare. Inter uirum autem, & uxorẽ talis obſeruatio teneatur, ut ſiue maritus, ſiue uxor intrauerit monaſterium, hoc conſequatur laica perſona, quod ex caſu mortis ei competijſſet ſecundum dotalium pactionum tenorem.

XVIII. Idem.

Si quis introierit monaſterium, & poſtq̃ religioſa indutus eſt ueſte receſſerit, & militauerit, uel ſimpliciter laicus factus fuerit, expolietur cingulo militari, & uita libera non potiatur, ſed officio præſidis Prouincię ſeruire cogatur. Subſtantia autem eius in monaſterio maneat.

XIX. Idem.

Si quis in monaſterio conſecratus fuerit, poſteaque in aliud monaſterium tranſire maluerit, ſubſtantia quidem eius a priore monaſterio uendicetur, aliorum autem monaſteriorum primates prohibeant eum tranſire, ut in alio monaſterio non recipiatur, & de hoc curare debent non ſolũ religioſiſſimi Epiſcopi, ſed ẽt reuerẽdiſſimi Archimandrię.

XX. Idem.

Si quis monachus conſtitutus clericatus honorem acceperit, nullum habeat facultatem uxorem ducendi, quãuis eius gradus ſit, cuius clericus non prohibetur uxorem habere, qualis eſt gradus cantorum, & lectorum.

Non ſolum autem ducere uxorem prohibetur, ſed etiã concubinam habere. Si quis autem monachus ante conſtitutus clericatus occaſione, uel duxerit uxorem, uel concubinam habuerit, eijciatur de clero, & ſit priuatus, & ad nullam militiam, uel profeſſionem aliam audens uenire, niſi fortè uelit in antedictas pœnas incidere.

XXI. De Archimandritis, & ut Conſtitutio ſit communis monachorum, & ſanctimonialium.

Primi monachi creatio non ſm ordinem fiat temporis, neq; qui tempore prior eum primi loci creationem ſibi præſumat nec qui ſecundus forte vel tertius eſt, ſed qui & uitæ caſtitate, & diuinarum, humanarumq; rerum ſcientia, & animi grauitate præcellit, is habeat loci prioris honorem: idq; procedere debet ſecundum electionem, atque iudicium religioſiſſimi Epiſcopi. Quæ autem diximus, & in prioribus, & in iſtis conſtitutionibus de clericis, uel monachis, uel monaſterijs, ea non ſolùm de maſculis, ſed & de fœminis ſanctimonialibus intelligere debemus. D. 9† Kal. Apr. poſt conſulatum Biliſarij.

9† 16. Ap. C P. Biliſ. V. C. Cos.

CONSTITVTIO V.

XXIII. De numero clericor. Conſtantinopolitanæ ciuitatis.

PRAESENS conſtitutio vſque ad ſua tempora numerum clericorum, qui eſt conſeruare, poſtea autem iubet, clericos Conſtantinopolitanæ ciuitatis hoc numero definiri, vt 9. quidem presbyteros, centum autem diaconos 40. autem diaconiſſas, 90. ſubdiaconos, centum & 11. lectores, & 15. cantores, & centum hoſtiarios eccleſia hēat.

XXIII. Vt non liceat clerico de minori eccleſia in maiorem per patrocinium tranſire, & de alimonijs clericorum.

Non liceat in minoribus eccleſiis clericatus honorem ſuſcipientibus poſtea in maiorem eccleſiam per patrocinium quorundam tranſire. Sed ſi quidem tale aliquid factum fuerit irritum ſit, & nullius momenti. Nec liceat vlli clericos quidem deſtinare, vel creare, nullas autem ei alimonias præſtare, ſed duorum alterum, vel non faciat clericos, vel ſi fecerit, det eis vnde viuere poſſint. C.P.C. Biliſa.

CONSTITVTIO VI.

XXIIII. De Epiſcopis & clericis.

HAEC Conſtitutio de conſecratione Epiſcoporum in primo capite loquitur, cuius progreſſus talis eſt. Debet.n.prius deſceptari de uita Epiſcopi, utrum bona ſit, an reprehenſibilis, & vtrum bonis teſtimonijs muniatur, an non. Sed & ſic officialis, uel curialis conditionis ſit, prohibetur Epiſcopus fieri: niſi fortè à tenera ætate in monaſterio fuit, eoque modo liberatus eſt prædictis conditionibus: ita tamen, ut quartam partem ſubſtantiæ ſuæ curiæ præſtet ſecundum legis obſeruantiam.

Sed neq; laico ſtatim ad Epiſcopatum aſcendere liceat, neq; clericatus honorem ſimulatum habuiſſe ſufficit.

Oportet autem eum, qui Epiſcopus ſit, neque vxorem habere, neque concubinam, neque filios, neque nepotes ſiue legitimos, ſiue legibus incognitos. Et ſi quis contra hæc fecerit. & is, qui factus eſt, & is qui eum fecit, Epiſcopatus ſpoliatur honore. nec liceat pecuniæ datione Epiſcopum fieri: eſſe autem oportet eum, qui Epiſcopus ſit, uel monachū, uel clericum: ita tamen, ut non minus ſex menſibus appareat eum in clericatu fuiſſe.

Legere autem debet, & ſanctos canones, & tempore, quo conſecratur, conſulat eum is, qui conſecrat, ſi poſſit facere, atque cuſtodire omnia, quę diuini præcipiunt canones, & ſi quidem denegauerit ſe poſſe cuſtodire, non conſecretur. Sinautem policitus fuerit obſeruaturum ſe quātū homini poſſibile eſt ſanctorum canonum præcepta, tunc is, qui conſecrat eum admonere, atque prædicere ei debet, quod, ſi non obſeruauerit canones ſanctos, & Deo alienus erit & religioſis Epiſcopis non connumerabitur. Nam canones patrum vim legum habere oportet. Sinautem aliquis pecuniam dederit, eodemque modo creatus Epiſcopus ſit, non ſolum ipſe, ſed etiam qui conſecrauit eum inter Epiſcopos non erit, ſed pecuniæ, uel res datę conſecrationis cauſa ſacroſanctæ eccleſiæ abdicantur, ſiue Epiſcopus ſit, ſiue clericus, qui dedit: is autem, qui accepit non ſolum res amittat, ſed etiam gradum, atque honorem dignitatis, vel clericatus: ſimiliter autem, & ſi laicus ſit, qui pecuniam, vel res accepit, & ipſas amittat, & aliud tantum, quātum accepit pœnę nomine ſanctæ eccleſiæ præſtare compelletur. Sed & ſi magiſtratum gerat, in Magiſtratu eſſe deſinat, & exilio irreuocabili condemnabitur.

Sinautem aliquis presbyter, vel diaconus conſtitutus pecunia data ad Epiſcopatus apicem peruenit, non ſolum Epiſcopos eſſe deſinat, ſed etiam priorum gradum presbyteri, uel diaconi amittat.

Conſecratio autem Epiſcopi fiat ante omnem populū Chriſtianitatis, ut ſit facultas unicuique, ſi uelit, contradicere. Et ſi quidem ante conſecrationem facta fuerit contradictio, non prius conſecretur Epiſcopus, niſi diſceptatio de contradictione facta ſit, & vndique appareat innoxius is, qui ad Epiſcopatum uocatur. Sinautem ante diſceptationem Epiſcopatum peruenerit, amittat honorem non ſolum ipſe, ſed etiam is, qui eum creauit. Quod ſi is, qui cōtradixit, calumniator probatus fuerit, uel contradictioni iudicium deſeruerit, & non peregerit cauſam, prohibeatur ſacra communione in omni uita ſua ab eo, qui conſecrauit Epiſcopum.

XXV. Idem.

Nemo religioſus Epiſcopus extra ſuam eccleſiam degat vltra annale ſpatium: niſi forte per imperialem iuſſionem hoc fuerit factum. Patriarchæ autem Epiſcopos cogere debent, & in ſuis eccleſijs continere, & in longas peregrinationes non ire, niſi iuſſu Principis. Sinautem ſine iuſſione Principis vltra annum Epiſcopus extra eccleſiam fuerit, tunc religioſus Patriarcha legitimis eum præconijs euocet, i. cuſtodiens ſacrorum canonum obſeruantiam. Sinautem non obtemperauerit is, qui uocatus eſt, ſed in eadem abſentia perſeuerauerit, tunc repellat eum ab Epiſcoporum numero, & alterum pro eo ſubſtituat. Sinautem is, qui in abſentia eſt, Metropolitanus non fuerit, ſed cuiuſdam municipij Epiſcopus, tunc ea, quæ diximus à Patriarcha fieri oportere, Metropolitanus faciat. Quod ſi litigandi cauſa peregrinari uoluerit Epiſcopus, licentia ei non concedatur. Litigare enim Epiſcopi non per ſemetipſos, ſed per ſuos clericos debent, ſiue apocriſarios, ſiue œconomos, & ſupplicare Principi debent, & impetrabunt ea, quæ fieri deſiderant.

XXVI. Idem.

Nunquam Epiſcopus in Conſtantinopolitanam ciuitatem * ueniat, niſi literis acceptis a Metropolitano ſuo ad Imperatorem, quas diuini canones commendatitias appellant, quibus declaratur, neceſſariam eſſe profectionem Epiſcopi. Sinautem Metropolitani ſint, qui peruenire in Metropolitanam ciuitatem maluerint, literas accipiant à Patriarcha regionis ſuæ, uenientes autem non audeant intrare ad Imperatorem per ſemetipſos, ſed prius ad Patriarcham ueniant, uel apocriſarios regionis, ex qua ſunt, & ipſis communicent cauſas, propter quas uenerint: liceat autem Epiſcopis, & per referendarios magnæ eccleſiæ, uel apocriſarios Patriarcharum referre Imperatori, & ſic impetrare reſponſum.

* Nota Epiſcopos, & Archiepiſcopos, ſine literis cōmendatitijs ad Principis curiā accedere non poſſe. §. ſi uerò non Metropolit. eo.

XXVII. De clericis.

Nemo clericus fiat, niſi is, qui bonum teſtimonium habet, & literatus eſt. Qui enim literas neſcit, clericus eſſe non poteſt. Doceantur autem presbyteri, & diaconi ſacras orationes, & eccleſiaſticos canones, quos, ſcilicet, conſecrari oportet, & ſine reprehenſione, ſine iuſta contradictione, & ſine pecuniarum datione liberatos tam officiali, quam curiali conditione; niſi forte ſecundum obſeruationem, quam in primo capite præſentis conſtitutionis expoſuimus.

XXVIII. Idem.

Qui duas nuptias contraxerit, diaconus, uel presbyter fieri prohibetur, ſed & ſi mulierem diſiunctam à marito ſuo, quem ipſa reliquit, uxorem quiſpiam habuerit, neque diaconus, neque presbyter fieri poteſt: idem eſt & ſi concubinam habeat: quippe tales homines cum caſtitate uiuere decet.

Caſtus eſt qui habet. vel qui habuit vxorem caſtam, & ipſam ab ipſo uirgine uirginem ſuſceptam. presbyter, uel diaconus fieri non prohibetur. Si quis autem presbyter, uel diaconus, vel ſubdiaconus uxorem duxerit, uel concubinam habuerit ſiue clam, ſiue palam, ſiue ſub aliqua figura, cadat clericatus honore, & ſit priuatus, & laicus.

XXIX. De Diaconiſſis.

Ea, quæ diximus de clericis, teneant etiam in diaconiſſis: diaconiſſas * autem creari conſtitutio præcepit, ſi quinquaginta annorum ætatem agant: ita tamen ut uirgines ſint, uel unum tātummodo habuerint maritum: ſi autem mulier propter aliquam neceſſitatem minor quinquaginta annis diaconiſſa facta fuerit, non liceat ei alibi degere, quam in aſceterio ſanctimonialium mulierum, ubi neque mares conſeruantur, neque uiuere liceat ei, quomodo uelit. Nulli autem facultas diaconiſſis tributa eſt habere quoſdam ſecum, ueluti fratres, uel cognatos, uel quos dicere ſolent ἀγαπητὰς, id eſt pilectos: nam diaconiſſæ, uel per ſe habitare debent, & nullum alium admittere ſecum, niſi re uera fratrem. Si autem aliqua ſuſpitio ſit, quaſi ſimulatus frater cum ea degerit, uel ab initio non conſecretur, aut ſi conſecrata fuerit, amittat honorem,

* No. de electione monialiū ſine abatiſſarum, de quo in c. indemnitatibus de elec. li. 6. & in §. quanta igitur. eo. in antiquis conſtitu.

honorem,

norem; pœnas autem cum corruptore patiatur, quas rectè conſtitutiones aduerſus corruptorem definiunt. Eo autem tempore, quo diaconiſſæ conſecrantur, admonendæ ſunt, quod ſi poſtea nupſerint, vel aliam vitam elegerint, gladio vltore 1 † feriantur,* & facultates earum monaſterijs, ſiue eccleſijs adijciantur. Is autem, qui corrupit eam, quidem ſupplicio puniatur, bona autem eius fiſci uiribus vindicentur.

1 † ſternantur.

* No. qua pœna puniat diaconiſſa matrimonium contrahens.

XXX. Item de clericis.

Siue lector, ſiue ſubdiaconus, ſiue diaconus, ſiue presbyter clericatus honorem contempſerit & in aliam uitam tranſierit, duorum alterum, uel curiali conditioni cum ſuis facultatibus ſubijciatur, vel ſi plures curiales ciuitas habeat, ſiue ipſe vilior ſit ad officialem conditionem trahatur, quæ eſt taxeoticam.

XXXI. Item de numero clericorum.

Nullus Epiſcopus multitudinem faciat clericorum paſſim: debet enim ſecundum reditum eccleſiarum ita etiam numerus clericorum moderari, & ſi quidem is, qui ſacroſanctam eccleſiam ſtatuit ab initio, clericorum numerum, qui debent in eadem eccleſia conſecrari, definiuit, ille numerus cuſtodiatur: ſi autem numerus non præfinitus eſt, non per amicitiam, nec per gratiam oneranda ſacroſancta eccleſia eſt, ſed ſecundum facultates moderandus numerus erit cura, & ſolitudine Patriarcharum, Metropolitanorum & aliorum Epiſcoporum: liceat autem unicuique ſiue priuatus, ſiue clericus 2 † ſit, inſpicienti ea, quæ diximus ab aliquo contempta, ad Imperatorem referre. D. 3 † P.C. Beliſ.

2 † laicus.

3 † 17. Kal. Apr. C. P. Beli. V.C. Beli. V.C. Cos.

CONSTITVTIO VII.

XXXII. De rebus ad uenerabiles locos pertinentibus non alienandis.

NVlla ſub Romana ditione conſtituta eccleſia, uel Xenodochium, uel procotrophium, uel noſocomium, vel orphanotrophium, uel gerontocomiũ, uel brephotrophium, uel monaſterium, tam monachorũ, quam ſanctimonialium, Archimandritam habens, uel archimandritiſſam, licentiam habeat alienare rem immobilem, ſiue domum, ſiue agros, ſiue hortum ſiue mancipium ruſticum, uel panes ciuiles, neque creditoribus ſiue ſpeciali, ſiue generali hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum, contineat uenditionem, donationem, permutationem, & emphytheuſeos perpetuum contractum, ſed omnes omnino ſacerdotes huiuſmodi alienatione abſtineant, pœnas timentes quas Leoniana conſtitutio 4 † minatur, vt is, qui comparauerit rem, loco uenerabili, reddat eam ei, cuius & antea fuerat, cum fructibus, alijsque emolumentis, quæ in medio tempore facta ſunt: œconomum autem eccleſiæ præſtare oportet omne lucrum, quod ex huiuſmodi prohibita alienatione ſenſerit, uel eccleſiam dãno affecerit, ita vt in poſterum œconomus non ſit, non ſolum autem ipſe, ſed etiam ſucceſſores eius teneantur, ſiue ipſe œconomus alienauerit, ſiue recipiens alienantem Epiſcopum non prohibuerit, & multo magis ſi conſenſerit.

4 † l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle.

Tabellionem autem, qui talia interdicta inſtrumenta conſcripſerit, perpetuo exilio tradi oportet.

Magiſtratus autem, qui eadem inſtrumenta admiſerunt, & officiales, qui operam dederunt, vt monumentis intimentur, & donationes, uel cæteræ alienationes actis interuenientibus confirmentur, non ſolum Magiſtratu, ſed etiam dignitate, & facultatibus ſuis cadant.

Remittit autem conſtitutio ea, quæ in præterito tempora acta ſunt: & excipit autem quoſdam contractus, quos in ſequentibus exponit capitulis, per quos eccleſiarum immobiles res alienari poſſunt.

[*Xenodochium, id eſt, locus venerabilis, in quo peregrini ſuſcipiuntur, Procotrophium, id eſt, locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines paſcuntur.

Noſocomium, id eſt, locus uenerabilis, in quo ægroti homines curantur.

Orphanotrophium, id eſt, locus uenerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur.

Gerontocomium, id eſt, locus venerabilis, in quo pauperes, & propter ſenectutem ſolã infirmi homines curantur.

Brephotrophium, id eſt, locus uenerabilis, in quo infantes aluntur.]

* Hæ definitiones Iuliani ſunt.

XXXIII. Quomodo liceat ad Imperatorem res ſancti loci transferre.

Si Princeps voluerit rem immobilem ſancto loco præſtare, & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eodem modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei, diuina pragmatica ſanctione promulgata ab eo.

XXXIIII. Quomodo emphytheuſis rerum ad ſanctos locos pertinentium contrahitur.

Emphyteuſeos contractum ſub hac forma 5 † ſanctus conſtituat locus, ut uiuo quidem eo, qui contrahit, maneat omnimodo emphyteuſis: mortuo autem eo, ad hæredes eius tranſmittatur, ſi forte filij ſint, ſiue maſculi, ſiue fœminæ: aut ſi nepotes ſint, ſiue neptes, aut ſi uxor ſit, uel maritus, & ſpecialiter mariti, uel uxoris nomen expreſſum fuerit. Alioquin ad aliam perſonam emphyteuſeos contractus non tranſeat, ſed uſque ad uitam contrahentium extendatur, niſi filios, uel nepotes, uel filias, uel neptes habeant. Procedere autem emphyteuſis debet prius requiſitione cum omni veritate, atque ſubtilitate habita in reditu eo, qui ad id tempus fuerat, in quo ad ſacroſanctam eccleſiam res peruenißet, eiuſque reditus ſextam portionem remittant ei, qui emphyteuſim contrahit.

5 † obſeruatione.

Sin autem diminutus fuerit ex aliquo caſu fructus prædij, duorum alterum fiat, vel ſub eodem reditu, qui tunc inuenitur ſine ulla diminutione is, qui contrahit, accipiat prædium, uel ad contractum omnino non accedat: melius enim eſt locare magis prædia ſanctorum locorum quàm ſub huiuſmodi diminutionibus contractus emphyteuſeos facere.

Si autem eccleſiaſtici proaſtij emphyteuſis contrahatur prætioſiſſimi quidem, ſed tamen viliſſimum reditum habentis, non oportet emphyteuſeos contractum ad reditus quantitatem metiri, ſed æſtimatio proaſtij fiat, & inſpiciatur reditus, qui per 20. annos comparari poteſt ex precio proaſtij, & tantum reditum dare ſe paciſcatur is, qui emphyteuſim contrahit: ita tamen, vt etiam in hoc caſu non in perpetuum contractus extendatur, ſed ſecundum obſeruationem, quam ſupra diximus. Sciant autem ij, qui emphyteuſim contraxerunt, quod placito reditu ab eis per biennium non dato licentia libera præſtatur ſanctorum locorum adminiſtratoribus; & prædia abſtrahere, & nihil emponematum nomine præſtare. Emponematũ *autem dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata ſunt.

* Quæ emponemata dicantur.

Sin autem deteriorem agrum fecerit, cogatur de ſuo ſumptus dare, & reſtituere priſtinam prædij faciem, & in hoc ſubijci debent non ſolum ipſe, ſed etiam hæredes eius, uel ſucceſſores, uel bonorum poſſeſſores, & bona eius, ita tamen, ut debitum quoque reditum ſine aliqua dilatione reddere compellatur.

Id autem, quod de prohibitione alienationis diximus, obtineat non ſolum in integris domibus, uel proaſtijs, vel agris, uel hortis, ſed etiam in ijs, quæ omnino diruta, uel deſerta, & in area poſita ſunt: quamuis enim nullum ædificium, nullam materiam habeant, & tamen ea alienare prohibitum eſt: niſi forte emphyteuſis ad tempus ſecundum ante factam diuiſionem in tres perſonas fuerit facta.

Ne autem aliqua circumſcriptio fiat: iubet conſtitutio, duos primates mechanicorum, vel architectorum in ciuitate Conſtantinopolitana vna cum religioſis œconomis, & quinque reuerendiſſimis presbyteris, & duobus diaconis, præſente & ipſo Beatiſſimo Archiepiſcopo, uel in prouincijs duo nobiles mechanicorum, uel architectorũ, uel vnum, ſi unum tantum habeat ciuitas, peruenire oportere ad locos, & diuinis ante poſitis ſcripturis definiri ab eiſdem architectis, quantum debeat ſuper eodem loco diruto ſacroſanctæ præſtari eccleſiæ ab eo, qui ad emphyteuſeos contractum procedere uelit, & ſub his pactionibus, & inſtrumenta emphyteuſeos componantur, & is, qui contraxit emphyteuſim, ædificet, & materijs vtatur: ſi quaſdam materias dirutas 6 † habeat locus, & tranſmittat contractum duobus ſucceſſoribus ſuis ſecundum prædictam obſeruationem, poſteaque prædium redeat ad ſacroſanctam eccleſiam, uel ad alium uenerabilem locum, qui ſub titulo emphyteuſeos rem immobilem dederit. Tribus enim perſonis defunctis, omnimodo prædium ad uenerabilem locum redeat.

6.

Nam & illam pactionem, imò magis callidam machinationem reijciendam eſſe conſtitutio iubet, id eſt, ſi pactus fuerit cũ œconomis, & religioſo Epõ, & alijs pſonis, quas enumerauimus, is, qui emphyteuſim contrahit, ut etiam

tribus perſonis defunctis, nihilominus deinceps ſucceſſoribus liceat emphyteuſeos titulo res immobiles ad eccleſia capere, & alijs perſonis anteponi: talem enim conuentionem, vtpote callide factam, conſtitutio reprobauit.

XXXV. Quomodo uſusfructus rerum ad ſanctos locos pertinentium conſtituatur.

Sinautem uoluerit aliquis rem immobilem eccleſiaſticam, uel prochicam utendi fruendi cauſa accipere, eo modo faciant cõtractum, quo diui Leonis Conſtitutio ſtatuit.

Oportet enim fructuarium diuitem conſtitutum eſſe, & rerum immobilium, & eum aliam rem iure dominij dare ſacroſanctæ eccleſiæ, uel alij loco uenerabili, à quo vſumfructum accepit; ita tamen, ut res immobiles quas ipſe pro uſufructu præſtat, non minorem redditum habeant, quam ſit uſusfructus rei immobilis ad ſacroſanctam eccleſiam, & alia uenerabilia loca pertinentis: ita tamen, ut illa res omnimodo, quam utendi fruendi cauſa accepit, uel mortuo eo ad ſanctum redeat locum, uel adhuc uiuo eo, ſi forte uſque ad certum tempus uſusfructus ei conſtitutus eſt. Impleto enim tempore, neceſſe eſt uſumfructum extingui. Nulla autem licentia ſit in tantum tempus protelare, vt etiam poſt mortem fructuarij res immobilis ad ſanctum locum non redeat. Nam modis omnibus defuncto fructuario, pleno iure fundus ad eccleſiam redire debet: ita tamen, ut etiam illa res, quam de ſuo patrimonio ab initio fructuarius loco ſancto 1 † dedit, maneat firmiter, nulla machinatione abſtrahenda.

1 † in locū ſanctum.

XXXVI. Quibus pœnis ſubiecti ſunt, qui præſentem conſtitutionem contemnunt.

Si quis contra ſalubertima iura præſentis conſtitutionis rem immobilem loci venerabilis comparauerit, primum quidem rei æſtimationem amittat, & rem, quam illicite emerit, reſtituat cum omnibus emolumentis eius, quæ in medio tempore facta ſunt, & omnia lucro eccleſiæ, uel alterius loci uenerabilis cedant, & nullam habeat ipſe contra eccleſiam actionem, ſed tantum aduerſus œconomos, uel alias uenditorum perſonas ex empto iudicium moueat. Nam uenditorum patrimonia emptori ſubiecta eſſe, æquum eſt. Hæc, ſi uenditio contra præſentem legem rei immobilis ad uenerabilem locum pertinentis contracta ſit.

Alioquin ſi donatio facta fuerit, tunc is, qui liberalitatem interdictam accepit, non ſolum ipſam rem cum fructibus ſuis, & cauſis uenerabili loco reſtituat, ſed etiam aliud tantum quantum accepit pœnæ nomine præſtet ſanctiſſimo loco, cuius res donata fuerit, ab his, qui res eius adminiſtrant.

Sinautem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis, tunc & rem quam accepit, reddat, & quam ipſe dedit amittat, actione ei, ſcilicet, aduerſus perſonas, & patrimonia eorum conſeruanda, qui cum eo contraxerint, excepto uidelicet Principe, cui ſecundum præfatam ſuperius diuiſionem permutationem facere rerum immobilium cum ſacroſanctis locis permiſſum eſt.

Sinautem pignus creditor ad corporalem detentationem acceperit, & res immobilis ſit, quæ pertinet ad eccleſiam, uel ad alia uenerabilia loca, ueluti domus, uel proaſtium, uel ager, uel hortus, uel panes ciuiles, uel mancipia ruſtica: nam ea quoque ueluti membra rerum immobilium ſunt. Si quis igitur horum aliquid pignoris nomine corporaliter acceperit, prius quidem neque ſortem, quam dedit, neque uſuras, quas fortè ſtipulatus eſt, exigat: deinde etiam ipſam rem cum ſuis emolumentis uenerabili loco reſtituat. Sed & in hoc caſu aduerſus œconomos, uel alios adminiſtratores uenerabilium locorum actionibus creditori competentibus. Omnia enim, quæ diximus, etiam in mulierum monaſterijs, uel aſceterijs obtinere oportet.

XXXVII. Quando licet hypothecæ titulo res venerabilium locorum obligare.

Si qua neceſſaria cauſa, & inexcuſabilis immineat, vt mutuam pecuniam accipiat uenerabilis locus, liceat œconomis etiam res immobiles obligare pignoris iure; ita tamen, ut corporaliter non tradantur creditoribus.

XXXVIII. Quibus pœnis ſubijcitur, qui illicitum emphyteuſeos contractum iuris uenerabilis loci componit.

Si quis emphyteuſeos contractum in eccleſiaſtica re, vel alterius uenerabilis loci contraxerit in perpetuum, primũ quidem id, quod actum eſt, pro infecto habebitur, deinde tantum eum in quoque anno perpetuò ſanctiſſimo loco præſtare oportet, quantum præſtitiſſet ab initio legitima emphyteuſis eſſet, nullo remanente apud eum ex his, quæ fruſtra ei occaſione emphyteuſeos præſtita ſunt, res enim ipſas cum ſuis fructibus omnimodo reſtituere debet.

Tabelliones autem, ſi contra legem emphyteuſeos inſtrumenta receperint, irreuocabili puniantur exilio, ut nunquam redeant, nec ſi diuina ſanctio promulgata fuerit. Nam nec Magiſtratus audaci ſpiritu talia inſtrumenta vel dictare, vel facta admittere & publicis monumentis inſerere, uel confirmare debet. nam ſi aliquid tale deliquerint, non ſolum honore, ſed etiam dignitate, & patrimonio cadant.

XXXIX. Quomodo punitur, qui ſacra uaſa [illegible]nat, alienat, uel pignerat. vel conflat & de panibus ciuilibus.

Eiſdem pœnis coerceri oportet etiam illos, qui ſancta ſiue ſacra dona contra legem, uel pignorauerint, uel diſtraxerint, vel conflauerint, uel quocũque modo alienauerint, excepta uidelicet captiuorum redemptione: eandemque obſeruantiam iubet conſtitutio tenere & in alienatione panum ciuilium.

XL. De pragmaticis ſanctionibus, quæ contra commoda uenerabilium locorum promulgantur.

Nulli liceat per pragmaticam ſanctionem aliquid eorum capere, quæ ſacroſanctis eccleſijs, alijsque uenerabilibus locis competunt, ſiue immobiles ſint, uel mobiles quidem, ſed alienari non poſſunt.

Sinautem Quæſtor Magnificus tale reſcriptum dictauerit, uel cæteri Magiſtratus intimationem pragmaticæ formæ receperint, unuſquiſque quinquaginta librarum auri pęna mulctetur.

Sinautem religioſi Epiſcopi tales pragmaticas ſanctiones contempſerint, non ſine periculo ſe contempſiſſe cognoſcant. nam ſi receperint etiam Epiſcopatus honorem ſe amiſſuros non dubitent, ea aut locari, uel emphyteuſeôs titulo dari oportet ſola, quæ adminiſtratorum arbitratu videantur tali aliquo indigere.

XLI. Idem.

Si quis in potentatu conſtitutus, diuinam pragmaticam ſanctionem impetrauerit cogentem ęconomum, uel alios adminiſtratores venerabilium locorum ea, quæ alijs neque locata neque emphyteuſeos titulo data ſunt, ſibi locari, vel emphyteuſeos nomine pari pæna ſacrilegij teneatur.

XLII. De monaſterijs non uendendis, uel alienandis.

Nemini liceat in poſterum cuiuſcunque monaſterij impiam uenditionem, uel donationem, uel permutationem cõtrahere, vbi & altare collocatum eſt, & ſacra miſſa facta & monachica conuerſatio. Sinautem tale aliquid fuerit admiſſum, & id, quod factum eſt pro infecto habebitur, & is, qui accepit prædium, amittat & is, qui diſtraxit, & rem, & pretium reddat ſacroſanctæ eccleſiæ, & uenerabilibus monaſterijs, & his quorum curæ erit, ut alienatum contra leges monaſterium rurſus in priſtinum ſtatum reducatur.

Nulli autem liceat vel 2 † titulo pignorum, uel hypothecarum ſacroſanctum obligare monaſterium. nam & ſi tale 2 † nec
aliquid admiſſum fuerit, refutari oportet, 3 † iterum in ſan 3 † nec
ctiſſimo monaſterio ſancta procedat miſſa.

XLIII. Si ſterilis ager ad uenerabilem locum peruenerit.

Si quis ſterilem agrum cuicunque uenerabili loco donauerit, vel uendiderit, contractus nullius erit momenti.

Nam & donatione, & quauis alienatione reſciſſa cogatur donator, uel uenditor rem ſuam recipere, quam calliditate uel fraude videtur dediſſe ut exoneraret ſ ſuum proprium patrimonium.

Oeconomus autem, uel quicunque alius adminiſtrator venerabilis loci omne damnum, quod ex huiuſmodi illicito actu contigit: reſarciat ei, qui cum eo contraxit, ſecundum ea, quæ ſuprà diximus.

Liceat autem unicuique ex populo, ſi uiderit præcepta propoſitæ conſtitutionis neglecta ad Imperatorem referre, & calumniatoris notam euadere.

Omnibus autem permiſſum eſt vbique Magiſtratus gerentibus ſiue minorem, ſiue maiorem poteſtatem habeãt, omnia præſentis conſtitutionis capitula cuſtodire. xvij. Ka. Maij. C.P. Biliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO VIII. [1]†

1† Conſt. 10. in interpre. Latina.

XLIIII. De præſcriptione centum annorum eccleſiæ competente Romanæ ciuitatis.

PRæſens conſtitutio, quæ Conſulatu Biliſari 2† Kalen. Maij data eſt, iubet quidem ſacratiſsimam eccleſiam Romanam centum annorum præſcriptione ſolum in ſuis actionibus 3† remoueri: nihil autem de ea latius exponemus, quia innouata eſt ab alia * conſtitutione, quę data eſt Conſulatu Baſilij.

2† 6. kal.

3† poſſe remoueri.

* Hæc conſti. extat. ἐν ταῖς νεαρ. Deſideratur hæc conſtit. ἐν ταῖς νεαρ. numero α. Sed eſt Latina Cuiacio dono datam in fine huius voluminis reperies.

CONSTITVTIO IX.

XLV. Vt ciuitates circa Viminacium conſtitutæ ſuum proprium Archiepiſcopum habeant.

HAEc Conſtitutio iubet ciuitates, quæ ſunt circa Viminacium, quas ditioni ſuæ noſter Imperator ſubiugauit, poteſtati eſſe ſubiectas Archiepiſcopi ſui proprij, & non eſſe in poteſtate Theſſalonicenſis Epiſcopi.

CONSTITVTIO X.

XLVI. De Anthimo, & Petro, & Seuero, & Zoora hæreticis.

HAEc conſtitutio confirmat ſanctiſsimas ſynodos, & monachorum auctoritatem: Anthimum autem, & Petrum, & Seuerum, & Zooran Epiſcoporum numero expellit, prohibetque, eos in vrbe Conſtantinopolitana conuerſari. Comminatur autem etiam, ſi quis Seueri libros habeat, eoſque ignibus non tradat, ſeueriſsimas pœnas: nam & manus inciſionem ſubſiſtere iubet eos, qui libros eius ſcribere auſi fuerint.

CONSTITVTIO XI.

XLVII. De rebus immobilibus alienandis, quæ ad eccleſiam Hieroſolimitanam pertinent.

HAEc conſtitutio alia quidem omnia capitula, quæ de alienatione prædiorum eccleſiaſticorum ſuperius dicta ſunt, in eodem vigore conſeruat, vt etiam ſancta eccleſia Hieroſolymitanæ ſacratiſsimæ ciuitatis obtineant: nam & ipſi diſtractione omnino ruſticorum prædiorum interdicit. Domos autem, ſi quas habeat, nō prohibeatur eas alienare, ſcilicet ſi ampliore commodo potiatur, & hoc autem decreto antecedente fieri iubet. Decretum autem apud Patriarcham Hieroſolymitanæ ciuitatis ordinetur, præſente etiam clero eius ad probandam iuſtam cauſam, propter quam alienatio domorum fit: ita tamen, vt æſtimatio definiatur ad quantitatem penſionum, quæ per quinquaginta annos colligi poſſunt, vt ea æſtimatione domorum alienatio fiat. Dat. 15. 4† kalend. Iun. C.P. poſt Biliſ. V.C. Coſs.

4† kalen. Maij.

XLVIII. Quibus pœnis ſubiecti ſunt, qui præſentem conſtitutionem contemnunt.

Si quis contra ſaluberrima monita præſentis conſtitutionis rem immobilem venerabilis loci comparauerit, primū quidem rei æſtimationem amittat, & rem, quam illicitè emerit, reſtituat cum omnibus emolumentis eius, quæ in medio tempore facta ſunt, & omnia lucro eccleſiæ, vel alterius loci venerabilis cedant, & nullam habeat ipſe contra eccleſiam actionem, ſed tantum aduerſus œconomos, & alias vēditorum perſonas ex empto iudicium moueat: nā venditorum patrimonia emptori ſubiecta eſſe, æquum eſt.

Hæc, ſi venditio contra præſentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis, contracta ſit. Alioquin ſi donatio facta fuerit: tunc is, qui liberalitatem accepit interdictam non ſolum ipſam rem cum fructibus ſuis, & cauſis venerabili loco reſtituat, ſed etiam aliud tantum, quantum accepit pœnæ nomine præſtet ſanctiſſimo loco, cuius res donata fuerit ab his, qui res eius adminiſtrant.

Sinautem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis; tunc & rem, quam accepit, reddat, & quam ipſe dedit, amittat, actione ei, ſcilicet, aduerſus perſonas, & patrimonia eorum conſeruanda, qui cum eo contraxerint, excepto, videlicet, Principe, cui ſecundum præfatam ſuperius diuiſionem permutationem facere rerum immobilium cum ſacroſanctis locis permiſſum eſt.

Sinautem pignus creditor ad corporalem detentionem acceperit, & rès immobilis ſit, quæ pertinet ad eccleſiam, vel ad alios locos venerabiles, veluti domus, vel proaſtiū, vel ager, vel hortus, vel panes ciuiles, vel mancipia ruſtica (nam ea quoq; veluti membra rerum immobilium ſunt) ſi quis igitur horum aliquid pignoris nomine corporaliter acceperit; prius quidem neque ſortem, quam dedit; neque vſuras, quas forte ſtipulatus eſt, exigat: deinde etiam ipſam rem cum ſuis emolumētis venerabili loco reſtituat: ſed in hoc caſu aduerſus œconomos, vel alios adminiſtratores venerabilium locorum actionibus creditori competentibus: omnia enim, quæ diximus etiam in mulierum monaſterijs, vel aſceterijs obtinere oportet.

XLIX. Quando licet hypothecæ titulo res venerabilium locorum obligare.

Si qua neceſſaria cauſa, & inexcuſabilis immineat, vt mutuam pecuniam accipiat venerabilis locus, liceat œconomis etiam res immobiles obligare pignoris iure: ita tamen, vt corporaliter creditoribus non tradantur.

L. Quibus pœnis ſubijcitur qui illicitum emphyteuſeos contractum iuris venerabilis loci componit.

Si quis emphyteuſeos contractum in eccleſiaſtica re, vel alterius venerabilis loci contraxerit in perpetuum; primū quidem id, quod actum eſt, pro infecto habebitur, deinde tantum eum in vnoquoq; anno venerabili loco perpetuò præſtare oportet, quantum pręſtitiſſet, ſi ab initio legitima emphytheuſeos eſſet nullo remanente apud eum ex his, quæ fruſtra ei occaſione emphytheuſeos præſtita ſunt: res enim ipſas cū ſuis fructibus omnimodo reſtituere debet. Tabelliones autem ſi contra legem emphyteuſeos inſtrumenta receperint: irreuocabili puniantur exilio, vt nunquam redeant, nec ſi diuina ſanctio promulgata fuerit.

Nam nec Magiſtratus audire ſuper talia inſtrumenta, vel dictare, vel facta admittere, & in publicis munimentis inſerere, vel confirmare debet: nam ſi aliquid tale deliquerit, non ſolum honore, ſed etiam dignitate, & patrimonio cadat.

LI. Quomodo punitur quia ſacra vaſa donat, vel alienat, vel pignorat, vel conflat, & de panibus ciuilibus.

Eiſdem pœnis coerceri oportet illos, qui ſancta vaſa, ſiue ſancta dona contra legem ſiue pignorauerint, vel diſtraxerint, vel conflauerint, vel quocunque modo alienauerint excepta, videlicet, captiuorum redemptione. eandē obſeruantiā iubet conſtitutio tenere, & in alienatione panum ciuilium. Dat. 15. Kal. Iun. CP. poſt Biliſ. V.C. Conſu.

CONSTITVTIO XII.

LII. Quando liceat clericis ab alia eccleſia ad aliam tranſire.

SVperius conſtitutionem legimus, qua cauetur, vt numerus clericorum certus ſit in maiore eccleſia vrbis Conſtantinopolitanæ: hæc autem conſtitutio iubet, vt ex alijs eccleſijs ſuperflui clerici, id eſt, hi, qui ſupra ſtatutum numerum ſunt, in locum mortuorum clericorum maioris eccleſiæ transferantur. 5† Idem P.C. Biliſarij.

5† D. 17. kal. Aug. C.P. D.N. Bili. 5. c. conſ. vulg. Dat Idib. Aug. &c.

CONSTITVTIO XIII.

LIII. Vt mille centum ergaſteria immunitate potiantur ſub nomine decanorum, & lecticariorum, vt nemo alius immunitate habeat.

HAEc conſtitutio iubet, vt Conſtantinopolitanæ ciuitatis mille centum ergaſteria immunitate potiātur occaſione decanorum, & lecticariorum, & funeribus defunctorum deſtinentur: ita vt octingenta qui-

dem ergaſteria corpora perſonarum præſtare; reſidua autem trecenta ergaſteria pecuniam dare, cætera autem omnia ergaſteria ciuilibus muneribus fungantur, ſiue eccleſię ſint, ſiue Xenonis, ſiue monaſterij, ſiue orphanotrophij, ſiue brephotrophij, ſiue prochij, ſiue alterius cuiuſcunque dominij, ſiue Imperialis domus, ſiue Magiſtratus Populi Romani, ſiue Illuſtris, ſiue alterius Senatoris, ſiue cubicularij, ſiue militari cingulo decorati.

Quod ſi quis patrocinio ſuo munere ciuili liberare ſuum voluerit inquilinum, dominium quidem amittat ergaſterij: hoc autem fiſci viribus vindicetur. D. 16. Kalen. Iun. C.P.P.C. Baſil. Anno 1.

CONSTITVTIO XIIII.

LIIII. Quando licet locis venerabilibus res immobiles alienare.

HAEc conſtitutio ſubdiuiſionem facit in ea conſtitutione, quæ de rebus immobilibus, ad ſancta loca pertinentibus, loquitur: ait enim, ſi eccleſia, vel alius ſacratiſſimus locus publicum debitum debeat, veluti tributa, & non habeat, vnde ſolutionem pecuniæ faciat, conuenire omnes in vnum tam clerum, quam religioſum Epiſcopum, ipſius ciuitatis ad Metropolitam oportet, & ſanctis ſcripturis propoſitis rem diſceptari. Et ſi nullæ aliæ opes inueniuntur ſine alienatione eccleſiaſtici prædij, tunc decreto apud Præſidem prouinciæ celebrato, alienatio prædij ad locum venerabilem pertinentis fiat, ita tamen, vt emptor pretium tributorum exactoribus ſoluat, & ab eis apochas accipiat, & fiſcale debitum ſubeat, & in locum fiſci ſuccedat, & munimentum pleniſſimum habeat, & non timeat anteriorem legem. Eos autem, qui diſtraxerunt, operam dare oportet, vt poſtquam ipſi, actis interuenientibus, depoſuerint, ſe iure diſtraxiſſe, etiam apochas tributorum intimare, vt etiã eccleſia ſecuritatem habeat de pecunijs tributorum nomine fiſco ſolutis, omni circumuentione, & ſimulatione pro infecta habenda. Ideo enim & decreti celebratio permiſſa eſt, vt etiam publicum debitum manifeſtetur, ex quot annis collectum eſt, & quemadmodum non potuerunt œconomi pecuniam ſoluere, ſed in neceſſitatem alienationis venerunt. Hæc autem omnia procedere debent propoſitis ſanctis Euangelijs.

Si autem priuatus ſit, cui venerabilis locus pecuniam debeat, ipſam immobilem poſſeſſionem creditor pro ſoluto capiat, dummodo addictio ita fiat, vt debitam pecuniam non excedat, ſcilicet & in hoc caſu decreti celebratione interueniente. Huius autem conſtitutionis ſubdiuiſione excepta eſt magna eccleſia Conſtantinopolitanæ ciuitatis, & ſancta oratoria, quorum ipſa curam agit, ſed etiã omnia monaſteria, quæ ſanctæ eiuſdem magnæ eccleſiæ ſuppoſita ſunt. D. 15. kalen. Septemb. CP. P.C. Baſil. Anno 11.

CONSTITVTIO XV.

LV. Vt Magiſtratus ſine pecunia fiant.

OMnes Magiſtratus ſine pecunia creandos decernimus, vt neque impunè aliquid detur; neque ſine punitione à ſubiectis aliquid exigatur.

LVI. De vicario Aſianæ Regionis, & Præſide Phrygiæ ſublatis, & in Comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen translatis.

Vicarius Aſianæ regionis, & Præſes Phrygiæ Pacatianæ, Comes Phrygiæ Pacatianæ nominetur, & habeat tam Vicarij: quàm Præſidis honorem, & vtriuſque Magiſtratus annonas, & capita habeat, & vna tantum apparitione vtatur: permixta tamen ab vtroque Magiſtratu, agat autem curam, & tributorum exactionem. Sed & apparitio eius duplices annonas, & capita habeat. Comes autem Phrygiæ Pacatianæ nullam habeat communionem in Aſiana diœceſi, ſed habeat quidem Comitis Phrygiæ Pacatianæ nomen, nullam autem habeat iuriſdictionem extra territorium Phrygiæ Pacatianæ.

LVII. De Vicario Ponticæ ſublato, & in Comitis Galatiæ primæ nomen translato.

Qui ante Vicarius Ponticæ vocabatur, modo Comes Galatiæ primæ nominetur, & in milites habeat poteſtatem, & vtriuſque Magiſtratus annonas accipiat, id eſt, tam ciuiles, quam militates honores. Vltra territorium autem primæ Galatiæ nullam habeat poteſtatem. Vtriuſque autem Ponticæ Magiſtratus apparitores miſceri oportet, & Comitianam appellari, & periclitari cum ſuo Comite in exactionibus tributorum.

LVIII. Vt nemo ciuilis, vel militaris Magiſtratus Vicarios habeat.

Nemo Magiſtratus ciuilis, vel militaris in municipijs eius prouinciæ, cui præeſt, Vicarios ſuos audeat mittere, ſed ſi quid tale fecerit, Magiſtratus honore cadat.

LIX. Vt Comites Orientis, & Præſides Antiochiæ officium habeant.

Magiſtratus Comitis Orientis, & Præſidis Antiochiæ, vnus ſit, & vtriuſque apparitiones miſceantur, & Comitiana apparitio appelletur, & primam Syriam habeat tantummodo Comes Orientis, dummodo etiam illam regionem habeat, quæ Quinſtica vocatur. Habeat autem, & vtriuſque Magiſtratus annonas, & curam agat in tributorum exactionibus, & vt populares ſeditiones compeſcat, & ciuilem ordinationem conſeruet.

LX. Vt omnes priuati præſidibus ſubijciantur, & de ſacramento a Præſidibus dando, & de furtis Præſidũ.

Omnes priuatos homines ſuppoſitos eſſe conſtitutio iubet, & omnibus prouinciarum Præſidibus tam in pecuniarijs, quam in criminalibus cauſis. Hi autem, qui à Conſtantinopolitana ciuitate deſcendunt, cuiuſcunq; iudicij calculos, vel iuſſiones habent, ſubiecti ſint prouinciarum Præſidibus, vt non audeant ſportularum nomine aliquid exigere ſupra modum ſacris conſtitutionibus ſtatutum: hoc enim ſi contempſerit Præſes prouinciæ de ſua ſubſtantia ſarcire damna prouincialibus cogetur. Liceat autem eis, & de huiuſmodi iniurijs referre, non ſolum maioribus Magiſtratibus, quibus ſuppoſiti ſunt hi, qui ſportulas illicitas exegerunt, ſed & ipſi Imperatori. Liceat autem ipſis Præſidibus, ſi viderint eos, qui calculos, vel iuſſiones habent, quod iniuſtè, vel violẽter verſati fuerint, refrenare & non timere neq; dignitatem eorũ, neq; cingulũ, quo forte decoratur.

Oportet autem vnumquemque, qui Magiſtratum geſturus eſt, antequam honorem accipiat, dare ſacramentum, quod neque dedit alicui pecuniam, neq; lucrum impium capturus eſt. Si quis autem ab eo aliquid accipiat vltra ea, quæ conſtitutio ſtatuit, in quadruplum hoc reddat.

Curam autem agat Præſes prouinciæ, & in exactionibus tributorum, vt ea, quæ exigere debet, non cum ſeueritate exigat: niſi forte contumaces ſint hi, qui tributa debent. Habeat autem & adſeſſores circa ſe æquos, & iuſtos, & non inclinantes ad lucrum.

Quod ſi quis dederit aurũ, vt Magiſtratus fiat, poſteaq; in furto conuictus ſit in ipſo Magiſtratu, & publicabuntur bona eius, & in exilio mittendus erit, & corporales coercitiones patietur. Nam Epiſcopum, & primates ciuitatis, ſi viderint iudicem iniuſte conuerſari, & preces Imperatori porrigere oportet, vt principali indignationi pœnas impius luat.

LXI. Vt præſides quinquaginta dies faciant in prouincia ſua, poſtquam eis ſucceſſum ſit.

Præſes prouinciæ, poſtquam deſierit eſſe Præſes, in eadem prouincia quinquaginta dies faciat, & publicè pareat, & omnium ſuſcipiat actiones. Quod ſi, antequam quinquaginta dies prætereant, abſconderit ſe, liceat vnicuique & tenere eum in prouincia, & omne, quod furatus eſt, repetere ab eo, præſente tamen Epiſcopo, & rem diſcernente. Quod ſi ante quinquaginta dies fugerit, & comprehenſus fuerit ſiue in Conſtantinopolitana ciuitate, ſiue in alia quacunque Regione, retrahatur ad eam prouinciam, cui præerat, & ea, quæ furatus eſt, in quadruplum reddat. Hæc autem tota licentia prouincialibus data eſt, ſi in furto Præſidem arguere maluerint: nam in alijs cauſis antedicta obſeruatio ceſſat.

LXII. In quibus cauſis à Præſide detenti fori præſcriptionem non habeant.

Nemo autem neque in criminali cauſa, neque in tributorum exactione, neque in populari ſeditione, & à Præſide prouinciæ tentus, fori præſcriptione vtatur.

LXIII. Si milites Præſidis prouinciæ iuſſiones non fecerint.

Vt autem in omnibus (cauſis iuſtitiam) exequi poſſit Præſes prouinciæ, & milites, qui in prouincia ſedent, ſubijciantur ei, quod ſi milites ei non obtemperauerint, & annona,

annona eorum prohibebitur, & militiam ſuam amittunt, & corporales pœnas ſubiiciunt.

LXIIII. De latrunculatoribus, & biocolytis, & apholiſtis, & quomodo ſacramentum à Præſide dandum ſit.

Cumque in Prouincijs Præſides iuſti mittuntur, ſuperfluum eſt, latrunculatores mittere, & eos, quos biocolytas, id eſt, qui violentias prohibent, vel aphopliſtas vocant, id eſt, eos, qui priuatis hominibus arma habere nõ concedũt, ne rapinas, aut cædes faciant: ſed neq; Magiſtro militum Orientis, vel alijs Magiſtratibus licebit latrunculatores, vel biocolytas, vel aphopliſtas, vel alios ſimiles eis in Prouincias mittere. Sinautem aliquid tale perpetretur, hi, qui miſſi ſunt, præſidali poteſtate ſupponantur, & vltimum periculum patiantur, poſtquam ad Imperatorem hoc fuerit relatum: hi autem, qui miſerunt eos, triginta librarũ auri pœna coerceantur. Is autem, qui Magiſtratus creatur, ſi quidẽ in Conſtantinopolitana ciuitate creatur præ oculis Imperatoris, vel Præfecti prætorio, & Comitis rerum priuatarum, & cubicularij: ſin autem in Prouincia Magiſtratũ accipiat, ante Metropolitam, & Primates ciuitatis iurare debet. Iubet autem Conſtitutio, & Defenſores ciuitatum nihil omnino vel dare, niſi vſque ad 1 † ſexaginta ſolidos, vel accipere, niſi publicas annonas, ſi quæ ſint. Data 2 ‡ xvij. Kalend. Maij. Conſtant. Biliſ. V.C Coſſ.

1 † quinquaginta.
2 ‡ xvj.

CONSTITVTIO XVI.

LXV. De numero Referendariorum.

HAEc Conſtitutio iubet, Referendarios quatuordecim, qui nunc ſunt, eſſe, donec autem ad octo perueniant, non liceat alium adijcere, vt ſtatutus numerus eorum octo ſit.

CONSTITVTIO XVII.

LXVI. De Officio Prætoris Iuſtiniani Piſidiæ.

HAEc Conſtitutio iubet, utroſque Piſidiæ Magiſtratus, id eſt, ciuilem, & militarem in vnum miſceri. & qui eas habet, vt Prætor Iuſtinianus vocetur, & habeat apparitionem prætorianam: & ſinguli apparitores per probatorias fiant. Habeat autem & carrucam argenteam, & ſecurem, & faſces, ſiue virgas, & Ad reſponſum propter milites: & ſit unus Spectabilium Magiſtratuum, quemadmodum Spectabiles ſunt Comites Pacatianæ, & Galatiæ, & Orientis, & Proconſules.

LXVII. Si prouocatio porrecta fuerit contra ſententiam Prætoris Piſidiæ, vel alterius, qui in Piſidia iudicauit.

Si prouocatio porrecta fuerit aduerſus ſententiam prætoris Piſidiæ, oportet eam referre in adiutorium præfecti prætorio, & Quæſtoris, & ſimul dirimant appellationem: nam & in alijs ſpectabilibus iudicibus hæc eadem obſeruabuntur. Sinautem ex diuina iuſſione iudex non Spectabilis in Piſidia datus fuerit, & aduerſus ſententiam eius prouocatio porrecta ſit: non iam Comes Pacatianæ Phrygiæ prouocationem audiat; ſed ipſe Prætor Piſidiæ. nam & ſacrum auditorium habere ei conſtitutio conceſſit in huiuſmodi appellationibus ſcilicet, ſi cauſa prouocationis vltra trecentos aureos non ſit. 3 ‡ Dat. xv. Kalend. Iun. C.P. Biliſ. V. Coſſ.

3 † Dat. P. C. Biliſ.

CONSTITVTIO XVIII.

LXVIII. De Officio Prætoris Lycaoniæ.

PRæſes Lycaoniæ Prætor nominetur, habeat autem & ciuilia, & militaria inſignia: & apparitio per eius probatorias fiat, & vſque ad centum apparitores numerus eius extendatur. Habeat autem prætor Lycaoniæ non ſolum ciuilis, ſed & militaris Magiſtratus annonas, habeat autem & Ad reſponſum: curam autem agat in omnibus cauſis, id eſt, in ciuilibus & in militaribus, in priuatis, in publicis: & ſi quid admiſſum fuerit ab eis, qui ex Conſtantinopolitana ciuitate deſcendunt, hoc diligenter perſcrutetur: & ſecundum delicti quantitatem temeratoribus pœnas irroget. ¶ Habeat autem & carrucam argenteam, & ſecurem, & faſces, ſiue virgas; & ſit inter Spectabiles Magiſtratus.

LXIX. Si prouocatio porrecta fuerit contra ſententiam prætoris Lycaoniæ, vel alterius, qui in Lycaonia iudicauit.

Si Prætori Lycaoniæ prouocatio porrecta fuerit, præfectus prætorio cum Quæſtore eam recipiat. Sinautem à diuina iuſſione iudex fuerit in Lycaonia datus, & non ſit Spectabilis, poſteaque aduerſus ſententiam eiuſdem iudicis prouocatio porrecta ſit, apud Prætorem Lycaoniæ exerceri eam oportet, ſcilicet, ſi cauſa quingentorum aureorum quantitatem non excedat. Idem eſt & ſi ab alijs Magiſtratibus maximus iudex ibi fuerit deſtinatus: 4 ‡ D. xv. kalen. Iun. C. Biliſ. V.C. Coſſ. 4 † P.C.B.

CONSTITVTIO XIX.

LXX. De Officio Prætoris Iuſtiniani Thraciæ, & de prouocationibus in Thracia porrectis.

QVi Thraciæ præeſt, prætor Iuſtinianus nominetur, & duorum Vicariorum, qui in Longuimuro ſedebant, ſolus habeat Magiſtratus; nam ex illis vicarijs vnus quidem vicem agebat Magiſtri militum; alter autem Vicarius erat Præfecti prætorij. Thraciæ autem Prætorem & Spectabilibus viris connumerari oportet. Nam ea, quæ diximus de Prætore Piſidiæ, & de Prætore Lycaoniæ, in eo quoque teneant. Habebit autem apparitores non plures, quam centum. & non ſolum ciuilibus, ſed etiam militaribus decorabitur inſignibus. Habeat autem & Ad reſponſum, & curam agat in tributorum exactionibus, cum ſua, ſcilicet, apparitione, quæ Prætoriana vocabitur. Militare autem apparitores conſtitutio iubet ab epiſtolarum ſcrinio, 5 † in quo & antea vicariana Apparitio militabat. Appellatio autem porrecta contra ſententiam Prætoris Thracenſium, apud Præfectum prætorio, & Quæſtorem exerceri debet; ita tamen, ut quingentorum aureorum quantitatem non excedat appellationis cauſa. Cauetur autem Conſtitutione, vt etiam in appellationibus porrectis contra ſententias non Spectabilium Iudicum, qui per diuinam iuſſionem conſtituti ſunt, eadem obſeruentur, quæ in alijs Prætoribus diximus. Dat. 15. kalend. Iun. Conſt. Biliſ. V.C. Coſſ. 5 † à quo,

CONSTITVTIO XX.

LXXI. De officio Prætoris Iſauriæ, & de appellationibus in eadem prouincia porrectis.

PRæſes Iſauriæ vtriuſque, & ipſe Magiſtratus habeat inſignia, & prætor, ſiue Comes nominetur, & apparitio eius Comitiana vocetur, & de appellationibus omnia ſic teneant, & in eo, quemadmodum de alijs Prætoribus diximus, eumque connumerari iubet inter Spectabiles Magiſtratus. Dat. 15. kalend. Iun. Conſtit. Biliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO XXI.

LXXII. De officio Rectoris prouinciæ.

HAEc Conſtitutio habet inſcriptionem, mandata Principis.

Diponit autem, quales eſſe oportet prouinciarum Præſides, & interdicit eis aliquid à ſubiectis lucrari, quaſi publicis annonis ſufficientibus eis. nam & tributa exigere, & requirere debent, ne forte fiſcus diminutionem aliquam paſſus ſit.

¶ Oportet autem & cauſas priuatorum cum æquitate eos audire, & viliores quidem dirimere ſine ſcriptis, &

1 † litigatoribus. non concederet † litigatores vltra ea, quæ conſtitutionibus continentur, in iudicium expendere. Sin autem viles ſunt litigatores, ſine aliqua expenſa cauſas eorũ cognoſcere Præſidem oportet: ſi enim hæc omnia cũ omni puritate fiant, nec facile in Conſtantinopolitanam ciuitatem prouinciales concurrent. nam & ſi concurrerint, cum per Magiſtratus prouinciales nihil ſtetent, nullum reſponſum impetrabunt à Principe. Iubet autem conſtitutio & Agentes in rebus, vel alios quoſcunque, qui à Conſtantinopolitana ciuitate iuſſiones maiorum iudicum portant, prohiberi poſſe per prouinciarum Præſides iniuſte conuerſari.

LXXIII. Idem.

Conſuetudinarias iuſſiones ex quocunque iudicio procedentes Prouinciarum Præſides non recipiant, veluti de publico aquæ ductu, & de portu, & de itineribus muniendis, & de pontibus, & de imaginibus, de muris, de ædium excidio, vel aliorum publicorum exigi, vtpote in publico loco ædificatorum.

Iubet autem nullam rationem habere Præſides prouinciarum huiuſmodi iuſſionum, niſi diuinam pragmaticam iuſſionem intimauerint, poſteaq; Præſidem iudicare oportet per ſuam relationem piiſſimo Principi: nam nec diuinam pragmaticam formam tenere cum admittere conſtitutio permittit: debet autem, & in operibus publicis ſuam diligentiam atq; inſtantiam Præſes oſtendere: nam & patres ciuitatum ædificationes publicas cogere debent, & cõſtituere, omnes autem milites, qui in eadem prouincia ſedent, Imperio Præſidis ſubijci conſtitutio præcepit: nam & caſtigare eos delinquentes Præſidi licet.

LXXIIII. Idem.

2 † perductus. Si quis crimine illigatus in iudicio Præſidis ꝑductus 2 † fuerit, & ne aliquid de eo cognoſcatur priuilegio dignitatis, vel militiæ vſus fuerit, Præſes prouinciæ non recipiat eum: qui enim priuilegium ad remouenda crimina prætendit à Præſide admitti non debet; apparitores quoque refrenare Præſidem oportet. Et ſi iniurioſe conuerſari voluerint, non permittere, ſed & ſi conſiliarium, & omnes homines ſuos puriſſimos habeat, vt his tantum contenti ſint, quæ eis publicum ſubminiſtrat.

LXXV. Idem.

Præſes prouinciæ fidem publicam non paſſim vnicuiq; præſtare dẽt: imo etiam ſi dederit, vſq; ad 3o. dies tantum fides publica valere debet, ſed & condemnare eos dẽt, qui
3 † exequi. intra terminum ſanctorum ſunt, & exigere 3 † eos, ita tñ, vt competentem honorem ſanctorum terminus obſeruet.

LXXVI. Idem.

Termini ſanctorum non proſunt neque homicidis, neq; adulteris, neque raptoribus virginum. Sed & ſi quis tributa fiſco debeat, poterit intra ſanctorum terminos ab eo exigi publicum debitum, vt tam œconomi eccleſiarum, quam Defenſores ad hoc ſubueniant, Præſidi, & magis quam debitorem eripiant: nam ſi quid tale fecerint, de ſua ſubſtantia tributa fiſco reddere compellantur.

LXXVII. Idem.

Profectiones Præſidum non oportet damnoſas prouincialibus eſſe: nam nec angarias Præſidi, vel apparitori eius facere licet. Omnes enim omnino Præſides annonis ſuis contentos eſſe, Conſtitutio iubet.

LXXVIII. Idem.

Non liceat prouinciarum Præſidibus in iiſdem prouincijs, quas ipſi gubernant, Vicarios ſuos conſtituere, ſed nec militibus conceſſum eſt angarias à prouincialibus petere, vel quæcunque detrimenta eis facere, ſed & ſi quid damni prouinciales ſentiant, hoc Præſes de ſuo eis reſarcire compelletur.

LXXIX. Idem.

Si quis iuſſionem portauerit Præſidi de religionibus, liceat ei eam contemnere: nam ſi quid canonicum acciderit, hoc Præſes cum Metropolitano prouinciæ diſponere debet.

LXXX. Idem.

Capitali crimine damnatorum bona ad lucrum Præſidis referri, ſed cognatis punitorum reddi oportet.

LXXXI. Idem.

Iniuſta patrocinia tam prohibere, quàm contemnere Præſes prouinciæ debet.

LXXXII. Idem.

Alienos colonos, ſiue capite cenſitos nemo ſuſcipere audeat, ſed & ſi ſuſceperit, ſtatim reddat: alioquin, ſi non reddiderit, terram deſertam propter colonorũ, vel adſcriptitiorum abſentiam ſuſceptoribus eorum irrogari æquum eſt. Curare autem etiam Præſes prouinciæ debet, ne aliquid tale contingat. Sed & ſi contigerit, etiam ſi in aliam Prouinciam coloni, vel adſcriptitij fuerint, per publicas literas reducere eos debet, & hoc non ſolum in dominicis prædijs obtinebit, ſed etiam in priuatorum 4 † poſſeſſionibus, quarum forte aliqui curam habent, ſiue quod conductores ſint, ſiue quod procuratores. 4 † priuatis.

LXXXIII. Idem.

Si quis alienis agris, vel ergaſterijs titulos impoſuerit, & nomẽ ſuum inſcripſerit, bonorum publicatione puniatur. Vnuſquiſq; autem Præſes prouinciæ poſtquam ad prouinciam peruenerit, conuocare debet Epiſcopum, & clerum, & Primates ciuitatis, & hæc diuina intimare mandata nõ ſolum in Metropolitana ciuitate, ſed etiam in alijs prouincijs, ita vt per apparitores inſinuentur ſine omni municipalium damno.

LXXXIIII. Idem.

Nemo priuatus audeat arma tenere, vel gerere: hoc enim ſolis militibus conceſſum eſt. Hi quoq; qui propter ſeditionem è Conſtantinop. ciuitate fugerunt, teneri debent à prouinciarum Præſidibus, & cuſtodiri. Nam & referre de his Præſides oportet, ſi de ijs ſunt, quos vtpote ſeditioſos perſcrutantur Magiſtratus Populi Romani puniri. Dat. 16. Kalen. Maij. CP. Baſil. V.C. Coſs.

CONSTITVTIO XXII.

LXXXV. De officio Proconſulis Cappadociæ.

MAgiſtratus Cappadociæ omne officium, atq; apparitionẽ ciuilem, & militarẽ habeat, ſed & in alijs prouincijs Ponticæ Regionis conſtituta tamiaca prædia ſub Imperio ſuo habeat: nam & tamiacas poſſeſſiones poteſtati eius conſtitutio ſubijcit. Summarij quoque Comitianæ apparitionis ſubiecti ſunt ei, vtrunq; enim Officium Proconſuli Cappadociæ obtemperare debet: nam Magiſtratus Cappadociæ Proconſul eſt, & ideo vtraq; apparitio tam Comitiana, quàm ciuilis Proconſularis appellabitur: vtrunque tamen Officium ſecundum veterem ordinem ſuas proprias adminiſtrationes habeat.

Epiſcopi autem, & tractentæ non ſint: nominentur autem tredecim magiſtri periculo Comitianæ apparitionis, & tredecim exactores, qui tredecim magiſtris quinquagenos ſolidos præſtant. Nemo autem exactor vltra definitionem, & formam illicitè audeat aliquid accipere: alioquin militia cadat.

Adiutoris autem creatio fiat periculo tredecim Magiſtrorum, & aliorum, qui poſt ipſos ſunt, ſi is, qui in gradu vocatur, idoneus non ſit.

Proconſul autem Cappadociæ habeat carrucam argenteam, & ſecurem, & fasces, & omnia vetera Proconſularia inſignia.

Inferre autem eum oportet, & quinquaginta libras auri venerabili Auguſtæ, ex iuſtis adquiſitionibus. Ipſum autem Proconſulatum ſine pecuniarum datione accipiat.

Habeat autem annonarum nomine auri libras viginti, & conſiliarius eius auri libras duas: apparitio autem eius habeat ea, quæ ab antiquis temporibus vſque ad hoc tempus habuit.

Maneat autem, & Palatinorum ſchola, quæ ſub Cappadocia eſt in eadem poteſtate, & ordine, & figura. Nihil autem neq; conſuetudinis nomine, neque annorum, neque in veſte, neque in alijs ſpeciebus aliquid accipiat: non ab ipſo Proconſule, & non ab eius apparitione.

LXXXVI. Idem.

Procõſul Cappadociæ vindicare debet direpta, vel vſurpata à quibuſdã Tamiaca prędia, ſiue ruſtica, ſiue vrbana, nulla ei temporali præſcriptione opponenda Temporis.n. prolixitas publico non nocet. Inuigilare autem debet, & tributorum exactionibus. Habeat autem & in ſua poteſtate omnes ſiue milites, ſiue ſcriniarios tam glorioſiſſimi Præfecti prętorio, quam fortiſſimi Magiſtri militum, ſiue ciuile habeat Officium, ſiue Tamiacum cingulũ, ſiue dignitatẽ tam maiorem, quàm minorem, ſiue ſacerdos ſit, ſiue aliud quodcunq; priuilegiũ prętendat. Diligenter autem obſeruare debet, ut canonica ij, qui ab Illuſtriſſimo Præpoſito mittuntur, nullum ſentiant lucrum ab aliqua perſona, quamuis ex conſuetudine aliquid accipere ſoliti ſint.

Idem.

LXXXVII. Idem.

Proconſul Cappadociç municipijs eiuſdem prouinciæ, cui præ.ſt; vicarios ſuos mittere non audeat, ſi quidem enim fieri vult, habeat defenſores municipiorum, & appartores ſuos, per quos ſuas iuſſiones ad effectum perducere poterit.

Sinautem militibus indigeat, ipſi milites, qui in Cappadocia degent, iuſſiones eius impleant: ita tamen, vt neque milites, neque ipſe Proconſul, neque conſiliarius eius aliquid detrimenti faciant ſubiectis, ſed publicis annonis contenti ſint. Ideoque & proprijs iumentis, proprijsque ſumptibus proficiſci eos oportet.

Iubet autem conſtitutio tam ſcholares homines, quàm domeſticos in Cappadocia degentes, iuſſiones Proconſulis implere: nam ſi iuſſionibus eius non paruerint, & cingulum & facultates ſuas amittunt, nam & in eos poteſtas Proconſuli ex hac conſtitutione data eſt.

Curam autem agere debet, ne hi, qui à Conſtantinopolitana ciuitate deſcendunt, ſubiectos lædant. Sed & curſus publici debet curam habere: nam & veredorum diſpoſitiones ſub iuris diſtrictione eius conſtitutio eſſe iubet.

Agat autem curam, & frumentariæ cauſæ ciuitatis, & operum publicorum.

LXXXVIII. Idem.

Eos, qui iuſſiones ſuperfluas portant, ueluti de aquæductu, de muris, de pontibus, expellat Proconſul Cappadociæ, vt nec intimare eis tales ſuperuacuas iuſſiones concedatur, niſi fortè iuſſionem pragmaticam habeant.

Sinautem Proconſul adiutorio maiore indigeat, mittat relationes tam ad Illuſtriſſimum Præpoſitum, quàm ad alios maximos Populi Romani Magiſtratus.

LXXXIX. Idem.

Titulos priuatos alienis rebus prohibeat imponi Cappadociæ Proconſul.

Et ſit inter ſpectabiles Magiſtratus Et ſi prouocatio contra ſententiam eius porrecta ſit, apud Præfectum prætorio, & Quæſtorem inducatur.

XC. Idem.

Quod ſi ex vtraque Cappadocia iudex datus ſit, tam ex diuina iuſſione, quam ex calculo maximi Magiſtratus, iudex autem neque Spectabilis ſit, neque quantitas cauſæ quinguentos aureos excedat, Proconſul talem appellationem recipiat, & ſacrum habeat auditorium.

Et ſi crimen moueatur in iudicio eius, attendat ipſe leges, & non timeat neque cingulum, neque dignitatem, ne neque ſacerdotium reorum. Cat. Cos. Beliſarij.

CONSTITVTIO XXIII.

XCI. De officio Prętoris Populi.

QVI antea in vrbe Conſtantinopolitana Præfecti Vigilum vocabantur, modo Prætores populi nominentur, & ſeditiones plebis compeſcant, & codicillos honoris à diuina manu Pijſſimi Principis accipiant, & fiant ab Illuſtribus, 1† vel Comitibus Conſiſtorianis, uel Tribunis, uel ex his, qui Magiſtratum in prouincijs geſſerint. Habeant autem, & vnum conſiliarium ſinguli, & annorum nomine denas auri libras per ſingulos annos. Sinautem incendium in urbe fuerit factum, intereſſe Prætores oportet, vicenos ſecum habentes milites, & tricenos matricarios. Dat. 16. Kalen. Octob. Conſtant. Biliſ. V. C. Cos.

1† &

CONSTITVTIO XXIIII.

XCII. De appellationibus.

OMnis prouocatio ſiue per ſe, ſiue per procuratorem, uel per defenſorem, uel per tutorem, ſi uelit quiſpiam prouocare, intra decem dies porrigatur: quos numerari conſtitutio iubet ex eo die, quo definitiua ſententia recitata eſt.

XCIII. De conſulationibus.

Si conſultatio ſperetur, & Princeps occupatus non poſſit Senatum ad hoc ipſum colligere, allegationes litigatorum maneant in eadem figura & nullum præiudicium patiantur, quamuis tempus ſtatutum tranſactum ſit, uſque eo, videlicet, donec Princeps vacationem agens Senatores in unum conuocauerit.

XCIIII. Idem.

Si quis aduerſus ſententiam iudicis prouocauerit, & iudicio appellationibus deſtinato, præſens non fuerit, liceat litigatori, id eſt, aduerſario eius intrare in iudicio, in quo prouocatio exerceri debeat; intra bienniū tamen, ut unus uerbi gratia menſis ſuperſit, & dicat ſuas allegationes iudicibus, etiam abſente eo, qui prouocauit. Iudices autem non omnimodo pro eo, qui pręſto eſt, ſententiam dicant, ſed interdum pro abſente, id eſt, pro eo, qui prouocauit, iudices victricem calculum ferant, ſcilicet ſi bonam cauſam habeant: neque autem abſentia eius impunita relinquatur, omnino de prouocatione impenſas aduerſario ſuo præſtet, ſiue uicerit ſiue victus fuerit. quod ſi utrique poſtquā ſtatuti legibus dies intrauerint, in abſentia fuerint, maneat prior ſententia: cætera autem iura, quæ de appellationibus poſita ſunt, in ſuo permaneant ſtatu: nam hæc conſtitutio de his loquitur, qui in abſentia fuerint poſtquam ſtatutus dies intrauerit.

XCV. Idem.

In omnibus prouocationibus obtinere iubemus, ut appellatione facta intra tempus ſtatutum, ſi utraque pars fatalem diem obſeruauerit, ſiue dilationē, iudices & ea, quæ acta ſunt, perſcrutentur, & legitimum calculum proferāt, quod ſi ſolus, qui appellauit, intrauit: iudices expectent uſque ad ultimum fatalem diem, & ſi is, qui vicit non inueniatur, perſcrutatur acta, & finis legitimus ſequatur: quod ſi victor intrauit, & is, qui appellauit requiſitus non inueniatur: expectent iudices non ſolum ultimum fatalem, ſed etiam tempus reparationis, id eſt, tres menſes: quod ſi his tranſactis, is, qui prouocauit, non inueniatur, nullatenus temporis curſu calculi confirmantur: ſed ex utra que parte iudices perſcrutentur acta prioris iudicij, ſi quidem rectè pronunciatum eſt, confirment.

Quod ſi aliquid non rectè ſe habeat, hoc corrigere, & legitimum calculum proferre debent. Semel autem appellationem intra fatales dies, uel ab una, uel ab utraque parte introducta, nullatenus biennalis temporis tranſactione primus calculus confirmetur, ſed veritas, & iuſtitia perſcrutetur, & finis legitimus talibus cauſis imponatur, ſiue una, ſiue utraque parte pręſente, & propter hoc iubemus, in talib. cauſis non in primo introitu omnes cognitiones referri, ſed ſingulas propriam diem præſcriptam habere.

XCVI. Idem.

Omnes iudices legibus non interdictam prouocationem intra ſtatutos dies recipere non recuſet ac intra triginta dies, poſtquam prouocatio porrecta eſt, acta cum ſua ſubſcriptione litigatoribus dare, vt illi apud competentem iudicem eam intimare poſſint. Si quis autem iudicium hoc facere diſtulerit, calculus quidem temporis tranſactione non confirmabitur: ipſe autem iudex, qui ea non obſeruauerit, & qui miniſterium ei præbet, omne damnum, quod litigator paſſus fuerit actis ei non editis, de ſuis liberis reddere compellantur, & denas libras auri pœnæ nomine noſtris priuatis exoluant.

XCVII. De prouocationibus in Aegyptiaca Regione porrectis.

Si ab Aegyptiaca Regione prouocatio orta ſit, non ad Imperialem ciuitatem reducatur, ſed apud Præfectum Augustalem Alexandrinæ ciuitatis dirimatur ſacrum auditorium habentem ſententiæque Auguſtalis nulla prouocatio porrigatur. Hoc autem dicimus de his cauſis, quæ quingentorum aureorum quantitatem non excedunt.

XCVIII. De prouocationibus in Aſiana, uel Pontica Regione porrectis.

In Aſiana quoque uel Pontica Regione ſi prouocatio data ſit Comites, uel Proconſules, uel Prætores, uel Moderatores de appellatione cognoſcant: nam & iſti Magiſtratus ad ſimilitudinē Auguſtalis ſacrum auditorium habēt: ideoque nec ſentētiæ eorum aliqua porrigitur prouocatio.

XCIX. De prouocationibus in Orientali Regione porrectis.

Hæc autem totiens locum habent, quotiens decem auri libras cauſæ non excedant. In Orientali regione prouocationes uſque ad decem auri libras ad Spectabilem Comitem Orientis inducantur.

C. De appellationibus contra ſententias Spectabilium Iudicum porrectis.

Sinautem antedictis Spectabilibus Proconſulibus, uel

alijs huiuſmodi Iudicibus porrigatur appellatio in his, ſcilicet, cauſis, in quibus ipſi principaliter iudicant, nunc apud Præfectum prætorio, & Quæſtorem cauſa audiatur. vtroque Officio obſequente, id eſt, tam ſacrorum ſcriniorum, quam præfecti officio.

CI. De appellationibus contra Spectabiles Iudices introducendis, & exercendis.

Illud autem, quod diximus de appellationibus apud Proconſules inducendis, non ſine diſtinctione eſt: nam ſi quidem non ſpectabiles ſint hi, contra quos appellatio porrecta eſt, & à diuina iuſſione, uel ab alijs magiſtratibus iudices conſtituti fuerint, tunc proconſules appellationem audiant. Sinautem illuſtres ſint, a quibus appellatum eſt, prouocatio exerceri debet in Conſtantinopolitana ciuitate ſecundum veterum conſuetudinem, cuiuſcunque quantitatis ſit, omnibus cæteris legibus, quæ de appellationibus poſitæ ſunt, in ſua firmitate durantibus. Dat. Nonas Ian. P.C. Beliſarij.

CONSTITVTIO XXV.

CII. De prouocatione Prætoris Paphlagoniæ, uel Honoriados porrecta, & de alijs prouocationibus in diuerſis Regionibus porrectis.

SI prætori Paphlagoniæ, uel Honoriados prouocatio porrecta ſit, & inducatur apud Præfectum, & Quæſtorem præfecti prætorio officium huic appellationi obſequatur. Idem eſt & in Moderatore Helenoponti, & Ponti Polemoniaci, & proconſule primæ Cappadociæ, & proconſule Armeniæ, & prætore Lycaoniæ, Piſidię, Iſauriæ. In Comite autem Orientis vtrunque officium obſequatur, id eſt, & præfecti prætorio, & ſcrinij epiſtolarum. In Pontica autem, & Aſiana, quæ tranſlata eſt in Galatiam, & Phrygiam Pacatianam officium præfecti tantum obſequatur. In quibus autem cauſis antiquo iure libellenſes obſequuntur, in his nulla innouatio facta eſt, ſed nihilominus huiuſmodi miniſterium ijdem ſolui implebant. D.C. Beliſarij.

CONSTITVTIO XXVI.

Conſt. 35. quę latina eſt, vt indicat Scholiaſtes.

CIII. De adiutoribus Quæſtoris.

VIginti ſed adiutoribus (quos boethos dicunt) Quæſtoris liceat in ſuum locum alijs ſubſtituere, idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit propoſitis Euangelijs. Hi autem, qui 1 † fiunt, in locum eorum, qui ſuo loco ceciderunt, centum ſolidis præſtitis, fiant. Iſtorum autem trium graduum viri, id eſt, ſcrinij memoriæ, & duorum, qui proximi futuri ſunt, quamuis non ſint ex viginti ſex adiutoribus, tamen licentiam habent ſubrogare in ſuum locum. Habeant igitur ius vendendi militiam ſuam, ſed non vltra centum ſolidos, dummodo & is, qui ſubrogatus, electione Quæſtoris fiat. Prærogatiuas autem conſtitutio dat Theodoſio, & Epicteto, & Quirillo, & Sabatio, & Perigeno, illo videlicet obſeruando, vt, ſi quis ex viginti ſex adiutoribus defunctus fuerit, hæredes eius centum ſolidos dent, & electione Quæſtoris militent. Sinautem liberi ſint defuncti, hoc idem ius habent, quamuis hæredes parenti ſuo non extiterint. Dat. C. Beliſarij.

1 † ſunt

CONSTITVTIO XXVII.

CIIII. De officio Moderatoris utriuſque Ponti, id eſt, Helenoponti.

DVorum Pontorum unus ſit præſes, Moderatoris, appellatione decorandis, & habeat ſub iuriſdictione ſua ciuitates tredecim, & nominetur prouincia Helenopontus. Amaſia autem, & Neoceſſaria ciuitatis ius Metropolitanum, & nomen habeant. Duarum autem iſtarum ciuitatum Epiſcopi in Conſtantinopolitana ciuitate conſecrentur, & fiant, & ipſi Metropolitani, & municiporum ſuorum Epiſcopos ſinguli ipſi conſecrent.

Iſte autem Moderator Iuſtinianus habeat, & ciuile, & militare auxilium, & habeat, & Ad reſponſum, & omnis conditio fiat ei ſubiecta, nemine fori præſcriptionem defendente.

Sed & utriuſque honoris, id eſt, ciuilis, & militaris capiat, & apparitionem habeat unam, & publicas cauſas, item tributorum exactio ad periculum ipſius, & apparitionis eius pertineant. Conſiliarius autem Moderatoris capiat de publico ſeptuaginta, & duos ſolidos. Apparitio autem eius, quæ una facta eſt ex ciuili, & militari apparitione permixta, capiat quadringentos quadraginta, & ſeptem ſolidos, & tremiſſem.

CV. Idem.

Moderator Helenoponti Vicarios ſuos in eadem prouincia non mittat.

Ipſe enim circuire ciuitates debet, & inſpicere eas, & ſi quid iniuſtè ſit, corrigere. Sed & ſi milites viderit non contentos eſſe publicis annonis, ſed damna ſubiectis facientes, refrenare debet, & ſi quid illicite ceperint, & repetere ſubiectis reſtituere, & hoc non impediatur facere neque diuina forma, neque pragmatica ſanctione. Habeat autem Apparitores centum. nam & qui Moderatoris honorem habent, inter Spectabiles iudices ſunt.

CVI. Idem.

Moderator Helenoponti nemini concedat titulos imponere ruſticis prædijs, vel ædibus alienis, hoc enim proprium fiſci, vel Cæſaris eſt, quod ſi inueniat aliquem nomen alienum prædijs imponentem, titulos quidem illicitos ſtatim tollat. Perſcrutetur autem eum, qui titulos impoſuit. Et ſi quidem quaſi dominus impoſuit, titulos quidem tollat, rebus autem illius, qui impoſuit, publicos titulos imponat. Sinautem rerum procurator ſit, titulos quidem tollat, illum autem, qui impoſuit, ſiue procurator, ſiue dominus ſit, tormentis acerbiſſimis ſubijciatur, ex corporali coercitione doceatur titulorum impoſitionem fiſci, vel Cæſaris propriam eſſe.

De prouocationibus autem Moderatori porrigendis eadem teneant iura, quæ de alijs Spectabilibus diximus. Dat. 15. Kal. Aug. Conſtantinop. Beliſ. V.C. Conſ.

CONSTITVTIO XXVIII.

CVII. De officio Prætoris Paphlagoniæ.

MAgiſtratus Paphlagoniæ unus ſit, & prætor nominetur, & habeat duplicem poteſtatem, id eſt, tam Paphlagoniæ, quàm Honoriados, & habeat centum apparitores. De annonis autem eius, & conſiliarij & apparritionis eadem teneant, quæ ſuperius de Moderatore Helenoponti diximus, nam & de titulis non imponendis, & de prouocationibus iura eadem obſeruantur. Idem & de militibus. Honore autem Spectabilis eſt. Dat. 15. Kal. Aug. Beliſ. V.C. Conſ.

CONSTITVTIO XXIX.

CVIII. Vt iura, quæ in ſucceſſionibus poſita ſunt ab inteſtato venientibus, etiam in Armenijs teneant.

OMnia iura, quæ de cæteris Romanis poſita ſunt, eadem & in Armenijs teneant. nam & ſucceſſiones tam in maſculis, quàm in fœminis ſic obſeruari conſtitutio iubet, quemadmodum in cæteris Romanis.

¶Hæc autem ex eo tempore obſeruari oportet, ex quo noſter Imperator Reipublicæ gubernacula tenuit, niſi fortè vel tranſactiones ſecum fecerint, vel alio modo cauſas ſuas damnauerint. Habeant autem communionem & in prædijs illis, quæ genearchica uocabantur ab antefato tempore. Sinautem contigerit, quoſdam inueniri, qui filias ſuas hæredes ſcripſerint, uolumus ipſis quoque genearchicarum rerum dominium competere, quamuis ab inteſtato parentibus ſuis ſecundum priſtinam Armeniorum conſuetudinem non ſuccedebant. Ea autem, quæ ſemel filiabus competierunt, etiam liberis earum poſtea competere placet. Dat. xv. Kalendas April. poſt Beliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO XXX.

CIX. De defenſoribus ciuitatum.

NVlli licentia ſit defenſoris officium in ciuitatibus ſuis contemnere: alioquin quinque librarum auri pœna coercebitur: ita tamen, ut in opera ciuitatis quinque libræ impẽdantur, & poſt pœnæ ſolutionem nihilominus defenſoris officiũ ſuſcipere cogatur: nec enim uiliſſimos homines, ſed ipſos magis primates defenſores ciuitatum fieri decet, quamuis illuſtres ſint, militare cingulum, vel prærogatiuas ex principalibus pragmaticis ſanctionibus habeant. Creari autem defenſores oportet per ordinem, 1† & ſit vnus ex ipſis primatibus, quorum calculo creetur.

1† vt.

Fiat autem cum ſacramento: nam iurare debet, quòd omnia ſecundum leges, & iuſtitiam factus eſt. Confirmatur autem per iuſſionem præfecti prætorio, & habeat defenſoris honorem per biennium tantum, & non liceat præſidi ſucceſſorem ei dare, ſed præfecto prætorio.

CX. Idem.

Non liceat præſidibus Vicarios defenſorum mittere: nã nec ſuos mittere poſſunt. Sufficiunt enim defenſores præſidis iuſſionis implere.

CXI. Idem.

Teſtamenta, atque donationes apud defenſores ciuitatis intimentur, aliaque monumenta publica apud eos rectè procedant, hoc enim præſes prohibere non potuit, quamuis aduerſus ipſum præſidem componantur, uel aduerſus homines eius Acta autem conficere defenſor poteſt ad ſimilitudinem præſidis tam aduerſus tributarias illationes differentes, quam aduerſus ſeditioſos homines. Habeat autem ex præſidali apparitione unum exceptorem, & duos apparitores, & iudicet in pecuniarijs cauſis uſque ad ſolidos trecentos.

CXII. Idem.

Si quis plus petierit, ut apud præſidem magis, quàm apud defenſores cauſa cognoſcatur, & per diffinitiuam ſententiam reperiatur quantitas litis intra trecentos ſolidos conſtituta, perdat & ipſam quantitatem, quæ reuera ei debetur, & actionis ſuæ diſpendio puniatur.

CXIII. Idem.

Si defenſor ciuitatis ſententiam diffinitiuam protulerit, & aduerſus eam prouocatio porrecta ſit, apud Præſidem prouinciæ exerceri eam oportet. Sinautem ab apparitoribus defenſor iniuriarum fuerit paſſus, & præſes prouinciæ neglexerit competentem eis uindictam irrogare, tunc relationem ad præfectum prætorio mittat, & quod profectò viſum fuerit, ſequatur.

Habeat autem [Defenſor] & ſcrinium publicum, ubi monumenta publica deponere poſſit, & habeat unum hominem, qui eadem acta debeat conſeruare.

CXIIII. Idem.

Defenſores ſine datione pecuniæ fiant: quatuor enim aureos tantum præſtare debent maiores ciuitates in iudicio præfecti prætorio pro iuſſionibus, quibus defenſorum creatio confirmetur. Sinautem ciuitas minima ſit, tres ſolidos tantum præſtare debet Sinautem publicas annonas habeat ex uetere quadam conſuetudine, capiant eas ſine aliquo obſtaculo, & ſi in magnis criminibus obnoxij conuincantur aliqui, caſtigare eos defenſores oportet, poſteaque Præſidibus tranſmittere: nam in leuioribus criminibus ſufficit pœna, quam ipſi impoſuerunt. Datum a† xvj. Kal. Aug. CP. Biliſ. V.C. Coſſ.

a† Id. Auguſt. Ro.

CONSTITVTIO XXXI.

CXV. De lenonibus tollendis.

HAec Conſtitutio iubet, neminem lenonem eſſe, neque in vrbe Imperiali, neque in prouincijs, & hoc prohibere debent prætores, & præſides: ultimo enim ſupplicio ſubijciantur, qui contra Conſtitutionis normam lenones eſſe, auſi ſunt. Omnia autem inſtrumenta, & fideiuſſiones apud lenones interpoſitas, uel à lenonibus contra bonos mores factas, infirmas, atque inualidas eſſe, hæc Conſtitutio iubet. Dat. Kalend. Decemb. C.P. Biliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO XXXII.

CXVI. De nefarijs nuptijs, & inceſtis.

SI quis nefarium, & inceſtum, atque damnatum matrimonium contraxerit, liberos autem legitimos ex priore matrimonio non habuerit, ſtatim ſuis facultatibus careat, & dos, quæ ei data eſt, fiſci uiribus uindicetur. Poſt publicationem autem, & cinguli ſui patiatur amiſſionem, & exilio puniatur: quòd ſi uilior ſit perſona, & corporalibus coërcitionibus ſubſiſtat, & uxor ei cõtra leges nupta eaſdẽ pęnas patiatur, ſi ſi nulla iuſta excuſetur ignorantia idem. Si autem liberi ſint ei, qui inceſtas contraxerit nuptias, illi autem liberi legitimi ſint, qui fortè ex alio legitimo matrimonio procreati ſunt, pęna patris ſui iuris fiant, & paternas accipiant facultates: hic tamen, ut patri ſuo alimonias præbeant & quæ neceſſaria ſunt, adminiſtrent.

Hæc autem omnia ualent poſt biennium, quàm hæc cõſtitutio fuerit intimata: nam intra biennium omnes quidẽ illicitas nuptias, ſi quæ contractæ ſint, diſſolui Conſtitutio iubet ſine pęna eorum, qui nuptias illicitas contraxerunt. Liberis autem, qui ex huiuſmodi matrimonio nati ſunt, tres partes bonorum paternorum præſtentur, quarta fiſco, ſcilicet ſi non ingrati ſunt tales liberi, & legitimi non ſunt: nam ſi alij liberi legitimi ſunt, tunc quidem quartam partem fiſcus capit: cætera autem bona inter ſe legitimi liberi, & hi, qui ex licito matrimonio nati ſunt, partiantur tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. Mulier autem, quæ contra leges nupſit, ſuam dotem tantum excipiat: ſed hæc omnia intra biennium ualeant, nam poſt biennium ſuperiora præcepta ualebunt, quæ in primo capite dicta ſunt: nam ſi poſt biennium in illicitis nuptijs aliquis permanſerit, pęnis in primo capite dictus ſubijciatur. Idemque dicimus, & ſi ante biennium nouas illicitas contraxerint nuptias: nam biennij indulgentia illis pręſtita eſt, qui iam contraxerunt contra leges matrimonia, ut intra biennium ſeparentur, quòd ſi non fuerint ſeparati, ſed perſeuerauerint in toto biennio, pęnis primi capitis ſubijciantur.

CXVII. De naturalibus liberis.

Si quis cum muliere libera conſuetudinem habuerit, cuius nuptiæ interdictæ non ſunt, & liberos ex illa procreauerit, poſteaque inſtrumenta dotalia compoſuerit, ei nõ ſolum iam nati liberi legitimi, & in eius poteſtate ſint, ſed etiam poſtea procreati. Dat. xvij. Kalend. Iun. P. Biliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO XXXIII.

CXVIII. De pignoribus, & uſuris dandis propter res ruſticis mutuatas.

SI quis ruſtico mutuauerit, terram eius in pignus accipere non audeat, uſuram autem ſumere eum ęquũ eſt, ſi quidem aridos fructus mutuauerit, octauam. ſinautem ſolidos mutuauerit, ſiliquam, unum per ſingulos aureos capiat, donec ſcilicet totum, quod debetur, fuerit a debitore ſolutum. Dat. xv. kalen. Iul. CP. Biliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO XXXIIII.

CXIX. De legitima portione liberis a parentibus relinquenda.

OMnes tum maſculi, quàm fœminæ decedentes, ſi unum filium habeant, tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ ei relinquant Falcidiæ nomine, eodem obtinente iure, & ſi duos, uel tres, uel quatuor liberos relinquerint. Sinautem ultra quatuor ſint, dimidiam ſubſtantiæ paternæ partem habeant, ut in hoc caſu Falcidia lex dimidiam partem contineat, id eſt, ſex uncias ſubſtantiæ defuncti. Nulla autem differentia eſt, utrũ ab inſtitutione hæredis ſit, uel fideicommiſſarij datione legitima pars liberis præſtita ſit. Hoc autem quod de filijs, & filiabus diximus, teneat etiam in omnibus deſcendentibus perſonis, quibus ſcilicet de inofficioſo agere permiſſum eſt.

De

CXX. De curialibus liberis.

1 † exempti.

Curiales priores, i. præcedentis capitis obſeruatione excepti 1 † ſunt: hi enim liberis curialibus nouem vncias ſubſtãtiæ ſuæ relinquere coguntur: tres autem reliquas vncias, in quas uoluerint perſonas transſmittant: ſed tamen ea lex iura de inofficioſo teſtamento querelæ non mutat: nam ſolam quantitatem Falcidiæ legis dilatauit, [ideſt] auxit.

CXXI. De nuda hæreditatis proprietate filijs dimiſſa.

Si quis liberos, & uxorem habens in ultimis ſuis elogijs iuſſerit, totius ſubſtantiæ ſuæ uxorem quidem uſumfructũ habere, liberos autem nudam proprietatem, quid iuris ſit, & dicimus uſque ad partem legitimam Falcidiæ habituros etiam uſumfructum proprietatis: reliquam autem vſusfructus portionem uxori dandam, quia ſi nudam proprietatẽ ſine ullo vſufructu ſolatio habeant liberi, nihil prohibemus fame eos perire.

Hæc autem, quæ diximus, teneant tam in patre defuncto, quàm in auo, & proauo, & in omnibus ſuperioribus perſonis, eodem uidelicet iure obſeruando. Et ſi mater decedens marito ſuo uſumfructum totius patrimonij ſui reliquerit, & liberis ſuis nudam proprietatem: idem eſt & in auia, & in proauia.

CXXII. Quemadmodum ab inteſtato per fœmininum deſcendentes parentibus ſuis ſuccedere debeant.

Si quis nepotes ex filio reliquerit, & ex filia nepotes, vel neptes pariter ad hęreditatem aui defuncti ab inteſtato vocentur. & non minus tertia parte, ſicut antea, accipiant, ſed integram portionem conſequantur nepotes ex filia nati,

2 † Cũ auunculus.

2 † qualem accipiunt nepotes ex filio procreati.

Item ſi auia deceſſerit, nepotibus ex filio, & neptibus ex filia derelictis, omnes pariter ad hæreditatem auiæ ſuæ uocentur, & omnino nulla ſit differentia, utrum omnes nepotes ſint, an neptes, & utrum ex filia procreati ſint.

Item ſi quis ſine dotalibus inſtrumentis, ſed ſola nuptiali affectione matrimonium cõtraxerit, & liberos habuerit, poſteaque, ſoluto priore matrimonio, ſecundas nuptias cũ alia muliere contraxerit, & dotalia inſtrumenta ei fecerit, & alios liberos habuerit, omnes liberi eius tam ex priori matrimonio nati, quam ex ſecundis nuptijs creati pariter ad hæreditatem uocentur, quamuis prius matrimonium ſine dotalibus inſtrumentis contractum eſt.

3 † De concubinis.

CXXIII. De his, qui 3 † ſine liberis, & uxoribus legitimis deceſſerunt.

Si quis neque liberos legitimos habens, neque uxorem legibus cognitam deceſſerit, & concubinam reliquerit, ex qua filios naturales habuit (concubinam autem dicimus talem, quæ libera conſtituta in domo defuncti erat vſque ad mortem eius, & ſi liberi naturales ex ea in domo eius ab ipſo procreati ſunt, & nutriti.) Si hæc igitur ita ſint, ueniant ſimul tam ipſa concubina, quàm liberi eius naturales ab inteſtato in ſubſtantiam defuncti, non ut totam accipiant, ſed ut duas vncias tantum conſequantur ſubſtantiæ defuncti patris, & diſtribuantur inter eos, & matrẽ: ita tamen, ut mater unius liberi portionem accipiat, & per capita diuiſio rerum fiat. Quod ſi concubina ante concubitorem ſuum deceſſerit, & filios naturales reliquerit, nihilo minus duas uncias liberi naturales conſequantur: hæc autem de ea concubina dicimus, quæ ſola erat in domo defuncti concubitoris, alioquin ſi complures fuerint mulieres, quas in concubinatu defunctus habebat, ex quibus & liberos naturales habuerit, nulla licentia dabitur, neque cõcubinis, neque liberis earum ad ſucceſſionem defuncti uenire, quoniam meretrices magis, quàm concubinæ tales mulieres ſint, cum quibus paſſim defunctus dormiebat, ſed illam ſolam cum progenie ſua ad hæreditatem defuncti uocamus, quæ quodammodo uxorem legitimam imitatur: & nulla differentia eſt, utrum naturales eius liberi maſculi, aut fœminæ ſint: hæc autem in futurum tempus obtinere conſtitutio iubet.

4 † Collatione dotis, & ante nup. don.

CXXIIII. De patre, 4 † qui filiæ dotem dederit, uel filio propter nuptias donationem.

Si quis pro filia ſua dotem genero dederit, uel propter nuptiis donationem pro filio ſuo nurui pręſtiterit, poſteaq; ipſe pater deceſſerit teſtatus, ſiue inteſtatus, & non ſpecialiter expreſſerit, ut nulla collatio fiat dotis, uel antenuptialis donationis. Si hoc igitur ita ſit, is, qui ſuccedere iure patris uoluerit, cogatur conferre dotem, vel antenuptialem donationem.

CXXV. Si res ſuas pater inter liberos diſtribuerit.

Si quis res ſuas liberis ſuis diſtribuere uelit, ſiue in teſtamento, ſiue alia quadam uoluntate, liceat quidem ei hoc facere, dum tamen diſtributionem confirmet ſua ſubſcriptione. Quod ſi ipſe ſubſcribere nolit, faciat liberos ſuos ſubſcribere, inter quos, & rerum diſtributio fit. Quod ſi non ita fecerit, uel etiam ſine teſtibus uoluntatem ſuam condiderit, ſciat eam nullius eſſe momenti. Ideoq; liberi eius omnes ita ſubſtantiam eius partiantur inter ſe, ac ſi ſine ulla diſtributionis uoluntate parens eorum deceſſerit.

CXXVI. Si quis prolatam manum ſuam negauerit.

Si quis prolatam manum ſuam negauerit, & dixerit, talem ſcripturam ſuam non eſſe, & poſtea actor probationibus uexetur, & alijs difficultatibus, uel ſi litteras quidem ſuas agnouerit, dixerit autem pecuniam ſibi numeratam a creditore non eſſe, in utroq; caſu, ſi conuictus ſit, in duplo debitam pecuniam actori præſtet. Quod ſi iudex contra præſentem legem iudicauerit, ipſe pœnà actori reddat. Hæc autem ita ſe habent, niſi fortè actor probationibus deficiens 5 † ſacramentum cum reo retulerit: tunc enim ſi reus ſacramentum dare noluerit, ſed ueritatem cõfeſſus fuerit, dupli pęnam euitabit, quod ſi longiore tempore litigio extenſo ad ſacramentum actor reccurrerit, poſteaq; res ſacramenti timore ueritatem confeſſus fuerit, dupli quidem pęnam euitabit: cogatur autem omnes impenſas, quas actor propter improbitatem eius fecerit ſacramento actoris præſtare: ſi quis autem dixerit, ſibi nullam adnumeratam eſſe pecuniam, poſteà autem confeſſus fuerit, & dixerit etiam ſe particulares ſolutiones ſoluiſſe, quãuis re uera perſoluerit, attamen nihilominus integram ſortẽ perſoluat: ſed & ſi reus litteras actoris protulerit, easq; ſuas eſſe actor negauerit, & poſtea reus ueritatem probare potuerit, cogatur actor non ſolùm illud imputare reo, quod litteris declaratur, ſed etiam alterum tantum perſoluat pęnæ nomine mendacij ſui: & in hoc caſu ſacramenti ratio eadem habeatur tam in actoris, quàm in rei perſona.

5 † Abrenuncians ab initio.

CXXVII. Idem.

Quod ſi litigium per tutores, vel curatores uentiletur: (pone enim principales perſonas impuberes eſſe, vel adoleſcentes) tunc pęnæ exactio propter improbam negationem aduerſus ipſos tutores, uel curatores competat. Hæc autem Cõſtitutio nullam facit innouationem in legibus, quæ duplum, uel quadruplum in quibuſdam caſibus exegi præcipiunt.

CXXVIII. De improbis poſſeſſionum exceptionibus.

Si quis rerum detentator in rem actione ab aliquo contentus dixerit actorem rerum dominium non eſſe, actor autem probauerit ſuum dominium 6 † eſſe, & probationibus conuictus reus, poſteà dicat hypothecarum titulo, uel alio quodam iure ad ſe res pertinere, tali pęnæ ſubijciatur, vt, adhuc lite in ſuſpenſo conſtituta, res ad actorem transferantur, & poſt translatam poſſeſſionem tunc, ſi quas ſibi putauerit actiones competere, eas moueat his, qui transpoſuit poſſeſſionem.

6 † Sedomnum.

CXXIX. Quomodo concubinæ ſeruilis conditionis conſtitutæ legitimæ uxores fiant.

Si qnis neque legitimã uxorem habens, neque liberos legibus cognitos, ancillã autem ſuam concubinã habuerit, & liberos ex ea ſuſcepent, poſteaq; eã cum liberis ſuis manumiſerit, & ius anulorum aureorum eis impetrauerit, & natalibus eos reſtituerit, inſtrumentaq; dotalia conſcripſerit. quamuis poſteà nullos habuerit liberos, attamen & uxor legitima fit, & liberi, qui ante dotalia inſtrumenta ſunt nati, tam legitimi, quàm in poteſtate patris ſui naturales, efficiantur, & ſucceſſionem eius ab inteſtato capiant. Dat, kalen. Mar. C.P. Biliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO XXXV.

CXXX. De decurionibus, & eorum filijs.

SI quis curialis conditionis conſtitutus ſine liberis deceſſerit, nouem quidem vnciæ ſubſtantiæ eius ad curiam ciuitatis perueniant, tres autem vncias cui voluerit,

rit, relinquat. Sinautem liberos quidem habuerit, eos autem ex concubinatu procreauerit, liceat ei ſcribere eos hæredes cum curiali grauamine, 1 † & uideantur ex legitimo matrimonio ſuſcepti fuiſſe, quemadmodum ſi uiuus naturalis pater huiuſmodi liberos ſuos in curiam ciuitatis dediſſet, nulla diſcretione habita, utrum inſolidum hæredes eos ſcripſerit, an pro parte, dũ tamen non minus nouem uncijs habeant. Quod ſi quidam ex naturalibus liberis curialem conditionem repudiauerint, nec ad hæreditatem admittantur, ſed partes eorum ad creſcãt his, qui curiales eſſe non dedignantur. Sinautem omnes liberi eius naturales curiales eſſe noluerint, nouem vnciæ derelictæ eis, modis omnibus curiæ ciuitatis uindicantur.

1 †vt.

CXXXI. Idem.

Hæc, ſi teſtamento facto curialis teſtator deceſſerit. Sinautem inteſtatus defunctus eſt, nouem quidem vnciæ ſubſtantiæ eius curiæ ciuitatis deferantur, tres autem reſiduæ unciæ cognationi eius computent, Quod ſi naturales ſimiliter filios dereliquerit, hique uoluerint curiæ ciuitatis ſe adnumerari, conſequens eſt, nouem uncias ad eos reuoluere.

Eadem teneant iura, & ſi[quis] ex ancilla ſua filios habuerit, eosque uel uiuus in curiam dederit, vel in teſtamento ſuo hæredes inſtituerit, cùm curiali grauamine: nam & [hic] eadem obſeruari decet, quę diximus de filijs naturalibus, qui ex libera concubina nati ſunt.

Quod ſi eos pater naturalis manumiſit tantùm, & non in curiam dedit: illi autem, uel omnes, vel quidam ex his curiæ muneribus ſubijci uolunt, neceſſe eſt eos, ſi curiales fieri parati ſunt, nouem uncias capere. Sed & ſi unus ex his ſolus curialem conditionem admittit, ipſe ſolus in nouem uncias habeat poteſtatem. Quod ſi nemo eorum curialis, vel à patre factus eſt, uel fieri paratus eſt, nouem unciæ curiæ competunt ciuitatis.

CXXXII. Idem.

Hęc de naturalibus liberis. Sinautem legitimos filios, ſiue nepotes ex filio curialis homo reliquerit, tunc nouem vnciæ inter omnes diſtribuantur, quemadmodum parens diſpoſuerit; ita tamen, ut iura de inofficioſo teſtamento querelæ vniciuique liberorum integra cuſtodiantur, niſi forte ingratitudinis allegatio reclamauerit: gratis enim tantummodo liberis nouem uncias dari. Conſtitutio iubet, ut vnuſquiſque eorum curialia munera ſubeat ſecundum magnitudinem partis, quàm lucratus eſt. Cæterę autem tres unciæ ad eos perueniant, quibus eas pręſtari defunctus uoluerit.

CXXXIII. De filiabus decurionum.

Quod ſi filias, uel neptes curialis homo reliquerit, ſi quidem omnes curialibus maritis coniunctæ ſunt, neceſſe eſt omnibus nouem uncias dari, quemadmodum à parente diſtributæ fuerint: ita tamen, ut ſingulæ non minorem partem habeant legitimo modo. Quod ſi quædam ex his curiales maritos habeant, quædam non, nouem quidem unciæ diſtribuantur inter eas, quæ curialibus coniunctæ ſunt, tres autem unciæ præſtentur his, quæ non ſunt curialibus maritis coniunctæ, dum tamen ſingulæ legitimum habeãt modum.

Sinautem nondum nuptæ ſunt, liceat parentibus ſub cõditione eas in nouem uncijs hæredes ſcribere. Idem, ſi eiuſdem ciuitatis curialibus coniungantur. Quod ſi talem coniunctionem contempſerint, nouem quidem unciç curiæ ciuitatis addicantur, tres autem reſiduæ inter filias, neptesve defuncti diſtribuantur.

CXXXIIII. De liberis vtriuſque ſexus decurionum.

Quod ſi quis curialis, & filios, uel nepotes, & filias, uel neptes dereliquerit, maſculi quidem curiales dimidiam portionem ſubſtantiæ capiant, filiæ autem, ſi quidem curialibus maritis coniunctæ ſunt, reliquam dimidiam portionẽ accipiãt. Sinautem curialibus nuptæ ſunt, tres quidem uncias ipſæ filiæ habeant, aliæ autem tres unciæ fratribus earum accreſcant.

CXXXV. Vt ex curiali patre & murilegula, uel commitica matre curialis filius naſcatur.

Si quis curialis conditionis conſtitutus tamiacæ, uel murilegulæ, uel comiticæ mulieri coniungantur: filij, qui ex hoc matrimonio nati fuerint, patris conditionem ſequantur. Iubet autem Conſtitutio, vim, ac poteſtatem ſuam ad ea quoque facta porrigi, quæ antequam edatur, contigerunt, niſi forte quidam liberati ſunt à curiali conditione per tamiacam, vel murilegulam, uel comiticam matrem, eos enim liberos permanere præcepit, excepta Theodoſio, & fratribus eius, & liberis Ioannis, qui Xiſcon uocatur: Hi enim, quamuis ante Conſtitutionis editionem curiales cõſtituti conditione per tamiacam matrem liberati ſunt, nihilominus curiales permaneãt, nullo reſcripto, nulla opitulatione potituri ad effugienda curialia munera. Hæc Conſtitutio data eſt 2 † in menſe Martio, Indictione 3 † vndecima, 4 † poſt conſulatum Baliſarij.

2 †xv.Kal. Mart.
3 †xiiij.
4 †Bibl.V.C.Coſſ.

CONSTITVTIO XXXVI.

CXXXVI. De ſecundis nuptijs.

HAEC Conſtitutio quidem uires retrorſus non redigit, nec obtinebit in eis, quæ ante ipſis tempora contigerunt, & locum habet in maritis, & vxorib. qui, quęve, aut omnino teſtati non ſunt, uel non iure teſtati fuerunt, uel quantum pertinet ad eandem Conſtitutionem, inteſtati deceſſerunt.

CXXXVII. De diuortijs bona gratia faciendis.

Sunt quædam iuſtæ cauſę, quę BONA GRATIA ſine repudio matrimonia diſrumpunt: & eſt prima cauſa, ſi maritus, uel mulier ſolitariam uitam elegerit: ita tamen, ut ſi uir monachus factus ſit, tantum lucretur ex donatione propter nuptias ſibi data mulier, quantum morte mariti lucri cœpiſſet. Idem dicimus, & ſi mulier in monaſterium intrauerit: maritus enim eius ex dote tantum lucrabitur, quãtum lucri cœpiſſet, ſi uxor eius mortua fuiſſet.

Sed & ſi quis non potuerit cum uxore ſua miſceri (fortè enim naturę frigidę eſt) triennio tranſacto, quod numerabitur, ſcilicet ex eo tempore, quo copulati ſunt, ſi non potuerit in toto triennio cum muliere ſua miſceri, etiam ſine repudio matrimonium diſſoluatur.

Sed & ſi uir, uel uxor in captiuitate fuerit, ſine repudio matrimonium diſſoluatur: ſub ea tamen diſtinctione, vt ſi quidem ſpes ſit maritum, uel vxorem redire, ea perſona, quæ in ciuitate eſt, non audeat ad ſecundas nuptias peruenire, alioquin maritus quidem ante nuptias donationem amittet: uxoris autem temeritas dotis amiſſione punietur. Quod ſi incertum ſit, utrum ab hoſtibus capta perſona, uiuat an non; tunc ea perſona, quæ in ciuitate eſt, expectet quinquennium, quo tranſacto, licebit & marito uxorem ducere, & mulieri ad ſecundas nuptias migrare. Alio quoque modo BONA GRATIA matrimonia diſſoluantur, uelut ſi uir, uel mulier ex ſententia iudiciali in ſeruitutem deducantur, fortè.n. 5 † libertini conſtituti ingrati erga ſuũ patronum extiterunt. Sed & i hoc caſu tm̃ lucrari oportet eam perſonã, quę in ſuo ſtatu perdurauit, quantũ lucri cœpiſſet, ſi ea perſona, quę in ſeruitutẽ redacta eſt, deceſſiſſet.

5 Liber†ti.

CXXXVIII. De ijs, qui ancillam duxerunt, putantes eam liberam.

Si quis per errorem ancillam duxerit uxorem, liberam eam putans, uel è contrario, ſi libera mulier ſeruo per errorem coniuncta ſit, poſteaque ueritas reperta fuerit, dicendum eſt, omnino nuptias non conſtitiſſe. Inter liberum enim, & ancillam, uel ſeruum, & mulierem liberam nuptię contrahi non poſſunt, quod ſi per calliditatem, uel conniuentiam domini ſeruus, uel ancilla matrimonium contraxerit cùm libera perſona (fortè enim dominus ancillam ſuam ut liberam uiro ingenuo coniunxit) & dotem pro ea pręſtiterit, ut propter nuptias donationem lucretur totam, uel pro parte. Si quid igitur tale contigerit, ipſa donatione dotis, & ancilla libera fiat, & nuptię conſiſtant: nulla lege (quantum pertinet ad ſeruitutem) huiuſmodi matrimonium concutiente. Si autem dominus ſpecialiter quidem nuptijs ancilę ſuę, uel ſerui non conſenſerit; ſciens autem, quid agatur non prohibuerit (fortè enim ideo hoc facit, ut poſtea negocium moueat homini libero, quòd ancillam eius duxerit uxorem, uel ingenuæ mulieri quę ſeruo eius nupta eſt.) Si quid igitur tale euenerit, licet ſpecialiter dominus non conſenſerit, attamen ſciens non prohibuerit, & nuptiæ integro iure conſiſtant, & de ſeruili conditione perſona eripiantur ad ingenuitatem. Illo ſine dubitatione aperto, quod liberi, qui ex huiuſmodi nuptijs procreati fuerint, tam ingenui, quam legitimi ſint.

CXXXIX. De ſeruo, & ancilla ęgrotante.

Si quis ſeruum ſuum ęgrotum, uel ancillam morboſum contempſerit, & nullam curam eis fecerit, neceſſe eſt eos liberos eſſe: ſeruus enim per titulum pro derelicto à domino ſuo contemptus in libertatem eripiatur, eodem iure etiam in ancila obtinente. Ideoque nuptiæ inter eos legitimæ contrahi poſſunt: & iſtæ quidem cauſæ ſunt, per quas bona gratia matrimonium diſſoluatur: his autem adnumerari debet etiam in expeditione degentis mariti militis diſſolutio, de qua dicendum eſt, in competenti tempore, in quo etiam cauſas repudij ſubtilius dicturi ſumus.

CXL. De iuſtè diſſociatis.

Illud certum eſt, quod in his cauſis, ex quibus matrimonium diſſoluitur, ſi uelit mulier poſtea nubere, annum prius expectare debet propter ſanguinis confuſionem.

CXLI. De adſcriptitio, qui liberam mulierem habere non poteſt.

Alienus adſcriptitius liberam mulierem non ducat uxorem, neque ſciente, neque conſentiente domino, quod ſi tale aliquid auſus fuerit facere, liceat domino, & retrahere eũ 1 † modica caſtigatione, ſiue per ſe, ſiue per Magiſtratus, & copulatam ſibi mulierem diſiungere: tales enim nuptiæ neque nuptiæ ſunt, neque dos ulla eſt, nec donatio propter nuptias intelligitur.

1 † eum.

CXLII. De nuptijs ſine dotalibus inſtrumentis contractis.

Si quis ſine dotalibus inſtrumentis affectione maritali uxorem duxerit, non audeat ſine cauſa legibus cognita repudium ei mittere, alioquin quartam partem ſuę ſubſtantiæ deceptæ mulieri præſtet; hæc autem quarta pars talem diſtinctionem recipiat: nam ſi quidem quadrigentarum librarum auri maritus facultatem habeat, uel minus, quartam partem ſubſtantiæ ſuæ omnimodo receptæ mulieri præſtet, id eſt, uel centum libras, ſi quadrigentarum centum librarum ſubſtantiam habuerit, uel minus, ſi minores habeat facultates. Quod ſi tantas habeat opes, ut etiam quadrigentarum librarum auri quantitatem excedant, tunc centum tantum libras maritus præbeat. Sed ſi quidẽ per maritum ſteterit, quo minus matrimonium conſiſtat, & ſine cauſa repudium miſerit: in hoc caſu, ſoluto matrimonio, annum expectet mulier, poſtea uero impedimento ad ſecundas tranſeat nuptias, quod ſi per mulierem ſteterit, quò magis matrimonium diſſoluatur, quinque annos expectet: & his tranſactis, ad ſecundas nuptias migret, ſi uelit.

CXLIII. De repudijs, quę à filijsfamilias mittuntur.

Si filiusfamilias uxorem duxerit, non habeat licentiam uxori ſuę repudium mittere ſine paterno conſenſu. Idem dicimus & in filiafamilias uxore: nam nec ei repudium mittere ſine paterno conſenſu marito ſuo permittitur, alioquin dotem, quam pater ſuſcepit, uel propter nuptias donationem non cogetur reddere.

CXLIIII. Si morte ſolutum ſit matrimoniũ, & de lucro dotis.

Si morte mariti, uel uxoris matrimonium ſolutum fuerit, ſuperſtes perſona dotem, uel propter nuptias donationem ſecundum pactiones factas lucretur: ita tamen, ut impares non ſint pactiones: non enim admittimus talem conuentionem, quæ marito quidem dimidiam partem dotis, muliere moriente, præſtat; uxori autem tertiam partem propter nuptias donationis, marito moriente. Exæquari pactiones ab utraque parte 2 † decet, ideoq; ſuperfluum unius portionis tollimus, ut etiam in perſona mariti tertia pars dotis expectetur: exæquationem enim partium ita fieri; Conſtitutio iubet, ut maior pars, diminuto ſuperfluo, ad minoris partis quantitatem concurrat. Si quid tamen ex dote lucratus fuerit maritus muliere mortua, vel ſi mulier lucretur ex donatione propter nuptias, mortuo marito, hoc habeat pleno iure, & habeat poteſtatem, quo uoluerit modo eam diſponere, 3 † ſiue per legatorum titulum, ſiue alia quauis alienatione. Si autem decedens res non alienauerit, uel omnes, uel quaſdam ex eis, maneant apud liberos præcipui honoris, uice, ſiue ſi ipſi fuerint hæredes ab ea perſona, quæ tale lucrum ſenſerit, 4 † ſiue non, niſi fortè ingrati circa eam extiterint.

2 † Perſona.

3 † Conſumere.

4 † Sumpſerit.

CXLV. De ingratis liberis, uel contra.

Si enim ingrati circa eam perſonam extiterint liberi, qui lucri aliquid acceperint, quamuis tales res non alienauerit, ſpecialiter ſiue inter uiuos, ſiue in teſtamento ſuo, attamen hæredes eius eaſdem res capiant excluſis, videlicet modis omnibus liberis. Illud autem certum eſt, quod ſi filij ſint, & ex ante defunctis filijs nepotes pariter cum ſuis patruis, ſiue auunculis in eundem honorem perueniant, ſi tamen ſui patris hæreditatem amplectuntur. Hoc autem ſolum non in dote, & donatione propter nuptias teneat, ſed etiam in illis matrimonijs, quæ ſine dotibus 5 † conſiſtunt, in quibus quartam partem ſubſtantiæ ſuę maritus, uel uxor læſę perſonę compellitur dare, ſecundum præfatam diuiſionem.

5 † Dotalibus inſtrumentis.

CXLVI. De muliere, quæ poſt mortem mariti, &c.

Si mulier poſt mortem mariti, nondum annali ſpacio completo, ad ſecundas peruenerit nuptias, omni quidem modo inter infames erit: ſed ſi quidem liberos ex priori matrimonio non habeat, infamiam quidem exoluere poterit, ſi preces Imperatori porrexerit, & diuino Principis nutu priori opinioni reſtituta fuerit. Res autem ex priore marito ſibi relictas nullo modo lucrabitur. ſed decem perſonis res eodem modo acceſcunt, id eſt, vſque ad ſecundum gradũ in ſuperioribus, & inferioribus, & ex latere uenientibus denumeratione facta, eodemque modo decem perſonis collectis. Sunt autem hæ pater, & mater, & auus, & auia, filius, & filia, nepos, & neptis, frater, & ſoror. His autem perſonis non apparentibus, & ea, quæ priori marito tali uxori relicta ſunt, fiſci viribus vendicentur, ſed neque propter nuptias donationem potiri conceditur, quamuis pactionum tenor declarauerit, ſed nec copulato ſibi ſecundo marito, ante annale tempus poterit dotem dare ultra tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ. ſed nec ab aliquo extraneo capere aliquid per ultimam uoluntatem permittitur: omnino enim cum alio non habet teſtamenti factionem, ideoque nec hæreditatem ſibi relictam nec legatum, neque fideicommiſſum, neque mortis cauſa donationem capere poterit, ſed ea, quæ relicta ſunt, ſiue legata, ſiue fideicommiſſa, ſiue hæreditatis particularis datio apud cohæredes bona defuncti perueniant, quos ab inteſtato leges uocant.

Hæc de his, quæ ex teſtamento tali mulieri relinquuntur. Nam ſi ab inteſtato ad agnatorum ſuorum hæreditatem uocentur, non omnibus ſuccedere poterit, ſed vſque ad tertium gradum ab inteſtato hęreditatem capiat, vlterioris autem gradus cognatis ideo non ſuccedat. Si autem liberos habeat, & non expectet anni ſpacium, ſed ad ſecundas properauerit nuptias, & hæc quidem infamis erit, ſed tamen nec Principis indulgẽtia priori reſtituetur famæ, nã ſi liberis ex priore matrimonio natis dimidiam partem ſubſtantiæ ſuæ donauerit purè, & ſine vlla conditione, ita ut nec vſumfructum 6 † retineat ſibi, ſed tempore ſecundi matrimonij ſimpliciter dimidiam partem facultatum ſuarum eis donet, hoc enim facto, & principali reſcripto ſecuto priſtinam famam ſibi renouabit. Inter eos autem liberos, quibus dimidiam partem bonorum ſuorum donauit, res donatæ ęqua portione diſtribuuntur, & ſi quidem filij ſint, in capita diuidantur res eis donatæ: ſin autem nepotes ſint, patris ſui portionem accipiant, ut videantur quodammodo in ſtirpes ſuccedere: & ſi quidem omnes liberi inteſtati deceſſerint, hæreditas eorum ad matrem perueniat, proculdubio dimidiam partem bonorum ſuorum, quam ſemel dedit, iterum receptura; quod, ſi teſtamento facto deceſſerint, neceſſe eſt res, quas reliquerint, ad ſcriptos eorum ſucceſſores peruenire.

6 † Vſum eius.

CXLVII. Si mulier ad ſecundas peruenerit nuptias, & de lucro dotis, & ante nuptialem donationem.

Si mulier poſt priores nuptias repudio, uel morte mariti ſolutas ad ſecundum migrauerit matrimonium, anno ſcilicet legitimo completo, ſi quidem nullos habeat liberos, ſine quæſtione res ſibi relictas à priore marito pleno iure poſſidebit, non ſolùm iure vſusfructus, ſed rerum etiam dominio potitura. Quod ſi liberos ex priore matrimonio habeat, & ad ſecundas peruenerit nuptias; in primis quidẽ carebit propter nuptias donatione; deinde autem omni alia liberalitate, quæ ad eam peruenerit, ſiue inter uiuos, ſiue in vltima voluntate maritus ei quidpiam dederit, vel reliquerit, ſiue inſtitutionis nomine, ſiue legati, vel fideicommiſſi cauſa,

Hoc

Hoc autem, quod diximus carere eam omnibus, quæ ex ſubſtantia mariti ad eam peruenerint, intelligendum eſt, quantum ad rerum dominium: vſuſfructus enim earum rerum ipſi mulieri permaneat, proprietate, ſ. eo tempore liberis competente, quo ſecundas nuptias mater eorum contraxerit: Sin autem illa deceſſerit, etiam vſuſfructus eis accreſcat. Et hæc omnia iura communiter locum habent tam in vxoris perſona, quam mariti, ſi fortè ipſe ſecundas contraxerit nuptias nulla diſcretione habita, vtrum dotem, uel propter nuptias donationem pro ſe ipſi dederint, an alius mag's pro eis. [Nec poſt diſſolutum matrimonium liceat ſuperſtiti res dotales uendere, vel pignori ponere; ſed vſumfructum capiat: non fit præſcriptio alijs contrahentibus niſi 30. ann. poſt pupillarem ætatem, aut poſt obitum parentum ſi tacuerit. nam unus ex parentibus non liceat filijs agere, ſi res diſtractæ fuerint.

his notis () incluſa deſunt in alijs excęp.

CXLVIII. Idem.

Adeo autem prædictarum rerum poſt ſecundas nuptias patris, uel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit, ut non poſſit pater, uel mater eorum res eaſdem firmiter alienare, nec hypotecæ titulo obligare: quoniam ius utendi, fruendi tantummodo parentibus conceſſum eſt, ſed clementius quidem res temperabitur, vt ſtatim quidem liberi non poſſint ſuum parentem uetare, ſi eaſdem res alienare voluerit, ſed poſt obitum eius ea vindicabunt ſine vllo obſtaculo. & non ſolum ipſi, ſed etiam eorum hæredes res diſtractas, vel pignoratas vindicabunt. & non ſolum aduerſus emptores, vel creditores, ſed etiam contra ſucceſſores eorum in rem mouebitur actio, nulla temporali præſcriptione excluſi: niſi fortè triginta annorum curricula tranſacta fuerint: quæ computari oportet ex eodem tempore videlicet, quo liberi ſuæ poteſtatis effecti ſunt, excepta videlicet pupillari ætate: quia impuberibus nulla temporis computatio currit.

CXLIX. Idem.

Nullam poſthac electionem habeat pater, uel mater ad ſecundas perueniens nuptias, res prædictas, cui voluerit liberorum ſuorum adijcere: ſed ad homines liberos huiuſmodi res ueniant in capita diſtribuendæ: niſi fortè nepotes ex filio, vel filia proponantur. hi enim in ſtirpes vocantur, & patris ſui, vel matris portionem accipiunt. Illud autem, quod ſupra diximus, vt in talibus rebus alienatio à parente facta irrita non ſit, non ſine diſtinctione teneat, ſed interdum pro parte valeat, id eſt, pro ea, quam caſus ille facit, qui extat, nullis liberis ſuperſtitibus, pro rata, ſcilicet totius pactionis.

Hoc autem, quod dico tale eſt: quædam mulier nupſit, & pepigit cum marito ſuo, ut ſoluto matrimonio, ſi liberi ſuperſtites fuerint, totam propter nuptias donationem habeant, ſi nulli liberi ſuperſtites fuerint, tertiam partem habeat mulier. Ecce, in hoc caſu, ſi diremepto priore matrimonio, ſecundas contraxerit nuptias mulier, tribus liberis ſuperſtitibus, & vnus ex his deceſſerit, partem tantam mulier pleno iure poſſidebit, & alienare firmiter poterit, quantam mors alij lucrari eam patitur ex tertia portione, quæ illo caſu continetur, qui locum habet, ſi liberi ſuperſtites non ſint, id eſt, vt tertiam particulam tertiæ partis mater lucretur, eamque firmiter alienare poſſit: in cæteris autem portiunculis inutilis ſit alienatio. quod ſi contigerit, omnes liberos mori ſine liberis, neceſſe eſt totam tertiam portionem matrem habere, quam habuiſſet ab initio, ſi, nullis liberis ſuperſtitibus, priores nuptiæ ſolutæ fuiſſent. Ex his igitur illud apparet, quod alienatio à parente facta interim in ſuſpenſo eſt, & poteſt pro parte quidem ualere, uno filio defuncto, pro parte autem in ſuſpenſo eſſe: vt ſi omnes liberi moriantur tota, tertia portio firmiter alienata eſſe uideatur. Illud indubitatum eſt, quod filius ingratus circa parentes oſtenſus huiuſmodi portione excludendus erit. in hoc enim tantummodo caſus ius electionis parenti conceditur. Ingratum autem intelligere debemus eum, qui circa patrem, & matrem ingratus probatur uel omnimodo q circa eum ingratus eſt, qui vltimus deceſſerit.

CL. Qui, quæve ad ſecundas migrauerit, nuptias, non habeat licentiam liberalitatem vllam conferre in nouercam filiorum ſuorum, vel &c.

Pater uel mater, qui quæve ad ſecundas migrauerit nuptias, non habet licentiam ſiue inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate liberalitatem ullam conferre in nouercam liberorum † ſuorum, uel uitricum ultra eam partem quæ ad unumquenque liberorum ſuorum ex ſubſtantia eius peruenerit. Ideoque ſi unum filium habeat, dimidiam partem eidem filio ſuo conſeruet, & alteram partem nouercæ, uel uitrico præſtet: ſin autem duos filios habeat, tertiam tantummodo portionem bonorum ſuorum nouercæ, uel uitrico liceat ei præſtare: quòd ſi tres habeat liberos, quartam partem, ſi uelit, det: & regulariter tantam partem nouercæ, uel uitrico liceat ei dare, quantam ſinguli liberi habent. Sed & ſi in teſtamento ſuas facultates diuidere parens uoluerit, & nouercæ, uel uitrico quidpiam donare uoluerit legati, uel fideicommiſſi nomine, pariter ſubſtantiam ſuam diſtribuat, ut uitricus, uel nouerca unius liberi portionem habeat. hæc, ſi liberis ſuis non ex diſparibus partibus facultates ſuas parens diuiſit. nam ſi diſpares portiones eis præſtiterit, neceſſe eſt nouercam, uel uitricum illi filio comparari, qui minimam portionem acceperit: ita tamen, ut unuſquiſque liberorum non minus lege Falcidia habeat, niſi fortè appareat ingratus. Id autem, quod diximus de patre, & de matre, teneat & in auo, & in auia, & non ſolum in filio filiaue propoſitis, ſed etiam in nepote, nepteve.

1 † filiorum.

CLI. Cuius temporis computatio expectari † debeat, & quomodo ſuperflua quantitas diſtribui debeat.

2 † ſpectari.

Sed eſt quæſitum multoties in iudicijs, quo tempore computationem patrimonij parentis facere debeamus: utrum eo, quo dotem, uel ante nuptias donationem, uel aliam qualemuis liberalitatem adſcripſit, uel dederit uitrico, uel nouercæ, an magis illud tempus ſpectari oportet, ex quo parens mortuus eſt. & dicimus, euentum inſpici oportere, id eſt, illud tempus, quo parens mortuus eſt: ut ſecundum patrimonij quantitatem, quod poſteà inuentum fuerit, ita diuiſio fiat inter liberos ex priori matrimonio natos, & nouercam, uel uitricum: ita ut ſi quid plus nouercæ, uel uitrico datum, uel relictum fuerit, hoc redeat ad liberos, qui ex priore matrimonio nati ſunt, & pariter inter eos diſtribuatur. Sin autem ex ſecundo matrimonio liberos reliquerit, id, quod de ſua ſubſtantia amplius ęquo dedit, irritum factum inter omnes & ex priore, & ex ſecundo matrimonio natos liberos diuidatur. Illud uerò certum eſt, quòd & primi, & ſecundi, & tertij matrimonij liberi ſinguli ſuæ matris dotem, uel proprij ſui patris ante nuptias donationem excipient, & æqualiter omnino 3 † diuidant, ſiue ad alias peruenerit nuptias pater, uel mater, ſiue non.

3 † omnimodo.

CLII. De legato ſuperſtiti perſonæ relicto.

Si autem legatum defuncta perſona ſuperſtiti parti reliquerit, deinde ſuperſtes noluerit 4 † ad alias nuptias uenire, liceat ei ſuo iure legatũ poſſidere, & alienare ſiue inter uiuos ſiue in ultima uoluntate, & liceat ei, eo, quo uoluerit, modo diſponere.

4 † uoluerit.

CLIII. Si repudio matrimonium ſolutum ſit, quid ſtatui oporteat de lucris nuptialibus.

Omnia autem, quæ diximus de lucro dotis, uel propter nuptias donationis ex morte mariti, uel uxoris ad alterutram perſonam peruenientis, trahenda ſunt etiam ad ea lucra, quæ, per repudium matrimonio ſoluto, ad utramque partem perueneniant. Idem iuris eſt, & ſi bona gratia nuptiæ diſiunctæ ſunt: liberis enim res lucro cedentes ſeruabuntur. Idem dicimus & de eo lucro, quod mulierib præſtare neceſſe eſt ſine dotibus nuptis. quartam partem enim, quam ex facultatibus mariti acceperint, liberis ſuis ſeruare coguntur. Et ſi ſecundas contraxerit nuptias maritus filij ſui, & priori matrimonio nati res, quas lucratus eſt, cuſtodiat.

CLIIII. De augenda, uel minuenda dote, uel propter nuptias donatione.

Libera licentia fit tam mulieri, quàm etiam marito tam augere, quàm diminuere dotem, uel propter nuptias donationem, etiam adhuc conſtante matrimonio: quod in primis quidem nuptijs ſine diſtinctione uerum eſt: in ſecundis autem nuptijs, liberis quidem ex priori matrimonio extantibus, diminuere dotem, uel ante nuptias donationem non licebit, quamuis augere eas non eſt prohibitum. Sin autem nulli liberi ex priore matrimonio ſint, & tunc augere, & diminuere dotem, & propter nuptias donationem ſine ullo obſtaculo licet.

CLV.

CLV. Si vſuſfructu a marito relicto, vel contra, fiant ſecundæ nuptiæ.

Si quis in vltimis ſuis elogijs vſumfructum uxori ſuæ reliquerit, ſiue mortis cauſa donauerit, vel viuus vſumfructum ei conceſſerit, poſteaque ad ſecundas nuptias uxor migrauerit, non ſtatim ei pereat uſuſfructus, ſed habeat eum integrum mulier, quoad uixerit, poſt mortem autem eius redeat uſuſfructus ad ſuam proprietatem. Hæc autem ita ſint, niſi ſpecialiter maritus, qui donauit vſumfructum, ſub hac conditione dederit, ut ſi mulier ad ſecundas peruenerit nuptias, uſuſfructus extinguatur. Idemque dicimus, & ſi mulier marito ſuo uſumfructum donauerit, uel in ultima uolūtate reliquerit: ſed hęc de iure utendi fruendi dicimus, quod liberalitate alteri ab altero datum eſt.

CLVI. Si uſuſfructus dotis nomine, uel propter nuptias donationis cauſa conſtituitur.

Si autem vſuſfructus dotis cauſa, vel propter nuptias donationis gratia datus ſit, tunc uetera iura illibata maneāt, i. ut apud maritum, uel mulierem ſit, quamuis contrarium in ſuo teſtamento perſona decedens expreſſerit.

CLVII. De rebus maternis, uel nuptiarum lucris, quæ ad filiumfamilias peruenerunt, & de caſtrenſi, uel quaſi caſtrenſi peculio.

Quodcunque filius, uel filia acquiſierit, ſiue ex materna linea, ſiue ex cauſa nuptiali, ſiue qualitercunque, huius rei vſumfructum omnimodo pater habeat, quamuis ſecundas contraxerit nuptias. Loquimur autem de liberis, qui in poteſtate parentum ſunt, exceptis uidelicet caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus peculijs: ea enim ſine aliqua diſtinctione parentibus non acquiruntur, neque quod ad proprietatem pertinet, neque quod ad vſumfructum ſpectat, ſed ſunt pleno iure liberorum, quamuis in poteſtate parentum fuerint.

CLVIII. Si mulier res, quas liberis ſuis donauit, quaſi ab ingratis, uel ſecundas nuptias ſuas reuocare maluerit.

Si mulier liberis ſuis res, quas donauerit, poſteaꝗ ad ſecundas peruenit nuptias, & ingratitudinis uelamento donationem ſemel à ſe factam reuocare maluerit, nullo modo poterit hoc facere, niſi ſpecialiter probauerit, uel quód vitæ eius filius inſidiatus eſt, uel quód manus impias ei intulerit, uel quód tales inſidias ei concinnauerit, ut facultatibus ſuis totis priuetur.

CLIX. Vt ſecundo marito copulata mulier prioris uiri dignitatibus, uel priuilegijs non utatur.

Mulier, quæ ad ſecundas migrauerit nuptias, priuilegijs, uel dignitatibus prioris uiri non utetur.

CLX. De libertis mulieribus, quæ patronis ſuis coniunctæ ſunt.

Si liberta mulier patrono ſuo copulata nuptijs quidem eius ipſa renunciauerit, ad ſecundum autem matrimonium migrare uoluerit, id facere, inuito patrono, non poterit, alioquin ſi contra uoluntatem eius nupſerit, non ſunt nuptiæ, ſed ut meretrix coniuncta eſſe videtur.

CLXI. Si adhuc conſtante matrimonio, dotem maritus uxori ſuæ perſoluerit.

Conſtante adhuc matrimonio, maritus uxori ſuæ dotē non facile compellitur reddere, niſi ſit cauſa legibus cognita, alioquin, ſi temerè dotem uxori ſuæ ſoluerit maritus, donaſſe ei videbitur & ideo, mortua muliere, dotem reddere hæredes eius marito debent cum fructibus, ſcilicet, qui medio tempore nati ſunt. & non ſolum ipſi marito, ſed etiam hæredibus eius. Ideoque & lucra dotium ſic tractantur quaſi non eſſent redditæ, ut & pacta dotalia cōſeruentur, & ſi ſecundas nuptias maritus contraxerit, filijs ſuis ex priore matrimonio natis, res, quas lucratus eſt, cuſtodiat.

CLXII. Si mulier ſuorum liberorum tutelam adminiſtrauerit, & ad ſecundas conuolauerit nuptias.

Si mulier liberorum ſuorum tutelam adminiſtrauerit, & poſt inchoatam adminiſtrationem ad ſecundas migrare uoluerit nuptias, prius filijs ſuis impuberibus tutorem petere debet, eique 1† rationem adminiſtrationis ſuæ reddere, & poſt redditam rationem, ſi debitrix appareat, debitum ſuum ſoluere debet: deinde, ſi uelit, ad matrimonium ſecundum perueniat. Sinautem hac obſeruatione contempta ſecundas contraxerit nuptias, non ſolum res ipſius, ſed eſt, matris liberis eius hypothecæ titulo ſupponantur. Sed etiam res uitrici ex præſentis Conſtitutionis auctorita[te]. Et ſi filij impuberes moriantur, ſucceſſionem eorum mater lucrari non ſperet, 2† ſiue ab inteſtato ei deferatur eorum ſucceſſio, ſiue ex teſtamento, quod fortè pater eis pupillari modo matrem eorum ſubſtituit. Et non ſolùm tales pœnas patiatur, ſed etiam illas, quæ de illis mulieribus dictæ ſunt. quæ ſi probatæ fuerint, antequā legitimum tempus, id eſt, annalem ſpacium prætereat, ad ſecundas nuptias properaſſe, ut ſint infames: & tales 3† pœnas ſuſtineant, quas ſupra poſuimus. Solui autem pœnæ poſſunt, ſi principalis indulgentia remiſerit eas ſecundum iam traditam obſeruantiam, id eſt, ſi dimidia pars bonorum matris liberis donata fuerit, ut nec vſuſfructus rerum matri concedatur eorum. Idem autem dicimus, & ſi naturalium liberorum mater tutelam adminiſtrans, ad ſecundas conuolauerit nuptias. Eaque cuſtodiri oportet, in prouincijs quidem cura, & ſolicitudine Præſidum; in Imperiali autem ciuitate cura, & ſolicitudine tam Præfecti vrbe, quàm Præfecti prætorio.

1† eiſque.
2† poſſit.
3† alias

CLXIII. Si ſub conditione mater à patre legatum, uel fideicommiſſum reliquerit filio ſuo.

Si pater iuſſus, vel rogatus fuerit legatum, vel fideicommiſſum filio ſuo ſub conditione præſtare, non aliter legatorum ſeruandorum cauſa ſatiſdare cogatur, niſi ſecundas contraxerit nuptias.

CLXIIII. De clericis, qui nuptias contrahere non poſſunt.

Clericus, qui ſupra lectores, & cantores eſt, ueluti ſubdiaconus, vel diaconus nullas nuptias contrahere audeat, alioquin ſacerdotio cadat. Lector quoque, ſi, ſecundas contraxerit nuptias, ad maiorem gradum ordinis eccleſiaſtici prohibeatur aſcendere. Laicus etiam, ſi appareat vxori coniunctus eſſe, quæ alium maritum habuit, aut ſi non iure coniunctus ſit, aut ſi ipſe aliam uxorē habuit, neque ſubdiaconus, neque diaconus, neque presbyter fieri poterit. Nam & ſi clandeſtinis artibus ad conſecrationem irrepſerit, honore eius cadat.

CLXV. Si decedens maritus vxori ſuæ legauerit ſub conditione, ſi ſecundas non contraxerit nuptias, vel contra, id eſt, ſi vxor marito.

Si quis decedens reliquerit vxori ſuæ legatum ſub hoc modo, vt ad ſecundas nuptias non perueniat, uel ſi mulier marito ſuo legatum reliquerit, vt ſecundum ille non contrahat matrimonium, correcta lege Iulia Miſcella, præſtetur legatum ſub obſeruatione huiuſmodi, vt in primo quidem anno legatum non exigatur, niſi fortè ſacerdotium legatario obuenerit: vt nuptiarum nulla ſpes ſit. Anno autem primo tranſacto, ſi quidem res legata immobilis ſit, ſub cautione tamen iuratoria, & obligatione bonorum ſuorum, quod ſecundis quidem ab eo contractis nuptijs rem qualem accepit, reſtituat cum fructibus medio tempore natis. Sinautem res legata mobilis fuerit; ſi quidem legatarius, vel legataria locuples fuerit, ſimili cautione, atque obligatione bonorum ſuorum rem legatam ſibi capiat; ita, vt ſecundis nuptijs contractis, res, qualis data eſt, reddatur, vel diminutio eius reſarciatur. Sinautem pecunia numerata legata ſit, cum vſuris ſuis reddatur, quæ legatario ſolutæ ſint ab ijs, quibus pecuniam mutuauit, ſacramento prius ab eo præſtito, quód nihil ex vſuris ſibi ſolutis celauit. Quód ſi non mutuauit quidem pecuniam ad vſuram, ſed ad vſus ſuos conuertit, uſurarum nomine tertiam centeſimæ det: hæc ſi locuples fuerit legatarius, vel legataria. Sinautem minus ſoluendo fuerit, fideiuſſorem dare cogatur. quód ſi nec fideiuſſores dare poſſit ſub cautione iuratoria, & obligatione ſuorum bonorum res ei præſtentur: ſtatim autem atque ad ſecundas peruenerit nuptias, res legati nomine datæ vindicentur apud qualem perſonam inuentæ fuerint, ſiue mobiles ſint, ſiue immobiles, & omnino uindicatio rerum ita fiat, quaſi alienatio earum ab initio facta non eſſet. Sinautem pecunia numerata legata ſit, & legatarius, neque fideiuſſores habuerit, neque idoneus ſit: tunc ille a quo legatum ei relictum eſt, tertiam centeſimæ ei præſtet nomine uſurarum, donec ad ſecundas peruenerit nuptias, uel ſacerdotio fuerit conſecratus, ut nulla ſpes nuptiarum ſuperſit, uel mortuus fuerit legatarius. Nam ſi quidem ſecundas contraxerit nuptias reddat, quas acceperit, uſuras. Sin ad ſacerdotium uenerit, uel mortuus ſit, capiat, aut ipſe ſortem, aut hæredes eius.

Hæc autem omnia obſeruari decet, & ſi non maritus uxori, uel uxor marito, ſed extraneus quicunque ſub eadẽ conditione legatum reliquerit: nam & hic eadẽ teneat, quæ in marito duximus, & vxore, ne anteſata cautio detur: ſi quidem inſtitutio particularis ſit cohæredibus. Si autem legatum, vel fideicommiſſum relictum ſit hæredibus, vel ſubſtitutis, nemini autem ex his apparent, eis cautio præſtetur, qui ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti vocãtur, niſi forte ſpecialiter teſtator talem cautionẽ dari prohibuerit: nam & in hoc caſu voluntatem eius cuſtodiri æquum eſt.

CLXVI. Mulier, quæ ſecundas contraxerit nuptias, quemadmodum filij ſui ſucceſſionem capiat tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, loquitur autem in eodem capite, & de ſucceſſione fratrum.

Si filius decedens in teſtamento ſuo matrem hæredem inſtituerit. ſic inſtitutio eius habeatur, quaſi quiuis alius extraneus a defuncto hæres in teſtamento ſcriptus fuiſſet. Ideoque omnia, quæ filius reliquerit, ad matrem perueniant, nulla diſcretione habita, utrum res, quas filius dereliquit ex paterna ſubſtantia ad eum deuolutæ ſint, an nõ: vndecunque enim res ad filium peruenerint, tranſmittuntur ad matrem, nullaque ei matri quæſtio ab alijs filijs ſuis, ideſt, fratribus defuncti moueatur, quia & ſi alius extraneus à defuncto filio hæres inſtitutus eſſet, nihilominus omnes res teſtatoris accepiſſet: hæc, ſi mater in teſtamento à filio ſuo hæres inſtituta eſt, nulla habita differentia, verum ad ſecundas migrauerit nuptias, an non. Sin autem inteſtatus filius defunctus eſt. & mater, vel iam ad ſecundas migrauerit nuptias, vel poſtea migrauerit, vocetur quidem & ipſa cum fratribus defuncti filij ſui ad ſucceſſionem eius, ſed earum rerum, quæ ex paterna quidem linea ad defunctum filium peruenerunt, tantum vſumfructum habeat mater, ſi ſecundas nuptias contraxerit, vel ſi poſtea contraxerit. Si autem res ex alia cauſa filio defuncto acquiſitæ ſunt, tunc in iiſdem rebus æqua portione cũ fratribus defuncti filij ſuccedat, & non ſolùm ius utendi fruendi, ſed etiam & proprietatem habeat in iiſdem rebus excepta, videlicet, propter nuptias donatione. Ea enim in ſuis finibus regitur, & nullam innouationem ab hac Conſtitutione patitur: ſed in hoc toto iuris capite ingratitudinis ratio habenda eſt non ſolum ad matrem, ſed etiam ad fratres: cauſæ autem ingratitudinis in alia inferiori Conſtitutione exponuntur. Illud autem certum eſt, quod hoc caput Conſtitutionis ad futuros caſus, non ad præteritos pertinet.

CLXVII. Si mater alienare uoluerit eas res, quæ ad eam ex ſucceſſione filij deuolutæ ſunt.

Liceat matri in his rebus, quæ non ex paterna linea ad filium ſuum defunctum peruenerunt, ſi hæres ei extiterit, & teſtari, & alienare, & ad quem uoluerit modum diſponere. Quod ſi res permixtæ fuerint tam ex paterna linea, quàm ex alijs acquiſitæ, ueluti ex teſtamento, ex donatione, uel ex legato. vel alio huiuſmodi caſu: earum quidem rerum, quæ ex paterna linea filio defuncto obuenerunt, habeat vſumfructum: aliarum autem rerum pleno iure habeat proprietatem: hoc autem Conſtitutionis caput non ſolùm in futuris caſibus, ſed etiam in præteritis negotiis locum habeat, niſi forte, uel iudiciali ſententia, uel amicabili tranſactione ſopita ſint. Studeant autem parentes filios ſuos tam ex priori matrimonio natos, quàm ex ſecundis nuptijs procreatos ex æquis partibus hæredes ſcribere, niſi fortè quidam inter eos ingrati appareant, hoc autem magis perſuadentes, quàm legi neceſſitatem imponentes edicimus. 1 †

1 † Dicimus.

CLXVIII. Quæ cauſæ repudij ſunt.

Cauſas autem repudij in Conſtitutione poſitas ideo nõ diximus, qua in inferiore conſtitutione hoc caput pleniſſime inuenitur, & omnimodo ſiquidem prætermiſſum eſt, & in hac conſtitutione quaſi deletum, uel ſuperfluum expoſitum non eſt: & alias ideo conſtitutiones lege, te debes, quas tituli tibi competentes oſtenderint.
Dat. xv. April. CP. P. C. Biliſ.

CONSTITVTIO XXXVII.

CLXIX. Si quis unum de liberis, vel extraneum hæredem ſcripſerit, & rogauerit 2 † cum tempore, quo moreretur hæreditatem alijs reſtituere.

2 † rogaut uouerit.

SI quis unum ex liberis ſuis hæredem inſtituerit; id eſt, filium, filiamve, nepotem, uel neptem, & deinceps ſiue quoſdam ex eis, ſiue omnes ſimul, & rogauerit, ut tẽpore, quo moriantur, uel poſtquam mortui fuerint, alijs reſtituant hæreditatem, primum quidem unicuique eorum legis Falcidiæ modus præcipuus 3 † deducatur, & non ſupponatur fideicommiſſi grauamini: cęteras autem partes fideicommiſſario reſtituat integras: ita tamen, ut ſi propter nuptias donationem uxori, uel dotem marito dare maluerit perſona fideicommiſſo grauata, liceat ei hoc facere ẽt ex alijs rebus, quæ fideicommiſſo ſuppoſitæ ſunt, & reliquas res tantum fideicommiſſario cogatur reſtituere. Hæc autem Conſtitutio non habet locum in præteritis ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus, ſed magis in futuris caſibus. Nullum autem augmentum dotibus, uel propter nuptias donationibus fiat ad inſidias ſubſtitutionis, uel reſtitutionis; nam & ſi quid callidum perpetratum fuerit, nihilominus reſtitutio fideicommiſſi integra manebit poſt deductionem, ſcilicet, legitimæ Falcidiæ partis. Hoc autẽ, quod de Falcidiæ deductione loquitur Conſtitutio in liberis locum habet, quibus & pars Falcidiæ debetur. quod ſi hæres inſtitutus ex liberis non ſit, contentus eſſe debet ex deductione dotis, & propter nuptias donationis, & reliquas res fideicommiſſario hæreditarias reſtituere: dotem autem, vel propter nuptias donationem dari lex præcipit, honeſtam ideſt, neque ſatis modicam, ut ſit dedecus hæredi, neque ſatis immodicam, ut ſit graue fideicommiſſario, ſed medietatis cuiuſdam moderatione moderatam. 4 †

3 † In præcipuum, alias in principio.

4 † honoratam.

5 † ante.

CLX. Si, ſoluto matrimonio, mulier, quæ ſecundas non contraxerit nuptias intra 5 † annum cõpletum ab aliquo ſtuprata ſit.

Si mulier, defuncto marito, antequam annus legitimus tranſeat, ad ſecundas quidem nuptias non migrauerit, more autem meretricum ab aliquo ſtuprata conceperit, & pepererit, ut ſit clarum id, quod natum eſt, defuncti mariti non eſſe, eaſdem pœnas patiatur, quas ex ſuperiore Conſtitutione patitur ea, quæ ante tempus legitimum ſecũdas contraxerit nuptias, ideoque & ante nuptias donatione careat, ut nec tantum habeat ius utendi fruendi, alijsque pęnis anteſatis ſubijciatur, & ſit ſtupri quoque criminis obnoxia pęnis. Peius etenim eſt ſtuprari, quàm ſecundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere. Dat. xv. Cal. Maij CP. P. C. Biliſ.

CONSTITVTIO XXXVIII.

CLXVI. De quæſtoribus, ideſt Præfectis inſularum. *

HAec Conſtitutio quendam uirum Magnificum, Bonum nomine quæſtorem exercitui fecit: nam & more antiquo duplex erat Quæſtorum Magiſtratus, & unus quidem circa latus Principis erat, alter autem Quæſtor exercitui præerat. Diſpoſuit autem præſens Conſtitutio etiam annonas Quæſtoris, & conſiliarij eius, apparitionem quoque ei dedit ad imitationem quandam Præfecti prætorio ideſt, ſcriniarios, & ab actis, & præcones, & commentarienſes, & lampadarios, & omnem deinceps ordinem; ſed & annonas militum tam comitatenſium, quàm limitatenſium diſpoſuit, quomodo diſtribui debeãt. Subiecit autem ei & quinque Prouincias, ideſt Scythiam, & Myſiam, & Cariam, & omnes Cycladas inſulas, & Cyprum totam. Cauſarum quoque auditorium habere ei conceſſit, ut non obijciatur ei fori præſcriptio. Subiunxit autem & notitiam impenſarum. Et eſt promulgata hæc Cõſtitutio kal. Iunij, Indictione quintadecima P. C. Biliſarij.

* Hæc epitome eſt cõſtitutionis v. quæ deſideratur in Græcis, quæ non eſt eadem cum μ α, ut indicatum eſt in margine. nã in initio ſtatim conſtitutionis μ α huius mẽtio ſit, cũ inquit, [illegible] Intelligit enim conſtitu. quæ anno ſuperiore data fuerat, nẽpe ultimo anno indictionis xv, cum conſtit. μα. ſit ſubſcripta indictione prima ſubſequente. Ad hęc in conſti. μα. nulla ſit mẽtio annonarum, Quęſtoris, & apparitionis ei, & notitiæ impenſarum, q̃ hic in fine cõmemorat. Quare neceſſe eſt, ut diuerſæ fuerint, quamuis inſcriptione ſimiles eſſe uideãt.

CONSTITVTIO XXXIX.

CLXXII. De comite tertiæ Armeniæ.

HAec Conſtitutio prius quidem narrat de duabus Armenijs, quemadmodum adminiſtratæ ſunt: deinde de tertia Armenia loquitur, cuius Comiti ſeptingentos ſolidos annonarum nomine dedit, & cõſiliario eius ſeptuaginta duos aureos, & apparitioni ſexaginta. Loquitur autem & de quarta Armenia, cui præſtiti: Martyropolitanam ciuitatem, & locum, qui 1† Kitarizon appellatur, & Præſidem eius Conſularem eſſe iuſſit. Quatuor itaque Armenijs conſtitutis, primæ quidem Armeniæ Proconſulem, item & tertiæ Comitem inter ſpectabiles viros fecit. Secundæ autem Armeniæ, & quartæ Magiſtratus ordinarius eſſe præcepit.

1† Tariocō Rane.

CLXXIIII. Si in ſecunda Armenia appellatio porrecta fuerit.

Si appellatio litis uſque ad quingentos ſolidos pertinentis vſque a ſecunda Armenia orta fuerit, ad Proconſulis auditorium primæ Armeniæ perducatur. Sinautem in quarta Armenia ſimilis appellatio orta fuerit, in tertiam perducatur. De ſacerdotibus autem, uel conſecrationibus, uel de Metropolitano iure Epiſcoporum nihil Conſtitutio innouauit. Tertiæ autem Armeniæ Comiti etiam milites ſubiecit, & iuſſit eum audire, & militares cauſas militum, & legitimo calculo dirimere. Datum 15. Kalen. April. poſt conſul. Biliſ.

CONSTITVTIO XL.

CLXXIIII. De Tabellionibus, ſiue inſtrumentorum fide.

TAbelliones ipſi per ſe conueniant cum eis, qui inſtrumenta quædam componere uolunt, & non aliter chartas complere audeāt, niſi cauſas cognoſcāt, vt interrogati à iudicibus, reſpondeant, qualis eſſet cauſa, propter quam inſtrumenta compoſuerunt, & maximè ſi literarum imperiti fuerunt hi, qui inſtrumenta fieri deſiderauerunt.

Hoc autem obtineat tam in Conſtantinopolitana ciuitate, quàm in alijs prouincijs. Pœnam autem conſtitutio definiuit aduerſus eos tabelliones, qui aliter fecerint, ſtationum amiſſionem: ita, vt ſi diſcipulus eorum miſſus fuerit ad inſtrumenti compoſitionem, ipſe habeat ius ſtationis. Quod ſi indignus ſit diſcipulus auctoritatem ſtationis ſuſcipere, prior quidem tabellio modis omnibus remoueatur, alijs autem pro eo dignus ſtationem accipiat: ita tamen, ut nullus ſentiat damnum dominus ſtationis, ſed habeat reditus in agros: tabellio autem amittat ius ſtationis, quia dedignatus eſt conuenire cum eis, qui inſtrumenta componi ſibi deſiderauerunt.

Nullam autem excuſationem habeant tabelliones morbi, uel occupationis; duorum enim alterum neceſſe eſt. uel cauſas eas cognoſcere, & inſtrumenta eorum facere, uel ſi ignorent, nec facere.

In Conſtantinopolitana autem ciuitate liberam habeant facultatem omnes tabelliones unum tabellionem apud Magiſtratus cenſus præponere, 2† & licentiam ei dare, & inſtrumenta facere deſiderantibus in eorum ſtatione, & in abſoluendis inſtrumentis uenire, & nulli alij licentiam eſſe hoc facere, niſi ei, qui tabellionibus præpoſitus ſit apud Magiſtrum cenſus, ſicut iam diximus.

2† proponere.

Cæterùm ſi aliter obſeruatum fuerit, ea pœna tabellionibus immineat, quam ſuperius diximus. Inſtrumentum autem propter hoc ſolum non ſit irritum, ſed propter utilitatem contrahentium ualeat.

CLXXV. Idem.

Tabelliones non ſcribant inſtrumenta in alijs chartis, quàm [in his] quæ protocolla habent, ut tamen protocollum tale ſit, quod habeat nomen glorioſiſſimi Comitis largitionum, & tempus, quo charta facta eſt. Alioquin ſi aliam ſcripturam charta habeat, non admittant eam tabelliones. Hoc autem ius teneat in ſola Conſtantinopolitana ciuitate, quòd ſi aduerſus ea fecerint, pœna falſitatis ſubijciantur. Dat. xvj. kalen. Sept. C P. poſt Biliſ. V.C. Conſul Anno ſecundo.

CONSTITVTIO XLI.

CLXXVI. De Iudæis, & Samaritis, & hæreticis curialibus.

NEque Iudæus, neque Samarita, neque quiuis hæreticus curiæ muneribus excipiatur propter hoc ſolum, quod catholicæ fidei non eſt; ſed & munera curialia ſubeant, nullo honore curiali potiantur. nam curiales habent quædam priuilegia, veluti ut tormentis non ſubijciātur, ut non ab alia in aliam prouinciam retrahantur, & in ſumma, qui contra fidem catholicam ſentit, munera quidem curialia ſubeat, honorem autem, uel priuilegium nullum habeat.

CLXXVII. De teſtimonijs hæreticorum.

Si hæreticus contra hæreticum litiget, liceat cuiuis eorum hæreticum teſtem adducere: ſinautem orthodoxus contra hæreticum litiget, pro orthodoxo quidem etiam hæretici teſtimonium ualeat. Orthodoxis autem litigantibus, ad teſtimonium nullus hæreticus pateat aditus: interdum autem etiam aduerſus orthodoxum hæretici teſtimoniū probabile eſt, quod cōtingit, ſi orthodoxus in curialē conditionē trahāt: tūc enim hæreticus aduerſus eū rectè teſtis producitur, ut dicat, ſe ſcire eum curialem eſſe, uel curiali patre genitum. Datum xv. kalen. Sept. P.C. Biliſarij.

CONSTITVTIO XLII.

CLXXVIII. De præfatione inſtrumentorum.

PVblica inſtrumenta, uel monumenta, tam ea, quæ in iudicijs conficiuntur, quàm ea, quæ apud magiſtrum cenſus, ſiue apud defenſores conſiſtunt. Inſtrumenta etiam, quæ tabelliones ſub qualicunque figura conficiunt tam in Conſtantinopolitana ciuitate, quàm in prouincijs, hæc omnia huiuſmodi initium totius ſuæ ſcripturæ habeant, [Imperante illo diuo Auguſto, Imperij anno illo.] & poſt hæc inferant Conſulum quoque appellationem, & omnem ueterem obſeruationem inſtrumentorum cuſtodiant, & ſi forte tempora quoque ciuitatum prouincialiū in inſtrumentis ſcribi ſolitum eſt, ea conſueto more ſcribantur. Huius autem iuris præceptio a prima indictione incipiat.

CLXXIX. De litteris inſtrumento non ſcribendis.

Qui ſcribunt tempora in monumentis publicis, non utantur litteris illis ueteribus, & obſcuris, ſed per Græcas litteras tempora ſcribantur, ſi monumenta Græcè compoſita ſint. Sinautem Latinè monumenta confecta fuerint, Latinis quidem litteris tempora ſcribantur, ſed claris litteris. & quæ poſſit quicunque Latinus litteratus cognoſcere. Dat. prid. kalend. Septemb. Imper. D.N. Iuſtin. PP.A. Ann. poſt Biliſ. V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO XLIII.

CLXXX. Si quis modum ſubſtantiæ ſuæ in ſcriptis declarauerit.

SI quis ſua manu cōſcripſerit uel alterius manu ſubſcripſerit, ſiue in ſuo teſtamēto, ſiue ſine teſtamēto in quauis chartula modum ſubſtātiæ ſuæ declarauerit, idq; fecerit omnibus hæredibus ſuis præſentibus, uel omnibus abſentibus, uel quibuſdā ex his præſentibus, quibuſdā abſentibus, non liceat hæredibus eius talem ſcripturam recuſare, non dicere, quod unus ex cohæredibus res quaſdam a teſtatore relictas ſubripuit, & celauit. Si enim teſtator cum ſacramento expreſſerit, nihil aliud ſibi ſupereſſe extra ea, quæ in præfata ſcriptura continentur, neceſſe habeāt hæredes ſcripturam eius ſequi, ſiue liberi eius ſint, ſiue extranei, & neque ſerui hæreditarij tormentis ſubijciantur, neque alia ulla probatio ueritatis exquiratur.

Hoc autem totum ius pertinet ad hæredes: nam creditoribus nullum præiudicium facit uox teſtatoris, eiuſdemque debitoris. Licet enim creditoribus omnia perſcrutari, & ueritatem exquirere, & ſuo commodo uti: ſed & hæredes neceſſe eſt ſequi ea, quæ teſtator dixerit,

ſcripſerit, ſubſcripſerit, vel quocunque modo declarauerit. Cæterùm ſi vocem teſtatoris reprobant, etiam hæreditatem eius amittant: quod non ſolùm in futuris caſibus, ſed etiam in cauſis adhuc pendentibus teneat. Dat. xv. Kal. Sept. C. poſt Biliſ. V. C. Coſ. Anno ſecundo.

CONSTITVTIO XLIIII.

CLXXXI. De temporibus appellationum.

SI quis aduerſus ſententiam iudicis prouocauerit, & in iudicio appellationibus deſtinato, præſtò non fuerit, liceat litigatori, aduerſario eius abſente, intrare in iudicium, in quo prouocatio exerceri debeat: intra biennium tamen, ut unus, verbi gratia, menſis ſuperſit, & dicat ſuas allegationes iudicibus, etiam abſente eo, qui prouocauit. Iudices autem non omnimodo pro eo, qui præſto eſt, ſententiam dicant, ſed interdum etiam pro abſente (id eſt, pro eo, qui prouocauit iudices) victricem calculum ferant, ſcilicet ſi bonam cauſam habeat. Ne autem abſentia eius impunita relinquatur, omnimodo prouocationis impenſas aduerſario ſuo præſtet, ſiue victus fuerit.

Quod ſi vtrique poſtquàm ſtatuto legibus die intra fuerunt, in abſentia fuerint, maneat prior ſententia: cætera autem omnia iura, quæ de appellationibus poſita ſunt, in ſuo permaneant ſtatu. nam hæc Conſtitutio de his loquitur, qui in abſentia fuerint, poſtquàm ſtatuto die intrauerunt.

CLXXXII. De comparatione literarum ſiue ex publico inſtrumento, ſiue ex chirographo.

Eſt quædam conſtitutio in quarto libro Codicis poſita, qua cauetur, vt ſi de fide literarum dubitatio emerſerit, comparatio earum fiat ex inſtrumento publico, quod per tabellionem factum eſt. Vnde quæſtio emerſit ex cauſa cuiuſdam, quæ erat talis. Quidam proferebat chartulam ſine tabellione compoſitam, & ex ea intentiones ſuas probabat: ſed & aduerſarius eiuſdem manus aliam chartulam ſine tabellione compoſitam proferebat, & ſuas allegationes confirmabat. Sed alter ex litigatoribus dicebat ei, literas chartulæ ſcriptas eiuſdem manus nõ eſſe, ideoque comparationem fieri literarum ex publico inſtrumento exigebat. Ille autem dicebat ſufficere comparationem fieri cum ea chartula, quam ipſe producebat aduerſarius: ſed ex contrario ei reſpondebatur, illam chartulam ſine tabellione compoſitam eſſe. quærebatur quid iuris ſit: & noſter Imperator conſtituit in hoc caſu etiam ex chartula ſine tabellione compoſita rectè fieri comparationem literarum. ipſe enim, qui tale inſtrumentum produxit, fidem eius probaſſe primus intelligitur.

Fiant autem comparationes & ex publicis ſcrinijs, veluti ſi apocha prolata fuerit à menſa glorioſiſſimi Præfecti prætorio. Sed & quod ex publicis monumentis prolatum fuerit, hoc quoque idoneum videatur ad comparationem, quippe cum publico teſtimonio confirmetur. Omnes autem literarum comparatores prius ſacramentum præſtent, & tunc deinde faciant comparationes.

CLXXXIII. De iureiurando propter calumniam dando, uel propter dilationes petendas, aut probationes exigendas.

Omnes litigatores, poſtquam iuſiurandum de calumnia iurauerint, hoc quoque iureiurando ſuo addant, quòd non dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi aduerſarij gratia probationes in tota cauſa ab aduerſario ſuo exigant. nam antea in unoquoque capitulo litis, ſi litigator ab aduerſario ſuo probationes exegiſſet, iurare cogebatur, quod non calumniæ cauſa probationes exegit. Erat autem grauiſſimum in una cauſa quamplura ſacramenta præſtare: ideoque vnum iuſiurandum † ſufficit. Dat. xv. Kal. Sept. C. P. poſt Coſ. Biliſ. V. C.

† In quibuſdam exem. hęc adduntur, ſufficit, quamuis aliqui pro vnaquaque calũnia dederint unũ ſacramentum quod nobis placet. Cæterum quæ ſequitur iuramenti, prorſus deeſt in noſtris manuſcrip. exemp.

Formula iuramenti de calumnia.

Quod ſacramentum calumniæ ſit ita in primis quidem actor iuret. Hanc litem, quam moui, calumniandi animo non moui, ſed exiſtimo, me bonam habere cauſam, nec dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi aduerſarij gratia probationes in tota hac cauſa ab aduerſario meo nullas exigam: ſi Deus. [Poſteà reus ita:] Ego putans bona inſtantia cauſæ ad contradicendum perueni, nec dilationis, nec calumniæ cauſa, nec uexandi aduerſarij gratia probationes tota hac cauſa ab aduerſario meo illas exigam: ſi Deus.

CONSTITVTIO XLV.

CLXXXIIII. Vt ſcenicæ mulieres non coarctentur in eadem turpitudine permanere.

ERant quidam impij homines, qui mulieres miſeras in ſcena prodire hortati iuſiurandum ab ijſdem mulieribus exigebant, quod nunquam meretrices eſſe deſinant. hoc autem crudele, & à pietate procul noſtro Principi viſum eſt.

Ideoque conſtituit, vt liceat meretricibus honeſtam uitam tranſigere ſine aliqua pœna, ſine aliquo timore, quamuis iuratoriam cautionem expoſuerint. Hi autem, qui tale iuſiurandum exegerunt, & contra caſtitatem operam ſuam dederunt, pœnæ nomine decem libras auri perſoluant ijſdem meretricibus, quæ ſacramenta dederunt, pœna autem decem librarum Officio Præſidis efflagitetur; quòd ſi præſes neglexerit, de ſuo patrimonio pœnam præſtare cogatur, & Magiſtratu ſibi commiſſo cadat, & non ſolum mulieribus, ſed etiam hæredibus, & alijs ſucceſſoribus earum pœna ſoluatur. Hæc, ſi priuatus ſit, qui ſacramentum à meretrice exegit.

Si autem ipſe Præſes ſacramentum à meretrice exegerit, teneatur quidem eadem pœna: ſed exactio pecuniæ fiat Officio militaris iudicis, ſcilicet, ſi talis iudex in illis locis fuerit: quod ſi militaris nemo fuerit iudex, metropolitanæ ciuitatis Epiſcopus pœnam exigat, cui & uicinæ Prouinciæ Præſes fauere debet, forſitan maiore imperio decoratus. Dat. Kalend. Septemb. poſt. Conſ. Biliſ. iterum.

CONSTITVTIO XLVI.

CLXXXV. Vt ciues, uel uicani pro alijs ciuibus ſuis uel uicanis non teneantur.

SI quis in aliqua ciuitate, uel uico debitores habuerit, poſteaque alios homines ex eadem ciuitate, uel uico in alia ciuitate, vel in alio uico nundinarum gratia degentes inuenerit, non audeat eos, vel res eorum tenere, uel alieni debiti nomine pecuniam ab his exigere, uel pignora ab his extorquere. Nam ſi q̃d tale fecerit, omne quod inciuiliter exegerit in quadruplum reddere compellatur ei, qui iniuriam paſſus eſt. ſed & ſi quam actionem aduerſus debitorem ſuum haberet, eã quoque amittat. Hoc autem obſeruari debet cura & diligentia Præſidum, quibus grauiſſimæ pœnæ imminebunt, ſi præcepta ſaluberrima præſentis Conſtitutionis contempſerint.

CLXXXVI. Vt donationes in Imperatorem faciendæ ſine monumentis fiant.

Si quis Imperatori donare voluerit, ſufficiat ei ad perfectam donationem inſtrumentum liberalitatis modum continens, & non cogatur huiuſmodi donationis inſtrumẽtum publicis monumentis intimare, quamuis quingentorum aureorum quantitatem donatio facta excedat. nam nec Imperatoris donatio in priuatam perſonam facta publicis monumentis indiget. Dat. xv Kalen. Septemb. Impe. D. N. Iuſtin. PP. A, Anno xj. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

CONSTITVTIO XLVII.

CLXXXVII. De reis ab alio loco in alium retrahendis ex diuino nutu, uel iuſſione maximæ poteſtatis.

SI quis ex diuina iuſſione in ſcriptis habita, uel ex calculo Magiſtratus aliquem conuenerit, ut in alijs locis exhibeat [ſe] aut ſiſtat, ideoque & cautionem ab eo exegerit, quod intra certum tempus in iudicium deſtinatum venturus ſit; poſteaque tempus quidem certum tranſactum fuerit, & is quidem, qui cautionem expoſuit, præſto ſit; aduerſarius autem eius, id eſt, actor abſit, & decem dies poſt certum

tempus tranſierint, liceat reo præſenti, abſente actore, intrare apud iudicem, & oſtendere ſuam præſentiam, & actoris abſentiam, & ſtatim ab obſeruatione iudicij abſoluatur: ita tamen, vt ſacramentum præſtet de impenſis, quas impendit tam in profectione, quam in peregrinatione ſua: & in tantam quantitatem iudex actionem condemnet.

Cum autem ſoleant executores litium etiam ab actoribus cautionem exigere, quòd omnimodo peragant intentiones ſuas: ſin autem non peregerint, quod pœnæ nomine certos aureos præſtaturi ſint: iubet Conſtitutio, calumniam paſſo primum quidem pœnam cautionis ab actore præſtari: deinde ſi quid plus ſit in impenſis, quas reus fruſtra fecerit, hoc calculo iudicis eidem reo præſtetur, ſacramento tamen eius legitima taxatione moderato. Hæc autem ſi ita cuſtodiantur, iam deſinent homines in alienam ludere uitam, & ideò in locis competentibus hac pœna perterriti litigabunt.

CLXXXVIII. Idem.

Solent actores, qui in Conſtantinopolitanam ciuitatem homines trahere volunt, quod obnoxios ſibi dicunt, fideiuſſores dare, pœnam promittere peragendi litigij cauſa, & quod omnibus modis vincant, & ſic permittuntur a Prouincia in vrbem imperialem, quos ſibi reos eſſe putant, abſtrahere. Cùm autem ab alia Prouincia in aliam Prouinciam exhiberi reos actores deſiderabant, ſine fideiuſſione, hoc impetrabant: ſed noſter Imperator hac promulgatione conſtituit, vt nec ab alia Prouincia in aliam exhibitio reorum ſine fideiuſſione fiat; & neque Magiſtratus ampliſſimos, neque glorioſiſſimum Quæſtorem ex perſona Principis aliquid tale reſcribere audeat, id eſt, vt ſine fideiuſſione actoris rerum exhibitio ab alia in aliam Prouinciam fiat. Immo magis contrarium debet dictari, id eſt, ut non aliter fiat exhibitio rei, quàm ſi actor fideiuſſores præſtiterit, promittentes, quòd omnimodo peragat cauſam, & vincat: alioquin quod pœnæ nomine tot aurei præſtabuntur. Nam his eo modo ordinatis, ſi actor non peregerit cauſam, uel peragens, non obtinuerit, committitur aduerſus eum pœna, & aduerſus fideiuſſores eius, & reo præſtabitur. Si quid autem vltra quantitatem pœnalem exhibitionis occaſione reus impenderit, hoc ei iuranti dari æquum eſt, ſacramento ipſius antea moderato per legitimam taxationem, ſicut in præcedenti capite diximus.

CLXXXIX. De admonitione reorum, ſiue de in ius vocando.

Si quis ex ſententia iudicis admonitus fuerit, habeat poſt admonitionem viginti dierum ſpatium, vt liceat reo, uel recuſare iudicem, vel alium quoque petere, vel ſimul ambo iudicent, vel fortè id, quod debent confiteri intra prædictos dies viginti. Poſtquam autem libellum accuſationis exceperit: perſonales præſtet fideiuſſiones, & ſportulas det conſtitutioni noſtri Principis cognitas: ſubſcribat autem & contradictionis libellum, tempus quoque, & diem ſcribere eum oportet, quo libellum accuſationis excepit. Cum autem litis conteſtatio fiet, interrogari debet a iudice, ſi tranſierint viginti dies deliberationis. Hoc autem conſideretur ex ſubſcriptione eius, quam libello inſeruit. nam ſi intra vigeſimum diem litis conteſtatio facta eſt, nullius eſt momenti. Si quis autem iudicem recuſauerit, & alium pro eo petierit eumque interim recuſare maluerit, quem ſibi iudicem petijt, non audiatur.

CXC. De iuratorijs cautionibus.

Si quis iuratus promiſerit, obſeruaturum ſe in iudicio; deinde ante litis conteſtationem imperialem urbem reliquerit, & ſubduxerit ſe, liceat actori, & nondum litis conteſtatione facta, adire iudicem, & 1† dicere tergiuerſationem rei. Et ſiquidem inter Magiſtratus ſit iudex, iubeat omnimodo reum in iudicium duci. Sin autem inter Magiſtratus non ſit, ſed iudex datus ab aliqua poteſtate, uel etiam ab Imperiali iuſſione, referat hoc ipſum, ut ducatur reus iuſſu Magiſtratus, qui eum iudicem eſſe deſtinauit.

1† docere.

Præfiniatur autem certus dies, intra quem ſi non venerit reus, vt huius cauſæ diſceptatio fiat etiam, eodem reo abſente; & in poſſeſſionem rerum eius actor mittatur, & in tantum modum ius pignoris habeat, quantus eſt debitæ quantitatis modus. Et poſtquam in poſſeſſionem actor fuerit miſſus, non aliter reus eam recipiat, niſi omnia damna, quæ contigerunt, actori reſarcierit, & dederit fideiuſſorem, quod omnimodo actoris intentionem excepturus ſit, uel per ſe, ſiue per legitimam perſonam. Hæc ita ſint, niſi fortè ex iuſta cauſa & inexcuſabili reus in abſentia fuerit.

CXCI. De caſu militiæ.

Si quis caſu militauerit, & non ſoluendo deceſſerit, caſus militiæ eius, quod ſchola placitum a quibuſdam uocatur, non temerè creditoribus concedatur. ecce enim ſi quis ad hoc ipſum, ut miles defunctus, mutauerit, ipſe æquè ſcholæ placito fruatur, inope debitore defuncto.

Sin autem liberi, & vxor a defuncto derelicti ſunt, adeant Principem, & ei grant eundem militiæ caſum, quamuis hæredes defuncto non extiterint. Sin autem neque liberos, neque uxorem dereliquerit, tunc etiam cæteris creditoribus caſus militiæ ſubijciatur, exceptis, uidelicet, Spectabilibus viris ſilentiarijs, quorum prærogatiuas proprias in eadem firmitate, Conſtitutio iubet.

CXCII. De Inope muliere, quæ ſine dote nupta 2† eſt, quæ quartam partem defuncti mariti capere debet.

1† maritata.

Diximus in ſuperioribus capitulis, mulierem ſine dote nuptam, & ſine cauſa repudiatam a marito, quartam partem ſubſtantiæ eius conſequi oportere vſque ad centum libras auri. hoc ipſum conſtituimus, id eſt, ut quartā partem mulier capiat, defuncto marito ſuo, ſiue complures liberos habeat, ſiue non. Illud autem certum eſt, quod mulier ſiue mobiles, ſiue immobiles res habeat ſuas proprias, omnimodo eas ſine diminutione deducere poteſt non ſubiectas mariti creditoribus: niſi ad hoc tantum, quod hæres ei extiterit. Hæc autem omnia intelligi debent, ſi mulier idoneas facultates non habeat: nam ſi inops non ſit, neque dotem dedit, grauare liberos defuncti quartæ partis exactionem non debet. nam nec maritus, qui nullam donationem propter nuptias dedit, aliquid ex ſubſtantia ſuæ vxoris lucrabitur, niſi fortè legatum ei relictum fuerit à muliere, vel mulieri a marito: hoc enim, quod relictum eſt à muliere marito, uel mulieri a marito omnimodo capiat, ſiue inops ſit, ſiue non. quod ſi inopi conſtitutæ mulieri maritus ſuus legatum relinquat minoris quantitatis, quàm portio quarta fiat 3† ſuppleat id, quod minus dederit. Dat. x Kal Octob. C.P. Imp. D.N. Iuſti. PP. A. anno xj. poſt Biliſ. V.C. Conſulatum.

3† faciat.

CONSTITVTIO XLVIII.

CXCIII. De ijs, qui ex libera matre & aſcriptitio patre nati ſunt.

Conſtitutio eſt Imperatoris noſtri in undecimo libro Codicis poſita, quæ iubet, eum qui ex libera matre, & aſcriptitio patre natus eſt, ingenuum eſſe. eam igitur Conſtitutionem præſens promulgatio iubet obtinere in ijs tantummodo caſibus, qui poſt Conſtitutionem illam contigerint: qui autem ante illam emerſerunt, antiquo iure dirimantur.

CXCIIII. Si venerabilis locus cum alio venerabili loco permutationem facere maluerit.

Si eccleſia cum eccleſia, vel ptochium cum ptochio, vel eccleſia cum ptochio, uel monaſterio, & c. ut ſimpliciter dixerim, ſi venerabilis locus cum alio loco uenerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit, & hoc quaſi fieri proſit 4† utrique loco; liceat Primatibus eius permutare, decreto tamen priùs celebrando cum omni ſubtilitate, iureiurando apud locorum Metropolitanos rei diſceptatione præcedente. ut ipſi deliberent, an ambabus partibus proſit permutatio rerum immobilium, & non indigeat res ſpeciali diuina pragmatica forma. Ex huius autem legis excipiatur licentia magnæ Conſtantinopolitanæ ciuitatis eccleſiæ. nullam enim rem immobilem alienare permittatur, quemadmodum ante non permittebatur. Dat. xv Kal. Sept. C.P. Impera. D.N. Iuſtini. anno xij. poſt Biliſ. V.C. Coſ.

4† poſſit.

Digitized by Google

CONSTITVTIO XLIX.

CXCV. Vt liceat venerabilibus locis perpetuos contractus emphyteuſeos inter ſe facere.

Liceat eccleſijs, & alijs venerabilibus locis perpetuos inter ſe contractus emphyteuticos facere, decreto, ſcilicet, antea celebrato: dum tamen ita fiat emphyteuſis, vt ad priuatam perſonam omnimodo non extendatur: ſed ex huius legis licentia excipiatur magna Conſtantinopolitana eccleſia quemadmodum in anterioribus Cõſtitutionibus D. xv kalen No. CP. Imp. DN. Iuſtin. PP. A. anno xj. poſt Biliſ. V. C. Conſul.

CONSTITVTIO L.

CXCVI. De emphaniſticis, quæ à clericis exiguntur.

Si quis in Conſtantinopolitana ciuitate clericus fuerit factus, ſi quidem magnæ eccleſiæ clericus ſit, emphaniſtica præſtet, quæ ex conſuetudine præſtari oportet. Sin autem alterius oratorij clericus fuerit, nihil ab eo emphaniſticorum nomine exigatur. & ſi quis ab eo exegerit, ipſe quidem, qui exegit, amittat ſtatum clericatus, quem habet: is autem, à quo exactum eſt, gradum exactoris perueniat. Hæc autem omnia defenſores eccleſiæ cuſtodire debent: qui ſi neglexerint, decem librarum auri ſolutione puniantur. Dat iij kalen. Nouemb. CP. Imp. DN. Iuſtin. Auguſt. anno xj. poſt Biliſ. V. C. Coſſ.

CONSTITVTIO LI.

CXCVII. Si eccleſiam ſuam clerici dereliquerint.

Si clerici ab eccleſijs ſuis deſtiterint; alios in locum eorum ſubrogari oportet, vt ſcilicet annonas, & dona eccleſiaſtica, quæ illis deſititoribus præſtabantur, accipiant: & ſi poſtea deſtitores redierint, nihil eis præſtetur: quia annonæ eorum, & dona alijs clericis pro ipſis ſubrogatis præſtita ſunt. Omnibus enim modis ſubrogatis clericis annonas eorum præſtari decet: nam neq; deſtitoribus aliquid ab eccleſia dandum eſt, neque ad lucrum eco nomorum, vel aliorum, quæ adminiſtrant, cedere. Si enim ſubrogati clerici prædictas annonas non acceperint, ipſi, qui ſolent adminiſtrare eas, de ſua ſubſtantia dare eis cogantur. nam & ſi quas habent proprias poſſeſſiones, iubet Cõſtitutio, vt ex ijſdẽ poſſeſſionibus certa prædia deputẽtur, ex quorũ reditu ſubrogatis clericis annonæ præſtẽtur.

CXCVIII. De eo, qui eccleſias ædificat, vel annonas clericis donat.

Si quis eccleſiam ædificauerit, aut clericis ex ſubſtantia ſua annonas dederit, non liceat ei, quos voluerit clericos in eadem eccleſia facere: ſed ſi voluerit quoſdam ibi conſecrari: offerat eos Beatiſſimo Patriarchæ, & ille, ſi viderit eos dignos, conſecret. & ſi non probauerit, arbitrio ſuo reijciat. Dat. xv. Kalend. Nou. CP. Imp. DN. Iuſtin. A. poſt Biliſ. V. C. Coſ. ann. iij.

CONSTITVTIO LII.

CXCIX. Si quis in domo ſua oratorium habuerit.

Si quis in domo ſua oratorium habuerit, non audeat in eum ſacra myſteria 1 † facere, niſi clericos catholicæ fidei habuerit deputatos ex iuſſione Religioſiſſimi Epiſcopi illius ciuitatis, vel Beatiſſimi Patriarchæ. Si quis aduerſus ea fecerit, domus eius fiſci viribus vendicetur, & ſit ſub indignatione Principis. & ſi Præfectus prætorio, poſtquam hæc cognouerit, non prohibuerit, quinquaginta librarum auri pœna mulctetur, & apparitor 2 † eius ſimili pœnæ ſubijciatur. nulla autem inuidia eſt vnumquenque Chriſtianum in proprijs ædibus oratoria habere, & in his orare ſine clericis, ſed ſacram miſſam non faciat Dat iij. Non. Nouemb. CP. Imp. DN. Iuſt. PP. anno xj. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

1 † miſſam.

2 † apparato.

CONSTITVTIO LIII.

CC. De impenſis in funera mortuorum faciendis.

Haec Conſtitutio loquitur de impenſis, quæ in funeribus mortuorum fiunt. Et ante omnia mille centum ergaſteria in Conſtantinopolitana ciuitate immunitatem habere iuſſit, vt funera ducant.

Sed & reditum funeribus deſtinatum a diuæ memoriæ Anaſtaſio Imperatore, confirmauit, & funeribus deputauit, & dedit ſingulis cadaueribus, ſiue ſingulis lectis mortuorum vnum aſceterium: id eſt, octo ſanctimoniales pſallentes, & tres acolythos, vt neque ſanctimoniales, neque acolythi omnino aliquid accipiant ab his, qui funera mortuorum deſiderant, ſed gratis eum deducant.

Sin autem cognati, amici defuncti alterum vnum aſceterium, vel etiam duo adhiberi velint, neceſſe eſt, eos aliquid præſtare, non tamen immodicum, ſed huius legis definitione moderatum.

Nam ſi quod intra nouos muros cadauer deponatur, tremiſſem aſceterijs præſtari æquum eſt, & acolythis, poſt treſiſſos, quæ gratis miniſterium faciunt. Si alij tres adhibiti fuerint, ſiliquas tres dare oportet. Sin autem ſex acolythi ſint, & ſiliquas ſex accipiant, & deinceps ita fiant.

Sin autem longinquius ſpatium ſit, & decani, qui lectulo miniſterium faciunt, plures ſint, modicum aliquid & ipſis præſtabitur. Et ſi Iuſtinianas, vel Sycas non tranſierint, intra nouos muros videatur eſſe.

Sin autem trans nouos muros, vel in alio tranſmarino loco cadauer ponetur, tunc ſanctimoniales quidem, quæ poſt vnum aſceterium adhibitæ ſunt, ſemiſſem accipiant: Acolythi autem ſingulorum aſceteriorum quatuor ſiliquas. Vnum autem aſceterium, quod ex neceſſitate ante cadauer pſallit, & acolythi eius, nihil omnino accipiant, ſed faciant miniſterium gratis.

Sin autem aliquis velit vnum ex lectis accipere ad honorem defuncti, vel ſi inauratum lectum adhibuerit, tunc tantum præſtet aſceterijs, & decanis, quantum pepigerit: ita tamen, vt duodecim aureorum quantitatem non excedat. Dat. xv. Kalend. Septemb. C. P. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

CONSTITVTIO LIIII.

CCI. De creditoribus, qui morientibus debitoribus ſuis, imminent.

Si quis debitorem ſuum ægrotantem, & periclitantem moleſtare voluerit pro debito ſuo, non liceat ei hoc facere: cum neque vxori eius, neque liberis aliquam inquietudinem inferre permittitur: neque ſigna ædibus eius imponere: niſi poſt mortem eius debitoris, lite conſiſtente, iudicialis calculus prolatus fuerit, & legitima ordinatio ſecuta ſit: ſed neque mortuo debitore deductionem eius, & funus impediat. Si enim tale aliquid perpetrauerit, ſuis actionibus cadat, ſiue iuſtam habeat intentionem, ſiue non: & non ſolum debitam ſibi quantitatem amittat, ſed etiam aliud tantum hæredibus eius pro iniuria defuncti præſtare compellatur: & non ſufficiunt iſtæ pœnæ: cùm & tertia pars bonorum eius publicetur, & ipſe infamia notetur.

Hæc autem omnia in Conſtantinopolitana ciuitate cura & diligentia cuſtodiantur tam Præfecti vrbis, quàm Præfecti prætorio. Magiſtri quoque officiorum in his vigilare debent, & apparitiones eorum. In Prouincijs autem Præſides ea obſeruabunt, & alij Magiſtratus, ſiue ciuiles ſint, ſiue militares. Quod ſi ea neglexerint, Magiſtratus quidem Imperialis vrbis cum ſuis apparitoribus viginti librarum auri pœna mulctentur: Prouinciarum autem Magiſtratus quinque librarum auri pœnæ nomine dare cogantur.

CCII. Vt Magiſtratus Conſtantinopolitanæ ciuitatis cauſas in conuentionibus certis audiant, & ſententiam dicant.

Si quis ex magiſtratibus Conſtantinopolitanæ ciuitatis cauſam audierit, non audeat poſt litis conteſtationem ex toto eam derelinquere: nec conſiliarijs eius ſententiam definitiuam per ſemetipſos proferre, ſed litis quidem conteſtatio modis omnibus apud ipſos Magiſtratus fiat, & vltima cognitio fiat, poſtquam alias ad legationes litigatores adſerere nolint; ſententia quoque definitiua ab ipſis Magiſtratibus proferatur, ſiue maiores ſint, ſiue minores, præſentibus etiam conſiliarijs eorum. Sed & appellationes ipſi ſuſcipiant, & inter eos, qui ex prouocatione litigant, certamina compeſcant. Quod ſi Magiſtratus, vel conſiliarij eorum contra præſentis conſtitutionis ſtatuta quidpiam ſibi præſumpſerint. Magiſtratus quidem viginti librarum auri pœna mulctentur, conſiliarij autem, ſiquidem aduocati fuerint, aduocatorum ordine cadant: ſin autem inter aduocatos non ſint, ſed forte cingulo decorati; honorem ſuum amittant, & decem librarum auri mulcta plectantur, eaſque omnes pœnas Comes rerum priuatarum exigat. qui, ſi neglexerit, ſciat, publicas rationes de ſua ſubſtantia ſe repleturum.

Hæc autem dicimus de Magiſtratibus Imperialis vrbis, qui diuerſis occupationibus fatigati, totas cognitiones litigatorum ſuſcipere non poſſunt, ſed ſolam litis conteſtationem, & vltimam cognitionem audire coguntur, & ſententiam definitiuam dicere, & appellationem ſuſcipere, & prouocationum cognitiones diſcernere. Alij autem Iudices, qui Magiſtratus Conſtantinopolitanæ ciuitatis non ſunt, ſed ab Imperatoris iuſſione deſtinati, ſiue in principali ciuitate, ſiue in Prouincijs cum conſiliarijs ſuis, omnes litigatorum partes audiant. alioquin & dignitates ſuas amittant, & viginti libras auri pœnæ nomine ſoluant. Conſiliarij autem eorum, ſi quid aduerſus conſtitutionis huius præcepta fecerint, & à ciuitate, in qua non ſeruauerunt iſtam Conſtitutionem, expellantur in exilium, & ſint infamia incurſi. Dat. Kalen. Decemb. Conſt. Impe. PP. Aug. Anno xj. Poſt Biliſ. V. C. Conſ. Anno ij.

CONSTITVTIO LV.

CCIII. De iure propter nuptias donationum.

SI quis donationem propter nuptias mulieri conſcripſerit ſiue pro ſe, ſiue pro alio, ſiue pater pro filio ſuo, ſiue mater, ſiue cognatus pro cognata, aut quiuis alius extraneus pro alio donationem propter nuptias conſcripſerit, in qua etiam res immobiles ſint, non liceat marito aliquam rem, de rebus immobilibus alienare, vel hypothecæ titulo obligare, nec ſi conſenſerint in alienatione, vel hypotheca mulier.

Sed ſi quid contra hanc legem factum ſcriptumve fuerit, hoc pro infecto ſit, & pro non ſcripto habeatur: niſi fortè obſeruatio illa cuſtodiatur, quæ de interceſſionib. fœminarum in quarto Codicis libro poſita eſt, titulo ad Senatuſconſultum Velleianum, id eſt, vt poſt primum conſenſum, tranſacto biennio, aliud inſtrumentum à muliere conſcribatur, in quo ſe fateatur priorem ſuum conſenſum comprobare: alioquin prior conſenſus nullius momenti eſt.

Imò etiam ſi ſecundus conſenſus priorem voluntatem poſt biennium confirmauerit, non omnimodo valebit, ſed ita demum, ſi ex alijs mariti facultatibus ſatis eidem mulieri fieri poſſit in donatione propter nuptias: alioquin nec ſecundus, nec tertius conſenſus lædere mulierem poterit.

Hæc autem dicimus non ſolum in donatione propter nuptias, ſed etiam in dote, ſi quas res dotales alienare, vel obligare maritus voluerit.

Emptores autem, vel creditores, quibus res alienatæ, vel obligatæ ſunt, nullam iniuriam patiantur. Nam etſi, quod ad mulieres pertinet, actionibus careant ſuis, attamen aliæ mariti facultates, & ipſi mariti neceſſario eis permanent obligati.

Hæc autem conſtitutio prærogatiuis dotium nullum præiudicium facit. Nam prærogatiuas datas integras ineſſe dotibus Conſtitutio iubet: ita tamen, ſi de dotibus actiones mulieres moueant: Alijs enim perſonis priuilegium in actione dotis [vel antenuptias donationis] nec antea datum eſt, nec modo datur. Hæc autem Conſtitutio non in præteritis, ſed in futuris caſibus valeat. Dat. kal. 1 † Decemb. CP. Imp. Iuſtin. PP. A. Anno xj. poſt Biliſ. V. C. Conſ.

1 † Septem ber.

CONSTITVTIO XVI.

CCIIII. De conſultationibus.*

* Hæc conſtitutio in Græco nouellarum exemplari deſideratur.

HAec Conſtitutio iubet prouocationes in conſultationibus non tantum in ampliſſimis Magiſtratibus, ſed etiam omnibus Senatoribus induci, vt totus ſenatus cauſas appellationum audiat, & conueniat; quamuis ſilentium tantum ſine conuentu Senatoribus denunciatum fuerit: ſilentio enim conuentum ineſſe videri. Audiant itaque prouocationes, ſanctis euangelijs propoſitis: & quod ſibi viſum fuerit, Imperatori referant, vt ex diuina ſententia eis Senatus calculus confirmetur.

CCV. De ordine Senatorum.

Vrbicaria Præfectura omnibus alijs præſideat dignitatibus, id eſt, ante ſedeat: & poſt Præfectum cæteri Patricij numerentur, & Conſules quidem, & qui inter eos conſularibus inſignibus decorantur, ſecundum Conſularem ordinem & prærogatiuas conſulatus ſui ſedeant, vt tamen anteponantur ordinarij Conſulares honores Conſularib. Poſt Patricios autem tam Conſularium, quàm Præfectorum, & Magiſtrorum militum, & Illuſtrium virorum ordo ponatur. Omnes autem iſti liberam habeant facultatem in Senatu ſententiam dicere. Qui autem propter cingulum magiſtratibus à Senatoribus honoratur, etiam poſt depoſitionem cinguli ſui inter Senatores connumeretur. Liceat autem Illuſtribus viris patriciatus codicillos accipere, quamuis neque Conſulares, neque Præfecti facti ſunt. Quod non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in præterito Conſtitutio relaxauit. Illud autem certum eſt, quod tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare compelluntur, omnibus alijs ex conſuetudine ſportulis dandis in quauis promotione ſua firmitate durantibus. Qui autem præſentem conſtitutionem non obſeruauerint, pœna quinquaginta librarum auri plectentur: quæ pœna non ſolum violatoribus ipſius conſtitutionis imminebit, ſed etiam alijs, qui violari eam conceſſerint. 2 † Dat. 3 † P. C. Beliſarij iterum.

2 † conſenſerint.

3 † PP. menſe Ianua. poſt conſ. Bal. an nõ.

CONSTITVTIO LVII.

CCVI. De proſpectu maris.

HAec conſtitutio localis eſt. nam de his loquitur ædificijs, quæ in Conſtantinopolitana ciuitate per calliditatem imponuntur. Zenoniana enim conſtitutio iubet conſpectu maris non poſſe aliquem ab alio excludi, ſi centum pedes in medio vtrorũ ædificiorum fuerint. Sed quidam in prædicta Regia vrbe talem machinationem inuenerunt: cum enim volebant intra centum pedes domum ædificare, poſuerunt parietem extra centum pedes 4 † altiſſimum, & conſpectu maris ſubtracto, intra centum pedes domus ædificauerunt, quaſi nullã iam maris conſpectionem habente vicino: poſteaq́, parietem illũ, quem per fraudem erexerunt, depoſuerunt, & ipſi maris conſpectum habere cœperunt. Hæc itaque contra tales aſtutias Conſtitutio promulgata eſt, & præcipit, vt nemini liceat ædificium vel vltra centum pedes imponere, niſi reuera domum ædificare maluerit. alioquin ſi ſolum parietem erexerit, non vt cuſtodiat præcepta legum, ſed vt fraudem legibus faciat, primum quidem ex huiuſmodi improba machinatione nullum inueniet commodum, quia deprædari videtur domus, quæ conſpectum maris perdidit: 5 † aut in locando, aut in uendendo. nam ædificium fictum deponi iubetur. Deinde ipſe, qui auſus eſt contra legem alienam voluntatem 6 † rapere, vi bonorum raptorum actione in quadruplum tenetur, decem quoq; librarum auri pœna mulctabitur, non ſolum ipſe,

4 † in altiſ.

5 † hic locus uarie legitur: in Ranc. aut uendendo nã in Ruſſar. aut in locãdo aut in uidẽdo. Sed i Græco horum nulla mentio.

6 † uoluptatem.

qui tale facinus perpetrare conatus eſt, ſed etiam qui præſentem legem violari conceſſerint: 1 † decem autem librarum auri pœnam inferri iubet in arca cathedrali glorioſiſſimi præfecti huius regiæ vrbis. Dat. viij. Idi. Mar. CP. Im. Dn. Iuſt. PP. A. Ann. xj. Ioanne V.C. Conſ.

1 † conſeſſerit.

CONSTITVTIO LVIII.

CCVII. De hortulanis Conſtantinopolitanæ ciuitatis.

ET hæc Conſtitutio localis eſt. loquitur enim de hortulanis, qui in hac Regia vrbe vel in ſuburbanis eius hortos ab aliquibus conducunt, vel emphyteuſeos contractum in eiuſdem hortis contrahunt.

Si enim conductionis, vel emphyteuſeos nomine hortos acceperint, ſiquidem olera habent, æſtimationem olerum fieri, & eo tempore quo horti dominis reſtituuntur: ſimiliter oleris, quod laborauerunt, tantum æſtimatio fiat, non autem propter emponemata, & ſtercolinum aliqua ratio moueatur: ſin autem ſine oleribus hortus ſit, ſimiliter ſine oleribus reſtituatur: & nulla iterum æſtimatio fiat de ſtercolino.

Aeſtimationem autem definiri conſtitutio iubet non ſolum ab ipſis hortulanis, ſed etiam ab his, quos Summaſios conſuetudo appellat.

Quod ſi quis locum forſitan ſpinoſum hortulano locauerit, vel emphyteuſeos nomine dederit, & ille eundem locum excoluerit, tam culturæ mercedem capiat, quàm oleris æſtimationem: quinque librarum auri pœna mulctando eo, qui præſentem conſtitutionem violare conetur Dat. xvj. Kal. Aug. Conſt. Imp. Dn. PP. A. Ann. xj. Ioanne V.C. Conſ.

*Hæc conſtitutio in Græco deſiderat nu mero ʒr.

CONSTITVTIO LIX.*

CCVIII. De rebus immobilibus ad eccleſiam Myſiæ pertinentibus.

HAec conſtitutio localis eſt. nam promulgata eſt de eccleſia Myſiæ, & iubet, vt ſi quis rem immobilem eidem eccleſiæ dederit, vel reliquerit, certum reditum habentem, & adiecerit, vt in continentia pauperum reditus adminiſtretur, huiuſmodi legatum, vel hæreditas, vel donatio nullo modo alienetur. Quod ſi incertus reditus eorum ſit, domus autem relictæ, vel vineæ procul à ciuitate fuerint, in qua eccleſia ſita eſt, cui legatum, vel donatio 2 † data fuit; tunc liceat tales poſſeſſiones vendere. Sinautem domus, vel agri aut intra ciuitatem, vel circa muros eius fuerit, teſtator autem voluerit venundari ea, & ex pretio eorum redemptiones, vel alimonias fieri, tunc ſecundum tenorem verborum teſtatoris ex his venditio celebretur: talis enim rei actus firmus eſt, PP. Menſe April. Ann. Imp. DN. Iuſtinia. xij. Ioanne V.C. Coſ.

2 † facta ſit.

CONSTITVTIO LX.

CCIX. De legibus, quas noſter Imperator de ordinatione teſtamentorum poſuit.

HAec Conſtitutio iubet leges de ordinandis teſtamentis à noſtro Imperatore ſcriptas poſt duos menſes ab intimatione earum numerandos, tenere. Commemorauit autem etiam de reformatione Falcidiæ, id eſt, de ea Conſtitutione, quæ pro quadrante trientē, vel ſemiſſem paternæ ſubſtantiæ, ſiue maternæ filijs dat.

Duos autem menſes ita denumerat, vt in Conſtantinopolitana ciuitate, & ſuo tempore procedant, ex quo propoſita eſt Conſtitutio: in Prouincijs autem, poſtquam intimata eſt: vt poſt intimationem eius, duorum menſium ſpatium expectetur, poſteaq; ſecundum ea, quæ in eadem Conſtitutione continentur, teſtamenta ordinari oportet. Quod ſi intra duos menſes ſecundum veteres leges contra Conſtitutionem Imperatoris noſtri aliquid teſtati fuerint, teſtamenta eorum robur pleniſſimū habeant D. Kal. Ma. C.P. Imp. Iuſtin. PP. A. Ann. xj. Ioanne V.C. Coſſ.

CONSTITVTIO LXI.

CCX. De his, qui eccleſiam, vel oratorium ædificare volunt.

NVllus audeat ædificare eccleſiam, vel oratorium, antequam ciuitatis Epiſcopus veniat, & [ibi] vota faciens ſanctiſſimam Crucem infixent in eodem loco publicè procedens, & rem omnibus manifeſtam faciens.

Vnuſquiſque autem ante ædificationem loquatur Epiſcopo, & præfiniat modum, qui ad luminaria, & ſacrum miniſterium, & cuſtodiam oratorij, & alimonias eorum, qui ibi deſeruiunt, ſufficiat: & ſi hæc ſufficientia viſa fuerint, faciat prius donationem eorum, poſteaque domum ædificet.

Sinautem ea, quæ ab eo præfinita ſunt, non ſufficiant ad conſtituendum oratorium, æquum eſt, vetera oratoria, quæ fortè ruinam minantur, reparare cum arbitrio religioſiſſimi ciuitatis Epiſcopi.

CCXI. Si Epiſcopus multum tempus ab eccleſia ſua defuerit.

Si quis Epiſcopus per multum tempus ab eccleſia ſua defuerit. & in alijs locis degat, œconomus eccleſiæ eius impenſas ei non adminiſtret. Nam tales inanes ſumptus melius eſt in eccleſiam, & in alias res ad pietatem pertinentes præſtari. Teneant autem in talibus Epiſcopis etiam ea, quæ prioribus ſanctionibus cauta ſunt.

CCXII. De alienatione rerum immobilium ad eccleſiam pertinentium.

Si alienatio immobilis eccleſiaſticæ rei celebranda ſit, decretum quidem omnibus modis procedat ſecundum ſupradictam conſtitutionem. Adeſſe autem decreto debet non ſolum Epiſcopus, & clerus eccleſiæ eius ciuitatis, cuius prædium alienare deſiderat, ſed etiam Metropolitanus Epiſcopus cum prædicta obſeruatione: & duo Epiſcopi conſilio eius adſint. Dat Kal. Maij. CP. Imp. Dn. Iuſtin. PP. A. Anno. xij. Ioanne V.C. Conſ.

CONSTITVTIO LXII.

CCXIII. De Conſtitutione Imperatoris, quæ lata eſt de lucro ex morte liberorum contingente per pacta dotalia.

HAec Conſtitutio loquitur de liberorum morte, vt pacta dotalia, quæ ex caſu mortis liberorum lucri aliquid matri conferunt, teneant, & dirimuntur ſecundum Diui Leonis conſtitutionem, ſcilicet, ſi ante nouellam Conſtitutionem Imperatoris noſtri contigerunt, veluti ſi mater vidua liberos habens, ad ſecundas nuptias uenit, & ante nuptias donatio ad filios pertinuit; poſtea filij deceſſerint, & ad ſuos hæredes eandem ante nuptias donationem tranſmiſerint ſecundum Conſtitutionem Diui Leonis: ſed poſt Conſtitutionem noſtri Imperatoris, quæ mortuis liberis, emolumentum matri præſtat, nō retrahuntur res ab hæredibus filiorum, 3 † quia ſemel ante Conſtitutionem eiſdem hæredib competierunt. Si quid autem poſt Conſtitutionem noſtri Imperatoris tale contigerit, in hoc Leonianæ legi locus non erit. Dat. viij. kalen. Iun. Imp Dn. Iuſt. PP. A. Anno. xij. Iohanne V.C. Conſ.

3 † quæ.

CONSTITVTIO LXIII.

CCXIIII. De iuriſdictione Præſidum Prouinciarum.

HAec Conſtitutio iubet, vt omnes Romani tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis uni Præſidi Prouinciarum ſubijciantur, & nemo in aliqua cauſa obnoxius priuilegium Præſidi Prouinciæ opponat, quaſi non ei ſubiectus ſit; niſi 4 † ſpecialiter pragmatica ſanctio prolata duci eum duxerit. Ideoque ſiue de dominio alicuius rei, ſiue de agrorum finib. ſiue de hypothecis, ſiue de nuda poſſeſſione, ſiue alia quauis pecuniaria, uel criminali cauſa litigium inter partes emerſerit, non liceat reo priuilegium ſuum

4 † nec ſi.

opponere præſidali iudicio ſiue ex Imperialibus literis, ſiue ex maioris iudicis iuſſione: ſed omnibus modis in eo loco pulſetur, vbi aliquid egerit, vel admiſerit ſiue de maxima re, ſiue de minima quæratur, veluti de galalina quamuis enim minima videatur 1 † res eſſe, attamen iuſtitiæ ratio non ex quantitate, ſed ex ſuis regulis debet æſtimari. nam & quod alijs viliſſimum eſſe videtur, hoc, etiam alijs quã pretioſiſſimum eſt. omnino ſiue bouẽ ſiue aliam qualemcunque rem alicui ſubripuerit, in eadem Prouincia pulſetur, vbi tale peccatum admiſerit. nam & probationum copia in externis locis non ſimilis agentibus eſt.

1 † huiuſmodi.

CCXV. De præſentibus reis.

Et hæc quidem dicimus, ſi vtraque pars in præſentia ſit, vt in eodem loco modis omnibus lis dirimatur, in quo aliquid admiſſum eſt: quod ſi actor quidem præſto ſit, reus autem abſit, ſed actores ipſius, vel procuratores, vel conductores aliquid egerint, vel deliquerint, ille quidem, qui fecerit, modis omnibus 2 † accuſetur: ipſum autem litigium maneat in ſuſpenſo, donec de rerum domino cauſa fuerit declarata: tempus autem dilationis ex locorum ſpatio dari debet. nam ſi quidem vna, vel duabus Prouincijs interpoſitis dominus rerum in proximis locis degat, quatuor menſes ad dilationem ſufficiunt. 3 † Sin autem in longinquum 4 † abſit, velut in Palæſtina, vel in Aegypto, octo menſium dilationem dari oportet. Sin autem vel in Italia 5 † vel in Africa moretur: nouem menſes ſtatui debent. Eadem dicimus, & ſi in actoris locis principalis perſona degat.

2 † omnimodo.
3 † dati oportet.
4 † longius.
5 † Libya.

CCXVI. De abſentibus reis.

Et ſi quidem rerum dominus illi commiſerit cauſam, qui apud eum retulerit, neceſſe eſt, vt ipſe, qui præſens eſt, pulſetur abſentis domini nomine. Sin autem alius litigare maluerit, & hoc ei liceat facere, dum tamen procurator ipſius defendat cauſam, & modis omnibus impleat, quod iudex iudicauerit: niſi prouocatio ſit ſubſecuta, aut aliter definita, aut amicabiliter ſopita. quod ſi domino quidem rerum manifeſtetur cauſa, ipſe autem venire, neque alium mandare curauerit, tunc prædicto tempore tranſactionis, qui accuſatus eſt, litiget: & ſi reus apparuerit, condemnetur, ſcilicet, & domino rerum eandem condemnationem ſubituro, ſi ipſe quoque obnoxius ſit. & ſi quidem ſoluendo fuerit, qui accuſatus, & condemnatus eſt: ipſe iudicato ſatisfaciat. Enimuero ſi ſoluendo non ſit, ex rebus domini abſentis, qui nec venire, nec mandare aliquem voluit, ſolui actori æquum eſt. Quod ſi reus præſens poſt accuſationem euaſerit, & neque dominus rerum venerit, neque procuratorem tranſmiſerit: tunc ex vna parte iudex audiat cauſam, vt ſolet & in eremodicijs fieri, ſcilicet, & ipſo reo per præconem vocato: vt ſi in eadem abſentia perſeuerauerit, condemnetur: quod ſi actor in abſentia ſit, domino rerum præſente, vel procuratore miſſo, tunc omnia detrimenta, quæ fruſtra reus paſſus eſt, actor ei reſarciat.

CCXVII. De fori præſcriptione tollenda.

Nullum priuilegium eximere reum prouinciali iudicio volumus, niſi ſpecialiter noſtram pragmaticam ſanctionem produxerit, quæ propter publicas cauſas in hanc Regiam eum ciuitatẽ reuocauerit: vel ſi ex lege hoc fiat, veluti ſi prouocationem Præſidi Prouinciæ porrexerit. & propter hoc in iſta Imperiali ciuitate litem audire oportet, quamuis de minoribus cauſis apud Maiores iudices Prouinciarum prouocationes exerceri conſtituimus: niſi fortè cauſa principalis in hac ciuitate, quamuis minima, ventiletur: tunc enim in hac ciuitate, non in Prouincijs prouocatio ventiletur.

CCXVIII. Quibus fori præſcriptio denegatur.

Nulla autem perſona priuilegio aliquo vtatur ad fugiendos Præſidis laqueos, quamuis eccleſia ſit, vel Xenodochium, vel oratorium, vel quiuis alius locus, qui pietatis cauſa colitur. Idem iuris eſt, ſiue fiſcus, ſiue patrimonium fiſci, ſiue alius quiuis diuinus titulus pulſetur: & multo magis ſi potentis hominis perſona in iudicium fuerit reuocata: quamuis priuilegium ex ſacro oraculo prætendat. niſi, quod diximus pragmaticæ ſanctio in hac ciuitate eum Reipublicæ cauſa reuocauerit.

CCXIX. De vi, & poteſtate Conſtitutionis.

Hæc autem Conſtitutio nõ ſolum in futuris, ſed etiam in præſentibus cauſis locum habeat.

CCXX. Si quis præſentem cõſtitutionem neglexerit.

Si quis autem Præſes prouinciæ conſtitutus præſentem legem cuſtodire neglexerit, non ſolum Magiſtratu ſuo eijciatur, ſed etiam decem librarum auri iubeas pœnam. Propoſitus CP. Im. Du. Iuſt. PP. A. Anno xij. Ioanne V. C. Coſ.

CONSTITVTIO LXIIII.

CCXXI. Vt præfectoria dignitas curialem liberet.

Præfectoria dignitas dicitur non ſolum Præfectorum prætorio, vel vrbis, ſed etiam Magiſtrorum militum. Ea autẽ duplex eſt, aut enim honoraria eſt, aut quæ in ipſo geſtu præfulget. Honorariam dicimus eã, cum codicillos aliquis accipit ab Imperatore: quibus dignitas ei præſtatur, quaſi prætorij præfectus fuiſſet, ſiue Magiſter militum. In ipſo autem geſtu poſitus eſſe videtur, qui reuera Præfectus, vel Magiſter militum factus eſt. Igitur ſi curialis homo Præfectoria dignitate potitus fuerit, ſiquidem honoraria, maneat in eadem conditione conſtitutus: ſin autem reuera Præfecturam nactus eſt, vel Magiſterium militiæ, tunc curiæ nexibus liberetur. Præfectos autem prætoriorum quatuor ponimus, id eſt, Orientalis ſedis, qui in hac ciuitate eſt, & Illyricianæ regionis, & Africanæ diœceſeos, & qui Italiæ præpoſitus eſt.

CONSTITVTIO LXV.

CCXXII. Qui tutores, vel curatores pupillo, vel adoleſcenti dari poſſunt.

Nulli tutori, vel 6 † curatori liceat nomina contra pupillum, vel eum, qui curatione eius gubernatur iure ceſſionis in ſe transferre ab alio ſiue pretium pro actione dedit, ſiue non. 6 † nulli.

CCXXIII. Idem.

Nemo, qui dicit ſe obnoxium habere pupillum, vel eum, qui curatore eget, tutor, aut curator ipſe creatus. Sic is, qui manifeſtè obnoxius impuberi, vel ei, qui cura indigeat, fuerit, tutor, vel curator ei non fiat.

CCXXIIII. Idem.

Quod ſi quis tutor conſtitutus, aut curator, neque obnoxium habeat eum, cuius negotia gerit, neque obnoxius ei ſit, poſtea autem ad eum hæreditas deuoluta fuerit, quæ debitorem, vel creditorem memoratæ perſonæ eum faciat, tunc alius tutor, vel curator ei adiungatur, qui cuſtodiet eum: & hoc ipſe iuret ſacramentum, quod nec malitiæ tutoris, vel curatoris fauebit; ne pœnæ ſubijciatur.

CCXXV. Idem.

Ne autem vnuſquiſque dicens ſe creditorem impuberis eſſe, vel fortè adoleſcentis ab onere tutelæ, vel curationis facilè excuſetur; ſancimus, non aliter eum recipiendum eſſe, niſi manifeſtè probauerit creditorem ſe eſſe impuberis, vel fortè adoleſcentis, vel res eorum ſibi obnoxias eſſe, vel parentes. quod ſi res in incerto ſit, tunc ſacramentum præbeat; quod ideo tutelam, uel curam recuſat, quia reuera ſuum debitorem eſſe pupillum, uel fortè adoleſcentem exiſtimat. tunc enim, ſi noluerit, non admittatur ad tutelam, uel curationem cuiuſcunq; perſonæ, quamuis tutor legitimus ſit.

CCXXXI. Idem.

Quòd ſi quis aduerſus ea, quæ tutor, uel curator creari paſſus fuerit, ſi quidem obnoxium impuberem habeat, uel fortè adoleſcentem, actiones, quas habet, amittat. Sin autem ipſe obnoxius fuerit, non liceat ei dicere, quod tempore, quo tutelam, uel curationem gerebat, ſolutionibus, uel commentitijs 7 † liberationibus actione ſolutus eſt. 7 † commentitijs.

CCXXVII. Idem.

Nulli tutori, uel curatori liceat, ſicut prædiximus, nomina contra pupillum, uel fortè adoleſcentem redimere, & ceſſiones aduerſus eum impetrare, quamuis iam deſijt tutor, vel curator eſſe, ſed omnimodo hoc, quod factum eſt, pro infecto habeatur; ita, ut pupillus quidem, uel fortè adoleſcens omnimodo ſecuritatem habeat, & nulla teneatur actione. Tutori autem, uel curatori non liceat.

Reeat contra eum redire, qui nomina ei ceſſerit: eodem iure obtinente, & ſi poſtquam tutor, vel curator deſijt eſſe, ceſſiones nominum impetrauerit.

CCXXVIII. Idem.

Hæc autem omnia de omnibus curatorib. poſita ſunt non ſolum adoleſcentium, ſed etiam prodigorum, vel fu- 1 † inueniat. rioſorum vel mente captorum, vel ſi quid aliud aut lege expreſſum eſt, aut natura inueniatur. 1 †

CCXXIX. De adminiſtratione tutorum, uel curatorum.

Nemo tutor, vel curator compellatur pecuniam impuberis, vel fortè adoleſcentis mutuam dare, ſed liceat ei ſterilem eam in toto deponere. Nam melius eſt ſortem impuberis, uel adoleſcentis conſeruari, quam vſurarum cupiditate etiam ſortem amittere. Si autem ſponte ſua tutor, vel curator mutuauerit, forte ſub pignoribus, vel ſub alia indubitata cautela, tunc habeat quidem per ſingulos annos menſium laxamentum: ſciat autem quod periculum ſortis ad ipſum pertinebit.

CCXXX. Idem.

Si pupillus reditus habeat ſibi ſufficientes, eos tutor impendat. Sinautem ampliores reditus ſint, quàm ſumptus, tunc id, quod ſuperfuerit, deponatur. Quod ſi ſubſtantia impuberis mobilis ſit, tunc id tantum tutor mutuare debet. quod ſufficiat ad adminiſtrationem pupillarium rerum: quod autem ſuperfluum ſit, hoc deponatur. Eademque dicimus & de curatoribus omnium perſonarum. Licebit autem tutori, uel curatori ſubtiliter inquirere, ſi quem reditum comparare pupillo, vel forte adoleſcenti poſſit ex ſuperflua pecunia, & tributa leuia ſint, & uenditor locuples, & reditus fertilis. Sciat autē, quòd ſi aduerſus ea comparauerit, negligentiæ periculum ad eum pertinebit.

CCXXXI. Idem.

Quod ſi pecuniam tantam habeat pupillus, ut ex ea adminiſtrationes rerum ipſius ſolummodo explicentur, tunc mutuare tutor, vel curator eam debebit cum cogitatione cæleſtis iudicij.

CCXXXII. Idem.

Nam & ab initio antequam adminiſtrationi ſe immiſceat tutor, uel curator, cuiuſuis perſonæ ſacramentum dare compellitur per diuinas ſcripturas, quòd omnia geſturus eſt, quæ pupillo commoda eſſe putauerit. eadem dici- 2 † curatione egent. mus & de ijs, qui curationem gerunt. 2 † Dat. Kal. Iun. C. P. Imp. D. N. Iuſt. Præfecto PP. A. anno xij. Ioanne V. C. Coſ.

CONSTITVTIO LXVI.

3 † dati. CCXXXIII. Quomodo depoſitum caute poni 3 † poteſt.

SI quis depoſitum alicui dare cautè voluerit, neceſſarij ſunt ei tres teſtes. Nam literæ depoſitarij ſolæ non ſufficiunt depoſitori ad pleniſſimam depoſiti dati probationem. teſtimonia autem ſic exhiberi oportet, ut dicant teſtes, quod in præſentia ſua, uel ſuſceptum eſt depoſitum, vel quod depoſitarius de ſe ſuſcepiſſe conſcripſit. Idem eſt & ſine ſcriptis, tamen ſi tres adhibiti fuerint teſtes idonei poſteritate.

CCXXXIIII. Quomodo ſine tabellione inſtrumentum cautè fieri poteſt.

Si quis ſine tabellione componere inſtrumentum maluerit, ſiue de mutuo, ſiue de depoſito, ſiue de alia quacunque cauſa, tres teſtes adhibeat, alioquin literæ ipſius ſolæ, & comparatio earum credendæ non ſunt. Nulla autem differentia eſt, vtrum ſubſcripſerint teſtes, an præſentibus ipſis, inſtrumentum compoſitum ſit.

CCXXXV. Si literarum fides à voce teſtium diſcrepet.

Si inſtrumentum prolatum fuerit, & literæ quidem Titij eſſe non videantur, teſtes autem dicant Titium eas ſcripſiſſe iurati, ſcilicet, teſtimonium eorum facile reprobari 4 † debet. non oportet, 4 † ſed tamen ad ſapientiam iudicis pertinet, vt ea quæ veriſimiliora magis putauerit, eis maiorem præbeat fidem.

CCXXXVI. De contractibus incaute compoſitis.

Si quis inſtrumentis componendis adhibere prædictam obſeruationem neglexerit, vel depoſuerit alicui, uel mutuauerit ſine teſtium præſentia: ſolis literis debitoris credens incaute quidem facturus eſt, ſed tantum ſi per ſacramentum, uel per confeſſionem debitoris veritas debiti manifeſtetur: id quod dedit, exigere non prohibeatur.

CCXXXVII. Quomodo tabelliones cautè debeant inſtrumentum componere.

Inſtrumenta quoque, quæ apud tabellionem componuntur, ſubſcriptione teſtium (ſicut dictum eſt) muniri præcipimus ante completionem à tabellatione inſertam.

CCXXXVIII. De comparatione notarum.

Iudices autem non tantum ex comparatione literarum falſitatem reprehendant, ſed etiam ex comparatione notarum.

CCXXXIX. De comparatione literarum.

Comparatio literarum, ſicut ſupra diximus, ſine teſtium 5 † confirmatione non ſufficiat ad veritatis probationem. 5 † teſtimoniorum. Sinautem omnes teſtes mortui ſunt cum tabellione, uel forte in abſentia tabellio eſt: tunc ille quidem, qui inſtrumentum producit, ſacramentum præſtet, quod nullius maliciæ conſcius eſt in eo inſtrumento commiſſæ. comparatio autem literarum propter neceſſitatem cauſæ ſine impedimento ſecundum priſtinum morem procedat. quod ſi tabellio & viuit, & præſens ſit, iuratus teſtimonium ſuum de fide inſtrumenti præbeat ſed ſi per aliquem miniſtrum ſuum inſtrumentum compoſuit, & ille uiuit & præſens eſt, & nullo morbo, vel alia iuſta cauſa impediatur in iudicium uenire: præbeat ipſe quoque teſtimonium. Item ſi per Titium pecunia numerata eſt, & ipſe ueniat, & ſacramentum præbeat, quod neque numerator habeat inſtrumentum, & omnes teſtes mortui ſunt, vel in abſentia fuerint, uel alia iuſta cauſa impediantur uenire in iudicium: ſolus autem tabellio & uiuit, & uenit: teſtimonium ipſius probabile ſit, ad fidem inſtrumenti pertinens: vt nec comparatio literarum neceſſaria eſſe uideatur. Quod ſi tabellio mortuus eſt: fiat quidem comparatio literarum eius, & ueniat tam miniſter ipſius, per quem inſtrumentum conſcriptum eſt, quàm numerator pecuniæ, ſcilicet, ſi non abſint. Enimuero ſiue mortui ſint, vel in abſentia fuerint: alij teſtes producantur. & ſi hoc facile non ſit: nunc ad comparationem literarum iudex perueniat, & non ſolum completiones literarum à tabellione factæ comparentur, ſed etiam aliæ literæ tam principalis perſonæ, quàm teſtium in comparationem deducantur, ut ex multis comparationibus literarum, fides veritatis illuceſcere poſſit. Sinautem nullum aliud ad veritatem probandam ſuperſit, quàm comparationes literarum; tunc illud teneat, quod uſque ad hoc tempus obtinuit, ut qui inſtrumentum producit, legitimum ſacramentum ſubeat, quòd nulla malitia uſus eſt: ſed & is, qui fidem inſtrumenti exigit de dolo & calumnia iuſiurandum ſubeat. his autem omnibus neceſſitatibus homines liberantur, ſi ſub actorum teſtificatione inſtrumenta intimentur, & ibi teſtes. & aliæ perſonæ ſuis depoſitionibus, contractum corroborent.

CCXL. Idem.

Omnia autem quidem comparationibus conſtituimus ab illis inſtrumentis faciendis, quæ ſine tabellione compoſita ſunt, maneant in eadem firmitate durantia. illa quoque iura quæ de imperitis literarum in iudicijs probata 6 † 6 † prolata. ſunt, inconcuſſa permaneant.

CCXLI. Imperiti literarum, quomodo debeant inſtrumenta componere.

Si inſtrumentum imperitus literarum componere maluerit, nec. ſſarius erit tabularius, ſi in illo loco tabularij ſunt: ſed & teſtes non minus quinque ſcientes eum imperitum literarum, & ab eo cogniti, & poſtquàm imperitus, uel ſanctam crucem fecerit, uel paucas literas unus ex ijſdem quinque teſtibus pro eo ſubſcribat: omnes autem quinque teſtes ſubſcribere debent, quod & præſentibus eis, cognoſcentibus imperitum omnia proceſſerunt.

CCXLII. De contractib ſine ſcripto compoſitis.

Hæc autem omnia de his contractib. dicimus, qui ſcriptura interueniente fiunt: alioquin ſi ſine ſcriptura aliqui contraxerunt; liceat eis, uel teſtimonijs, uel iuſiurandi religione veritatem manifeſtare, ſcilicet, actore quidem teſtes producente, reo autem uel iurante, uel iuſiurandum referente ſecundum hoc quod iudex æſtimauerit.

De vi, & poteſtate Conſtitutionis, in quantitate.

Huius conſtitutionis obſeruatio in his contractibus locum habet qui ſunt vltra quantitatem libræ auri. nam vſque ad libram auri, priſtinum morem ſeruari iubemus.

De vi, & poteſtate conſtitutionis in loco.

Huius conſtitutionis ſubtilitas in ciuitatibus locum habet. Si enim inſtrumentum in vico compoſitum ſit, conſuetudo pro lege 1 † habeatur. ruſticorum enim ſimplicitatem & in teſtamentis faciendis non prægrauamus, quamuis altas in ordinationes teſtamentorum ſumma ſubtilitas exigatur.

1 † iure.

De vi. & poteſtate conſtitutionis in tempore.

Hæc conſtitutio in futuris inſtrumentis, & contractibus valet: nam præteritæ cauſæ 2 † prioribus legibus dirimantur D. Pri. Non. Iun. C. P. Im. D. N. Iuſt. PP. A. Anno. xij. Ioan. V. C. Coſſ.

2 † præteritis caſus.

CONSTITVTIO LXVII.

CCXLIII. Quomodo naturales filij, legitimi fieri poſſunt.

SI quis cum libera muliere conſuetudinem habeat, non affectione maritali, & ex ea liberos naturales fecerit, eoſque velit filios legitimos, & in poteſtate ſua habere: liceat ei cum matre eorum, dotalia inſtrumenta componere. nam filij, qui antea naturales erant, poſt compoſitionem dotalium inſtrumentorum ſui, & in poteſtate patris efficiuntur. ſiue poſtea nati filij viuant, ſiue mortui ſint, ſiue omnino nullus alius procreatus eſt. ſicut in Inſtitutis, & in Codice dictum eſt. Quod ſi antequàm dotalia inſtrumenta fiant, mater concubina deceſſerit. pater autem naturales filios ex ea ſuſceptos facere 3 † legitimos uelit: adeat Imperatorem cum precibus, & expoſcat, ut ſibi liceat legitimum nomen eis imponere, & natalibus ſuis eos reſtituere, quemadmodum libertini natalibus reſtituuntur. Principe enim annuente ſupplicationibus patris, neceſſe eſt, ut liberi legitimi fiant: quamuis dotale inſtrumentum nullum cum matre eorum iam mortua compoſitum ſit. Idem dicimus, & ſi filios naturales pater diligat: matrem autem odio habeat: quia in corpus ſuum peccauit: nam ſi ea cauſa ſit, & noluit cum ea nuptias contrahere, licebit ei prædicto modo filios naturales legitimos ſibi facere. Item ſi liberi naturales matrem ſuam celauerint, ne, dotalibus inſtrumentis cum ipſa factis, in poteſtate patris efficiantur, & vſusfructus rerum ad eos pertinentium 4 † patri acquiritur: ſi talis dolus factus fuerit, liceat patri prædicto modo preces Imperatori porrigere, & filios legitimos facere, & in poteſtate ſua eos redigere. Eadem dicimus, & ſi iuſta cauſa dotalia inſtrumenta impediat. Pone enim, patrem naturalem diaconum, uel presbyterum factum eſſe, vt ducere non poſſit vxorem. quod ſi pater non potuit in antelatis caſibus Imperatori ſupplicare: liceat in teſtamento ſuo legitimos ſucceſſores ſibi ſcribere filios naturales; attamen illi poſt mortem parentis ſupplicent Imperatori, & teſtamentum patris oſtendant. & Principe annuẽte, intantum capiant paternam hereditatem, inquantum ſcripti ſunt. aliter enim legitimo nomine non fruantur. Hæc autem omnia, quæ modo dicta ſunt, tunc habeant locum, cum nulla alia legitima proles, vel anteà, uel poſtea patris ſuperſit: legitimis enim filijs natis, nõ aliter naturales legitimi fient, niſi dotalia inſtrumenta pater cum matre eorum conſcripſerit.

3 † habere.

4 † peruenientium.

CCXLIIII. Quomodo legitimi fieri non poſſunt.

Filios naturales antea quidem licebat patribus legitimos ſibi per adoptionem efficere: ſed Diui Iuſtini conſtitutio hoc prohibuit, quam noſter Imperator in ſuo ſtatu manere iubet.

CCXLV. Qui ſine dotalibus inſtrumentis nuptias contrahere non poſſunt.

Nemo dignitate decoratus ſenatoria ſine dotalibus inſtrumentis & ante nuptias donatione matrimonium contrahat. alioquin filij, qui ex tali copulatione procreati fuerint, non erunt legitimi, ſed magis naturales.

Alij autem, qui militijs honeſtioribus decorantur, uel negotiationibus, vel quibuſdam artibus laudabilibus prædit ſint, & ſine dotalibus inſtrumentis, & antenuptias donatione copulentur, ſed non citra ſcripturæ cautelam. debent enim hoc ipſum defenſori eccleſiæ, vel oratorij dicere, [vt] & ille adhibeat tres, vel quatuor clericos ad teſtimonium, & conſcribatur chartula, qua declaretur dies & tempus, quo Imperatore, & conſule, vel menſe conuenerint ille & illa, in illo oratorij loco. 5 † quo copulati ſunt, & ſubſcribant defenſor, & clerici: & ſi quidem uelint chartulam accipere, uel ambo, uel unus ex his, præſtetur eis.

5 † & copul.

Quod ſi nolint, deponatur in ſancto oratorio, ut poſteà, ſi opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum. ut etiam proles ex hac copulatione procreata legitimo nomine perfruatur.

Sinautem viliſſimi homines matrimonium contrahere uelint, liceat eis, & ſine ſcriptura hoc facere. Idem dicimus, & de ruſticis hominibus, & de militibus, qui in armis occupati ſunt.

CCXLVI. Idem.

Si quis diuinis tactis ſcripturis, iurauerit mulieri legitimam ſe eam uxorem habiturum, uel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit; ſit illa legitima uxor, quamuis nulla dos, nulla ſcriptura alia interpoſita ſit & ſi liberos non habuerit mortuo marito, quartam partem ſubſtantiæ eius accipiat, ſecundum Conſtitutionem noſtri Imperatoris: & ſi eam de domo eiecerit, quamuis ſine repudio hoc fecerit; quartam partem ſubſtantiæ eius exigat. Quod ſi liberos procreauerit, legitimi eſſe uideantur. & ſi alijs nuptijs contractis legitimos filios pater habuerit, omnes ſimul legitimum nomen habebunt.

CCXLVII. Qui ſunt legitimi filij, uel naturales. uel neutrum eorum, id eſt, ex damnata copulatione.

Ergo ſiquidem ex huiuſmodi matrimonijs filij naſcuntur, legitimi erunt. Sinautem aliter filios aliquis habuerit, naturales erunt; & tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato patri 6 † naturali ſuccedunt ſecundum obſeruationem conſtitutionum Principis noſtri, ſcilicet, ſi non ex damnata copulatione nati ſunt. tales enim liberi neque legitimi, neque naturales appellantur; nec omninò patri ſuccedunt.

6 † Ranc, natales ac cedunt.

CONSTITVTIO LXVIII.

CCXLVIII. De appellationibus in Sicilia porrectis.

APpellationes, quæ in Sicilia porriguntur aduerſus ſententias Prætoris, uel Ducis, vel cuiuſuis alterius iudicis in Sicilia conſtituti apud quæſtorem in hac Regia vrbe exerceri præcipimus, ut ipſe diſcutiat cauſas prouocationis, & ſententiam dicat, & noſtro Imperio referat, ut noſtra auctoritate ſententia eius roboretur. Sed & ſi aliud ciuile emergat, ueluti Defenſoris confirmatio, uel decretum patris ciuitatis Siciliæ; ſimiliter ad Quæſtorem referatur, & calculo ipſius confirmetur, noſtra ſcilicet auctoritate, ſuggerente, Quæſtore, ſequenda.

CONSTITVTIO LXIX.

CCXLIX. Si Præſes Prouinciæ ſupplices prouinciales contempſerit.

SI quis propter ciuilem, uel criminalem cauſam Præſidem Prouinciæ adierit, & ille contempſerit actorem, uel alio modo cauſam cognoſcere ſecundùm leges contempſerit: liceat actori ſupplicare ciuitatis Epiſcopo; & hoc ipſum in querimoniam deducere, ut religioſus Antiſtes, uel ipſe ad Præſidem ueniat, vel ſuos homines mittat, per quos compellere Præſidem ſine dilatione, & iniuria litem dirimere poſſit. Quod ſi tanta impudentia Rector Prouinciæ teneatur; ut nec Epiſcopo, nec clericis imminentibus iuſtitiam ſequatur; tunc liceat Epiſcopo, ſi uoluerit actor, ad noſtram pietatem uenire, & preces fundere, dare ei literas, per quas nobis declaretur, ſuperbia, atque iniuria Præſidis. Nos enim & actori medebimur, & Præſidi competentem uindictam imponemus.

CCL. Si cui Præſes Prouinciæ ſuſpectus ſit.

Si cui Præſes Prouinciæ ſuſpectus eſſe uideatur, & litigare apud eum ſolum noluerit: liceat ei Epiſcopum inuocare, ut cum

ut cum ipſo confidente litem audiat, & vel amica compoſitione litigatores tranſire faciant, vel more ἀγραφομαρτυρίας eos audiant, uel cognitionaliter: ita tamen, ut ſententia legibus conſentanea imponatur.

CCLI. De prouincialibus, qui temere in Conſtantinopolitanam ciuitatem ueniunt.

Si quis autem non adito Præſide prouinciæ, & ſine literis Epi in hanc ciuitatem uenerit, & de aliqua cauſa nos moleſtauerit: ſciat ſe tales pœnas ſubiturum, quales paſſurus eſſet Præſes prouinciæ, ſi aditus eum contempſiſſet.

CCLII. Si præſes prouinciæ iniuriam fecerit.

Si quis a Præſide prouinciæ iniuriã paſſus fuerit, adeat ciuitatis Epiſcopum, ut ſi arbitrio eius Præſes condemnatus ſit, ſatisfaciat homini iniuriam paſſo. Sin autem hoc facere noluerit Præſes, veniat ad noſtras piiſſimas aures: & ſi quidem iuſtam ſniam religioſiſſimi ciuitatis Epĩ cõprehendamus, ultimis ſupplicijs Præſidem adfici iubemus. Sin autem innocentem eum inueniamus; neceſſe eſt, ut nullum reſponſum a noſtra clementia calumnioſus actor accipiat.

CCLIII. De officio taxeotarum Præſidis.

Curent officiales Præſidum, vt lites ſubiectorum dirimãtur, & non accipiant ſportularum nomine plus, quam noſtra conſtitutione cauetur, quòd ſi contra hæc fecerint, ultimis ſupplicijs ſubijciantur.

CCLIIII. Si Epiſcopus ad gratiam præſidis ſupplicem contempſerit.

Si Epiſcopus propter gratiam Præſidis ſupplicem cõtempſerit, ex ſacris regulis pœna ſubijciatur.

CCLV. De officio defenſorum, & Epiſcopali audientia.

In ciuitatibus, in quibus Præſides præſto non ſunt, adeãt litigatores defenſorem ciuitatis, & ille audiat cauſas. Sin autem Epiſcopum iudicare ſibi maluerint, hoc quoque fieri iubemus.

CCLVI. De Epiſcopis, & clericis ad Conſtantinopolitanam ciuitatem pertinentibus.

Nemo Epiſcopus, nec clericus ſine literis Patriarchæ, uel Epiſcopi ad hanc florentiſſimam ciuitatem ueniat.

CCLVII. Vt nemo ultra ſportularum modum ſtatutum exigere audeat, & de officio Præſidis, & Epiſcopi.

Neque præfectianus, neque in rebus agens, neque alius cuiuſlibet conditionis homo in prouincias ueniens, plus exigat ſportularum nomine, quam noſtra conſtitutione cauetur. Sin autem plus exegerit, ſuo periculo Præſes ſecundum leges in eum uindicet. Quod ſi hoc facere neglexerit, Epiſcopus ciuitatis ad nos referat, & tam de Præſidis negligentia indicet, quàm de dignitate, uel militia, & conditione eius, qui plus exegerit, ut nos in utrumque competentem coerctionem imponamus.

CONSTITVTIO LXX.

CCLVIII. De conſtitutione Imperatoris, quæ ſequitur de ſubſtantijs monachorum, vel aſcetriarum.

Scimus in ſuperiorib. conſtitutionem eſſe relatam, quâ cauetur, ut qui, quæve monaſterium intrant [manendi cauſa,] uideantur ſubſtantias ſuas monaſterio conſecraſſe: nam ante introitum liberam habẽt facultatem, quõ uoluerint, bona ſua diſponere: poſtquàm autẽ intrauerint, talem licentiam non habeant quamuis liberos habeãt. Sed ea conſtitutio, quæ de hoc iure loquitur, ex ſuis temporib. ualet. Nam ſi antequam ipſa introducatur, factus eſt aliquis monachus, uel facta eſt mulier monacha, nihil ad eum, uel ad eam pertinet: ergo habeant liberam facultatem qualiter uoluerint ſua negotia diſponendi, & poſt memoratam conſtitutionem. Dat. Id. Oct. Imp. D. Iuſt. PP. Aug. Ann. 11. Ioan. V.C. Conſ. Ind. 2.

CONSTITVTIO LXXI.

CCLIX. De his, qui per capillum Dei, aut per caput iurant; uel alio modo blaſphemia contra Deum immortalem utuntur.

Si quis per capillum Dei, uel per caput iurauerit, uel alio modo blaſphemia contra Deum uſus fuerit, officio Præfecti urbis ultimo ſupplicio ſubijciatur. Si quis autem ſciens, talem hominem manifeſtauerit; non eſt dubium, quin diuina condẽnatione ſimiliter coercebitur: ipſe quoq; Præfectus urbis, ſi neglexerit, poſt Dei iudicium etiam noſtram indignationem timeat. 1 † — 1 † quidã addũt, & teneatur obnoxi*.

CONSTITVTIO XXII.

CCLX. De iure aureorum anulorum.

Si quis famulum ſuum, uel ancillam manumiſerit, & ciues Romanos fecerit (aliter.n. nec ualet manumiſſio) tacito iure uideatur manumiſſus ius aureorum anulorum adeptus fuiſſe, & natalib. reſtitutus eſſe, & non indigeat, ut hoc impetret a Principe. Hæc conſtitutio in futuris caſibus teneat.

CCLX. De reuerentia, & obſequio patronis a libertis præſtandis, & de ingratis liberis.

Libertus patrono ſuo competens obſequium, & reuerentiam præbeat: quamuis enim libertinos ſimiles ingenuorum hac conſtitutione fecimus; attamen patronis iura patronatus intacta reſeruamus: in his ſcilicet caſibus, in quibus reſeruari poſſunt ſecundum noſtrarum legum diſtinctionem, niſi fortè renunciauerit patronatus prærogatiuæ manumiſſor, ſiue per teſtamentum iure fideicommiſſi, ſiue eo tempore, quo libertatem imponebat. Ingratum autem libertum contra patronum ſuum exiſtere prohibemus, quod & in pecuniarijs donationibus introduximus.

Et ſi eo, qui liberalitatem accepit, ingrato circa donatorem exiſtente, infirmatur donatio, quanto magis ſi libertus circa patronum ingratus fuerit, reſcindi debet libertas.

Cauſæ autem ingratitudinis legib. cognitæ ſunt, ueluti ſi libertus manus ſuas contra patronum mouerit, uel ſi cõtumelias atroces ei fecerit, uel ſi magnũ, & intolerabile damnum ei dederit; idem eſt, & ſi ad dedecus eius pertinentes iniurias effuderit. Si.n. horum aliquid patronus, uel liberi eius probauerint, ad priſtinum ſtatum conuictus libertus 2 † reuertatur. — 2 † conuertitur.

Quod ſi competentem reuerentiam patrono, & honorem tribuat; lex quoq; ei libertatem ingenuitatis nomine decoratam conſeruabit. Hæc autem totiens patronus habet, quotiens iura ſui patronatus non relaxauerint.

CCLXII. Si quis libertinam ſuam patronus uxorem habere maluerit.

Si quis libertinam ſuam ducere uxorem uoluerit, dotalia inſtria cum ea componat, & habebit eam legitimam uxorem: quamuis ipſe ſumma dignitate præfulgeat: & liberi, qui ex tali coniugio procreati fuerint, legitimi ſucceſſores patri ſuo exiſtant.

CCLXIII. Si quis ex ancilla ſua liberos habuerit, & dotalia inſtrumenta fecerit.

Si quis ex ancilla ſua liberos habuerit, eamq; manumittere uelit, & dotalib. inſtris factis, legitimam uxorem hře, & ipſa compoſitione inſtrumentorum dotalium liberi eius manumitti uideantur [tacito iure.] Si.n. miles legatum ſeruo ſuo relinquendo, uidetur, & libertatem ei donaſſe: quanto magis hoc obtinere debet in filijs, ubi pater matrem eorum, & manumiſit, & legitimam uxorem dotalium inſtrumentorum compoſitione habuit.

CCLXIIII. Ratio conſtitutionis.

Hæc conſtitutio non uidetur extra iuris diuiſionem introducta eſſe: ſi enim Pius Antoninus Imperator ius Romanæ ciuitatis antea per ſingulos impetrandum poſtea commune fecit omnibus ſubiectis, & diuæ memoriæ Theodoſius ius liberorum antea per ſingulos impetrandum ipſe commune Romanis omnibus fecit, quid nouum, ſi nos quoque ius aureorum anulorum, & ius natalium reſtitutionis generale fecimus omnibus libertinis, ſaluo patronatus honore.

CCLXV. De poteſtate conſtitutionis in tempore.

Hæc autem omnia in futuris caſibus teneant: nam in præterito tempore locum non habent. Dat. 15. Kal. Feb. Conſtan. Imper. Dn. Iuſtin. PP. Aug. Anno 15. Actione V.C. Conſ.

CONSTITVTIO LXXIII.

CCLXVI. Si quis in ius uocare monachum, vel ſanctimonialem conatus ſit.

SI quis cum monachis, vel ſanctimonialibus habeat litigium, non audeat monachum, vel ſanctimonialem in aſceterio, vel monaſterio conſtitutum, vel conſtitutam ad ciuilem iudicem accuſare, vel trahere, ſed magis adeat ciuitatis Epiſcopum. Ille enim exiſtimabit, vtrum repræſentari principalis perſona debeat, an per *ἐγκλημάτων*, vel apocriſiarium defendi cum omni, ſ. honeſtate, ita vt Epiſcopus legib. & canonibus conſentaneam ſententiam proferat.

CCLXVII. Vt hæc conſtitutio ad curam Magiſtratuum, & Epiſcoporum pertineat.

Hanc conſtitutionem omnes Præfecti prætoriorũ cuſtodiant, & Præfecti utriuſque Romæ, & prætor populi, & prouinciarum præſides, & omnes Epiſcopi, & curent cauſas, & monachorum, & ſanctimonialium lites dirimere.

CCLXVIII. De temeratoribus huius conſtitutionis.

Si quis hanc conſtitutionem violauerit, in Magiſtratu quidem poſitus decem librarum auri pœna mulctabitur, & Magiſtratu careat: executor autem litium conſtitutus in decanicis eccleſiarum recludatur, competentes pœnas luiturus, & poſtea non concedatur ei officium executoris habere.

CCLXIX. Quorum hæc conſtitutio intereſt.

Hæc autem conſtitutio teneat in monachis, in ſanctimonialibus, quamuis ipſæ in monaſterio, uel aſceterio non degant; de clericis enim aliæ leges poſitæ ſunt. D. 6. Id. Mart. Conſt. Imp. D. Iuſt. PP. Aug. Ann. 15. Atione V.C. Coſs.

CONSTITVTIO LXXIIII.

CCLXX. De officio Quæſtoris.

IN hac florentiſſima ciuitate alium Magiſtratum addendum eſſe exiſtimauimus, cui nomen Quæſtoris imponimus, quem uolumus primum quidem Dei timorẽ habere, deinde autem noſtras leges cuſtodire, & perſcrutari eos, qui de prouincijs in eandem ciuitatem ueniunt, & non ſolum de maſculis, ſed etiam de fœminis inquirat, & tam de clericis, quam de monachis, & ſanctimonialibus, & ſcholaſticis aliarum ciuitatum, uel cuiuſuis alterius conditionis, & interrogare qui ſunt, & unde uenerunt, & qua occaſione, & ſi quidem coloni ſunt, imminere Magiſtratibus, ut eos citius dimittant. Quod ſi ad priuatos dominos ſuos pertineant, & ideo uenerunt, ut ipſis ſupplicarent: cogere dominos debent, ut citius eos dimittant, quod ſi contra dominos omnes nituntur, multitudo quidem ruſticorum ſtatim dimittatur. Duo autem, uel tres more ſyndicorum litem peragant, dum tamen, & ſic citius lis dirimatur.

CCLXXI. Idem.

Quod ſi non ruſtici ſint, ſed alterius conditionis, curet modis omnibus, ut iudices, citius altercationes eorum dirimant, & in ſuis redeant locis.

CCLXXII. Idem.

Quod ſi domini ruſticorum, uel iudices imminentem ſibi Quæſtorem neglexerint; ipſe Quæſtor ducat apud ſe partes, & uelociter cauſæ finem imponat, & mittat homines in patrias ſuas.

CCLXXIII. Idem.

Si quis autem ſine cauſa in hac ciuitate degat, & paupertate laboret, liceat Quæſtori tenere eum; & ſi robuſtus fuerit, ſi quidem ſeruus inueniatur, inuitus reddatur domino ſuo: ſin autem liber ſit, tradat eum, uel artificibus publicorum operum, uel piſtrinarijs, uel alijs quibuſcunque artificibus. Sin autem noluerit operari, non maneat in illa ciuitate, hoc enim & ipſi expedit: nam ceſſantes homines, & egentes, & forte mendicando ſatis non adquirunt, & ad delicta proniores fiunt. Alij autem, qui corpora debiliora habent, miſericordia Chriſtianorum alantur, ſed nec illi, qui ciuitatem non grauant, expellantur.

CCLXXIIII. Idem.

Si quis Quæſtorem adierit, dicens, ab aliquo damnum ſibi datum fuiſſe, v. g. quod ſportularum nomine plus, quàm conſtitutione cauetur, exactum eſt, uel quod ſine præſidis iuſſione admonitus eſt, diligenter hoc à Quæſtore perſcrutetur, & omnibus modis temeratoribus pœnæ, quæ legibus aduerſus eos ſtatutæ ſunt, imponatur. Et hæc diſponimus ſine ulla fori præſcriptione, cuiuſcunq; militiæ, uel dignitatis reus inueniatur. & poſtquam ſententiam dederit, actor quidem ſuum conſequatur; Quæſtor autem ad nos referat de reſidua pœna, vt vbi æſtimauerimus, conſumatur.

CCLXXV. Idem.

De crimine falſitatis Quæſtor iudicet, & poſt inſcriptiones actoris, & legitimas, teſtium probationes, ſententia ipſius [Quæſtoris] reus puniatur, nemine fori præſcriptionem habente.

CCLXXVI. Idem.

Si Quæſtor adeuntes ſe contempſerit, ipſe de ſuo damna eis reſarciat, & aliam grauiſſimam indignationem expectet.

CCLXXVII. Idem.

Neque Quæſtor, neque officiales, & miniſtri eius lucra ab aliquo capiant: nam & ſi quid ceperint, puniendi ſunt à Quæſtore, ideo n. ex publicis rationib. deſtinauimus eis annonas, ut Quæſtor quidem decem librarum auri pondus accipiat, conſiliarius autem eius ſolidos centum, officiales autem ſolidos trecentos triginta.

Quæſtor licentiam habeat iudices inquietare, ut citius dirimant cauſas, & nobis referre; & ſuo arbitrio ea, quæ oportet, facere.

CCLXXVIII. Idem.

Liceat autem ei publicis quoque epiſtolis uti ad prouinciarum Præſides, ut eos, quos ipſe mittit, illi ſimiliter tranſmittant, in ſuis prouincijs cum quiete moraturos, & ſi quo adiutorio indigeant, hoc præbeant eis.

Nemo autem dimiſſus à Quæſtore maneat in iſta ciuitate, nec iterum de eadem cauſa reuertatur, & Quæſtorem moleſtet: ſin autem tale aliquid fuerit perpetratum, pœna competens temeratoribus imponatur.

CCLXIX. Idem.

Si quæſtor æſtimauerit in partibus officiales ſuos mittere, ut ibi ſedeant, & perſcrutentur, qui ſunt, 1 † qui ueniunt. & ob quam cauſam: liberam licentiam 2 † habeat hoc facere. 1 † aut unde uen. 2 † habeās

CCLXXX. Idem.

Et apud antiquos legiſlatores ceſſationis accuſationes erant: quod nobis quoque placet.

CCLXXXI. Idem.

Quæſtor, & conſiliarius, & officiales eius neque in palatio noſtro aliquid dare compellantur, neque in iudicio Præfecti prætorio annonarum nomina aliquid præſtent, qui enim indemnes noſtros ſubiectos conſeruant, damnum ab aliquo pati non debent. Dat. 7. Id. Mai. Conſt. Imp. D. Iuſt. PP. Aug. Ann. 12. Atione V.C. Conſ.

CONSTITVTIO LXXV.

CCLXXXII. Quomodo ius poteſtatis diſſoluitur.

NON ſolum Patriciatus dignitas nexibus paternis filiumfamilias liberat, ſed etiam cæteræ dignitates, quæ curiali conditione liberare homines ſolent, veluti ſi conſul deſignatus fuerit, ſi ex conſule codicillos accipiat, ſi Præfectorijs Magiſtratibus in ipſo actu fungatur: pone enim Præfectum vrbis, uel Præfectum prætorio factum fuiſſe, uel Magiſtratum militum. Sequatur autem eos, & peculium, quod filijfamilias conſtituti habebant.

CCLXXXIII. De legitimis perſonis.

Qui ex dignitate paterfamilias fit, legitima iura intacta habeat in familia ſua. Ideoq; liberi eius, quos habuit, dum filiusfamilias erat, poſt mortem patris eius in ipſius tranſeunt poteſtatem.

CCXXXIIII. Vt Epiſcopatus honor ius poteſtatis diſſoluat.

Si filiusfamilias Epiſcopus fuerit factus; ex ipſa conſecratione paterfamilias erit. Hæc autem conſtitutio etiam in illis locum habet, qui eo tempore, quo prolata

lata eſt, in dignitatibus antefactis poſiti fuerant. Dat. II. Kalend. April. Conſtan. Imp. Dn. Iuſt. PP. A. Aoeno V.C. Conſ.

CONSTITVTIO LXXVI.

CCLXXXV. De iudicibus.

EOS iudices, quos diuæ memoriæ Zenonis conſtitutio πεδανεοὺς vocat, in noſtra re præeſſe non concedimus, ſed alios iudices noſtra electione fieri iubemus, & elegimus Anatolium virum ſpectabilem fisci patronum factum, & Flauianum uirum Clariſſimum fisci patronum conſtitutum, & Alexandrum, & Stephanum, & Menatē facundiſſimos aduocatos, & Alexandrum alterum, 1 † & Victorem, & Theodorum Quirtcenum, uiros 2 † ſcholaſticos, ex Patricijs autem elegimus Platonem uirum glorioſiſſimum, & Victorem uirum eminentiſſimum, & Focatē uirum glorioſiſſimum, & Marcellum uirum Magnificum, qui iuſtitia præcellit, & Appione 3 † ſcholaſtico conſiliario iuſtiſſimo utitur.

1 † In exēp. Cuiacij, & Ruſſardi, & in editione Haloandri, Danielē, & Victorem, & Th. Quyz. Sed neque editio Scrimgeri, neq; tranſlatio uetus Danielis meminerunt.

2 † Spectabiles in Græco opinor errorem manaſſe ab extenſione literæ, S.

3 † Spectabili.

CCLXXXVI. Idem

Et iudices quidem poſt Magiſtratus populi Romani iſtos eſſe ſancimus, & cauſas, quas ad eos mittimus, uolumus iudicare.

Si quis Magiſtratus conſtitutus iudicem dare maluerit, non habeat licentiam ad alium cauſas ſuas delegare niſi ad prædictos eloquentiſſimos, & glorioſiſſimos uiros, & ad ſuos conſiliarios: ita tamen, ut ibi conſiliarijs ſuas delegat cauſas, & ipſe ſententiam dicat.

CCLXXXVII. Idem.

Sedere autem iudices uolumus in Baſilica à mane vſq; ad ueſperam ſecundum ſolitum morem, & lites dirimere non ſolum futuras, ſed etiam eas, quę apud dictetas inchoatæ ſunt.

CCLXXXVIII. De prouocationibus.

Si prouocatio porrecta fuerit iudici, ſi quidem in ea cauſa, quam nos delegauimus, appellatio exerceatur, aut in cōmune Procerum, aut ſecundum morem apud alios, ex quantitate, ſcilicet, litis habita differentia. Sinautem Magiſtratus ei cauſam delegauerit, appellatio apud eum exercebitur.

CCLXXXIX. De iuriſdictione iudicum.

Iudices vſque ad trecentos ſolidos more quidem παρακινούντας, lites audiant, ſed tamen ſententiam in ſcriptis dicant, & prouocationes condemnato non 4 † denegent: ut ſi forte ret appellare aliquis maluerit, uel contumaciter in abſentia fuerit. Nam & tertia prouocatio illicita eſt, & contumaces condemnati appellare non poſſunt.

4 † denegeant.

CCXC. De prouocationibus, & reparationibus.

Si prouocatio in hac ciuitate iudici porrecta fuerit, vſq; ad duos menſes induciæ præſtentur, & poſt duos menſes ſtatuti legibus dies, ſuos peragant curſus, nulla reparatione in huiuſmodi prouocationibus locum habente.

CCXCI. De ſportulis, & officio iudicum.

Nemo ſportulas, uel iudiciorum impenſas ampliores exigat, quam noſtra conſtitutione cautum eſt: alioquin pœnas patiatur legitimas. Vnuſquiſque autem iudex habeat duos exceptores, & duos executores fideles, & probatos, ut nulla ab eis aſtutia, uel proditio fiat. Ideoque periculo officialium, uel ſcholarum, ſiue ſcriniorum eligantur, ut ſi quid peccauerint, illi detrimenta læſis hominibus ſarciant. Magiſtratus autem competentes aditi damnum exigi iubeant, & iudices, ſi malitioſè uerſatos exceptores, uel executores ſenſerint, remoueant eos, & alios probatos electione, & periculo ſcholarum, ſiue ſcriniorum, ſiue officialiū accipiunt.

CCXCII. De iudicibus mortuis.

Si quis autem deſierit iudex eſſe, alius iudex in locum eius conſtituatur noſtra iuſſione, atque electione.

CCXCIII. De ſalarijs iudicum.

Vnuſquiſque iudex ab utraque parte binos ſolidos in litis conteſtatione accipiat, & binos in termino litis, niſi forte litigium motum intra centum ſolidos ſit. Si enim intra centum ſolidos fuerit, nihil accipiat, habeant autem ſinguli iudices ex his octo, quos conſtituimus, binas libras auri de publico à menſa Præfecti prætorio, omnibus autem perſonis priuilegia in ſumptibus litium prædicta maneant inconcuſſa.

CCXCIIII. De finitiuis ſententijs.

In definitiua ſententia iudex debet definire, quid fieri oportet de impenſis, quas altera pars ab aduerſario ſuo paſſa eſt, & ſi quidē iureiurando terminare quantitatem ſumptuum iudex æſtimauerit, faciat taxationem, & ſecundum quod is, qui uicit, iurauerit, non vltra taxationem ſic aduerſarium eius condemnet. Sinautem propter uarietatem litis in nullos ſumptus condemnare alterutrum eorum noluerit, & hoc in arbitrio 5 † eius ponatur.

5 † eiuſdē po. alias, eius deponatur.

CCXCV. De legibus iudicialibus.

Omnia, quæ de prouocationibus, uel recuſationibus, & ut uiginti dierum poſt admonitionem ſeu inducias habeat, & ſi quid aliud iudiciale conſtituimus, in ſua firmitate permaneant.

CCXCVI. Vt arbitri per compromiſſum, non per ſacramentum adiumantur.

Nemo cum iureiurando iudicem cum aduerſario ſuo accipiat. Talia enim arbitria nullius momenti ſunt. Sinautem cum compromiſſo pœnali aliquis iudicem elegerit; res cauta erit, duorum enim alterum neceſſe eſt fieri, uel ſententiam iudicis impleri, uel ſi hoc is, qui condemnatus eſt, recuſauerit, pœnam compromiſſi præſtari. Magiſtratus autē Reipublicæ, ſi interpellati fuerint, curent, ut pęna compromiſſa exacta ab eo, qui obtemperare arbitrio noluerit, aduerſario eius reſtituatur. In ſumma autē dicimus poſthac licitum non eſſe, ut cum ſacramento litigatorum arbiter eligatur, & ſi quidem ſponte ſua contrarius ſententiam 6 † dixerit, ipſe Deo rationem daturus eſt. Sinautem per imprudentiam aliquid, 7 † non iuſte iudicauerit; hoc partibus nocere prohibemus. Omnia autem cætera iura, quæ de compromiſſarijs, uel de alijs arbitris non cum ſacramento receptis a ueteribus legibus, vel a nobis introducta ſunt, in ſua firmitate innouata permaneant.

6 † dederit.

7 † iuſte.

CCXCVII. De prouocationibus, & retractationibus.

Omnes autem iudices prouocationes ſibi porrectas ſuſcipiant, niſi forte Præfectus prætorio ſit: nam in hac ſede ius retractationis integrum cuſtodiri præcipimus.

CCXCVIII. De diuerſis relcriptis, & de prouocationibus.

Omnes autem lites ſecundum leges, & conſtitutiones dirimantur: quamuis iuſſio noſtra, vel pragmatica ſanctio contrarium ſtatuerit, & prouocationes ſibi porrectas admittant, in his ſ. cauſis, in quibus prouocare licitum eſt.

CCXCIX. De relationibus.

Si quid dubium iudicibus uideatur; hoc ad noſtram Maieſtatem referant, & competens reſponſum mereantur.

CONSTITVTIO LXXVII.

CCC. Si quis in ius uocare clericum maluerit tam in pecuniaria, quam in criminali cauſa.

SI quis cum clerico litigium habuerit, ſi quidem de cauſa pecuniaria adeat prius Epiſcopum, cuius iudicio clericus ſuppoſitus eſt. Ille enim ſine damno, ſine dilatione competentem finem litis impoſiturus eſt. Sinautem noluerit Epiſcopus litem dirimere, tunc ad ciuiles iudices diſceptatio cauſæ perueniat. Vbi autem Epiſcopus cauſam dirimere vult, ſine ſcriptura omnia procedant, & definitiua ſententia ſine ſcriptis ab eo producatur: niſi forte partes uoluerint, ut in ſcriptis ea inſeratur.

Quòd ſi de criminali cauſa litigium emerſerit tunc competentes iudices in hac ciuitate, vel in prouincijs interpellati conſentaneum legibus terminum cauſis imponant: ita tamen, ut diſceptatio litis duorum menſium ſpatium non excedat, a litis conteſtatione numerandum. Non aliter autem puniatur clericus, niſi obnoxius repertus ſacerdotio nudatus fuerit ab Epiſcopo ſuo, uel clericatus honore. Sinautem crimen eccleſiaſticum eſt, tunc ſecundum canones ab Epiſcopo ſolo cauſæ examinatio, & pœna procedat, nullam communionem alijs iudicibus in huiuſmodi cauſis habentibus.

CCCI. De iudicijs.

Si quæ lites iam conteſtatæ ſunt in iudicijs ciuilibus, ſecundum priora iura ſuum finem expectent, omnia autem priuilegia, quæ data ſunt à nobis ſacroſanctis eccleſijs, & religioſis Epiſcopis, & clericis, ſiue monachis, maneant immutabilia.

CON-

CONSTITVTIO LXXVIII.

CCCII. De ſucceſſionibus, quæ ab inteſtato fratribus deferuntur.

SI quis deceſſerit ſine liberis, & ſine patre, & ſine matre, fratres eius ab inteſtato ſucceſſionem ipſius capere 1 † velint. Sin autem iuris diuerſi ſint, 2 † & quidam ex his fuerint conſanguinei, non autem ex eadem matre 3 † nati, & alij appareant eiuſdem patris, & eiuſdem matris progeniti, ipſi alijs anteponantur fratribus: nam & anteriores leges quodammodo hoc fieri præcipiunt. Nam illis cautum eſt, vt ſi pater meus, defuncta forte matre mea, aliam vxorem duxerit, & liberos habuerit, deinde ex nuptialibus lucris, uel alijs, quæ acquiſitionem effugiunt, emolumentũ vni ex his contigerit & mortuus fuerit, vt anteponantur mihi fratres ipſius, qui non ſolum conſanguinei ſunt, ſed ex eodem ventre nati, ex quo & ipſe progenitus eſt. Hæc autem conſtitutio non ſolum in 4 † præſentibus caſibus teneat, ſed etiam in præteritis, niſi iudiciali calculo, vel amicabili compoſitione ſopita ſunt.

1 † debent
2 † vt
3 † Quidã co. addit, uel ex eodẽ patre.
4 † alij, futuris caſibus tẽpo. alij, futu. caſibus, & præſen.

CONSTITVTIO LXXIX.

CCCIII. De fabricenſibus, & qui arma gerere poſſunt.

NEMO priuatus arma facere audeat, niſi qui in publicis fabricis, & matriculis fabricenſium referuntur, & priuatis hominibus non uendant. Numerorum autem fabricenſes noua arma non faciant: tantum illa, quæ militum ſunt, accurent: ſi quid autem nouum fecerint, hoc adempto, noſtro armamento adducatur. Eadem dicimus, & de publicis baliſtarijs, vt nemo noua arma faciat, ſed vetera renouet: ſi quis vero nouum fecerit, hoc ad publicum armamentum vniuſcuiuſque ciuitatis pertineat.

CCCIIII. Idem.

Hæc autem obſeruari oportet non ſolum ab ipſis balliſtarijs periculo eorum, ſed etiam ſub quibus, & balliſtarij ſunt, & publica armamenta, & diligentia eorum: ſi enim deprehendatur, id eſt, fabricenſis arma vendens, curabit Præſes prouinciæ huiuſmodi hominis pœnas imponere, & ab Imperatore ea ſine pretio vindicare, & publico addicere. Eadem dicimus & de his, quos Staturos numerorum vocant.

CCCV. Idem.

Sancimus, ut priuatus homo arma non faciat, niſi ſoli fabricenſes qui ad arma facienda militant, & de publico aluntur. Oportet autem glorioſiſſimum Magiſtrum officiorum quinque chartularios de ſcrinio fabricæ deputare bonæ opinionis homines, & primates ſcrinij, vt quærerent de priuatis hominibus qui arma facere audeant. Et ſi quos idoneos inuenerint, de eis ad nos referant, & matricula eorum perſpecta, noſtra reſcriptione confirmentur, & in militia ſcribantur, & fiant publici fabricenſes: nam ſi ea fuerint obſeruata, ruſtici homines armorum copiam non habebunt.

Oportet autem eos ſcriniarios, qui mittuntur ad inquiſitionem priuatorum, qui arma faciunt, depoſitiones a Magiſtratibus, & defenſoribus, & patribus ciuitatum accipere, quod nemini priuato concedant arma facere: ſi enim conceſſerint, 5 † Alexandrinæ quidem ciuitatis Præfectus viginti librarum auri pœna percellatur, & Magiſtratu ſuo careat, & officium eius viginti librarum auri pœna mulctetur, & capitali ſupplicio puniatur. Cæterarum autem prouinciarum Præſides denas libras auri pœnę nomine præſtare, & Magiſtratu ſuo carere iubemus: officiales autem, & defenſores, & patres ciuitatum tres auri libras dare, & capitali puniri ſupplicio.

5 † Hęc ſententia manca eſt; pôt autem ex Græco ita ſuppleri: ſi eis conceſſerint, & pęnam pecuniariã, & capitis ſuppliciũ expectẽt. Sancimus etenim, ſi Alex. ciuit. præ ſancita noſtra negligat, ut 20. lib. &c.

CCCVI. Idem.

Nemo priuatus faciat, aut comparẽt arcus, vel tela, vel ſpathas, vel gladios, quos parameria vocant, vel zabas, ſiue loricas, vel cantos, aut lanceas, quocunque modo ſi fiant, vel quæ ab Iſauris monocontia dicuntur, vel zibynnos, quos miſſibilia vocant, vel ſcuta, vel caſſides. Liceat autem priuatis hominibus facere, & comparare cultellos minimos, quibus in bello quiſquam vti non poteſt.

CCCVII. Idem.

Sciant chartularij ſcrinij fabricæ, quòd ſi hæc ſaluberrima noſtra ſtatuta contempſerint, non ſolum pecuniarias pœnas ſubiiſſent, ſed etiam corporales, & militia ſua carebunt, & ſcrinium eorum ad curam fabricæ nullam communionem habebit, ſed alijs hæc 6 † copia à nobis committetur.

6 † cura

CONSTITVTIO LXXX.

CCCVIII. De diuerſis donationibus à curialibus faciendis.

NEMINI liceat curiali conditioni obnoxio aliquid donare de ſua ſubſtantia, niſi quod pertineat ad donationem propter nuptias, ſiue pro ſemetipſo, ſiue pro liberis dederit. Liceat autem eis, & dotare filias ſuas, ſi nuptias contrahant: aliter autem non liceat eis immobiles res ſuas donare ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa. Vendere autem ſi velint, liceat eis ſecundum noſtras conſtitutiones: nam & dotem dare pro filia ſua curialis homo poteſt vſque ad eum modum, qui conſtitutione comprehenſus eſt. Scire aũt oportet, quod alijs priuatis hominibus non eſt interdictum donationes mortis cauſa facere, & quas voluerint, conditiones inſerere: nam eis conceſſum eſt etiam talem conditionem addere, vt non liceat donatori mortis cauſa donationem reuocare, aliàs autem conditiones obſeruari, ſed & non mortis cauſa donationes, qui volunt, ſecundum leges faciant.

CONSTITVTIO LXXXI.

CCCIX. De rebus depoſitis, & de his, qui denunciant, vt depoſita non reddantur.

QVIDAM Titio depoſuit pecuniam, vel alias res ſub aliquibus conditionibus, vt ſi impletæ fuerint, reddatur ei depoſitum: deinde impleuit, & depoſitarius nihil reddere vult: iubet conſtitutio teneri eum, quia conditionibus impletis res depoſitas reddere debet. Sed & ſi venerit aliquis, & denunciauerit depoſitario, ne aliquid reddat, nihil hoc ei, qui depoſuit, noceat: quidquid enim damni poſt talem denunciationem, vel fortuito caſu depoſitis rebus contigerit, hoc ad eum, qui denunciauit, 7 † vt depoſitori indemnitas conſeruetur. Hoc amplius. Pecunia depoſita erat, & eam reddi quiſpiam denunciatione prohibuit: ex eo tempore cogendus eſt tertiam centeſimę vſurarum nomine depoſitori præſtare vſque eo, donec reddatur pecunia.

7 † depoſitarij.

CCCX. De his qui denunciant, vt ciuiles annonæ, uel penſiones non ſoluantur.

*Si quis uel ciuiles annonas dari prohibuerit alicui, cuius ſe creditorem dicit eſſe, uel denũciauerit inquilinis, ne penſiones præſtent, quidquid damni ex hoc domini ſenſerint, is, qui denunciauit, reſarcire cogatur. Hoc amplius pecunię, quam prohibuit dari, uſuram præſtet tertiam centeſimæ. Et nemo dicat, quod poteſt dominus cautionem defenſionis inquilinis dare, & penſiones poſt denunciationem exigere: defenſio enim ſine fideiuſſore omnino idonea non eſt, & non facile eſt fideiuſſorem omnibus inuenire.

CONSTITVTIO LXXXII.

CCCXI. De liberis naturalibus.

HAEC conſtitutio de liberis naturalibus loquitur, & dicit, filios natos aut ingenuos, & legitimos eſſe, aut ingenuos, & naturales, aut naturales, & ſeruos, aut omnino nec naturales, nec legitimos appellari. Eorum autem qui naturales, ingenui, uel ſeruilis conditionis ſunt, aut legitimi poſtea fiunt, aut in eodem ſtatu manent.

Ingenui quidem, atque legitimi filij naſcuntur, qui ex legitimis nuptijs procreati ſunt. Nuptias autem legiti-

uias

mas contrahi diximus aliter in perſonis ſenatoriis, aliter in uiliſſimis hominibus, aliter inter eos, qui mediaſtini ſtatus ſunt. Succeſſiones autem parentum ad legitimos filios uarijs pertinent modis, de quibus pleniſſimè iuriſconſulti, & conſtitutiones locuti ſunt.

Naturales autem liberi, ſiue ingenui, ſiue ſerui, quibus modis poſtea fiunt legitimi, & per quas uias naturalibus ſuccedunt parentibus, neceſſarium eſt exponere. Igitur ſi quis filios naturales curiæ dederit, uel omnes, uel quoſdam, uel unum ex his legitimos faciat ſecundum diuæ memoriæ Theodoſij conſtitutionẽ. Idem iuris eſt, ſi filiam naturalem curiali homini pater coniunxerit. Sed quia hæc pars & de ſucceſſionibus, & de alijs multis dubietatem recipit, ordinarium eſt prius etiam pleniſſimè explanare.

Igitur ſi quis naturalem filium, uel naturales habuerit, eumque uel eos, uel quoſdam, uel unum ex his legitimos facere uoluerit, det eos curiæ ciuitatis, quamuis illuſtri dignitate decorati ſint, & fiunt legitimi, exceptis ſcilicet illis dignitatibus, per quas, & ſi curiales eſſent, a conditione relaxati fuiſſent. Dari autem eum curiæ oportet, uel in ſpectaculo toto populo conſidente, uel actis interuenientibus, uel in teſtamento ſuo, ſi ille non reclamauerit. Et hæc omnia procedũt, ſiue habeat legitimos filios pater, ſiue nõ. Sin autem poſt mortem patris naturalis ſpontanea uoluntate ſeſe curiæ dare maluerit, non aliter audiatur, niſi nullum legitimum filium pater reliquit. Hæc autem, quæ de patre dicimus, obtineant & in auo, & alijs huiuſmodi perſonis.

Sed ſi quidem ex prouinciali ciuitate oriundus eſt is, qui filium curiæ dare uelit, in eadem ciuitate filium ſuum faciat curialem, ſiue ipſe quoque pater curialis ſit, ſiue non. Sin autem ex uico oriundus eſt, in ea ciuitate curialem faciat filium naturalem, cuius in territorio 1† locus eſt. Illo proculdubio obſeruando, ut ubi quidem parens dat, non impediant legitimi filij. Vbi autem filius ſeſe dare uelit, impediatur legitimis filijs ſuperſtitibus.

1† vicus

Sin autem parens naturalis, vel Romanus ſit, vel Byzantius, liceat ei in qua voluerit Metropolitana ciuitate filios ſuos naturales curiæ dare. Eadem dicimus, & ſi quis filiam ſuam curiali homini coniungere maluerit.

CCCXII. Idem.

Si curialis naturales tantum filios habuerit, liceat ei manumittere eos, & curiæ dare hoc modo legitimos facere. Ipſi quoque naturales liberi, ſi libertatem quoquo modo nancìſcantur, mortuo patre, nullis legitimis liberis ſuperſtitibus licentiam habeant curiæ ſe dare, & legitimum nomen mereri.

CCCXIII. Idem.

Si naturalis filius curiæ datus fuerit, legitimus patri ſucceſſor ab inteſtato exiſtat. & ex teſtamento capiat, quantũ ei pater naturalis reliquerit, niſi forte legitimos filios antea habuit: tunc enim non plus habeat naturalis filius, quam is, qui legitimus conſtitutus minimam habuit portionem. Si quidam, mortuo patre, curialia munera ſubeat, & quod ei donatum, uel relictum eſt, poſſideat, maneat ſecurus.

Sin autem res paternas uelit reſpuere, ut curiali conditione liberetur, omnino non audiatur. Enimuero, ſi ab initio curialem conditionem contempſerit, poſtea autem in poſſeſſionem rerum paternarum, uel omnium, uel ex parte inuentus fuerit, tunc curialis conditionis nexibus teneatur. Quæ diximus de maſculis curiæ datis, intelligenda ſunt, & de filiab. naturalibus, quæ curialibus nupſerunt.

CCCXIIII. Idem.

Filius curiæ datus ſoli patri tantummodo legitimus fiat ſucceſſor, non etiam parentibus, uel liberis ipſius, uel adgnatis uel cognatis eius, niſi forte ab aliquo ex his heres inſtituatur.

CCCXV. Idem.

Si quis curiæ datus, & legitimus factus deceſſerit, ſi quidem habeat curiales legitimos liberos, ad ipſos ſucceſſio eius pertineat: ſin autem quoſdam curiales habeat, quoſdã à conditione liberatos, ad curiales quidem nouem unciæ ſubſtantiæ eius ueniant, ad alios autem tres unciæ. Quod ſi nullos liberos habeat, nouem quidem uncias curia, & publicum habeat, tres autem uncias, uel hæredes, quos in teſtamento ſuo ſcripſit, uel hi, qui ab inteſtato ad hæreditatem eius uocantur.

Sin autem ſcriptus hæres, uel non ſcriptus curiæ ſe dare maluerit, & hæreditatem ipſius habere nullo modo prohibeatur, ſed habeat licentiam, ut cum curiali conditione nouem uncias ad curiam, & publicum pertinentes accipiat: ſi ſi prius Imperatori ſupplicauerit, & hoc ipſum ei ab Imperiali numine conceſſum fuerit.

CCCXVI. Idem.

Si quis naturales habuerit liberos, poſteaque decedens in teſtamento ſuo curiæ eos dederit, & illi poſt mortem patris ſui naturalis conſenſerint, habeant nouem uncias, qualitercunque diſtributionem earum pater inter eos fecerit: ita tamen, ut minus nouem uncijs non accipiant. Melius autem faceret pater, ſi totum aſſem eis relinqueret. Quod ſi quidam ex his conſenſerit, quidam autem noluerint curiales eſſe: ad eos, qui conſentiunt, nouem unciæ perueniant, tres autem unciæ ad eos deuoluantur, quos teſtator uoluit. Quod ſi nullus ex naturalibus liberis curialem amplectatur conditionem, ad ipſam curiam nouem unciæ 2† perueneant. ſ. ut ſecundum noſtram conſtitutionem inter curiam, & publicum nouem unciæ diuidantur.

2† permaneant.

Sed & ſi quis nihil de naturalibus liberis ſuis dixerit, ſed ſilentio eos præterierit, illi autem ſua ſponte uoluerint curiæ nexibus eſſe ſubiecti, ut patris naturalis ſucceſſionem capiant, liceat eis hoc facere, ut nouem accipiant uncias.

Sed & ſi pater naturalis filium ſeruum habuerit, eumque manumiſerit, & curiæ dederit, nouem uncias ei relinquere compellatur. Hoc amplius, & ſi tantum manumiſerit eũ, & poſt mortem naturalis patris curialis eſſe maluerit, nihilominus nouem uncias accipiat. Idem dicimus, & ſi teſtator eum curiæ dederit in ſuo teſtamento. omni.n. modo q curiales onera ſubire paratus eſt, nouem uncias accipiat. Quod ſi omnes naturales liberi curiales eſſe volunt, pro rata portione inter eos nouem unciæ diſtribuantur.

CCCXVII. Idem.

Zenonis diuæ memoriæ conſtitutio, & Anaſtaſij lex de naturalibus liberis poſita, maneat ſecundum ſua tempora incõcuſſa: ſed & Diui Iuſtini conſtitutio in perpetuum maneat, quæ prohibet, naturales liberos adoptionis modo legitimos fieri.

CCCXVIII. Idem.

Si quis cum libera muliere conſuetudinem habuerit, & & ex ea naturales liberos procreauerit, poſtea autem affectione intercedente dotalia inſtrumenta, cum ea fecerit, dicimus liberos tam eos, qui ante inſtrumenta, quam illos, qui poſtea nati ſunt, legitimos, & in poteſtate patris fieri, ſi uel poſt inſtrumenta facta nati deceſſerint, ſiue omnino nati non fuerint, nulla diſcretione habita, utrum alia ſubſit legitima proles, an non.

Sed & ſi quis conceptus ante inſtrumentum, poſtea natus fuerit, illud tempus, quo natus eſt, inſpiciatur, ut legitimus fiat, uel ſi proſit ei tempus conceptionis, illud tempus obſeruetur.

CCCXIX. Idem.

Si quis filios habuerit naturales, eorum autem mater mortua ſit, ut dotalium inſtrumentorum compoſitio fieri non poſſit, uel ſi uiuat quidem mater, ſed ea digna matrimonio non ſit: uel ſi cœlata fuerit, ut vxor non dicatur, pater autem filios ſuos legitimos facere velit, liceat ei ſupplicare Principi, hoc ipſum manifeſtare in precib. ſuis, et Principe annuente, ſtatus filiorum confirmetur, ſ. ſi in his caſib. legitima proles non ſubſit.

CCCXX. Idem.

Si pater naturalis, dum uiuit, præcedentes obſeruationes non fecerit, ut filios ſuos naturales legitimos efficiat, componat teſtamentum, & in eo dicat, ſe uelle eos legitimos ſibi ſucceſſores exiſtere: & ſi hæc fecerit, liceat filijs hæc docere, & teſtamentum patris oſtendere legitimam hæreditatem eius adipiſci: ſic tamen, ut prius Principi ſupplicare, & hæc ipſa allegare debeant.

CCCXXI. Idem.

Hæc autem omnia toties locum habent, quoties & ipſi liberi naturales conſentiunt: ſi enim inuitus nemo emancipatur, quanto magis non debet aliquis ſui iuris conſtitutus alienæ ſubijci poteſtati. Quòd ſi quidam ex his uoluerint, quidam autem noluerint, ij, qui volunt, legitimi ſucceſſores exiſtant parenti. Illud autem certum eſt, quòd legitimis filijs ſuperſtitibus tempore, quo pater moritur, naturalis filius legitimus nullo modo intelligitur, niſi uel curiæ datus eſt, uel dotalia inſtrumenta cum matre ipſius compoſita ſunt.

Nemini autem liceat filium naturalem adoptare, & eo modo legitimum eum facere.

Idem.

CCCXXII. Idem.

Si quis liberos naturales habuerit, ſi quidem legitimos eos prædictis modis effecerit, ita ei ſuccedant, quemadmodũ ex nuptijs lege cognitis procreati, patribus ſuis ſuccedunt. Si autem naturales permanſerint, ſi quidem legitima proles 1 † ſubſit, non liceat patris filijs naturalibus, & matri eorum, i. concubinæ ſuæ vltra unam unciam dare ſiue inter uiuos, ſiue mortis cauſa, ut ſemiunciam concubina habeat, ſemiunciam liberi: ſi quid autem plus ei dederit, hoc habeant legitimi filij. Sed & ſi ſolam habeat concubinam, non plus ei, quam ſemiunciam præſtet.

1 † ſuperſit

Quod ſi nullos filios legitimos habeat, liceat ei, & in toto aſſe filios ſuos naturales hæredes inſtituere: niſi forte pater naturalis parentes habeat, tunc enim parentibus legitima portione relicta, reliquæ partes ad naturales filios tranſire poſſunt: eadem licentia patri præſtanda, & ſi donatione, uel alio quocunque titulo, uiuus, uel moriens ſubſtantiam ſuam naturalibus filijs præſtare voluerit. Illo proculdubio obſeruando, ut concubinam ille habere poſſit, qui vxorem non habet. Hæc autem toties teneant, quoties naturalis pater vel teſtamento, vel alio vltimo iudicio ſuam declarauit uoluntatem.

Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & neque filios habuerit, filiaſve, neque nepotes, aut neptes, vel deinceps alias perſonas, habeat autem in domo ſua concubinam liberam ex qua etiam filios habuit, tunc etiam, inteſtato patre naturali mortuo, duas uncias habeant diuidendas inter eos pro uirili portione, ut mater eorum unius filij partem accipiat. Et hæc ita ſe habeant, quamuis agnatus, uel cognatus, uel patronus, uel fiſcus inteſtato defuncto patri naturali ſucceſſerit. Sed & ſi concubina anteꝗ pater moriatur, deceſſerit, nihilominus naturales filij duas uncias inteſtato patre mortuo integras accipiant. Idem dicimus, & ſi concubina ſeparata eſt ab eo.

Nemo autem intelligat concubinam, quæ cum multis mulieribus concumbere cum aliquo ſolet: nam quemadmodum qui legitimam vxorem habet, aliam habere, durãte eodem matrimonio, non poteſt, ita & qui unam concubinam habet, nõ poteſt alias eodem tempore habere. Nulla autem differentia eſt, vtrum maſculi, an fœminæ ſint, qui, quæve ex tali cõcubinatu progeniti, uel progenitę ſunt.

Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & legitimos liberos reliquerit & naturales, nihil quidem naturales capiant, alantur autem a fratribus ſuis, i. a legitimis filijs defuncti ſecũdum ſubſtantiam, quæ ad eos peruenit ex patre, quemadmodum uir bonus exiſtimauerit, i. uiri boni arbitratu. Idẽ iuris eſt, & ſi uxorem quidem habeat, liberos autem naturales ex concubina ante mortua, vt & ij alantur a ſucceſſoribus eius: de nepotibus enim naturalibus ea, quæ conſtituimus in Codice, teneant.

CCCXXIII. Idem.

Sed quemadmodum liberis naturalibus conſultum eſt, ſic & ipſi debent patribus ſuis naturalibus uiciſſitudinem dare in alimonijs, & in ſucceſſionibus, quemadmodum in ipſis filijs conſtitutum eſt.

CCCXXIIII. Idem.

Si pater naturalis aliquid dederit, uel reliquerit filio, liceat ei præſtare tutores, uel curatores in ijſdem rebus confirmandos. Liceat, auiæ, & matri tutelam filiorum naturalium ſuſcipere, & omnia facere, quæ in legitimis liberis facere ſolet.

CCCXXV. Idem.

Hæc conſtitutio non pertinet ad eos liberos, qui ex nefarijs procreationibus procreati ſunt: ideoque non alimonia eis parentes, uel fratres præſtare debẽt. Conſtantini autem diuæ memoriæ lex ad Gregoriũ ſcripta penitus euacuatur.

CONSTITVTIO LXXXIII.

CCCXXVI. De teſtibus.

NVLLIVS recipiatur teſtimonium, niſi eius, qui ſit bonæ opinionis, uel quem dignitas commendet, uel militia, uel uitæ honeſtas, uel artis laudabilis titulus, uel etiam aliorum teſtium vox de bona uita eius cõſentiens. Alias autem teſtis ſi viliſſimus in iudicium productus fuerit, liceat iudici, ſi hoc æſtimauerit, & tormentis eum ſubijcere, in hac quidem florentiſſima vrbe per Prætoris officium, & in prouincijs autem per defenſorem ciuitatis.

Si quis autem ſcripſerit, ſe debere alicui pecuniam: poſtea autem dicat, e ſine ſcriptis eam ſoluiſſe, non audietur, quãuis teſtes produxerit, niſi ſecundum obſeruationem conſtitutionis noſtræ: ſic tamen, ut teſtes duorum alterum dicant, uel quod præſentibus ipſis, & ad hoc ipſum rogatis, debitor creditori pecuniam ſoluit; uel quod ad hoc ipſum accepti audierunt creditorem, dicentem pecuniam ſibi ſolutam fuiſſe: non enim admittimus teſtimonia eorum, qui dicere ſolent tranſeuntes ſe audiſſe aliquem dicentem pecuniam ſibi ſolutam eſſe.

Sed nec tabulariorum præſentia ſola ſufficit, niſi teſtes quoque rogati ſubſcripſerint, & ipſa principalis perſona, ſi literas ſciat, ſuas depoſitiones per ſcripturam declarauerit, ſ. vt & in hoc caſu, ſi quidem bonæ opinionis teſtes inuenti fuerint, recipiantur: ſi autem uiliſſimi homines, qui & pecuniam corrumpi facile poterant, & peierare non timebant, tunc tormentis ſubijciantur.

Si autem teſtes contraria ſibi dicant, oportet iudicem, ſi contrarietatem teſtimoniorum perſpexerit ipſis conſtitutam, quæ totam cauſam continent, reprobare eos: plurium autem, & bonorum teſtimonia ſequi, & eos, qui contraria ſibi dixerunt, ſiquidem per errorem, cum uenia 1 † admittere: ſi autem per aſtutias aliquas, tormentis ſubijcere.

1 † dimittere.

CCCXXVII. Idem.

Si quis in vna eademque lite teſtes ter produxerit, & renunciauerit teſtium productioni, & exceperit teſtimonia uel ipſa, uel præſcriptiones aduerſarij ſui, poſtea non conceditur, quartam productionem teſtium facere. Enimuero ſi non exceperit, neque ipſa teſtimonia, neque præſcriptiones aduerſarij ſui, liceat ei quarta uti productione teſtium: ita tamen, ut iuret prius, neque ſe excepiſſe, neque per procuratorem ſuum, uel patronum, uel alium hominem ſuum, nec aliquo dolo, uel arte, uel calliditate quartam productionẽ deſiderare. Hoc amplius, ut ſi ſemel uel bis produxerit teſtes, & renunciauerit productionibus, ac poſtea uelit producere, non audiatur, niſi in eo caſu, ubi neque teſtimonia excepit, neque præſcriptiones aduerſarij ſui, quamuis diuina iuſſio dederit ei licentiam producendi.

CCCXXVIII. Idem.

Antiquitus eſt conſtitutũ, ut ſi in hac florentiſſima ciuitate litigium fuerit motum, & adhuc cauſa pendente, opus fuerit teſtium productione, teſtes autem in prouincia degant, ut illuc, actis interuenientibus, mittantur partes, ſiue procuratores eorum, & apud defenſorem ciuitatis teſtes producti dicant ea, quæ ſciunt, & poſtea in hac ciuitate acta mittantur, & competenti calculo à iudice cauſa terminetur. Idem iubet conſtitutio continere, & ſi in prouincia litigium fuerit motum, & teſtes in hac degerint ciuitate, uel in alia prouincia: actis enim interuenientibus apud quãuis eloquentiſſimum iudicem teſtes producantur, uel ſi in alia ciuitate, uel in alia prouincia teſtes ſint, apud defenſorem acta conſiſtant, & ſignata præſtentur uel ei, qui produxit, uel aduerſario eius, ne quaſi excipienti denegetur rerum ei teſtes producendi licentia. Hæc autem in pecuniarijs cauſis obtineant: nam in criminalibus ipſæ perſonę teſtium neceſſariæ ſunt in præſentia.

CCCXXIX. Idem.

Si teſtis productus ſeruus eſſe dicatur; ille autem dicat, ſe liberum eſſe, ſiquidem ingenuum, ſcribatur quidem teſtimonium ipſius, poſtea autem, ſi probatus fuerit ſeruus nullius momenti eſt: ſi autem libertinum ſe eſſe dixerit, ſiquidem inſtrumentum manumiſſionis ſuæ oſtenderit, dicat teſtimonium: ſi autem in alio loco dicat inſtrumenta ſui ſtatus habere, ſcribatur quidem teſtimonium eius, poſtea autem ſi non produxerit inſtrumenta, nullius momenti ſit.

CCCXXX. Idem.

Si quis dixerit, teſtem productum inimicum ſuum eſſe, ſiquidem ex criminali cauſa, omnino non dicatur teſtimonium. Si autem alia occaſione, dicatur quidem teſtimoniũ eius, ſed præſcriptio ei opponatur.

CCCXXXI. Idem.

Si quis mediatorem ſe partium dixerit, ideoque ſe non oportere inuitum teſtimonium in alterutrum eorum dicere; illi autem conſenſerint ut producatur, con-

ſequens

ſequens eſt, vt in hoc caſu etiam inuitus teſtimoniū dicat.

CCCXXXII. Idem.

Teſtium productio apud iudices, vel defenſores, uel Magiſtrum cenſus non aliter valeat, niſi præſente quoque aduerſaria parte, vel contumaciter non veniente, ſit & hic ſalua præſcriptio ei competat, quam opponendam exiſtimauerit. Contumaciter autem non videtur abeſſe, qui ex neceſſitate abfuit: forte enim intra ſepta ſanctorum iacuit.

CCCXXXIII. Idem.

Omnia autem iura, quæ poſita ſunt iam uel à retro principibus, vel a nobis de teſtibus, maneant intacta. Hanc autem legem tenere volumus in futurum tempus.

CONSTITVTIO LXXXIIII.

CCCXXXIIII. Vt dos prioris uxoris præferatur doti ſecundæ uxoris, ſiue ipſa, ſiue liberi eius agentibus.

QVædam mulier Titia nomine Mæuio copulata eſt, & dotem dedit, & liberos ab eo procreauit: poſtea mortua Titia, Mæuius ſecundam uxorem duxit Semproniam, & mortuus eſt. Quæritur utrum liberi prioris uxoris dotem matris ſuæ prius recipere debeant, an magis ſecunda uxor in dote ſua ualidiora iura prætendent? & ita diſtinguimus, ut ſiquidem res dotales exiſtant, ſiue prioris, ſiue poſterioris ſint, omnimodo eas dominus uendicare poſſit. Si autem vel conſumptæ ſunt, vel diminutæ, præferantur ſecundæ mulieri liberi ex priore matrimonio nati, vel etiam ipſa prima uxor, ſi forte repudio primæ nuptiæ ſolutæ ſunt. Idem dicimus, ſi liberi ſecundæ mulieris cum priore uxore, vel liberis eius litigent. In ſumma enim dicimus, priori matrimonio hypothecarum priuilegia ualidiora præſtamus, ubi ipſa mulier agit, vel liberi eius ex eo matrimonio nati. Liberorum autem appellatione omnes deſcendentes perſonas complectimur, quod non per innouationem a nobis introductum eſt, ſed magis per interpretationem priorum conſtitutionum.

CCCXXXV. Si per maritum ſteterit, quò minus dos ei promiſſa præſtetur.

Si mulier dotem pro ſe promiſerit, uel alius pro ea ſiue profectitiam, ſiue aduentitiam, poſtea autem uel ipſa mulier, vel promiſſor dotis paratus ſit id, quod promiſit dare, & hoc ipſum teſtatione complectatur, uel obtulerit res, vel depoſuerit, ſi mobiles ſint, uel in iudicio ex una parte iudicem adeat, & miſſus ab eo 2† hominibus, maritus diſtulerit dotem accipere: poſteaque ſolutum matrimonium fuerit: ſic intelligatur maritus quaſi dotem accepiſſe: adeoque ſi quid de antenuptiali donatione accipere mulierem oportet, hoc omnino 2† accipiat, quamuis nullam dotem dederit, quia per maritum ſtetit, quo minus eam ſuſciperet.

2 ter

2† omnimodo.

CONSTITVTIO LXXXV.

CCCXXXVI. De immodicis, & inofficioſis donationibus.

SI pater filios habuerit duos, vel plures, & uni ex his donare ſuas res uoluerit: non liceat ei ultra beſſem ſubſtantiæ ſuæ donare, vel ultra dimidiam ſecundum numerum liberorum, ut & cæteri liberi modis omnibus legitimam portionem, id eſt, Falcidiam accipiant: quã haberent ſi tertiam partem uel dimidiam acciperent eo tẽpore, antequam 3† donatio facta ſit, niſi ingrati fuerint. Nam ſi probatæ ſunt ingratitudinis cauſæ, legibus priſtinis ſubijciantur.

3 †quo'

CONSTITVTIO LXXXVI.

CCCXXXVII. Si appellatione introducta, compromiſſarium arbitrum litigatores elegerint.

SI quis appellauerit, & appellatione introducta apud Præfectum prætorio, uel apud quamuis alium iudicem, compromiſſarios arbitros elegerit cum aduerſario ſuo, non ſit excluſus uenire iterum ad appellatorium iudicium, quamuis biennium fuerit tranſactum. Quòd ſi poſtquam a compromiſſario receſſum eſt, biennium tranſierit, dicimus priorem calculum firmum eſſe, & appellatorium iudicium non exerceri. Cætera autem omnia iura, quæ de prouocationibus poſita ſunt, in ſuo robore maneant.

CONSTITVTIO LXXXVII.

CCCXXXVIII. Si mater filiorum ſuorum tutelam ſuſcipere maluerit.

SI mater, marito ſuo defuncto, filiorum ſuorum tutelam gubernare maluerit, renunciet ſecundis nuptijs in iudicio ſine iureiurando: res autem ſuas impuberibus filijs ſuis obliget, atque ita tutela ei committatur, ſiue creditrix ſit filijs ſuis, ſiue debitrix. Idem & in filiabus dicimus. Hæc autem obſeruare procuret tam Præfectus urbi, quam prætor in prouincijs Præſides, & diligenter inuentaria conſcribantur, ſcriba præſente, & alijs publicis perſonis ſecundum conſuetudinem, & ſatiſdationes idoneæ exigantur, ut res ſalua pupillis fiat.

CONSTITVTIO LXXXVIII.

CCCXXXIX. De officio omnium Magiſtratuum prouincialium, & de quinquaginta diebus.

SI quis ciuilis, uel militaris iudex adhuc in Magiſtratu ſuo poſitus ſine iuſſione diuina prouinciam, quam ſortitus eſt, dereliquerit, reus ſit Maieſtatis, & reducatur in illam prouinciam, de qua fugit. & poſtquam accuſatoribus ſatisfecerit, ultimo ſupplicio puniatur. Si autem Magiſtratus eſſe deſierit, quinquaginta dies ibi faciat & publice pareat, & uolentibus aduerſus eum agere reſpondeat, & Metropolitana ciuitate non exeat, antequam quinquaginta dies fuerint tranſacti. Vbi autem ſucceſſor alicui Magiſtratui a noſtra pietate mittitur, non antea deſinat eſſe Magiſtratus ille, qui prior eſt, niſi ante duos dies, quam in prouincia ſucceſſor uenerit: tunc enim & amicabilem epiſtolam mitti ei præcipimus, ut publicas annonas uſque ad hoc tempus deceſſor accipiat.

CONSTITVTIO LXXXIX.

CCCXL. De in ius uocando.

NOn aliter reus actori reſpondeat libellum accuſationis mittenti, niſi prius ille cauerit reo, atque litis executori, quod intra duos menſes conteſtationem litis apud iudicem facturus ſit: alioqui damnum in duplum ſe reo reſtituturum: cautio autem triginta ſex ſolidorum quantitatem non excedat. Idem, ſi quis ab aliquo fuerit accuſatus, & uoluerit ipſum actorem ſuum accuſare, apud eundem iudicem hoc faciat: nam apud alium iudicem trahere eum non poteſt: quod ſi iudex ei diſpliceat, liceat ei recuſare eum ante litis conteſtationem in uiginti dierum relaxamento: poſt litis enim conteſtationem recuſare eum iudicem non poteſt, nec actorem in aliud iudicium trahere.

CONSTITVTIO XC.

CCCXLI. De exequatione dotis, & propter nuptias donationis.

DOnationum, quæ propter nuptias fiunt, parem uolumus eſſe quantitatem doti mulieris. Item pacta, & ſtipulatio in dote, & propter nuptias donatione modo pari componantur. Hoc autem capitulum in futuro quoque tempore teneat.

CCCXLII. Quando licet mulieri dotem ſuam augere.

Si mulier dotem ſuam augere maluerit, non aliter hoc facere poſſit, niſi maritus quoque propter nuptias do-

tionem

tionem pari quantitate augere paratus ſit. Quòd ſi credito res maritus habeat, augere mulier dotem ſuam debet in rebus immobilibus. Quod ſi res mobiles dederit, ſciat ſe priuilegium dotis in rebus mariti ſui non habituram. Sinautẽ nullum creditorem maritus habeat eo tempore, quo dotẽ ſuam mulier augebat, habeat priuilegium, quod dotibus hypothecaria actione præſtitum eſt.

CCCXLIII. De priuilegio dotis.

Sæpiſſimè relatum eſt, eum, qui pecuniam præſtat ad cõparandam rem aliquam, uel renouandam, uel faciendam, validiora iuris in hypothecis habere in ipſa 1 † re, quam priores creditores. ſed hæc in duobus non obſeruantur: nam dotem præcipimus ei quoque præferri, qui poſtea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam, uel renouandam, uel etiam faciendam.

1 † ipſius

CCCXLIIII. De priuilegio creditoris, qui militiæ cauſa marito mutuauit.

Si quis marito mutuam pecuniam dederit militiæ cauſa, & inter eos fuerit pactum, ut in caſu militiæ creditor antenota iura alijs creditoribus habeat, id quod actum eſt, teneat, ut etiam doti talis creditor præferatur: ſi tamen hoc, & in ſcriptis proceſſerit, & teſtium habeat ſubſcriptiones, & ex ipſa ueritate confirmetur.

CCCXLV. Vt eadem quantitas dotis filiæ in ſecundis nuptijs à patre ſeruetur.

Si quis pro filia ſua dotem dederit, verbi gratia, triginta librarum auri, poſtea genero defuncto, & dotem ad eum reuerſa, uelit filiam alij copulare, prohibetur, minorem quantitatem dotis nomine pro ea præſtare, quamuis & ex priore matrimonio lucrata eſt filia ab antenuptiali donatione quindecim libras auri: niſi fortè pater probauerit fortuito quodam caſu ſubſtantiam ſuam diminutam fuiſſe.

CCCXLVI. De collatione dotis.

Quædam mulier, defuncto patre ſuo, exigebatur, vt dotem ſuam conferret, ſi uellet hæreditatem paternam ſuſcipere: dicebat autem, inopem eſſe maritum ſuum, & nihil ab eo exigi poſſe: contra dicebatur ei, quod oporteret, inopiam mariti ad damnum ſuum reſpicere: quæſitum eſt, quid iuris ſit. Et dicimus, ſiquidem mulier ſui iuris erat, culpam eius eſſe, quia poterat eo tempore, quo uiderat maritum ſuum pauperiorem, ſtatim aduerſus eum, etiam conſtante matrimonio, dotis actionem mouere, & res dotales conſequi: nam & propter nuptias donationis res, etiam cõſtante matrimonio, uendicare poteſt, ſi uiderit maritum ad paupertatem inclinantem, ſi ſi non minor erat mulier materfamilias viginti quinque annis. Sinautem filiafamilias fuerit, debet patri ſuo dicere, ut cum eo agat, & ſi quidem egit, ſalua res eſt. Sinautem pater agere ſuperſederit, inopia mariti ipſi, & cohæredibus eius imponatur, & habeant omnes communiter actiones contra maritum, & quod potuerint conſequi, in commune deducatur. Hæc autem toties vera ſunt, quoties dotis quantitas ampla non ſit. Si enim ampla fuerit, etiam ceſſante patre, liceat filiæfamilias, conſtante matrimonio, contra maritum dotis actionem mouere, & ſi non mouerit, ad ipſam futuri temporis periculũ ſpectet. Ea autem obtinere uolumus in omnibus perſonis, in quibus collatio dotis exigitur, ſiue filiabus, ſiue nepotib. & deinceps perſonis uolentibus hæreditatem amplecti tã patris ſui, quam matris, aui, uel auiæ, & ſuperiorum perſonarum.

CONSTITVTIO XCI.

CCCXLVII. Vt proprietas dotis, vel antenuptialis donationis filijs communibus conſeruetur, mortua alterutra perſona.

SI maritus, mortua uxore, uel uxor, marito defuncto, dotem, vel ante nuptias donationem lucratus, lucratave fuerit, modis omnibus proprietatem liberis ſuis ex eodem 2 † matrimonio conſeruent: uſumfructum autem nuptialium locorum habeat ipſe, uel ipſa, ſiue ad ſecundas migrauerit nuptias, ſiue non. Idque obtineat in omnibus matrimonijs, quæ poſthac fuerint diſſoluta quocunque modo, vel ſi antea quidem diſſoluta ſunt, ſed adhuc in ſuſpenſo cauſa eſt alterutra perſona uiuente. Si enim ambæ mortuæ ſunt, hæredibus eorum hæc conſtitutio nõ proſit, ſed ueteribus legibus ſubijciantur: cum autem dominium rerum liberorum eſſe cœperit, ſiue migrauerit ad ſecundas nuptias, ſiue non, ea iura locum habere cenſemus, quæ de his rebus poſita ſunt, quarum proprietatem liberi lucrati ſunt, parentibus ſuis ſecundas contrahentibus nuptias.

2 † ipſo

CCCXLVIII. Vt repudio, uel bona gratia ſoluto matrimonio, id, quod alterutra perſona lucrata eſt, filijs ſuis conſeruet, & de alendis liberis a parentibus ſuis.

Si repudio miſſo matrimonio ſolutum ſit culpa uxoris, uel mariti, uel ille dotem, uel illa propter nuptias donationem lucratus, lucratave fuerit, liberis quidem ſtatim competat proprietas, uxori, uel marito rerum uſusfructus. Ea autem perſona, quæ uſumfructum habet, liberos alere debet. Sed ſi bona gratia matrimonium ſoluatur, & quaſi trãſactionis nomine alterutra perſona aliquid acceperit, nihilominus eius proprietatem quidem liberi habeant, parens autem uſumfructum.

CONSTITVTIO XCII.

CCCXLIX. De duobus reis promittendi.

SI qui rei promittendi fuerint, ut alter pro altero fideiubeat inuicem; ſi quidem additum non fuerit, ut unuſquiſque ex his inſolidum teneatur, tunc pro portione ſua ſit obligatus: ſinautem additum ſit, ut ſinguli inſolidũ teneantur; ſi quidem omnes, vel quidam ex his ſoluendo ſint, & præſentes fuerint, in ipſos actio competat. Onus autem inopiæ promiſſoris, uel abſentiæ præſentes, & locupletes promiſſores ſuſtineant. Iubemus autem eos, qui præſto ſunt, à competente iudice compelli communiter agenti ſtipulatori reſpondere, ut ibi cognoſcatur, ſi locupletes ſint, an non: ut communiter condemnentur: & qui ſoluendo ſunt, onera inopiæ aliorum ſuſtineant: quod ſi iudex aditus magiſtratus non eſt, per competentem Magiſtratũ hoc impetret: hæc autem in futuris caſibus obtineant.

CONSTITVTIO XCIII.

CCCL. De dote cauta, uel adſcripta, & non numerata.

SI mulier pro ſe dotale inſtrumentum conſcripſerit, uel pater, vel quis uaſallus pro ea, poſteaque repudio, uel morte ſolutum fuerit matrimonium; ſi quidem antequam biennij tempus impleatur, liceat marito, uel hæredibus eius non numeratæ pecuniæ dotis intra annum ex tẽpore ſoluti matrimonij numerandum, querimonia uti. Quod ſi ſupra duos annos, intra decennium tamen matrimonium ſolutum fuerit, intra tres menſes maritus, uel hæres eius eadem querimonia utantur: decennio autem completo, modis omnibus ſi nulla uſus eſt querimonia, uideatur dotem accepiſſe: & ſi quidem minor uiginti quinque annis maritus ſit, non plus quam duodecim annos in reſtitutione habeat. Sinautem intra hoc tempus deceſſerit, hæredes ipſius unum annum habeant, ſi legitimæ ætatis ſint. Sinautem minores fuerint, quinquennium habeant, nulla diſcretione interpoſita, utrum is, qui deceſſit minor fuerit, an maior uiginti quinque annis: ille autem debet non numeratæ dotis querimonijs uti, qui ſcriptus eſt dotem ſuſcepiſſe, ſiue legitimam habeat ætatem, ſiue minor ſit, ſecundum ſua tempora negotium dirimatur. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denunciatione, ſed in ſcriptis. Quod ſi iudicio inſtruatur, oportet omnimodo mulierem certiorare: alioquin ſi eam non certiorauerit, uel parentem ſuum, 1 † nihil uidebitur maritus egiſſe.

1 † ipſum

CCCLI. De poteſtate conſtitutionis in tempore.

Hæc conſtitutio ad futura matrimonia pertinet: nam in his, quæ adhuc cõſtant, illa præcipimus obſeruari, ut ſi quidem reſiduum decennium ſit, uel non minus biennio, id tempus habeat in querimoniam, quæ ei & tranſmiſſionem præſtat. Sinautem minus biennio reſiduum tempus fuerit, uel fortè tranſactum eſt totum decennium, tunc ipſi quidem biennium habeant: hæredes autem eorum tres menſes, poſtquam nuptiæ ſolutæ fuerint.

CONSTITVTIO XCIIII.

CCCLII. De curialibus.

Liceat curiali non ſolum curialem patriæ ſuę heredem ſcribere, ſed etiam non curialem cuiuſuis ciuitatis, ſiue cognatus ſit, ſiue extraneus, aut in totum, aut in partem non minus nouem vncijs: ita tamen, ut curialis fiat, & curialia munera impleat non tantum ipſe, ſed etiam liberi ipſius, quaſi ab initio pater curialis fuiſſet.

Sed & ſi curialis teſtamentum non fecerit, exiſtat autem cognatus ipſius ſiue curialis, ſiue non, & ſit paratus curialia munera implere; habeat ſucceſſionem ipſius, & liberi eius curiales eſſe uideātur, & nullam patiatur inquietitudinem, ſiue de nouem uncijs, ſiue de quarta portione; quia ſic uidetur, quaſi curialis ab initio natus fuiſſet.

CCCLIII. Idem.

Sed & ſi quis donauerit alicui non minus nouē uncijs res, & poſtea ille paratus ſit curialia munera implere cum liberis ſuis, & ſua ſubſtantia, liceat hoc facere: quia nihil interest, utrum curiali ſuæ ciuitatis aliquis propriam ſubſtantiam det, an eiuſdem ciuitatis curiali futuro. * Cognatus autem extraneus, ſi inteſtati curialis cognati ſucceſſionem noluerit occupare, intra ſex menſes actis interuenientibus ſuam manifeſtet uoluntatem.

* Hæc periodus debet adſcribi ſuperiori themati.

CCCLIIII. Idem.

Si curialis res ſuas, ita ut diximus, non curiali donauerit, non aliter rerum traditio fiat, niſi in geſtis ſine ullo damno celebrandis apud Præſidem Prouinciæ curialia munera confiteatur, ſe impleturum, & liberos ſuos.

Sinautem donator, antequam hoc procedat, res ſuas nō curiali tradiderit, liceat curiæ vſque ad nouem uncias res donatas uindicare, niſi is, cui donatæ ſunt, munera curialia ſubeat.

CCCLV. Idem.

Si quis ex teſtamento, uel ab inteſtato non curialis hæres curiali exiſtat, conueniat curia ſtatim, vt mortuus eſt curialis, cum defenſore ciuitatis, & relictam ſubſtantiam ſine vlla fraude inuentario conſcribat, & præſente religioſo Epiſcopo una cum eiuſdem ciuitatis defenſore ſignacula rebus imponantur, curiæque tradantur, ac poſtea ſi hæres curiæ ſe dederit, & ſubſtantiam ſuam, & liberos, actis apud Præſidem ſine ullo damno celebrandis, tunc res ei reddantur.

Sinautem noluerit curialis eſſe, uocetur autem ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti cognati curialis, tres quidem uncias ipſe capiat, nouem autem curiæ concedat.

Quod ſi eiuſdem gradus multi cognati exiſtant, & alij quidem curiales eſſe uolunt, alij autem tale onus recuſant: volentibus quidem munera curialia ſubire, nouem unciæ præſtentur, recuſantibus autem tres concedantur: non curialibus 2 † enim ex ſubſtantia curialis non plus dari quam tres unciæ poſſunt.

2 † autem

CCCLVI. Idem.

Si curialis habuerit filiam, eaque nupta fuerit curiali, vel aliquis paratus ſit eam uxorem ducere, vt munera curialia impleat, non minus nouem uncijs à paterna ſubſtantia ac cipiat, ſi aliæ filiæ curialibus nuptæ non ſunt uel his fortè nupturæ ſunt, qui curiales fieri volunt. Generaliter enim dicimus, eas quidem, quæ curialibus nuptæ ſunt, non minus accipere nouem vncijs. Quæ autem nec curialibus nec conſtitutis, nec futuris coniunctæ ſunt, non plus quam tres vncias habeant. Illud autem dubium non eſt, quod dominium quidem nouem unciarum mulier habet; curialia autem munera maritus ex eiſdem rebus implere debet. Quod ſi talis mulier deceſſerit, ſi quidem liberos habeat, apud ipſos curiales conſtitutos res manebunt. Sinautem filiæ ſint, ſiquidem iunctæ ſunt curialibus uel nupturæ, ipſæ iterum habeant. Sinautem non, tres uncias capiant. Quod ſi neque filios, neque filias habuerit, maritus eius curialis res habeat. Et ſi quidem ex ſecundo matrimonio filios habuerit, uel filias curialibus nuptas, uel nupturas, ad ipſos, uel ipſas nouem unciæ 2 † pertineant. Quod ſi nemo ſit curialis, 3 † neque curiali nupta, neque futuro curiali nuptura, nouem unciæ ad curiam reuoluantur.

2 † permaniant.
3 † nemo

CONSTITVTIO XCV.

CCCLVII. De officio Moderatoris Arabiæ.

Arabiæ præſes Moderatoris nomine decoretur, & ſpectabilis ſit, & Duce militari non minor in dignitate. Publica tributa exigat cum inſtantia, priuata damna medicina ſua reſarciat. Si iuſtitiam ſecum habeat, non timeat, neque Ducem, neque Phylarchum, id eſt, Saracenorum Ducem, neque potentium domus, neque Imperialem domum, aut patrimonium, aut ærarium publicum. Sacramenta autem præſtet, quæ Magiſtratus pro innocentia ſua, & puritate in ipſo initio ſui honoris ſolent præſtare.

Et mandata Principis accipiat: habebit autem ſubiectos ſibi milites omnes ad conſeruandam prouincialium diſciplinam, & deuotionem, & quæ diximus de uiro Spectabili Moderatore Ponti, eadem dicimus, & de Moderatore Arabiæ tam in dignitate Spectabilitatis, quam in appellationibus, & cæteris exercendis, & adminiſtrandis. Habeat autem de publico Moderator quidem quindecim libras auri, conſiliarius autem eius duas libras auri.

Milites autem, qui ibi ſedent, Moderatori tantum ſubijciantur. Dux autem eiuſdem Prouinciæ nullam communionem habeat in rebus ciuilibus; alioquin honore, quem gerit, expellatur.

Publicas autem annonas, quæ Duci debent adminiſtrari, inde accipiat Dux, vnde ei Moderator delegauerit. Sinautem Moderator aduerſus ea quippiam fecerit, quinque libras auri pœnam nomine præſtet.

CONSTITVTIO XCVI.

CCCLVIII. De officio Proconſulis, Paleſtinæ.

IN Cæſarea Paleſtina Proconſul in Spectabilitate decorandus, & ab alijs Paleſtinis appellationes audiat, ſi decem librarum auri quantitatem non egrediantur.

Induatur autem & tabennum, id eſt, aliquod genus ueſtimenti, in feſtis diebus. Subijciantur autem, & ei milites, ut ea, quæ Reipublicæ proſint, non impediantur.

Habeat autem annonarum nomine 4 † viginti duas libras auri, ut & ipſe ſolatium habeat, quod conuenit, & conſiliario ſuo præſtet, & officialibus ſuis diſtribuat, ut poſtea principali pragmatica ſanctione confirmetur indicata nobis ab eo facta diſtributio.

4 † viginti lib.

Dux autem Spectabilis nullam communionem in ciuilibus habeat cauſis: nam Proconſulem oportet, & publicas annonas exigere, & priuatas lites audire, & populares ſtrepitus, & ſeditiones compeſcere.

Liceat autem Proconſuli & ad ſecundam Paleſtinam uenire, & ſeditiones placare.

Habeat autem, & milites, quos nos deputauimus.

Milites autem Proconſulis ſubiectos, neque uir Spectabilis Dux, neque uir Illuſtris Magiſter militum abſtrahere audeat.

Si quis autem detentus fuerit à Proconſule, quaſi crimine ſeditionis obnoxius, neque cinguli prærogatiua, neque dignitatis utetur, neque ſacerdotali priuilegio, ſed unum ſolum eximat eum de manibus Proconſulis, ſi appareat innocens.

CONSTITVTIO XCVII.

CCCLIX. De officio Quæſtoris.

PRouocationes, à Sicilia in hanc ciuitatem uenientes, apud Excellentiſſimum Quæſtorem uentilentur. Et ſi defenſorum ciuitatis creandorum uel patrum decreta opus ſit celebrari, apud eundem Illuſtriſſimum uirum celebrentur.

CONSTITVTIO XCVIII.

CCCLX. De Conſulibus.

COnſules ſportularum, & diſtributionum, aſſarumque impenſarum nomine ea tantum conſumant, quæ præſenti lege permiſſa fuerint.

Proceſſiones autem ipſius eſſe volumus ſeptem, omnes in circo, & in harena, & in theatro. Et prima quidem proceſſio erit Kalendis Ianuarijs. Secunda autem ea, quæ mappa poſtrema autem ea, quæ in theatro, quod negotium appellatur, ut ſemel, non bis celebretur. Quarta autem ea, quæ monimenorum dicitur, vbi & quod pancarpum uocant celebrandum eſt. In quinta autem in theatro id faciat, quod porna dicitur. In ſexta autem in circum procedat, & faciat mappam. & in ſeptima proceſſione faciat ſpectaculum, in qua honorem ſuum deponat.

Vxor autem Conſulis decoranda eſt maritalibus inſulis. Ideoque & de expenſis eius, competens deſcriptio facta, quod ſi non habeat uxorem maritus, ſua talem honorem præſtet, ſi velit; alij autem mulieri non habeat ſecundum honorem conſularis dignitatis præſtare. Aurum tamen non liceat Conſuli ſpargere. argentum autem liceat, ſi uelit.

Si quis autem diſcreptionem a nobis factam tranſgreditur, centum libras auri pœnæ nomine præſtet. Aurum autem ſoli Imperatori liceat ſpargere, non liceat autem Conſulibus uel minora ſpargere.

CONSTITVTIO XCIX.

CCCLXI. De nautico fœnore.

ISta conſtitutio de nautico fœnore loquitur, & eſt pro non ſcripta, quia ab alia poſteriore conſtitutione penitus deleta eſt, quaſi non ſcripta, nec promulgata fuiſſet.

CONSTITVTIO C.

CCCLXII. De uoluntatibus parentum in diſtributione patrimonij faciendis.

SI quis inter liberos ſuos, vltimam uoluntatem componere maluerit, ſi primis tempus conſcribat, poſtea autem nomina liberorum ſuorum ſua manu, & unciarum quantitates, ex quibus hæredes eos inſtituit, non per numerorum notas, ſed ita, ut per literas legitimus numerus exprimatur. Sed & ſi res aliquas liberis ſuis relinquere uoluerit, aut ex rebus certis quaſdam de liberis ſuis hæredes inſtituere maluit; dicat rerum demonſtrationes, & manu propria ſignificet, ut nulla poſtea dubitatio inter liberos nat. Si autem extraneis perſonis, uel uxori ſuæ legata; uel fideicommiſſa relinquere uelit, & hoc manu propria ſcribat, & ante teſtes nuncupet, & ualeat quod ita factum 1 † eſt, quamuis cæteras teſtamentorum obſeruationes non habeat, & ſi quidem in ea perſeuerauerit uoluntate, nihil amplius quæratur. Si autem dixerit aliquis, teſtatorem pœnituiſſe, non aliter audiatur, niſi probauerit prius, defunctum, ſeptem teſtibus præſentibus, dixiſſe, ſe priorem uoluntatem ſuam uelle irritam eſſe. & fortè eam rupiſſe, poſterius autem teſtamentum, uel in ſcriptis, vel ſine ſcriptis compoſitum ualidum eſſe.

1 † factum

CCCLXIII. Idem.

Quia autem ſcimus, quoſdam rerum ſuarum inter liberos proprios diſtributionem facere, & ſub eadem liberos quoque eorum ſubſcribere, et hoc quoque ualidum ſit, ſecundum noſtræ conſtitutionis obſeruationem quam de his diſtributionibus promulgauimus, ſed & ſine ſcriptione liberorum ipſe parens ſubſcribat, & omnia per ſubſcriptionem ſuam manifeſta faciat: id quoque ratum habebitur, quod iam ante facta conſtitutione continetur: hæc autem lex in his caſibus locum habebit, quos poſtea mouen contigerit.

CONSTITVTIO CI.

CCCLXIIII. De fidecommiſſarijs hæreditatibus.

SI quis hæredem ſcripſerit, & rogauerit eum id, quod ex hæreditate ſuperent tempore mortis ſuæ, alijs reſtituere, nouem quidem uncias ex hæreditate ſcriptus hæres habebit; ita ut quoque modo uoluerit, eis utatur. Tres autem uncias generali fideicommiſſario reſtituere cogatur, ut nullo modo eas deminuat; niſi uel dotis nomine, ſi aliam ſubſtantiam non habeat, uel redemptionis captiuorum gratia, uel ſi egentia laborans ea his tribus uncijs uiuere ſperauerit: quod ſi aliam ſubſtantiam habens, tres illas uncias diminuat, repleatur id, quod diminutum eſt, ex ipſius proprio patrimonio. Si autem ſubſtantia quidem eius nulla appareat 5 † tres autem uncias conſumpſerit habens aliquid, unde uiueret, liceat fideicommiſſario in rem agere, & hypothecaria actione, ut res pro rata trium unciarum euincatur 3 †. Ideoque conueniens eſt, ut ſcriptus hæres generali fideicommiſſario cautionem præſtet de tribus uncijs reſtituendis, niſi forte teſtator huiuſmodi cautionem, vel ſatiſdationem ſpecialiter non conceſſerit. Nulla autem diſcretio perſonarum ſit, nam & in liberis, & cognatis hæc conſtitutio 4 † locum habebit. Hæc autem conſtitutio locum habet non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in omnibus cauſis, quæ adhuc pendent: pendere autem adhuc cauſa uidetur, ſi nondum ſcriptus hæres deceſſerit. Nulla autem diſcretio perſonarum ſit, nam & in liberis, & in cognatis, & in extraneis locum habebit ea lex.

5 † pareat

3 † euincat

4 † ea lex

CONSTITVTIO CII.

CCCLXV. De hæreticis.

NVllus Hæreticus militet, uel curas publicas gerat.

Hæreticos autem dicimus, & Neſtorianos, & Eutychianiſtas, & Acephalos, qui Dioſcori, & Seueri ſuperſtitionem ſecuti ſunt, à quibus Manichæi, & Apollinarij ſacrilegia renouata ſunt, & omnino eos, qui non communicant in eccleſia, hæreticos uocamus, quamuis nomen Chriſtianorum uſurpant, ut tamen orthodoxi pluſquam hæretici non habeant.

Sciendum eſt mulieribus hæreticis priuilegia in dotibus, uel propter nuptias donationibus hypothecarum, quæ tacita dedimus, denegare, & omnes huiuſcemodi prærogatiuas.

Si autem pœnitentiam egerint, & in ea perſeuerauerint, non ea careant beneficijs noſtris. Eaque obſeruare procurent non ſolum religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam Magiſtratus, & iudices omnes, ſiue maiores, ſiue minores.

CONSTITVTIO CIII.

CCCLXVI. De nautico fœnore.

HAec conſtitutio tollit priorem conſtitutionem, quæ de nautico fœnore poſita eſt per innouationem, ut ſic accipiatur quaſi omnino nec ſcripta, nec poſita eſſet.

CONSTITVTIO CIIII.

CCCLXVII. De præſcriptione centum ann. ſublata, quæ ſanctis eccleſijs, locisve alijs uenerabilibus competebat.

IVbemus, ut in negotijs, quæ ante hanc 5 † legem 30. ann. remouebat exceptio, nunc uenerabilibus eccleſijs, uel monaſterijs, & xenodochijs, 6 † necnon orphanotrophijs, ac brephotrophijs, & procotrophijs 7 † 40. ann. protelatio conferatur, ſalua, ſcilicet, inter alias perſonas, & cauſas uirtute, quam ſemper triennalis ſibi præſcriptio uindicauit; quoniam hanc 10. ann. additionem religioſis locis præſtamus, ut perſonales, & hypothecariæ

5 † ante hac

6 † Xenonibus

7 † Vicchijs.

pothecaria

pothecariæ actiones in tanto tempore propagentur: annali autem exceptioni, vel triennij, vel alijs huiuſmodi exceptionibus non derogetur. Hæc autem conſtitutio, & in præteritis têporibus locum habet, niſi quædam cauſæ amicabili tranſactione, vel iudiciali iam ſopitæ ſint. D. k. Iun. CP. Imp. Dn. Iuſtin. A. PP. anno 15. Baſilio V. C. Coſ.

CONSTITVTIO CV.

CCCLXVIII. De litigioſis.

RES mobiles, vel ſe mouentes, vel immobiles litigioſas volumus appellari, quarum de dominio inter actorem, & poſſeſſorem apud iudicem quæſtio orta eſt, aut iudiciali admonitione, aut per preces Principi porrectas, & apud iudicem intimatas, ac per ipſum iudicê aduerſario litigatori manifeſtatas. Nam ſecundum talem diſtinctionem, & cõſtitutionem noſtram intelligi volumus, in qua cautu eſt de ſciente, vel ignorante emptore. Si quis autem, pluribus hæredibus derelictis, deceſſerit, & illi cum alijs hæreditarijs rebus cum litigioſam diuiſerint, id, quod factum eſt, lege non reprobatur. Non enim recte alienatio videtur eſſe, inter cohæredes diuiſio facta. Non enim alienat, qui diuidit. Si quis autem litigioſam rê legauerit, eum tamen litis videatur legaſſe, vt ſi quidem hæres vicerit, legatum accipiat legatarius: ſi autê victus fuerit, nihil accipiat. Idenque libera licentia legatario datur adeſſe iudicio, vt nulla negligentia, vel colluſio ab hærede committatur.

De hypothecis autem quæſtio rem religioſam non facit: nam & ſpecialiter hypothecæ nomine res obligata eſt, tamen vendere eam debitor non prohibetur: ita tamen, vt ex quantitate precij creditori debitum perſoluatur: aut ſi hoc factum non fuerit, licebit creditori hypothecariam mouere actionem, & rem ſibi ſuppoſitam vindicare, donec ſatisfiat, ſcilicet, vt creditoribus anteriora iura habentibus ſecundum priores leges temporum prærogatiua ſeruetur. Ex his apparet multo minus litigioſam rem vocari, quæ generaliter hypothecarum titulo obligata eſt.

CCCLXIX. De interlocutionibus iudicum, per quas accuſati rei conueniri iubentur, & de ſatiſdationibus reorum, & decima parte litis.

Si iudex aliquem teneri voluerit, talem conditionem in ſua interlocutione debet inſerere, vt non aliter vllus accuſationis libellus reo detur, vel ſportulæ ab eo exigantur, niſi prius actor in libello ſubſcripſerit, vel ſua manu, vel per tabularium, & monumentis interuenientibus, fideiuſſorem præſtet idoneum, periculo officij promittentem, quod actor, & obſeruabit in iudicio, & exercebit ſuas actiones, & ſi poſtea oſtendatur litem iniuſte mouiſſe, ſumptuum nomine dabit decimã partem quantitatis, quæ in libello cõprehenſa eſt, vt eam is, qui accuſatus fuerit, accipiat. Si autê dicat, ſe non habere fideiuſſorê, ſanctis Euangelijs propoſitis, iuret, quod non poteſt dare fideiuſſorem, ac poſtea iuratoriæ cautioni committatur, in qua promittere debet ea, quæ ſuprascripta ſunt, implere. Quod ſi aliomodo factum fuerit, nullum reſponſum dare litis executori reum concedimus, & ſi aduerſus ea factum fuerit, iudex quidem cum officio ſuo denarum librarum auri pœna mulctetur: executor autem ſiue publicationem ſubſtantiæ ſuæ patietur, 1 † & in exilium per quinquennium mittetur: pœnæ autem ex hac lege irrogatæ, periculo Comitis rerum priuatarum fiſco noſtro inferantur. Quicquid autem ex hac illicita conuentione detrimenti reus paſſus eſt, reſarciatur ei ex ſubſtantia actoris periculo iudicis, à quo executor miſſus eſt, excipimus autem ab huiuſmodi pœnis illa litigia, quæ ex conſenſu litigatorum in iudicijs ventilantur. 1 † puniſ.

CCCLXX. Si admonito reo, iudicium deſeruerit actor.

Si quis per iudicialem admonitionem, vel preces Imperatori porrectas, & apud iudicem intimatas, ac per eum aduerſario manifeſtatas, & ſub legitima diſceptatione iudicis factas, reum illigauerit, non liceat ei recedere à iudicio, & negotium ſuſpenſum deſerere. Quod ſi hoc fecerit actor, liceat reo petere à iudice, apud quem lis conteſtata eſt, vt admoneatur actor, vt 2 † vel veniat in iudicium, vel 2 † &.
procuratorem legitimum mittat, quod ſi nec ipſe venerit, nec procuratorem miſerit, vocetur per tria edicta per interualla ſingulis non minus triginta dierum. Nam ordinarios iudices nõ ſolum per præcones, 3 † ſed etiam propoſitionibus edictorum abſentes partes vocari iubemus. 3 † præconijs.
Proponendi autem edicta licentiam, & illis iudicibus damus, qui ex principali iuſſione facti ſunt iudices: hæc, ſi litis conteſtatio facta eſt. Si autem admonitio, & ſola precum intimatio, atque manifeſtatio facta eſt tantũ, deinde actor deſeruerit negotium, liceat reo ſimiliter iudicem adire, & petere ab eo, vt tria edicta proponantur, & ſi propoſitis eis, actor neq; venerit, neq; procuratorem legitimum miſerit, habeat inducias vnius anni, & ſi non venerit, licentiam iudici damus, & ab vna parte, reo ſolo præſente, litem audire, & legibus conſentaneum calculum proferre. Quod ſi intra prædictum annum peruenerit, & ſuas actiones exercere maluerit, non ante eum ſuſcipiat iudex, quam impenſas reo præſtet, ita tamen, vt à iudicio iterum non recedat: alioqui ſi hoc fecerit, & annus tranſactus ſit, careat actionibus ſuis. Illam autem regulam, qua cautum eſt, neminem inuitum agere compelli, tunc locum habere volumus, cum res integra eſt, & actor aduerſarium ſuum teneri non fecit. Hanc autem conſtitutionê in his caſib. volumus obſeruari, qui nec iudiciali ſententia, nec amicabili compoſitione, vel alia legitima deciſione ſopiti ſunt. D. 4 Id. Sept. CP. Imp. Dn. Iuſtin. PP. A. anno 15. Baſil. V. C. Coſ.

CONSTITVTIO CVI.

CCCLXXI. De pragmaticis ſanctionibus, & diuerſis iuſſionibus Principis, & officio iudicum, & iudiciorum ordine, &c.

NEmo iudicum noſtrorum, ſiue in pecuniaria, ſiue in criminali cauſa pragmaticam noſtram timeat ſanctionem, vel aliud cuiuſuis generis reſcriptum, ſiue diuinas iuſſiones, ſiue referendariorum depoſitiones, 4 † aut Illuſtrium Magiſtratuum præceptum: nam ſecundum generales leges ſingulas cauſas fieri iubemus, & prædictas ambitiones nullum ſibi locum in iudicijs vindicare: nam ſi vel ipſe Princeps aliquam cauſam dirimere: ipſe ſententiam dicat, non iudicibus imperet, quomodo debent in ſingulis cauſis emergentibus iudicare: niſi forte de iure fuerit dubitatum: tunc enim licebit iudici ad Imperatorem referre, vt ſibi iuris obſcuritas illuminetur. Et hæc omnia volumus obſeruari non tantum apud Magiſtratus, ſed etiam apud iudices quoſcunque, ſiue diuina iuſſione deputatos, ſiue ab alijs Magiſtratibus datos, imo etiam apud compromiſſarios arbitros, ſiue cum ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, apud eos cauſarum proceſſerit diſceptatio. Hanc autem conſtitutionem locum habere volumus, non ſolum in iudicijs poſtea mouendis, ſed etiam in ijs, quæ adhuc pendent, vt vnuſquiſque hac generali lege fiduciam habeat, non ambitioſis reſcriptionibus. Finita autem iam negotia reſuſcitari nullo volumus modo: finitum autem negotium videtur id, in quo definitiua ſententia prolata eſt quamuis appellatio, vel retractatio contra eam ſperetur. Excipimus autem illa reſcripta, quæ iudices iubent ſine tarditate, & mora cauſas dirimere, vel legibus calculum conſentaneũ proferre, vel acta litigatori edere, vel ſi iuſſerint, eũ cum alio iudicare: tales enim iuſſiones ſiue ſine ſcriptis, ſiue in ſcriptis fieri non prohibemus. Iudex autem, qui generalem legem contempſerit, & illicitam reſcriptionem admiſerit, decem librarũ auri pœna, & illa grauiſſima noſtra indignatione plectetur, ſed ut nemo hæc ſaluberrima noſtra ſtatuta ignoret, iubemus in ipſo litis exordio ante ipſam partium 5 † confirmationem præſentem legem inſeri, ut nemo poſſit contra generales leges aliquid ſibi præcipuum ſperare. 4 † diſpoſitiones. 5 † perſonarum, &c.

CONSTITVTIO CVII.

CCCLXXII. Si qua noua lex per porrectam prouocationem promulgetur.

SI contra ſententiam prouocatio porrecta fuerit, & poſtea lex noua ſit promulgata, deinde iudices appellationis dubitent, quomodo cauſam definient, vtrum ſecundum leges quæ poſitæ erant rei iudicatæ tempore, an ſecundum legem, quæ poſtea ſecundum innouationem introducta eſt; æquum nobis videtur illas obſeruari leges, quæ tempore 6 † rei iudicatæ valebant, quamuis lex poſtea lata retrorſum ſe retulit. Idq; non ſo- 6 † iudicij.

lum in prouocationibus iubemus obtinere, ſed etiam in ſe tractationibus, vel in relationibus, vbi iudices poſtquam litigatores allegationibus renunciauerit, ignorantes, quid ſtatui oportet, noſtram interrogant pietatem.

CCCLXXIII. De his, qui poſt renunciationem aduertationum habere ſe dicunt allegationes.

Sunt quidam malitioſi litigatores, qui poſt renunciationē aduerſę partis, & tepora probationum ſtatuta, dicunt tamen ipſi aliquas habere ſe allegationes, et nullus, ſ. litis terminus imponatur. Ideoq; iubemus vnu menſem ei ad inducias dari, & iubeatur a iudice, vt, quod vult, & ſi dicat iterū dilatione opus habere, præſtetur ei menſis ſecūdus: quo completo, ſi iterum dilationem petat ad vincendam malitiam eius, tertius menſis præſtetur, quo completo, ſi nihil dixerit, omnimodis modo iudex legitimā ſententiam dicat.

CCCLXXIIII. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ exhæredationis liberorum.

Neque pater, aut mater, nec auus, aut auia, neque proauus, aut proauia liberos ſuos prætereatos, vel exhæredatos faciant in ſuo teſtamento, quamuis per donatione, vel per fideicommiſſum, vel alio modo legitimam portionem eis ſe reliquerint, niſi forte ingrati probentur, & ipſas ingratitudinis cauſas parentes proprio inſcripſerint teſtamento.

Cauſæ autem ingratitudinis eæ ſunt. Si quis parentibus ſuis audaces manus imponat. Si grauem, aut inhoneſtam cōtumeliam eis faciat. Si in criminalibus cauſis accuſator cōtra parentes ſuos extiterit, exceptis inſidijs aduerſus Principem, vel Rempublicam. Si cum maleficis quaſi maleficus conuerſetur. Si vitæ parentum ſuorum per venenum, vel alio modo inſidiari tentauerit. Si nouercæ ſuæ, vel concubinæ patris ſeſe turpiter miſcuerit. Si calumniator contra parentes filius fiat, & per delationem ſuam grauiſſimū damnū eis inflixerit. Si incluſus in carcere parens liberos ſuos, vel vnum ex his, qui ad ſucceſſionem eius ab inteſtato vocantur, rogauit, vt in fidem ſuam eum 1 ſuſcipiant, & ille, vel illi noluerint adeſubere, ſiue pro perſona, ſiue pro debito, inquantum idoneus eſſet is, qui rogatus eſt, probetur. Hoc aūt quod de fideiuſſione diximus ad maſculos tātum liberos pertinere volumus. Item ſi conuictus fuerit filius prohibuiſſe parentes ſuos teſtamentum facere, ſi quidem illi poſtea potuerint teſtm̄ ordinare, liceat eis propter hāc cauſam exhæredare eum. Si autem in ipſa prohibitione deceſſerint, oēs ſibi hæredes futuri, vel legatarij, vel alij qualemcūq; læſionem paſſi 2 in priora iura ſuas a ; aduerſus eū exerceāt 3 actiones. Item ſi contra voluntatem parentum filius cum arenarijs, aut mimis conuerſetur, & in hac profeſſione permanſerit; niſi forte parentes ipſius arenarij, vel mimi fuerint. Item ſi pater quidem, vel auus filiam ſuam, vel neptem marito voluerit collocare, & illa non conſenſerit, ſed turpiter cū alio viuere malit. Si autem filia ad .. annorum ætatis facta a parentibus ſuis marito nō ſit copulata, & ex hoc contigerit ei in corpore ſuo peccaſſe, vel ſine conſenſu parentum marito, libero tū, ſe coniunxiſſe, hoc volumus ad ingratitudinē filiæ reputari. Item ſi furioſo parenti liberi curā non adhibeant, ſed alij cognati, qui ab inteſtato vocantur, ſi quidem reſpuerint, liceat ei, ſi velit, inofficioſos liberos ingratos in ſuo ſcribere teſtamēto. Si autem in ipſo furore deceſſerit, & liberis nullam curam adhibentibus, vnus ab extraneis vel ij, qui ab inteſtato vocantur, miſericordia ducti curare eum voluerint: teſtatione in ſcriptis veniatur ad eos, qui ex teſtamento vocantur, ante furorē fortè compoſito, vel ad eos, qui ab inteſtato exiſtunt, vt curā adhibeant furioſo. Si autē, & poſt hanc teſtationem in eadem negligentia perſeuerauerint, & extraneus in ſua domo furioſum ſuſceperit, & impenſis ſuis vſq; ad mortē eius curam feciſſe probatus fuerit; ipſum, quāuis extraneus ſit, ad ſucceſſionē furioſi ſancimus peruenire, ſeruata inſtitutione teſtamenti eius, & hæredibus ſcriptis, vtpote indignis repellendis: cæteris videlicet capitulis teſtamenti, in ſua firmitate durantibus. Item ſi vnus ex parētibus in captiuitate ſit, & liberi eius, vel vnus ex his non curauerit eum redimere, ſiquidem redierit ille ab hoſtibus, liceat ei inofficioſos liberos, & ingratos in ſuo ſcribere teſtamento. Si autē apud hoſtes deceſſerit, & omnes liberi eius redemptionem facere contempſerint, omnes res ipſius eccleſiæ ciuitatis addicantur, de qua oriundus eſt, inuentario ſ. cū publica teſtatione faciendo, vt nihil ex ſubſtantia eius perea[n]t[i]ſſe cū. vt omne, quod ex hac cā ad eccleſiam peruenerit, in redemptionem captiuorum expendatur. Et generaliter dicimus, quoties aliquis ex his, qui ab inteſtato vocantur ad ſucceſſionē eius, qui in captiuitate eſt, non curauerit eū redimere, nullatenus ei hæres exiſtat, & ſi teſtō hæres ſcriptus eſt, ante captiuitatem forte cōpoſito, ſimiliter ab hæreditate repellatur, cęteris teſtamenti capitulis valituris, ſubſtantia ſimiliter (vt ſupra diximus) eccleſiæ adijcienda ciuitatis, unde captiuus oriundus eſt, & ad nihil aliud producenda, 4 niſi ad captiuorū redemptionem, & ſi extraneus hæres ante captiuitatē ſcriptus eſt, & ille ſciens ſe hæredem ſcriptū, non curauerit eū redimere, ſimili pœna afficiatur, quā in illis perſonis volumus obtinere, quæ octauumdecimum annum ſuæ ætatis impleuerint. Vbi aut pro redemptione captiuorum neceſſariū ſit pecuniam dari, facultatē habeat, ſi prædictæ ætatis ſit, mutuam pecuniam ſumere, & res mobiles, vel immobiles obligare hypothecæ titulo, ſiue res proprias habeat, ſiue illius, qui in captiuitate tenetur, tales n. contractus, qui in redemptionē captiuorum in prædictis caſibus fuerint, valere volumus, quaſi ſui iuris, & legitimæ ætatis fuiſſet is, qui contraxit: redempto autem a captiuitate neceſſitas imponitur ratum contractum habere, & id, quod dedit creditor, ei perſoluere, & quaſi ſuo creditori reſpondere, & obligari. Item ſi parens liberos ſuos, vel vnū ex his hæreticū habeat, ipſe verò orthodoxus conſtitutus, liceat ei eos, vel eū in teſtamento ſuo exhæredare: quoniā nō minima hæc cauſa ingratitudinis eſt. Orthodoxos autē dicimus eos, qui cōicant in ſacroſancta eccleſia catholica, in qua omnes Patriarchæ una cōſpiratione, & concordia colliguntur, & quatuor ſancta cōcilia prædicantur Nicen & Conſtantinopolitanum, Epheſinum primu, & Chalcedonenſe. Hæreticos autē dicimus eos qui catholicos non communicant, 5 quibus cōicare neceſſe eſt Neſtorianos, atq; Acephalos. * Sed (ut plenius de ipſis loquamur) ſciendum eſt non poſſe hæreticos parētes, ſi orthodoxos liberos habeant alios, quam ipſos hæredes inſtituere, uel liberis non extantibus, cognatos ſuos catholicos, ſ. hæredes inſtituant, quod ſi ex liberis ſuperſtitib. alij quidē orthodoxi. alij aūt hæretici appareant, oēm ſubſtantiam liberis orthodoxis peruenire uolumus, ut fratres eorū hæretici, ſi in eodē errore perſeuerauerint uſq; ad mortem nihil omnino accipiant, ſed mortuis eis ſine pœnitentia ſi ceat orthodoxis partes eorū alienare. Si autē pœnitentiam egerint, portione ſuā capiant ſine fructibus ſi medij temporis, & ſine vlla de adminiſtratione rerū moleſtia. Quod ſi omnes liberi hæretici fuerint: alij autem cognati eorum ēti orthodoxi extitant, ipſi liberis anteponantur in ſucceſſione. Quod & ſi ipſi hæretici fuerint, ſiquidem is, qui defunctus eſt, habitu clerici habeat, eccleſiæ ciuitatis, in qua domicilium habuit, ſubſtantia eius deſeratur: ſic tū ut ſi intra annum vindicauerint eccleſiaſtici huiuſ perſonarū patrimonia, ad fiſcū noſtrum deuoluantur. Si autem laici fuerint, ſine ulla diſcretione res eorum ſiſci iuribus 6 uindicentur. Quod non ſolum ſi in teſtamento ſcripto hæreticus deceſſerit, locum habere ſancimus, ſed etiam ſi inteſtatus defunctus ſit omnibus, ſ. legibus valituris, quæ contra hæreticos, & Neſtorianos, atque Acephalos, & omnes, qui non communicant catholicæ eccleſiæ, poſitæ ſunt.

CCCLXXV. De inofficioſo teſtamento.

Siue igitur omnes prædictas cauſas, ſiue unā ex his parentes in ſuo ſcripſerint teſtamento, & filios ſuos exhæredauerint, ſi quidem ſcripti hæredes probauerint cauſas ingratitudinis veras eſſe, valeat teſtamentum. Si autem probare non potuerint, inſtitutiones eorum infirmētur, & parentum hæreditatem filij ab inteſtato venientes 7 ex æquis portionibus capiāt: legata autem, uel fideicommiſſa, uel libertates, uel tutorum dationes, uel alia legibus cognita capitula * in teſtamento conſcripta ualeant, ut ſola inſtitutio hæredum tollatur. Hæc de teſtamentis parentum conſtituimus: modo videamus de teſtamentis liberorum.

CCCLXXVI. Quæ ſint iuſtæ cauſæ in exhæredationibus parentum.

Sancimus itaque non licere liberis parentes ſuos præterire, uel alienos a ſubſtantia ſua quocunque modo facere, niſi ſpecialiter cauſas teſtamentis ſuis inſcripſerint, quas expoſituri ſumus, id eſt. Si uitæ liberorū parentes inſidiantur, excepto crimine Maieſtatis. Si ueneficis, aut ſurtiuis negocijs uitæ eorum inſidiantur, & hoc ipſum probatum poſtea fuerit. Si pater nuru ſuæ, uel concubinæ filij ſui commiſtus fuerit. Si parentes liberos ſuos teſtamentum facere prohibuerint in his rebus, in quibus teſtari poſſunt. Quæ autē diximus de parentibus in hoc caſu ſimiliter teneant. Si maritus uxori ſuæ uenenum dederit, ſiue ut occidatur,

1 † ipſum.
2 † ſua.
3 † exerceāt.
4 † proºdenis.
5 † communicant.
* de qbus cap. qđ. 24. q. 3.
6 † uindicentur
7 † peruenientes
* authen. ex cauſa. C. de lib. præter.

ſiue non vt mentem eius cognoſcat, vel econtrario ſi vxor marito dederit hoc venenum, & moueatur quidem in eos crimen publicum, & competenti vindicta tale facinus remedium capiat: liberis autem liceat ei, qui tale aliquid per 1† nihil. petrauerit, nihilominus 1 † relinquere. Item ſi furioſus filius, vel quæcunq; perſona liberorum ſit in furore, eadem teneant, quæ ſupra de furioſis parentibus diximus. Item ſi vnus ex liberis in captiuitate ſit, cumq; parens non redemerit, eadem teneant, quæ de parentibus captiuis ſupra cõſtituimus. Item ſi filius orthodoxus fuerit, & parentem ſuum ſenſerit hæreticum eſſe, eadem iura teneant, quæ ſupra de parentibus diximus. Si igitur liberi omnes illas cauſas, vel vnam ex his contra ſuos parentes ſcripſerint, & 2 † certas, aut. hæredes eorum omnes, aut certe 2 † vnã ex his probauerint, teſtamẽtum in ſuo robore permanere præcipimus. Enimuero, ſi hæc non fuerint obſeruata, teſtamentum quidem reſcindatur, iura autem ab inteſtato ſucceſſionis locum habeant, legatis, & fideicommiſſis, & libertatibus, & tutorũ dationibus, & alijs capitulis in teſtamento conſcriptis in ſua firmitate durantibus. Quicquid autem huic conſtitutioni in alijs legibus contrarium inuenitur, hoc irritum, atque inutile ſit, & hæ quidem exhæredationis, & præteritionis pœnæ (quantum pertinet ad ingratitudinis cauſas) aduerſus prædictas perſonas diſpoſitæ ſunt. Si quæ autem ex his ad crimina referuntur, non prohibemus cæteris pœnis ſubijci eos, quaſi obnoxij fuerint reperti. Si quis autem ex certis rebus hæredes ſcripti iuſſi fuerint, vt nihil amplius quærerent, in hoc caſu non tantum iubemus fieri, vt ſi quid eis deſit ad legitimam portionem, hoc quidem repleatur, teſtamentum autem non reſcindatur.

CCCLXXVII. Vt non liceat creditori ante luctuoſos nouem dies, debitore ſuo mortuo, aliquem moleſtare propter hoc, quod defunctus debebat.

Si quis in quacunque cauſa obnoxium aliquem habuerit, & ille deceſſerit, non liceat ei neque parentes defuncti, neq; liberos neque vxorem, neque agnatos, neque cognatos, neq; hæredes, neque fideiuſſores eius conuenire, vel moleſtare, vel in iudicium vocare antequam nouem 3 † ante: dies luctuoſi tranſierint. Si autem intra 3 † prædictos dies contra aliquid fecerit, vel cautionem, vel fideiuſſionem, vel promiſſionem, ab eis acceperit, omnia irrita ſint: poſt 4 † tamen. nouem vero 4 † dies, ſi quas ſibi competere putauerint actiones, eas exerceant: nulla temporali præſcriptione, vel alia allegatione legitima ex hac dierum tranſactione creditori generanda.

5 † conſtitutæ pecuniæ. CCCLXXVIII. De conſtituta pecunia. 5 †

Si quis alicui conſtituerit, dicens, Satisfacio tibi in quantitatem, quam dixerit, modis omnibus obligetur, vt debitum ſoluat. Si quis autem conſtituerit dicens. Tibi ſatis erit, non tenebitur: quia impersonaliter locutus eſt. Quod ſi quis dixerit. Erit tibi ſatis a me, & ab illo, & illo: eis quidem, quos nominauit, non conſentientibus, non præiudicat, ſed neque pro ipſis obligatur, ſed pro rata parte debiti tenetur. Si autem ita dixerit. Erit ſatis tibi a me, vel illo: illius quidem non præiudicet, ipſe autem in toto debito teneatur. Si quas autem aduerſus eos ſibi competere putauerit actiones, eas moueat, & auxilio iuris perfruatur. Hæc autem omnia in his cauſis ſancimus obtinere, quæ nondum iudiciali calculo, vel amicabili compoſitione finitæ ſunt. D. Procoſ. Biliſ.

CONSTITVTIO CVIII.

CCCLXXIX. Si quis filiusfamilias hæredem inſtituerit, vt pater ipſius hæreditatis vſumfructum non habeat, & de donationibus, & alijs liberalitatibus in filiosfamilias eodem modo factis, & curatoribus rerum.

SI mater, vel auia, vel quicunque parens filium ſuum hæredem ſcripſerit ex parte legitima, ei liceat nepotibus, vel neptibus ab eo procreatis, & omnibus deinceps perſonis aliam ſubſtantiam ſuam totam, vel partem 6 † eius. eis 6 † donare, vel relinquere liberis, hoc modo, & conditione, ut pater eorum in his rebus neq; uſumfructum, neque omnino ullam habeat communionem, quod ſimiliter obtinere iubemus, & ſi extraneus filiofamilias extraneo reliquerit, aut donauerit ſub eodẽ modo, & conditione, & ſi quidem ipſi, qui alieni iuris ſunt 25. annum egreſſi fuerint, licentiam habeant, quo uoluerint modo, res ſibi donatas adminiſtrare: ſi autem adhuc minores ſunt, quem velit teſtator, vel donator adminiſtrare debent: licentiam autem habeat teſtator, vel donator matri, vel auiæ filijsfamilias adminiſtrationem concedere, 7 † quamuis maritos 7 † credere. habuerint, ſi tamen, & ipſi adminiſtrationem receperint, quod ſi teſtator, uel donator, uel omnino adminiſtratione dederint, uel dederint quidem, ille aut noluerit, uel non potuerit, uel antea mortuus fuerit: tunc competens iudex curatorem eis dare cũ idoneo fideiuſſore debet, ut curator res eorum adminiſtret, & conſeruet eas, 8 † donec legiti- 8 † eis. mæ ætatis ſint. nã in his caſib. noluimus uſumfructum patrem habere, in quibus nulla talis cõditio appoſita 9 † eſt. 9 † impoſita.

CCCLXXX. De eo, qui filius ab aliquo in inſtrumento nominatus eſt.

Si quis aliquo inſtrumento, quod idoneos tres habeat teſtes, uel in teſtamento, uel in monumentis publicis filiũ ſuum nominauerit, neque addiderit, utrum naturalem, an legitimum, dixiſſe uideatur, eum legitimum dixiſſe, & nulla ab eo alia probatio exigatur, ſed rebus paternis potiatur, & proficiat matri ſuæ, ut etiam illa uideatur patri eius legitima uxor fuiſſe, & ſi fratres habeat ex eadem matre progenitos, ipſis quoq; eiuſdem teſtimonij defenſio proſit.

CCCLXXXI. De muliere, quæ ſine dotalibus inſtrumentis maritata eſt, & de filijs in tali matrimonio natis.

Si quis ſine dotalibus inſtrumentis maritali affectione uxore duxerit, & ex ea liberos habuerit, ac poſtea ſecundas contraxerit nuptias, & ex eo quoq; matrimonio filios procreauerit, utraq; progenies ſimiliter ad patris hæreditatem uocetur. Et ex diuerſo ſi quis cũ dotalibus inſtrumẽtis nuptias celebrauerit, & liberos habuerit, poſtquã ſine ſcriptis affectione ſola matrimonium contraxerit, & ex eo habuerit liberos, ſimiliter oẽs ad paternam ſucceſſionẽ uocabuntur.

CCCLXXXII. De nuptijs.

Illuſtres homines, & qui ſuper eos ſunt, ſine dotalibus inſtrumentis matrimonia non contrahant. Quod ſi ante dignitatem ſine ſcriptis uxorẽ duxerint, maneat & poſt dignitatem legitima copulatio, & liberi procreati legitimi ſint, exceptis tantummodo barbaris dignitate decoratis. His enim ſub noſtra ditione conſtitutis propter ſimplicitatem eorum damus licẽtiam, & nuda affectione nuptias facere. Cæteris autem noſtris ſubiectis licebit, & ſine dotalibus inſtrumentis ſola affectione nuptias facere, & ex hoc matrimonio nati liberi legitimi erunt.

Legibus noſtris Principibus cautum eſt, ut ſi quis ſine ſcriptis uxorem duxerit, 10 † eamque ſine cauſa repudiauerit, ut quartam partem ſuæ propriæ ſubſtantiæ ei daret, & 10 † habuerit. quarta pars centum librarum auri quantitatem non excedat. Eademq; ſtatuta ſunt, & ſi uſque ad mortem mariti in eodem habitu matrimonij perſeuerauerit, in utraq; autẽ cauſa liberi procreati ad legitimam patris hæreditatem uocentur: mulier autem in utroque caſu ſi quidem uſque ad tres liberos maritus ei reliquerit ſiue ab ea, ſiue ab alia uxore natos, ipſam quartam portionem accipiat. Si autem ultra tres habuerit, ipſa tantum habeat, quantum ex liberis defuncti unus accepturus eſt: ita tamen, ut uſumfructum eius portionis ipſa habeat: proprietatem autem liberis lex conſeruat, qui ex ipſo matrimonio nati ſunt, quod ſi liberos non habeat, iure quoq; dominij portionem eandem mulier capiat. Marito autem, quæ ſine cauſa repudiata eſt in ipſo tempore repudij prædictam capiat portionem, ſed in talibus cauſis 11 † uolumus maritum quartam partem 11 † caſibus. ex bonis vxoris ſuæ ſibi vindicare.

CCCLXXXIII. De Leoniana, & Conſtantiniana lege.

Leonis diuæ memoriæ cõſtitutio in omnibus obtineat caſibus, qui præſenti conſtitutione non continentur. Conſtantini autem piiſſimi conſtitutionem, quæ ad Gregorium reſcripta eſt, & interpretationem eius, quam Diuus Marcianus * ſcripſit, exponens quæ ſunt viles mulieres, quas conſulari maritus quibuſdam dignitatibus decoratis Conſtantiniana lex prohibebat, nullo modo ualere concedimus, ſed facultatem præſtamus tales mulieres ducere etiam eis, qui magnis dignitatibus lætantur, dotalibus tamen inſtrumentis compoſitis. Si autem non magnas dignitates habent, non ſolum inſcriptis ſed etiam ſine ſcriptis, maritali tamẽ affectione huiuſmodi mulieres ducant, ſi modo liberæ ſunt, & matrimonium earum licitum eſt.

* Marci. Nouel de matri. Senatorum.

CCCLXXXIIII. De liberis ex eo matrimonio natis, quod repudio ſolutum eſt, quemadmodum alantur.

Si quando matrimonium ſolutum fuerit, diſſidium huius liberis ex eo procreatis non noceat, ſed habeant integra iura hæreditatis parentum capiendæ, & ſine vlla dubitatione alantur ex paterna ſubſtantia. & ſi quidem pater cauſam diuortij dedit, & mater ad ſecundas nuptias non migrauerit, apud matrem alantur ſumptibus patris. Si autẽ probatum fuerit, cauſam diſſidij matrẽ dediſſe, apud matrem alantur, & maneant liberi. Si autem pater inopia laborauerit, mater autem eorum locuples eſt, apud matrẽ alantur, ipſa ſumptus liberis ſuis adminiſtrante, quemadmodum liberi locupletes matrem ſuam egentem alere coguntur. Quod & in omnibus parentibus & liberis inuicem obtinere iubemus.

CCCLXXXV. De repudijs à marito mittendis.

Anteriores quidem conſtitutiones de pluribus cauſis faciunt commemorationem, quarum ſingulæ ſi interceſſerit, cauſam repudij iuſtam præſtabunt. Sed nos præſenti lege certas, & pauciores cauſas enumeraturi ſumus, quas ſolas volumus ad repudij iuſtam occaſionẽ ſufficere. Et maritus quidem iuſtas cauſas repudij, vt dotem vxoris lucretur, conſeruanda quidem liberis ex eodem matrimonio natis rerum proprietate, vel ſi liberi non ſint, etiam dominio earum ſibi vindicando, tales habet.

Si contra Imperatorem quibuſdam aliquid molientibus mulier conſcia fuerit, & marito ſuo non manifeſtauerit. Si autem maritus hoc ab vxore ſua ſibi indicatum tacuerit, liceat mulieri per qualemcunque perſonam hoc ad Imperatorem referre, vt vir ex hac cauſa nullam inueniat occaſionem repudij.

Si de adulterio maritus putauerit vxorem ſuam poſſe conuinci, prius debet inſcriptiones deponere, vel contra mulierem, vel aduerſus adulterũ. & ſi talis accuſatio vera cum probata fuerit; tunc repudio miſſo, habere maritum non ſolum propter nuptias donationem, ſed etiam dotem. & ſi liberos non habeat, tantum capere ex alia ſubſtantia mulieris, quantum pars tertia dotis facit, ut dominio eius addicatur non tantum dos, ſed etiam pœna, quam nos conſtituimus. Si enim liberos habeat ex eo matrimonio, iubemus & dotem ſecundum leges, & aliam ſubſtantiam mulieris liberis conſeruari, ſic deinde adulterum legitimè conuictum cum muliere puniri. Et ſi quidem habeat adulter vxorem, capere eam dotem ſtatim, & propter nuptias donationem: ſic tamen, vt liberis ſuperſtitibus, vſumfructum quidem donationis mulier habeat, proprietatem autem liberi ſecundum leges lucrentur: quibus donamus ex noſtra manſuetudine etiam aliam adulteri patris ſubſtantiã: nullis autem extantibus liberis, dotem quidem cum donatione propter nuptias facta pleno iure mulier habeat; aliam autem ſubſtantiam adulteri mariti fisco noſtro ſecundum veteres leges vindicamus.

Item ſi quocunque modo vitæ mariti inſidiaretur, vel alijs hoc facientibus, conſcia marito non manifeſtauit; vel nolente marito, conuiuijs extraneorum conuenerit, vel cum maſculis lauerit.

Item ſi, nolente marito, extra domum manſerit, niſi forte apud parentes ſuos.

Si in circo, vel theatro, vel arena peruenerit ſpectaculi cauſa, ignorante, vel prohibente marito.

Si autem cõtigerit, aliquem ſine vlla cauſa ex his, quas diximus ſuam vxorem propria domo expellere, vt illam non habentem parentes, apud quos permanere poſſit: ex neceſſitate foris per noctem manſerit: iubemus nullam marito fieri facultatem propter ipſam cauſam repudium mittere mulieri.

CCCLXXXVI. De repudijs ab vxore mittendis.

Cauſas autem, propter quas iuſtè poteſt vxor marito repudium mittere, & dotem ſuam capere, & ante nuptias donationem ſimiliter exigere, dominio rerum, ſcilicet, liberis conſeruãdo, vel eis non extantibus etiam dominio apud mulierem reſidente, eas ſolas eſſe conſtituimus.

Si contra Imperatorem ipſe aliquod molitus, vel alijs hoc molientibus, conſcius non manifeſtauerit: hic Imperatori aut per ſe, aut per aliam quamcunque perſonam.

Si vir vitæ mulieris quocunq; modo inſidiatus fuerit: vel ſi, alijs hoc facientibus, conſcius non manifeſtauerit mulieri, & ſecundum leges eam non vindicauerit.

Si caſtitati mulieris inſidiatus fuerit, vel ſi alijs eam in adulterio prodere conatus fuerit.

Item ſi maritus de adulterio inſcriptionem poſuerit, & adulterium probare non potuerit: liceat mulieri volenti, vel propter hanc cauſam repudium mittere marito, & ſuã recipere dotem, & donationem propter nuptias, & propter hanc calumniam, ſi liberos non habeat ex eodem matrimonio, tantum capiat iure dominij ab alia mariti ſubſtantia, quantum tertia pars ante nuptias donationis facit. Si enim liberos habeat, iubemus, omnem mariti probatam ſubſtantiam liberis conſeruari, ſcilicet, his ſimiliter permanſuris, quæ de donatione propter nuptias alijs legibus continentur. Sic tamen, vt etiam illis pœnis maritus ſubijciatur, ſi adulterij accuſationem non probauerit, quas mulier paſſura eſſet, ſi conuicta fuiſſet.

Si in eadem domo, in qua mulier cum ipſo habitat, contemnens eam, cum alia muliere inueniatur in domo manens; vel in eadem ciuitate degens in alia domo cum alia muliere frequenter manens conuincatur, & ſemel, & bis criminatus, vel per parentes ſuos, vel parentes mulieris, vel per alias idoneas perſonas huiuſmodi turpitudine non abſtinuerit, liceat mulieri, & ob hanc cauſam diſſoluere nuptias, & recipere dotem, quam dedit, & ante nuptias donationem, & pro hac iniuria tertiam partem æſtimationis, quam propter nuptias donatio facit, ex alia mariti ſubſtantia capere: ſic tamen, vt ſi liberos habeat, vſum tantum mulier habeat ante nuptias donationis, & pœnæ tertiæ portionis; dominio ſcilicet communibus liberis conſeruãdo. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio, dominium rerum ei concedimus.

CCCLXXXVII. Non liceat conſenſu matrimonium ſoluere, niſi ex cauſa probabili.

Nulli liceat conſenſu matrimonium ſoluere, niſi fortè caſtitatis amore hoc fecerint. Sed ſi huiuſmodi perſonæ liberos habeant, tam dotem, quàm donationem propter nuptias liberis cuſtodiri, præcipimus. Si autem poſt ſolutum matrimonium per conuentum caſtitatis velamine factum, inuenti fuerint, vel nuptias cõtrahentes, vel alias turpiter viuentes, vel vnus ex his hoc faciens repertus fuerit, ſi quidẽ liberi extent, ipſi capiant dotem, & ante nuptias donationẽ, & dominium ſubſtantiæ illius perſonæ, quæ hoc perpetraſſe conuicta fuerit. Si autem liberi in perfectæ ætatis ſint, alios, & res eorũ adminiſtrari ab eo parente iubemus, qui quæ huic legi nihil contrarium fecit. Si autem ambo parentes tali delicto tenentur; vtriuſq; parentis ſubſtantia liberis addicatur; adminiſtratore eis in imperfecta ætate conſtitutis a competenti iudice deputari diſponimus: liberis autem nullis extantibus, ſubſtantiam delinquentis perſonæ publicis rationibus vindicari ſancimus, & legitimis pœnis ſubijcimus, alter enim diſiunctionem nuptiarum, tamen ex conſenſu nulla ratione concedimus.

CCCLXXXVIII. De vxoribus militum.

Iubemus uxores militum, ſiue in expeditionibus degentium, ſiue in militijs, ſiue milites ſint, ſiue fœderati, ſiue ſcholares, ſiue alia qualicunque armata militia decorati, expectare quantoſcunque annos in expeditione fecerint; & ſi nullas literas, nullum reſponſum a maritis ſuis receperint. Si autem talis mulier maritum ſuum defunctum audierit, non liceat ei ſtatim ad alias nuptias peruenire, niſi prius peruenerit, aut per parentes ſuos, aut per aliam qualemcunq; perſonam ad priores numeri, & chartularios ſcrinij, in quo maritus eius militabat, & eos, uel Tribunum, ſi præſto ſit, interrogauerit, ſi re uera defunctus eſt maritus ipſius, & illi, ſanctis Euangelijs propoſitis, ſub fide monumentorum deponant, ſi reuera maritus mortuus eſt, & poſtquam hæc fecerit, & exceperit mulier monumenta pro teſtimonio pudoris ſui expectet unius anni ſpatium, & poſtquam tranſierit, liceat ei legitimas contrahere nuptias. Quod ſi contra hanc obſeruationem mulier auſa ſit nubere, & mulier & ipſe, qui eam duxit uxorem, ut adulteri puniantur. Quod.n. qui ſub fide geſtorum depoſuerunt, conuicti poſtea fuerint falſas depoſitiones dixiſſe; ipſi quidem militia ſua nudati decem auri librarum pœna compellantur præſtare ei, quem falſo dixerunt deceſſiſſe. Ipſe autem, ſi uelit, licentiam habeat uxorem ſuam recipere. Quod ſi ſcholaris fuerit ille, de cuius morte dubitatio eſt, de primatibus ſcholæ, & actuario; ſi autem fœderati, de ordine prædictam depoſitionem uxorem eius iubemus capere; ijſdem ipſis cuſtodiendis, & alijs omnibus, qui ad armatam militiam referuntur.

CCCLXXXIX. Ex quibus cauſis matrimonia ſine pœna ſoluuntur.

Sunt quædam cauſæ, ex quibus matrimonia ſine pœna ſoluuntur, veluti ſi maritus miſceri mulieri ſuæ non potuerit, ſi maritus, uel vxor religioſam uitam, & ſolitariam elegerit, ſi in captiuitate ad certum tempus tenti fuerint: de quibus tribus caſibus ea firma eſſe iubemus, quæ ſuperius noſtris legibus continentur.

Omnes igitur antefatas cauſas, quæ noſtra hac lege continentur, ſufficere iubemus ad ſolutionem matrimoniorum: alias autem omnes ceſſare præcipimus, & nullam aliam cauſam poſſe matrimonia ſoluere, ſiue noſtris, ſiue veteribus cognita legibus eſt, niſi nominatim in hac conſtitutione inuenta fuerit.

CCCXC. Si mulier marito ſuo ſine iuſta cauſa repudium miſerit.

Si mulier marito ſuo ſine cauſa iuſta repudium miſerit, & in hac impia uoluntate perſeuerauerit, dotem quidem ipſe maritus habeat, proprietatem rerum dotalium communibus liberis reſeruaturus. Si autem liberos nõ habeat, ipſe eam lucretur: mulier autem periculo iudicis huic cauſæ præſidentis religioſiſſimo Antiſtiti tradatur eius ciuitatis, in qua communiter domicilium habebant. Antiſtes 2 † enim curabit in monaſterium eam mittere, & ibi degere vſque ad diem mortis ſuæ, & ſi quidem liberos habeat, beſſem quidem ſubſtantiæ eius ipſi capiant: tertia autem portione monaſterium potiatur iure dominij. Si autem nullos liberos habeat, ſed parentes, ipſi quidem tertiam partem accipiant, monaſterium autem beſſem: ſi forte mulier in poteſtate parentis conſtituta, conſenſu eius repudium ſine cauſa miſerit: tunc enim nihil ex filiæ matrimonio parentes ſperare oportet, ſed omnia monaſterium capiat. Quod ſimiliter procedere debet, & ſi nullos neque liberos, neque parentes habuerit. Si autem iudex, apud quem conuicta eſt mulier ſine cauſa repudium miſiſſe, non tradiderit eam ciuitatis Epiſcopo, et immittatur in monaſterium, ſi quidē in hac Florentiſſima ciuitate Magiſtratus ſit, ipſe quidē 20. libras auri pœnæ nomine dabit, officium autem eius alias 10. Quod ſi prouincialis ſit Magiſtratus, & præcepta noſtra neglexerit, ipſe quidem 10. libras auri pœnæ nomine præſtabit, officium autem eius 5. Si autem iudex ſit non Magiſtratus, ipſe quidem 10. libras auri præſtabit, miniſtri autem eius 5. iſtæ autem pœnæ per Comitem rerum priuatarum, & ſcholam palatinorum fiſcalibus rationibus inferantur. Sed & ſi maritus ſine cauſa repudium miſerit uxori ſuæ, reddat ei dotem, & propter nuptias donationem, & extrinſecus ex ſubſtantia ſua tantum ei præſtet, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit. Et ſi quidem habeat liberos ex eodem matrimonio natos, ipſa quidem vſumfructum habeat, liberis autem proprietatem cuſtodiat tam donationis, quam pœnæ: ſin autem nullos liberos habeat, tunc & proprietatem omnium rerum prædictarum lucrabitur.

2 † Epiſcopus.

CCCXCI. Si quis uxorem ſuam flagellis caſtigauerit.

Si quis vxorem ſuam flagellis, vel lignis caſtigauerit ſine aliqua earum cauſa, quæ contra mulierem ad diſſoluendum matrimonium ſufficit, pro hac contumelia conuictus maritus tantum præſtet mulieri ex ſubſtantia ſua, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit.

CCCXCII. Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo, uelle eum pudori uxoris ſuæ illudere.

Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo, uelle eum pudori uxoris ſuæ illudere, liceat ipſi marito teſtationē in ſcriptis habitam ad ſuſpectum hominem mittere, & ei ter denunciare per ipſas teſtationes idoneos teſtes continentes, ne cum uxore ſua inueniatur. & ſi poſt tres teſtationes in ſcriptis habitas, & idoneos homines habentes inuenerit eum, quem conteſtatus eſt, cum uxore ſua, uel in ſua domo, uel in domo mulieris, uel in domo illius adulteri, uel in popina, uel in proaſtio, liceat marito ſine ullo periculo ſuis manibus eum occidere. Sin autem in alio loco eum deprehenderit cum uxore ſua colloquium habentem, conuocatis tribus idoneis teſtibus, per quos poſſit probare apud iudicem, inueniſſe eum cum uxore ſua colloquium habentem, tradat eum iudici, & ſi iudex inuenerit poſt tres teſtationes ſuſpectum hominem collocutum mulieri fuiſſe, nullo alio exquiſito, quaſi adulterum puniat: marito autem liceat contra ſuam uxorem qualiter uoluerit, ſecundum leges crimen exequi.

CCCXCIII. Si poſt tres conteſtationes inuenerit maritus uxorem ſuam in ſancto loco cum ſuſpecto homine colloquium habentem.

Si poſt tres conteſtationes inuenerit maritus uxorem ſuam in ſancto loco cum ſuſpecto homine colloquium habentem, tradat ambo eccleſiæ defenſori, uel alijs clericis, ut ſeparati cuſtodiantur periculo defenſoris, uel clericorum, ut aditus iudex mittat ad religioſum ciuitatis Epiſcopum, & auctoritate ipſius accipiet eos, & pœnis contra adulteros poſitis utroſque adficiat, nullo alio requiſito, niſi quod poſt tres conteſtationes inuentus eſt cum muliere locutus. Eſt autem iniuſtiſſimum, neque adulterum, neque raptores mulierum, ſanctorum ſeptis uindicari, & multo magis, ſi de ipſo adulterio intra 2 † ſanctos alienæ mulieri locutus eſt. Et generaliter definimus, ſi quis inuenerit uxorem ſuam, uel filiam, uel neptem, uel nurum cum aliquo colloquium habentem, & ſuſpicatus fuerit turpitudinis cauſa eos conueniſſe, liceat etiam hos tradere, uel defenſori eccleſiæ, uel alijs huiuſmodi eccleſiæ clericis, periculo eorum ſeparatim cuſtodiendos, donec iudici innoteſceret, & ille ſecundum leges perſonas acceperit, & cauſam diſcuſſerit. Quæ omnia huius conſtitutionis capitula ualere ſancimus tam in futuro tempore, quam in præterito, niſi iudiciali calculo, uel amicabili compoſitione cauſæ deciſæ ſunt.

2 † ſanctū locum.

CONSTITVTIO CIX.

CCCXCIIII. De hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.

De hæreditatibus, quæ ab inteſtato nobis deferuntur, multæ leges a veteribus conſcriptæ ſunt, quas ab hoc tempore placet ceſſare, & præſentem legem in huiuſmodi ſucceſſionibus ualere. Nam & ſimpliciter, & ſine ulla obſcuritate diuiſionem huius cauſæ per hāc conſtitutionem exponimus. Conſtat enim apud omnes cognationes tres ordines habere quorum alius eſt aſcendentium perſonarum; alius deſcendentium; alius ex latere uenientium, quorum alij agnati ſunt, alij cognati. Sed deſcendentium quidem ordinem alijs omnibus anteponimus, ut in ſucceſſione ab inteſtato capienda potiora iura habeant, alijs omnibus aſcendentibus, & ex latere uenientibus perſonis cuiuſcunque fuerint ſexus, qui ad ſucceſſionem uocantur, cuiuſcunque fuerint gradus nulla diſcretione habita, utrum ex maſculina progenie, an ex fœmina editi ſint, & utrum filijfamilias ſint, an patresfamilias. Licet enim filiusfamilias ſit is, qui mortuus fuerit, attamen liberos eius omnibus alijs anteponimus in his, ſcilicet, rebus quæ acquiſitionem effugiunt, ut in proprietate capienda defuncto ſuccedant, uſufructu, ſ ad patrem pertinente: 3 † ſic tamen, ut ſi contigerit, unum ex deſcendentibus perſonis decedere, liberi ab eo relicti locum ipſius teneant, & tantum capiant, quantum pater ipſorum, ſi uiuus eſſet, accepturus fuiſſet. quam ſucceſſionem ueteres lege in ſtirpes uocant. Vnde ſi aliquem mori contigerit filio, uel filia derelicta ex eo filio, uel filia iam defuncto, uel defunctæ, nepotibus, uel neptibus relictis, nepotes, uel neptes una cum filio, & filia ſucceſſionem aui ſui capere debent: nam in perſonis deſcendentibus gradus differentia nulla eſt, nec ulla diſcretio inducitur vtrum maſculi ſint, an fœminæ, & vtrū ex maſculino ſexu, an ex fœminino progeniti ſunt, & vtrū ſui iuris, an alieni fuerint. Hęc de perſonis deſcendentium.

3 † pertinente.

CCCXCV. Idem.

De aſcendentibus autem perſonis talis obſeruatio teneat. Si enim deceſſerit aliquis inteſtatus, nullo liberorum relicto, ſed patre, vel matre, vel alijs ex ordine aſcendentium perſonis, præferantur omnibus qui ex latere ueniunt, excepto fratre, & ſorore, qui ex vtroque parente defuncto copulantur, ſecundum quod inferius declarabitur. Sin autem multi aſcendentes ſuperſint, eos anteponi uolumus, qui proximiores gradu fuerint, ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ, ſiue ex maſculino ſexu, ſiue ex fœminino cognatione defuncto iungantur. Sin autem parem gradum cognationis obtineant, pariter vocabuntur: vt qui per patrem aſcendunt, dimidiam portionem hæreditatis accipiant, quanticunque inuenti fuerint: qui autem per matrem aſcendunt, alteram dimidiam accipiant, quanticunque

ſint: niſi fortè fratres defuncti exiſtant ex utroque parente, & idē mortuo fratri ſuo copulati, uel ſorores eodem 1 † iure coniunctæ: tunc enim cum proximis parentibus ad hæreditatem uocabuntur, hæreditate, ſcilicet, pro uirili portione, id eſt, in capita inter omnes diuidenda; quamuis pater, & mater fuerint: ut tamen pater uſumfructum partis ad filium, uel filiam peruenientis nullum habeat, ſed pleno iure apud filium, uel filiam maneat, nulla obſeruanda differentia inter iſtas perſonas, utrum maſculini ſexus, an fœminini ſint, & utrum per maſculinum ſexum, an fœmininum defuncto cognatione iungantur, ſed neque defuncto intereſt, cui ſuccedit, utrum ſui, an alieni iuris deceſſit.

1 † eorundem.

CCCXCVI. Idem.

Reliquum eſt, ut diſpiciamus de tertio ordine, ſi ex latere uenientium perſonarum qui in agnatos, & cognatos diuiduntur: hac enim parte diſſoluta pleniſſima conſtitutio erit. Si quis igitur deceſſerit, & neque deſcendentes, neque aſcendentes reliquerit, primum ad hæreditatem uocamus fratres, & ſorores, qui, quæve ex eodem patre, & ex eadem matre progeniti, vel progenitæ ſunt; ex quibus & mortuus editus eſt, talibus autem fratribus, uel ſororibus non ſuperſtitibus, illos fratres, uel ſorores uocamus, qui ex uno parente defuncto copulantur, id eſt, ſiue per patrem, ſiue per matrem. Quod ſi deceſſerit aliquis, fratre, vel ſorore relicta, & ex alio fratre, uel ex alia ſorore iam defuncto, vel defuncta liberis relictis, cum auunculis ſuis, uel patruis uel liberi fratris, uel ſororis uenient, & tantam capient portionem, quā tam pater eorum, uel mater accepiſſet, ſi uiuus, vel viua fuiſſet, vnde conſequens eſt, ut ſi ante mortuus frater tam ex patre, quam ex matre copulatus fuiſſet ei, qui modo defunctus eſt, alij autem fratres ſuperſint, vel ſorores, qui ex matre tantum, uel ex patre defuncto copulantur, præferantur eius filius, & filia eius, qui utroque iure ſubnixi ſunt. Et è contrario, ſi filius, uel filia exiſtat fratris, uel ſororis, defuncti, uel defunctę tantum uno iure coniuncti, alij autem fratres exiſtant, uel ſorores utroque iure decorati, præponantur fratres filijs, uel filiabus ante defuncti fratris, uel ante defunctæ ſororis. Nulla enim differentia eſt, utrum de hæreditate maſculi, an fœminæ quæratur, & utrum maſculi ſunt, qui inter ſe certant, an fœminæ. Alia autem perſona ex tranſuerſo gradu in loco defuncti parentis ſui omnino non ſuccedat, niſi fratris filius, tunc autem cum auunculis ſuis, uel patruis fratris, uel ſororis filij, filiæve vocantur, cū nullus ex aſcendentibus perſonis defuncto ſuperſit: tunc enim excludendos eos eſſe cenſemus. Quod ſi nullus ex aſcendentibus ſit, tunc fratris, uel ſororis filij quaſi ſecundum gradum obtinentes ſic ad hæreditatem defunctæ perſonæ vocentur: ideoque modis omnibus auunculis, uel patruis defuncti præponantur, quia illi tertium gradum cognationis obtinent. Quod ſi neque fratres, neque ſorores, neque filios, vel filias fratrum, uel ſororū defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad ſucceſſionem eius uocabitur, ſecundum ſui gradus prærogatiuam, ut qui proximior eſt ipſe cæteris præponatur. Quod ſi plures perſonæ eundem gradum cognationis obtineant, & alij proximiores ſint, in capita diuidatur inter eos hæreditas, nulla differentia habenda, utrū, qui uocantur ad ſucceſſionem defuncti ſint maſculi, ſiue fœminæ, & utrum perſona defuncta maſculini, an fœminini ſexus fuerit. Nulla autem differentia ſit agnationis, & cognationis, ſed ſolus gradus ſanguinis naturalis expectetur: nam cognatus proximior ulteriori agnato præponitur. Hæc de ſucceſſionibus.

CCCXCVII. De legitima tutela, & de matre & auia liberorum tutelam adminiſtrantibus.

Ex his autem, quæ de hæreditatibus ab inteſtato deferendis diximus, facile poſſumus intelligere, quid de tutelis iuris ſit. Nam quæcunque perſona ſiue agnationis, ſiue cognationis titulis decorata ad hæreditatem impuberis, ſi moriatur, uocabitur neceſſe eſt, ut etiam tutelæ onus ſuſcipiat: nam ibi tutelæ grauamen imponendum eſt, ubi hæreditas deferri ſpectatur. Nam ſi multi eundem gradum proximiorem cognationis obtineant, omnes pariter ad tutelam 2 † uocantur, exceptis fœminis, & minoribus 25. ann. & his, qui propter aduerſas rationes tutores eſſe non poſſunt, ueluti milites, & hi qui excuſatione uelati ſunt. Mater autem, uel auia, ſi uelit, tutelam filiorum gerere, uel nepotum, non prohibetur: ſi tamen, actis interuenientibus, alijs nuptijs, & Velleiano Senatuſconſulto renunciauerit: hæc enim facientes omnibus ex tranſuerſo uenientibus cognatis, ſiue agnatis præponuntur in tutela, ſolis cedentes teſtamentarijs tutoribus. Vbi autem multi ex eodem gradu cognati ad tutelam impuberis uocantur, conuenire eos oportet apud competentem iudicem, ut ille unū, uel plures ex ijs, qui ad adminiſtrationem pupillarem ſufficiunt, creet, quem ipſi, uel quos utpote idoneos elegerint, & nominauerit, ut periculum ad omnes pertineat, & ſubſtantiæ eorum tacitis hypothecæ titulis pupillo obligentur.

2 † ad hæreditatē uocantur, ſic & ad tutelam.

CCCXCVIII. De ui, & poteſtate conſtitutionis in perſonis, & temporibus.

Hæc autem, quæ de ſucceſſionibus diximus, obtinere oportet in his perſonis, quæ fidem catholicam ſequuntur. Nam leges de hæreticis poſitas nullo modo ex hac lege innouari.

Hæc autem conſtitutio teneat in ijs caſibus, qui ab initio Iulij menſis præſentis ſextæ indictionis contigerunt, vel poſtea contigerint, præcedentes enim cauſas, quæ emerſerunt uſque ad memoratum tempus, ueteribus legibus relinquimus, ut ex his dirimantur. D. V. Kalen. Aug. Septuaginta Imp. Iuſtiniano.

CONSTITVTIO CX.

CCCXCIX. Vt donatio propter nuptias non indigeat inſinuatione monumentorum.

Propter nuptias donatio inſinuatione monumentorum non indigeat, quamuis ſupra quingentos ſolidos ſit, ſed ualeat, & in perſonæ mulieris, & in perſona mariti, ſiue ipſe maritus conſcripſerit eandem donationem, ſiue alius pro eo, ſiue in perſona ipſius mariti, ſiue in perſona mulieris.

CCCC. Qui ſeruos manumittere poſſunt, uel non.

Qui quartumdecimum annum ætatis impleuerit, & teſtamentum facere 3 † poteſt, non impediatur in ultima uoluntate ſeruos ſuos, quamuis imperfectæ ætatis ſint, manumittere. 3 † non

CCCCI. Si quis in aliquo inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem fecit.

Si quis in aliquo inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem fecerit, non aliter hoc factum eſſe uideatur, niſi ipſum prolatum fuerit, id eſt, antiquum inſtrumentum, uel alio modo legitimo debita quantitas probata ſit: hoc enim & ueteribus legibus cognitum eſt.

CCCCII. De appellationibus.

Sancimus, ut in prouocationib. ultimo fatali die utraq; parte ueniente, uel eo ſolo qui appellauit, & manifeſtauit præſentiam ſuam illi Magiſtratui, qui de appellatione cogniturus eſt, uel conſiliarijs eius, uel eis, qui lites introducunt, & iudex eum intra ſtatutos dies recipere diſtulerit, nullum præiudicium ſit partibus, uel uni ex his propter huiuſmodi cauſam, ſed prouocationes tales legitimo calculo terminentur.

CCCCIII. De retractationibus ſententiarum Præfecti prætorio.

Leges quidem noſtræ præcipiunt, ut contra ſententias glorioſiſſimorū Præfectorum prætorio cuiuſcunque regionis prouocatio non porrigatur, ſed certo tempore elapſo, retractatio ſententiæ concedatur, ſed humanitatis ratione facultatem præſtamus ei, qui ſe ex ſententia Præfectorum grauatum eſſe putauerit libellos adſerre, uel ipſi præfecto prætorio, qui ſententiam dixit, uel conſiliarijs eius, uel his, qui lites introducunt intra decem dies poſt ſententiam prolatam, ut hoc ſubſecuto, non aliter executioni ſententia tradatur, niſi prius fideiuſſores idoneos dederit is, qui uicit, de tanta quantitate reddenda, quantam ſententia continet, ut ſi poſtea retractatione legitimo modo ueniente calculus reſcindatur, res aduerſariæ parti cum legitimis augmentis reſtituantur. Quod ſi intra decem dies poſt ſententiam prolatam libellus ab ea parte, quæ uicta eſt, non porrigatur, ſine 4 † fideiuſſione quidem executio ſententiæ fiat, ſed tamen ius retractationis integrum aduerſariæ parti cuſtodiatur ſibi imputaturæ, quod intra decem dies libellum præſtare ſecundum definitionem noſtram non curauerit. 4 † fideiuſſore.

CCCCIIII. Si minor xxv. annis reſtitutionem aduerſus aditionem hæreditatis impetrare uolue-rit. 1†

1† petere maluerit.

Si minor xxv. annis temere ſuſceptam a ſe hæreditatem hire noluerit, & in integrum reſtitutionem implorauerit, ſi quidem præſto ſint omnes creditores hæreditatis, uocentur iuſſione iudicis, & præſentib. eis reſtitutio petatur. Quod ſi uel omnes, uel quidam ex his abſint, uocentur quidem legitimis præconijs; ſin autem intra tres mẽſes non uenerint, liceat adulto in integrum reſtitutionem impetrare, ſine periculo: ut tamẽ iudices, qui præſident, proſpiciãt, ut debent res hæreditariæ mobiles, uel immobiles ſeruari quãtitate, ſ. earum per publicam deſcriptionem actis interuenientibus, manifeſtanda.

CCCCV. De malæ fidei poſſeſſore res alienas uendente. 2†

2† alienauerit.

Si quis mala fide res alienas poſſidens uendiderit eas, uel donauerit, uel alio modo alienauerit, is autem, qui ſe dñm earum putat, ſciens hoc, teſtatione non denunciauerit ei, qui res acceperit intra decennium inter præſentes, uel inter præſentes, uel inter abſentes intra uicennium, res ſi maneat apud emptorem, uel qui donationem excepit, uel alio modo alienationis nactus eſt, permaneantq; ſi ignorante domino malæ fidei poſſeſſor alienauerit, non aliter hoc præiudicet domino, niſi xxx ann. ſpatium tranſactum ſit, quamuis is, qui emit, uel alio modo alienationis nactus eſt, bonæ fidei poſſeſſor fuerit.

CCCCVI. De præſentis, & abſentis decennij præſcriptione.

Scimus, quod inter præſentes longi temporis præſcriptio decennium eſt, inter abſentes autem uicennium. Quid ergo ſi in quibuſdam annis præſto ſit aliquis, in quibuſdam autem abfuerit? Dicimus tantum tempus aliud, decennio expleto, adijciendum eſſe, quantum in abſentia fuerit. Ea autem, quæ de temporali præſcriptione conſtituimus, non in præteritis cauſis, ſed in futuris caſib. obtinere ſancimus, qui poſt hanc legem emerſerint.

CCCCVII. Nemo cogitur in teſtamẽto propria manu, uel teſtium nomina hæredum ſcribere.

Nemo cogitur in ſuo teſtõ propria manu, uel teſtium nomina hæredum ſcribere, ſed ualeat teſtm ipſius, ſiue per ipſum teſtatorem, ſiue per aliam qualemcunq; perſonam nomen hæredis eius ſcribatur, ſi tamen 3† aliam teſtamento ruin obſcurationem 4† habeat.

3† ſic.
4† ut.

CCCCVIII. De reb. immobilibus, quæ ad loca uenerabilia pertinent.

Scimus legem nos poſuiſſe, qua cautum eſt, ut non tranſeant ad alias domos res immobiles, quæ ad noſtram domum ab eccleſia ſacroſancta peruenerit. Hanc igit legẽ præcipimus euacuari, non ſolum in his, quæ poſtea peruenerint ad noſtram domum, ſed etiam in his, quæ iam peruenerunt.

CCCCIX. Si quis familiæ ſuæ legauerit, uel aliæ perſonæ, & rei legatæ alienationem prohibuerit.

Si quis teſtm̃ fecerit, & rem immobilem familiæ ſuæ legauerit, uel aliæ perſonæ legati nomine reliquerit, & is ſpecialiter dixerit, nullo 5† eandem rem alienari, ſed apud hæredes, uel ſucceſſores illius, cui res relicta eſt, ſemper manere, in hoc legato iubemus, Falcidiam legem omnino locũ non habere: quia alienationem eius ipſe prohibuit, qui teſtatus eſt. hæc autem obtinere iubemus in his caſibus, quos nec iudicialis calculus, nec amicabilis compoſitio, nec alius modus legitimus terminauit. 5† Dat. xiiij. Kalen. Feb. Conſtan. Imp. D.N.N. Iuſtiniano.

5† Dat. xiij. Kalẽ. Feb. c. p. D.N. Iuſti. PP. Au. Baſil. 5. 6. Conſ.

CONSTITVTIO CXI.

CCCCX. De alienationibus, & alijs contractibus immobilium rerum, uel annonarum ciuilium, uel ruſticorum mancipiorum, quæ ad loca uenerabilia pertinent.

NVlli liceat adminiſtratori rerum eccleſiæ maioris huius Imperialis ciuitatis, uel orphanotrophij, uel xenodochij, uel prochotropij, uel noſocomij, uel alterius religioſi loci intra Imperialem ciuitatem, uel intra territoriũ eius poſiti exceptis monaſterijs, uendere, uel donare, uel permutare, uel in pari donatione, uel alio quocunque modo alienare rem immobilem, uel annonas ciuiles, uel ruſticorum mancipium niſi ad Imperialem domum permutatio tantum fiat. Sed neque patriciciо iure dari quippiam concedimus.

Emphyteuſeos autem contractus ab antefata maiore eccleſia, & alijs memoratis locis fieri iubemus in perſona ipſius, qui accepit, & in duob. alijs hæredibus, ut non plus quã ſexta portio ſubſiſtentis reditus concedatur ei, qui emphyteuſim accepit.

De proaſtijs autem, quæ ad prædictas pertinent domos, iubemus, ſi quidem talia proaſtia reditum habeant inſolidum reditum ab adminiſtratoribus iure emphyteuſeos ea præſtari ſecundum præ dictum modum in perſonam eius, qui accepit, & alias duas ſucceſſiones, ut nulla releuatio fiat, ſed magis accedat augmentum.

Quod ſi nullum reditum eadem proaſtia habeat, tunc liceat adminiſtratoribus ea præſtare ſub quadam quantitate.

Quod ſi res emphyteuſeos iure ab antefatis dominis præſtita, uel ad Imperialem domum peruenerit, uel ad fiſcu, uel ad aliquam ciuitatem, uel ad curiam, uel ad aliam religioſam domum, liceat adminiſtratoribus locorum a quib. ab initio emphyteuſis conſtitit, quando ad aliquam perſonam talis contractus peruenerit, manifeſtare uoluntatem ſuam intra biennium, & duorum alterum, uel apud eos relinquere rem, & annuum reditum, qui pacto continetur, accipere, uel ipſam rem recipere, iure emphyteuſeos reſolutos ſi hoc ipſum conducere ſibi putauerint.

Quod ſi quædam ſint loca, in quibus poſitæ ueteres domus dirutæ ſunt, ex quibus nullus reditus prædictis religioſis locis colligitur, neque poſſint dirutas domos renouare, liceat adminiſtratoribus huiuſmodi loca emphyteuſeos iure perpetuo præſtare, ſic tamen, ut tertia portio penſionum religioſis locis præſtetur, quæ colligebantur ex habitationibus nondum dirutis, eandemque tertiam portionem cedere ab initio contractus emphyteuſeos. Quod ſi emphyteuticarius magis eligat ſub hac pactione loca accipere, ut prius ædificet, & ex uenientibus poſtea penſionibus dimidia portio religioſis locis præſtetur, & hoc fieri cõcedimus. Sed & ſi materias ex dirutis ædificijs in eodem loco emphyteuticarium inuenerit, ſine impedimento eis utetur.

Quod ſi quis uelit rem immobilem ab antefatis religioſis locis uſus nomine accipere, non aliter hoc accipiat, niſi alteram rem ſtatim iure dominij præſtet eidem religioſo loco, a quo eandem rem accepit, tãtum habentem reditum, quantum habet res, quæ ei datur, & non pluribus tributis grauatam, ita ut poſt mortem eius, uel poſt tempus, quod uſui additum eſt (ut tamen non ſit longius, quam uita eius qui accepit) utraque res in integrum tam iure dominij, quam iure uſus in eundem religioſum locum perueniat. Locationes autem ab eiſdem religioſis locis fieri concedimus, in tantos annos, quantos inter contrahentes placuerit, ut tamen non extendantur ultra triginta annos.

Quod ſi contigerit memoratis locis propter tributa, uel alias neceſſitates pecuniis opus habere, liceat adminiſtratoribus rem immobilem ſupponere, & dare in ſpeciale pignus, ut creditor poſſideat eandem rem, & fructus eius capiat, & imputet ſibi in ipſas, quas mutuauit pecunias, quoſdam in uſuras non ampliores, quam quarta portione centeſimæ. Quod ſi adminiſtratores debitum ſoluerint, uel ex fructibus creditori ſatisfiat, iubemus, rem ad locum religioſum redire.

Cõtractus autem emphyteuſeos, & hypothecas, & ultra quinquennium locationes uolumus fieri a ſacroſancta quidem maiore eccleſia huius ciuitatis, arbitrio, & conſenſu Beatiſſimi eiuſdem ciuitatis Patriarchæ, iurantibus, præſente eo, tam religioſis œconomis quam chartularijs eiuſdem maioris eccleſiæ, quod non ad fraudem ipſius eccleſiæ contractus ſit. In alijs autem religioſis domibus, ſi quidem ſint chartularij, eodem modo eos iurare, præſente adminiſtratore, quod ſi nulli chartularij ſint, ipſos adminiſtratores, propoſitis ſacroſanctis euangelijs, contractum facere in ſcripto cum iureiurando huiuſmodi inſtrumentis, eo quod non ad læſionem, uel circumſcriptionem religioſi loci contractus fiat.

Oecono-

Oeconomis autem, & orphanotrophis, & ceterorum locorum adminiſtratoribus, & cuiuſcúq; loci chartularijs, & parentibus, & liberis eorũ, & alijs, qui iure cognationis, vel adfinitatis eis copulantur, interdicimus emphyteuſes, & locationes, vel hypothecas rerum ad religioſa pertinentiũ loca, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam accipere ſcituris, quòd ſi tale aliquid perpetratum fuerit, & hoc ipſum inualidum erit, & omnem ſubſtantiam eorum, qui acceperint, & œconomorum, & chartulariorũ, & adminiſtratorũ, quibus ſiue prædictum modum copulantur, in religioſam domum ex qua rem acceperũt, poſt mortem eorum peruenire iubemus. Et hæc quidem de ſacroſancta maiore eccleſia, & prædictis religioſis locis, quæ intra Imperialem ciuitatem ſunt, vel intra territorium eius diſponimus.

CCCCLXI. Idem.

De alijs aũt ſacroſanctis eccleſijs, & monaſterijs, & xenonibus, & noſocomijs, & cæteris religioſis domibus, quæ in omnib. Prouincijs noſtræ Reip. poſitæ ſunt, necnon monaſterijs in Imperiali ciuitate de territorio eius poſitis, conſequenter definiendum eſt.

His igitur locis liberam facultatem præſtamus non ſolũ temporalem emphyteuſim facere immobilium rerũ ad ipſos pertinentium, ſed etiam perpetuo eius iure emphyteuticò volentib. dare.

Et ſi quidem ſacroſanctæ eccleſiæ fuerint, vel aliæ religioſæ domus, quarum adminiſtrationem Epſ, vel per ſe vel per clerum expediat, arbitrio eius, & conſenſu * fieri talem contractum iurantib. præſentibus, & œconomis, & adminiſtratoribus, & chartularijs eiuſdem religioſæ domus, quod ex hoc emphyteuſeos contractu nullum damnum eidem religioſæ domui fiat.

* Infinitiuus pro Imperatiuo.

Quod ſi prochia, vel xenones, vel noſcomia, vel alia religioſa loca ſint propria habẽtia adminiſtrationem, ſi quidem ſanctas domos oratorias habeant, conſenſu amplioris partis clericorũ oratorij contractus procedat, nec non œconomi. Quod ſi ſolum xenodochium ſit, vel ptochium, vel noſocomium, vel alia religioſa domus, is, qui præpoſitus ipſis eſt, contractum faciat, iurantib. adminiſtratorib. earum ſub præſentia Religioſiſſimi Epiſcopi, a quo præpoſiti, uel creati fuerint, quod nihil ad læſionem, vel circumſcriptionem eorundem locorum in tali contractu fiat. In monaſterijs autem perlegumenos eorum cũ ampliore parte eiuſdem monaſterij monachorũ contractum fieri. Et in his autem omnib. inſcribi inſtrumentum cum iureiurando, quod non ad læſionem, vel circumſcriptionem eorundem locorum negotium agitur & hac tamen obſeruatione procedente, telonationem non amplius fieri ſexta portione reditus, quam habet res iure emphyteuſeos præſtita.

Quæ autem diximus de ædificijs dirutis, pertinentibus ad religioſas domos in hac imperiali ciuitate poſitas; eadẽ obtinere volumus, & in iſtis religioſis domibus.

Illud quoque iubemus obtinere, ut ſi quando eædem religioſæ domus, vel propter publicas tributiones, vel propter alias neceſſarias cauſas obligatæ fuerint, & non habeant ex rebus mobilibus, vnde eadem debita perſoluant, tunc primo quidem ordine in ſpeciale pignus rem immobilem dari creditori uolumus, vt huius pignoris fructus accipiens imputet ſibi quoſdam in ipſa pecunia credita, quoſdam in uſuras non plures quarta portione centeſimæ.

Quod ſi nõ poſſint hoc modo debitũ obtinere, iubemus eos quidem, qui a Beatiſſimo Patriarcha creanť, ſiue Metropolitani ſiue 1† Epiſcopi fuerint, ſiue Archimandritæ, ſiue orphanotrophi, vel ptochotrophi, uel xenodochi, uel noſocomi, uel aliarum religioſarum domorum adminiſtratores, apud ſanctiſſimos Patriarchas a quib. creantur monumenta fieri cum ſacramento adminiſtratorum, & conſenſu maioris partis eorum, qui ibi miniſterium faciunt, debitum manifeſtum fiat, & quod non eſt poſſibile ex reb. mobilibus hoc exolui.

1† Ran archiepiſco. alij hñt, alij Epiſco.

Eos autem, qui a Metropolitanis Epis creantur, ſiue Epiſcopi ſint, ſiue Archimãdritæ, ſiue orphanotrophi, ſiue ptochotrophi, uel aliarum domorũ religioſarum adminiſtratores apud ipſos ſimiliter Metropolitanos Epiſcopos talia monumenta conſcribere, apud illos autem Epiſcopos, qui uel a Patriarchis, uel a Metropolitanis Epiſcopis creantur, & habeant ſua iuriſdictione ſua monaſteria, uel ptochia, uel xenones, uel noſocomia, uel alias religioſas domus, eodem modo monumenta fieri. ſic tamen, ut apud Patriarchas, uel Metropolitanos, uel alios Epiſcopos talia monumenta ſi fiant, nullum ſuper his damnum, uel ſumptum domos religioſas pati. Propter hoc n. uolumus de cætero apud Præſides prouinciarum, uel apud Defenſores locorũ talia monumenta prædictis perſonis, uel domibus fieri, ut nullum detrimentum patiantur.

Poſtquam autem hoc ita ſecutum fuerit apud memoratos ſanctiſſimos Patriarchas, uel Metropolitanos, uel alios Epiſcopos, tunc antefatos adminiſtratores eius loci, cui debitum imminet, in ſcriptis in publico ciuitatis proponere per uiginti dies, & hoc modo admonitari eos, qui comparare rem immobilem uolunt, ut is, qui plus præſtiterit, alijs præponatur.

His autem omnib. producentib. uenditionem fieri, pretio modis omnib. pro debito dando, ut non aliter habeat emptor cautum, niſi pretium ſuper ipſo debito ſoluerit, & hoc ſpecialiter inſcriptum ſit cum iureiurando in emptionali conſcriptione, quod nihil ad læſionem, uel circumſcriptionem eiuſdem religioſæ domus fiat.

Si autem per antefatum modum emptor talis rei nullus inueniatur, iubemus, debitum quidem recipere creditorem iure eo, quod Proſoluto dicitur, ut ipſam poſſeſſionem creditor accipiat, iuſta, & ſubtili æſtimatione facienda, & adijcienda pretio decima portione totius æſtimationis: & ſic in ea quantitate capere rem creditorem pro ſolutione firmo dominio poſſidendam. ſic tamen, ut adminiſtratores eius loci, cui debitum imminet, & maior pars eorum, qui ibidem miniſterium faciunt, huiuſmodi uenditionibus conſentiant.

Ea autem res, quæ pro ſoluto immobilis conſtituta datur, non electione creditoris præſtetur, ſed quod medium eſt fertilium, & infertilium poſſeſſionum, quæ ad religioſum pertinent locum, æſtimari ad hoc oportet ex 2† reditu ſuo, & publica tributionum functione, & reliquo ſtatu.

2† Rane. creditio.

Si quis autem Eps, uel œconomus, uel adminiſtrator cuiuſcunq; religioſi loci, ſiue in Imperiali ciuitate, ſiue in Prouincijs poſiti pecuniam mutuatus eſt, uel poſtea mutuatus fuerit, iubemus non aliter ei in rationes religioſæ domus imputari, niſi prius probauerit, quòd ad cauſas prædicti religioſi loci hæc proceſſit, ſed neq; ipſum creditorem, uel hæredes eius contra domum religioſam hīc aliquam actionem, niſi probauerint in cauſas ad religioſam domum pertinentes pecuniam proceſſiſſe: ſed contra eum, qui mutuatus eſt, uel hæredes eius, ſuas mouere actiones.

Hoc quoq; iubemus, ut excepta ſanctiſſima maiore eccleſia Imperialis ciuitatis, & ſancto orphanotrophio, & xenonibus, & ptochijs, quæ in hac Imperiali ciuitate ſunt, uel quæ intra territorium eius, liceat omnib. ſanctiſſimis eccleſijs, & religioſis domibus, necnon monaſterijs, quę uel in Imperiali ciuitate, uel in diuerſis Prouincijs poſita ſunt, permutationes rerum ſecum facere cũ indemnitate utriuſque loci, conſentientibus in ſcriptis, uel depoſitione huic contractui nõ ſolum adminiſtratoribus utriuſque religioſi loci, ſed etiam maiore parte eorum, qui ibi miniſterium faciunt.

Res autem immobiles, quæ ab Imperiali domo ad quẽcunque religioſum locum peruenerunt, uel poſtea peruenerint, nullo modo uẽdi, uel ſupponi, uel permutari, uel quocunq; modo alienari concedimus: nec ſi ſecum religioſæ domus tale aliquid fecerint.

CCCCXII. Idem.

Nulli liceat monaſterium alienare, ut in profanum tranſeat, ſed liceat Epiſcopis huiuſmodi facinora emendare, & in priſtinum ſtatum locum reducere.

Si quis autem ex prædictis locis excepta maiore eccleſia Imperialis urbis, poſſeſſionem habeat tributis plurimis prægrauatam, ex qua nullus reditus ſancto loco præſtať, facultatem liberam damus adminiſtratoribus religioſi loci talem poſſeſſionem alienare quocunque modo putauerint commodum eidem religioſo loco fore, monumentis, ſcilicet, in tali alienatione faciendis apud illos, a quibus adminiſtratores talium locorum præponuntur, uel creantur: & iurantibus per diuinas ſcripturas his, qui iiſdem locis præpoſiti ſunt, & maiore parte eorum, qui ibi miniſterium faciunt, quod nulla proditione, nulla gratia, nulla circumſcriptione alienatio fiat.

Occo-

Oeconomis autem, vel adminiſtratoribus, vel chartularijs cuiuſcunque religioſi loci, & parentibus, & liberis eorũ, & alijs qui vel cognatione, uel iure nuptiarum eis copulantur, locationes, uel emphyteuſes, uel emptiones, uel hypothecas rerum immobilium apud eoſdem religioſos locos pertinentium ſubire, uel per ſe, uel per interpoſitam perſonam: nam ſub iiſdem pœnis interdicimus, quas ſupra diximus.

CCCCXIII. Idem.

Si quis autem conductor, uel emphyteuticarius, rem, quæ ad locum religioſum pertinet, deteriorem fecerit, uel per biennium emphyteuticarium canonem, ſiue mercedem non ſolverit; liceat religioſi loci adminiſtratoribus expellere eum de locatione, uel emphyteuſeos contractu, & exigere ab eo tranſacti temporis debitum canonem; & propter emponemata nullam ei competere actionem. Siautem nolint administratores religioſi loci eum expellere: id, quod debet, præſtet, & teneat rem, donec tempus ſtatutum finiatur, & canonem, ſecundum quod pactum eſt, præſtet: quod ſi fugerit, liceat adminiſtratoribus religioſi loci indemnitatem ſeruare ex rebus ipſius, & propter emponemata nullam ſuſpicere actionem.

CCCCXIIII. Idem.

Sãctiſſimis eccleſijs Odeſſi & Tomeos permittimus alienare res immobiles pro captiuorum redemptione, niſi forte ad hoc eis præſtitæ fuerint, ut nullo modo alienentur.

Illud quoque concedimus, ut Hieroſolymitana ſanctiſſima eccleſia licentiam habeat domos ſuas in eadem ciuitate poſitas uendere non in minore pretio, quam ex penſionibus earum per quinquaginta annos colligitur ut ex ea alienatione alius reditus melior comparetur.

CCCCXV. Idem.

Si quis cuicunque ſancto loco, uel in Imperiali ciuitate, uel in Prouincijs poſito, poſſeſſiones penuria laborantes donauerit, uel uendiderit, uel alio modo præſtiterit, uel reliquerit; iubemus pro talibus rebus nullam læſionem perpeti religioſam domum, ad quam talis poſſeſſio peruenit, ſiue publicarum functionum nomine, ſiue alterius cuiuſcunq; cauſæ, ſed totum grauamen in eos qui dederunt, uel hæredes eorum reſiſte, cogendo recipere tales poſſeſſiones, & reſtituere de ſua ſubſtantia religioſo loco omne detrimentũ, quod ex tali cauſa ei contigit.

Sed & ſi fraus interceſſerit tanta, ut etiam pecunia religioſo loco præſtetur, ut poſſeſſiones illas religioſus locus ſuſcipiat, iubemus, ut is, qui dedit, uel hæres eius, recipiat poſſeſſiones, & pecunias non exigat. Nulli autem eccleſiæ neceſſitatem imponi uolumus poſſeſſiones ubicunque poſitas, quamuis fertiles ſint, comparare.

1† pactionibus.

CCCCXVI. Idem.

Si quis uſus nomine rem immobilem ab eccleſia prouinciali accipere uelit, eodem iure & ſub iiſdem 1† conditionibus accipiat, quas ſupra diximus in eccleſijs, quæ in Imperiali ciuitate ſunt, uel in territorio eius poſitæ.

CCCCXVII. De ſacris uaſis cuiuſcunque eccleſiæ, uel oratorij.

Hæc de rebus immobilibus. Nam de ſacris uaſis cuiuſcũque eccleſiæ uel oratorij iam legem poſuimus, ut non aliter liceat ea diſtrahere, niſi pretium eorum procedat in redemptionem captiuorum: aliter enim uendi, uel obligari non poſſunt. Siautem religioſa domus habeat ſuperflua uaſa, quæ nullum neceſſarium uſum faciunt, ipſa autem debitis prægrauetur, & ſi non ſint aliæ mobiles res, ex quibus poſſint debita perſolui, licentiam damus actis interuenientibus ſecundum modum ſuperius præfinitum, memorata ſuperflua uaſa, uel alijs religioſis locis, ſi hoc eis utile ſit, uendere, uel conflare & ſimiliter uendere, & eorum pretium debiti nomine dare, ut res immobiles non alienentur.

CCCCXVIII. Quibus pœnis ſubijciuntur, qui præſentem Conſtitutionem uiolauerint.

Si contra ea, quæ diximus in præſenti lege, contractus fiat in rebus mobilibus, & immobilibus ad religioſam pertinentibus domum, iubemus reddi quidem eidem religioſo loco rem, in qua tale aliquid ſecutum eſt cum medij temporis fructibus: maneat autem apud eundem religioſum locum & pretium, & ſi quid remunerationis, uel permutationis gratia, uel alterius cuiuſcunque cauſæ nomine ei præſtitum eſt.

Quod ſi emphyteuſis facta ſit contra ea, quæ diſpoſuimus, res quidem religioſo loco reddatur, actionem autem emphyteuticam præſtet emphyteuticarius ſecundum tenorem inſtrumentorũ, quæ in huiuſmodi contractu compoſita fuerint. Quod ſi donata fuerit res ad religioſum locum pertinens, reddatur ei cum medij temporis fructibus, & aliud tantum, quantum eadem res digna eſt.

Siautem hypotheca contra prædictas diſtinctiones data fuerit, creditor quidem debitum amittat, & rem religioſã loco reddat. Tabelliones autem, qui contra præſentem legẽ inſtrumenta componere auſi fuerint, perpetuo exilio condemnentur.

CCCCXIX. De vi, ac poteſtate Conſtitutionis in tempore.

Quicquid ante præſentem Conſtitutionem factum eſt: ſi quidem ſecundũ leges ueteres, ualeat. Siautem aduerſarius eis, radicitus eruatur. De cetero aũt, ueteribus legibus in hac parte euacuatis, præſentem legẽ in noſtra Republica 2† pollere iubemus. Dat. vij. Id. Maij Cõſtantinop. Imp. D.N.N Iuſt. 3† Anno xix.

2† Rane. & alterum exẽpl pullulare ſancimus.

3† Græco Baſil.V. C. Cos.

CONSTITVTIO CXII.

CCCCXX. Vt iudices nulla relatione vtantur ad Principem.

Iudex ſententiam diffinitiuam ex ſuo arbitrio conſentaneam legibus promat, & non utatur indicatione ad noſtram clementiam, nec referat; ſed quod ſibi iuſtum fuerit legitimum, dicat poſtquam perfectiſſime de lite cognouerit. Quæ ſimiliter obtinere iubemus, ſiue unus, ſiue duo, ſiue plures iudices fuerint cauſæ cuiuſcunque cognitores.

CONSTITVTIO CXIII.

CCCCXXI. Quomodo ſacrum auditorium celebrari oportet.

Inuenimus Quæſtorem, & Præfectum prætorio per Orientem in ſacro auditorio iiſdem interlocutionibus uti, quibus nos utimur: dicebant enim, Noſtra Serenitas, & Noſtra Pietas & Manſuetudo, & aduocati, iiſdem uocibus ad eos vtebantur, & ueſtitu eodem omnes ornabantur, quo tantum uti apud Principem licet. Nos autem Quæſtorem quidem cum Præfecto conſidere, & tales cauſas audire, & legitimos calculos proferre, & conſueta ſermonis in talibus cauſis ſuum miniſterium præbere permittimus. illa autem illicita uerba, & ueſtimentorum uſurpare ſibi, nulli concedimus. Siautem hoc fiat, Maieſtatis crimine temeratores obnoxij ſunt.

CCCCXXII. De appellationibus.

In omnibus prouocationibus hoc obtinere iubemus, ut appellatione facta intra tempus ſtatutum, ſi utraque pars fatalem diem obſeruauerit, ſine dilatione iudices, & ea, quæ facta ſunt, perſcrutentur, & legitimum calculum proferãt. Quod ſi ſolus, qui appellauit, intrauerit, iudices expectent uſque ad vltimum fatalem diem. Et ſi is, qui uicit, non inueniatur, perſcrutẽtur acta, & finis legitimus ſequatur. Quod ſi uictor intrauerit, & is, qui appellauit, requiſitus non inueniatur, expectent iudices non ſolum vltimum fatalem diem, ſed etiam tempus reparationis, i. tres menſes. Quod ſi his quoque tranſactis, is, qui prouocauit, non inueniatur, nullatenus temporis curſu calculus confirmetur, ſed ex vna parte iudices perſcrutentur acta prioris iudicij. Et ſi quidem recte pronunciatum eſt, confirmare, quod ſi aliquid non recte habet, debent hoc corrigere, & legitimum calculum proferre. Semel autem appellatione intra fatales dies uel ab una, uel ab utraque parte introducta, nullatenus biennalis temporis tranſactione primus calculus confirmetur, ſed ueritas & iuſtitia perſcrutetur, & finis legitimus talibus cauſis imponatur, ſiue una, ſiue utraq; parte præſente. Et propter hoc iubemus in talibus cauſis non in primo introitu omnes cognationes referri, ſed ſingulas propriam diem præſcriptam habere.

CCCCXXIII. Idem.

Omnes iudices legibus non interdictam prouocationem intra ſtatutos dies recipere nõ recuſent. Intra triginta autem dies poſtquam prouocatio porrecta eſt, acta cum ſua ſubſcriptione litigatoribus dare, ut illi apud competentem

tem iudices ea intimare poſſint. Si quis autem iudicum hoc facere diſtulerit, calculus quidem temporis tranſactione non confirmabitur. Ipſe autem iudex, qui ea non obſeruauit, & qui miniſterium ei præbent, omne damnum, quod litigator paſſus fuerit, actis ei non editis, de ſuis ſubſtantijs reddere compellantur, & denas auri libras pœnæ nomine noſtris priuatis inferendas, exoluant.

CONSTITVTIO CXIIII.

CCCCXXIIII. De ſucceſſione, quæ ab inteſtato defertur fratribus & parentibus & filijs fratrum.

SAncimus ex hoc tempore, ſi quis inteſtatus deceſſerit, fratribus derelictis ex vtroque parente ſibi copulatis, & filio ex fratre antea mortuo, qui & ipſe ex vtroque parente ei copulabatur, & aliquo ex perſonis aſcendentibus, ſimul omnes ad hæreditatem vocari, & aſcendentes perſonas non impedire fratris filios ad hæreditatem defuncti capiendam; & vt ſimpliciter dicamus, quem dedimus eis ordinem aſcendentibus perſonis non ſuppoſitis, eundem eis præſtamus, & ſi parentes extiterint eius, cuius de hæreditate agitur.

CCCCXXV. Si propter nuptias donatio geſtis intimata non fuerit.

Si propter nuptias donatio quingentorum ſolidorum quantitatem excedat, intimari eam iubemus monumentis publicis, celebrandis in hac quidem Regia ciuitate apud Magiſtrum cenſus; in Prouincijs autem apud Defenſores ciuitatum, uel apud quos huiuſmodi monumenta agi poſſibile eſt. Si autem non inſinuetur, ſit quidem ex parte mulieris propter nuptias donatio valida; ex parte autem mariti irrita. & ideo, matrimonio ſoluto, mulieri quidem ante nuptias donatio ſiue ex toto, ſiue ex parte, ſecundum quod caſus tulerit, ſine vllo obſtaculo competat, marito autem dotis retentio ſiue ex parte, ſiue in totum ſecundum euentus qualitatem nullo modo concedatur. quia in poteſtate eius fuerat propter nuptias donationem ultra quingentos ſolidos conſtitutam actis intimare: & ideo periculum non intimatæ propter nuptias donationis ad ipſum, non ad mulierem reſpiciat.

CCCCXXVI. De his, qui ſecundas non contraxerint nuptias.

Si mulier marito ſuo defraudata ad ſecundas non peruenerit nuptias, habeat quidem ante nuptias donationis vſumfructum, ſecundum quod iam diſpoſuimus. Lucretur autem & portionem proprietatis tantum, quantum numerus liberorum eius concedit, vt ipſa quoque pro vno filio habeatur. Quod autem de matribus diximus, hoc & de patribus intelligendum eſt, & de alijs perſonis aſcendentium, quæ non ad ſecundas perueniunt nuptias.

CCCCXXVII. Si vir, uel vxor ſine cauſa legitima matrimonium diſſoluerit.

In ſuperioribus poſita eſt Conſtitutio, qua cauetur, ne vxori maritus vel vxor marito ſine cauſa eidem Conſtitutioni cognita matrimonium diſſoluere audeat.

Quod ſi hoc auſi fuerint facinus perpetrare, pœnis quibuſdam eos ſubijcimus. Ipſis autem pœnis releuauimus maritum, grauiore animaduerſione mulieribus impoſita. Sed hanc legem meritò corrigentes, iubemus ijſdem pœnis temerarios maritos ſubijciendos eſſe, quę mulieribus diſſidij ſine cauſa legitima cupidis imminere noſcuntur: vt in pari delicto paris pœna vtroſque comitetur. Dat. Kal. Sep. Conſt. Imp. DN. N. Iuſt. PP. Aug. Anno xxij. poſt Conſul. Baſil. Anno vj.

CONSTITVTIO CV.

CCCCXXVIII. De propoſito Conſtitutionis quæ de eccleſiaſticis diuerſis capitulis loquitur.

DE adminiſtratione, & priuilegijs, & alijs diuerſis capitulis ad eccleſias & alias religioſas domos pertinentibus, iam quædam diſpoſuimus, in præſentiarum ea, quæ de Religioſiſſimis Epiſcopis, & clericis, & monachis, antea in diuerſis Conſtitutionibus 1† diſperſa ſunt, cum competente emendatione hac continere lege exiſtimauimus.

1† diſpoſita,

CCCCXXIX De Epiſcoporum conſecratione.

Sancimus igitur, quando opus fuerit Epiſcopum creari, clericos, & primates ciuitatis eius, cuius Epiſcopus deſideratur, mox in tribus perſonis decreta facere, propoſitis ſanctis euangelijs periculo animæ ſuæ dicentes in ipſis decretis, quod neque propter aliquam præſtationem, neque propter promiſſionem, uel amicitiam, vel aliam qualemcunque cauſam, ſed ſcientes eos rectæ & catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ eſſe, & literas ſcire, eos elegerunt, & quod neque vxorem, neque liberos quis eorum habet, neque concubinam, vel liberos naturales cognoſcunt eum habuiſſe, vel habere: ſed & ſi vxorem prius quis habuit, & ipſam vnam, & primam, neque viduam, neque marito diiunctam, neque legibus, vel ſacris canonibus reprobatam, i. ſcenicam; ſed neque curialem, vel taxeotam eum eſſe cognoſcunt vel ſi curiali, vel taxeotica ſuppoſitus eſt conditione, ſciunt ipſum in monaſterio non minus quindecim annis ſolitariam vitam peregiſſe, Et hoc autem decretis oportet imponi, quod non minus, quàm triginta quinque ætatis annos agere delectam à ſe perſonam cognoſcunt, vt a tribus perſonis, pro quibus talia decreta fecerunt, melior creetur electione, & periculo creatoris.

Curialem autem, vel taxeotam, qui ſecundum ea, quæ diximus, per quindecim annos in monaſterio moratus eſt, & ad Epiſcopatum prouectus, liberum eſſe propria conditione. ſic tamen vt liberatus curia, quartam portionem ſui patrimonij ſibi retineat: cæteris rebus ipſius ſecundum noſtram legem curiæ & publico vindicandis.

Damus autem licentiam illis, qui decreta faciunt, ſi quē laicum circa curialem & taxeotam dignum prædictæ electionis eſſe putauerint, talem hominem vna cum alijs duobus clericis, uel monachis his eligere, ſic tamen, ut laicus, qui hoc modo ad Epiſcopatum electus eſt, non ſtatim Epiſcopus creetur, ſed primum clericis non minus tribus menſibus connumeretur & ita ſanctos canones, & ſacrum ſanctæ eccleſię miniſterium edoctus, Epiſcopus creetur. qui enim alios docere debet, ab alijs poſt conſecrationem doceri non debet.

Quod ſi in aliquibus locis non inueniantur tres perſonæ ad talem electionem idoneæ, liceat decretum facientibus & in duabus & in vna perſona decretum facere: vt tamen omnia antelata habeat teſtimonia. Si autem hi, qui debent Epiſcopatum eligere, talia decreta intra ſex menſes non fecerint, tunc periculo animæ ſuæ ille, cui competit cōſecrare Epiſcopum, conſecret omnibus alijs, quę diximus, obſeruandis.

Si quis autem præter memoratam obſeruationem Epiſcopus creatus ſit, iubemus, eum modis omnibus ab Epiſcopatu repelli: ſed & illum, qui contra hæc præcepta auſus fuerit, Epiſcopum conſecrare, ſeparari per vnum annum à ſacro 2† miniſterio, & totam eius ſubſtantiam, ſi qualicunque tempore, vel modo in ipſius dominium peruenerit, propter delictū, quod fecit, domino eccleſiæ, cuius Epiſcopus eſt, vindicari.

2† Ran. myſterio.

CCCCXXX. De accuſatoribus Epiſcoporum.

Si quis autem eius, qui ad Epiſcopatus conſecrationem electus eſt, accuſator extiterit in cauſa, quæ leges, vel per canones poſſit inhibere conſecrationem eius, prius de accuſatione Epiſcopus, qui conſecraturus erit, diſceptationem faciat vel pręſente accuſatore, & implente ſuam accuſationē, vel non implente, ſed per tres menſes differente. Et ſi quidem inuenerit eum, qui electus eſt, obnoxium, inhibeatur conſecratio. Enim vero ſi innocens appareat, non impediatur. Sed accuſator, qui vel non probauit id, de quo accuſauit, vel ſi deſtituit litem, expellatur Prouincia, in qua domicilium habet.

Si quis autem ante cognitionem accuſatum conſecrauerit, conſecratus quidem ſacerdotio expellatur: qui autem conſecrare eum præcipitatus eſt, ſuperius expoſitis pœnis ſubijciatur, id eſt, vt per vnum annum 3† miniſterio ſacro abſtineat, & vt res ipſius eccleſiæ addicantur, cuius, Epiſcopus eſt.

3† Ran. myſterio.

CCCCXXXI. Vt nulla pecunia data Epiſcopi conſecrentur.

Ante omnia illud obſeruari ſancimus, vt nemo ſub præſtatione auri, vel alterius rei Epiſcopus conſecretur. Quod ſi tale aliquid admiſſum fuerit, ſemetipſos & ſuas animas hi, qui pecunias accipiunt, uel præſtant,

& in e-

& mediatoris eorum ſecundum diuinas regulas, & ſacros canones condemnatione ſubijciunt. Et propter hoc & qui dat, & qui accipit, & qui mediator factus eſt, ſacerdotio, vel clericatus honore remoueatur. Quod autem pro ea cauſa datum eſt, eccleſiæ illi vindicetur, cuius voluit ſacerdotium emere. Si autem laicus erit, qui pro hac cauſa aliquid accepit, vel mediator rei factus eſt, ea, quę data ſunt, in duplum ab eo exigi eccleſię vindicanda. Non ſolum autē ea, quæ data ſunt, vindicari præcipimus, ſed & omnem cautionem ſuper hoc quocunque modo expoſitam & pignorum obligationem, & omnem aliam qualemcunque actionem ceſſare ſancimus, vt ille, qui promiſſionem accepit, non ſolum cautionem reddere, ſed & aliud tantum quantum cautio continet, condemnatus eccleſiæ dare.

CCCCXXXII. Si Epiſcopus ante conſecrationem ſuam, vel poſtea venerabili loco res ſuas obtulerit.

Si quis poſt Epiſcopatum, vel ante conſecrationem voluerit proprias res, vel earum partem eccleſiæ offerre, cuius Epiſcopus erit, hoc laudabile eſt: quia non eſt emptio, ſed oblatio.

Pro conſuetudine autem illa ſola concedimus præſtari ab Epiſcopis conſecratis, quæ deinceps præſenti lege continentur. Iubemus igitur Beatiſſimum Patriarcham, i. Papam Romanum, & Conſtantinopolitanum, & Alexandrinum, & Theopolitanum, i. Antiochenum, & Hieroſolymitanum (ſiquidem conſuetudo eſt Epiſcopis, vel clericis in eorum conſecratione) non minus quam viginti libras auri præſtari, eaque tantum dare, quæ conſuetudo vult, quod ſi plus ſit, quam antea dabatur, nihil ab hoc tempore vltra viginti libras auri præſtetur. Metropolitanos autem qui a concilio ſuo vel Beatiſſimis Patriarchis creantur, & omnes alios Epiſcopos, qui vel à Patriarchis, vel a Metropolitanis conſecrantur, ſi quidem non minus xxx libras auri debitas habere eccleſia conſecrati dare pro cathedratico ſolidos centum, notarijs autem conſecrātis, & alijs, qui miniſterium ei faciūt, & alijs, qui ex conſuetudine capiunt, ſolidos 30. Si autem eccleſiæ reditus minor ſit 30. libras auri annalibus, non minor autem ei pro cathedratico iure dari ſolidos centum, alijs autem omnibus, qui ex conſuetudine capiunt, ſolidos ducentos. Si autem reditus minor ſit x. non minor autem v. libras auri pro cathedratico quidem 50. ſol. dare autem omnibus alijs, qui ex conſuetudine capiunt ſolidos 20. Si autem minor quidem v. non minor autem tribus libris auri habeat eccleſia reditus, pro cathedratico, quidem 18 ſol. omnibus autem, qui ex conſuetudine capiunt, ſol. 9. Si autem minor tribus, non minor duabus auri lib. ſit quantitas eccleſiaſtici reditus: pro cathedratico quidem præſtari xij. pro omni autem alia conſuetudine ſol 6. Epiſcopum enim eccleſiæ minorem duabus auri lib. reditum habentis neq; pro cathedratico neque pro alia conſuetudine aliquid dare concedimus: ea autem, quæ præſtari diſpoſuimus, primus presbyter conſecrantis Epiſcopi, & archidiaconus eius ſuſcipientes ex conſuetudine capientibus diuidant. Hæc ita que iubemus modis omnibus obſeruari ne ex talibus necesſionibus eccleſiæ debitis prægrauentur, & ſacerdotia venalia fiant. Si quis autem vltra ſtatutam à nobis quantitatē pro cathedratico, vel conſuetudine quocunque modo auſus fuerit capere, iubemus, quod plus accepit, triplum ex rebus ipſius vindicari eccleſiæ eius, qui dedit.

CCCCXXXIII. De ſeruis, & aſcriptitijs, & taxeotis, & curialibus ad Epiſcopatum venientibus.

Conſecrātio Epiſcopi liberum faciat eum tam ſeruili, quàm adſcriptitia conditione: taxeotas enim, vel curiales, qui contra prædictam diſtinctionem ei ad Epiſcopatum apicem proſiluerunt, officio iterum, & curiæ reſtitui ſancimus, nec ex tali conditione ſacerdotio iniuria fiat. Illos autem, qui ante noſtram præſentem legem ex curiali conditione inuenti fuerint Epiſcopi creati, tali quidem conditione liberos eſſe; legitimam autem portionem de rebus ſuis curiæ ex publico præſtet: ſic tamen, vt nullam diminutionem patiatur eccleſiaſtica iura in rebus, quas poſt Epiſcopatum acquiſitas eccleſiæ eorum competere diſpoſuimus.

CCCCXXXIIII. De presbyteris, diaconis, ſubdiaconis iure cognationis ad tutelam, vel curam vocatis.

Presbyter, diaconus ſubdiaconus iure cognationis ad tutelam vel curationem vocatus munus adminiſtrationis in hoc caſu tantum ſuſcipere concedatur: ita tñ intra quatuor menſes ab eo die quo vocatus eſt numerandos per comparationem iudicem in ſcriptis manifeſtauerit, hoc 1 † munus ſua ſponte accepiſſe. Si quis eorum hoc fecerit, nullū ex hoc, circa aliam tutelam, vel curationem præiudicium patiatur.

1 † huiuſmodi.

CCCCXXXV. De clericis, vt exceptores, vel exactores publicarum tributionum, aut conductores vectigalium, uel alienarum poſſeſſionum, vel curatores, vel fideiuſſores in talibus cauſis non fiant.

Clericus neque exceptor, neque exactor publicarum fiat tributionum, neque conductor vectigalium, vel aliarum poſſeſſionum, vel curator domus, vel procurator litis, uel fideiuſſor in talibus cauſis. ſiue Epiſcopus ſit, ſiue œconomus, uel alius clericus cuiuſcunque gradus, uel monachus: ſuo autem nomine uel eccleſiæ, uel monaſterij in cauſa exiſtat, nec ex hac occaſione eccleſię, & ſanctis locis damnū fiat, & diuina myniſteria impediātur: quod ſi eccleſijs, uel monaſterijs poſſeſſiones quædam contines inueniantur, & noluerint adminiſtratores eorum uenerabilium locorum ad conductionem, uel emphyteuſim eas capere: tunc omnibus clericis, & monachis ſuper talibus cauſis, uel in ipſo inſtrumento, uel publicis monumentis conſentientibus, & certum facientibus pro utilitate uenerabilium locorum hoc fieri, tales contractus procedere concedimus, ipſis quoque ſanctis alijs locis damus facultatem conductiones, & emphyteuſes ſecum facere, & clerica ſimiliter ſuarum eccleſiarum poſſeſſiones conducere, & adminiſtrare cum conſenſu tamen Epiſcopi, & œconomi, exceptis illis perſonis, quæ ſpeciali lege hoc facere prohibentur. Si quis autem cōtra prædicta aliquid fecerit, ſi quidem Epiſcopus ſit, omnes eius res ex quacunq; cauſa, uel perſona ſiue ante Epiſcopatum, ſiue poſtea ad eum peruenerint, eccleſiæ eius uindicari ſancimus. Si autem œconomi, uel alij clerici ſint, qui hoc admiſerint, pœnam eos pecuniariam, quam Epiſcopus eorum æſtimauerit, exigere eccleſiæ uindicandam cum & ij, qui locationem uectigalium, vel cuiuſcunq; poſſeſſionis, uel publicarum tributionum exceptionem, uel exactionē, uel curationem domus eis committentes, uel fideiuſſores eos pro memoratis cauſis capientes nullam contra eccleſiam, uel monaſterium, uel res eius adminiſtrationis, uel aduerſus illas perſonas, quibus vendiderunt, vel contra ſubſtātias, uel fideiuſſores eorum habeant actionem illi autem, qui publicorum tributorum, uel uectigalium exceptionē, uel locationem, uel exactionem memoratis perſonis crediderunt, uel fideiuſſores eos acceperint, quicquid publico damni contigerit, hoc de ſua ſubſtantia reſtituere compellantur.

CCCCXXXVI. De Epiſcopis, in iudicium teſtimonij cauſa uocatis.

Nullus Epiſcopus cogatur ad iudicium uenire teſtimonij dicendi cauſa, ſed iudex apud Epiſcopum mittat miniſtros, & propoſitis ſanctis euangelijs, quod ſit Epiſcopus, dicat ſecundum hoc, quod ſacerdotibus honeſtum eſt.

CCCCXXXVII. De Epiſcopis in iudicium non uocandis.

Nullus Epiſcopus neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarem producatur, uel exhibeatur, niſi Imperialis iuſſio præceſſerit 2 † Magiſtratus enim, qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſione cinguli, & 20 librarum auri condemnatione plectetur: & iſtæ xx libræ eccleſię addicentur cuius Epiſcopus produci, uel exhiberi iuſſus eſt. Litis autem executor poſt cinguli amiſſionem tormentis ſubijciatur, & in exilium mittatur.

2 † proceſſerit.

CCCCXXXVIII. De Epiſcoporum profectione.

Non liceat Epiſcopis ſuas quidem eccleſias relinquere, in alienas autem Prouincias peruenire. Si autem hoc ex cauſa fecerint neceſſaria, oſtendant uel literas Patriarchæ, aut Metropolitani ſui, uel Imperialem iuſſionem. Nec illis Epiſcopis, qui ſub Patriarcha Conſtantino-

ſtinopolitano ſunt, aliter in hanc Imperialem ciuitatem uenire permittimus, niſi ex permiſſu eius, vel noſtra iuſſione peruenerint. Quicunque autem ex quauis diœceſi uenerit in hanc ciuitatem Epiſcopus, intret primum apud Beatiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum, ac per ipſum ad noſtram poſtea Serenitatem.

Iis autem, qui contra præſentem diſpoſitionem proficiſcuntur, uel ultra unius anni ſpatium extra ſuam Prouinciam degunt, primum quidem ſancimus non ſubminiſtrari impenſas ab œconomis eccleſiæ ſuæ; deinde admoneri per literas à ſacerdotibus, quibus ſubiecti ſunt, ut redeant in ſuas eccleſias. Quod ſi diſtulerint, ſecundum ſacros canones euocari, & ſi intra definitum tempus a ſacerdotibus ad eccleſias ſuas non redierint; ipſos quidem ab Epiſcopatu repelli, alios autem pro ipſis meliores conſecrari ſecundum uim præſentis legis: hoc eodem & in clericis obtinente, cuiuſcunque gradus ſint, vel miniſterij.

CCCCXXXIX. De concilijs Epiſcoporum, per ſingulos annos faciendis.

Vnuſquiſque Epiſcopus, uel Patriarcha, uel Metropolitanus ſubiectos ſibi Epiſcopos ſemel aut bis per ſingulos annos apud ſe conuocare debet, & omnes cauſas ſubtiliter cognoſcere, quas Epiſcopi, uel clerici, uel monachi ſecum habent, easque componere, & ſi quid 1 †circa canones ex quacunque perſona admiſſum eſt, emendare.

1 †contra.

CCCCXL. De Epiſcopis, & alijs religioſis uiris tabilizantibus.

Neque Epiſcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus, neque lector, neque alius cuiuſcunque religioſi conſortij, uel habitus conſtitutus, tabilizare audeat, uel ſocius ludentium fieri, uel ſpectator, uel in quocunque ſpectaculo ſpectandi cauſa uenire. At ſi quis contra hæc fecerit, per tres annos omni ſacro miniſterio prohibeatur, & in monaſterium mittatur. Sin autem dignam pœnitentiam ex toto ſui in ulteriore tempore oſtenderit, ſtatim reuocetur, & digno ſacerdotio reddatur, uel miniſterio ſuo: ſcientibus ſacerdotibus, qui talia peccata ſcientes, diſſimulauerint, quod ipſi Deo rationem reddant.

CCCCXLI. Vt nullus Epiſcopus cogatur ſubiectum ſibi clericum de ſuo clero dimittere.

Nullus Epiſcopus inuitus cogatur ſubiectum ſibi clericum qualemcunque de ſuo clero dimittere.

CCCCXLII. De his, qui ſine cauſa communicant.

Nemo Epiſcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem antequam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubentur. Si quis autem aduerſus ea excommunicauerit aliquem, ille quidem, qui excommunicatus eſt, maioris ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communionis reducatur. Is autem, qui non legitimè excommunicauit, in tantum abſtineat a ſacra communione tempus, quantum maiori ſacerdoti uiſum fuerit, ut quod iniuſte fecit, ipſe iuſte patiatur.

CCCCXLIII. De Epiſcopis ſua manu cædentibus.

Non liceat Epiſcopo manibus ſuis aliquem cædere: hoc enim alienum a ſacerdote eſt.

CCCCXLIIII. Si Epiſcopus expulſus a ſua eccleſia, ingredi ciuitatem, de qua repulſus eſt, auſus fuerit.

Si Epiſcopus expulſus auſus fuerit ingredi ciuitatem, de qua repulſus eſt, uel exire de loco, in quo degere iuſſus eſt: iubemus eum in monaſterio in alia Prouincia conſtituto tradi, ut quæ in ſacerdotio peccauit, degens in monaſterio corrigat.

CCCCXLV. Quales homines clerici fieri debent.

Nullum alium clericum concedimus creari, niſi eum, qui literas ſcit, & rectam fidem, & uitam honeſtam habet, & neque concubinam, uel naturales liberos habet, uel habuit, ſed uel caſtitate præditum, vel vxorem legitimam, & ipſam unam, & primam habentem, uel ſi iam habuerit, & neque uiduam, neque diſiunctam a marito, neque aliter legibus, uel diuinis canonibus reprobatam.

CCCCXLVI. Cuius ætatis clericus fieri debeat.

Nemo presbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit: nemo diaconus, uel ſubdiaconus fiat, qui minor uiginti quinque annis ſit: nemo lectoribus connumeretur, qui minor decem & octo annis fuerit: nemo inter diaconiſſas cōſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ, quæ minor ſit quadraginta annis, uel ad ſecundum matrimonium peruenit.

CCCCXLVII. De accuſationibus clericorum.

Si conſecraturo clericum Epiſcopo cuiuſcunque collegij, uel gradus accuſator extiterit, qui diceret illum indignum cōſecratione eſſe, ipſa quidem conſecratio differatur; omnia autem, quæ pro cognitione, uel coercitione conſecrationis Epiſcoporum ſuperius diximus, & in hac obtineant parte.

CCCCXLVIII. De nuptijs clericorum.

Si diaconus, uel ſubdiaconus futurus non habet uxorem ſecundum ea, quæ ſupra expoſuimus, ſibi coniunctam, non aliter conſecretur, niſi prius a conſecratore interrogatus promiſerit poſſe poſt conſecrationem & ſine legitima uxore caſte uiuere: non concedendo conſecratori tempore conſecrationis diacono, uel ſubdiacono futuro permittere, ut poſt conſecrationem uxorem accipiat. Quod ſi hoc permiſerit fieri, Epiſcopatu ſuo repellatur: Presbyter autem, uel diaconus, uel ſubdiaconus, qui uxorem duxerit, repellatur quidem de clero: curiæ autem eius ciuitatis, in qua clericus erat, cum facultatibus ſuis tradatur. Sin autem lector ſecundas contraxerit nuptias, uel primas quidem, ſed duxerit uxorem uiduam, uel diſiunctam a marito, uel legibus, uel ſacris canonibus reprobatam; in altum gradum eccleſiæ non procedat. Sed ſi quocunque modo in maiorem gradum productus ſit, reijciatur ab eo, & priori reſtituatur.

CCCCXLIX. De curialibus, & taxeotis ad clericatus honorem uenientibus.

Neque curialis, neq; taxeota clericus conſecretur. Quod ſi hoc factum fuerit, priori conditioni reſtituatur; niſi forte non minus, quàm quindecim annos in ſolitaria uita peregerit. Tales enim homines conſecrari iubemus, reddenda ſcilicet a curiali legitima portione tā curiæ, quàm publico.

CCCCL. Si monachus clericatus honorem meruerit.

Si monachus clericatus honorem meruerit, ſolitariæ uitæ canones non tranſgrediatur. Ideoque quāuis in tali gradu fuerit, ut liceat clericis in eo conſtitutis uxorem ducere, non audeat ipſe hoc facere: alioquin ſi concubinam, uel uxorem duxerit, curiæ, uel officio, uel conditioni, cui ſubiectus antea fuerat, reſtituatur.

Idemque dicimus, & ſi nulla antea conditione ſuppoſitus, poſtea monachus factus ad clericatus honorem peruenerit.

Et generaliter definimus, nulli licere in quocunque gradu eccleſiaſtico poſito recedere ab eo, & inter laicos connumerari. ſi enim hoc auſus fuerit facere, cingulo, uel dignitate, uel militia, ſi quam habet, expoliatus curiæ ſuæ ciuitatis tradatur.

CCCCLI. De his, qui ante tempora conſtitutionis clerici facti ſunt.

Eos autem, qui ante noſtram legem clerici creati ſunt, à curiali conditione per ſubſtitutas perſonas pecuniaria munera implere: de corporalibus autem immunes, & liberos cuſtodiri.

CCCCLII. Vt clerici ſine pecunia fiant.

Nullus clericus cuiuſcunque gradus præſtet aliquid ei, à quo conſecratur, vel alij cuicunque perſonæ: ſolas autem conſuetudines conſecratoris miniſtris ex more capientibus unius anni dona non excedentes, pecunias præſtet. In ſancta autem eccleſia, in qua conſecratur, nihil omnino cū clericis ſuis præſtet ſuper proceſſu, neque propter hanc cauſam proprijs ſolatijs, uel alijs partibus ſuis defraudetur.

CCCCLIII. Vt locorum uenerabilium adminiſtratores ſine pecunia fiant.

Nullus neque xenodochus, neque prochotrophus, neque noſocomus, neque alius religioſæ domus adminiſtrator, uel cuiuſcunque curæ eccleſiaſticæ geſtor præſtet aliquid ei, a quo proponitur, uel cuicunque perſonæ pro commiſſa ſibi adminiſtratione. qui autem præter hæc, quæ diſpoſuimus, dederit aliquid, uel acceperit, uel mediator factus fuerit, ſacerdotio, uel clero, uel commiſſa ſibi adminiſtratione nudabitur: his, quæ data ſunt, uindicandis loco religioſo, cuius talis perſona conſecrationem, uel curam, uel adminiſtrationem accepit. Sin autem laicus ſit, qui accepit, uel mediator factus eſt, duplum ab eo exigatur, & religioſo loco, in quo talis perſona

vel ad-

uel adminiſtrationem, uel conſecrationem, uel curam accepit, præſtetur.

CCCCLIIII. De adminiſtratoribus uenerabilium locorum ſuas res offerentibus.

Si clericus cuiuſcunque gradus, ſiue adminiſtrator cuiuſcunque religioſi loci, uel ante conſecrationem, uel adminiſtrationem, uel curam ſibi commiſſam, uel poſtea uoluerit aliquid de proprijs rebus offerre eccleſiæ, in qua conſecratur, uel loco, cuius adminiſtrationem, uel curam recipit, non ſolum non prohibemus hoc fieri, ſed magis exhortamur talia pro ſalute animæ ſuæ facere: nos ſi illa tantum dari prohibemus, quæ ſpectabilibus quibuſdam perſonis præſtantur, non ea quæ ſacroſanctis eccleſijs, uel alijs religioſis locis offeruntur.

CCCCLV. Si ſeruus clericus fiat.

Si ſeruus, ſciente, & non contradicente domino, in clero ſcriptus ſit, ex hoc ipſo liber, & ingenuus fiat. Si autem ignorante domino, conſecratio facta fuerit, liceat domino intra annum eius conditionem probare, & proprium ſeruum recipere. Si autem ſeruus, ſciente, uel ignorante domino, ſecundum ea, quæ diximus, ex ipſo honore clericatus libertatem meritus, poſtea miniſterium eccleſiaſticum reliquerit, & ad laicorum uitam tranſierit, domino ſuo in ſeruitio tradatur.

CCCCLVI. Si adſcriptitius clericus fiat.

Adſcriptitium in ipſis tantum poſſeſſionibus, in quibus cenſitus eſt, clericus fieri, quamuis inuito domino, hoc ſuerit factum: ſic tamen, ut etiam clericus factus, impoſitam ſibi culturam impleat.

CCCCLVII. De clericis electis ab ædificatorib. uenerabilium locorum, uel hæredibus eorum.

Si quis oratorium in domo ædificauerit, & ipſe, uel hæredes eius clericos in ipſa domo conſecrare maluerit, ſumptus miniſtrantes eiuſdem domus audiantur, ſi dignos nominauerint clericos. Si autem illi tales ſint, ut diuinis canonib. non comprobentur, ad Epiſcopum pertinebit alios clericos eligere idoneos.

CCCCLVIII. De clericis miniſterium Dei non implentibus.

Sancimus, ut Reuerendiſſimi clerici ſuis obſeruiant eccleſijs, & ibi competens eccleſiaſticum impleant miniſterium: idq; requirere debet cuiuſcunque ciuitatis Religioſiſſimus Epiſcopus, & in ſingulis gradibus eccleſiaſticis primates, ut qui ea non cuſtodierint, canonicis pœnis ſubijciantur.

CCCCLIX. De peculio quaſi caſtrenſi, & de ſignificatione clericatus.

Lectores, & Cantores, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, quos omnes clericos uocamus, res quocunque modo, ad eorum dominium peruenientes habeant in propria poteſtate ad ſimilitudinem caſtrenſis peculij, ut liceat eis donare, & ſecundum leges in eas teſtari, quamuis in parentum ſuorū fuerint poteſtate: ſic tamen, ut liberi eorum, uel liberis non ſuperſtitibus, parentes eorum legitimam portionem capiant.

CCCCLX. De teſtimonijs clericorum.

Presbyteri, & Diaconi, ſi in cauſa pecuniaria falſum teſtimonium dixerint, non tormentis ſubijciantur, ſed per tres annos ſeparentur a diuino miniſterio, 1† & monaſterijs tradantur. Pro criminalibus autem cauſis, ſi falſum teſtimonium dixerint, clericatus honore nudati, legitimis pœnis ſubijciantur: cæteri autem in alium ordinem eccleſiaſticum relati, ſi falſum teſtimonium in quacunque re, ſiue pecuniaria, ſiue criminali dixiſſe comminantur, ordine eccleſiaſtico nudati, legitimis cogitationibus ſubijciantur. 1† myſterio.

CCCCLXI. De clericis, uel monachis, diaconiſſis, uel aſceterijs conueniendis in ciuili, & criminali cauſa.

Si quis contra clericum, uel monachum, uel diaconiſſam, uel monaſterium, uel aſceterium habeat aliquam actionem, adeat prius Religioſiſſimum Epiſcopum, cui eorum unuſquiſque ſubiectus eſt: ille autem rem inter ipſos diſcernat, & ſiquidem utraq; pars iudicatis acquieſcat; iubemus per Præſidem locorū cauſam executioni pleniſſime tradi. Si autem una ex litigatoribus intra decem dies contradixerit iudicatis, tunc locorum Præſes rem cognoſcat, & ſi inuenerit iudicatum recte prolatum, & ſuo calculo hoc cōfirmet, & executioni iudicata tradat, non liceat ei, qui in tali re uictus eſt, prouocare.

Si autem calculus Præſidis contrarius ſit epiſcopali calculo, tunc locum habeat appellatio contra calculum Præſidis, & ea ſecundum legis ordinem referatur, & exerceatur. Si autem ex imperiali, uel iudiciali iuſſione Epiſcopus iudicauerit inter quaſcunque perſonas, prouocatio ad Imperatorem, uel iudicem, qui miſit, referatur. Si autem crimen ſit, quod aduerſus memoratas perſonas reuerendiſſimas referatur, ſi quidem apud Epiſcopum aliquis accuſetur, & ipſe ueritatem inuenire potuerit, de honore, uel gradu eum ſecundum eccleſiaſticos canones reijciat, & tunc competens iudex comprehendat ipſum, & ſecundum leges litigium diſcernens, finem ei imponat. Si enim prius ciuilem Præſidem adeat accuſator, & crimen per legitimam diſceptationem potuerit probare, tunc Epiſcopo locorum monumenta mittantur, & ſi ex ipſis cognitum fuerit, propoſita crimina eum admiſiſſe, tunc ipſe Epiſcopus locorū ſecundum regulas de honore, uel gradu, quem ſuſtinet, eū ſeparet: 2† iudex autem ei uindictam inferat, legibus competentem. Si autem putauerit Epiſcopus acta non iuſte conſtitiſſe, liceat ei honoris expoliationem differre, ſic tamen, ut talis perſona ſub legitima cautela fiat, & ita ad nos cauſa per Epiſcopum, & iudicem referatur, ut eam nos cognoſcentes, quod nobis iuſtum uiſum fuerit, hoc iubeamus. Si quis autem pro pecuniaria cauſa contra prædictas perſonas aliquam habuerit actionem, & Epiſcopus diſtuleſit inter eos iudicare: licentiam habeat actor ciuilem præſidem adire: ſic tamen, ut accuſata perſona nullo modo cogatur fideiuſſionem dare, ſed tantum promiſſionem ſine iuſiurando cum hypotheca ſuarum rerum exponere. Si autem pro criminali cauſa accuſatio, 3† contra memoratas perſonas deponatur, ſub legitima cautela accuſata perſona fiat. 2† eliciat. 3† confeſſio.

CCCCLXII. De eiſdem 4† perſonis pro canonica cauſa conueniendis. 4† eis.

Si de negotio eccleſiaſtico, i. canonico cauſa emerſerit, non Magiſtratus, ſed religioſus Epiſcopus ſecundum ſacros canones imponat negotio finem.

CCCCLXIII. De reb. dubijs, in concilijs Epiſcoporum emergentibus.

Si inter Epiſcopos eiuſdem concilij dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico iure, uel de alijs negotijs, primus 5† Metropolitanus eorum cum alijs quibuſdam concilij ſui conſiderans rem iudicet, & ſi non acquieſcat utraq; pars iudicatis, tunc Beatiſſimus Patriarcha illius regionis inter ipſos audiat, & quod eccleſiaſticis canonibus, & legib. noſtris conſentaneum ſit, hoc definiat; & nulla pars calculo eius ualeat contradicere. 5† prius.

CCCCLXIIII. Si clericus, uel quiuis alius contra Epiſcopum adire Poteſtatem maluerit.

Si clericus uel quiuis alius cōtra Epiſcopum propter quamcunq; cauſam adire 6† maluerit, prius Metropolitanus eorum ſecundum ſanctas regulas, & noſtras leges negotiū diſcernat. & ſi quis iudicatis contradixerit, ad Patriarcham illius regionis res referatur, & ille ſecundum canones, & leges finem ei præbeat. 6† adire Poteſtatē.

CCCCLXV. Si quis contra Metropolitanum Poteſtatem adire maluerit.

Si contra Metropolitanum adire quiſpiam uelit, regionis illius Patriarcha negotium diſcernat.

CCCCLXVI. De Epiſcopis apud iudicem uocatis.

Quicunque Epiſcopus apud quem iudicem accuſatus fuerit, omnino nullam neque fideiuſſionem, neque promiſſionem pro litigio facere compellatur: ſic tamen, ut operam det, 7† intentiones, & cauſas actoris diſſoluere. 7† daret.

CCCCLXVII. De adminiſtratorib. uenerabilium locorum propter adminiſtrationem ſuam ad iudicium uocatis.

Oeconomos, & xenodochos, & noſocomos, & procotrophos aliorum ſanctorum adminiſtratores locorum, & omnes clericos iubemus ſuper adminiſtrationibus ſibi commiſſis apud proprium Epiſcopum, cui ſubiecti ſunt reſpondere, & rationes ſuæ adminiſtrationis reddere, 8† & exactionem ſuſcipere & ſi quid ab his debitum fuerit comprobatum, ut hoc eidem loco reddatur, ex cuius adminiſtratione debitum apparuerit. Si autem putauerint ſe prægrauatos, poſt exactionem Metropolitanus rem diſcernat. Si autem Metropolitanus ſit, qui iudicauit, & exigit, & ille, qui exactionem paſſus eſt, putauerit ſe læſum fuiſſe adminiſtrationis illius, Beatiſſimus Patriarcha rem diſcernat. 8† facere.

non

non n concedimus antefatis primis in memoratis cauſis ante diſceptationem, & exactionem debiti ſuos Epiſcopos deſerere, & in alia peruenire iudicia.

CCCCLXVIII. De hæredib. eorum, qui res uenerabilium locorum geſſerunt.

Si quis ex his quib. adminiſtratio religioſi loci commiſſa eſt, ante q̃ rationes exponat, & debitam à ſe quantitatem exoluat, deceſſerit, hæredes eius ſimiliter rationibus, & exactionibus ſubijciantur.

CCCCLXIX. De epiſcopis, & clericis, pro ciuitate conueniendis.

Si Epiſcopus, uel quiuis clericus in ciuitate Conſtantinopolitana inueniatur ex quacũq; Prouincia, & aliquis uoluerit aduerſus eum actionem mouere, ſi quidem de ea te litis cõteſtatio facta eſt in prouinciali iudicio, ibi experiatur, 1† id eſt, in ea Prouincia in qua conteſtata eſt. Sin autem nondum cœpta eſt, apud Eminentiſſimos tantum Præfectos prætorio Orientis iudiciũ peragatur, uel apud eos iudices, quos noſtra iuſſio deputauerit.

1† impleatur.

CCCCLXX. De apocriſarijs.

Nullus apocriſarius cuiuſcunq; eccleſiæ, ſiue in hac ciuitate degens, ſiue apud Patriarchas, uel Metropolitanos ab Epiſcopo ſuo miſſus pro ſuo Epiſcopo, uel pro negotio eccleſiaſtico, uel pro debito publico, ſiue priuato aliquã exactionem patiatur: niſi forte ei mandatum eſt ab Epiſcopis, uel œconomis quoſdam conuenire. Ipſis n. qui conueniuntur, ſolis facultatem damus, ut ſi quas actiones habent contra Eccleſiam, uel Epiſcopum aduerſus apocriſarios res mouere: ſi tamen obligauerint ſe in eo tempore apocriſarij officium peragant, & pro his cauſis actionem ſuſcipiant.

CCCCLXXI. De epiſcopis, & clericis pro ciuitate, uel eccleſia ſua, uel in qualemcunq; locum conſecratione peruenientibus.

Epiſcopi, uel clerici pro ciuitate, uel eccleſia ſua legationis, uel conſecrationis Epiſcopi cauſa in Imperialem ciuitatem, ſiue in quemcunq; locum fortè peruenientes, 2† nullã moleſtiam, uel repulſam a quacunq; perſona patiantur: nã qui obnoxios ſibi putauerint, poſtquam in Prouinciam reuertantur, pulſare eos poterunt: nullo eis præiudicio generando in temporali præſcriptione propter tempus, quod in tali profectione tranſactum eſt.

2† peregrinantes.

CCCCLXXII. De executione religioſæ perſonæ.

Si quando cauſa emerſerit, uel admonitio, uel executio 3† auferatur pro pecuniaria cauſa, uel criminali, ſiue publica, ſiue priuata, clerico, uel monacho, uel cuicunq; ex monaſterio, & maximè mulierib ſine iniuria, & cum omni honore admonitio, uel executio 4† fiat, monacha autem, uel aſceteria a monaſterio, uel aſceterio non detrahantur, ſed procuratorem ab his præponi iubemus, quæ pro negotio ſtudebit: monachis autem liceat, ſiue per ſe, ſiue per procuratores ſuos aſceterij cauſas peragere: ſciente eo, qui tranſgreſſus fuerit, ſiue iudex ſit, ſiue executor litis, quod & cingulo ſpoliabitur, & pœnam quinq; librarum auri præſtabit, quam debet exigere ab eo uir Magnificus Comes priuatarum rerum: executor autem & pericula patiatur, & in exilium mittatur, religioſis locorum Epiſcopis proſpiciẽtibus, ut nihil his contrarium fiat, uel ſi quid peccatum fuerit, ut prædicta coërtio fiat. Præſide autem differente uindictam imponere, ad noſtram ſcientiam Epiſcopus referat.

3† exactio.

4† exactio.

CCCCLXXIII. De ſportulis religioſæ perſonæ.

Sportularum nomine quæcunq; perſona in quocunque ordine eccleſiaſtico conſtituta, item diaconiſſa, & monachum, & aſceteria, & monacha pro quacũque criminali cauſa, uel pecuniaria cuiuſcunq; ſit quantitatis ſiue clerico, ſiue laicos 5† militante admonitionem ſuſceperint, ſiue in Imperiali ciuitate, ſiue in Prouincijs, in quib degunt, non plures, quam quatuor ſiliquas præſtent: ſi uerò ex noſtra iuſſione, ſiue a Præſide, ſiue a Beatiſſimo Patriarcha miſſus executor in alias cauſas admonitionem obtulerit alicui de memoratis perſonis, non ultra ſolidum accipiat, ſed & ſi plures pro una, eademq; cauſa conuenti fuerint, non plus ſportularum nomine præſtent, quam ſi una perſona conuenta fuiſſet.

5† aliquo.

CCCCLXXIIII. De Epiſcopis pro rebus eccleſiæ non conueniendis.

Nullus Epſ pro reb. Eccleſiæ ſuæ executionem, uel moleſtiam patiatur. Sportulas autẽ nec pro ſuis negotijs admonitus præſtet actiones contra eccleſias propoſitas œconomi ſuſcipiant, uel illi, qui in hac cauſa præpoſiti ſunt.

CCCCLXXV. De his, qui ſportulas exigunt ultra modum ſtatutum.

Si quis aduerſus noſtra ſtatuta ſportulas exigere fuerit auſus, in duplum, quod acceperit, præſtet ei, a quo exegit, & ſi quidem militat, amittit cingulum. Sin autem clericus ſit, é clero expellatur.

CCCCLXXVI. De clericis, qui mulierem in domo ſua habent.

Præsbyteris, & diaconis, & ſubdiaconis, & alijs in clero conſtitutis 6† non habentib uxores ſecundum diuinas regulas, interdicimus, & non hic mulierem in domo ſua, excepta matre, & filia, & ſorore, & alijs perſonis, quæ omnem querelam effugiunt. Si quis autem aduerſus iſtam obſeruationem mulierem in domo ſua habuerit, quæ poteſt ſuſpicionem inferre turpitudinis, & ille a conclericis ſuis audierit cum tali muliere non habitare, & noluerit eam ſua domo repellere, uel accuſatore emergente, probatus fuerit cũ tali muliere inhoneſtè uerſari, tunc Epſ ſecundum eccleſiaſticos canones a clero eum repellat, & curiæ ciuitatis, cuius clericus eſt, tradat eum. 6† ſcriptis.

CCCCLXXVII. De Epiſcopis, qui cum mulieribus habitant.

Nullus Epiſcopus cum muliere habitet penitus. Sin autẽ probatus fuerit hoc non obſeruaſſe, Epiſcopatus honore reijciatur: quia ipſe ſe indignum ſacerdotio oſtendit.

CCCCLXXVIII. De diaconiſſis, quæ cum maſculis habitant, & de liberis earum.

Caueant diaconiſſæ cum maſculis habitare, per quos inhoneſtæ uitæ ſuſpicio poſſit emergere. Sin autem non obſeruauerint hoc, ſacerdotis cui ſubiectæ ſint admonitione, abſtineant à maſculorũ conuerſatione. Sin autem hoc diſtulerint facere, eccleſiaſtico miniſterio, & ſuis beneficijs, & ſalarijs careant, & monaſterio tradantur, & omnem uitam ſuã ibi peragant: res autem earum, ſi quidem liberos habeant, inter ipſos, & illos ſecundum ſuum numerum perſonarum diuidatur, ut competens eidem mulieri portio monaſterio addicatur, & alat eam. Sin autem non habeat liberos, tota ipſius ſubſtantia inter monaſterium, ubi immiſſa eſt, & eccleſiam, ubi prius fuerat, æqua portione diuidatur.

CCCCLXXIX. Si quis inter celebranda myſteria miniſtria Dei iniuriam fecerit.

Si quis diuinis myſterijs, uel alijs ſanctis miniſterijs celebrandis in ſanctam intrauerit eccleſiã, & Epiſcopo, uel clericis, & alijs miniſtris iniuriã fecerit, iubemus, cum tormentis ſubiectum in exilium mitti. Sed & ſi ipſa ſancta oratoriã, uel 7† miniſteria diuina cõturbauerit, uel celebrare prohibuerit: capitali ſupplicio puniatur: hoc eodem obſeruando, & in litanijs, in quib Epiſcopi, uel clerici inueniuntur: ut ſi quidem contumeliam tantum fecerit ſubiectus exilio tradatur: ſi autem litanias conturbauerit, capitale periculum ſubſiſtat: eamq; defendere uolumus non ſolum ciuiles, ſed etiam militares iudices. 7† myſteria.

CCCCLXXX. De litanijs laicorum.

Non liceat laicis litanias facere ſine Epiſcopo, & clericis, qui ſub Epiſcopo ſunt: ſanctas quoque cruces, quas in litanijs portant, in ſanctis locis reponi iubemus, & ex his proferri, ſi litaniæ tempus uocauerit: eaque obſeruent non ſolum Antiſtites locorum, & clerici, ſed etiam Magiſtratus. Si quis autem præſentis legis uim tranſgreſſus fuerit, uel uindictam imponere neglexerit, prædictas pœnas patiatur.

CCCCLXXXI. De Monachis, & monaſtrijs, & monaſterijs.

Reſtat, ut de monachis dicamus. igitur ſancimus, ut Abbates, ſiue Archimandritę ſingulis monaſterijs præponantur, non ſecundum gradus monachorum, ſed quem cuncti monachi, uel melioris opinionis conſtituti elegerint, propoſitis ſacroſanctis euangelijs, dicentes, quod non propter amicitiam, uel gratiam, ſed ſcientes eum fidei rectæ, & uitæ caſtæ, & adminiſtratione dignum, &

pote n

potentem monachorum diſciplina, & omnem monaſterij ſtatum uidelicet cuſtodire eum elegerunt. & ſi ſic electus fuerit modis omnibus confirmetur ab Epiſcopo, cui monaſterium ſubiectum eſt. Quæ autem de monaſterijs diximus monachorum, eadem teneant & in monaſterijs, uel aſceterijs mulierum.

CCCCLXXXII. Idem.

Si quis monachus eſſe uelit, ſiquidem notus ſit, nulla conditione ſubiectus eſſe. Egumenus monaſterij, quando eum intrauerit, habitum ei præſtet. Si autem incognitus ſit, per tres annos habitum ei non præſtet, ſed experimentum, & probationem uitæ ipſius accipiat: & ſiquidem intra triennium venerit aliquis dicens eum ſeruum eſſe, uel adſcriptitium, uel colonum; & ideo ad monaſterium ueniſſe, ut culturam agrorum fugeret, vel propter furtum, uel alia delicta in monaſterium intraſſe; eaque fuerint approbata, domino ſuo reddatur cum ea re, quam in monaſterium duxiſſe probatur, ut tamen fidem prius accipiat à domino ſuo, quod nihil patiatur. Sinautem intra triennium nemo ex ſupraſcriptis perſonis inquietauerit eum, & hic tranſacto triennio, probatum ſe Egumeno oſtenderit, tunc accipiat habitum, & nemo eum poſtea pro conditione inquietet; ſic tamen, ut res, quas in monaſterio duxit, domino reſtituantur. Sinautem monaſterium reliquerit, & laicus fiat, vel in ciuitatibus, vel in agris deambulet, conditioni reddatur.

CCCCLXXXIII. Idem.

Monachi in una domo habitent, communiter alantur in una domo, ſemoti non dormiant, niſi forte quidam ex his propter proliſſam in monaſterio exercitationem ſemoti velint uiuere, uel ſenectute, uel corporalis imbecillitatis cauſa in cellulis quibuſdam monaſterium degerint: & hæc tamen non citra uoluntate Egumeni fiant: & hæ omnibus & in monaſterijs, & in aſceterijs mulierum obſeruanda.

CCCCLXXXIIII. Idem.

In nullo loco monachos, & monachas permittimus unum monaſterium habere, ſed nec ea, quæ duplicia vocāt. & ſi quid tale eſt, religioſus Epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco ſtatuat 1 † manere, monachos autem aliud monaſterium ædificare ſibi cogat. Sinautem plura ſint alia monaſteria, ſeparentur in alijs monaſterijs monachæ, & in alijs monachi. res autem, quas habent communes ſecundum iure eis competentia diſtribuantur: quem autem monachæ presbyterum, uel diaconum elegerint, ut eum apocriſarium habeant, uel ſanctam communionem eis afferat, ras, religioſus Epiſcopus, cui ſubiectæ ſunt, deputet: ſi tamen & fides rectæ, & uitæ honeſtæ fuerit: ſi autem is, quē elegerant, neque presbyter, neque diaconus ſit, probatus tamen caſtitate, & fide, conſecret eum Epiſcopus in illa conſecratione, qua dignus ſit, & fiat apocriſarius, & ſanctæ communionis miniſter, ſic tamen, ut nec ipſe habeat licentiam, quamuis ita ſit electus, in monaſterium mulierum permanere.

CCCCLXXXV. Idem.

Si quis ſub conditione nuptiarum, uel liberorum, uel dotis cauſa, uel antenuptias donationis donauerit, uel reliquerit ſuis liberis, vel alij cuicunque perſonæ hæreditatē, uel legatum, uel ab initio pure reliquerit, vel donauerit, ſubſtitutiones autem vel reſtitutiones eis fecerit ſub conditione quacunque ex his, quę prædictæ ſunt; iubemus, ſi talibus conditionibus ſubiecti, tam maſculi ſint, quàm fœminæ, & monaſterium intrauerint, vel clerici, uel diaconiſſæ, uel aſceteriæ fuerint, tales conditiones irritas, & pro non ſcriptis eſſe hoc autem auxilio clerici, uel diaconiſſæ eccleſiarum, fruantur, ſi in eadem uita perſeuerauerint, & ea, quæ ſic eis donata, uel relicta fuerunt, in pias cauſas conſumpſerint, uel donauerint, uel reliquerint. Nam de his, quę in monaſteriū, uel aſceterium intrauerint, certa forma conſtituta eſt, ut totum patrimonium eorū, uel earum huiuſmodi rebus ad monaſterium, uel aſceterium pertineant. Sinautē ad redemptionem captiuorum, uel alimonias ſubſtitutio, uel reſtitutio facta eſt, ſub antefatis conditionibus ea nullo modo prædicto recludi 2 † eam concedimus.

2 † excludi.

CCCCLXXXVI. Idem.

Si mulier, uel uir ad ſolitariam uitam tranſierit, & liberos non habeat; res eius monaſterio competant, in quod intrauerit. Sinautem talis perſona liberos habeat, liceat ei ſubſtantiam ſuam liberis ſuis 3 † diſtribuere, ſic tamen, ut nulli eorum legitimam portionem deminuat, & ſibi retineat, unius filij partem ad monaſterium, ſcil. cet, pertinentura. Quòd ſi antequam diuideret inter liberos ſuos propriam ſubſtantiam, in monaſterio deceſſerit, ſola legitima portio liberis eius deferatur.

3 † inter liberos diuidere, ita.

CCCCLXXXVII. Idem.

Si ſponſalia legitimè inter ſponſum, & ſponſam contracta fuerint; deinde antequam nuptię celebrentur, ſponſus, uel ſponſa intrauerit monaſterium, id, quod arrharum nomine datum eſt, in ſimplum tantum reddatur, & pœna utrique parti remittatur.

CCCCLXXXVIII. Idem.

Si conſtante matrimonio, ſolus uir, uel ſola uxor ad ſolitariam uitam tranſierit, & monaſticum habitum acceperit, hoc ipſum 4 † matrimonium diſſoluatur, etiam nullo repudio miſſo: & ſiquidem ſolus uir monachus factus eſt, reddat mulieri dotem, & quicquid ab ea aliud ſuſceperat, & propter nuptias donationis tantam partem, quantam mulier accepiſſet ex morte mariti ſecundum dotalium inſtrumentum tenorem. Sinautem mulier monacha facta fuerit; maritus quidem retineat nuptialem donationem. mulier autem recipiat dotem ſuam, excepta portione, quæ apud maritum ex morte mulieris ſecundum pacta dotalia reſidere debet. ſed & ſi quid 5 † aliud mulier apud maritum habuerit, reſtituatur eidem mulieri. Quòd ſi utraque perſona ſolitariam uitam elegerit, unaquæque perſona res ſuas accipiat, & nemo lucretur, nec detrimentum ſentiat; ſed maritus quidem retineat ꝑpter nuptias donationem; mulier autem recipiat dotem ſuam, & quicquid aliud dediſſe marito probetur. Hæc autem omnia tam de ſponſo, quàm de ſponſa, & viro, & uxore ſtatuta ſunt, niſi altera pars alteri quidpiam donare, uel concedere uelit.

4 † ipſa.

5 † quicquid.

CCCCLXXXIX. Idem.

Non liceat parentibus ſuos liberos, uel liberis parentes ab hæreditate ſua repellere monachos quamuis dum laici fuerint, in cauſam ingratitudinis inciderint.

CCCCXC. Idem.

Non liceat parentibus ſuos liberos ad ſolitariam uitam tranſeuntes, de monaſterijs abſtrahere.

CCCCXCI. Idem.

Si quis monaſterium ſuum reliquerit, & ad aliud monaſterium tranſierit, res eius in priori monaſterio, in quod ante intrauerat, competant.

CCCCXCII. Idem.

Agant ſolicitudinem Epiſcopi, ut neque monachi, neque monachæ in ciuitatibus ambulantes: ſed, ſi quas habent neceſſaria cauſas, eas agant per apocriſarios ſuos, ipſi, uel ipſæ monaſterijs permanentes.

CCCCXCIII. Idem.

Si monachus laicus factus fuerit, honore, & cingulo ſpolietur, & res eius monaſterio addicantur, quod ab eo relictum eſt, inſtante Epiſcopo loci, & Præſide Prouinciæ: ipſe quoque in monaſterium mittatur. Quod ſi iterum monaſticam vitam reliquerit, tunc eum Præſes Prouincię, in qua inuentus ſit, teneat, & taxeotis ſuis connumeret.

CCCCXCIIII. Idem.

Si quis rapuerit, uel ſolicitauerit, uel corruperit aſceteriam, uel diaconiſſam, uel monaſtriam, uel aliam mulierem religioſam uitam bonam, uel habitum habentem: bona ipſius, & eorum, qui huius ſceleris communionem contaminati ſunt, religioſo loco uindicentur, in quo talis mulier habitabat, uel per religioſos epiſcopos, uel œconomos, & Præſides Prouinciarum, & officiales eorum. ipſi autem capitali ſupplicio ſubijciantur. mulier autem ubique inueſtigetur, & cum ſuis rebus in monaſterio cuſtodiæ tradatur. Si autem diaconiſſa fuerit liberos habens legitimos, pars legitima liberis eius præſtetur. Quod ſi intra annum poſt cognitum tale ſcelus huiuſmodi res a religioſis locis non uindicentur, per Comitem rerum priuatarum hæc noſtro fiſco addicantur. Præſes autem Prouinciæ, ſi uindictam talis criminis imponere ſuperſederit, & cingulo careat, & pœnam quinque librarum auri dare fiſci uiribus compellatur.

CCCCXCV. Idem.

Non liceat laico præſertim ſcenicis uiris, & mulieribus proſtitutis habitu monachi, uel monachæ, uel aſceteriæ

ri, uel quoque modo mutari, nec in qualemcunque eccleſiaſticum ſtatum liceat illudere. Si quis enim auſus fuerit aliquid contra facere, & corporales pœnas ſuſtineat, & exilio tradatur: hæc autem pertinent ad curam, & ſolicitudinem Epiſcoporum, & clericorum, qui eis ſubiecti ſunt, & iudicum tam ciuilium, quam militarium, & officiorum, quæ eis obtemperant, & defenſorum ciuitatum.

CCCCXCVI. De pœnis, quæ hac lege continentur.

Pœnæ, quæ præſenti lege continentur, ſi quidem prioribus quoque legibus cognitæ ſunt, exerceantur non ſolum in futuro, ſed etiam in præterito tempore. Si quæ autem in hac lege per innouationem impoſitæ ſunt, in futuris tantum temporibus cuſtodiantur.

CONSTITVTIO CXVI.

CCCCXCVII. De Samaritis.

Samaritæ liberam inter ſe licentiam habeant tam donandi, quam contrahendi, & ab inteſtato cognatis ſuis hæredes exiſtant; ſi qui item ex eodem gradu cognationis alij Samaritæ, alij Chriſtiani ſunt; ij, qui Chriſtianitate præfulgent, ipſi tantum in ſucceſſione vocentur: ſin autem Samaritæ quidem proximiores inueniantur, Chriſtiani autem ulteriores fuerint, Samaritarum conditioni præferantur. Sin autem pœnitentiam egerint Chriſtianitatis imbuti myſterijs, ſimiles eſſe debent ijs, qui ab initio Chriſtiani fuerint, ut nullam patiantur diminutionem ex eo, quod in ſuperiori tempore Samaritano errore tenebantur. Sin autem ex aſcendentib. vel deſcendentibus perſonis conſtitutus Samarita teſtamentum fecerit, liceat ei, ſi quidem omnes Samaritas habeat, omnes ex æquis ſcribere portionibus hæredes, vel quemadmodum voluerit, facere; ſin autem quoſdam Samaritas, quoſdam Chriſtianos aſcendentes, uel deſcendentes habeat, vſque ad duas vncias liceat eis Samaritas hæredes inſtituere: reliquæ autem unciæ ad Chriſtianos veniant quamuis a teſtatore Samaritis adſcriptæ ſunt: niſi forte legata ex his Chriſtianis perſonis relicta fuerint. Similiter autem in ſucceſſione, quæ ex teſtamento uenit, ſi Samaritæ pœnitentiam egerint, nullam patiantur læſionem Chriſtiani autem & de inofficioſo querelam habeant teſtamento contra Samaritarum teſtamento vſque ad duas vncias. Hæc autem Conſtitutio & retrorſum vires ſuas extendit, id eſt, etiam in præteritum.

CONSTITVTIO CXVII.

CCCCXCVIII. De alienationibus prohibitis in teſtamento, uel codicillis.

Si quis prohibuerit alienationes rerum extra ſuam propriam familiam faciendas, vt ſi ſine liberis deceſſerit vnus ex his, qui filij ſunt, & hæredes teſtatoris, ad cæteros res perueniant; liberis natis, ceſſat alienationum prohibitio: ſideoque liberi procreati etiam ad extraneos eaſdem tranſferre non prohibentur.

CCCCXCIX. Idem.

Si quis extra familiam ſuam alienationem fieri prohibuerit, & omnes, qui res conſecuti ſunt, uel omnes res, uel quaſdam ex his alienauerint, videntur fideicommiſſo inuicem renunciare.

D. Idem.

Si quis prohibuerit extra ſuam propriam familiam rem alienare, & adiecerit, vt neque filij neque deinceps perſonæ, quæ ſucceſſerint ei, qui primus accepit, rem eandem ad extraneum transferant, deinde quatuor proceſſerit ſucceſſiones, quæ familiæ nomine continentur; & vltimus hæres per medium impuberem ſucceſſor extiterit, liberam facultatem habeat & in extraneos homines rem cuius alienatio prohibita eſt, transferre, & primo hærede inter quatuor ſucceſſiones reputato. hoc enim mens Conſtitutionis ſignificat, id, ſi tertius hæres impubes, fuerit.

CONSTITVTIO CXVIII.

DI. De argenti diſtractoribus, qui & argyropratæ vocantur.

Liceat argyropratis, ſi habeant principalem debitorem, & fideiuſſorem eius, pactum conuentum componere, vt poteſtatem habeant prius fideiuſſorem pulſare, quamuis principalis reus locupletiſſimus fuerit.

DII. Idem.

Argenti diſtractoris militia vel liberorum, uel cognatorum eius præſumptione a creditoribus ipſius hypothecæ titulo ſit obligata. Econtrario militia eius, qui argyropratæ debitor eſt, aut liberorum ſiue cognatorum ipſius pretium pro ea argenti diſtractori ſupponatur.

DIII. Idem.

Si quis argenti diſtractori crediderit, ut res aliquas ex pecunia ſibi mutuata emeret, & cum ipſo pepigerit in ſcriptis vt res quæ fuerit ex eadem pecunia comparata, titulo hypothecarum ſibi obligata ſit, omnibus alijs in eadem re præferatur.

Liceat argenti diſtractoribus & ipſas ſpecies, quas præſtiterunt, vindicare, niſi æſtimationem earum acceperint.

DV. Idem.

Argenti diſtractores pro pecunijs, quas crediderint, vſuras vſque ad beſſem centeſimæ capiant, & notandum eſt, quod in ſtricti actione ſine ſtipulatione, † & moræ uſuræ exigantur. † memorata.

DVI. Idem.

Quicunque cum argyroprata contrahunt, ſi cautiones uel ratiocinia fecerint manu ſua, ſiue conſcripta, ſiue ſubſcripta, teneantur perſonalibus actionibus: tunc autem & hypothecarijs ſupponantur cum inuenerint aliquid, quod ad hypothecarum intellectum tendit. In præteritum autem tantummodo vſura exigatur, quæ uſque ad beſſem centeſimæ producitur.

Quod ſi de ſingulis cauſis ſcriptum fuerit in ratiocinijs uel manu eius, qui cum argyroprata contraxerit, uel ſubſcriptum ab eo fuerit, uel confirmatum, ſiue quod generalitatem cautionem quaſi mutuatus expoſuit, ſiue quod tranſegit, nulla probationes exigantur de ſingulis cauſis ab argyroprata, ſed tantum intra tempora exceptionis non numeratæ pecuniæ liceat ei luſitandum inferre.

CONSTITVTIO CXIX.

DVII. De ſanctis quatuor Concilijs.

Quatuor ſanctorum Conciliorum canones pro legibus habeantur.

DVIII. De ordine Patriarcharum.

Papa Romanus prior omnibus Epiſcopis, & Patriarchis ſedeat, & poſt illum Conſtantinopolitanæ ciuitatis Archiepiſcopus.

DIX. De Archiepiſcopo primæ Iuſtinianæ.

Archiepiſcopus primæ Iuſtinianæ habeat ſibi ſubiectos Epiſcopos Daciæ mediterraneæ, & Daciæ ripenſis item Triballiæ, & Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, & Pannoniæ. ſed & ille ab ipſis conſecretur, & eadem iura ſuper eos habeat, quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſuppoſitos.

DX. De Epiſcopo Carthaginenſi.

Maneant iura præſtita Epiſcopo Carthaginenſi, & alijs Metropolitanis, & omnia priuilegia item omnia ſolatia, & liberalitates religioſis locis datæ firmiter permaneant.

DXI. De priuilegijs poſſeſſionum, ad uenerabiles locos pertinentium.

Poſſeſſiones ad religioſas domos pertinentes nullam deſcriptionem agnoſcant; niſi ad conſtructiones uiarum, uel pontium ædificationes; ita tamen, ſi habuerint poſſeſſiones intra territorium conſtitutas illius ciuitatis, in qua talis deſideratur deſcriptio: habeant autem immunitatem in ſordidis muneribus, & extraordinarijs, & lutrationum deſcriptione.

DXII. De præſcriptione quadraginta annorum venerabilibus locis competente.

Neque decennij, neq; viginti, vel triginta annorum præſcriptio religioſis domibus opponatur, ſed ſola quadraginta annorum curricula, non ſolum in cæteris rebus, ſed etiã in legatis, & in hæreditatibus.

DXIII. De ædificatione venerabilium locorum.

Nemo oratorium ædificare audeat, antequam Epiſcopus exorauerit, & venerabilem crucem in eodem loco defixerit. Quod autem ſemel inchoauit, neceſſe habet opus implere, vel ipſe vel hæredes eius, & neceſſitatem ei debet imponere Epiſcopus, & œconomus, & ciuiles Magiſtratus.

DXIIII. Si quis in proaſtio, vel domo, vel fundo eccleſiaſtica munera fecerit.

Si quis in proaſtio, vel domo, vel fundo auſus fuerit eccleſiaſtica munera facere ſine clericis locorum Epiſcopo ſubiectis, dominio eorum cadat, & veniat eadem res ad eccleſiam. Si autem ignorante domino, hoc fuerit factum, hi, qui peccauerunt, ſiue emphyteutici, ſiue procuratores ſunt, de Prouincia expellantur, & ſubſtantia eorum addicatur eccleſiæ illius territorij, intra quod tale delictum contigerit.

DXV. Si quis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti hæreditatem, vel legatum reliquerit.

Si quis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti hæreditatem, vel legatum reliquerit, capiat id, quod relictum eſt, eccleſia illius loci, in quo domicilium teſtator habebat.

DXVI. Si quis in nomine ſancti Martyris hæreditatem, vel legatum reliquerit.

Si quis in nomine ſancti Martyris hæreditatem, vel legatum reliquerit, ſi quidem eiuſdem nominis plures ſunt in eodem loco oratoriæ domus, capiat lucrum illa, quæ pauperior eſt, niſi aliud nominatim teſtator expreſſerit. Quod ſi talis domus in ciuitate non inueniatur, ſed in territorio eius ſit, neceſſe eſt, vt eccleſiæ lucrum detur illius ciuitatis, in qua teſtator domicilium habuit.

DXVII. Si quis in vltima voluntate domum religioſam fieri diſpoſuerit.

Si quis in vltima voluntate domum religioſam fieri diſpoſuerit, oratoria quidem ab hæredibus eius intra quinquennium ædificare oportet: Xenones autem, & alia loca intra annum fieri decet, imminentibus tam Epiſcopis, quam Magiſtratibus. Quod ſi opus fieri intra annum non poſſit, neceſſitatem habent hæredes domum comparare, vel conducere, in qua poterunt ea, quæ teſtator voluit adimplere, donec opus ædificij perficiatur. Et ſi is, qui teſtatus eſt, dixit quos vult xenodochos, vel ptochotrophos, vel alios huiuſmodi fieri, voluntas eius conſeruetur. Vel ſi hæredibus ſuis electionem dedit, vt faciãt ipſi, quem velint, ſimiliter voluntas eius cuſtodiatur. Liceat autem Epiſcopis à teſtatore deputatos xenodochos, vel ptochotrophos, vel alios miniſtros mutare, ſi non inueniantur idonei: eodem obſeruando, & ſi teſtatoris hæredes elegerint hominem non idoneum, ad miniſterium, vel adminiſtrationem locorum.

DXVIII. De redemptione captiuorum, vel alimonijs pauperum.

Si pro redemptione captiuorum legatum, vel hæreditas relicta fuerit, vel pro alimonijs pauperum, ea, quæ teſtator iuſſit, cogatur hæres implere. Quod ſi non expreſſerit is, qui teſtatus eſt, cuius loci pauperibus alimonias dari oportet, Epiſcopus locorum, relictam quantitatem diſtribuat inter pauperes eius loci, in quo teſtator domiciliũ habuit. Item quod pro redemptione captiuorum relictum eſt, adminiſtrari debet aut ab eo, quem teſtator ad hoc deputauit, aut ſi nemo ab eo nominatus eſt, ab Epiſcopo, & œconomo pietatis opus impleatur. omnia enim facta ad pietatem pertinentia Epiſcoporum intereſſe oportet, quamuis teſtatores, vel donatores verba contrariæ voluntatis expreſſerint.

DXIX. Si hæredes piam diſpoſitionem implere noluerint.

Si per publicas perſonas hæredes admoniti iuſſa teſtatoris implere diſtulerint, omne lucrum, quod eis relictum eſt, auferatur cum fructibus, & cæteris emolumentis, quæ medio tempore acceſſerunt. Negligente autem epiſcopo, licet etiam Metropolitanis huiuſmodi cauſas diligenter inquirere.

DXX. Si hæredes teſtatoris ſubſtantiam non ſufficere dixerint.

Si dixerit hæres ſubſtantiam à teſtatore derelictam ad impenſas pias non ſufficere, ceſſante lege Falcidia, ea, quæ relicta ſunt, impendantur in illas cauſas, quas teſtator voluit, cura ſcilicet, & diligentia locorum Epiſcopi.

DXXI. Si intra ſex menſes pia voluntas impleta non fuerit.

Si legatum, quod piè relictum eſt, intra ſex menſes numerandos ex eo tempore, quo teſtamentum intimatum eſt, hæredes diſtulerint ſoluere, fructus, & vſuras, & omne emolumentum ex tempore mortis teſtatoris perſoluere cogantur.

DXXII. De legatis annalibus ad religioſa loca pertinentibus.

Si annale legatum religioſo loco relictum fuerit, ſiquidem vicinus ſit locus, vel perſona, a qua 1 † legatum eſt, non liceat hoc permutare. Si autem perſona, vel locus longe poſitus ſit, a quibus huiuſmodi legatum relictum eſt, tunc liceat iis, quibus hoc relictum eſt, permutare, & in proximo loco accipere, ſcilicet, in maiore reditu, vt quartam portionem plus in reditum habeat, & poſſeſſio vicina ſit, & fertilis, & non multis prægrauata tributis. Liceat autem huiuſmodi legatum ſecundum prælatam diſtinctionem, & vendere 2 † in viginti quinq; annos, & id, quod datum fuerit, ad commoda eiuſdem religioſi loci procedat.

1 † relictum.

2 † Græcũ exẽpl. trigintaquinque. Vulgaris Latina interpretatio, 25. ut hic. Iulian⁹ tamen malè hunc locũ uertit.

DXXIII. De teſtamento Epiſcopi, vel adminiſtratoris venerabilis loci.

Quæcunque probatus fuerit Epiſcopus ante honorem Epiſcopatus habuiſſe, ea omnia, vtpote ſua propria conſtitutus licentiam habeat ad quos voluerit vltima voluntate tranſmittere. Hoc amplius etiam poſt Epiſcopatum iure cognationis vſque ad quartum gradum quidquid ad eum peruenerit, tranſmittere poterit, ad quos ipſe uoluerit. Cæterę autem res alio modo ab eo adquiſitæ dominio eccleſiæ ſint, niſi forte 3 † conſummatæ ſunt ad redemptiones captiuorum, uel alimonias pauperum, vel ad utilitates eccleſiæ, uel ad alias ex pietate proficiſcentes cauſas. Eadem obtinere oportet & in adminiſtratoribus cuiuſcunque religioſi loci, ut res, quæ poſt commiſſam adminiſtrationem ad eos peruenerunt, iiſdem ſubijciantur diſtinctionibus.

3 † cõſumptę.

DXXIIII. De ſucceſſione ab inteſtato ueniente Epiſcopi, uel clerici, uel cuiuſcunque alterius religioſæ perſonæ.

Si Epiſcopus, uel clericus cuiuſcunque gradus eccleſiaſtici miniſter ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit, hæreditas eius non ad fiſcum, ſed prius ad eccleſiam deuoluatur, & ſi diaconiſſa fuerit, ſimili modo.

DXXV. De contractibus eorum, qui fidem catholicam non recipiunt.

Non liceat catholicæ fidei Chriſtianorum alienis hominibus uelut Paganis, uel Iudæis, uel hæreticis poſſeſſiones habere emphyteuſeos, uel conductionis titulo, in quibus orthodoxæ religionis eccleſiæ miniſteria celebrantur.

CONSTITVTIO CXX.

DXXVI. De officio in examinatione prouocationum miniſteria præbentium, & de appellationibus.

SI prætori Paphlagoniæ, & Honoriados prouocatio porrecta fuerit, eaq; introducta fuerit factum auditorium Præfecti prætorio, conſidente, ſcilicet, Excellentiſſimo Quæſtore ſacri palatij, officium præfectianũ oportet miniſterium exhibere, & ceſſare Quæſtoris officiũ, id eſt, eos, qui in diuinis militant ſcrinij. Idem dicimus, & ſi porrecta fuerit appellatio Moderatori Helenoponti. Idẽ dicendum eſt, & ſi prouocatum ſit aduerſus ſententiã Proconſulis Cappadociæ, vel Proconſulis Armeniæ, uel Prætoris Lycaoniæ, uel Prætoris Piſidiæ, uel Prætoris Iſauriæ, ut in iſtis omnibus Prouincijs prouocatio porrecta, & introducta in auditorium Præfecti prætorio, cõſidente quidem Quæſtore, examinetur. Præfecti autem officiales tantum exercendę prouocationi miniſterium prębeant, nullam communionem habentibus his, qui in diuinis noſtris ſcri-

nij militant. Quòd ſi Comiti Orientis prouocatio data ſit, commune miniſterium exhiberi oportet ab officialibus Præfectorum, & ab his, qui in diuinis ſcrinijs militant. Comiti autem Galatiæ, vel Phrygiæ prouocatio data ad officiales ſolum Præfectorum pertineant. Et hæc omnia pertinere oportet, ſiue ex noſtra iuſſione ſpecialiter iudicium delegatum fuerit nuper inuentis iudicibus, ſiue citra vllam iuſſionem noſtram ex auctoritate iuriſdictionis ſuę iudicauerint, & aduerſus eorum ſententias porrecta fuerit prouocatio. Et hæc dicimus de his Magiſtratibus qui a nobis aliquam innouationem receperunt, & quodammodo in aliam figuram tranſlati ſunt: nam in his, qui nullam receperunt innouationem, eandem obſeruantiam in exhibendis miniſterijs cuſtodiri præcipimus, quam vetuſtas ab antiquis temporibus introduxit, & conſuetudo inconcuſſa firmauit.

CONSTITVTIO CXXI.

DXXVII. De priuilegijs dignitatum, ſiue de procurationibus.

Illuſtribus quidem perſonis, & his, qui ſupra eos ſunt, omnimodo neceſſitas imponatur lites pecuniarias per procuratores inferre, vel excipere: eodem eius tenore obtinēte, & ſi iniuriarum iudicium criminaliter fuerit motum ſecundum priuilegia huiuſmodi eis à Zenoniana præſtita Conſtitutione. Clariſſimis autem perſonis, id eſt, Comitibus, & Tribunis libera licentia ſit, quod voluerint, facere, id eſt, aut per ſemetipſos iudicia peragere, aut per procuratores, quos elegerint, ſuis allegationibus vti.

CONSTITVTIO CXXII.

DXXVIII. Vt ipſo litis initio litigatores iurent, quod nihil iudicibus dederunt, aut promiſerunt.

Quotieſcunque apud quoslibet iudices lis aliqua inchoatur, vel appellationis examen agitur, oportet & ipſas principales perſonas litigantium, vel eos, ad quos pendens adhuc in iudicio cauſa tranſlata eſt in ipſo diſceptationis exordio, tactis ſacroſanctis ſcripturis, ſacramenti præbere, quia nihil penitus iudicibus, aut patrocinij cauſa ipſis, vel cuicunque alij perſonæ pro hac cauſa quolibet modo dederunt, aut promiſerunt, aut poſtea dabunt vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, exceptis his, quæ proprijs aduocatis pro patrocinio præſtēt, vel alijs quibus ex legibus aliquid dari permittitur. Et ſi in ſacro auditorio conſultatio celebretur, debent ſub præſentia Senatorum hoc idem partes iurare.

Quod ſi forſitan aliqui ex litigatoribus non poſſunt ad iudices peruenire, præſentes quidem litigatores ſimiliter iurare debent: ad abſentes verò ex officio deſtinari oportet competentes perſonas vna cum aduerſarijs, vt præſentibus eis ſimili modo iuſiurandum detur: niſi forſitan pro aduerſaria parte mulier ſit honeſtiſſima, quę ſe non ſoleat extraneis viris oſtendere. etenim ſub præſentia tantum officialium, qui miſſi ſunt, non etiam aduerſarij, edere debet ſacramentum.

Quod ſi vterque litigatorum, vel alteruter abſens fuerit, oportet eum, qui abſens eſt, in ea Prouincia, in qua degit, inter acta apud iudicem * exinde Prouinciæ, vel Defenſorem idem ſacramentum præſtare. Quod ſi Præſes, vel abſens litigator noluerit tale iuſiurandum ſubire, & hoc iudici manifeſtum fuerit, ſi quidem actor eſt, condemnabitur, quatenus ab actione ſua cadat: ſin vero reus eſt, qui iurare non vult, condemnatur in ea quantitate, qua conuentus eſt.

* Similis eſt locutio in ſequen. conſti. 1. 3. pro cuiuſdē.

Planè ſi confeſſus ſit litigatorum aliquis dediſſe, vel promiſiſſe, & perſonam dixerit, cui dedit, aut promiſit, & hoc ipſum probauerit, prædicta pœna immunis erit, cum veniam mereatur. hic autem, qui conuictus erit, ſub tali delicto, ſi quidem in pecuniaria cauſa, ſpoliabitur Magiſtratus ſui poteſtate, & eius quidem, quod accepit, triplum fiſco reſtituet: eius vero, quod ei promiſſum eſt, duplum fiſco præſtabit. Sin autem criminalis ſit cauſa, publicabitur, & in exilium mittetur.

Quòd ſi litigator non potuerit oſtendere id, quod datum, vel promiſſum eſt, oportet eum, cui datum, vel promiſſum dicitur, iurare, quod neque per ſe, neq; per quamlibet aliam perſonam datum ſibi aliquid, vel promiſſum eſt: ita tamen ipſe quidem pœnam euitabit, litigator vero, qui non potuit eum conuincere, ſi quidem pecuniaria cauſa ſit, æſtimationem litis fiſco præſtabit, lis autem certa legitimo modo determinetur. Quod ſi criminalis fuerit cauſa, bona eius publicentur omnia, cauſa vero ſimiliter legitimum finem accipiat apud competentes iudices. Quod ſi recuſet dare iuſiurandum is, cui datum aliquid, vel promiſſum fuiſſet, eiſdem pœnis ſubijcitur. Enimuero ſi litigator ſacramentum dederit, quod neque promiſerit, neq; dederit aliquid, poſt ſententiam vero intra quatuor menſes conuictus ſit periuraſſe, veniam nullam merebitur, ſed eiſdem pœnis tam ipſe, qui dedit, quam ille, qui accepit, ſubijciatur. Quod ſi per tutores, vel per curatores lis exerceatur, iuſiurandum quidem ipſi præſtare neceſſe habebunt, alioquin eiſdem pœnis ſubijcientur, minoribus vero nullum præiudicium ex hoc generabitur.

DXXIX. Vt prohibeant iudices ſupra dictum modum ſportulas exigi.

Neque ciuilis, neque militaris iudex in quacunq; Prouincia permittere debet executoribus litis vltra modum legitimum ſportularum a quacunque perſona accipere aliquid, vel exigere, ſiue Magiſteriani, ſiue Præfectiani, vel etiam ex diuina iuſſione dati ſint executores. Quod ſi inuenerint aliquem amplius exegiſſe, debent eundem conſtringere, vel includere, & quod amplius exegerit, id quadruplum ab eo repetere, & ſimplum quidem ei, qui exactus eſt, reſtituere, triplum vero fiſco inferre. Quod ſi de hoc interpellatus iudex eum, qui ſuperexactus eſt, audire noluerit, quadruplum de ſuo fiſco præſtare cogetur. Idem eſt autem, & ſi de Officio eius ſit exactor.

DXXX. Si quis illicitè ſportulas exigat.

Qui ſupra legitimum modum ſportulas exigit, lite litis executori ceſſitet.

DXXXI. Idem.

Lex poſita eſt in primo libro Codicis, qua habetur, ne iudices ex ſuis ſententijs pronuncient; quod ex diuina iuſſione ſine ſcriptis habita præcepimus aliquis in exhiberi, ſiue deduci, in ſuo robore cuſtodiatur.

DXXXII. Idem.

Viri ſpectabiles Referendarij competentes diuinas iuſſiones iudicibus debent inſinuare: cum autem ad diuinas aures cauſam referunt, nullus eorum potens, neque per ſe, neque per alium quemlibet tenere aliquem, vel fideiuſſores deſiderare, vel aliquid exigere, vel compellere, quod tranſactione, vel pactione aliqua cum aduerſario ſuo faciat, & nullatenus ei in qualibet cauſa ſe immiſceat: ſed tantum vnuſquiſque diuinas iuſſiones, vel ſcriptas, vel ſine ſcriptis in quacunque cauſa prolatas competentibus iudicibus inſinuare debebit. Quod ſi quis contra hæc fecerit, is, qui detrimentum paſſus eſt, vel circumſcriptus, nullum præiudicium circa iura priora ſuſtinebit: qui autem ei detrimentum intulit, hoc per competentem iudicem reſarcire compellitur.

CONSTITVTIO CXXIII.

DXXXIII. De Tranſitu militum.

Quotiens expeditionis cauſa tranſitus militum fiet, oportet eum delegatoribus ſuis eos ſuccedere, qui ſumptus eorum prouideant, ita, vt ſingularum Prouinciarum iudices adparatum faciant ſpecierum ad expenſas, ſeu annonas eorum, quas ſpecies vniuſcuiuſque numeri optiones ſine vlla dilatione ſuſcipientes, militibus erogare poſſint, quintamdecimam videlicet partem pro ſolatio ſibi retinentes, & facientes ſolemniter apochas, ſiue, recauta de ijſdem impenſis, periculo Magiſtrorum militum, ſiue Ducum, & Tribunorum, & Comitum, & diaſtolitarum, & delegatorum, & præpoſitorum vniuſcuiuſq; numeri. Gratis autem nullatenus volumus ſumptus accipere milites à collatoribus, licet minimè eis apparatæ fuerint annonæ: neque autem introita à collatoribus exigenda eſſe permittimus, & quod diaſos, & indemnes vndiq; conſeruari iuſtum, eſt.

DXXXIIII.

DXXXIIII. Idem.

Militeſ pro annonis ſuis eas ſpecies accipere debent, quas per ſingula loca inueniri certum eſt, non autem quæ ſunt tales ſpecies, quæ in ea Prouincia non inueniuntur, neque propter hoc vexentur collatores.

DXXXV. Idem.

Si collatores ſumptus militibus erogauerint, & hoc ex reliquis de [illegible] , Præfecti prætoriorum ſine vllo detrimento, vel aliqua dilatione compenſationem facere debent eorum, & [illegible] indictionis, in qua erogatæ ſunt, imputare. Quod [illegible] compenſationem annonæ erogatæ ſunt ſumptuum, quod ſuper impenſum eſt, ex omni canone 1 † eius ſe Prouinciæ reputari debebunt. Quod ſi nec ex omnibus tributa eiuſdem prouinciæ ſuffi[illegible], impenſæ ſuppleantur ab vnaquaque generali arca Præfecti prætorio debent, vel ex [illegible] ſequentis indictionis reliquis a collatoribus, ſeu reputari ab his, qui tributa publica exigunt, periculo præſectorum, & tractatorum vniuſcuiuſque Prouinciæ, necnon iudicium, & officialium eorundem, & exceptorum, & curialium, & omnium, ad quos cura pertinet.

DXXXVI. Idem.

Neque magiſtri militum, neque milites occaſione tranſitus [illegible] exactione aliqua a ciuitatibus, vel Prouincijs exigere audeant, alioquin duplum quidquid acceperint, reſtituere compellantur.

DXXXVII. Idem.

Si qui Duces, vel Milites, vel optiones eorum reliqua non receperint de impenſis ſibi erogatis, debebunt collatores ſimul conuenire apud iudicem ciuitatis, & Epiſcopum, vel ſi iudex præſens non ſit, apud Epiſcopum, vel Defenſorem & inter acta deponere, & Duces & exercitum de quantitate impenſarum, & quod reliqua ab optionibus eiuſdem non ſint, & Præfectis prætoriorum [illegible] referantur, qui prædictas impenſas, ſicut dictum eſt, reputent & mittant [illegible] ex eo, quod delegatum eſt eiſdem Ducibus, vel Militibus.

DXXXVIII. Idem.

Iudices, vel diſpoſitæ exercitui, & delegatores antè mittere debent ſemper prometatores ad ea loca, vbi permanſuri ſunt milites, vt ſumptus eis præſtentur, non autem ad alias ciuitates, vel prouincias ſignificare tenent, quod venturus eſt exercitus, & propter hoc pretia quidem exigere. Nam ſi quid eius rei gratia acceperint, decuplum [illegible] . & quibus erogatum ſit, ita, vt a Præfectis prætorio reputatio fiat. Duces autem & delegatores, & diſpoſitæ, qui acceperint, dupla quantitate reſtituant: prometatores vero cuſtodium & in exilium mitti conueniat.

DXXXIX. Idem.

Si quis vero dum [illegible] [illegible] conſtituerit, vt militib. nullus appareat [illegible] ſtatum fieret, & propter hoc contigerit, et diuerſis ciuitates exercitum euagari, magiſtratu ſuo priuatus publicatione, & in exilio [illegible] cum Officio ſuo. Collatores autem indemnes conſeruabuntur [illegible] reliquis, vel ex fide geſtorum, ſicut ſuperius dictum eſt.

DXL. Idem.

Hæc omnia oportet obſeruari & quoties gentis alicuius in auxilio noſtro accerſitæ tranſitus fiat.

DXLI. Idem.

Nemo militum in ea commanſione hoſpitium ſibi vindicare audeat, in qua ipſe paterfamilias habitare ſolet: debeat enim in alijs partibus ædium ſibi hoſpitia quærere. Dat. Kalen. Mar. P.C. Baſilij, Anno iij. indic. viij. A. Conſtantinopoli.

CONSTITVTIO XXIIII.

DXLII. De exactionibus, ſiue delegationibus tributorum.

Oportet per ſingulos annos menſe Iulio, vel Auguſto [illegible] delegationes tributorum [illegible] [illegible] apud Præfectos prætorio vniuſcuiuſque antecedentis [illegible] manifeſtari, ſignificantes [illegible] quantitatem tributorum, quæ in ſpecie eorum, vel in ære penſitari [illegible] vnaquaque Prouincia, ſiue curiali pro ſingulis [illegible] [illegible] æſtimationem [illegible] ciuitatum, quæ per ſingulas Prouincias erogatæ ſunt, quæ in arcam inferendæ ſunt. Ita vt tales delegationes dirigantur iudicibus ſingularum Prouinciarum initio vniuſcuiuſque indictionis.

Iudices autem Prouinciæ proponant ea in ciuitatibus intra Septembrem, vel Octobrem menſem, ſeu exemplaria eorum volentibus edantur a Præfectis prætorio. Quod ſi antequam inſinuentur, ſicut diximus, in alios titulos, & non in eos, quos continet eius anni particularis delegatio, tributorum quantitate erogata ſit, id, quod expenſum eſt, reputari debebit in tributis eiuſdem indictionis. Quod ſi intra præfinitum tempus non ſint deſtinatæ prædictæ delegationes, Præfectura quidem pro tempore viginti librarum auri pœnam præſtabit, tractatores verò eiuſdem Prouinciæ viginti librarum diſpendio mulctabuntur.

Iudex autem, qui deſtinatam ad ſe delegationem in Prouincia minimè propoſuerit, in decē libras auri damnificabitur, amiſſionem quoque cinguli patietur. Officium autem eius quinque libras auri præſtabit.

DXLIII. Idem.

Illationes ſpecierum intra exordium vniuſcuiuſque indictionis fieri oportet, ea autem, quæ in ære penſitantur, ſecundum conſtituta tempora exolui debebunt.

DXLIIII. De apochis publicis.

Exactores tributorum plenarias, vel ſecuritates, ſiue apochas penſitantibus faciant, per quas ſignificent non ſolum quantitatem pecuniarum, vel ſpecierum ſuſceptam, vel numerum iugorum, vel centuriarum, & nomina poſſeſſionum, pro quibus prædicta tributa ſuſceperint. Quod ſi aliter fecerit quis, decem librarum auri mulcta feriatur, & puniatur. Iudex uero ſi pro hoc non [illegible], ſi neglexerit, decem libras auri, pœnæ nomine dabit.

DXLV. Idem.

Si quis de collatoribus tributa exigatur, dubitet autem de modo poſſeſſionis, cuius nomine tenetur, vel de ipſa quantitate tributorum pellere, debet iudex, vel epiſcopus eiuſdem loci cenſualem publicam proferre deſcriptionē, & ſecundum eam tributa perſoluentur.

DXLVI. Idem.

Nolumus autem collatores compelli ad denominandos ſuſceptores eorum, quæ in ære in vnaquaque ciuitatum penſitantur: ſed ſiue iudex ſit, ſiue curialis, ſiue vindices, vel canonicarij, ſiue alij fuerint, ad quos publicæ exactionis periculum reſpicit, ipſi ſuo periculo ſuſcipiant tributa, & erogent.

DXLVII. Idem.

Iubemus per ſingulas Prouincias canonicarios deſtinari, qui tributa periculo nominatorum exigere debeant, expellentes autem nullo modo eum eis [illegible]. [illegible] canonicarius, [illegible], [illegible] idoneus apparuerit ſubmoto, alius in loco eius ſubrogētur [illegible] [illegible] [illegible] Contenti ſint autem canonicarij ſolatijs ſibi conſtitutis, nec aliquod collatoribus damnum inferant.

DXLVIII. Quando ſteriles agri fertilibus imponantur.

Si quis poſſeſſor deſertum agrum eiuſdem ſubſtantiæ coactus fuerit ſuſcipere, ex eodem tempore tributa eiuſdē agri debet agnoſcere ex quo ſuſcepit eum. Suſcipere autē non aliter deſertum agrum compellatur, niſi de hoc apud iudicem Prouinciæ ſcripta quæſtio fuerit, & ab eo pronunciatum ſit: ſic tamen, vt is, quem iudex agrum ſuſcipere deſertum decreuerit, appellare poſſit contra 2 † ſententiam eius, ſi ſibi læſum [illegible]. Appellationis autem iudicium apud Præfectos prætorio terminetur.

2 † Ruſſ. ſententiã.

DXLIX. Idem.

Quotiens dominus alicuius poſſeſſionis non apparet, vel non inuenitur, [illegible] neceſſitas [illegible], oportet [illegible] eam poſſeſſionem contingentes, qui de eodem patrimonio agros poſſidebant, cum inſtructo, inſtrumentoque [illegible], & omnibus alijs, quæ in eadem poſſeſſione reperiuntur. Quod ſi non inueniuntur, qui prædictam ſuſcipiant poſſeſſionem, vel alio modo [illegible], ſiue inſtructo item [illegible] conueniat apud iudicem Prouinciæ inter acta referri qualitatem, ſiue ſtatum poſſeſſionis, & omnia, quæ 3 † in ea in ære reperiuntur, ut ita excipiant curiales, ſiue exactores, vel vindices, vel officiales, quatenus, ſi poſtea inueniatur, cui legi-

3 † in ea, Rep.

legitimo modo adiungi debeat, quidquid diminutum fuerit à prædictis perſonis, de re ſua recipiatur.

D L. Idem.

Nihil eorum nomine, quæ parapompica dicuntur, collatores exigantur pro his, quæ in ære, vel ſpeciebus perſoluunt, ſed nec aliud quid præter conſuetudinem antiquam dependere cogantur.

D L I. Idem.

Hi, qui ad tributa exigenda deſtinantur, non aliter exactiones facere permittantur, niſi prius apud iudicem eiuſdem Prouinciæ inſinuauerint iuſſiones ſuper exigendis tributis ſibi datas. nihil autem periculi, vel detrimenti collatoribus tributa ſoluentibus ingerant. Hoc autem in priuatis exactionibus obſeruare placet.

D L I I. Idem.

Cui publica tributorum exactio commiſſa eſt, priuatæ exactionis non capiat auctoritatem.

D L I I I. Idem.

Si tributorum debitor habeat debitorem, non alter debitor eius palſari debet, niſi ipſe debitor principalis, ſiue primus non ſoluendo apparuerit, tunc enim ſecundus debitor ſecundum ius conueniendus erit. Si quis autem aliter exactionem fecerit, cingulo militiæ ſuæ priuatus publicabitur, & in exilium mittetur. Iudex autem, qui eum permiſit, exactione decem librarum auri multam ſuſtinebit: quinque vero libras auri officium eius præſtabit.

D L I I I I. Idem.

Nulli liceat tributorum exactori, vel cenſuali, vel logographis, vel alijs, qui publicis functionibus miniſterium præbent, collatores lædere, vel fines capere tantorum locorum contra eos, qui ſe læſos eſſe querantur.

D L V. Idem.

Nullus pro tributis earum terrarum nomine, quas non poſſidet, conueniatur. Nam ſi coloni, vel [illegible] terram poſſideant, oportet eoſdem tributa præſtare, niſi [illegible] ſponte dominus [illegible] eorum cognouerit.

D L V I. Idem.

Qui tributa exigunt, iuſtis ponderibus, & menſuris vtantur, ut nec pro hoc collatores lædantur. Quod ſi petauerint collatores [illegible] ſpeciarum, eadem menſuras, & pondera à Præfecto prætorio accipere debent. [illegible] auri, vel argenti, vel aliorum metallorum pondera à Comite ſacrarum largitionum deſiderent, quæ omnia in eccleſia vniuſcuiuſque ciuitatis conſeruentur, & ſecundum eas collationes tributorum, & mutationes, & alios ſumptus faciant.

D L V I I. Idem.

Exactores tributorum nullam communionem habeant in ciuilibus pecunijs, quæ ad opera vel ad frumentum, vel ad [illegible], vel ad [illegible], ſiue alias ſolemnes cauſas ciuitatis deputata ſunt, sed nec ſcientes aliquid ex eis auferant, quod ſine vlla diminutione ſine [illegible] in præſatas cauſas erogari debent. Sed neque poſſeſſoribus, neque habitatoribus eiuſdem ciuitatis licentia ſit auferendi aliquid ex ipſis, vel deſcriptionis alicuius, vel ſpeciei alterius nomine [illegible] dare, hoc continuere de prædicto pecunio. Quod ſi quis vel dare, vel accipere fuerit auſus ex ipſiſdem pecunijs, iubemus eum duplum quantitatem eius, quod dedit, vel accepit, de ſuo [illegible] reſtituere. Quoniam etiam nec iudices Prouinciarum, vel officiales eorum ad adminiſtrationem prædictarum pecuniarum admittantur. debet enim Epiſcopus cum Primatibus, ſeu habitatoribus vniuſcuiuſque ciuitatis Patrem ciuitatis denominare, cui ciuilium pecuniarum adminiſtratio committenda ſit: ita vt per ſingulos annos patrem Epiſcopus cum quinque Primatibus ciuitatis ab adminiſtratoribus rationes accipiat. & quod reliquatus fuerit, vel alter contractis, ab eo exigat, periculo eorum, qui denominatores eius fuerunt. Quod ſi talis adminiſtrator parum idoneus videatur, iubemus alium in loco eius ſurrogari cum decreto Epiſcopi, & habitatorum eiuſdem ciuitatis, [illegible] nominatoribus, quod ſi aliquid per eum ciuitati adiacentem ſit detrimentum, de proprijs facultatibus hoc ſarcire cogatur.

D L V I I I. Idem.

Neque præfectiano, neque ſcriniario, neque alij cuilibet dari poteſt, vt rationes ciuilium pecuniarum recipiat, neque ex domino reſcripto, neque ex [illegible] ad[illegible]. Quod ſi hoc alicui permiſſum fuerit, Epiſcopus, & Primates ciuitatis nullam eius nominis rationem reddant, ſed ſuper hoc referant ad Principem curent. oportet enim ciuilium pecuniarum logiſticas, ſiue ratiocinatorem à ſolo Principe deſtinari; talem vtique, qui bonæ opinionis ſit, & in honore poſitus eſt. ſic tamen, vt diuinam iuſſionem in ſcriptis habeat, quæ ſignificet nomen eius, & honorem, & cauſas, & tempora, quorum rationes ei mandatæ ſunt. Ita enim qui huic rationes reddiderit, ſecurus erit, & nullius iterum rationibus ſubijcitur.

D L I X. Idem.

In nulla penitus Prouincia Præſides, vel exactores tributorum loci ſeruatores fiant Præfectorum prætorio, vel Magiſtrorum militum. Quod ſi neceſſitas forſitan expedierit alicui, tale aliquid decernabit, iubemus ex diſpoſitione noſtri [illegible] loci ſeruatorem Præfectorum prætorio conſtitui, qui de expenſis militaribus ſolicitudinem gerat. Nam ſi quis aliter ordinatus ſit, is, qui eum qui auſus eſt eum facere, viginti librarum auri [illegible], [illegible] ſubijcietur, & reſtituet [illegible] omnia detrimenta, quæ per eum contigerunt. Is vero, qui factus eſt loci ſeruator, non ſolum Magiſtratu ſuo, & honore, vel militia priuabitur, ſed decem libras auri mulctæ nomine dabit.

D L X. Idem.

Nemo iudicum ſiue ciuilium, ſiue militarium, ex quo ad commiſſam ſibi Prouinciam peruenerint, facultatem habeant ordinandi ibi loci ſeruatores in ciuitatibus. Qui vero contra hoc geſſerit, quinquaginta librarum auri detrimentum patiatur. eandem autem multam exoluet etiam ipſe, qui factus eſt. Sane Præfectus ad ſubiectam ſibi prouinciam peruenerit, licentiam habeat conſtituendi ibi loci ſeruatorem, qui eiuſque ad præfecturam eius omnia poſſit gerere, quæ ipſi quoque iudices exequi poterunt, præter eas cauſas, quæ vltimum ſupplicium irrogant. Sed & diuina iuſſione iudex alia Prouincia deſtinatus, non prohibetur ſimiliter loci ſeruatorem in ſua Prouincia conſtituere.

D L X I. Idem.

Iubemus omnes iudices tam militares, quam ciuiles, vt ſuper maleficia, quæ in Prouincia commiſſa fuerint, per ſemetipſos cognoſcant; & legitimis pœnis ea [illegible], nec aliquid propter hoc à prouincialibus ſeruent accipere. Vincolitas vero, vel [illegible], ſiue Tribunos propter eaſdem cauſas nequaquam eis facere permittimus. Quod ſi aduerſus hæc fecerint, iudex ſolutus cingulo ſuo, decem librarum multam præſtabit: is autem qui factus eſt, caſtigatus publicabitur, & in exilium mittetur.

D L X I I. Idem.

Quotiens aliquis iudicum de ciuitate in aliam ciuitatem, vel de Prouincia in aliam Prouinciam tranſit, neque ipſe, neque officium eius angarijs, vel deſcriptionibus, aut alijs quibuſlibet expenſis prouinciales grauare audeat. debet enim ex conſtitutis publicis ſalarijs ſumptus facere.

D L X I I I. Idem.

Iudices Prouinciarum poſt ſucceſſionem per quinquaginta dierum ſpatium in eadem Prouincia, cum Magiſtratum depoſuerint, remorentur, et reſpondeant omnibus, qui aduerſus eoſdem mouere aliquas actiones conantur. Quod ſi ante quinquaginta dies Prouinciam deſeruerint, cuncti qui ab eo læſiones aliquas paſſi ſunt, conueniant apud Metropolitani Epiſcopum, ita vt ſinguli [illegible] ſacroſancta Scriptura deponant, ſiue manifeſta faciant detrimenta ſibi illata, quatenus ex ſubſtantia eiuſdem iudicis vniuerſa damna reſarciant cura, & periculo Præfectorum prætorio, ac tractatorum eiuſdem Prouinciæ. nam ſi hoc neglexerint, de ſuis facultatibus præfata detrimenta reſtituere compellantur.

D L X I I I I. Idem.

Si quis iudicum euocatus ad alium Magiſtratum, vel vtilitate alterius Prouinciæ miſſus fuerit, procuratorem legitimum conſtituere debet, qui reſpondeat ſi prouincialibus, qui ſuper detrimentis ſibi illatis ab eo conqueruntur. nam ſi hoc prætermiſerit, oportet, aliis interuenientibus ſicut dictum eſt, apud Epiſcopum, & deponentibus ſingulis, quod vnuſquiſque damnificatus eſt, omnia detrimenta de patrimonio eius [illegible] reſarcire, cura, & periculo Præfectorum prætorio, & tractatorum eiuſdem Prouinciæ.

D L X V.

D.L.X.V. Idem.

Omnes ſupradictas pecuniarias poenas Comes priuatarum exigat. Iterum ſi hoc facere ſuperſederit, ipſe omnia de proprijs facultatibus cum officio ſuo [illegible] præſtabit. † Dat. [illegible] Kal. Iun. poſt Conſulatum Baſilij, anno 4. Indict. 1.

† [illegible] Dat. Id. Iun. D.N. Iuſt. PP. Aug. Baſilio V. C. Conſ.

CONSTITVTIO CXXV.

Quam iam uident conſcripſiſſe in Regia ciuitate. In eadem conſtitutione ſunt [illegible] nouellæ Conſtitutiones, quæ poſt Codicem in diuini numinis Iuſtiniani promulgatæ ſunt.

CONSTITVTIO CXXVI.

De uicarijs, ſeu locum tenentibus. Item de mulieribus adulterium committentibus, & alijs capitulis.

Neque Præfectus Orientis, vel Illyrici, neque Comes ſacrarum largitionum, vel rerum priuatarum facultatem habeant conſtituendi ſibi loci ſeruatores in quacunque Prouincia, vel in ciuitate. Sed neque quilibet iudex in commiſſa ſibi Prouincia loci ſeruatorem audeat ordinare. Sane in Oſroena, & Meſopotamia, uel in alijs locis quoties [illegible] expeditionis [illegible] tempore [illegible] loci ſeruatores a Præfectis prætorio, quibus [illegible] imperatorum mandantur. [illegible] nec Magiſtrum militum, nec Duces concedimus, cum in Prouincijs [illegible] fuerint, dare loci ſeruatores, uel [illegible] facere [illegible] per [illegible] quoties neceſſitas exegerit loci ſeruatorem [illegible], cingulo [illegible] Ita [illegible] in exilio cum publicatione damnabitur. Sint autem [illegible] Epiſcopus Prouinciarum, nec non [illegible] ab eis contemnere.

Nullus iudex [illegible], ſiue indicans [illegible] nulla cauſa Prouinciam ſibi commiſſam circumambulet. Quoties ad hoc eum neceſſitas aliqua compulerit, oportet eum nec [illegible] nec alias quaslibet impenſas a prouincialibus [illegible], [illegible] quas mala conſuetudo per longum tempus [illegible] exigat.

Iudices Prouinciarum ita debent recte conſeruari, ut nulla cauſa neceſſitatis nobis [illegible] aliam in Prouinciam [illegible]. Quoties autem quis [illegible] cauſa [illegible] in prouincia, loci ſeruatoris [illegible] [illegible] mandatum [illegible]

[illegible] uel exceptores tributorum opus habe[illegible]

Vt iudices omnes cauſationes ſuo periculo [illegible] tributorum [illegible] dederint, pro datis habeantur, & iudices [illegible] pro [illegible] quoniam iudices procuratores non habeant iudicibus, qui [illegible] quælibet [illegible] uxorem ducere, aut humare prohibent, aut donationem inſinuare ante nuptias, aut inuentorum bene [illegible] damno ei, qui paſſus eſt, condemnandis, & in exilium mittendis. & ut liceat Epiſcopis, uel primis ciuitatum hæc nobis referre.

Vt iudices appellationes ſibi porrectas ſuſcipiant, & apoſtolos tribuant, ut appellatione facta, nulla rerum [illegible] ſed omnia integra maneant.

Vt iudices delinquentes quærant, & non alios eiuſdem loci pro eis teneant, neque pignora ex eodem loco capiant, neque [illegible] uendant. Nam omne damnum his, qui paſſi ſunt, reſtituant, & ipſi in exilium mittantur, & adſeſſores contra leges [illegible] conſentientes damnum reſarcientes in exilium mittantur.

Vt [illegible] pro fugitiuis perſonis ad iudicem loci, uel fugiant [illegible] periculo eius, cui mandatur, & [illegible] ſi autem [illegible] noluerint, ſed pro lucro eos dimiſerint, [illegible] in exilium mittantur.

Vt iudex a [illegible] facta excipiat. & ſi quidem priuatorum ſint, iſta explanet: ſi aduerſus utilitatem publicam, hoc ipſum referre debet, & ſecundam expectare iuſſionem.

Vt creditores filios debitorum pignoris iure, aut ſeruitutis, aut ut eos conducant, adducere non poſſint. Sin autem hoc fecerint, cadentes ex debito, & aliud tantum debitori præſtantes in exilium dirigantur.

Mulier licet pro marito multotiens in priuato, aut in publico debito interceſſerit, tamen non teneri, ſancimus.

Mulieres pro nulla cauſa, aut debito in cuſtodia, id eſt, in carcere mitti, ſed per procuratores, aut per ſe reſpondere debent. & ſi non habeant fideiuſſorem, cautioni iuratoriæ committendæ ſunt. Sin autem criminalis fuerit cauſa, aut in monaſterio, aut mulieribus cuſtodiæ cauſa debent dari, ne pudori earum inſidietur.

Vt ſanctimonialis aut monacha de monaſterio non abſtrahatur. Mechos eas poenas pati uolumus, quas lex Conſtantini inſtituit, uel qui mediatores, aut huius ſceleris miniſtri fuerunt. Vxor autem mechi dotem, & donationem habeat. Sin autem dotalia inſtrumenta non habuit, quartam partem rerum mariti accipiant. Mulier autem mecha in monaſterio mittatur. Et, ſi quidem uoluerit maritus intra duos annos eam recipere ei liceat. & nullum præiudicium ex hoc nuptiæ patiantur. Sin autem noluerint, mecha ſit ibi permanens uſque quo uiuit. Et ſi quidem quoſdam de deſcendentibus habeat, duas partes ſubſtantiæ eius habeant, monaſterium autem tertiam. Si autem aſcendentes habeat, hi tamen, qui ſceleri non conſenſerunt, tertiam ipſi habeant, monaſterium uero beſſem. Si autem neque deſcendentes, neque aſcendentes habeat, totius aſſis monaſterio adquiratur. Per omnia autem oportet pacta in dotalibus inſtrumentis inſerta, ſeruari.

Si maritus condemnationem effugerit, eam, de qua accuſatus fuerit, ducens, competentibus poenis a quolibet iudice ſubiacendus eſt: illa autem in monaſterium mittatur.

Nulli iudici liceat utraſque manus, aut utroſque pedes reo abſcindere, neque exarthrare * in qualicunque delicto, ſed ſi quidem mortale eſt crimen, morti damnare.

* id eſt, articulos ſoluere.

[illegible] autem membra non abſcindantur. Fures autem dicimus qui [illegible] cum gladio ambulant. Reliqui autem competentibus poenis ſubijciantur.

Nullius autem bona publicari debent, niſi qui neque deſcendentes, neque aſcendentes habet. uxoribus autem eorum donationibus redditis, & dotibus. Si autē dotes non habeant, iuxta ſtatuta quartam partem ex rebus damnati habeant. Aſcendentes autem uſque ad tertium gradum [illegible].

Vt nulli liceat mutuanti agricolæ terram ipſius tenere, & quantum uſurarum accipiant.

[Rem duram, atque inhumanam, & auaritiæ plenam hac lege ſaluberrima perſpeximus emendare. & communiter omnibus deponere medicinam non tantum in præſenti neceſſariam tempore, ſed & in omni futuro ſæculo.] [illegible] enim ad noſtras aures quoſdam in ea ipſa Prouincia, quamuis [illegible], iuxta temporum neceſſitate captata [illegible] contractum, & [illegible] ſuam fructuum dantes, [illegible] & ex hac cauſa quoſdam colonorum [illegible] alios fame necatos, & [illegible] hominum [illegible] barbarorum [illegible] Sancimus itaque omnes huiuſmodi creditores quantumcunque uel [illegible], uel hordei, & uel in alia ſpecie, quæ in fructibus [illegible] eſt, deſerant, hoc [illegible] cum parte modij octaua per ſingulos modios in unoquoque anno præſtanda, terrulas colonis reſtituere. nemine penitus audente terrulas eorum detinere ſub occaſione feneratitiæ cautionis ſiue ſcriptæ, ſiue ſine ſcriptis creditæ ſint contractæ. Sin autem pecuniam dedit, nihil amplius quam unam ſiliquam pro ſingulo ſolido annuam præſtare. & hanc ſaluberrimam legem in omnes extendimus, præſenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem [illegible] modis omnibus obſeruandam: ut, ſi quando fuerit uel [illegible], uel hordeum feneratum, uel alij fructus aridi, creditores [illegible] quod dederunt accipientes, quam pro uſuris octauam modij annuam pro ſingulis modijs, uel ſiliquam pro ſingulo ſolido & ſecundum hunc modum [illegible] ſi eam [illegible] percipientes ſiue terrulas, ſiue aliud in pignus [illegible], boues forte, uel pecora, uel mancipia, hæc [illegible] omnibus reddant.

Hic notis [ ] incluſa non ſunt, ſed Iuſtiniani uerba ſunt, ſi cū conſtitutione 14. conferas.

reddant. & hæc lex communis ſit omnibus humanitate, & pietate gaudens, & egenis omnibus conſulens, & creditoribus mediocre ſolatium afferens. Hæc igitur, quæ a nobis ſtatuta ſunt, Claritas tua in omni Prouincia, quæ tuo moderamine gubernatur, obſeruare feſtinet. Scituris omnibus creditoribus, vt, ſi ſorte aliquid præter hæc commiſerint, exactione cadent, & cui fœnus ablatum eſt, hoc habeat ſolatium, vt ipſe quidem ſecurus degat, auarum autem creditorem videat in ſuis pecunijs patientem iacturam.]

Hęc ex cōſtitutione, quæ deſideratur cuius epitome habetur ſupra conſtit. 59.

Quod terræ, vel domus, vel vineæ, quæ relictæ ſunt eccleſiæ Myſiæ in redemptionem captiuorum, aut in nutritionem pauperum, poſſint venire. Non ſimpliciter, ſed ſecundum diſtinctionem huius legis. Hæc lex ſpecialiter permittit, vt eccleſiæ Myſiæ relicta ab eius Epiſcopo, vel miniſtratoribus vendi pro redemptione captiuorum, vel alimonijs pauperum ita dimiſſa ſint, vt tamen, ſi vel infructuoſa ſint, vel curatores ſufficientes non habeant, vel in longinquo ſint poſita, & à Barbaris depopulantur.

De raptu mulierum.

Legis interpretationem, *quæ habetur in editione Haloan. numero. 143.*

F I N I S.

PRAGMATICA

SANCTIO IVSTINIANI IMPERATORIS.

Complectens varia Capitula.

Imper. Iuſtinianus Aug. vt omnia firma ſint, quæ Amalaſinata, vel Atalaricus, vel Theodatus conceſſerunt.

PRO petitione Vigilij venerabilis antiquioris Romæ Epiſcopi quædam diſponenda eſſe cenſuimus ad vtilitatem omnium pertinentia, qui per Occidentales partes habere noſcuntur. In primis itaque iubemus, vt omnia, quę Atalaricus, vel Amalaſuinta Regina, mater eius, vel etiam Theodatus Romanis, vel Senatu poſcente conceſſa ſunt, inuiolabiliter conſeruentur: ſed & ea, quę a nobis, vel a piæ memoriæ Theodora Auguſta quondam coniuge noſtra collata ſunt, volumus illibata ſeruari, nulla cuicumque danda licentia contra ea venire, quæ a prædictis perſonis pro quibuſcumque rebus, vel titulo data, vel conceſſa eſſe noſcuntur, excepta, videlicet, donatione à Theodato in Maximū pro rebus habita, Marcianus qui bes dimidiam portionem Liberio viro gloriosiſſimo dediſſe memoratur, reliquam dimidiam Maximo viro magnifico relictam, quas apud vtrumque firmiter manere cenſuimus.

Vt per Totilanem factæ donationes irritæ ſint.

SI quid a Totilane tyranno factum, vel donatum eſſe inuenitur cuicumque Romano, ſeu cuique alij ſeruari, vel in ſua firmitate manere nullo modo concedimus: ſed res ablatas ab huiuſmodi detentatoribus antiquis dominis reformari præcipimus. quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum eſſe inuenimus, hoc legitima noſtra notare tempora non concedimus.

Nemini noceat in captiuitate gentium amiſſio inſtrumentorum.

LIcet enim generali lege proſpectum eſt, ne inſtrumentorum amiſſio dominis, pro quibus inſtrumenta conſcripta ſunt, quodcumque præiudicium rerum poſſit inferri, tamen ſpecialiter etiam per illa loca hoc renouare cenſuimus, cum ſciamus per diuerſas calamitates, & hoſtiles perſuaſiones tam in ipſa ciuitate Romana, quam in alijs locis hominibus inſtrumenta periſſe. Nequaquam igitur ex hoc quicumque patiantur calumniam, aut aliquid ſuſtineant detrimentum, ſancimus, vt inſtrumentorum quidem amiſſionem, vel corruptione m nullum præiudicium pro dominio, vel poſſeſſione, pro creditoribus rerum, vel poſſeſſoribus, aut creditoribus, pro quibus inſtrumenta conſcripta fuiſſe videre [illegible].

Sed & ſi qui res alienas, vel etiam capti forſitan gregesper ſuam, aut cuiuslibet auctoritatem inuaſit, vel poſtea eas tenuit, reuerſo eo, vel liberato ſine vlla dilatione iubemus reſtitui [illegible] vel etiam hæredibus eius. Et ſi ideo ille fatale munus [illegible], vt etiam hæredibus eius reſtituat, legis auctoritas ſuggerit.

Non permittimus quis aliter [illegible].

QVis autem [illegible] diuerſo tyrannidis tempore [illegible] per metum alienare hominibus, vel officium quodcumque gerentibus, vel aliam a Totila commiſſam actionem, vel potentiam, vel gratiam apud eum habentibus [illegible], vel quoscumque contractus huiuſmodi modo vero quod factum [illegible] debuerat, vtpote, per violentiam, vel per metum tyrannici tempore factum, ſancimus omnibus eis licentiam [illegible] recipiendi [illegible], vel poſſeſſionis a iudice adipiſcendæ, prædijs tantummodo videlicet, redditis ſi tamen eo, qui [illegible] perſoluit approbante, [illegible] conſcriptis abſoluta, vel aliquo poſtea modo, vel fraude ſubrepta, vel ab eo recepta: cum non abſque ratione eſſe putamus multa tunc tempore & per metum, vel violentiam facta: ſicque noſtris temporibus [illegible], videlicet, inſtrumentis interim propter prædictas ſanctiones modis omnibus quieſcente.

De tempore poſtliminij, id eſt, poſt captiuitatem.

CVm autem Deo propitio noſtro Imperio ſint omnes redditi, tamen [illegible] noſtrarum legum auctoritate triginta, necnon & quadraginta annorum præſcriptionem, alias integer legibus locum habere, & ſuam tenere per omnia firmitatem, his dumtaxat temporibus quæ ab aduentu tyrannorum, bellique contra eos perſtiterit, nullatenus in præſcriptionum curricula [illegible].

[illegible] reducentur.

COgnouimus, dum hoſtilis feritas Romanam ciuitatem, vel alias obſideret, diuerſo contractus eſſe factos inter Romanos qui obſidebantur, vel etiam inſtrumenta conſcripta in pretium vero quorundam prædictos contractus [illegible], vel etiam inſtrumenta [illegible] tenemus, & poſtea per hoſtilem [illegible] huiuſmodi documenta periſſe, nullam eſſe [illegible] quæ facta ſunt in [illegible], ſed omnes contractus obſidionis tempore factos in ſua firmitate durare, inſtrumentis etiam competentem vim habituris, ſed nullam per eorum [illegible] præiudicium generandum. quod enim ante perfectum est, per fortuitos belli caſus vecti ſubtrahatur non patimur. 1 ✝ R. incubuē.

De rebus mobilibus, vel immobilibus.

REs inſuper mobiles, vel immobiles ſeſeque mouentes, quas a Theodorici Regis temporibus vſque ad nefandiſſimi Totilæ ſuperuentum, quicumque ipſe, vel tuus Romani poſſediſſe noſcuntur per ſe, vel vniuerſitas [illegible], vel alijs perſonis, per quas vnumquemque præcepit poſſidere, [illegible] apud eos ſecuturus, eo [illegible] ordine, quo per prædicta tempora easdem res poſſediſſe noſcuntur.

Pro immunitate tributorum.

NE autem tributorum exactione iniuria habitatores patiantur moleſtias quarumcumque Prouinciarum, ſancimus nullus maioris dignitatis officia pro [illegible] exigendis functionibus dirigi, ſed per Prouinciarum iudices, & eorum Officia quodcumque damnum collatores ſuſtinere pro tributorum videantur exactione. licentia non denegandâ maioribus iudicibus, & eorum officijs, ſi minus illata fuerint functiones ipſos iudices, & eorum Officia conuenire, & quod minus eſt illatum exigere, & tam publicæ taxationes, quam collatoris vtilitas procedat. Dat. anno, die, & Conſ. 55. 2 ✝ exercenda.

De confirmatione abſolutionis tributorum.

IPſarum enim functionum ſolutionem per conſueta loca, vel tempora ſolemniter præcipimus fieri, nulla nouatione per hoſtilem aduentum ſolutioni tributorum penitus inferenda, ſed pro ſua conſuetudine, vel noſtrorum beneficiorum tenore, ſiue ad arcam, ſiue in Prouincia vnumquemque ſolutionem in poſterum [illegible] liberæ.

Vt leges Imp. per prouincias ipſorum dilatentur.

IVra inſuper, uel leges Codicibus noſtris inſertas, quas iam ſub edictali programmate in Italiam dudum miſimus, obtinere ſancimus. Sed & eas, quas poſtea promulgauimus conſtitutiones, iubemus ſub edictali propoſitione vulgari: ex eo tempore, quo ſub edictali programmate euulgatæ fuerint, etiam per partes Italiæ obtinere, vt una Deo uolente facta Republica, legum etiam noſtrarum ubique prolatetur auctoritas.

De ſuffragio collatorum.

PRouinciarum etiam iudices ab Epiſcopis, & primatibus uniuſcuiuſque regionis idoneos eligendos, & ſufficientes ad locorum adminiſtrationem ex ipſis, uidelicet, iubemus fieri, Prouincias, quas adminiſtraturi ſunt, ſine ſuffragio, literis eis iudicialis per competentem iudicem eis præſtandis, ita uidelicet, ut ſi aliquam collatoribus læſionem intuliſſe inueniantur, uel ſupra ſtatuta tributa aliquid exegiſſe, uel in coemptionibus menſurarum incrementis, aut pretij diminutione, uel grauamen intuliſſe, aut in quadam ſolidorum ponderum poſt ſolidorum diminutione, ex ſua ſubſtantia aut facultatib. Quod etiam ſi quis de adminiſtratoribus, aut obſequijs de præſentibus nefandorum tyrannorum tempore tale quid inuenitur, ex ſuis facultatibus ea, quæ abſtulit, reſtituere iubemus, cum nos incolumitatem ſubiectorum undique debeamus procurare.

Vt proprietas unicuique reſtituatur.

CVm autem cognouimus nobis Deo propitio diuerſis ex partibus prouinciarum greges inuenientes abſtuliſſe [illegible] ad alios aute pertinebant, [illegible] quantum quidem ad [illegible] Si quid uero ab alijs [illegible] cognoſcitur, inter illos diſtributis, qui per eandem prouinciam greges [illegible] pro ſua portione, [illegible] tenenda.

De eo, cui aliquid ablatum eſt ut reſtituatur.

SI quæ etiam collatorum per occaſionem tributorum exactionem, uel cuiuslibet oneris prætextu, aut alio irrationabili modo a quibuſdam iniuſte, uel in ſpeciebus [illegible] hoc etiam eos repetentes [illegible] reſtitui, ut undique prouinciarum habitatores legitime ſua recipiant, & noſtri temporis perſiſtant felicitatem ſentire.

De ſeruis, qui tyrannorum tempore liberas duxerunt uxores.

ILlud etiam præſenti capitulo interdum eſſe cenſuimus, ut ſi qui per Gothicæ feritatis nefandiſſima tempora ſerui conſtituti liberas uxores inueniantur duxiſſe, uel etiam liberi homines ancillæ coniuncti, licentiam quidem liberæ perſonæ diſcedendi per præſentes noſtros mercantur affectus, ancilla uidelicet, uel ſeruo in dominorum iura remanentibus, nullo præiudicio dominis ſeruorum uel ancillarum ex præterito tempore generando. Sin uero in poſterum etiam coniugia tenenda eſſe putauerint, nullum præiudicium circa libertatem propriam patiantur, ubi uero maternam conditionem ſequantur, quod et in illis, qui ex tali coniugio nati ſunt, obtinere iubemus.

De ſeruis, & colonis, ab alio detentis.

SEruos etiam, uel colonos, quos ab aliquo contigit detineri, ſuis reſtitui dominis una cum medijs temporibus pro ſe iubemus.

De Deo dicatis mulieribus.

CVm autem tyrannicæ feritatis præſumptionem rerum etiam illicitas quaſdam nuptias illegitime fuiſſe dubium non ſit, ut ſi quæ mulieres Deo ſacratas, uel habitum religionis habentes ſibi coniugio ſic in matrimonium [illegible] ad monaſteria, aut ſancto propoſito, cui dedicatæ fuerunt, reſtituantur.

Ne pro comparatione ſpecierum collatores grauentur.

NEmini etiam per occaſionem [illegible] collatoribus detrimentum [illegible] ſancimus per unamquamque prouinciam [illegible] coemptionem, quæ per eandem prouinciam abundare noſcuntur, neque enim illud, quod ibi non abundat præſtari,

coemptionem non fieri patimur: pretijs, uidelicet, pro ſpecierum qualitate, quæ tunc temporis in foro rerum uenalium obtinere noſcuntur, ſtatuendis, ipſis tamen pretijs ſpecierum unicuique collatorum in tributorum imputandis exactionem commercijs, uidelicet, nullo modo prohibendis, ut & noſter feliciſſimus exercitus poſſit nutriri, & collatores aurarias functiones ex abundantium ſpecierum commercio infundere ualeant, diſtributione coemptionis pro arbitrio tam locorum Antiſtitum, quam primatum uniuſcuiuſque, celebranda, ne collatores ex officiorum auaritia per quemcunque modum opprimi uideantur.

De menſuris, & ponderibus.

VT autem nulla fraudis, uel læſionis prouinciarum naſcatur occaſio, iubemus in illis menſuris, uel ponderibus ſpecies uel pecunias dari, uel ſuſcipi, quæ Beatiſſimo Papæ, uel Ampliſſimo Senatui noſtra pietas in præſenti contradidit.

De mutatione ſolidorum, id eſt, monetæ.

CVm autem ſcimus, ueterum Romanorum Principum ſolidos per alia loca facile inueniri, comperimus autem negotiatores, uel alios quoſlibet propter mutationem ſolidorum diſpendium aliquod collatoribus noſtris inferre, ſancimus ſolidos Romanorum Principum forma ſignatos ſine permutationis diſpendio per omnes prouincias ambulare, & per eos celebrari contractus, eum, qui diſpendium aliquod permutationis ſolidorum inferre præſumpſerit, pro unoquoque ſolido alterum tantum ei, cum quo contraxerit, inferre.

Vt pretium ſatisfaciat, & quod tulit quis.

SI quis etiam de rebus immobilibus, ad alium pertinentibus aliquem ornatum, uel materiam abſtuliſſe inueniatur, modis omnibus reſtituere, uel ſi id alicui inuenerit [illegible] ut undique noſtrarum legum contineatur auctoritas. Inſtrumenta etiam, quæ ad alios pertinentia, forte ab alijs detinentur, priori domino inuentori reſtitui, ut omnes undique noſtrarum legum adiutorio potiantur. Si uero inſtrumentum periiſſe inueniatur, cuius exemplar apud alterum inuenitur, utpote duobus ſieri pris authenticis, prout in contractibus ſolitum eſt, ex eo, quod apud partem alteram inuenitur, aliud conſcribi iubemus, & parti dari, cuius iam inſtrumenta perierunt, ut competentem poſſit habere cautelam. Sed & ſi quis inſtrumentum alienum ſiue ipſe tollendo, ſiue quocunque caſu inueniendum maligne, uel incendit, uel abſcondit, aut corrupit, aut quocunque modo habere deſiit, tunc quanti intereſt, ad cuius iura inſtrumenta pertinebant, is, qui dolo fecit, ſatisfacere compellitur. Data die, ann. & Conſul. ss.

Vt annona miniſtretur medicis, & alijs.

ANnonam etiam, quam & Theodoricus dare ſolitus erat, & nos etiam Romanis indulſimus, in poſterum etiam dari præcipimus, ſicut etiam annonas, quæ grammaticis, ac oratoribus, uel etiam medicis, uel iuriſperitis antea dari ſolitum erat, & in poſterum ſuam profeſſionem ſcilicet exercentibus erogari præcipimus, quatenus iuuenes liberalibus ſtudijs eruditi per noſtram Rempub. floreant.

Vt ciuiliter inter ſe cauſas audiant.

LItes etiam inter duos procedentes Romanos, uel ubi Romana perſona pulſatur, per ciuiles iudices exercere iubemus, cum talibus negotijs, uel cauſis iudices militares immiſcere ſe ordo non patiatur.

Vt mutationes in ſuo ſtatu fiant.

REmpublicam permutationes etiam, uel comparationes, uel competitiones cum publico factas uſque ad aduentum ſceleratæ memoriæ Totilæ in ſua firmitate ſancimus, ſi tamen nihil aliquid alio poſtliminio competit.

Vt fabricæ publicæ ſeruentur.

COnſuetudines etiam, & priuilegia Romanæ ciuitatis, uel publicarum fabricarum, uel alueo Tiberis, uel fori, aut portus Romani, ſiue reparationi formarum conceſſa ſeruari præcipimus, uidelicet, ut ex illis tantummodo titulis, ex quibus delegata fuerunt, præſtentur.

Vt per negotiatores coemptiones fiant.

SVper hac cognouimus Calabriæ, uel Apuliæ Prouinciæ poſſeſſoribus pro coemptionibus non inferendis ſuperindictitium titulum impoſitum eſſe pro unaquaque millena, unde coemptiones, per negotiatores annis ſingulis exercent, in præiudicium uero negotiatoribus ſpecierum coemptiones reſolute tentantibus, tam ſuperindictitium titulum,

titulum, quàm coemptionis onus prouinciæ poſſeſſoribus imminere, cum abunde mercatores ſint, per quos poſſit exerceri coemptio; ſancimus magnitudinem tuam hæc examinantem, ſi poſſibile ſit, per negotiatores ſpecies comparatas inferri, collatores prouinciæ nullatenus prægrauari, cum ſuperindictitio titulo ſemel eius impoſito, coemptionis etiam onus inferre ſit impoſſibile. Dat. die anno, Conſ. ss.

Vt qui uoluerit ad præſentiam Imp. nauigare, non impediatur.

Viros etiam glorioſiſſimos, ac magnificos Senatores ad noſtrum accurere comitatum uolentibus ſine quocunque impedimento uenire concedimus, nemini prohibendi eos habituro licentiam, ne Senatoribus noſtris, uel collatoribus debitis introitus quodammodo uideatur excludi. ſed etiam ad Italiam Primis etiam eundi eis, & ibi quantum uoluerint temporis commorandi pro reparãdis poſſeſſionib. aperimus licentiam, cum dominis abſentibus recreari poſſeſſiones, aut competentem mereri culturam difficile ſit. Quæ igitur per hanc diuinam pragmaticam ſanctionem noſtra ſtatuit æternitas, Magnitudo tua modis omnibus effectui mancipare, obſeruarique procuret, pœna decem librarum auri imminente, contra temeratores noſtrarũ iuſſionum Pragmatica Data ibid. Aug. Conſtan. Imp. Dom. N. Iuſtiniano PP. Aug. Anno 37. P.C. Baſilij V.C. anno 13. Narſi vr. Ill. Præpoſito ſacri cubiculi, Antiocho vr. magnifico præfecto per Italiam.

Explicium Iuſtiniani Imperatores conſtitutiones.

INCIPIT IVSTINI IMPER. NOVELLA.

CONSTITVTIO.

Ad Iulianum Præfectum urbis data, quæ ex * Græca lingua in Latinum ſermonem translata eſt.

*Hæc conſt. extat pag. 43 ſ. I exẽplari Genebẽſi [illegible]. In altera verò editione Veneta eſt 140. conſt. collat. 9. pag 405.

Vt poſſit ex conſenſu diſſolui matrimonium.

Imp. Cæſar Fl. Iuſtinus Alamanicus, Gothicus, Franciſcus, Alanicus, Vuandalicus Africanus pius, felix, glorioſus, victor, ac triumphator ſemper colendus Auguſtus, Iuliano Præfecto vrbis Conſtantinopolitanæ.

NVPTIIS decentius nihil eſt hominibus, ex quibus filij, cæteræque nationum ſucceſſiones, fundorum quoque, & ciuitatum habitacula, & Reipublicæ communis ſtatus, propter quod nuptias felices eſſe eis, qui eas ineunt, ſic optamus, ita, ut nunquam eas ſiniſtri hominis opus ſiet, neque nuptijs copulatos abinuicem ſeparari, nullam non habentes abſolutionis nuptiarum occaſionem. Sed quoniam difficile eſt in omnibus hominibus hoc ſeruari, (in multitudine enim tanta non aliquas incidere irrationabiles ſimultates, unum de impoſſibilibus exiſtit) oportere 1 † putauimus his reperire quandam medelam, magis uero illis, ubi puſillanimitas in tantum exigitur, ita ut implacabilis horror fiat coniugibus una manentibus. Antiquitus quidem licebat ſine periculo tales abinuicem ſeparari ſecundum communem uoluntatem, & conſenſum hoc agentes, ſic ut plurimæ tunc leges extarent hoc dicentes, & BONA GRATIA ſic procedentem ſolutionem nuptiarum patria uocantes uoce. Poſtea uerò diua memoriæ noſtro patri pietate, & temperantia omnes ubicunque aliquando imperantes 2 † excedere uiſum eſt, qui ad ſuam 3 † [illegible], & firmam reſpiciens uoluntatem, non autem miſerias puſillanimitatis conijciens, legem ſancire, qua prohibuit cum conſenſu coniugia ſolui, quod nos quoque uolebamus nimis obtinere in hoc ipſo. Plurimi autem nos adierunt inter ſe coniugium horrentes, & abominantes, & prælia, diſcordiaſque propter hoc domi contingere [illegible] (hoc quod ualde doloriferum, & triſte [illegible]) diſſoluere propter hoc precantes connubia, [illegible] non habentes dicere, per quas ſine timore hoc lex dabat [illegible]. Deſiderium uerò, & ſtudium eorum pro hac re in aliquanto diſtulimus tempore, aliquando quidem monentes, aliquando uerò minantes, quieſcere eos ab irrationabili [illegible] horrore, & ad unanimitatem properare, & [illegible] uoluntatis agebamus [illegible] nihil. Quoniam uero difficile eſt immutare ſemel [illegible] paſſione, & horrore, fortiter [illegible] adgredi [illegible] ad mortem [illegible], ita ut nec filios eis [illegible] ualere ad [illegible], [illegible] tales uoluntates [illegible]. Hæc igitur [illegible] temporibus, in præſenti [illegible] legem, per quam ſancimus [illegible], ut aut [illegible] coniugũ ſolutiones nuptiarum [illegible], 4 † ultra uero obtinere conſtitutas pœnas in [illegible] noſtri patris [illegible] eos, qui cum conſenſu coniugij [illegible]. Si enim 5 † alterutrum affectus [illegible], merito contraria uoluntas [illegible] rebus, quæ nuptias [illegible]. [illegible], ita ut omnia alia quantacunque legibus 6 † [illegible] conſtitutionibus noſtri patris dicta ſunt de [illegible] ſionibuſque ex quibus 7 † [illegible] & ſine ratione [illegible], & [illegible] quod & præſens non [illegible] bus, & diſponentibus [illegible] præſente noſtra lege per omnia habere [illegible] propriam. Quæ ergo nobis [illegible], & per præſentem [illegible] legem, tua glorioſa per [illegible] modum omnibus fieri [illegible] hac nobis Regia [illegible] 9 † [illegible] Kal. Octo. Co[illegible] Imp. Dn. Iuſt. PP. Aug. Anno 1. Indictione quintadecima

3 † R. [illegible] dem.
3 † utilem [illegible].
4 † [illegible] non ultra obtinere.
5 † [illegible] ſtrinq. [illegible] affect.
6 † [illegible] an præterum facere.
7 † uidetur interpres legiſſe [illegible].
8 † [illegible] lex ſiue [illegible].

1 † R. igil. [illegible]

De aſcriptitiis, & colonis.

Imp. Iuſtinus Aug. Dominico 10 † Præfecto.

DOcuerunt noſtram Serenitatem 11 † Lygdunenſium habitatores, & hoc nos docuerunt, quia ante propoſuimus legem, per quam iuſſimus aſcriptitios, ut colonos commiſcentibus ſe liberis mulieribus procreare filios ad ſimilitudinem liberorum, & ex hoc detrimentari fundos, & eorum functiones, recedentibus agricolis, uelut ex utero libero procedentes. 12 † & ex hoc contingentes ſuperatos ſecundum ueterem legem de aſcriptitiis, & colonis, continuare agricolis, quod naſcitur, aſcriptitium, & colonum fieri ſi ſola fuerit mulier libera [illegible] cum procreauerit [illegible]; tunc ergo nullo modo patimus [illegible] ex hoc penitus liberum uterum, utique talis mulier [illegible] fuerit, neque aſcriptitio, neque colono in hoc tantummodo caſu [illegible] lege. Sancimus ergo generalem legem, ut qui ex aſcriptitio, & colono natus eſt, patris naturam ſequatur. Sic ergo, & [illegible] collatoribus, erit P. C. In hoc ergo [illegible], præteritam diſpoſitionem depoſuimus, [illegible] tuam Celſitudinẽ ſancimus in omnibus [illegible], ut non exinde [illegible] aliqua dominis inferatur. Tua igitur glorioſa quæ nobis uiſa ſunt per hanc legem diuinam 13 † ſignificantem effectui mancipare feſtinet, imminente decem librarum auri, qui eam uiolauerit, aut concesſerit uiolandã. Dat. ſub Idib. Aprilis Conſt. Imper. Do. N. Iuſtiniano Aug. Anno 14. Iuſtiniano Conſule.

9 † R. [illegible]
10 † PP. [illegible] lyrici.
11 † In [illegible] piam Lugdunenſius.
12 † L. [illegible].
13 † ſignificata [illegible].

Conſtitutio Iuſtini Imp. de filiis liberarum, in Africam directa.

Imp. Cæſar. Fla. Iuſtinus fidelis in Christo mã ſuetus, max. muſbeneſactor, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Vuandalicus, Africanus, pius, felix inclytus, victor, ac triumphator ſemper Auguſtus Theodoro.

1 † ſtraque

DIE. Noſtraque pro vtilitate Reipublicæ ſubtiliter [illegible] propẽramus renouare 1 † quanta in locis oportuna [illegible] neceſſaria, & maxime pro tributis [illegible] aliquid agere [illegible]. Suggeſſit autem tua magnitudo maximam partem poſſ[eſſ]orum Africanæ prouinciæ [illegible] agros [illegible] ex libera matre, & adſcriptitio [illegible] eſſe, quod contrarium eſt [illegible] antiquis, cum [illegible] manifeſte [illegible] [illegible] in quibus nati ſunt, dimittentes, & in aliis habitantes locis [illegible] dominos prædiorum minuere, & hæc dicentes ſupplicauerunt corrigere hoc capitulum apud illam prouinciam, [illegible] & pater noſter piæ [illegible] legislator in Illyricia [illegible] prouinciam fecit, conſtituens illos, qui naſcuntur ex libera matre, atque a [illegible] patre liberos eſſe cum ſuis rebus, ſed tamen colonos, vt non liceat terrulas, vbi nati ſunt, relinquere, & alienas colere. Hic igitur noſtræ [illegible] ſuggeſtione tua relatis neceſſarium eſſe perſpeximus, [illegible] noſtros [illegible] ſanctiones publicas [illegible]. Vnde ſancimus in Africana prouincia filios ex libera matre, & adſcriptitio patre productos liberos quidem eſſe, & [illegible] habere, [illegible] tamen colonorum eſſe, & non poſſe [illegible] prædia, in quibus nati ſunt, & [illegible] alienas, ſed [illegible] in quibus [illegible] [illegible] neque prædiorum [illegible], terras vbi nati ſunt excolentes. Theodore parens chariſſime atque amantiſſime. Quæ igitur per hanc diuinam pragmaticam ſanctionem noſtra [illegible] tua magnitudo, quam qui poſt te eandem adminiſtrationem adepti fuerint, [illegible] effectui mancipare, obſeruareque procurent. Dat. kalen. Mai. Conſtantinopoli Imperio D. N. P P. Aug. Iuſtini Anno 5. Indictione tertia. [Et ſubſcriptio Imperialis. Vale Theodore parens chariſſime, atque amantiſſime.] & Quæſtor legit. Dat. kal. Mai. CP. Imp. D. n. noſtri Iuſtino PP. Aug. Anno 5. poſt Conſ. eiuſdem Domini noſtri anno ſecundo.

SACRVM PRAGMATICVM TIBERII AVGVSTI,

De confirmatione Conſtitutionum Iuſtini Imperatoris de filijs colonorum, & Liberarum.

In nomine Domini Ieſu Chriſti.

Imperator Cæſar Flor. Tiberius Conſtantinus in Chriſto manſuetus Maximus benefactor, & Fl. Nob. Tiberius Mauritius feliciſſimus Cæſar, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vuadalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator ſemper Auguſtus Theodoro.

CONSVETVM, & peculiare noſtræ manſuetudinis remedium neceſſitatibus ſubiectorũ noſtrorum imponere [illegible], ſuggeſtione viri Beatiſſimi Publiani, Antiſtitis Carthaginenſium ciuitatis, & poſſeſſorum eiuſdem Africanæ proconſularis prouinciæ libenter ſuſcepimus; per quos pragmaticam ſanctionem Iuſtini diuæ memoriæ patris noſtri pro conditione ſobolis ab adſcriptitio patre, & ingenua matre ad Theodorum tunc præfecturam tuam agentem ante tempus emiſſam, firmam illibatamq; noſtris etiam aſſatibus continui ſupplicauerunt, vt cultura terrarũ permaneat, nulla lege, vel machinatione, & ab ea ſeparari valeant. Confidentes itaque collatoribus Africani tractus, ſancimus, eandem pragmaticam ſanctionem, & eius diſpoſitionem, omnibus modis, ex quo data eſt, ſuas vices habere, & inſertã ei auctoritatẽ vniuerſis dñis terrarũ opitulari, ut liberi procreati a matre ingenua, & patre adſcriptitio, vel colono ruſticitatem paternam cognoſcant, & operibus ſuis conſuetos reditus his, quibus ſuppoſiti ſunt, ſubminiſtrent, deterioris quidem conditionis [illegible], ipſius autem cenſitus vbi nati ſunt, recedere, & in aliis quibuſcumque locis degere non permittimus. Theodore parens chariſſime, atque amantiſſime. Illuſtris igitur, & magnifica auctoritas tua hanc pragmaticam ſanctionem in æternum valituram, edictis propoſitis omnibus habitatoribus Africanarum partiũ innoteſcat, vt omnibus pateat, qualem pro vtilitate eorum prouidentiam gerimus.

Et ſubſcriptio Imperialis.

Diuinitas te ſeruet per multos annos parens chariſſime, atque amantiſſime. [& Quæſtor legit.] Data 3. Id. Aug. CPL. Impe. Domini noſtri Tiberij Conſtantini PP. Aug. Anno 3. & P. C. L. eius Anno 3. & R. nob. Tiberij Marc. Feliciſſi. Cæſar. Anno primo.

IVSTINIANI IMPERATORIS EDICTA.

Henrico Agyleo interprete.

Edictum vbique locorum conſtitutis Deiamantiſſimis Epiſcopis, & ſanctiſſimis Patriarchis conſcriptum. Edictum primum.

PRAENVNCIVM hoc edictum eſſe voluit Imperator eximiæ illius conſtitutionis, quæ de Præſidum creatione, ac officio præcepta eſt cõplexus. Id autem ſeorſum ab illa politum cum quem in finem editum eſſet, non ita cognoſci potuiſſet, recte profectum illuc eſt reductum. Quod ſane vbi illo loco Haloander vetuſt, 2 † id vero in lucem ponimus, noſtroque labore [illegible].

2 † ſupra in nouel. poſt conſtitu. 8.

Ne Præſides in 3 † fiſcalibus cauſis fidem publicam dent. Edict. ij.

3 † ἄρχοντας ἀσφαλίας.

Idem Imperator Ioanni Prætoriorum Præfecto.

EX iis, quæ a gloria tua ſine ſcripto ad nos relata ſunt, non exiguam publicorum tributorum [illegible] difficultatem prouinciarum Præſides, dum quibuslibet fidem publicam [illegible] cognouimus. Eos enim, qui tributa publica [illegible], [illegible] ſecuritatem, atque [illegible] mentum prætendentes, quod [illegible] ipſis præſidium ſit, [illegible] partem retinere, & cum aurum [illegible] data fide publica abuti. Miſſa igitur ad Excellentiam tuam hac ſacra pragmatica forma, [illegible] omnibus clariſſimis Prouinciarum Præſidibus [illegible], ne in fiſci cauſis fidem publicam dent. In [illegible] ante ſolutum cauſi [illegible] liceat, ipſis iis, qui id deſiderant, fidem publicam dare; [illegible] certum tempus, qd non continuo potuerunt, vbi elapſum fuerit, denuo

repe-

[illegible]onare. Sciant verò omnes, quòd, vbi tales ſecuritatis promiſſiones ab illis acceperint, nullam inde vtilitatem ſenſuri ſunt, ſed facultas cuicunque ſit, cui hoc iniunctum eſt, vt quæ ab illis debentur, publica tributa perſoluat, vt illos comprehendat, vt quæ illis in prouincia data fides publica fuerit, in nulla re ipſis vtilis futura ſit. Cæterum illi ſoli ſecuritatem habeant, qui aut ad ſacram noſtram iuſſionem, aut ad Excellentiæ tuæ mandata ſecuritatis promiſſiones abſtulerint.

Poſteaquàm etiam à gloria tua edocti ſumus, quomodo nonnulli in diuerſis prouincijs inquiſitione in eos, qui ſe hæreticorum erroribus dediſſent, facta, cum multos ſubditos hanc ob cauſam comprehendiſſent, ſportularum ratione, magnam vim auri ab ipſis ceperint; ſancimus, vt qui id auſi ſunt, & comprehendantur, & ad clariſſ. prouinciarũ præſides adducantur, poſt probationes, quod ceperint, in triplum refuſuri, vt ſimplum, qui damno affecti ſunt, reddatur; duplum verò in fiſcum inferatur.

Porro qui in vicariana cohorte, quæ ſpectabili Aſianæ iuriſdictionis vicario paret, locum, & ordinem obtinent, ſuo bonorumque ſuorum periculo publicorum tributorũ illationi incumbant, cum quidam, qui in prouinciali cohorte numerantur (quomodo & id ad noſtram pietatem Excellentia tua retulit) deficiant, numerusque ipſorum in paucos admodum coarctetur: clariſſimus verò prouinciæ Phrygum Pacatianorum gentis Præſes, iam à longo tempore Vicarij Magiſtratum ad ſe ſumpſerit. Qui ergo in vicarianam cohortem referuntur, facultatem habeant, vt ex Vicarij, qui nunc eſt, & pro tempore futurus eſt, iuſſu, publicas contributiones exigant, illasque fiſco inferendas curent.

Conſtituimus etiam, vt qui in quacunque prouincia prouinciales tributorum ſusceptores ſunt, in probationibus 1 † quas faciunt quod ipſis perſolutum aurum eſt, diſtincte [illegible] ponant, quantum occaſione cuiuſ[illegible], quæ Excellentiæ tuæ [illegible]entiæ, quæ quæ ſacris noſtris largitionibus competunt, tranſfuſum [illegible], et perſolutam quantitatem per huiuſmodi probationes euidenter explicent, & manifeſt[illegible] denique qui facultatem habeant, vt quæ ex alijs titulis acceperint, in alios transponant, & accepta ferant. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur legem, ea excellentia tua ad effectum deduci præcipio.

1 † ἀντιγρα-φεῖς.

De Armeniorum ſucceſſione. Edict. iij.

ARMENIOS priſtina iniuſtitia liberatos tum ad noſtras per omnia leges deducere, tum decora æqualitate donare volumus. Et quoniam barbaricam quandam, inſolentemque, & quæ neque Romanis, neque noſtræ Reipublicæ deceat, apud ipſos eſſe legem nuper didicimus, quomodo nempe maſculi in parentum hæreditatem ſuccedant, fœminæ verò non item: iuſſa præſenti ad Magnificentiam tuam ſacra lege, decernimus, vt ſucceſſiones æquales 2 † ſint, & quæ de viris, mulieribuſque Romanorum legibus conſtituta ſunt, hæc etiam in Armenia obtineant. Sane idcirco illis noſtras etiam leges tranſmiſimus, vt in eas oculos conuertentes, ad præſcriptum illarum Rempublicam gubernarent. Quoniam verò, quæ præcedunt, ea omnia commouere noluimus [illegible], ſtatuimus, vt hæc lex inde ab initio pij noſtri imperij vim, & vigorem habeat: vt ab eo tempore ſucceſſiones defunctorum ſucceſſiones hunc ad modum fiant, præterquam, ſi qui iam tranſegerint, aliove modo ſe inuicem [illegible]. Si enim tale quidquam factum ſit, id in ſuo tenore permaneat, nullaque modo commoueamus, iubemus. Porro mulieres à præſenti tempore communi etiam prædiorum, 3 † quæ generatim ſucceſſione cantur (quæ ſunt, quæ inde à principe generis in familia manſerunt) participes eſſe volumus. Si verò inueniſſi non [illegible] nullus contingat, qui filias, quamquam non vocarentur ab inteſtato ad ſucceſſionem, hæredes tamen ſcripſerit, illæ ſimiliter, quique ex illis nati fuerint in res generatim ſucceſſionis participes ſint. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram declarantur legem, Excellentia tua, & cuſtodire, & ſibi tradere ſtudeto, vt leges noſtræ per omnia obtineant auctoritatemque habeant. Ac præſens quidem lex ab initio Imperij noſtri (vt iam diximus) incipiat, & ſimul in omne tempus extenſa, in poſterum omnibus modis in Republica vim habeat, atque ab omnibus obſeruetur. Dat. Kal. Aug. Baſilio V.C. Conſ.

2 † Mares, & fœminas vocat Iuſtiniani conſt., ſæ. maximũ vitium. C. de lib. præter. idque æqua ſanc. &c.

3 † Sic & legitimæ vſuſfructus cũ proprietate relinquendus eſt. Noue. 18. §. prohibemus.

De Magiſtratu Phœniciæ Libanicæ. Edict. iiij.

Idem Imperator Ioanni glorioſiſſ. ſacrorum per Orientem prætoriorum Præfecto, [illegible] item Exconſuli, & patritio.

MAGISTRATVS creari oportere gratuito 4 † iam lex noſtra præcepit, quam ſane, & auctoritatẽ per omnia obtinere volumus. Poſteaquam verò omnia ad ſubditorum beneuolentiam demerendam, locorumque cuſtodiam, & munitionem vndique indagantes, Magiſtratus partim coniunximus, partim diuiſimus, alios in aliam, atque aliam formam transformauimus, nonnullos verò ſublimiores fecimus, nonnullisque maioribus, quam quæ tunc [illegible] decorauimus, Prætores, Conſules, Moderatores, & Comites, præter priſtinam conſuetudinem in Rempublicam introducentes, omniaque ad ipſius vtilitatem ſpectantes, oportere etiam putauimus, vt Magiſtratum Phœniciæ ad Libanum ex [illegible] in Spectabilem tranſferamus, & Moderatoris formam [illegible], tum etiam annonas ad decem auri libras aſſignemus: [illegible] verò [illegible] nihil [illegible] debeat. Interim apud [illegible] [illegible] tractatur, pro nuper attributo illi munere, quæ & beneficium [illegible] ex canone [illegible] prouinciæ clariſſ. pro tempore Spectabilem tribunorum notariorum [illegible] denas auri libras in ſingulos annos dare, quibus [illegible] contentus eſſe debebit. Moderator [illegible] omnia [illegible]. Et quatenus [illegible] noſtra conſtitutio permittit, [illegible]. [illegible] primum [illegible] Phœnicum regione eſt [illegible], qui præcipua ipſius [illegible], quæ [illegible] ex [illegible], aut de Reipubl. ſtatu, aut de [illegible] procedunt, pareant. Quæ [illegible] conficit [illegible]. [illegible] Excellentia tua hæc [illegible] cognoſcens [illegible] decem libras auri in annonas aſſignatas, [illegible] continuat [illegible] commeatus ſunt, vt [illegible] à publicarum rationum procuratore Spectabilis clariſſ. tribunorum notariorum prima [illegible], neque verò præterea [illegible]. Moderator [illegible], & cum Moderatoribus [illegible], & [illegible] ordo [illegible], vt [illegible]. Quæ verò de Moderatorum, [illegible] Magiſtratuum ſtatum in ſacra noſtra conſtitutione à nobis, vt dictum eſt, ſcripta ſunt, ea omnia, & in illo locum habeant. Sane [illegible] delmatorum illi [illegible] ſubrog[illegible] [illegible], pleniſque [illegible] omnino [illegible]. In his porro iam [illegible] rebus Spectabilis Dux nihil communionis habebit. Nolumus enim [illegible] illi commercij 5 † eſſe, aut cum [illegible] Spectabili Moderatore certo aſſignatis, aut cum plebeiorum quoquam, aut cum [illegible] controuerſia, quæ inter ſe habuerint, aut [illegible] plebeiorum, in quos [illegible] nullum [illegible], [illegible] [illegible] & [illegible] adminiſtrationem permultum intereſt, ac [illegible] hæc oporteat, quam admodum partes Reipublicæ [illegible] ordinatum, & conſtitutum. Ac ſciant Spectabiles Duces, quod ſi rebus ciuilibus ſe ingerere audeant, [illegible] Magiſtratum non retinebunt, & huic Magiſtratui ſubijciendi erunt. In nullis namque ſe interponere hunc Magiſtratum Ducis [illegible] eſſe volumus. Volumus [illegible] (quemadmodum dictum eſt) quam vehementiſſime publicarum contributionum exactioni incumbat, plebique [illegible], & ne Spectabilibus Ducibus, neque clariſſimis Tribunis, neque cuiquam potentium dominum; [illegible] ſacro quidem noſtro patrimonio, aut ſacris noſtris priuatis, aut ſacræ noſtræ domui, qualeſcunque tributarijs noſtris damnum inferre permittat: vt neque etiam demiſſo animo, neque [illegible], ſed [illegible] in [illegible] ſubditis præſit, omniaque faciat, quibus alij Mode-

4 † Nouel. conſtit. 8. § his omnibus.

5 † ἐπιμιξίαν.

Moderatores ex præſcripto obſtricti ſunt, atque ita rerum ſumma ab ipſo adminiſtretur. Illud ſane etiam fieri, & obtinere uolumus, ut ſpectabiles Duces inde annonas auferant, unde ſpectabilis Prouinciæ Moderator eas auferendas conſtituerit, propterea quod manifeſtum ſit, eos non tam ſocorditer ad res animum aduerſuros eſſe, ut quæ ſibi competant, petere non poſſint. Sciant uero, quod ſi prætores hęc quippiam fecerint, uiginti librarum auri mulctam 1 † perſoluent. Quæ igitur nobis placuerunt & per hanc ſacram declaramus legem, excellentia tua effectui, & fini tradere ſtudeto.

1 † ανυπέ-

De tempore 2 † actionum, quæ ſacris locis competunt. Edict. v.

2 † Græcũ exemplar ita habet, περὶ λεγομένων καὶ περὶ ἀφαιρέσεως τῶν πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν παραγραφῶν ... [marginal note, partly illegible]

QVOD medicamenta morbis hoc ius præſtat controuerſijs. Vnde cognoſcere eſt, quæ recte ſe habere cuipiam uiſa ſint, ſæpe numero effectum habuiſſe proſus diuerſum, & quod cuiuſque ratio, ac coniectura ſore utile exiſtimaſſet, ex ipſa experientia inutile inuentum eſſe. Arguit hoc etiam præſentis conſtitutionis neceſſitas, in qua quod nuper priuilegium ex pio propoſito ſanctiſſimis eccleſijs, monaſterijs, & alijs uenerabilibus locis per noſtrã conſtitutionem conceſſum, neceſſaria quadam correctione reformamus. Siquidem cum aliquot ab hinc annis ad centeſimum uſq; annum præſcriptionis circulum uenerabilibus locis extendi iuſſerimus, 3 † permultæ ex illius legis lationis laxitate controuerſiæ motæ ſunt, ac uelut antiquorum uulnerum obductæ cicatrices in oculos denuo incurrerunt, uerum; curari illæ, ſanitatique reſtitui non potuerunt: quippe quæ probationum difficultatibus impedirentur. Propterea ꝙ per tantum ſeculi, ne dicam temporis ſpatiũ; neq; probationibus integritas, neque actis fides conſtare, neque etiam teſtibus uita ſuppetere poſſit. Quamobrem cum liberalitati noſtræ controuerſiarum anguſtia, arctiorque uelut ambitus non reſpondeat, adhibita ratione ſimul, & religioſe dictum prius legium retractantes: id ad poſſibilem modum ab ipſa experientia inducti deducimus: iubemusq;, vt in controuerſijs, quas antehac triginta annorum præſcriptio ſuſtulit, nunc in rebus eccleſiarum, monaſteriorum, xenodochiorum, orphanotrophorum etiam, brephotrophiorum, & ptochiorum quadraginta 4 † annorum dilatio inducatur. Ea uero iuris ratio, & virtus, quã triginta annorum præſcriptio vindicare ſolita eſt. circa alias, & perſonas, & res integra interim, & ſalua maneat. Solis namque (vt dictum eſt) venerabilibus locis eorumq; iuri, & contractibus hoc decem annorum auctarium elargimur, vt exacte hoc temporis ſpatio, tum perſonales, tum hypothecariæ actiones in perpetuum conquieſcant. Aliarum autem præſcriptionum nihil omnino imminuimus, & annalem, triennalemq;, 5 † & quæ aliæ in longiora, anguſtiorave tempora producuntur, uim, roburque ſuum obtinere uolumus. In ſolis etenim (vt dictum eſt) uenerabilium locorum controuerſijs religioſos contractus memorato quadraginta annorum priuilegio perfrui uolumus, in quibus centum annorum priuilegium illis conſtitutio noſtra concedebat. Illud uero in cõfeſſo ſit, ꝙ ſi quæ cõtrouerſiæ ante hanc noſtram conſtitutionem ab eccleſijs, reliquiſque ſacris locis, quocunque loco motæ iudicis auctoritate, & ſententia, tranſactionisve modo finitæ ſint, eas reſricari, redintegrariq; nolumus. In reliquum autem tẽpus ijs, quas ante hac octo luſtrorum ſilentio ſopitas, nondum, aut moueri, aut motas terminari contigit, recte hæc conſtitutio opponetur. Illuſtris itaque tua, magnificaque auctoritas, quæ per hanc generalem legem noſtra ſtatuit Serenitas, ea ut, propoſitis edictis, ad omnium notitiam deueniant, curet.

3 † Nouel. Conſt. 10.

4 † Sic & quarta decimæ 40. anno. ſpatio præſcr. ius antiq.

5 † De quo in ca. placuit, vbi Alciat. de præſcrip.

Edictum pientiſſimi Domini noſtri. Iuſtiniani. vj.

COGNOVIMVS quomodo poſt caſtigationem Domini Dei benignitate immiſſam, qui negotiationes, & ludos literarios exercent, diuerſi etiam generis artifices, & agricolæ inſuper, & nautæ, cum potius meliores illos fieri oporteret, lucri cupiditati ſe dediderint, & duplicia, triplicia que pretia, ac mercedes, præter veterem conſuetudinem requirant. Viſum igitur eſt per ſacrum edictum omnibus interdicere deteſtandam iſtiuſmodi auaritiam, & ne quis in poſterum cuiuſcunque diſciplinæ, aut artis magiſter, qualiſcunque etiam negotiationis negotiator, qualiſcunque demum agriculturæ agricola, quam vetus conſuetudo ferat plus pretij, mercedisve nomine exigat. Iubemus uero etiam, ut ædificiorum, & colendæ terræ, aliorumque operum menſores nihil amplius operarijs imputent, & illis antiquam conſuetudinem conſeruent. Hæc autem obſeruare iubemus, & eos, qui qualiacunque opera demandant, & eos, qui aliqua redimunt. Siquidem nec ipſis amplius, quam more conſtitutum ſit, dare concedimus. Sciãt uero, qui quicquam amplius, quam pro ueteri conſuetudine, requirunt, quod triplicem quantitatem in fiſcum inferre cogentur, ſi ſupra id, quod ab initio conſtitutum fuerit, cepiſſe illos quicquam, aut dediſſe oſtenſum ſit. Hæc porro inquiri, ac uindicari iubemus, & ab Excellentia tua a glorioſiſſimo fœlicis huius urbis Præfecto. Volumus enim per uos ab huius noſtri edicti tranſgreſſoribus conſtitutam pœnam exigi, ſupplicioque illos ſubdi; ita vt quæ uobis parent, cohortibus, quinque librarum auri mulcta incubitura ſit, ſi quid ex his, quæ a nobis conſtituta ſunt, neglectum fuerit. Data 11. kalen. Apr. Conſtant. DN. Iuſtin. PP. Aug poſt Baſil. V.C. Conſ.

Forma pragmaticæ, de argentariorum contractibus. Edict. vij.

In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri.

Imperator Cæſar Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Franciſcus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vuandalicus, Africanus, pius, fœlix, inclytus, victor, triumphator, omni æuo adorabilis Auguſtus.

QVemadmodum uirtutis uis in rebus aduerſis ſemper elucet, ita etiam Imperatoria cura, & gubernatio in ſubditorum controuerſijs manifeſta fit. Et optandum quidem nobis eſt, ne quid unquam Reipublicæ noſtræ aduerſi eueniat: uerum ſi aut rerum humanarum mutabilitas, aut commota ad id diuina voluntas mortalibus mala immittat, ut deſuper benigne inducta caſtigatio, Imperatoriæ curę benignitatiſq; occaſio, atque fundamentum ſit, conueniens eſt. Quod ſane hoc tempore ita euidenter accidit, vt opus expoſitione non ſit. Cum enim mortis aculeus, & periculum omnia loca peruagata ſint, quod quiſque ſenſit, neminem audire neceſſe eſt. Quando itaque multa ex improuiſo inciderunt, quæ non temere tempus aliud induxiſſet, qui in corpore ac collegio argentariorum recenſentur ad nos acceſſerunt, dicentes, Hæredes nonnullos, ac ſucceſſores quorundam, qui, ſcriptura non interueniente, ab argentarijs aurum, aut argentum etiam aut alias ſpecies acceptiſſent, ad perfidiam, improbitatemque ſpectare, quod, videlicet, neq; qui cepiſſent, ſupereſſent, neque ipſi hæredes, ſiue ſucceſſores, cum contractus conſcripti non eſſent, cõuinci poſſent. Huic igitur rei mederi conantes, ſtatuimus, vt qui ad hunc modum iudicium ſubeunt, oculis in conſcientiam defixis, expreſſe, ac plenè, quæ illis, in quorum bona, & ius ſucceſſerunt, ab argentarijs data ſint, confiteantur: vt etiam ſuperſtites aliqui, eius collegij, cum quo contraxerunt, argentarijs id ipſum faciant. Idem etiam à ſeruis, qui ab ijſdem iudicibus examinantur, fieri iubemus. Sciat vero vtraque pars, ſi miniſtrorum teſtimonio, aut quæ cum iureiurando fiat diariorum productione, aut alia etiam aliqua ſufficienti probatione res conuincetur, quod qui ita improbè, & ingratè egerint, quæ fraudulenter, & per improbitatem negauerint, in duplum dependent, ſiue rei veritatem occultauerint, ſiue illam cognoſcere neglexerint.

Alterum ad nos ab eiuſdem corporis argentarijs relatum caput eſt. vt neque ab illis, cum quibus contraxerunt, confeſſiones, tabulæ, aut ratiocinia ipſorum manu conſcripta, ſibi exhibita ſunt, poſteaque in dubium deuocantur, illa ipſi per publicorum inſtrumentorum collatio-

collationem probare tentantur; propterea quod ipſorum collegium multis, & præcipue nobilibus credat, qui contractus ſuos publicari, aut ſtatum rerum ſuarum manifeſtum fieri non ſuſtinent, noluntque (vt conſentaneum eſt) eo modo exiſtimationem ſuam minui; ſed vt propria manu (vt dictum eſt) conſcriptæ literæ eandem cum publicis inſtrumentis vim obtinerent. Et in hoc mediam quandam nos uiam ingreſſi, qua & argentarius aduerſus eos, qui de talibus capitulis litem mouebunt, & tutius hoc aduerſus illos vti uolumus, ſtatuimus, ut ſi huiuſmodi illorum, qui contraxerunt, propria manu ſcriptas literas argentarij proferant, quas, aut ipſe, cuius eſſe dicuntur, aut ipſius hæredes, ſucceſſoresve non poſſunt cum iureiurando abnegare, tanquam proculdubio ab illo, cuius præ ſe nomen ferunt, ſcriptæ ſint, numeratam pecuniam non eſſe, opponi nequeat. Inſuper vero ſi argentarius ex publico inſtrumento 1 † propriæ manus ſcripturam confirmare poſſit, aut ipſe quidem id negligat, aduerſarius verò ex alterius publici ſcripti comparatione ſcripturam illam, ut falſam redarguere nequeat, tunc ex inſtrumentis, quæ illorum manu, de quibus agitur, conſcripta eſſe certo conſtat, & teſtium ſubſcriptione ſtabilita ſunt, ad ea eorundem ſcripta, quæ ab argentarijs, aut aduerſus eos, ab his, qui contraxerunt, proferuntur, comparatio fiat, firmaq; ſint, nec minorem, quàm publica inſtrumenta, vim, & auctoritatem habeant, non ex firmitate, & vigore qui illis inſit, ſed ex ſola forma. Nihil etiam præiudicij in hoc ſupplicibus ſit, quod in ſcripto ab his, qui contraxerunt, ipſis dato, hypothecæ, aut hæredum, ſucceſſorumve nomina non ſint.

1 † Non n. [illegible]. ſed [illegible] legendũ eſſe, ex ſequentibus mihi recte colligere videor.

Eiuſdem porro corporis argentarij, ſimiliter etiam, qui cum illis contrahunt, dummodo ſimiles aduerſus illos actiones moueant, facultatem habebunt, vt ſi qui defuncti propter inopiam hæredes non habuerint, debitores vero reliquerint, aut res aliquæ, quæ ad ipſos pertineant, apud aliquos depoſitæ, oppignorataeve inueniantur: aduerſus debitores uel illas res competentes actiones moueant, & ex illis ſatisfactionem ſibi parent. Idem etiam ipſis 2 † in bonis illorum, qui cum ipſis contraxerunt, & debent, dum illi adhuc uiuunt, ſeruabitur, vt ipſis ſiue actores, ſiue rei ſint, ſi uelint, tametſi in inſtrumentis hypothecæ nulla mentio in ſit, hypothecarias tamen actiones mouere liceat, quaſi ex naturaliter argentariorum, eorumque, qui cum ipſis contrahunt, contractus committentur. Habebunt uero id etiam ut tempore poſterioribus creditoribus præferantur. Non æquum enim eſt, à noſtrorumq; temporum iuſtitia alienum, eos, qui bene de alijs merentur, rebus ſuis priuari, qui uero debent, ſuperbire de alieno.

2 † [illegible], hic ſub intelligi, aut qđ credibilius eſt, omiſſum eſſe, & loci natura, & [illegible] ſiue adiuncto poſitum ſatis iudicio eſt.

Illud ſane etiam in illorum ſubſidium adijcimus: quoniam enim qui ab ipſis ineuntur contractibus, uehementer Nouella noſtra lex repugnat, quæ iubet, ne creditores aduerſus eos, qui aliquid a debitoribus emerint, prius iudicio agant, quàm principales debitores per ceſſionem bonorum non ſoluendo eſſe conſtet (id quod admodum illis graue, & moleſtum fuit; propterea quod qui emunt, uelut ex conſuetudine quadam, & ob euictionem fideiuſſores quærant, & aliam ſibi omnem ſecuritatem parent; ipſis uero id neque conſuetudo, neque in conficiendis contractibus celeritas permittat) per præſentem ſacram pragmaticam formam, quam ſpeciali munificentia ipſis elargimur, quæque alteri perſonæ, collegio, corpori, aut officio nullo modo competat, ſtatuimus, ut & ipſi, & qui cum ipſis contrahunt, quando aduerſus ipſos actiones inſtituunt in inquirendis, perſequendiſque rebus, in quibus ipſis tempus prærogatiuam præbet, tali priuilegio utantur, quale ante legis noſtræ lationem habuerunt, ut probatione debitores bonis ceſſiſſe non grauati, ſiquidem ſatisfactionem a principalibus conſequi nequeant, aduerſus res ab illis abalienatas, & ex ſpeciali, generalive hypotheca ipſis obnoxias in quibus (ut dictum eſt) antiquius, quàm alij creditores ius habent, actionem mouere poſſint. Exiſtimamus n. quæ prædicto argentariorum corpori, & qui cum ipſis contrahunt, conceduntur, in communem ſe beneficentiam extendere: ideo quod illi non paucis quibuſdam, ſed omnibus fermè, qui in uniuerſa Republica fiunt contractibus miniſterium præſtent.

Hoc quoque illis ad petitionem ipſorum concedere uiſum eſt, ut quando dicam, aliquibus impingunt, & ad promiſſionem decimæ partis adiguntur, ne ab illis fideiuſſiones exigantur ſed ſufficiat ipſorum hac de re factum promiſſum, quippe qui digni ſint, quibus per ſe credatur, cum ipſorum fides, & pro alijs ſufficere exiſtimetur. Illud manifeſtum ſit, quod ſi legi ſuccubuerint, nihil illis proderit, fideiuſſorem non dediſſe, ſed nihilominus decimæ partis pœnam depenſuri ſint, quemadmodum & actores illi. Inſuper & qui ab illis in ius uocantur, ſimilibus pœnis ſubijcientur. Hoc unum diſcrimen in hoc capite fuerit, quod (quemadmodum iam iam dictum eſt) actoribus, qui in collegio argentariorum ſunt, fideiuſſorum datio in decima parte per ſpeciale noſtrum beneficium condonata, & remiſſa ſit.

Quoniam uero quòd ſupplices ad diuerſa tribunalia protrahuntur (idcirco, quod eorum, qui cum ipſis contrahunt, infinitus numerus ſit, & ut contingit, pauci probi ſint, & grati) non ſolum ipſis damnum, uerumetiam communibus rebus impedimentum inferri compertum eſt; etiam in hac parte priorem noſtram circa illos prouidentiam imitamur ac iubemus, ut ſpeciales illis iudices ſint, ſiue in ius uocent, ſiue uocentur, & prudentia tua, & Petrus glorioſiſſimus ſacrarum noſtrarum largitionum Comes, Conſularis, Patritius: ut apud utrunque horum mouendæ inter ipſos, & alios qualeſcunque controuerſiæ: aut etiam apud iudices ante hac a nobis illis datos, ac deinde defunctos iam motæ examinentur, atque breui finem, qui noſtris legibus conueniat, capiant, & ſupplices præteritorum uexatione liberati, officio, & rebus ſuis uacent; tantoque candidius, & libentius ſubditorum contractibus operam nauent, quanto minore improbitate, & ingratitudine tentantur, aut qui improbi eſſe conantur, iniqua illis damna inferre non ſinuntur.

Porro poſtquam & aliam nobis doloſorum hominum fraudem expoſuerunt, denunciantes, quomodo quidem a dicti collegij argentarijs pecunias mutuari, aut mutuantes, emerint, aut emant poſſeſſiones immobiles nomine ſuarum uxorum, aliorumve quorumpiam, qui ipſis coniunguntur; quo uidelicet generalem illam acquiſitorum, acquirendorumque bonorum oppignerationem circumſcribant: nonnulli etiam, quæ ſibi debentur, a debitoribus, aut in pecunijs, aut omnino in immobilibus, rebus recepturi, non in ſuam perſonam, ſed (quemadmodum dictum eſt) aut uxorum, aut cognatorum huiuſmodi ſolutionem, ceſſionem, aut uenditionem faciendam curent, quo per huiuſmodi rationem inopiam prætendere poſſint, ipſi uero qui ex dicto argentariorum corpore de illis benemeriti eſſent, hos quibuſcum contractum iniiſſe non uideantur, in ius uocare nequeant: in hoc quoque capite parem munificentiam argentarijs, & qui aduerſus ipſos ſimiles controuerſias mouent, exhibentes; iubemus, ut ſi debitorum quempiam dolo feciſſe, quo minus res ſuas poſſideat, aut ius ſuum clam in alium tranſtuliſſe demonſtretur, liceat actoribus in rem, aliave legitima actione, id factum eſſe, oſtendere, aduerſuſque dictas res quaſi debitoris ſint, procedere, & undique technis pulſis indemnitati ſuæ, & in debito, & in hoc factis expenſis conſulere. Eam autem prudentię tuæ, memoratique glorioſiſſimi uiri diligentiam eſſe ſcimus, ut iam motas, nondum autem finitas, aut in poſterum etiam mouendas controuerſias ita diiudicaturi ſitis, ut neque ſupplices ex debitorum improbitate; aut fallacia iniuſtum diſpendium ſubeant, neque innoxij ex iniquis, obliquiſque commentis importunas euerſiones ſuſtineant. Ita uero etiam, ut quæ nuper ipſis petentibus præbita ſunt rata, & inconcuſſa maneant, & quæ per præſentem ſacram noſtram pragmaticam formã liberaliter conceduntur, ad mentis uoluntatiſque noſtræ ſcopum perficiantur: qui hoc agimus, ut omnes ſubditi recte & non captioſè in negotijs uerſentur, & 3 † quibus debetur quod miniſterium Reipublicæ negotijs præbeant, quieta uita fruantur, ac neutiquam per improborum machinationes iudicijs, quæque inde manant, difficultatibus, & diſpendijs implicentur.

3 † Quaſi hic [illegible], ita uero non ideat, non puto quẽ quã mihi ſuẽ tacitarum.

Cæterum quod in quoque dictorum capitum ſpecialiter poſuimus, id in orationis obſignatione, & fine generaliter ponere uiſum eſt, ut omnibus prędictis his, qui in prædicto argentariorum corpore recenſentur, eorumque heredibus, & ſucceſſoribus, 4 † in quibus aduerſus argentarios actiones mouent, æqualia priuilegia ſint. Conuenit enim, ut utraque pars eam ſimplicitatem, integritatemque in contractibus, ac negotijs ſuis ſeruet, quam ſibi ab altero ſeruari uelit.

4 † Quod deeſt (deeſſe autẽ quiddam nõ orationis ſtructura modo, uerũetiã ſenſus, indicat) tale eſſe certo mihi colligere vĩ, tu etiã illis, qui cũ ipſis contrahunt, eorũq; hęredib. & ſucceſſoribus ac ei deinceps legi debere, in qb. reo. aduerſus argentarios. &c.

His demum per præſentem ſacram noſtram pragmaticam formam iuſſis, & hoc addimus, ut prudentia tua,

omneſque

omneſque magni Magiſtratus hos, qui in prædicto collegio recenſentur, conueniant, ut ſiue per edicta, ſiue per literas, ſiue per alium quemcunque conſuetum modum, ſeruato ſuo ordine competens ſubſidium conſequantur, polliceanturque illis aduerſus improbos ſuccurri; neque cogantur, & ipſi aduerſus alios improbi eſſe, ſed æquos atque bonos ſe illis, qui cum ipſis contrahunt, exhibeant: quippe cum id & tuæ, noſtrorumque temporum bonitati, & uniuerſæ Reip. contractibus, quorum præcipui, quodq; & maxime neceſſarij ſemper per prædictum collegium fiunt, conueniat. Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc ſacram pragmaticam declarantur formam, prudentia tua, & quicunque alius Reipublicæ noſtræ iudex firma ſeruato. Supplicib. verò hanc ſacram pragmaticam formam, vtpote, quæ tantam in præſenti propoſito, & prædictis tractatulis vim habeat, quantam in alijs negotijs generales noſtræ leges obtinent, in quocunque iudicio, & maiori, & minori producendi, illamq; recipiendi, ac inde ſubſidium conſequendi facultas eſto. Dat. 5. Kal. Mar. Conſt. Imp. Dn. Iuſt. PP. Aug. Anno 15. poſt Baſil. V.C. Conſ.

De Pontici tractus vicario. Edict. viij.

Idem Imperator Baſſo glorioſiſſimo ſacrorum prætoriorum Præfecto.

SVſcepturos ciuiles Magiſtratus Pontici tractus prouincijs exiſtimantes, præpoſitum quondam illis locis vicarium medio poſt tempore inhibuimus, nihil eorum, quæ poſtmodum ab illis facta ſunt, commiſſuri extantes. Atqui poſteaquam ex rerum experientia cognouimus, in prouincijs hiſce homines habitare latrocinijs, & cædib. innutritos, & homines * ferentes ſemper * congregantes & * armis utentes * * & his, effugiuntq; in has res conſtitutas pœnas, dum prouincijs, in quib. deliquerint, deſerunt, neq; prouincialium Magiſtratuum quiſquam ex attributa ſibi Prouincia egredi audet: et nos et quanquam præſe homines in Prouinciam emiſerimus, fiſcumq; ſtipendijs grauauerimus, nihil tñ amplius effecerimus, q̃ ad manum is Magiſtratus non eſſet, qui auxilium ferre, & itiuſmodi inſolentiam reprimere poſſet, reuocare uicarij Magiſtratum viſum eſt, & Galatiæ primæ Magiſtratu ad priſtinum ſtatum redacto, vt non niſi ciuilis ſit, quemadmodum antè erat, q̃ neq; illum ſublato vicarij Magiſtratu, dignitate, annonaque maiore decorauimus: vicarium denuo omnib. Pontici tractus Prouincijs præficere, ita vero, vt non ſolius Præfecti locum adimpleat, verumetiam glorioſi Magiſtri ſacrorum noſtrorum officiorū, glorioſiſs. et Ducum magnificentiſs. deniq; eorum Magiſtratuū, qui ſacro noſtro patrimonio, cubiculo et, & domeſticis, protectorib. præfecti ſunt: deinde itiuſmodi poteſtatem habeat, qualem cuiuſq; Prouinciæ Magiſtratus in ſua prouincia hře ſolet, ut neq; per dignitatem, neq; per ſacerdotium, neq; per cingulum, neq; per militiam, neq; denum per quodcunq; aliud quiſquam huius iuriſdictioni eximatur, ſed ad conſimilem modum omnes illi ſubſint, ſiue plebei ſint, ſiue et cingulo, dignitate, militia, aut ſacerdotio et decorati fuerint: idq; non in criminib. ſolum (non. n. militarem tantum hunc Magiſtratum facimus) verumetiam ſi quis de re pecuniaria litem inſtituere velit. Omnib. etenim hominibus, omnimodiſq; reb. Magiſtratum hunc cōem facimus. Reddimus autem illi, quod & ante habuit, ſacrum auditorium, vt controuerſiæ in aliqua Pontici tractus Prouincia prouocatione ſuſpenſæ, dummodo quingentos aureos non excederent, non in fœlicem hanc urbem deduci, ſed apud ipſum ſacrarum formam examinari debeant, ſiue ex ipſa ciuilium Magiſtratuum iuriſdictione prouenerint, ſiue et ex ſententijs cuiuſpiam magnæ huius urbis Magiſtratuum, aut ex noſtra iuſſione motæ ſint. Nemini uero poteſtatem facimus, ut poſtq̃ prouocatione ſuſpenſa controuerſia mota fuerit, altera prouocatione utatur. At ſanè ſi qua controuerſia ab initio apud illum cœpta ſit, eamq; prouocatio conſecuta fuerit, procedet prouocatio, quemadmodum ſolet, antequam Magiſtratū miſiſſemus, tanq̃ ſi medio tēpore nihil nouitatis euenisſet. Quod ſanè & in Galatiæ Præſide iubemus, quem ſimplicē denuo Magiſtratum fecimus, quaſi in illo nihil medio tēpore iam nouatum eſſet. Facultatem et huic vicario damus, ut a uicina hac Bithynia incipiens, uſq; ad Armenios ipſos, Trapezunta etiam, & Reip. noſtræ Perſas uerſus fines, in quamcunq; Pōtici tractus Prouinciam uelit, proficiſcatur, ut uelut ab initio ac primario, q̃ hucuſq; commiſſa ſunt, competentib. pœnis perſequatur, quorſum ſanè, & gladij ius illi concedimus: præcipue uero milites adornatos, ſi qui deſertis ſtationib. ſuis itiuſmodi ſe nequitiæ dediderint. Et ſi quidem criminib. obnoxium quempiam inuenerit, hunc cingulo priuet, qualecunq; et habeat, non expectans, donec eum Magiſtratum, ſub quo is militat, ea de re certiorem fecerit, tanquam qui illius Magiſtratus locum adimpleat, & in omnes omnino ius, & poteſtatem habeat. In quæuis etiam loca, & latifundia, ſiue ad ſanctiſſimas eccleſias, aut ad religioſa pertineāt monaſteria, ſiue etiam ad ſacra noſtra priuata, aut ad ſacrum patrimonium, aut etiā ad noſtram domum, aditum illi, & introitum cōcedimus, & (ut ſimpliciter loquamur) nullum omnino locum ipſius iuriſdictioni eximimus. Inſpectabit uero et militares tranſitus, an ſatis ordinatim prodeant, & ſi quicquam in illis cōmitti inueniat, id corriget, tum milites ipſos caſtigando, tū etiam ſubditis noſtris, in quibus iniuria affecti fuerint, ſatiſfactionem curando. Poteſtatem item concedimus, ut armis priuet, qui illa ad nullam militię neceſſitatem habent, illaq; in publica magnæ huius urbis armamentaria inferat. Inhibebitq; etiam adulteria, homicidia, latrocinia, præcipue vero mulierum raptus, rerum ereptiones, infeſtationes etiam, & uim, deniq; uniuerſum itiuſmodi delictorum cumulum, tanquam id præcipuum a nobis illi aſſignati Magiſtratus caput ſit. Refrenabit quoq; iniurios, ſiue ſacerdotes, ſiue Magiſtratus ſint, ſiue etiam nobiles, ſiue plebei: neque cuiquam, quod leges noſtræ non probent, facere permittet. Suſtinebit aūt controuerſiarum, & examinationes, diiudicationes, habebitq; propriam cohortem uirorū uicariorum ſeptuaginta, qui per ſacra noſtra probatoria ſtipendia facient, quæ ex illo ſcrinio præbebuntur, ex quo & olim ſolēt cum uicerant, eſſe. Reddimus illi mulas etiam, quot quondam uicario aſſignatas, nunc Prouinciæ Præſes in uſus ſuos, & miniſterium percepit. Cum n. hic aliud nihil, q̃ ciuilis Magiſtratus ſit, ſuperfluus ipſi illarum uſus eſt. Spectabili uero uicario, ut qui hac illac circumcurſare debeat, neceſſarium illarum miniſterium eſt. Obediet uero ipſi uniuerſus in illis locis conſtitutus exercitus, dictoq; illi audientes erūt domeſtici, & protectores, ſcholares etiam, & milites: ita ut præſidiali mandato, noſtrove iuſſu non indigeant, ſed ſuo iure Magiſtratus obedientiā, miniſteriūq; preſtent. Præſtabit autem quiſq; miniſterium, quo loco degit, extra quam, ſi qua iuſta, ineuitabiliſq; neceſſitas maioris auxilij indigna, ipſum huc adigat, ut ex uno loco in aliū transferre militem, neceſſe habeat. Vtetur porro præconis uoce, & lampadib. quatuor, quippe cum in hanc rem ſumptus a nobis conſtitutus ſit, quin & alijs omnibus, quæcunque ciuilis ſimul, & militaris Magiſtratus ſunt, inſignis. Vnde ad glorioſiſſimorum noſtrorum Ducum imitationem, & ad reſponſum miniſtrare illi iubemus: per quos milites, ſi quando ita ipſi poſtulabit, compeſcet, & in neceſſarijs rerū miniſterijs ac officio continebit. Quantum uero illi, aſſeſſori quoq; eius, & cohorti annonarum nomine aſſignauerimus, quantum etiam de reliquo Galatiæ primæ Præſidem pro ſe, aſſeſſore ſuo, & obediente ipſi cohorte habere oporteat; item quantum ipſum aut in ſacro noſtro palatio, aut in glorioſiſſimorum Præfectorum prætorio dare conueniat, per ſubiectam deſcriptionem omnibus fiet manifeſtum. Hunc autem nos Magiſtratum illis locis reddidimus, ut his, qui iniuria afficiūtur, in promptu auxilium eſſet, omneſq; qui in illis locis habitant, quib. haſtenus preſſi ſunt difficultatibus, liberarentur, & uero Magiſtratuum opera, quos tales illis locis præfecimus, ut ad omnem iniuriam, ac aliena inuadendi cupiditatem reprimendam ſufficere queant, quiete atq; recta legū moderatione fruerentur. Hæc igitur gloriæ tuæ manifeſta facere iuſſum eſt, quo ipſa cognoſcens, quid hac de re nobis nunc placuerit, id in omne deinceps tempus obſeruet, & quemadmodū in ſubiecta a nobis deſcriptione comprehenditur, annonas illi præbeat. Dat. 15. Kal. Octob. Conſt. Imp. Dn. Iuſtin. PP. Aug. Anno 25. poſt Baſi. V.C. Conſ. Anno 6.

De argentariorum contractibus. Edict. ix.

Imperator Iuſtinianus A. Triboniano Præfecto urbis.

COmmune collegij argentariorum, qui in hac magna urbe ſunt, libello ſupplici a potentia noſtra petijt, ut ſupra alia omnia, quæ ipſis munifice largiti ſumus, alio nunc etiam modo ſibi opitulari uelimus. Expoſuerunt autem quomodo nonnulli, cum debuerint, aut etiam debeant, quando pecuniæ, aut res ab ipſis reputentur, ꝙ ſoluendo non ſint, a ſe petant, ut puras ſponſiones ſubeant: & alias quidem hoc ipſum in pacti inſtrumentis conſcribere, & alias uero propter contrahentes fidē, & ſine ſcripto hoc facere ſibi mandent: ipſi autem illorum petitionibus cedentes, his, qui illis moleſti ſunt, certum tempus conſtituant, intra quod ſponſor omnino debitum transfundat: ſe itaq; ad hunc modum illis ſpondere. ac deinde ad diem liberaliter ijs, qui ſponſiones ſuſceperunt, ſatiſfacere: debitores autem interea, quaſi per ſponſiones ſatis cauerint, aut mutui forte ſyngraphas, obligationisq; ſuæ ſchedulas recipere, aut acceptilationes capere; quomodo item multi, cum parare ſibi rem aliquam voluerint, aut velint, ſibi mandent, ut pro ipſis pecuniam, aut rem aliquam ſe daturos ſpondeant, & illi quidem, quod affectauerint, obtingant. ipſi vero promptè pecunias, aut res transfundant. deniq; quomodo cum ita ſimpliciter 1 † mandantib. illis ſponſiones fiant: pecunias tamen aut res non aliter ſoluere velint, quàm ꝗ ſponſionem accepit, ſe pecunias, aut res accepiſſe teſtibus, aut ſcripto probet. unde cum ipſi pecunias, aut res dederint, qđ illi probationes, pecunias aut res datas eſſe, depoſcant, poſt modum contentionibus, ac controuerſijs irretiantur. Quæ res ſimul in præteritis, ſimul in futuris ſanè quàm perplexa illis eſt, & formidabilis, imo & impoſſibilis. Quiſnam eorum enim ijs aut pecunias, aut res ſpoponderint, vel ſpondent, ut cui ſponſæ ſint, vel ſpondentur, is probationem nó faciat, aut in publica inſtrumenta referat, quod eas acceperit, ad ſponſionem deſcendere velit? Ac idcirco perſæpe ſe fatigatos alijs cedere actiones, neq; hæc ſibi actionem intendentib. opponi ſolum, uerumetiam quibus actiones ceſſæ ſunt, aut ceduntur. Petierunt itaque, ut ab hac difficultate liberarentur: ut etiam, ſi quidem nulla omnino appoſita conditione, purè mandatum factum ſit, aut fiat, ut pecunias, aut res intra certum tempus transfundant, ſimulatque præfinitum tempus elapſum ſit, mandator ſibi, & quib. a ſe actiones ceſſæ ſunt, aut etiam ceduntur, ad debiti perſolutionem teneretur: idq; non ſolum ſi hoc, interueniente ſcriptura, mandauerit, uerumetiam ſi ſine ſcripto totum negotium confectum ſit. Nos ergo ſuccurrere iſti rei volentes (cum omni æquitate tamen, & iuſtitia, atq; ut in poſterum omnib. citra periculum hæc procedant) ſtatuimus, ne aliter ipſi ſponſiones ſubire velit, quàm ſcripto comprehenſum de his mandatum ipſis detur, quod quomodo quamq; rem fieri oporteat, luculenter explicet: ne ex bona ſcilicet fide in euidens exitiū manifeſtè incidant. Verum ſi quomodo, ſcriptura non interueniente, mandatum factū ſit, tempus autem determinatum ſit, & tacuerit per omne tempus ille, pro quo ſponſio facta eſt, neq; querelam mouerit. decurrat vero etiam conſtitutum tempus, neq; tum demum intra alios duos menſes hoc ipſum in querelam deduxerit, omnibus modis mandator ſoluat ſponſori debitum, quod ex ipſius voluntate ab aliquo eorum, qui argentariæ menſæ præpoſiti ſunt, ſponſum eſſe conſtiterit, & neque ipſis, neq; ipſorum hæredibus, aut quib. ceſſæ ab ipſis ſunt, uel ceduntur actiones, huiuſmodi quiddam opponi queat, ſed illud obtineat, quod mandati oſtenderit tenor: qui quidem ſi literis comprehenſus ſit, literas iudex ſequetur: ſin in literas contractus relatus non ſit, probationib. ea de re prolatis inſiſtet. Atque hæc quidem teneant, & in eā factis ad hunc modum, & in faciendis etiamnum ſponſionibus.

Si quis vero ipſis, interueniente ſcriptura, aut ſine ea ſimulatus promiſſus fuerit, aut promittatur: probatio vero, aut ex ſcripto, aut ex teſtium fide ſufficiens, & legitima producatur, hunc ſuam vim obtinere volumus, & ut quod pacto conuenerit, exigi poſſit, ita ut nulla proſſus lex obſiſtere queat. quaſi id 2 † gratis, & non pro mercede fieri oporteat: propterea quod omnis illis ex eo uiuendi facultas pendeat, quod uſuras pendant, quod mercedem pro habitatione dent, & velut propugnaculum communis utilitatis ſint: ut ne damnum ſentiant, neque alimonia deſtituantur, ſed hanc habeant ſuorum laborum conſolationem.

Sanè ſi uel ratione, vel mutuas ſyngraphas, uel propriæ manus ſcripta quipiam ediderint, edantve, aut ipſi illis, qui cum ipſis contrahunt, aut illi ipſis, in quibus pecuniarum illatio, & ſolutio deſcripta ſunt, quæque ipſius menſæ præpoſiti ipſius etiam manuenſis (quos Samaritanos uocant) & eorum rurſum, qui cum ipſis contraxerunt, literas præ ſe ferunt, aut per omnia illius, qui cum ipſis contraxit, manuſcripta ſunt, ſubſcriptionemve habent, non poterunt cum ipſis contraxerunt pecuniarum quidem illationem, quam argentarij in commentarijs, aut a ſe ſcriptis breuibus deſcripſerint, agnoſcere, atque inde, in ipſos exactionem conſtituere: expeditionis uero ſolutionisque deſcriptionem refellere: neque rurſum poterunt argentariæ menſæ præpoſiti ſolutionem quidem exigere, illationem uero non agnoſcere. Verum ſi aut ex autem ſyngraphis, aut ex ratiociniis, aut ex propriæ manus ſcriptis probetur, & de illatione, & de ſolutione literarum ueritas, utrunque omnino firmum, & ratum erit: neq; unum quidem aduerſus ipſos obtinebit, alterum uero pro ipſis irritum fuerit: exigetur autem quantum ratiocinia perhibebunt, niſi altera, aut utraq; pars in calculo ſe erraſſe, aut in uſuris diſpendium ſuſtinuiſſe demonſtret. Si.n. tale quiddam euidenter commenſtretur, id, quo quiſquè iuſtitia, & æquitate fruatur, correctione dignum eſſe ſtatuimus.

Hoc uero etiam nos docuerunt, quomodo quidam illorum poſtquàm a pluribus, aut uice mutua inter ſe fideiubentibus, aut alijs pro alijs mandantibus, obligationis confeſſiones abſtuliſſent; deinde debiti longè maximam partem percepiſſent, aut reliqua per quam iam exigua eſſent, reliquorum nomine extrinſecus ab uno, aut duobus illorum obligatione capta, quod intra certum tempus iſthæc perſoluent, acceptilationes fortè, aut liberationis confeſſiones omnibus ediderint, & cum apud unū, aut plures eorū, qui reliquorum obligationem ſubijſſent, mori contigiſſet, hæredes, quæ ab illo, aut ab illis pecuniæ pacto promiſſæ eſſent, eas exoluere noluerint. Statuimus igitur, ut ſi hæc ita ſeſe habeant, quæ pecuniæ in obligationibus comprehenſæ ſunt, & quas defunctus, aut defuncti ſcripto pacti fuerint, hæ ab hæredibus cum pactis uſuris exigantur.

Quod ſi qui datis pignoribus, ab illis mutuati fuerint, aut mutuentur, deinde etiam in mutuis ſyngraphis permiſerint, aut permittant, ut pignoribus pro ipſorum bona fide diuenditis, eorum pretium in debiti ſolutionem imputaretur: ipſi uero hoc fecerint, ne moleſtiis illi implicentur, neque ꝓꝑ hoc negotiū ſuſtineant, ſed iuratis, quanti pignora uendiderint, credatur, idque ipſis ad omnis improbitatis abolitionem ſuppeditet. At ſi quis non interueniente ſcriptura mutuatus, pignora obſignata, aut non obſignata det, neceſſe habebit, qui mutuatus eſt, ut aut pignora recipiat, agnoſcens ſigilla, uel ipſa et pignora nō 3 † obſignata, & adimpleat ſortem, pactaſque uſuras, aut ſi pecunias non habet, ad iuſtam æſtimationem illa relinquat, & reliqua expleat: neque dicere poterit, pignoribus, quamquam minus ualeant, creditorem contentum eſſe oportere, ſed omne debitum, quod cum pactis vſuris in rationem deductum fuerit, omnibus modis adimplebit. Si uero, datis pignoribus, ſiue obſignatis, ſiue non obſignatis, mutuationi tempus præfinitum ſit, ac intra id non ſatisfiat, tantumque elabatur alterum: licent ipſis præſentibus tabularijs, factiſque eloquij in medium propoſitis, & æſtimatoribus adhibitis, diligenti æſtimatione facta illorum pretium conſtituere, ac ſiue ad plenum debitum, ſiue ad eius aliquam partem ſufficiant, ſibi imputare, atque aſſignare.

Huic ſanè & medicinā adhiberi cupierunt, ut quoniā mutuo, & dando & accipiendo, pro alijs etiam ſpondendo, & denique vſuras pendendo, vitam tolerent, ne ipſis in mutuationibus noſtra apponatur conſtitutio, qua nemini vitra duplum accipere quicquam permiſimus, ſi quidem quantum ſors, & vſuræ faciant, perſolutum ſit. Nos giter in poſterum eam legem omnino violari nolumus,

quod

1 † Vt hoc ex Græcis negationē perſcribam, nulla rō patitur.

2 † Orationem conuerti debere uidetur.

3 † Nō enim [illegible] ſed [illegible] lego.

2 † Hæc ante ſumma verba deſiderari liquet, ipſis ex proprijs facultatibus inferatur aliiſque legitimis pœnis ſubdūtur. Huic rei argumento ſunt l. ſi quis intra. C. de ſin. [illegible] aliiſque conſtitutiones, quæ quidē verba, ut abſolute ſeri pertinēdus, adijcere placuit.

* Hæc eadē conſtitutione iurium i hac editione, ſubducta tamen in exprætatione, ſupra pagin. 613. repetitur.

præcipuè verò, vbi puſillanimitas eo progreſſa ſit vt quod odium inter coniuges obortum fuerit, mitigari, & componi nequeat. Pro veteri tunc institutione fas, atque licitum fuit, vt huiuſmodi à ſe inuicem recederent, dummodo id communi voluntate, atque conſenſu facerent. Adeo verò, vt multæ leges eſſent, quæ hac de re & agerent, & conſtituerent, vt etiam talem matrimonij diſſolutionem bona gratia fieri patria lingua dicerent. At poſtmodum a patre noſtro ſacratiſ. Principe (qui pietate, atque ſapientia omnes quotquot vnquam imperarunt, ſuperauit) dum [illegible] benignum ſuum atque tutum propoſitum reſpiceret, necnon ad aliorum etiam miſeriam, & puſillanime conſilium oculos conuerteret, ſcripta lex eſt, qua conſenſu matrimonia ſolui vetat. Quam ſane nos etiam obſeruare, atque in ſuo vigore manere magnopere volumus. Verum permulti nos adierunt, qui matrimonium quo inter ſe nexi eſſent, mutuo odiſſent, atque aſſeuerarunt, & (id quod dolendum valde, ac alioqui moleſtia mœroreque plenum eſt) propterea belligeratum domi, pugnatumque eſſe per criminationem exponerent, ideoque matrimonium ſolui peterent, tametſi cauſas ob quas [illegible] illis facere lex concederet, nullas adferre poſſent. Nos vero alias monendo, alias minis terrendo, vt à mutuo inter ſe, eaque citra cauſam ſuſcepto odio deſiſterent, & ad concordiam proclinarent, animiſque inter ſe pacati eſſent, illorum in hoc deſiderium feſtinationemque ad tempus ſufflaminauimus. Sed nihil profecimus. Eos ſiquidem qui violento affectu, odioque ſemel correpti fuerunt, per quam eſt difficile reconciliare. Contigit enim, vt ex his nonnulli [illegible] mutuas inſidias procederent, veneniſque & alijs quibuſdam quæ lethalia eſſent, uterentur [illegible], vt ſæpe neque liberi, qui ipſis communiter nati eſſent, illos in vnam eandemque voluntatem coniungere potuerint. Quum itaque hæc à noſtris temporibus aliena iudicaremus, ad præſentem ſacram legem reſpeximus, per quam ſtatuimus, vt prout olim iuris fuit, matrimoniorum ſolutiones ex conſenſu fieri liceat, & ne amplius patris noſtri ſanctione in eos qui conſenſu matrimonia diriment, conſtitutæ pœnæ in [illegible] ſint. Si namque mutua affectio matrimonia conficit, merito diuerſa voluntas eadem per conſenſum dirimit, modo hanc miſſi repudij libelli ſatis declarent. Cæterum illud manifeſtum ſit, quod alia omnia quæ legibus, & præcipuè ſcitis patris noſtri conſtitutionibus de matrimonijs, liberis, & cauſis per quas diſſoluere matrimonium permiſſum eſt, aut de ijs etiam, qui nullis de cauſis non tamen ex communi voluntate & conſenſu, quomodo præſens noſtra lex conſtituit) matrimonium ſoluunt, & de conſtitutis in illos pœnis cauta ſunt, ex præſenti etiam noſtra lege obtinebunt, ſuamque per omnia vim habebunt. Proinde quæ a nobis in publicum vſum producta ſunt, & per præſentem ſacram declarantur legem, gloria tua conſueto modo per Regiam hanc vrbem omnibus manifeſta reddi iubeto. Dat. 17. Kalend. Octob. Conſtant. Imper. D.N. Iuſtini P.P. Aug. an. Anno [illegible]

CONSTITVTIO III.

De ijs qui in Oſroena, [7] † & Meſopotamia illicitas nuptias contraxerunt. [8] †

Idem Imperator Petro ſacri ærarij Comiti.

LEgum ſeueritati interdum Imperatoriam clementiam immiſceri conuenit, præcipue vero quando ſubditos multis damnis, atque incommodis ea res exhimit. Quale profecto quiddam in præſentia noſtræ potentiæ ſe conſpectum eſt. A patre enim noſtro, qui vna cum alijs virtutibus pudicitiam mirificè amplexatus eſt, conſcripta lex eſt, qua eos qui illicita matrimonia ineunt, & punit, & mulctat, & ad honeſtatem reducit, ut ne quæ extra ipſius naturæ fines poſita ſunt, concupiſcant. Ac ſane perpulchra ea lex eſt, mirumque in modum nobis placet: adeo vt eam, & ratam habeamus, & omnibus modis vigorem ſuum obtinere iubeamus. Verùm multi ex Meſopotamia, Oſroena quoque, & Euphratiſia Prouincias nos adierunt, qui docerent, quomodo nonnulli, dum conſuetudinem cum Perſis (à quibus hæ prouinciæ non multum diſtant) & qui inter illos ſunt, Saracenis haberent, partim per ignorantiam legis, partim amoris affectu victi, (illorum imitatione) illegitimis matrimonijs coniuncti fuerunt, ita ut nonnullis eorum liberi, atque nepotes nati ſint: [quo modo item] nonnulli, hac cupiditatis ſuæ occaſione capta, quod [illegible] quiddam pro acceptis iuſſionibus, quæ [illegible] gari, atque vindicari velint, gloriæ tuæ Magnificentiæ [illegible] depenſuri ſint: poſt huiuſmodi res faciendæ [illegible] lucri cauſa per calumniam multos [illegible] vexerent, ac innocentibus negotium faceſſant: adeo vt [illegible] mortuis illis, qui illicitè inter ſe iuncti fuerant, ab [illegible] ijs, nepotibus, & ulterioris gradus liberis, qui nihil [illegible], quod parentes maioreſque ipſorum illicito matrimonio coierint, pœnas exigant. Atque hæc quidem quum dicerent, ſimul à potentia noſtra clementiam [illegible]. Nos igitur horum precibus admiſſis, [illegible] las omnino eorum in tribus iſtis prouincijs, qui ante eum diem, quo Deus nobis Romanorum Imperium [illegible], in illicitas nuptias inciderunt, vbi id negotio [illegible], uel difficultatibus ac diſpendijs ſubijciatur. Quamquam enim ſacratiſſ. noſtrum ærarium ita damno [illegible] & [illegible], quæ ex lege per hanc occaſionem ipſi [illegible], nihilominus tamen quod præterijt, ex ſpeciali [illegible] uſque ad id tempus condonamus. Quod [9] † præfecto [illegible] non quaſi pudicitiam aut legem quæ de hac [illegible] neglegamus, ſed quo ijs, qui [illegible] ſubtrahunt, multorumque facultates, ac ſubſtantias [illegible] dictis prouincijs quaſſant, & communes [illegible] omnem quæſtus occaſionem ſubijciamus. Quamobrem legem illam, & quæ in illa adiectis eos qui [illegible] nuptias contrahunt, pœnæ continentur ſunt [illegible] Rempublicam, & in paulò antè [illegible] initio Imperij noſtri vim, & authoritatem habere iubemus. Prouincijs autem iſtis ideo [illegible] ſimul, & veniam elargiti ſumus, quod [illegible] Perſis & qui ſub ipſis agunt Barbaris Saracenis finitimæ [illegible] itaque humanitas [illegible] nobis uiſum eſt, per hanc ſacram [illegible] formam, gloria tua [illegible] quoque pro tempore eidem Magiſtratui præerit, effectui, atque [illegible] & obſeruare ſtudeto. Dat. Kalen. Ian. Conſt. Imp. D.N. Iuſtini P.P. Aug. Anno 1.

CONSTITVTIO IIII.

Vt Dei amantiſſ. Epiſcopi, cum Prouinciarum indigenis & incolis, quos ſibi præſides eſſe velint, eos ſibi à ſacratiſſ. P. nempe concedi petant, atque gratis præſides fiant, vt tamen qui in præſidem petitur, idonee [illegible] caueat. Si verò præſidem petere diſtulerint, vt tum aduerſus eum, qui ipſis præſes miſſus fuerit, quodcunque etiam occaſione publicorum tributorum fecerit, querelam inſtituere nequeant.

CVm Reipublicæ à Deo nobis datæ curam gerimus, ſimulque vt ſubditi noſtri in omni [illegible] bono fruantur, operam damus: hoc [illegible] ab initio propoſuimus, ut quicquid antea [illegible], & confuſum fuiſſet, id & corrigeremus [illegible] exhiberemus. Aurea itaque [illegible] & aſcis, & ſubditis illi [illegible] animaduertimus nos [illegible], ut Prouinciarum Præſides, [illegible] Magiſtratum [illegible] ſe legitime Magiſtratu fungerentur, ita ut ab omnibus [illegible], quaſi [illegible] alia quaque [illegible], atque [illegible] [10] † abſtinerent. Neque [illegible] in Prouincias [illegible], illas [illegible] pellationibus [illegible]. hor-

tamur

Margin notes:

7 † Oſtroene.

8 † Altera in hac materia ſimilis conſtitutio eſt ſupra pag. 513.

9 † [illegible]

10 † Leg. [illegible]

[illegible] cuiuſque prouinciæ Sanctiſſimus Epiſcopus, eoq; qui et indigeni et incolis primas tenent, vt per commune libellum [illegible] ad noſtram potentiam referant, quos [illegible] eſſe ad prouinciæ ſuæ gubernationem [illegible] Magiſtratus [illegible] gratis traditur [illegible], ita tamen, ut publicum, & [illegible] canonem ſe illæſuros [illegible], neque contra leges ſe exactorus, neque [illegible] [illegible] ſponſoribus, 1† [illegible] [illegible] aduocationes, [illegible] paterno affectu [illegible] [illegible] neque inde qui ſquam lucri ablaturos. Oportebit uero etiam [illegible] [illegible] in legem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ac tane [illegible] omnemetiam cuiuſque Magiſtratus [illegible] quicunque Magiſtratibus [illegible] [illegible] publicorum tributorum exactione negligenter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Provinciæ [illegible] [illegible] [illegible] publica tributa [illegible] Quæ enim facultatem eligendi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Neque uero eos, qui Rempublicam adminiſtrant, neque 3† [illegible] [illegible] neque etiam illos, qui bus publicarum [illegible] [illegible] incumbit, [illegible] quod hinc euadere poſſit eximimus. Quæ enim in commune omnibus conducunt, illorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] propoſito anteferimus. Vt autem [illegible] [illegible] a nobis propoſuntur, omnibus manifeſta fiant, [illegible] uetras Excellentia hoc præſens ſacrum edictum per ſeipſam hanc urbem, & in Prouincijs, [illegible] in quaque ciuitate locis [illegible] [illegible] neminem latio, quæ [illegible] [illegible] [illegible] nobis, [illegible] adinuenta [illegible]. Dat. xv. Kalem. Feb. Conſt. Imp. D. N. Iuſtin. PP. Aug. Anno viij poſt Conſ. eiuſdem Anno iij.

Quarta Iuſtini conſtitutio ex tit. collat. ſup. coll. x.

1 † Lego [illegible]

2 † Lego [illegible]

3 † Latinè [illegible]

TIBERII IMPERATORIS,

DE DIVINIS DOMIBVS

CONSTITVTIO.

Eodem Agyleo interprete.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei noſtri.

Imperator Cæſar Flauius Tiberius Conſtantinus, fidelis in Chriſto, clementiſſimo beneficentiſſimo pacificus, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Vuandalicus, Africanus, pius, fœlix, inclytus, victor, triumphator ſemper colendus, Auguſtus, Sacratiſſ. Senatus.

IN ſupplices beneficium eſſe, maleficia extirpare, & quæcunque ſubditis utilia ſunt, ea & meditari, & facere, cum opera ſint, quæ Deo conueniant, ſimulque eundem cum humano genere ortum habeant, tum ea ipſa nos præcipuum Imperatoriæ Maieſtatis inſigne eſſe arbitrati, ex quo Deus nobis Reipublicæ imperium, atque gubernacula dedit, nulla (ut ita loqui liceat) neque die, neque nocte quicquam earum rerum ſtudio antiquius, chariusq; habuimus. Hinc certè quum permulti, qui partim in inclyta hac urbe habitarent, partim ex omnib. ferme ſubditorum noſtrorum Prouincijs, (alij aliunde profecti) diuerſimodè nos adirent (qui ijdem) cum 4† propè poſſeſſiones, domusve quaſpiã Imperatorias, prædia, & bona ſua haberent, alijs rebus, & cõtrouerſijs inuoluti eſſent, uarijs iniuriarum modis a procuratoribus, chartularijs, cõductoribus & qui alij ad Imperatorias domus attinent, in ſe peccari annunciarent, (atque) res mobiles, interdum & poſſeſſiones, agros, & agricolas ſibi ereptos lamentarentur (ea autem ratione, [illegible] aliquid faciendum conſuecere ab ipſis 5† alicuis prædij, & agri defenſionem, quæ illis non competat, tribuant, tabulasq; Imperatorias, ac ſignacula affigant, & ut uno uerbo dicamus, quæ ad ipſos non pertinent, ſuo dominio ſubijciant: quod aliorum a fuerint alios nulla [illegible] [illegible] [illegible] & actores reb. [illegible] debita [illegible] non [illegible] nant, & res circa iudicium, inde [illegible] cauſa debiti exactionem [illegible] ad extremum [illegible] [illegible] nonnulli [illegible] de [illegible] debita [illegible] [illegible] graphas in ipſas diuinas domus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bent, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] factum eſt, ut quæcunq; ad noſtras aures peruenerint, de ijs recte, & competenter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] incompetentes defenſiones [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſyngraphas [illegible] & [illegible] in contractibus [illegible] prohibuerimus: quum denique Imperatorias domus [illegible] leges [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro cul hinc habitant, [illegible] omnes huc conueniant, [illegible] ſingularum [illegible], quæ hinc ad [illegible] [illegible] [illegible] manifeſta [illegible] quæ ad hæc attinent, eadem lege explicare uiſum eſt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hominib. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

3 † Lego [illegible] & mox [illegible]

4 † Saucij huius loci [illegible] [illegible] in ſubſequentibus eſt.

[inno-

[Innoteſcat uero] etiam quam Imperatorijs noſtri ædibus, quæ illis præſint, ſi quis delinquant, non parcemus: [quo modocunque] ſi ſubditis bene ſit, id noſtram eſſe opulentiam, fœlicitatemque, & (quia non 1 † ſolum diuinarum domuum negotia, uerumetiam communia præſentis Reipublicæ nos cognoſcere par eſt) ſubditorum facultates, quantum ad curam, nihil ab Imperatorijs differre exiſtimemus. Statuimus igitur, ut nulli glorioſiſſimorum, magnificentiſſimorumve noſtrarum, aut piiſſimarum Auguſtæ domuum (quibus & patrimonialis, & Regis domus, quæ ante nouas eccleſias ſita eſt, adnumeranda eſt) curatores, aut chartularij, aut prouiſores, aut conductores, aut quicunque alij ad eaſdem diuinas domos pertinent, uel tabulas, quæ noſtram appellationem contineant, uel effigies, inſignia, uel Imperatoria alicuius ædibus, aut prædijs, uel mobilibus defunctorum, aut etiam [illegible] rebus ſignacula imponere, uel aliorum ruſticos ſuſcipere, uel ſolutiones aliquas, quæ ipſos aut etiam ipſorum progenies transferant, in Auguſtalem domum faciendas curare in poſterum audeant: neque ſi etiam earundem domuum, prædiorum, rerum, aut ruſticorum partem aliquam ad Auguſtas ędes pertinere contingat: hinc aduerſus eos, qui unà cum ipſis poſſident, fraudis, dilationiſque occaſionem capiant. Quin & ſi quos ruſticos, qui in aliorum mancipio ſunt, in præſenti ipſos habere, aut quaſdam dictas ſolutiones accepiſſe conſtet, ſimul ipſos ruſticos reſtitui, ſimul 2 † ipſas ſolutiones irritas eſſe iubemus. Quod ſi de his rebus, aut etiam de aliquibus contractibus actionem ſe habere aduerſus alios dicant, nequaquam rerum ad ſe trahãt, neque (id quod & abſurdiſſimum, & iniquiſſimum putamus) ſuarum controuerſiam iudices ſedeant, liceat autem ipſis, ut coram competente iudice, ſub quo ſunt, qui actiones ſuſtinent, litem moueant, ſimulq; ius ſuum obtineant. At ſi ipſos glorioſiſſimos magnificentiſſimoſque curatores diuinarum domuum, quarum curam gerunt nomine, ab alijs in ius uocari contingat, tum quidem, ſi hic actio inſtituatur, communi & actoris, & Auguſtalis domus curatoris conſenſu unus ex glorioſiſſ. noſtris Præfectis ad rei examinationem, diiudicationemque eligatur: & ſi, ut fieri aſſolet, contentio hinc inſurgat, libellus ſupplex Principi offeratur, ut iudex ab ipſo datus ſuſcipiatur: ſi uero in Prouincia aliqua, eius Præſes controuerſiam ſibi audiendam ſumat. Cæterum ſi quis chartularius, emphyteuta, conductor, aut colonus Auguſtalium rerum occaſione in ius uocetur, facultas ſit actori, ſi uelit, ut coram ipſo Auguſtalis domus curatore, aut ſi [illegible] illum habeat, ſi alio [illegible] coram eo, coram quo communiter [illegible] ſit, aut etiam quem ex Imperatoris iuſſu hic [illegible], actionem inſtituat. Quæ uero huiuſmodi controuerſiæ in Prouincijs mouebuntur, eas cuiuſque Prouinciæ Præſes audiendas [illegible] [illegible]

neque per diuinam domum mediam cum alio donationem, aut contractum inſtituat: [ſciens] quod nulli [illegible] ex uerſutia ſua perceptum eſt, quum res alienata ubicunque fuerit, ſiue penes diuinam domum, ſiue penes alium quempiam, nihilominus uendicari poterit, & omnia ei, qui actiones, aut etiam hypothecæ ius habet, integra, atque illæſa, perinde ac ſi nihil interueniſſet, ſeruabuntur. Ad hoc etiam, ſi quid [illegible] donum, ſiue [illegible] captandæ beneuolentiæ [illegible] datum eſſe contingat, eo, qui dedit excidet, hancq; [illegible] quam [illegible] pro merito remunerationem feret. [illegible] neque per earum ędium quæ ad Imperatorias domus pertinent, inquilinos, neque per alienos colonos, aut alium quempiam omnium diuinarum ædium præfectum aliquid [illegible] gendum conducant, neque illis patrocinium [illegible], aut quod 3 † [illegible] dicitur, 4 † ex liberis aliquibus, exactionibusve obnoxijs, aut decumanorum etiam, quæ in uniuerſum ad alios pertinent, prædijs capiant: ac uero ab his omnibus deſiſtant. Et ſi tabulæ, aut aliquæ Imperatorius huiuſmodi prædijs, domibus, officinis, [illegible] affixæ ſint, hæc detrahant, aliiſque, qui illa detraxerint, quod ſi noſtro iuſſu id faciant, nequaquam contra [illegible]. Ad hæc quietem agant, [illegible] [illegible]

1 † Lego [illegible].

2 † Malim [illegible].

3 † Meta- [illegible]

4 † Quo ali- [illegible]

5 † Lego [illegible]

recte

[illegible]

Secunda & tertia Tiberij conſtitutiones ſupra decem collat. [illegible]

IMPERATORIS LEONIS AVGVSTI,

Nouellæ Conſtitutiones.

Aut Correctoriæ legum repurgationes.

Henrico Agylæo interprete.

PROOEMIVM.

R[illegible]

[illegible]

gunt, aut mentione ſempiternam illis [illegible] gente, [illegible] hanc etiam, vt quę cu[illegible] eiuſdem conditionis ſint, eodem decore digna [illegible] ro debitæ & iuſtitiæ, & a Republica [illegible]

CONSTITVTIO I.

Quod vnumquemque, qui iudicandi prærogatiuam acceperit, quemadmodum legalium capitulorum a nobis habitus delectus ſtatuerit, dirimere controuerſias oporteat: quæ vero inter reprobata habita ſunt, vti ex illis nulla litis ambiguitas diiudicetur.

In nomine eius, qui vniuerſo humano generi ſalutares leges tulit, Chriſti veri Domini, Imp. Cæſar, Flauius Leo, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, omni æuo venerabilis Auguſtus, fidelis Rex, Styliano Illuſtriſſimo ſacrorum noſtrorum officiorum Magiſtro.

Celeberrimi ille inter Imperatores nominis Iuſtinianus, quum animo eſſet erga Rempublicam & optimo, & eius vtilitatem ſtudioſiſſimo, velut [illegible] quandam, Conſtitutiones in Romano Imperio inde a[illegible] ad ſtatum ætatem diuerſis temporibus editas ac [illegible]

[illegible]

& Magiſtratibus, & iudicibus mandamus, vt quæ leges ab Inſ[illegible] noſtra Maieſtate à legali ſolo exulare iuſſæ ſunt, has inutiles [illegible], dehinc in omne æuum [illegible] ſecundum [illegible] ſcriptæ, atque veteres, & quæ haud ita pridem à [illegible] memoriæ patre noſtro, [illegible] à nobis [illegible], aut latæ ſunt, [illegible] diiudica[illegible] ſuppeditent, nonnunquam poſthac ad aliquam à legali auctoritate [illegible] declinare, neque ad conſuetudinem quampiam, [illegible] accepta prærogatiua, pro [illegible] conſuetudo eſſet, [illegible], ad legis Maieſtatem, & honorem à potentia noſtra ſubiecta non ſit, recurrere permittatur.

CONSTITVTIO II.

Vt qui cætera ſecundum ſacros, diuinosque canones Epiſcopali dignitate dignus eſſe probatur, ſi liberi ex legitimo matrimonio illi ſint, ob illos in conſequendo honore nullum impedimentum ſentiat.

ALITER.

Vt qui alioqui Principe Sacerdotio dignus eſt, ſi legitimi illi liberi ſint, non impediatur illum conſequi.

Idem Imperator Stephano ſanctiſs. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVum ſacroſancti, diuinique canones, & quicunque [illegible] ſacerdotio, ac Epiſcoporum creatione ſtatuere, in [illegible] plenum [illegible] quomodo [illegible] [illegible]

[Margin: Tractat [illegible] Nouel. 6. [illegible] nec Nou. 123. [illegible] & Nouel. 137. [illegible]]

CONSTITVTIO III.

Vt qui ſacerdotes creandi ſunt, ſecundum Eccleſiæ ritus, ea lege creentur, vt omnem deinceps vitam cœlibem agant: aut ſi matrimonium contrahere velint, prius id faciant, ac deinde ad creationem procedant.

ALITER, *& breuius.*

Quod ante ineundum ſacerdotium matrimonium contrahi debeat.

Idem Imperator Stephano ſanctiſs. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & vniuerſali Patriarchæ.

QVum decenter in ſe ab initio de iis qui faciendi [illegible] ordo conſtitutus [illegible]

[Margin: 22 Nouel. [illegible] 4.]

CONSTITVTIO IIII.

Vt non modo vniuerſalis eccleſiæ ſacerdotes, verumetiam quicunque [illegible] ſacram ædem pertinent, ſi in hoc vocentur, ſacra myſteria exequi, diuinumque cultum celebrare domi priuatæ poſſint.

Idem Imperator Stephano ſanctiſs. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

PLacuit [illegible] [illegible] in vni-

[Margin: [illegible] Nouel. [illegible] 14. [illegible]]

in omnibus ferè omnium non modo potentiorum, verum etiam tenuiorum domibus ſacraria Deo erecta ſint, & vero ſumptus, reliquaque ad rem familiarem neceſſaria ſacerdotibus ab omnibus ſimiliter ſuppeditari non poſſint, euenit propter legem, vt (quemadmodum dixi) qui tenuiores ſunt, quam vt priuatim ſacerdotes ſuſcipere poſſint, per ſæpe diuinorum myſteriorum expertes maneant, & ſacra delubra, quæ in illis ſacrificia fieri debeant, his defraudentur. Quin veriſimile etiam eſt, nonnunquam defunctorum memoria inſtante, ob defectum ſacerdotis præſentem memoriæ diem nullo facto ſacrificio elabi: vt inde & qui hic viuunt, & qui alteram viam tenent, vtrique non exiguum damnum obueniat. Statuimus igitur, vt non ſolum generalis eccleſiæ ſacerdotes, ſed etiam ad quamcunque aliam ſacerdotum domum pertinent, quibuſcunque cuiuſque domus dominus acceſſitis acceſſum ad ſacra oratoria, & ſacrarum rerum functionem dare voluerit, in quibuslibet ædibus ſacrificandi, Deique arcana enarrandi facultatem habeant.

CONSTITVTIO V.

Ne quibus, poſtquàm monaſticæ vitæ inſtitutum ſubierint, facultates ſuppetunt, in vniuerſum hi de illis teſtari prohibeantur: ſed vt ſi, quo tempore monaſterium adierunt, in id quidpiam contulerint, in illorum poteſtate ſit, vt quemadmodum velint de ijs, quæ ſibi poſtmodum pararunt, in plenum aſſem etiã teſtamentum condant: ſi vero nihil ab initio intulerint, tum vt de beſſe ſtatuendi facultatem habeant, monaſterium autem alteram partem, ſiue trientem accipiat.

ALITER.

Vt monachus de acquiſitis teſtari poſſit.

Idem Imperator Stephano ſanctiſs. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

Quoniam de monachorum bonis, quæ poſt ſuſceptã vitam monaſticam coaceruaſſent, perſæpe nobis vna cum Dei amantiſſ. ſub te primarijs ſacerdotibus dubitare te (o diuinum, &, vt mundo præluceas, in magno eccleſiæ firmamento à Principe lumine collocatum lumen) dixiſti, an Conſtitutione facta monachos huiuſmodi bonorum dominos deſignari oporteret: an vero ipſos, ab illorum dominio arceri conueniret: nimirum quòd tanquam nubes quæ iſtinc ambiguitas exiſtit, rationis radios, quo minus perſpicuè eas res dijudicari poſſit, ſubeat, & offuſcet: quoniam, inquam, de hoc dubitantes varijs nos poſtulationibus ad huius rei conſiderationem vna vobiſcum ſuſcipiendam hortati eſtis, nos, vt in alijs, ita & hic ſacerdotalem tuam dignitatem venerantes, ad ſatisfactionem petitionis tuæ accingimur. Ac illa quidem primum à nobis dicantur, quæ a † veteribus de illis qui ſe iam in monaſticã rempublicam adſcribi volunt, conſtituta ſunt: illis nempe de rebus ſuis prius teſtandum eſſe, ac deinde ad concupitũ vitæ inſtitutum procedendum, nec diſpoſitionem rerum ſuarum vitæ mutatione anticipandam. Nam ſi hoc ita euenire contigerit, non amplius ipſis iam tonſis, vt de rebus ſuis quicquam ſtatuant, permittendum eſſe, omnemque ſubſtantiam, in qua eccleſia tonſi ſunt, illi ceſſuram. Quod ſanè de ijs, qui vitam monaſticam iam ſubierunt, decretum (contra quam ſi liberi, qui hæreditatem petant, ſuperſint) & optimum, & ita, vt nemo poſſit melius, conſtitutum eſſe: tum nec addi, nec adimi illi quicquam queat. Etenim qui ante mutatam vitæ rationem, quum bonorum diſpoſitionem in arbitrio ſuo poſitam haberet, de ijs ſtatuere noluerit, merito poſtmodum id facere prohibetur, vt qui ſe in has anguſtias coniecerit. Propterea. n. quòd, quum licitum ipſi eſſet, prædiſponere res ſuas teſtamento noluerit, eius poſtea faciendi facultatem, tanquam ab ipſo damnatam, ſibi ademit; id vero iure longe optimo ſtatuit. Cæteroquin etiam, quomodo non abſurdum fuerit, ſi qui ſe ab huius vitæ curis ſeiunxerit, illarum adhuc onus ſuſferat, indeque permanente moleſtia prematur? Quando igitur liberos, qui in monachorum numerum adſcriptus eſt, quemadmodum dixi, non habet, non profecto hoc decretum decreto alteri cedat. At ſi liberi ſuperſint (non. n. tunc illos propter parentis ſilentium damno affici fas eſſet) non omnino teſtamenti ordinationem monaſticus habitus impediat: ſed manifeſtum eſt, quod de liberorum portionibus teſtari poterit, quæ illis æquabili, legitimaq; diuiſione attribuantur. Quæ vero pars ad ipſum reſpicit, in ea teſtamenti factio deficiat, quippe quæ integra ad monaſterium perueniat. Cæterum ſi mors etiam (vt multi ſunt rerum humanarum caſus) ſubito ſuperueniens rerum diſtributionem intercipiat, neque tunc quidem quæ liberis ſuccurrat diſpoſitio, omnino continebit, ſecundum dictum modum, quæ ad illos pertinent legitimo ipſis iure ſperabuntur, reſiduũ autem inuolabit monaſterium. Atque hæc quidem de huiuſce facultatibus, quas ante ſuſceptam vitam monaſticam habuit quiſquam. Verum de quo paterna veſtra beatitudo prodire decretum petijt (de ijs nimirum rebus, quæ poſt monaſticæ vitæ ſuſceptionem acceſſerunt) de eo hoc ſtatuimus, vt inde ab eo tempore, ex quo monaſticæ vitæ rationem ſuſceperit, conſideratione procedente, quæ poſtmodum ab ipſo comparata ſunt, diſcernantur. Nõ. n. quod qui a prophana vita ad monaſticam tranſit, niſi prius teſtetur, teſtandi poſtmodum facultate priuatur; ideo & de ijs, quæ poſtmodum conquiſierit, quicquam ſtatuere vniuerſum prohibeatur. Illic nanque iure teſtamenti factione priuatur, quia quum ipſi in prophano ſtatu res adhuc tractanti aliquid conſtituere integrum eſſet, eo ipſo, quod id non fecerit, ſe ipſe in has anguſtias circunclauſerit, hic vero nihil ſimile eſt, vt quiſquam aut a ſe ipſo, aut ab alio prohibeatur. Quod ſi quis dicat, hoc ſolo nomine, quod monachus ſit, monaſterium omnia eſſe percepturum, haud ſcio, ſi illiuſmodi, quæ monachos deceant, ſtatuat. Primum. n. an qui homines opum contemptum profeſſi ſunt, hos ita illas amplecti, ac quacunque ratione retinere conuenit? Deinde ſint alicui cognati pauperes, alioqui vero, qui conſolatrice manu indigeant; quomodo nõ ab omni humanitate alienũ, nullo illos ex cognati rebus ſubleuamine dignari? tanquã non modo peregrinos, ſed & cognatos amicoſque propellere, atque omnia ad ſe trahere, monachis decore ſit, quemadmodum helluones, voraceſq; homines nullam omnino partem alijs, qui vna accumbunt, relinquere velle videmus. Neque. n. ſeruus ſeruitutis vinculis liberatur, neque egenus commiſeratione potitur, non alius quiſquam neceſſitatibus preſſus conſolationis fructum inueniet, quum omnes monachi facultates monaſterio dantur. Ac propter hoc ſanè ſtatuimus, vt ſi quis, quo tempore monaſticam vitam ſuſcepit, eccleſiæ quidpiam conſecrarit, illi circa res poſtmodum comparatas liberum, ratumque iudicium ſit, quo modocunque de illis ſtatuere velit: ſin nihil omnino ab initio in monaſterium allatum ſit tum vt binariam ſubſtantia diuidatur; ita vt vna pars in beſſem, altera verò in trientẽ circumſcribatur; ac monachus quomodocunque ipſi viſum fuerit, de beſſe teſtamento ſtatuat: triens autem applicetur monaſterio. Atque hæc quidem, de quibus requiſiſtis, noſtra decreuit potentia. Oportebit autem tuam Beatitudinem, quæ decreta ſunt, omnibus ſub ipſa Dei amantiſſimis Metropolitanis facere manifeſta; & hos ſimiliter ſub ſe conſtitutis Epiſcopis, illoſque, quarum curam ſortiti ſunt eccleſijs ita indicare: quo videlicet & in præſens, & in futurum hæc ab omnibus tum cognoſcantur, tum hunc ad modum fiant.

† A. Iuſt. Nou. 123. §. ſi mo- bac.

CON-

CONSTITVTIO VI.

Vt vtrûque tempus, tum quod ſancta ſexta conſtituit ſynodus, tum quod decernit diuus Baſilius, in iis, qui monachi fieri ſtatuunt, obſeruetur, & bonorum eius, qui à ſynodo præſtituto tempore monachus fit, diſpoſitio ſecundum editam à nobis formam procedat.

ALITER.

Vt decennis puer in monachorum numerum aſſumatur.

Idem Imperator Stephano ſanctiſs. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVo tempore eos, qui monaſticam vitam ſubire deſiderant, re concupita potiri, id, quia non vnum, atque idem, ſed aliud, atque aliud à diuinis noſtris patribus præſtitutum ſit, adhuc etiam tractatum dijudicandum, & quæ ſubeſſe videtur, contrarietatem conciliandam me componerem, effectum eſt. Itaque quæ magnus ille, ac admirandus decernit 1† Baſilius (vt videlicet qui monaſticum habitum ambiunt, decimoſexto primum, aut decimo ſeptimo ætatis anno digni illo habeantur) quæque ſancta ſexta 2† mandat ſynodus, anno decimo, qui iſtiuſmodi vitam capeſſerent, ſuſcipiendos eſſe monens, hæc cum ſanctiſs. Patriarcha, denique amantiſs. Metropolitanis diligenter expendentes, neutram ſacrarum legum contemnendam eſſe duximus. ſed contra ad vtrumcunque tempus religioſo habitu, qui illum ſumere cupiunt, dignos haberi iubemus. De bonorum autem diſpoſitione peculiarem ſententiam pronunciamus, ſemper qui ſextodecimo, aut decimo ſeptimo tonderi voluerit, de rebus ſuis quomodo velit, ſtatuere poſſit. Exiſtimo.n. propterea etiam magnum illum Baſilium hoc tempus huiuſmodi actioni tribuiſſe quod ad legitimè ætatis requiſitio ad ſtatuendum de rebus ſuis impedimento non ſit. Qui vero decimo anno in monaſticæ vitæ ſanctimoniam mutato ſtatu tranſire in animo habeat, vt neque huic ſalutaris conatus impedimentum aliquod obuiet (hoc n. vt videtur. & ſacra ſynodus intelligens, ac volens tempus, quo vitam monaſticam adire eſſet, 3† ampliauit) ne tamen quo modo iſtiuſmodi vitam ineundi, ſic etiam de rebus ſuis teſtandi facultatem accipiat: ſed donec illud tempus, quo legitimam plenamque ad teſtandũ ætas poteſtatem capit, aduenerit à diſponendis rebus inhibeatur. Quòd ſi (vt ſunt res humanæ) ante illius temporis completionem è vita exceſſerit, ſerui eius omnes à ſeruitute liberentur: reliqua vero bona bifariam diuidantur, in beſſem, & trientem: ac beſſem quidem monaſterium auferat, trientem autem defuncti cognatis detur: Quorum ſi nulli ſupererunt, quo bes proceſſit, eo triens quoque habeat.

1† In epiſtola ad Amphilochium, canone 18.
2† Canone 40.
3† Lego ἐπλάτυνε, quod ferè coactus contraria voce reddo.

CONSTITVTIO VII.

Vt quotieſcunque à clericorum habitu ad prophanorum tranſire per vecordiam aliquis tentarit, illum is inuitus etiam reſtituat.

ALITER.

Ne clericus denuò prophanus fiat.

Idem Imperator Stephano ſanctiſs. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVemadmodum antehac, quando certiorem, firmioremque rerum conſtitutionem inueſtigaremus, cui lex plus roboris, ac firmitatis, quam eccleſiaſtica præbere videretur, illi prærogatiuam dedimus: eo modo & hic decretum factum rectæ rerum moderationi, quam 4† ciuile ſit, conducibilius fore intelligentes, illi per aſſenſionem conſona præſcriptione edita, ſtatuimus, vt quicunque clericorum habitum mutare prophanorum habitu improbè inſtituent, is, quotieſcunque in iſtiuſmodi vecordiam actus fuerit, ſecundum eccleſiaſticum decretum, quantumuis inuitus in clericorum habitum reſtituatur: tametſi qui eccleſiaſtici ordinis ſtatum recipiat, dignus non ſit, vti qui ſe ipſe illo indignum transfugio conſtituerit.

4† Nou. 6. §. qui por. ſecund.

CONSTITVTIO VIII.

Vt qui reijcere venerandum monaſticæ vitæ habitum in animum induxerit ac pro illo prophanorum habitum ſuſceperit, quotieſcunque hoc facere auſus fuerit, etiam inuitus in illum reſtituatur, & ex quo monaſterio improbè aufugerit, eidem reddatur.

ALITER.

De eo, qui vitam monaſticam deſerit, qui Præſidum cohortibus aſcribi ſolet.

Idem Imperator Stephano ſanctiſs. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ vniuerſali.

QVum aliqui, qui incompoſitè viuere inſtituunt, ac pro laudatis moribus ſectantur vitioſos, quotieſcunque flagitij quicquam deſignaſſe deprehenſi ſint, malum ipſorum inſtitutum mulctarum coerceatur, nec improbam, ſceleſtamque voluntatem, ac moliionem correptione vacare toleratur: ſubit mirari, quomodo 5† lex vetus iis, qui monaſticæ vitæ exercitationi ſe mancipaſſent: deinde vero ſtationem ſuam, & ordinem deſeruiſſent, quomodoque ſacra litera habent, tanquam canes ad ſuum ipſorũ vomitum, aut ſues ad priſtinæ vitæ cœnoſam cloacam reuerſi eſſent, ac prophanorum in habitu ſtatuque ſe ipſi collocaſſent, improbum hoc ſcelus tentari, omninoque perfici permiſerit. Iubet.n. vt qui ſemel monaſticæ vitæ inſtitutũ reliquerint, vnde flagitioſè exiſſent, reuerterentur: qui verò iterum id auſi eſſent, ex eo tempore pulſi monaſteriorum, inter cohortales prouincialis cohortis recenſerentur. Atqui ſi, vt deſertor ordinis prophanorum habitus indueretur, id illi ſtatuere pulchrè viſum fuit, quid cauſæ eſt, cur ipſum ab initio ita non veſtient: ſed vt qui monachus profeſſionem ſuam ſemel deſeruerit, is ad illam quamlibet inuitus denuo cogeretur, conſtituerit? Si hoc ita præcipi decorum putauit, quare in eodem decreto non conſiſtit, ſed tanquam ipſum placiti ſui pœniteat, miſerum illum monachum ad militarem vitam protrahit? Nequaquam vero id nobis eſſe fas videtur, neque qui in diuinæ militiæ legiones receptus ſit, hunc in mundanis militijs collocari placet. At contrà, quod eccleſiaſtico ordini obſeruari debere viſum eſt, vt ſi quis ſæpius vitam monaſticam aſpernatus vagetur, huic prophanum habitum recipere non concedatur, per legẽ etiam nos iubemus. Si enim, qui vitam monaſticam exuit, mundanæ voluptatis velit aſylo conſitus id facit: quæ ratio eſt, tametſi ſemel cupiditati ſuæ motu prohibitus ſit, quũ ſi rurſum ad hoc faciendum animum appellat, ſe ad finem inſolẽs ſuum conſilium perducturum, ac in prophanorum ſtatum recipiendum eſſe ſciat, vt is non omnibus modis monaſticæ vitæ inſtitutum iterum contemnit viuendi modo mutet?

5† Nou. 5. §. qui por. 10.

CONSTITVTIO IX.

De ſeruo, qui ignorante domino, clericus factus eſt.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſ. vniuerſalique Conſtantinopolitano Archiepiſcopo.

EIdem rectæ rerum eccleſiaſticarum conſtitutionis cu ræ inſiſtentes, quæq; ſacroſanctis canonib. placuerũt, ea etiã nos ẽt album calculum adijcientes, ab aduerſarijs ciuilib. legib. hanc contradictionis pœnam, ut ex legitimis conſtitutionib. ſubtrahantur, eximimus. Vt n. qui, cum ſeruilis conditionis eſſet ignorante domino, uenerandam ſacerdotij dignitatem aſſumpſerit, nudatus illinc promanante honore, in priſtinum ſeruitutis reſtituetur ſtatum, ſecundum eccleſiæ Dei uoluntatem, & nos conſtituimus. 1 † Legem autem, quæ ſeruum, ignorante domino, ſacerdotem factum, ſeruitute liberat, hoc, ut neque effectum, neq; tan di facultatem habeat, redigimus.

1 † Nouel. 123. §. 6 Seruus.

CONSTITVTIO X.

De ſeruo, qui inſcio domino, monachiſmum ſuſcepit.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſ. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ uniuerſali.

QVàm præſtans monaſticæ uitæ profeſſio ſit, quiq; ſuaue illud, & beatum iugum ſuſcipiunt, quanta illi reuerentia, & honore digni ſint, ſcimus quidem & ipſi. Itaque non quo illum uituperemus, ſed potius quo uituperationi eximamus, hæc tractare uiſum eſt, & cẽſemus. Quanto enim illa admirabilior, diuiniorq; eſt, tanto maiore, & quidem quanta maxima attingi cum ueneratione, nequaquam uero ingratitudinis, & improbitatis uelamen, ac prætextum, monaſticæ uitæ dignitatem fieri, oportet. Et certè quo modo improbitas dicenda non eſt, ſi homo ſeruus dominum ſuum fugiens, ad illud uitæ inſtitutũ deueniat? Quoniam igitur de ſeruis fugitiuis ad uitam monaſticam deuenientibus, ſtatutum a 2 † ſuperioribus eſt, ut, ſi intra tres annos fugitiuus manifeſtus fiat, illum habitu nudatum recipiendi facultatem dominus habeat: ſi uero uſque in tertium annum incognitus manſerit, tametſi poſtmodum agnoſcatur, ut domini poteſtati non obnoxius ſit, præterq; illius uoluntatem liber nuncupetur, & uero inde multos fugiendi dominos ſuos occaſionem cepiſſe, ac re honeſta, monaſticæ uitæ profeſſione, ad tegendam malitiã abuti ſeruos (cuilibet enim ſeruo perfacile eſt, ut ad triẽnium ſe occulet, deindeq; libertatem conſequatur) iubemus, ut quantocunque tempore ſeruus tali conſilio monachus factus delituerit, ſi ipſum aliquando dominus inueniat, nihilominus is, quem malo propoſito habitum ſumpſit, hoc exuatur, ruſumq; in domini poteſtatem ſubigatur. Nam quod pro affectu habitum illum ſumpſerit, quantumuis id uerbis ipſe fingat, ne dici quidem poteſt. Siue enim cum benefico, placidoq; domino uteretur, pro amore, odio concepto, fugere decreuerit, extremæ ingratitudinis, & improbitatis argumentum habes, ſiue (ut ſunt res humanæ) moleſtijs, & iratum affectus non tolerarit, ac idcirco dominum deſeruerit, quomodo eam Rempublicam magnifaciet, quæ ciues ſuos in Chriſti ſeruitem, & mortem continentius ſuſcipere uult?

2 † A Iuſt. Nou. 5. §. Si quis uero.

CONSTITVTIO XI.

De ſeruo, qui ignorante domino, Epiſcopus factus eſt.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſ. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ uniuerſali.

QVod de ſeruo, qui uenerandam ſacerdotij dignitatem furatus ſit, idem & de illis ſeruis, qui nesciente domino, ad primarij ſacerdotij honores conſcendere auſi ſunt, ſtatuimus, ut uidelicet, ſecundum eccleſiaſticæ conſtitutionis uoluntatem, exauctorati honore, in quem clam irrepſerint, priuentur & ad ſuum, ſeruilemq; ſtatum reuocantur. Non enim profecto qui in alijs rebus furto, uel fraude aliquid ſubtrahunt, his non modo ea, quæ ſubtraxerint, retinere non concedemus, ſed interdum etiam ut maleficos puniemus, & qui tantarum rerum furta audent, hos inde honeſte uiuere, & ex uno fraudis peſſimo exercitio duo omnium longè pretioſiſſima, libertatem, & ſacerdotij prærogatiuam lucrari ſinemus. Ergo ſi quis ſeruus ignorante domino Epiſcopus creatus ſit, inde ad ſeruitutis effugium nil iuuatus.

CONSTITVTIO XII.

De officinarum magnæ eccleſiæ uſu.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſ. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & uniuerſali Patriarchæ.

COnſtantinus, is qui primus Chriſti nomine 3 † Imperij coronam ſplendidiorem, ac Auguſtiorem reddidit, ubi hoc etiam (de mortuorum ſepultura ſentio per, eorum, quos in ea etiam re egeſtas premeret) dignum alijs ſuis præclaris facinoribus Imperatoriaque cura fore proſpexiſſet, officinas, ex quarum uectigali neceſſarios ad humandos mortuos ſumptus ſuppeditandos ordinaſſet, ſanctæ Dei eccleſiæ applicauit. Hanc igitur prouiſionem quum piorum hominum æmulatio poſtmodum excepiſſet, quæ & ipſa pauperib. ad ſepeliendum ſufficeret, permultũ illa in hunc uſum ſumptus auxit. Verum nunc omnino nihil ea ſolicitudine, qua initio ter ille, quaterq; beatus Princeps uoluit, diſpenſari inde uideas. At nos, & ſcientes quidem, quod poſtquàm eccleſia officinarum uectigalia occupauit, tametſi (quod uſus non poſtulet) nunquam ab initio conſtitutum eſt, Numinis cultum illa non expendat, in aliud tamen quod iam miniſterium, & ipſum ad Numinis cultum pertinens, prorſus illa diſpenſet, ſtatuimus, ut quæ de his iam olim edita Conſtitutio eſt, immota, & inuiolata permaneat. Officinæ autem omnes quæ in hoc miniſteriũ attributæ ſunt ſupra mille numero ſunt ad centum.

3 † κλήρου unde not. 43.

CONSTITVTIO XIII.

De perpetuis emphyteuſibus.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſ. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ uniuerſali.

REm fraudulentam ſimul, & illicitam, conſecratarũ Deo ædium (eccleſiarum uidelicet, hoſpitiorum, & uiduis, pupilliſq; alendis deſtinatarum domuum) præfectos etiam audere, ad noſtras delatum eſt aures. Narratum eſt enim, quum domus eorum ſint, iamq. tempus pacto conſtitutum accurrat, quando locationis terminus, ac poſſeſſionis reuocatio inſtat, non fieri certam aliquam, & ratam ſolutionem, quam peculiari nomine *ἀἰδιάτις* uocant, ſed quomodo Præfectis pro ipſorum 4 † auaritia uiſum ſit, ita exactionib. domuum poſſeſſores prægrauari. Id igitur cum omnibus graue, tum pauperibus (quod ita ipſis durior egeſtatis neceſſitas imponatur) longe eſſe acerbiſſimum intelligentes, ne id amplius fiat, lege cauemus, ſed ut certa quantitas ad duplum emphyteutici uectigalis cõſtituẽda in uno definiatur, & inſuper omnis illiuſo locationis inſtrumentis inſeratur, domuique nulla nouatio adferatur, non uero ex Præfectorum quæſtum intercurratur, dum illi non ut demum utilitati cõſulant, ſed ſceleſte ſibi lucrum parent, hoc agunt.

4 † Lege πλάσσεσθαι.

CONSTITVTIO XIIII.

De iis, qui monaſterium imperfectum relinquunt.

EIDEM.

QVi præcipitanter, ambitioſeq; ad faciendum aliqd fertur, ac ipſo initio uiribus, ac facultate destituitur, ſiue manifeſtum uitium, ſiue benignitatis ſpeciem conatus præ ſe ferat, ſimul ille reprehenſione dignus, ſimul aſpernandus eſt. Hoc ſane & qui ſimilitudines ab initio prouerbiaque loquitur, Dominus noſter & Saluator in Euangelijs uult, ubi de ædificatione urbis, & abſolutione, ac de ſimilibus ſermocinatur. Merito igitur & ſacræ leges, & ciuilia decreta ſimiles edunt, euiſdemque ſenſus admonitiones, ut quicunque monaſterium conſtituere inſtituerent, ſi ad perficiendum opus pares non eſſent, id aggredi prohiberentur. Oportet enim quaſcunque res, ubi ad perfectionem peruenerint, tum demum conuenientem appellationem indipiſci: nequaquam uero nomen rebus imperfectis, ut conſummatæ conſtitutionis ſint, præſtare poteſt. Itaq; (quod dictum eſt) recte ſacra, 1 † ciuiliſque lex eos, qui ad rem abſoluendam pares non ſint, fabricandi monaſterij inceptione prohibet. Verum quoniam incognitum illud eſt, quando monaſterium ſufficienter abſolutum iudicari debeat (non enim expreſſe ab illis huiuſmodi abſolutio definita eſt) hac de re certum, atq; euidens edictũ promulgare placuit. Dicimus igitur (quoniam diuinum os loquutum eſt: *Vbi duo aut tres in nomine meo congregati ſunt, ibi in medio illorum ſum:*) quod opus aliquod monaſterij appellationem ſubiturum, minimum tribus ſufficere oporteat, quod nimirum idem opus, ſi facultatib. quoq; abundè inſtruatur, ad celebritatem nominis etiam ualeat. Vt ergo quis liberam, impedimentoq; carentem ad dedicandũ monaſterium aggreſſionem habeat, in tot minimum monachos dedicationem concipiat, neceſſe fuerit. Porro quia permulti, qui ſe itiuſmodi incœpto dedunt, præueniente morte, ipſoque hominum cõſortio eripiente, interdum propoſito deſtituuntur, illud a nobis ſtatuitur, ut ſi teſtamentum conditum ſit, quæ in illo eccleſiæ aſſignata ſunt, ea illi cedant. Si uero (ut identidem ex mortis incertitudine contingit) antequam de rebus ſuis ſtatueret euectus fuerit, tum ſi ad tres numero liberi ſuperſint, quadrantem bonorum inuolabit monaſterium: ſin ultra ternarium numerũ ſobolis multitudo procedet, liberis monaſterium connumerabitur, & deducto ære alieno, ex uniuerſa ſubſtantia, quantum ipſorum quiſque capiet. Quod ſi defunctus ſine liberis deceſſerit, parentes autem ſuperſtites habeat, rebus bifariam diuiſis, una pars parentibus, altera monaſterio applicabitur. At ſi neque parentes, neque liberos hæredes habeat, & cognati ad hæreditatem prodeant, ipſi quidem quotcunque fuerint, trientem inter ſe diſtribuent, bes uero eccleſiæ accedet. Verum enim uero ſi aut per obliuionem, aut aliam quampiam cauſſam, in contrariam laudabili, legitimoque propoſito teſtamẽtum ſententiam conceptum ſit, ut eius loci Antiſtes Deo amantiſſimus, quantum ad eccleſiæ, eorumque, qui in illa aſſeſſuri ſunt, ſuſtentationem ſuffecerit, uendicet. de reliquis uero legum præſcriptio, & teſtamentum diiudicent.

1 † Vide Nou. 67. & 131.

CONSTITVTIO XV.

Vt ſalutarem Baptiſmum in quocunque ſacro oratorio peragi liceat.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſ. Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ uniuerſali.

ETiam 2 † hic uenerandæ ſextę ſynodi ſacer canon, qui non in priuatarum ædium oratorijs ſeorſum, ſed in ſolis in communem uſum conſecratis templis diuinam regenerationis lotionem perfici uult, quum ſimilia cum illis 3 † iubeat, qui ſacroſancta ſacrificia, & myſteria in priuatis domibus celebrari uetant: ideoque a nobis iampridem cõſideratius expenſi ſunt: tanquam illorum germanus ſimiliter correctionem conſequetur. Statuimus igitur, quemadmodum de ſacrificijs, ſic quoque de ſalutifero baptiſmate, ut & ipſum in quocunq; ſacro oratorio quibuſlibet peragere licitum ſit. Nam hæc tam ſtricte ſacrum ſynodi decretum conſtituiſſe mihi quidem uidetur, propter eos, qui quanquam ſacerdotum nomen gerant, prophani tamẽ ſunt, & quos ad lauacrum adducunt, pollutos reddunt: qui, ut apparet, domos euiſdem opinionis hominem ſubeũtes, non rem diuinam faciunt, ſed 4 † cum ijs, qui conueniunt, inauſpicati aliquid moliuntur. Hanc uero prouiſionem tametſi, & diuinam eſſe, & multa ſalutaria continere conſtet: non tamen ille ad impietatis ſ'cenos a ſuis uitijs coercendos ſufficiat. Nam & res audax eſt malitia, omniq; modo, clauſis etiam oratorijs, ad explendum propoſitũ ſuũ, ſuam inueniat uiam. Veruntamen quum nunc diuina gratia omnes peruerſæ opiniones ſint profligatæ, etiam quantum ad hoc attinet, quamobrem Reipublicæ hoc decretũ ad prohibendam in priuatarum ædium oratorijs regenerationis lotionem obtrudatur, nullam equidem eſſe neceſſitatem cauſam uideo.

2 † Similis eſt Cõſt. 4.

3 † Ɛεγο ...

4 † Quia hæc huius loci demẽdo ſuſpecti, ſententia ſit, non dubito.

CONSTITVTIO XVI.

Vt qui uiginti annos habet, hypodiaconus creari poſſit.

EIDEM.

VEtus 5 † uerbum, quod de rebus ſuis dicenti aures eſſe aperiendas monet, cum in alijs omnibus perbeliè ſeſe habeat, tum hic longè eſſe pulchrius apparet. At quorſum hoc? Ciuilis 6 † lex ſtatuit, ne minor uiginti quinque annis in diuinis officijs creetur hypodiaconus. Decretum ſacrum contra ſtatuit, ut qui ad iſtiuſmodi miniſterium accedit huic uigeſimus annus ad ordinationem perducat. Dignum itaque ſacram legem de rebus ſuis præcipientem audire Imperatoria noſtra Maieſtas rata, & in eandem cum illa ſententiam deſcendit, & ſtatuit, ut qui ad uigeſimum annum peruenit, modo anteactæ uitæ ratio obſtaculo non ſit, quantum ad ætatem, hypodiaconi officium ſuſcipere non impediatur.

5 † Hoc idem conſtituitur conſtit. 75.

6 † Nouel. 123. §. clericos autẽ.

CONSTITVTIO XVII.

De puerperis, quando diuinorum myſteriorum participes fiant, & quando infantes baptizentur, poſt quadraginta uidelicet dies, extraquàm ſi neceſſitas urgeat.

EIDEM.

ID, quod Beatitudo tua poſtulat, a nobis procedere, quàm a nobis originem ſumere, ac proficiſci, æquius fuerat. De re enim ſacra Sanctitatem tuam ſancire oportebat. Verum quoniam ſuper uno duntaxat capite concilium conſultare (cum de multis decernere concilij ſit) inconueniens eſſe, nos uero, & citra concilium decretum facere poſſe, duxitis admonitionem ſuſcipientes, quibus de rebus poſtulationem inſtituiſtis, de ijs conſtitutionem emittimus. Quum itaque Dominus, & Saluator noſter, quo ſplendore gloriæ ipſius illuminarentur, qui in tenebris ambulant, iuxta atque nos carnis atque ſanguinis noſtri particeps factus fuerit: ualde, mea quidem ſententia, a ſalutifera ipſius prouidentia diuertere ſentiunt, 7 † quotquot eam, quæ ex recenti puerperio decumbit, & morte præ foribus conſiſtente, nec diem quem ipſi expectandum autumant, quadrageſimum nempe poſt partum, expectante, ciuiſque obtorto, uelut collo protrahente, corripit: illuminatione indignam eſſe opinantur, & ut ob corporis immundiciem reuera illa è uita immunda excedat (quippe quæ in ſacris non inſtituta, nec ſacri lauacri luſtrationis, regenerationiſque partiCEPS

7 † Notauit Theophilus, & Dionyſius epi Alexandrini.

cepſ ſint) efficiunt. Neque uero illi periculi, damnique magnitudinem, quam inconſiderata ipſorum, & pernicioſa religio adfert, præ oculis habent. Verum & illa eſt abſurditas, ut oratione non indigeat. Talem enim mulierem incredulam, retornationeque deſtitutam decedere, & iſtiuſmodi ob cauſam, pro eo, quod inter ſeruandos collocanda eſſet, in perditorum, damnatorumque locum reijci, quomodo fas, Deove, qui per fidem in ipſum, & in aqua, Spiritusque regenerationem, ſalutem donat, non graue, atque acerbum eſt? Vanam igitur iſtiuſmodi prudentiam dehinc in futurum è medio tollentes, de mulieribus, quæ recens pepererunt, quæque naturali expurgatione occupatæ ſunt, ſtatuimus, ut ſi quidem alia quacunque affectione morbida ipſarum uita non tenetur, uſque ad præfinitum quadraginta dierum tempus expertes maneant, nondum initiatæ ſacroſanctorum myſteriorum perceptione: at ſi quis ipſis morbus, qui uitæ internecionem minitetur, ſuperuenit, & incumbat, ſacratum rerum omnibus modis participes fiant. Etenim ſi illis, qui propter enormia flagitia multis annis uiuifica communione arcentur, mors adoriens præſcriptum tempus incidit, neque quiſquam hos ſacrorum participatione prohibere ſuſtinet, qua ratione hæ propter naturales carnis ſordes prohibebuntur? Quas profecto non tam propter muliebrem hanc immunditiem, quam ob alias cauſas in intima legis ratione reconditas, & ueteri prohibitum eſſe lege, & gratiæ tempus traditionis loco ſuſcepiſſe puto. Exiſtimo ſi quidem ſacram legem id præſcripſiſſe, quo proteruiam eorum, qui intemperanter ruerent, concupiſcentiam caſtigaret, quemadmodum & alia multa per alia præcepta ordinantur, & præſcribuntur, quo indomitus quorundam in mulieres ſtimulus retundatur. Quin & hæc prouidentiæ, quæ legem conſtituit, uoluntas eſt, ut partus a deprauatione liberi ſint. Quia enim quicquid natura ſuperuacaneum eſt, idem corruptiuum, & inutile eſt, quod hic ſanguis ſuperfluus ſit, quæ illi obnoxiæ eſſent, in immunditiæ ad tempora unire illas lex iubet: 1 † quo ipſo etiam nominis ſono laſciua concupiſcentia ad temperantiam redigatur, ne ex inutili & corrupta materia ipſum animans coagmentetur. Et ſane de infantibus eundem ad modum conſtituimus, ut ſi non inquietentur, inimicoſque naturæ caſus ſuperent, antequam gratiæ ſplendore illuſtrentur quadrageſimus dies expectetur. Conſentaneum namque eſt, ut quemadmodum fœtus quadraginta diebus in naturæ, maternoque receptaculo plenè informantur, ſic etiam in æquali dierum numero in diuinæ gloriæ, æternique omnium Patris domum procedant. Si tamen & octauo a partu die baptizare aliquis uolet, neque id abſurdum fuerit. Dominus enim noſter Chriſtus octauo die circumciſus, impoſito circunciſioni fine, pro hac uiuifico baptiſmate initiari conceſſit. Verum hæc obtineant, ſi nulla neceſſitas, quæ mortem minetur, exiſtat. At ſi periculum aliquod emergens uim uitæ inferat, omni diligentia, omnibuſque uiribus etiam intra octauum diem ſacram lotionem peragi oportebit, ne non illuminatus, neque ſacri lauacri, atque adeo ſummi boni expers partus decedat.

1 † Lego [illegible]

*CONSTITVTIO XVIII.

Vt in ſponſalibus conſtituta pœna exigatur.

Idem Imperator Styliano Excellentiſſ. ſacrorum officiorum Magiſtro.

IN omnibus rebus, & dictis, quod præſtantius ſit, ſeligi, reprehendendum non eſt. Atque tunc quidem ut aliquid ſequare, aut declinandum cenſeas, non eorum, qui aliquid aut faciunt, aut dicunt, habenda ratio, ſed eorum, quæ fiunt, ac dicuntur, cognoſcendus ſtatus eſt. Idcirco quod conſuetudini placuit, ut in ſponſaliorum reprobationibus pœnæ imminerent ijs, qui reprobare inſtituerent, id in legis auctoritatem collocamus. Arbitror enim, id, quod conſuetudini uiſum eſt, ea lege, quæ de huiuſmodi rebus lata eſt, nihil improbabilius eſſe, ac res ipſas referre in melius. Nam quum lex * arrhæ perditione, aut in duplum reſtitutione ſolum temeritatem puniat, hæc deſinitum, pactoque conſtitutum in ſponſaliorum reſciſſione ſubiri damnum uult. Ac ſane, ne (ut fieri aſſolet) ſponſalia ſurſum deorſum ferantur, hoc mihi, quemadmodum dixi, maiorem obtinere uim uidetur. Solius enim arrhæ perditio, quæ in eum, qui dedit, ac deinde ſponſalibus non acquieſcit, conſtituta eſt: eiuſque in duplum reſtitutio, quam multam is, qui arrham cepit; deindeque in pacto conuento non perſiſtit, ſuſtinet: ut propter pœnæ leuitatem ad pactorum reſciſſionem, qui id facere cogitant, facilius ferantur, facit. At ex pacto deſinitæ pœnæ grauius damnum ſibi obuenire uidens inconſtans, multo tardior omnino ad diuellenda ſponſalia fiet. Quod ſane nos etiam nuptialibus contractibus magis conducibile fore animaduertentes, quod ex conſuetudine fieri ſolet, in legitimam conſtitutionem traducimus. Ex arrhæ ſi quidem perditione faciles ſponſaliorum euerſiones uideo, ex pœnæ perſolutione non item. Nam grauius diſpendium (pacto enim conſtituta pœna, arrha maior prorſus, atque grauior eſt) uel inuitum inhibens, animi inconſtantiam acquieſcere illis, quæ antea de ſponſalibus placuerunt compellet. Sic igitur quod a conſuetudine confirmatum eſt, quemadmodum hactenus, ita deinceps & obtineto, & cauſas diiudicato, tum etiam qui ſponſalia euertit, pœnæ exactione ſentito.

* L. fin. C. de ſponſali. & arb. ſponſ.

CONSTITVTIO XIX.

De pacto paterno, ex æquo hæredem futurum filium.

Idem Imperator Styliano Excellentiſſ. ſacrorum officiorum Magiſtro.

NOn contemnendi alios ſtudio (ut & antea à nobis dictum eſt) neque, ut gloriam nobis pareremus, ad legum correctionem proceſſimus, ſed ut, quod conducibile non eſt, quoad eius fieri poteſt: a 2 † ſubditorum conſortio remoueamus, id ſcientes, ad moderandam Rempublicam legum rectam Conſtitutionem omnium eſſe præſtantiſſimam. Nam qui leges Reipublicæ oculos eſſe dixerit, is profecto, mea ſententia, illas ita uocans, nihil indecens pronuntiauerit. Quemadmodum enim res maximè neceſſaria eſt animali non titubans oculus, ita & Reipublicæ legum æquus, & rectus ſtatus. Huius ergo nos curam gerentes, poſteaquam in ſelecto Codice legem eſſe cognouimus, quæ propter euidentem abſurditatem in hominum animis neutiquam locum 3 † inuenit, ut ſuſpicerétur: nedum uim aliquam & efficaciam habet. Contraria enim ſtatui naturali, quæ a parentibus liberis debetur, æquabilitati, aduerſuſque filium patri ad inæquitatem feneſtram aperit, quin & parentem, ut illi morem gerat obſtrictum, mendacio, doloque obnoxium facit: poſteaquam, ne ſuſciperent, excluſerit communis hominum uoluntas: tamen nos nihilominus omnem illi prorſus functionem, & uſum decreto adimimus. At quid dicit 4 † Etiamſi (inquit) pater, quum in matrimonium collocaret filium, illum poſt deceſſum ſuum ex æqua parte cum alijs fratribus paternorum bonorum hæredem fore pacto promiſerit, in poteſtate tamen illius, ſi uelit, erit, ut pactum eiuſmodi negligat, alijſque liberis amplius attribuat, & illi, cui æquam portionem hæredi ate pactum concedebat, minorem aſſignet. Hoc itaque quanquam alioqui, quo, modo diximus, in Republica nullum locum habeat, noſtro etiam decreto uelut in exilium eiectum, omnibus modis in Rempublicam ingreſſu prohibemus. Statuimus uero, ut parentum nemo iura filiorum, quibus cum reliquis liberis æqualem hæreditatis portionem ſeruatum iri in nuptialibus contractibus ſpoponderint, innouare tentet. Ac ſi quis pactiones ſuas aſpernari, & illius, cui tantundem, quantum alij fratres habituri ſunt promiſerit, portioni detrahere compertus fuerit, ſciat is, pœnitentia mutatam uoluntatem inualidam, atque uanam habendam. Ex æquo enim cum alijs fratribus ſecundum initum pactum filius in bona ſuccedet. Neque uero men-

a † Lego ὑπηκόων.

3 † Lego ſupe.

4 † Dilatã do recenſere uidetur. l. 15. C. de pac.

dacium veritati præferri ulla ratio patitur, neque pacta conuenta per improbationem adulterari, æquum eſt; neque rationabili animali (id facere) conuenit. Atqui ſi quid aliud, hoc certe hominem decet, vt verbis ſuis fidem præſtet, niſi mendacijs ueritatem corrumpendo, deſtitutus ratione, eorum albo, quæ ratione prædita ſunt excidere uelit. Quinimo nec illud conſentaneum eſt, vt parentes ijs, qui pariter ex ipſis nati ſunt, non parem curam exhibeant, neque æquabiliter ipſorum uitæ proſpiciant, ed alios quidem vberiores facultates habere, alijs vero nihil parcere, neque illorum miſerer, tametſi inopes in miſeria uicturi ſint, uelint. Cæterum æquum eſt, ut quemadmodum omnibus liberis ex æquo uitam impertiti ſunt, ita etiam ad hanc facultates impertiamur, nequaquam vero, velut ancipiti libra, his leuius quiddam, alijs uero grauius, pro inæqualitate animi ſui arbitratu.

CONSTITVTIO XX.

Vt ne maritus quemadmodum vxor, illa præmoriente, præter donationem propter nuptias, quicquam capiat.

Idem Imperator Styliano Excellentiſſ. ſacrorum officiorum Magiſtro.

1† Noue. 97.

QVum 1 † uetuſtis legibus, quæ de pactionibus nuptialibus tractant, tum in prima matrimonij coitione, tum in eiuſdem ſolutione, quam mors in alterum coniugum irruens efficit, æquabilitatem & viro, & mulieri aſſignare uiſum ſit: haud ſcio quare moti, quibus poſtmodum leges condere ſtudio fuit, diuerſis conſtitutionibus has ſubiecerunt. Etenim uetuſtiores leges mox a coniugij coitione æquales eſſe collationes tum muliebrem, tum uirilem, & ut 2 † altero uita defuncto, quum liberi nulli ſupereſſent, nec pactum in quo quippiam de lucro ſignificaretur ſubeſſet, ex æquo ad utrunque ſua reuerterentur, conſtituerunt. Si uero de lucro pactum interueniſſet, tunc ut uter cunque uita exceſſiſſet, qui ſuperſtes eſſet, receptis rebus ſuis, 3 † inſuper quantum pacto comprehenſum eſſet, lucraretur, & ut ambobus lucri æqualitas ſeruaretur, ita ut, uiro præmortuo, mulier dotem, propterque nuptias donationis partem aliquam eamve 4 † totam, ſi ita conueniſſet, aſportaret, & ſi mulier ante uirum in mortem incidiſſet, uir donationem propter nuptias conſeruaret, 5 † illumque lucrum (ſiue dos tota, ſiue eius pars), prout pacta uellent, ſequeretur. Atque hæc quidem, quum uetuſtioribus placuiſſent, poſterioribus diſplicuerunt. Quapropter & contra ſtatuunt; quanquam non rectè. Statuunt autem, ut ſtatim ab initio coniugij inæquales procedant collationes, & maior dos ſit, donatio uero propter nuptias contractior: eiuſque uxor ab eo die, quo matrimonium contractum eſt, ſi dominus, quanquam (ut fieri aſſolet) alterius uiri conſortio poſtmodum ſe mancipet. Et iniquè iudicantes, vbi matrimonium morte diſtractum fuerit, mulieris mœſtitiam lucro conſolantur, uiri uero ſupra amiſſionem uxoris, diſpendio rerum ipſius mœrorem adaugent. Iubent enim ut mulier ſuperſtes cum ſua dote uniuerſam propter nuptias donationem auferat, & ad hæc ex reliqua mariti ſubſtantia tantum, quantum dotis, donationisque propter nuptias in 6 † unam ſummam contractarum quadrans conficit, ceu hæres capiat. Quod ſi mulier ante maritum mortem obeat, tum vt illius hæredes vna cum dote donationem propter nuptias lucrentur; maritus autem nihil aliud, quam quantum dotis, donationiſque propter nuptias quadrans facit, habeat: utique res eum ad modum procedat, ſiue ſubſit pactum, ſiue nihil huiuſmodi inter ipſos conuenerit. Verum hæc quomodo non iniqua? quomodo pro iure hæc non extrema iniuria eſt? Quæ quidem, præmortuo marito, mulier accipit, in his fortaſſe aliqua ratio ſit: quæ uero, illa præmortua, ad eius hæredes deuoluuntur, in his quomodo non omnis iniuſtitia, & enormitas ineſt? Ea propter decenter ualde, ſapienterque perpetuo ille memorandus Imperator, & qui ex ipſius lumbis natus poſt ipſum (rebus præeſt,) fecit, qui ueteribus legibus auctoritatem conſeruandam, quæque peruerſè contra ſtatuerent, eas e Republica in exilium ejiciendas putauit. At enim refractaria, contentioſaque conſuetudo eſt, ac frequenter abſurda aliqua opinio (qualis in hominum animis) eorum præſertim, quibus recte iudicio illam expendere curæ non eſt) altas uelut radices egit, haud facile extirpari quit. Qui homines anticipatam opinionem, quamuis friuola ſit, amplexantur, noluntque ſequi meliora. Adeò ut, ne nunc quidem in æternum commemorandi patris noſtri conſtitutio, quæ ad veteres leges nuptialium pactionum rationem reducit, abſurdam Conſtitutionem nullam eſſe faciendam perſuaſerit, atque in quæ ille exilium decreuerat, in publico hæc etiamnum uſa ſint. Quid nos igitur? Poſtquam ſemel præualere uiſum eſt, ne in matrimonij coitione ex æquo collationes fiant, ſed maior donatione propter nuptias dos ſit, hoc in Republica obtineto: ſi etſi mors matrimonium dirimat, tum ſi maritus ſine liberis decedat, pactumque non ſubſit, uxor dotem donationemque propter nuptias, nihil autem amplius auferto. Si uero mulierem mors abripiat, dotem hæredes eius capiunto: maritus autem ſuis rebus ne priuato; neque, quæ ipſius ſunt, alij, ſed ipſe habeto. Quomodo enim iniquum non eſt, alios ex illius rebus lucrum ſentire, ipſum uero, ſupra amiſſionem coniugis, bonis etiam ſuis, ſine donatione propter nuptias priuari?

2† Pro ϑανατῷ ego ϑατερ.

3† Defectu quem κ, ' ϛιχέιτι indicat, ita mihi rectè ſupplere uideor.

4† Lego γ' ὅλον.

5† Lego αὐτῷ.

6† Lego τὶς ἐφ.

CONSTITVTIO XXI.

Vt dotis promiſſio ex paternis, aut maternis bonis 7† facta præſtetur.

7† προικῷου.

Idem Imperator Styliano excellentiſſ. ſacrorum officiorum Magiſtro.

QVemadmodum in libra 8 † uidemus, eam tum recte ad rerum earum, quæ ponderantur, diiudicationem deſeruire, quando lances æquales ſunt, neque uel tantillum in alteram partem proclinant: ita quoque lex, quum ne tantillum quidem ius intorquet, ac deprauat, digna eſt, quæ ad rerum diiudicationem procedat. Illius etiam partes ſunt, ut æquabilitatem, huius autem, ut ius ſtabile conſeruet. At quorſum hæc? In codicibus deſcripta 9 † Conſtitutio eſt, quæ dum a parentibus qui in matrimonium liberos collocarunt, promiſſa 10 † dotis, donationisve propter nuptias nomine facta exigit, haud ſcio, quomodo ius commiſceat. Vult nanque, ut pater, qui 11 † pro liberis dotem, donationemve propter nuptias promiſerit, ſi promiſſionem indiſtinctè fecerit, illam totam de ſuo expleat, ſuiſque ſolis ex bonis perſoluat: ſin diſtinxerit, huncque ad modum locutus ſit, *Ex meis filijque bonis promiſſa exoluentur*, ſi inops ſit, nihil ille in promiſſum contribuat, ſed filij facultates, quæ ſe vna cum filio daturum pollicitus eſt parens, ſolæ expleant: ſed ſi diues ſit, contrarium ſtatuatur, ut ipſe ſolus de ſuo, quæ pollicitus ſit, expleat, filiuſque nihil cum illo communicet, tametſi non ſe ſolum, ſed cum filio promiſſum expleturum pollicitus ſit, quod ſi filium, qui ipſe non promiſerit, dare quippiam indignum putetur. Hoc itaque æquitatis ſubuerſionem eſſe ratı ſumus. Nam quantacunque inopia teneatur parens, ſi filius ſolus de ſuo promiſſa ſoluat, iuſtitia legis apparet: neque iuſtum, quum ſatis affluens rerum patri copia eſt, filium contributionis omnino eſſe expertem, uniuerſumque promiſſum a parente exhiberi conuenit. Quamobrem etiam ſtatuimus, ut ſecundum parentis uerba promiſſorum ſolutio procedat, ab ipſoque ſolo, quando ſe ſolum daturum pollicitus eſt, promiſſum exigatur: quando uero cum filio ſe daturum promiſit, filius etiam ſolutioni obnoxius ſit: eaque ex æqualibus partibus, quando illæ definitæ non ſunt, fiat: ac tum ex inæqualibus etiam, quum utrique certæ partes diuerſè aſſignatæ ſunt. In hoc nulla æquitatis euerſio eſt, inſuperque id ad liberorum utilitatem ſpectat, quam in codicibus edita Conſtitutio 12 † non magnopere curat. Quid ita? Quoniam ſupremo parentis, quum ad diſpendium reſpicit, ideoque illud tempus, quod filio efficaciter promittendi poteſtatem facit, ineundo nuptiali contractui expectat, quod conducibile filio ſit, perdit. Vt igitur ea res ambobus commoda, fœlixque ſit, neque æquitas iniquo iudicio

8† ἐπὶ τῆς πλάστιγγος.

9† L. vlt. De dot. promiſſ.

10† Ita deprauati huius loci ſenſum rectè exprimere uideor.

11† Lego ὁ προίκα δοὺς.

12† Lego οὐ πάνυ τῶν τέκνων.

inuoluatur, nec vero deniq; liberorum vtilitati noceatur, Codicis decretum vacato: hoc vero iam etiam conſuetudini cognitum in Republica obtineto. Quum 1 † etenim pro decreto legis in Republica habeatur, iam prælatum eſt, quæ in Codicibus eſt, Conſtitutioni.

1 † Hic ἐν' ἀυτῆ & χ', ſuperflua capes uidiſco.

CONSTITVTIO XXII.

Vt mulier, quæ matrimonium non iterat, vnius liberorum portionem proprietatis iure capiat: ſimiliter & pater.

Idem Imperator Styliano Excellentiſs. ſacrorum officiorum Magiſtro.

SIcut in plerisque alijs, quando abſurdi nihil incideret, neque rebus noxium quicquam intereſſet, conſuetudini ceſſimus: quin & legis prærogatiuam illi dedimus, quum iam plebs aſſuefacta illi eſſet, nec ab illa ſe auelli ſineret, ita etiam in parte donationis propter nuptias, quam mulier liberos habens, nec animo alteris nuptijs applicito, ſponſalem torum continuiſcens accipit, faciendum putauimus. Quum enim 2 † antiquior lex id dominum ita circumſcribat, vt donatione propter nuptias mulieri in vſumfructum data, illa præter vſumfructum ex eadem propter nuptias donatione vnius liberorum portionem proprietatis iure capiat, ac deinde poſterior lex rurſum hanc vnius liberorum portionem non ex donatione propter nuptias duntaxat lucrum mulieri adferre, ſed in alia etiam mariti bona procedere illam voluiſſet, ita per leges conſtitutis, conſuetudo neutram legem directè, ſed partim hanc, partim illam ſequens, neque ex ſola donatione propter nuptias, neque ex alijs extra donationem conſiſtentibus mariti facultatibus, vnius liberorum portionem, mulieri dari dignum putat: verum immutata illa portione, omnium ſimul ipſius bonorum illi partem largitur. Hanc igitur conſuetudinem, quoniam acerbam eſſe rebus mortalium non videmus, vt in alijs etiam faciendum putauimus, legis dignitate honeſtamus: illaque quidem deinde vim legis, non autem conſuetudinis obtineto. Ac ſiquidem omnes mariti facultates in ſola donatione propter nuptias numerentur, cum huius liberis ſuperſtites mater portionem, quæ ad ipſam pertinet, pleno dominio accipiet: reſiduique vſumfructum habebit. At ſi ad donationem propter nuptias facultates non ſufficiant, non pro quantitate imminutæ donationis portionem mulier accipiet, ſed quæ tantundem habeat, quantum haberet, ſi nihil imminuta, & plena donatio propter nuptias eſſet. Huiuſmodi igitur portione mulieri data, reliqua liberorum ſunto: & ſi nihil ſuperfuerit, tanquam hæreditatem, ſucceſſionis priuationem, & egeſtatem illi auferunto. Atque hæc quidem de muliere. Vir autem, ſi liberos non habeat (quomodo 3 † alibi correctum, & conſtitutum eſt) nihil neque accipiet, neque perdet, ſi habeat, neque alteris nuptijs vxoris deſiderium inaniat, liberorum educationis, exhibitæque priori matrimonio reuerentiæ, & honoris gratia, & ipſe vnius liberorum portionem capiet.

2 † Nouel. 117. §. quoniam.

3 † Sup. cõſti. 20.

CONSTITVTIO XXIII.

Ne præſides in Prouincijs ſuis domeſtica ſponſalia contrahant.

Idem Imperator eidem Styliano.

DIgnum hercle humano ingenio, Magiſtratuumque virtute eſſet, ſi, qui in Magiſtratum aſſumuntur, eo quod ſupra multos alios gloria, & honore fruuntur, religiosè præcepta Dei obſeruarent, & cuſtodirent, prouideque ſubditorum res curarent, nequaquam vero illos graui manu opprimerent. At quia ſunt quos, ferox iniquusque; animus e recta præceptorum ſemita exorbitans, in peruerſam, tyrannicamque cupiditatem ducit, & pro Reipublicæ cura efferati animi propoſitum exhibere facit, tanquam illos refrænatura 4 † lex vetus ſtatuit, ne Præſides in ſuis Prouincijs contractus, & ſponſalia ineundi facultatem haberent. Atque hanc quidem illius rationem quum in filijs, nepotibus, & alijs 5 † conſtituiſſet, filiarum elocationem non prohibuit. Hoc igitur nos, tanquam, quod deerit, optimæ legi adijcientes, ſtatuimus, vt qui bus Præfecturæ obuenit, quemadmodum filios, aliosque virilis ſexus cognatos, & domeſticos, ita quoque filias, alias que fœminini ſexus perſonas, in ſuis quique Prouincijs matrimonio collocare, prohibeantur. Quid enim cautæ eſt, quare filius, & ſi quis alius virilis ſexus eſt, decreto obnoxius ſit, filia vero a legis obſeruatione libera permaneat? Quum præſertim virilis ſexus ſæpenumero multis modis, & exercitijs ſibi, coniugi, alijsque, quos affinitas coniunxit, utilis eſſe poſſit. Nam dignitates fortaſſe conſecutus, aut mercatura aliqua inſtituta, aliaue ſuſtentandæ vitæ cura ſuſcepta, neque ſibi (quomodo dixi) neque alijs propinquis inutilis fuerit. Quæ de muliebris ſexus ſubeat, non ſere idoneus eſt.

4 † l. vnica Si rect. prouinc. vel ad cum pert. ſpõſ. C.

5 † Quæ hic defectus eſſe videtur, mox ſuppletur.

CONSTITVTIO XXIIII.

Ne filij naturales cum adoptiuis matrimonium contrahant.

Idem Imperator eidem Styliano.

MVlti, dum priſca tempora laudibus celebrant, prima illis in ordinandis, conſtituendisque rebus tribuere uolunt. Atque illa in pleriſque recentiora uincere, ſcio quidem & ego. ueruntamen in nonnullis uinci etiam uideo. Et cum non pauca ſunt, in quibus a recentioribus temporibus illa ſuperentur, tum uero maximè in adoptionibus id bene conſpicitur: quas illa adoptiones neutiquam decenti cum ritu, & ornatu faciebant, dum citra diuinum ſacrificium, diuinosque 6 † cantus faciebant, & qui adoptari uellent, ei illis 7 † ſimpliciter fieri lex permittebat. Vnde uſu ueniebat perſæpe, ut ſororis appellatio in uxoris tranſiret, & quæ puella paulo ante filia dicta eſſet, nurus nomine compellaretur, aut filius qui eſſet, pro eo gener agnoſceretur: quando, uidelicet, naturalis, quemque adoptio in filiorum ordinem collocarat, matrimoniali commercio inter ſe iungerentur: ac ſiſque deque iſthæc actio haberetur: quod quum ſacrum miniſterium non interueniſſet, nullum inde ad matrimonialem conſuetudinem exiſtere obſtaculum. Cæterum olim quum decenti ratione non adoptaretur, quanquam matrimonium infame 8 † quiddam complecteretur, non tamen nefarium aliquid continebat. Verum nunc quum adoptio ſecundum ritus tum decoros, tum iuſtos fiat, & per ſacro ſanctum ſacrificium hi in parentum locum, illi uero in filiorum ius ſubeant, nulla amplius reliqua ratio eſt, 9 † ut filij adoptiui cum naturaliter genitis in matrimonium connectantur. Quocirca etiam ſtatuimus, ut qui eo modo fratrum nomẽ ſubierint, ijs nequaquam mutato fraternitatis iure in matrimonium iungi liceat.

6 † Lego ᾠδῶν.

7 † Vide ti tu. de ado. D. insti. & C.

8 † Pro ἐ τὶ lego τι.

9 † Abrogatur. l. 17. de rit. nupt. Dig.

CONSTITVTIO XXV.

De emancipatione, & dotis reſtitutione.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVæ a ueteribus Imperatoribus de emancipatione conſtituta ſunt, eximia illa quidem, dignaque, quæ ab innouatione libera conſeruentur, haud ſcio, quomodo non decentem reuerentiam obtinuerunt: ſed tametſi non omnino at certe deſpici tamen cernantur, non rectè ſanè. Quod enim ſtatuerunt, ſeruis libertate donatis 10 † non protinus non auferri munificentiam poſſe: ſeu 11 † ſi quis in unam aliquam ueterum cauſarum, quæ libertatis dignitatem in ſeruitutis habitum tranſ

10 † Vide tit. de liber. & eo. lib. C.

11 † Lego ἀλλ' ἐγ τύπῳ, & ἐν μιᾷ.

formare poſſunt, malo animo commiſiſſe deprehenderetur, vti loco turſum in ſeruorum locum deduceretur: illos religio ſe omnes audiunt, legiſque lationem venerantur: Quod vero liberis 1 † parentum poteſtate ſemel liberatis libera animi voluntate per omnia plene vti permittunt, non viſum eſt audiendum, neque quaſi illi improbauiſſent ſtatuiſſent, decreto acquieſcendum. Sed manifeſtum nunc eſt, nulla id ratione 2 † (neque enim lege nouiter lata reprobatum eſt,) authoritate priuatum eſſe. Quidam [ſaltem] iudex cenſuit (& miror quo pacto cenſuerit) ne, qui liberi ſui iuris facti eſſent, ſimpliciter poteſtatem, quam cepiſſent, haberent: ſed niſi ipſi liberi eſſent, liberum arbitrium abrogetur, rurſumque patriæ poteſtati ſubijcerentur. Neque vero [ille] hoc vnum 3 cenſuit, 3 † ſed etiam ſi quis ex ſemine ſuo eſflorēſcentem fœtum viderit, ac vero hunc mors totius oculis inſpexerit, itaque ad liberorum orbitatem redactus ſit, vt ille pariter cum liberis liberam voluntatem amitteret, neque teſtamenti factionem haberet, neque quæ donata a parentibus eſſent, pro arbitrio adminiſtrare permitteretur. Atque hoc quidem vbi nonnullis placuiſſet, facileque a poſterioribus ſuſceptum eſſet, deſpecta veteri legiſlatione in hodiernum vſque diem in Republica valere conſpicitur. Nos itaque priſtinam legum hac de re auctoritatem renouantes, ſtatuimus, 4 † ne quis illorum, qui de dotis reſtitutione diſceptant, teneatur, intactaque re ſuam dimittatur. At quid aiunt illæ? Si nimis liberis orbetur, donum, quod illi a patre proceſſerit, ad donatorem oportere reuerti. quod vero aut a matre, aut ab extraneo quopiam donatum filius habet, non item, niſi reuerti debere id donatores pacto complexi ſint. Sed quæ filijs patres inter emancipandum dederunt, apud eos, qui acceperunt, (niſi pacti cuiuſpiam, quum pater donaret, initi obſtaculum ſubſit) irreuocabiliter permanere, illoſque de illis teſtari iubent. Nos itaque in harum ſententiam pedibus euntes, ſtatuimus ſore omnes iubemus, ſi filius ſui iuris factus, nulloſque liberos habens tetietur, parentes illa dumtaxat, quæ ex lege Falcidia ad ipſos manant, niſi ſi pactum (quomodo ſupradictum eſt) initum ſit, percepturos: reliquos vero cognatos 5 † quanquam ab inteſtato vocarentur, vt qui reſtitutione pactum interponere neglexerunt, omnino nihil. Illi porro annotatu dignum, ſolius virilis perſonæ in poteſtate eſſe filium dici. Cæterum quoniam præter alios modos hic quoque ſui iuris filium eſſe oſtendebat, ſi qui ipſum in poteſtate habebat (hoc is pater, ſiue auus eſſet) libertate ipſum ſuo ore donaret: nos hoc inſuper annectimus, vt ſi pro ſuo ſaltem arbitratu viuere filius videatur, ſiue id eius verbis, cuius ſub poteſtate degit, conceſſum fuerit, ſiue verbis quidem conceſſum non ſit, 6 † ſed 7 † contentus tacitus filio vitæ rationes ſeparatim inſtituenti non aduerſatus ſit, verum ipſum ſuo modo ſeorſum viuere permiſerit) tametſi a coniugij commercio hoc ſit: ius tamen liberi arbitrij ratum illi, & confirmatum ſit. Etenim ſi ſerui ſemel iugo emiſſi, dum mali non appareant, iterum illud trahere non coguntur, quomodo indignum non eſt, filios patria poteſtate liberatos, denuo ſub iugum mittere, ipſoſque perpetua libertate, qua (quomodo dias) ſerui etiam fruuntur, expertes eſſe?

1 † Lego [illegible]
2 † Lego [illegible]
3 † Lego ἀλλά, καὶ.
4 † Valde mihi hic locus ſuſpectus eſt.
5 † Lego [illegible]
6 † Lego ἀλλά.
7 † Abrogatur. l. 3. de eman. ci. C.

CONSTITVTIO. XXVI.

Vt eunuchi adoptare poſſint.

Idem Imperator Styliano Excellentiſſ. ſacrorum officiorum Magiſtro.

MAgnum ſanè excellenſque donum a Deo creatore ad mortales promanauit matrimonium. Non modo enim naturæ noſtræ ingluuiei obnoxiæ opem fert, humanoque generi 8 † perpetuitatem elargitur, id dum ab illa depaſcitur, non omnino deperiet lineus: verum etiam per liberorum procreationem permagna aliqui hominum vitæ præſtat. Nam quid ea, quæ ex liberis percipitur voluptate, ad oblectandos hominum animos humaniusue vero quid in humanæ vitæ negotijs, cum alijs, tum quæ in ſenectute nobis ſe offerunt, vtilius? Leuari certe ſenectutis moleſtias liberorum miniſterio videmus. Verum quoniam eam utilitatem per matrimonium commercium conſequi non omnes ualeant, uoluit lex, & recte quidem, ut eos, qui id donum a natura non accepiſſent, ſua benignitate beneficium conferre. At id propoſitum non ita erga omnes ſeruauit, ut omni defectu uacuum beneficium daret. Alijs enim etiam extra matrimonium acquirendi liberos poteſtatem fecit, alios huius beneficentiæ extortes reliquit. Quanquam eius legis, quæ in hoc ſemel edita eſſet, ut liberorum orbitate, qui nullos haberent, liberaret, ac ſua ope patres, quibus ex matrimonio id eſſe non contigiſſet, efficeret, pertinere ad omnes beneficentiam conueniebat. Verum illa id ita non uult: ſed reijcit illos qui lethalia paſſi ſunt. quorum tamen, quod iniuria affecti, generandique facultate priuati ſint, miſerari par erat. Repulſæ autem cauſam hanc ponit, quod dicat, Quos natura ad generandum non idoneos nouerit, hos neque legem hoc beneficio affecturam. At uero non natura, ſed hominum iniuria his generandi uim ademit. Qui homines ſi præter iniuriam, quam ab hominibus ſuſtinuerunt, alteram per leges non ſubirent, dignum fore Imperatoria noſtra Maieſtas ſtatuit, ut ſi adoptare uellent, 9 † liberam id faciendum poteſtatem haberent. Exiſtimo enim id his beneficium magis eſſe neceſſarium, ubi eius impenſius ſequitur utilitas. Eunuchis autem præcipuè liberorum acquiſitio, quæ per legem ſit, eſt neceſſaria: eoque magis, quod una hac ratione, ut patres ſint conſequuntur; itaque liberorum miniſterio ipſis frui contingat, quod inhumanum eſſet, ſi, quod genitalibus priuati ſint, inſuper etiam priuarentur. Sed quemadmodum cui uocis uſus ademptus eſt, quæ linguæ munia ſunt, per manum adimplere, & qui ſermonem labris fundere nequit, per ſcripturam ad ordinandas res ſuas procedere non prohibetur: 10 † ita neque qui, quod genitalibus priuati ſunt, liberos non habent, horum indigentiam alio modo compenſare uetandum eſt.

9 † Abrogatur. §. ſed, & illud. de adopt. In ſti.
10 † Lego [illegible]

CONSTITVTIO XXVII.

Vt pariter omnibus adoptare liceat.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVum eos qui ſua induſtria rem aliquam humanæ vitæ utilem adinuenire ſtudent, in commune illam proponere, quam certis hominibus deuouere, aliosq; eius expertes relinquere, 11 † decentius ſit: tum vero longè magis legum beneficium commune eſſe conuenit. Nam ſicut ſub Principis virtute, ſic ſub legibus, quotquot illis paremus, atque ſubditi ſumus, illarum beneficio in commune frui debemus. At quid ſibi uult hoc proœmium? Quod, quum liberorum orbitate infelices liberare infortunio lex uellet, adoptare, & quod a natura accipi non poſſet, opinione comparare iubendo, non erga omnes ſimiliter ſeruarit propoſitum, atque uiros quidem, & mulieres, quas natura poſtquam matres nouiſſet, ademptione ſobolis ad liberorum orbitatem 12 † redegiſſet, adoptandi iure donarit: eunuchus uero, & mulieres, e quarum ſinu nondum ullus fœtus efflorniſſet, beneficio indignos cenſuerit, tam utiliter neſcio quomodo ratiocinata. Non enim quia hoc incommodo, ut natura patres eſſe nequeant, eunuchi affecti ſint, continuo idem incommodum lege, augeri oportet: ſed e diuerſo eius rei defectum alio modo compenſari non prohibere, longè magis par eſt: quemadmodum alijs membris, quæ ad actiones naturales requiruntur, ut manibus, pedibus, mutilatis, aut ſi qua alia parte priuati ſint homines, illi quocunque poſſunt modo, mutilationem ſarcire non prohibentur. Iam uero neque mulieres, quia matres non fuerint, ne adoptent coerceri, rationi conſentaneum eſt. Quæ enim ratio eſt, ut illis, quod liberis orbatæ ſint, denuo acquirendorum liberorum ius largire: has uero, quod iuiuſmodi poſſeſſionis prorſus inopes fuerint, per omnem uitam in illa inopia uiuere uelis? Et certe ſi hæc præcipua liberorum utilitas eſt, ut parentes in ſenio ſuſtentent: quo pacto non tam his, quàm illis, ex æquo ut beneficij participes eſſent, concedere æquum fuit?

11 † Lego μᾶλλον πρέπον.
12 † Lego [illegible]

ſic

1 † Lego [illegible] βεβαιότερον.

Sic enim quibus tenues, arctæque facultates, 1 † filiorum ope, & auxilio leuior paupertas eſſet: quæ uero illas omni rerum copia affluentes haberent, & his adoptio conduceret. Nam qui in filij locum aſſumptus eſſet, & interueniens matri, & proinde quæ par eſt filium facere ſedulo exequens quum bona illius, ita ut in ſuo ſtatu manerent: adminiſtratorum cum matre curarum onus partitus, ut illa tranquillius, lætiusque uiueret, efficere. Noſtra itaque Imperatoria Maieſtas, in leges eas, quæ adoptare his quos diximus, non permittunt, adminiſtrationē abrogans, euulgat legem, quæ omnibus, qui adoptare velint, ſiue quiſpiam viuis facultate orbatus ſit, ſiue aliquam 2 † necdum matrem ſol viderit, eius faciendi poteſtatem facit: non ſolum autem ob cō moditates, quas ex adoptione manare dixi, ſed etiam, quod inde virginitatis decus cohoneſtari animaduertam: 3 † Si quidem quæ coniugali conſuetudini virginitatem antepoſuerunt, interimque liberorum deſiderio punguntur, quū id extra matrimonij conſuetudinem conſequi ſe poſſe ſibi debunt, virginitatis honeſtatem negligere non ſuſtinebūt. Neque porro verum eſt, ut quia mulieri liberos in poteſtate habere permiſſum non eſt, idcirco illi adoptare non liceat. Primum enim quia ij quis hoc admittat, non modo mulieres, quæ nunquam pepererunt, verum etiam, quæ matres extiterunt, ab adoptione arcet. *Fœmina enim* (vt lex inquit) *habere filios in poteſtate non poteſt*. Deinde quæ hoc ſancit lex, loquitur de illis, qui a matribus recedentes, ſeorſum ſuo arbitratu viuere malunt; non item vero de ijs, qui materna imperia libenter tolerant, ipſiſque præſcriptis per omnem vitam parere propoſuerunt. Non igitur obedientiam, & famulatum voluntarium, quanquam 4 † is [illegible] t, lex prohibet, ſed illic fœmina pot ſtate priuatur, vbi voluntatis alicuius ab obedientiam non coit. Nam ſi hoc ita ſit, quomodo multæ matres iam uiduæ liberos ſecum vna uiuentes, & ſubditos extremum vſque diem habent, & animam in illorum manibus expirantes, maternæ benedictionis, ſuarumque facultatum illos relinquunt hæredes? Porro illud etiam Imperatoria noſtra Maieſtas benignè 5 † ſubditis largitur, vt non modo ab Imperatore (quemadmodum vetuſtiores leges præcepere) ſed etiam a quocunque, cui cuiuſcunque loci rectio iniuncta erit, qui adoptare volet, id faciendi facultatem accipere poſſit.

2 † Abrogatur. §. fœminæ. de adop. inſti.

3 † Lego [illegible] & paulo poſt [illegible].

Vide §. qua de cauſa. de hære. quali. & diff. ſec. inſtit.

4 † Hunc corruptum huius loci ſenſum eſſe puto.

5 † Lego τῷ [illegible].

etiam ante legitimum tempus rationem bene conſtitutā habent; alijs vero etiam id ſupergreſſis mens nondum ſtabilis eſt: quod lex hæc ita uellet, ut defectuoſa eadem eſſet, factum eſt. Quin & alia huius legiſlationis incommoda ſunt. Ac primum quidem, quod difficile, imo uero prorſus impoſſibile ſit ut ad omnes legiſlatoris uoluntas pertinget. Quomodo namque qui longis terræ, marisque diſtinguuntur interuallis (ut interim alia, uitæ facultates, ut morbos, inſidiarum hoſtilium metus, membrorumque mutilationes omittam: 8 † quæ perſæpe difficultates, ne in ipſo quidem domicilij loco prodire, nedum longinquam profectionem ſuſcipere permittunt) quomodo inquam hi ſæc, ſexcentæque, quæ mortalium uitam allidunt, rebus alijs (adoleſcentes) impediti, rerum ſuarum adminiſtrationem ab unius imperatoris nutu patent? Quod ergo ſicut ſuperius diximus legiſlationi deerat, id adimplentes, iubemus, ut qui pubertatis imperfectæ ætatis tempus iam ſuperarunt (mares nempe annum uigeſimum, fœminæ uerò decimumoctauum) animumque ad res gerendas idoneū habent, ac prudentiam, quæ adminiſtratio refrænata res non labefactet, ut illa potenter conceſſa non uideatur, collegerunt, his plena rerum ſuarum authoritas detur. Accipiunto itaque hi, iuſtaque poteſtate res ſuas agunto. At quibus rerum rectè gerendarum iudicium adhuc deeſt, eo quòd ſibi ipſis (utpote qui quum gubernare debeant, imprudentiæ imperio reguntur) damnoſi futuri ſint, etiam ſi id tempus prætergreſſi fuerint, non principient, ſi quidē is qui propoſitus finis erat, ut bona rectè adminiſtrarentur, is necdum præſens ſit, qua ratione, quanquam ætas aduenerit, cum periculo ipſis committentur, quæ ipſius procuratione non rectè adminiſtrabuntur? Ad hunc ergo modū qui rebus prudenter præeſſe poterunt, tametſi ad adminiſtrationis tēpus haud dum peruenerint, non prohibebuntur. Vnum eſt enim, quod requiritur, ne bona labefactentur, quod quum adſit, ſuperuacaneum eſt, ætatem expectare. Et non tantum 9 † Imperator rerum ſuarum procurationem, adminiſtrationemque concedet, verumetiam quibus cuiuſque loci Magiſtratus obtigerit, plenamque iuriſdictionem habent. 10 † Ita enim legiſlatoris prouidentia omnibus, qui indigebunt vtilis erit, atque lex uim ſuam magis exercet.

8 † Lego [illegible].

9 † Lego βασιλεύς.

10 † Lego [illegible].

CONSTITVTIO XXVIII.

Quo tempore, & à quibus rerum ſuarum adminiſtratio adultis concedi debeat.

Idem Imperator Styliano Excellentiſſ. ſacrorum officiorum Magiſtro.

QVandoquidem hoc etiam Legiſlatoribus rectè placuit, ut minoribus curatores præficerentur, qui parentum de illis curam ſupplentes, & ætatis imbecillitatem curæ, & bona conuenienti ſollicitudine illæſa cō ſeruarent: quod legiſlationi rectè ſe habenti deeſt, ex nobis addendum putauimus. At quis ille defectus eſt? Quod 6 † a ſolo Imperatore, iuſſis recedere curatoribus, rerum adminiſtrationem tradi minoribus idque quum iam præfinitæ ætatis modum attigerint, (quem maribus vigeſimus, fœminis vero decimus octauus annus tribuit) & tanquam ad hanc ætatem, qua ſapere, rectèque atque vtiliter res ſuas adminiſtrare poſſunt, iam peruenerint, in plenam rerum ſuarum poteſtatem collocari velit. Verum quoniam, vt ſapiant, omnibus non eadem ætate contingit, non ita ſimpliciter ſtatui, neque ex ſola ætate ad rerum ſuarum gubernationem pariter omnes produci oportebat: ſed erat quam ætatem cuiuſque eorum, qui rerum ſuarum adminiſtrationem ſuſcepturi eſſent, ſtatus requireret, inſpiciendū. 7 † Quid enim, an quum hic, poſtquam eam ætatem egreſſus ſit, nondum antē ſatis ſapere cœperit, adminiſtratione dignus iudicatus fuerit: ille, quanquam etiamnum infra eam ætatem ſit, prudentia tamen non deſtituatur ut rectè res ſuas adminiſtrandas ſuſcipere non poſſit, ab adminiſtratione arcendus erit? Quando igitur non minus animo, quam corpore inter ſe ſe homines differant, & alijs

6 † Vide titu. C. de his qui ueſ. æt. imp.

7 † Nemo mihi litē fecerit, quaſi implicitum huius loci ſenſū non ſatis expreſſerim.

CONSTITVTIO XXIX.

Vt ancillæ partus apud alium editus ipſius dominum ſequatur.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVemadmodum hunc ſermonem, qui nullam præſefert mendacij peruerſitatem, uerum eſſe, atque rectum ſcimus: ita etiam ueram legem, quæ iniquitate peruerti, non deprehenditur. Atque adeo ſi qua id non obſeruat, ea lex non eſt, quamuis ea appellatione digna habita ſit. Si enim hoc legis eſt, ut cuique ius ſuum tribuat, quomodo quæ hoc non præſtat, lex erit? At cum aliæ etiam nomine tenus leges in id committere deprehenſæ ſunt, tum uero illa maxime, 11 † quæ partum ancillæ, quæ non apud dominum, ſed furto alioue modo ſubducta, apud alium quempiam peperit, poſtquam facinus innotuit, non cum matre ad ſuum dominum abire, ſed ab hoc, quē alieni mancipij dominum fuiſſe cōſtat, detineri iubet. Hoc itaque, quia non rectè ſe habere, uiſum eſt, conuenienti medela non dignati, uti ſuus matrem partus ſequatur, iubemus. Non enim quia ſuo quæ lex domino perſolui debere decernit, obtinet; idcirco etiam ille ancillæ ſuæ partu priuari, eumque alius lucrari debet. Ad lucrum autem huic ſatis ſit, quod illa ad miniſterium pro arbitrio uſus eſt. At dixerit aliquis: Sed ſi quid in illam, dum poſſedit, impenderit, oportet, & 12 † hoc ipſum ex pretio lucrari: idemque partum apud ipſum permanere æquum nō eſt. Atqui ſi quiſquam ad detinendum fœtum, hoc rationem præbere putat: quomodo ut ille [matrem] ſequi debeat, a

11 † L. 10. de uſuca. & uſurpa. Dig.

12 † Lego [illegible].

domino perſolutum pretium, non maiorē præbebit. Quin quomodo conuenientius non eſt, ſi qui perdidit, indeque dolores in corde pertulit, ex acceſſione delinimentum ſentiat, quam ſi ille eam habeat, qui præterquam quod nihil amiſit (ab illo enim, qui furto ſubductam ancillam ipſi vendidit, pretium recuperare licet) ancillæ etiam ministerium lucratus eſt? Neutiquam ergo, quomodo diximus, detineatur partus: ſed quemadmodum matrem, ſic etiam filium prior dominus habeat. Siue enim qui furtum commiſit diues ſit, tamque ipſa, quod malè accepit, eius pretium reddat, nihil amplius negotij reſtet; ſiue mortuus, aut viuus adhuc inopia laboret, vt quæ lex a furibus exigit, exonerare nequeat, tum vero quoque qui ancillam amiſit, eius calamitatem illi cum matre receptione demum æquus ſit.

CONSTITVTIO XXX.

De muliere, quæ, viuo marito, alios de matrimonio compellat.

Idem Imperator eidem Styliano.

VT, quum leges Reipublicæ inutiles deprehenduntur, neceſſario illas iuſta Reipublicæ prouidentia in melius transformat: ita quoque eiuſdem prouidentiæ munus ſit, vt leges rectè conſtitutas, nihilque ſubditos contristantes, a male conſtitutis, ſubditoſque contriſtātibus ſeligat, hiſque illas anteponat: præcipuum vero quando eadem de re duæ inter ſe pugnantes leges ſtatuūt. Quomodo enim ea hanc ſultum ſit, ſi, quum Duces, atque præfecti ex prioribus præſtantiores eligantur, & qui in gubernatione ad ſubditorum vtilitatem omnia facturi putātur, præponantur: non item ex legibus, quibus donec Reſpublica conſiſtet, præeſſe datur, quum contra temporanea Ducum præfectura ſit, non præſtantiſſimæ, ſed peiores notæ, quaſque neque a principio innotuiſſe decuiſſet, ad gubernacula deducantur? At quorſum hæc a nobis dicta ſunt? Iuſtinianus ille, cuius diadema præter religionem ſubditorum cura etiam decorauit, quum 1 † prius de ſolutione matrimoniorum ſanctionem edidiſſet, vt ſi mulier marito etiamnū ſuperſtite de matrimonio cum altero agat, non amplius illam, vt ipſius membrum ipſi iungi liceat, ſed ceu inſidiatricē ab ipſo auellatur: 2 † poſtmodum ſibi ipſe contradicēs ob hanc cauſam matrimonium dirimi non permittit. Nos itaque priorem hominis voluntatem, vt quæ his ipſis, quæ ſtatuit roboretur, & aduerſus matrimonia inſidias præcidat, humanæ vitæ conducibiliorem eſſe intelligentes, 3 † eam lege lata in Republica obſeruari iubemus: quæ vero cantata palinodia inuulgauit, eam in Republica noſtra theatro locum inuenire nō permittimus. Si qua igitur, marito adhuc 4 † viuo de contrahendo matrimonio cum altero ſermonem habuiſſet, deprehēdatur, vt quæ ſe ipſa ne ſano propoſito abrupetit, & matrimonij ſolutione ab illo abſtrahetur, & profectò etiam pecuniarijs pœnis, quibus quæ aliis modis a maritis auelluntur, obnoxiæ ſunt, ſubijcietur. Quæ enim matrimonij compage in vnam carnem cum marito coijt, non acquieſcit autem, ſed ſimul ad aliū reſpiciendo, creatoremque qui illam coniunxit, contumeliā afficit, ſimul in maritum hoſtili animo eſt, quomodo non iuſte hæc, quum prius ſe ipſa a coniunctione prorſus abrupetit, abſcindetur? Et ſanè quando mulier proteruo propoſito oculum a membro ſuo auertens, in alienum reſpicere geſtit: quæ alia ſigna, & teſtimonia ipſam in maritum hoſtilia cogitare deſideras?

1 † Noue. 22. § ſi enim tanta.
2 † Noue. 117. § qa vero.
3 † Quin hic [illegible] mirè corrupti ſenſus ſit non dubito.
4 † Lego *[illegible]*.

CONSTITVTIO XXXI.

Vt mulier, quæ mariti odio abortat, repudiari ab illo poſſit.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVi hominem a terra creauit, coſta ipſius in mulierem transformata, adiutricem illi ex ipſius membris conſtituit; quo videlicet, ſuæ creationis cauſam illa cognoſcens, vere ne diſcat, quam [illegible] erga coniugem beneuolentiam, atque amorem incontaminatum conſeruet. Quæ igitur ita animata eſt, beneuolentiamque ſuam marito cuſtodit, vera vitæ auxiliatrix eſt, neque conditoris promiſſum fallit: quæ vero diuerſo animo eſt, non amplius neque hoc eſſe cognoſcitur, neque, quanquam coniugium in vnum illam cum marito cogere, admiſſum fuerit, caro ex carne, siue membrumve ipſius eſt. Idcirco quum de muliere, quæ propter inimicitias quas cum marito habet, de induſtria abortando, neque in vitæ lucem fœtum producendo, ſeminis ipſius fructum opprimit, duæ leges latæ ſint, quarum 5 † vna repudiare iniuria affectum maritum iubeat, 6 † altera vero non permittat: nos legi diuortium ſuadenti aſſentientes, illi vt multo vultiori auctoritatem attribuimus. Alienū enim mihi a ratione, proculque iniquum videtur, vt quæ tam apertum in maritum odium ſuſcepit, vt ipſius ſemen diſperdat (vt interim omittam, quod communi naturæ inſidiata ſit) ipſi cohabitet. Nam, ſi qui alicui alij operi damnum inferunt, eos tanquam inimicos aduerſamur: quomodo rem, quæ procreandorum liberorum operi, tum maxime neceſſario, tum præſtantiſſimo 7 † noxam fecit ipſe, qui damno affectus eſt, vt ſuam apud ſe habere poterit, nec vt inſidiatricem, & hoſtem dimittet? Quod inſuper euidētius ſignum requiras, vt mulierem marito inimicam eſſe cognoſcas? quomodo igitur dictum eſt, quod dum aduerſus hoſtilia cogitat in vitam 8 † progreſſu fœtum priuat? Quomodo igitur dictum eſt, lex, quæ ipſos ſeparat, obtineto, maritusque ſuccedendi a muliere in hoc facinore deprehenſa facultatem habeto. Nam ſi quæ ſyluam extra ædes mariti, aut cum hominibus cum quibus non decerer, conuiuata eſt, hanc lex a nexu matrimoniali ſeparat; (quæ tamen hic in maritum odij nullam tam euidens teſtimonium ſit, 9 † & accidiſſe ei illi citra matrimonij iniuriam videri etiam poſſit) cuius rationis erit, eam, quæ tantum tamquetam in maritum, & naturam inimicitiæ odium concepere, non diſiungere. ſi ita marito videatur, & habere plurimum vxorem habere, quæ ipſius vita inſidiatur?

5 † Noue. 22. § ſed enim & nul.
6 † Noue. 117. § qui vero.
7 † Quicquid pro [illegible] legi debeat, omitti poteſt.
8 † Malim *[illegible]*.
9 † Lego *[illegible]*.

CONSTITVTIO XXXII.

De adulteris manifeſtò deprehenſis.

Idem Imperator eidem Styliano.

ADulterij ſcelus, ſi quod aliud, grauem, horrendamque pœnam exigit, & (ut puto) homicidij pœna non minorem. Homicida enim per ſæpe unius tantum ſanguinaria manu vitam euertit: ſceleſtius vero adulterij perpetrator quamplurimos (fere) de medio tollit, maritum, liberos, cognatos, alioſque, dum uno vulnere dilacerato matrimonio, omnes proſternit. Verumtamen quia, quum 10 † olim id facinus morte puniretur, uiſum eſt poſterioribus minorem proferre ſententiam: ac vero nos fere ad benigniora trahimur, quam illi conſtituerunt pœnam, ut nempe naſus deteſtandis illis ambobus abſcindatur, hanc & nos ſtatuimus. Atque hæc quidem nefariis iſtius ſceleris eſto pœna. Ac quoniam maritum pro tanta iniuria citra conſolationem relinqui non oportet, in matrimonij ius iniuriæ mulieris dotem percipiendo ſe conſolatur. Inſuper mulieri ad alteras nuptias proſultare, neque, quaſi in naſi abſciſſione præmium 11 † acceperit, libere in poſterū ſe cum libidinoſis cōmiſcere, nequaquam permittitor. ſed ob ſcelus commiſſum in monaſterium (ubi in contritione animæ leniorem ſibi pœnam faciat) uelut in exilium detruditor. Et, ſi monaſticæ uitæ deſiderio correpta, illam ſuſceperit, quæcunque ipſius bona a dote ſeparata ſunt, ea liberi & monaſterium inter ſe diſtribuunto: ſi liberi nulli 12 † ſuperſint, pro illis parentes, &, ſi neque hi ſint, alij cognati ad diuiſionē inducuntor. Quod ſi in prophano habitu è uita excedat, dum teſtamenti factionem omnino habeat, prout illa conſtituerit, quæ bona extra dotem habuit, diſpenſabuntur.

10 † L. 30. ad l. Iul. de adult.
11 † Lego *[illegible]*.
12 † Lego *[illegible]*.

CONSTITVTIO XXXIII.

Ne captiuorum uxoribus alijs nubere liceat.

Idem Imperator eidem Styliano.

SI qui olim leges tractarunt, eo fuiſſe animo, ut prorſus ita, quanquam in illis correctione nonnulla indigerent, corrigi tamen nollent, ſuſpicatus eſſem, fortaſſe nunquam hoc conſilium ſuſcepiſſem, vt leges, quæ ſatis rectè non haberent, corrigere tentarem, & tametſi arcta Reipubl. ex cura, 1 † quo uidelicet rectè illa adminiſtraretur, neceſſario correctionem iniunxiſſet, ne tamen primos legislatores contriſtare uideremur, qui nos in hoc impetus ferret, inhibuiſſemus. Ac quoniam illis quoque ipſis, ſi eſtam nunc in uiuis eſſent, non modo illorum inſtitutum, qui corrigere conantur, non diſpliciturum, ſed eoſdem etiam, qui ita faciendum cenſerent, his gratias acturos arbitror (non enim gloriæ cauſa, ſed quod Reipublicæ commoda curæ haberent, leges edidere) ijs, quæ Reipublicæ conducunt, neque illis ipſis ueteribus legislatoribus diſpliceat, facientes, exactiore conſideratione, ceu medicamento quodam Pæonio legum morbos propitio Deo curemus 2 † Supra cætera etiam vbi de captiuis ſanxerunt, hoc caput, in quo de matrimonij diſſolutione ſtatuerunt, valde rationi eſſe diſſentaneum uidetur. Sic autem & in hæc uerba aiunt, 3 † Siue marito captiuitatis infortunium accidat, manente uxore in ciuitate, ſiue quum uxor in ius captiuitatis peruenit, maritus in ciuitate permaneat, exquiſita quidem & ſubtilis ratio diſtrahit matrimonium. Semel enim ſeruitute alteri ſuperueniente, conditionis inæqualitas 4 † æqualitatem, quæ in nuptijs ſpectatur, permanere non patitur. Nos tamen humaniu ſ talia contemplantes donec 5 † certum eſt, ſupereſſe maritum, uel uxorem, pro non ſolutis matrimonia haberi ſtatuimus: neque ad alias migrabunt nuptias, vel mariti, uel uxores, niſi petulanter id egiſſe uideri velint, & in pœnas incidere, ille quidem exactionis ante nuptias, hæc uero dotis. Hi ergo eiuſmodi de captiuorum matrimonio pronuntiarunt ſententiam. Nobis autem neque cauſa, quam exquiſita (vt ipſi loquuntur) ſubtiliſque ratio ſuppeditat, rationi eſſe conſentanea: neque humanitas, quæ dirimendi matrimonij facultatem præbet, dum ipſos damno ſubijcit, ſyncera uidetur. Si enim (quemadmodum inquiunt) durare matrimonium fortunæ permittit inæqualitas. quomodo ſi ad libertatem reuocetur captiuus, quum poſt matrimonij diſſolutionem ad æqualitatem fortuna redeat, amboque in libertate uiuant, ad æqualitatem matrimonium non redibit? Quæ uero illa ſyncera humanitas, quæ amiciſſimorum membrorum ſubtractione damnum inferre, aliorumque ſubſtitutione id quaſi ſarcire conatur; Quomodo item, 6 † etſi uſque ad uiliſſima quæque captiuorum 7 † ſubſtantia uite, ſtatuque ipſorum integro taxetur, illos non ita præſtantiore parte, ſui nempe membri conſeruatione, atque rerum ſuarum iure periclitari u lle, immenſumque damnum ſore. ſi altera pars membrum ſuum negligere in animum inducat, non per quam eſt 8 † manifeſtum? Quid igitur ergo? Si quum altera pars in captiuitate ſit, altera quæ à captiuitate libera manſit, ad alterius coniugium reſpexit, poſtliminio vero reuertatur, quæ in captiuitate detenta fuerit illi, ſi velit, ſuum membrum, recipiendi facultas ſit, ac nequaquam quod alteri coniunctum fuerit prius matrimonium innouetur. Si enim coniugium cum altero poſtmodum initum, uidebitur aliquibus diſſolui non oportere, quomodo non æquius fuerit, ſi primus matrimonij nexus in ſuum ſtatum reuertatur? Et, ſi eo quod alienæ parti coniunctum ſit, id quiſpiam auelli non permittat: quomodo quod à ſua parte abruptum ſit, ad ſuum locum reſtitui, rationi non fuerit conſentaneum? At dixerit aliquis: Sed in lucrum captiuus cedit, quod propter alterum temeritate contractum matrimonium, per compenſationem pœnæ nomine introductum eſt. Verum hunc ſermonem non dico non labris expromi, ſed neminem tamen quidem auctoribus eius uenire melius fuerit. Nam quomodo ille, qui membrum ſuum pecunijs commutat, non extrema mentis inſipientate, & penuria laborat? Sancimus itaque, ut nequaquam amplius quæ pars à ſeruitute intacta manſit, ad alterius coniugium procedat, ſed quotcunque annis altera in ſeruitutis miſeria 9 † detinebitur, tametſi inde 10 † nullam neque de ſcripto, neque citra ſcriptum ſignificationem accipiat, illam expectet. Et quod ſi præter hanc legem alterius matrimonij commercio à priore abrumpi ali[...] uelint, idque non ſecundum obſeruationem in Nouella 11 † centeſima decimaſeptima de uxoribus eorum, qui in expeditione ſunt, relatam, fiat: ſe iuncto illi, quod, potius in dicta conſtitutione pœnis ſubiacebunt. Inſuper etiam, quemadmodum diximus, vt ſi qui ſeruitutis ærumnas ſuſtinet, liberetur, ſuum ſi velit membrum recipiat, licebit.

1 † Lego [illegible].

2 † In hāc ſententiā primum ſcriptum fuiſſe orationis tenor indicat.

3 † Noue. 22. §. ſed & captiuitas.

4 † Lego [illegible].

5 † Lego [illegible].

6 † Lego [illegible].

7 † Lego [illegible].

8 † Pro [illegible], lego [illegible].

9 † Lego [illegible].

10 † Lego [illegible] & [illegible].

11 † §. Cæterum, & id.

CONSTITVTIO XXXIIII.

De tutore, qui pupillam ſuam ſtuprat.

Idem Imperator eidem Styliano.

NEfaria res eſt, ſi illi, de quibus ea expectatio fuerat, quaſi probi futuri eſſent, quum ab illis, qui talem ab ipſis opinionem conceperant, iam aliqua fide digni habiti ſint, pro bonis, atque fidis, inimicos, & infidos ſe exhibeant. In illis autem, quibus pupillorum obuenit cura, ſi, quum pupillis ſalutariter proſpicere debeant, ipſorum euerſores exiſtant, tanto id ſcelus grauius eſt, quanto illorum fides abijs, qui id ipſis iniunxerunt, maior iudicata eſt. Conſtat enim, quòd parens perſuaſum habens, quos pupillaris ætatis relinquit liberos, ab eo, cui cura committenda eſt, paternum patrocinium ſenſuros, eam, cui ita fidit, demandat. Rectè igitur ſuperiores facere, qui pro patre, conſeruatoréque pupillæ deprehenſum uitiatorem punierunt. 12 † Deportationi enim hunc ſubijciunt, ac bonorum priuatione mulctant. Verum in decora ſpecie decorum non ſeruarunt, neque vlla iniuria affectæ, grauiaque paſſæ puellæ, vt illius infortunio 13 † ſuccurrerent, ſuſcepiſſe curam uidentur, dum uitiatoris bona in fiſcum ſtatuunt eſſe inferenda: non animaduertentes hinc fieri, vt vlciſci quidem iniuriam velle, ſed in propoſito non perſiſtere 14 † exiſtimentur. Vbi enim iniuriæ vltio, quando iniuria affecto damnum iniuria datum non reſarcitur, neque quæ tenetur calamitatem legis auxilio effugit? Quale autem calamitatis puellæ eſt effugium, quando non modo infortunij compenſationem non inuenit, ſed lucrum etiam 15 † progreſſu ætatis ex ſuo dedecore, atque infamia paratum eſſe uidet? Vt igitur 16 † hoc lege, tanquam probrum aliquod reprehenſione affricatum purgemus, vt uitiatoris bona in fiſcum deferantur, abrogamus: iubemus autem, vt eo concedant, quo ipſorum dominus iniuriam, & infortunium protecerit.

12 † Titu. Si quis eā cui tuto. ſue. coc. C.

13 † [illegible] delendum puto.

14 † Lego [illegible].

15 † Lego [illegible] & [illegible].

16 † Quaſi legatur [illegible].

CONSTITVTIO XXXV.

De raptoris virginis, eorumque, qui in raptu adſuerunt, pœna.

Idem Imperator eidem Styliano.

NEque quòd eccleſiaſticæ legi rebellemus, neque quòd ciuilem ſimpliciter colliſidamus, hanc aduerſus virginis raptorem ſententiam proferimus: ſed poſteaquam, uelut ita quadam rebus humanis conducibili inueſtigata, commiſeratione ſacræ legis id malum quaſi inſoleſcere, ciuilis vero legis auſteritate ſupprimi cognouimus: in eā ſententiam, unde rerum ſtatui plus ſubſidij eſſet, inclinauimus. Vult autem ciuilis 17 † lex, vt non ſolum, qui per raptum & [illegible] uirginem ingenuam ſtuprauit, morti addicatur, inſuperque ſupra mortis ad iudicationem bonis priuetur, uerum etiam qui in ſcelere adiumento fuerūt, eandem & pœnam, & mulctam ſuſtineant: idque tum etiam, quum voluntariè ſe mulier raptori dedidit. Quin & eius parentem, ſi facti conſcius fuerit, deportatione puniunt. Neque uero tum ſolum, ſed etiam, ſi quum, quo tempore raptus committeretur, eius rei ignarus fuerit, [illegible] poſtmodum paruipendant. [illegible]

17 † Titu. de rapto. uir. C.

tar, aut iſtiuſmodi matrimonii approbet, in incuriæ pœnā deportationē ſuſtinet. Atque hæc quidē ueteribus placuere. Verum ſempiternæ memoriæ pater noſter non tantum in mulieris raptum, uerumetiam in circunſtantias oculos dirigens, ad illas ſententiam accommodat: ac ſancit, ut ſi cum armis, ſiue gladijs, alijsve nonnullis præter gladium lethalibus raptus commiſſus ſit, qui raptum fecit, gladio puniatur: utpote qui eo quod cum armis ad id factum proceſſerit, neque ab homicidio immunis ſit: qui uero ſuppetias tulerint, 1 † factive perpetraturos ſuſceperint, naſo mutilentur, uerberentur, & cute tenus tondeantur. Quando autem arma violentiæ adhibita non eſſent, ut mortem ſententia non ſpectet, quod nempe tunc homicidium locum non habuerit: ſed raptus auctor manus mutilatione pendito: qui uero miniſterū præbuerint, alioquive & illi rei immiſcuerint, verberibus, tonſura, & deportatione pœnas pendant. Ac ſane corporalis pœnæ hæc eſt deſcriptio. Quod uero ad pecuniariam attinet, ne a primitiua legislatione mutetur, ſuumque effectum retineat, permittitur. Atque hæc quidem pater noſter ſancit, quorum & nos approbatricem ſententiam ſuſcipientes, legislationem illam & in præſens, & futurum auctoritate, & effectu obſignamus.

1 † Corruptū hunc locum ex eod. tit. ita reſtituo.

CONSTITVTIO XXXVI.

Vt captiui filius hæres ſit.

Idem Imperator eidem Styliano.

SI Reipublicæ ſuſtentaculum, atque fundamentum ſunt leges, certe, ut illam tuto ſit, tanti etiam leges conſtituere oportet. Legis autem ſanitatem quid aliud, quam æquitatem quis dicat? Circa: [2] hanc itaque quo leges, quæ Rempublicam noſtram gubernant, æquabiliter ſe ſe habeant, cogitationes noſtras obuertentes, legem illam, quæ eum, qui ex duobus 3 † [captiuis natus eſt] hæredem bonorum eius parentis, qui apud hoſtes manſit, fieri non vult: hanc, inquam, legem, ne legum ſanitate, quæ æquitas eſt, priuetur, penſiculati animaduertentes, illam ad ſanitatem transformare voluimus. Nam quod iniuſte illud ſtatuat, non difficile cognitu eſt. Quam enim uim locorum natura ad ſcribendam filio hæreditatem habet? Neque uero hoc quiſquam 4 † objiciat, quod quum parens ſeruus ſit, propter ſeruilem conditionem filius exhæres ſit. Quomodo enim ciuilis lex, quæ, ſi captiuum liberari contigiſſet, illum liberum agnoſceret, ex eo natum liberum hæredem eſſe non permittet: ſed qui apud 5 † hoſtes eſt, ſeruo bonorum adminiſtrationem dabit? Tum etiam ad quem captiui bona alioquin pertinere putabit? Ad cognatosne? At quomodo ſeruitutis obſiſtens his ad hæreditatem introitum non præcludit? At quomodo 6 † quibus permiſſum, non longe prius hæredes eſſe licebit? An uero fiſco danda erunt? Verum quomodo manifeſta 7 † illa iniuria non erit? Si etenim rationi conſonum eſt, ut captiuorum liberi a publico ſubſidium ſentiant: quomodo captiui filium bonis priuari, illaque fiſco attribui, non per quam euidens iniuria eſt? Quod ſi ſæpenumero, quum nonnulli parentes grauiter conſcientia abuſi, atque ideo pœnis ſubiecti, accerbeque eſt uiuis ſublati ſunt, liberi eorum ſubſtantiæ domini eſſe lege non prohibentur: quæ ratio eſt, quamobrem 8 † quando pium propoſitum parentes decorat (& quidem in fidei teſtimonium effuſus ſanguis, ut extimus ipſorum animus, magnusque ſpiritus ipſis etiam impijs miraculo eſſet, perſæpe effecit) liberi facultatum ipſorum domini eſſe non permittantur? Nequaquam itaque conſtitutio illa ſana eſſe noſtræ Maieſtati videtur, eaque propter ſancimus, uti deinceps, ſiue quum captiuitatis caligine circunfuſi parentes eſſent, in lucem prodijt filius ſiue etiam in libertatis ſplendore ipſum 9 † mater peperit, parentum ſubſtantiæ hæres ſit: idque ſiue ambobus parentibus è captiuitatis uinculis liberari contigerit, aut nonſiue quum unus eorum libertatem nactus ſit, alter in calamitatis uinculis uitam finiet ſiue denique uterque parens in captiuitate morietur; extra quam ſi mortem teſtamento condendo præuenians: Tunc enim illi, quos teſtator uoluerit, hæredes erunt, tamen ut ex lege legitimum ſubſidium filio ſeruetur.

2 † Malim ὑγιεία.
3 † Loci euius defectum ex l. j. de poſtli. & redemp. ab hoſt. C. ſupplco.
4 † Lego ἀντιτυπεῖ.
5 † Lego πολεμίοις.
6 † Lego κληρονόμοις εἶναι ἐχρῆν.
7 † Lego τί ἀδικία.
8 † Lego ὅτι πρώην.
9 † Lego ἐπὶ λευκῇ ἡμέρᾳ τῇ τῶν.

CONSTITVTIO XXXVII.

* Vt domini teſtamento manumiſſus, ſi illum deceſſiſſe, aditamque eius hæreditatem eſſe ignoret, teſtari poſſit.

Idem Imperator eidem Styliano.

PRæſenti etiam legi plena abſolutione deficienti, eius, quod deeſt, additione, decoram formam imponimus. Ait autem ſeruum, qui quum domini ſui teſtamento liber eſſe iuſſus ſit, id ignorat, ideoque incertis rationibus libertatem obtinet, interea nequaquam propter ignorantiam libertate priuari, ſed in libertate uiuere: ut autem tanquam liber teſtetur, ipſum poteſtatem non habere: quaſi, uidelicet, illum pœniteat, quam libertatem dedit, hanc ipſi perpetuo competere. Quum enim illi ut libero de rebus ſuis teſtandi facultas non ſit, quomodo non ad priſtinam ſeruitutem redit? Nos itaque dicimus, poſtquam gradum, ſtatumque uitæ liberum præbuit lex, illam etiam alia, quæ libertatem comitantur, præbituram. Nam ſi ipſum facere, quæ hominibus liberis duntaxat licent, prohibere oportebat, ipſa uero id non 10 † prohibuit, ſed dignum illum, qui illa hæc faciat iudicauit: quare uero illis actionibus, quæ propriè libertatis dignitati competunt, illum non dignabitur? Ero igitur libertate donatus, reuera liber, ſtatuitoque de rebus, quas illi dominus eximias dedit, quomodocunque uiſum ſit. Non decet enim, ut qui libertatis dignitatem manifeſte accepit, ob incertam ſuſpicionem ignominia afficiatur, atque a teſtando arceatur.

* Ex l. 14. qui teſta. face. poſ. Dig. quæ hac abrogatur, hic titulus de ſumptus obſcuram hanc conſtitutionē intelligibilem reddat.

10 † Lego ἀπήλαυσε, & mox ἠξίωσε.

CONSTITVTIO XXXVIII.

Vt Imperatoris ſerui de rebus ſuis quomodo velint ſtatuere poſſint.

Idem Imperator eidem Styliano.

HOc quoque, quanquam plauſibilem præ ſe ſpeciem, legalem nempe ordinationem ferat; æquitatem mihi tamen excedere videtur. Dico autem, quod ſeruis de rebus ſuis ſtatuere 11 † non permittitur, ſed quæ laboribus ſuis, 12 † arduiſque (ut conijcere licet) moleſtijs quæſierint, ea cuiuſque domini manus colligunt. Ac ſane mirari ſubit, quomodo ab initio lata lex nihil moderationis neque æquitatis huic rei attribuerit. Veruntamen ij, à quibus nata illa lex eſt, atque adeo lex ipſa ab alijs, ut cuiuſque voluntas feret, approbantur. Ego autem nequaquam illos probo, neque illud placitum in ſeruis meis obtinere ſinam: ſed contra plenam ipſis adminiſtrandarum rerum ſuarum 13 † poteſtatem facio. Ex hoc itaque tempore in omnem poſteritatem Imperatoris ſerui rerum ſuarum re vera domini ſunto: ita ſane, ut ſiue ſani ſint, ſiue ægroti mortem imminere putent, de rebus ſuis pro arbitrio ſtatuendi poteſtates non priuentur: neque ſeruitutis nomine ex rerum, quas poſſederint dominio, expellantur. De Imperatoris igitur ſeruis hæc nouiter lata lex eſto, vigoremque habeto. Magiſtratibus reliquæque promiſcuæ plebi, ſi huic noſtro placito acquieſcere nolint, ad ueterem de ſeruilib. bonis legem reſpicere fas eſto.

11 † L. 58. qui teſta. fac. poſ. Dig.
12 † Lego καὶ πόνων.
13 † Omiſſe παρέχομεν, pro παρέχομαι, lego παρεχόμενος.

CONSTITVTIO XXXIX.

Vt prodigus, quæ ex re ipſius ſint, facere poſſit.

Idem Imperator eidem Styliano.

MOrtalium nemo ad eam abſolutionem peruenit, ut non obnoxiè aliquando res ſuas gerat: neque quiſquam (ni fallor) ita deſipit, quin crebro ſibi utilis eſſe poſſit. Neque enim qui in omnibus prudentiæ ſuæ fidit, hunc omnia irreprehenſibi-

licet

liter facere ſinit Deus,neq; idem, quum creator creaturæq; ſuæ curator ſit, mentis inopem per omnia ex imprudentia fruſtrari permittit. Præfatus hoc ſum propter illam 1 † legẽ, quæ prodigum de rebus ſuis quicquam aut velle, aut ſtatuere, omnibus modis prohibet. Quam quidem legem, conieɛtis in res geſtas oculis, pro illarum ratione, non autem ita 2 † ſimpliciter ſancire, & ſi quid inutiliter geſtum eſſet, non admitteret: in quo vero aliqua vtilitas verteretur, id ſuſcipere oportebat. Nunc vero nihil huiuſmodi præcipit, ſed in vniuerſum prodigo de rebus ſuis cõſulendi poteſtatem adimit. Id nos recto iudicio non conuenire ſuſpicati, legem illam relaxantes, ſtatuimus, vt quæ iudicium erroneum, quodq; prodigum deſignet, dictet, neq; approbatione neq; confirmatione digna habeantur: quæ vero ad vtilitatem ſpectent, ſuſcipiantur atq; nequaquam reprobentur. Quid enim, ſi prodigus aut hæreditatem neceſſarijs ſuis relinquere, aut pauperibus ſua diſtribuere, aut deniq; grauamẽ ſeruitutis, torquem ſeruorum ceruicib. adimere velit? An ideo quod prodigus eſt, id illi non 3 † licere velle dicendum? Quid, ſi quum prædium damnoſum habeat, alter, quiſpiam, qui ut eo medeq; poſſit, maiore pretio, quàm quanti prædium ſit, id emere, ipſumq; damno leuare poſſit? An prodigus, quo minus ille ſibi cõſulat, vtiliterq; negotietur, impedit? At rationem non video. Quod itaq; dixi rerum geſtarum conditio obſeruator: & ſi in ea prodigi mores conſpiciantur, quod actum eſt, ratum eſto: ſi vero a prudẽti rerum geſtione aberratum eſſe appareat, id neq; approbatione, neq; confirmatione dignum habeatur.

1 † Vide l. 1. de cura. furio. & al. ext. min. dan. Dig.

2 † Lego ἀπλῶς καὶ ἀδιακρίτως.

3 † Lego βούλεσθαι δύνασθαι.

CONSTITVTIO XL.

Vt captiui teſtamenti factionem habeant.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVI olim edendis legibus operam nauauere, quum multa ad res humanas recte moderandas in medium protulerint, locupleſq; benignitatis ſuæ teſtimonium (leges nempe, ſecundum quam Reſpublica continuo in ſtatu conſeruatur) reliquerint; tamen haud ſcio, qua ratione fecerint, vt de captiuis tractatus, quibus de rebus ſuis ſtatuendi poteſtatem 4 † non faciunt, reliquæ ipſorum benignitati non reſponderet. Quæ.n. de teſtamentis ipſorum legis latio complectitur, valde comiter, ac benigne conſtituta ſunt. Nam quod ſtatuerunt, 5 † vt interdum, quando inopia teſtium laboraretur, à minore etiam teſtium numero teſtamentum obſignaretur, quin & nullis adhibitis teſtibus, perſæpe tamen teſtamentum ratum haberetur, quemadmodum de ijs, qui in acie occumbunt, 6 † conſtitutum eſt: permagnum ſane benignitatis eſt argumentum. At de captiuis placitum iam dictorum non eſſe ſimile, neque ex eadem benignitate prognatum videtur. Quod namq; de rebus ſuis conſtituere illis non permittunt, ſolum non benignum aliquid de ipſis decreuerunt, verum etiam ipſam captiuitatem alio modo intendunt. Quomodo.n. ſurſum illos in captiuitatem nõ ducunt? aut quo malum irrecreabiliſq; triſtitia non adaugetur, & morte acerbiorem in corde captiuus non circunferens aculeum, rebus excedit humanis: quando non modo in captiuitate iam ſinit, verũetiam ſi qua apud contribules bona habet, de his illi 7 † conſtituendi poteſtas non eſt, ſed ſuis rebus, tanquam alienis, expellitur, & quæ ſuis laboribus quæſierit, proq; quibus ſuſcepto periculo in captiuorum infortunium incidit, ab horum diſpenſatione eijcitur? Quomodo item, ſi quos neceſſarios captiuus habet, vt liberos, vxorẽ, fratres, aut alios, quos ad ipſius hæreditatem lex vocat, is non ſimiliter omnes aduerſis in hæreditatem ab inteſtato ad ſe deuoluendam oculis, curam liberandi captiui illius conſequendæ ſpe, non omittent? Nouimus ſiquidem res humanas, vt pauci admodum verum amorem conſeruẽt, eiuſque vnius gratia ad opitulandum calamitate implicitis per paucorum animos excitetur. At qui ſpe naſciſcendæ cuiuſdam remunerationis adferendum indigentibus auxilium procedant, horum ſane longè maximus eſt numerus. Quare itaque moti cognati 8 † aliusq; quiſpiam captiuorum ſuſcipiant curam? Si quidem de rebus ſuis ſtatuẽdi facultas ipſis eſſet, nonnulli laborẽ damnoſum ſibi non futurum reputantes, non ſegniter illum ſuſceptum eſſent. Cogitarent etenim (ut uériſimile eſt) ſi aut cognati ipſorũ ad nonem deducerent, captiuiq; libertatem conſequerentur, ſe munus aliquod eſſe pro opera ſua, & labore accepturos: aut etiam, ſi conatus hucin mors præueniens, captiuum de medio tolleret, illum in teſtamento ſuo eum, qui ipſius curam habuiſſet maiore portione, q̃ illos, qui ipſum neglexiſſent, dignaturum. Non.n. immemorem fore ipſum, neque labores nihil facturum arbitrarentur. Hac igitur ratione (quemadmodum dixi) futurum eſſet, uti aliqui non indiligenter ad liberandorum captiuorũ curam ſeſe exigerent. Nunc vero, quum hi teſtari prohibeantur, illi autem ab inteſtato hæredes in bona concedant; haud ſcio, ſi qui pro liberatione labores ſuſcipiat, quiſquam inueniri poſſit. Succeſſionis enim ab inteſtato ſpes, metuſq; ne in uanum labores ruſi fortè 9 † liberationem mors præuertat, captiuumque de rebus humanis eximet, (homines) tardiores (vt ne prorſus animo alieno dicam) ad id aggrediendum facit. Quod ſane non itidem contingeret, ſi lex illorum teſtamenta irrita non faceret. Iam vero ſi liberandæ animæ precium propriæ cuiuſque facultates ſunt, quomodo non in hoc etiam captiui iniuriam longè maximam ſuſtinent, quod non ſinuntur a lege de rebus ſuis ſtatuere etiam ſi velint, pro animabus ſuis nihil rerum ſuarum erogare poſſint? Ad hæc porro quum liberationis ratio hinc abſurditatem contrahat, tum vero multo abſurdiſſimum eſt, quod dum teſtandi facultas captiuis non datur, frequenter illi, qui inimiciſſimi fuiſſent, quoſq; ipſi, ſi viuerent, ne aſpicere quidem ſuſtinerent, illorum facultatum domini exiſtant. Qua (quæſo) re quid poſſit eſſe turpius? Hoc igitur quum hûc ad modum ſeſe habeat, non negligi debere Maieſtati noſtræ viſum eſt, ſed quemadmodum in alijs pro uiribus diuinitus nobis datis, vt rectè Reſpublica noſtra gubernetur, ſolertè egimus; ſic & de captiuis tractatum in melius corrigere decreuimus. Sancimus autem, vt de hinc captiui, quos ipſos a teſtando arcet, legi nequaquam obnoxij ſint, ſed ut ipſis (ſi poſſibile ſit) quinque, ſin minus tribus teſtibus præſentibus, extremam voluntatem, ſiue literis commendare, ſiue ſine ſcripto pronunciare liceat: ita tamen, vt qui ad teſtimonium aſſumpti ſunt, re vera illam defuncti uoluntatem eſſe iniurando affirment, idque ſiue, quum liberi ſubſint, illos bonorum ſuorum hæredes relinquant, ſiue, quum liberos non habeant, alios in hæreditatem introducant. Aequum enim non putamus, ut qui communis Reipublicæ nominis æqualiter participes ſunt, eiuſdemque eſſe generis cenſentur, non æquabili ex lege iure honorentur: ut, uidelicet, qui liberi a ſeruitute ſunt, ſtatuendi de rebus ſuis, uti uiſum eſt, poteſtatem hẽant: quib. uero illa manus intulit, quaſi culpam commiſerint, quod pro tribulib. propugnando, in captiuitatis neceſſitatem deuenerint, non item. Cæterum ſi captiuorum quiſpiam aut ſua ſponte, aut corũ, quorum in poteſtate eſt, ui adactus, hoc in animum inducat, uti res ſuas ad hoſtes concedere teſtamento iubeat: nequaquam tunc placitum ipſius ratum ſit: quaſiq; non pro decoro Reipublicæ Chriſtianæ teſtamentum factum ſit, in irritum concidat. Atque hæc quidem de ijs, 10 † qui uitæ finem teſtamento anteuerterunt, ſancita ſunto. Si uero ultimus uitæ dies ſubito illi ſuperuenerit, atque inteſtatus de medio ſublatus ſit: tum, ſi qui, ad quos hæreditas pertinet, ſiue aſcendentes, ſiue deſcendentes 11 † ſuperſint, ad hos illa ſe conferet: ſi uero nulli ſint, ad quos bonorum defuncti captiui ſucceſſio ſpectet (dico quos neq; aſcẽdentes, neq; deſcendentes defuncti familia agnoſcit) primum conſiderari an aliquib. debeat, deindeq; deducto ære alieno, reliqua beſſariam in trientem, & beſſem diuidi, ac trientem demum in erogationem pro anima faciendam ſeparari, alteram autem partem in fiſcum recipi, iubemus: tamen, ut ſerui his non immiſceantur. Hos uolumus. Quæ eorum rerum diſponendarum forma, quãdo nihil æris alieni fuerit, ſeruitutiq; obnoxius (quemadmodum dictum eſt) ſine hæredibus deceſſerit, cuſtodiẽdus erit. Quæ itaq; nobis eius legiſlationis, quæ captiuos contriſtabat, in mentem correctio uenit, per ſacram hanc expoſita eſt legem. Tua autem Magnificentia, ſanctionem ſubditis notam facito: quo quum innotuerit, omnes de rebus ſuis, etiam quos captiuitas detinet, quocunque modo uelint ſtatuant.

4 † l. 8. qui teſt. fac. poſſ. Dig.

5 † l. ult. de teſtam. & quẽad. C.

6 † Vide tit. de teſt. mil.

7 † Lego διατυπῶσαι ἀδείας.

8 † Lego ἄλλος.

9 † Lego τῆς ἰσχύος omiſſo de

10 † Lego περὶ τῶν τῇ διαθήκῃ προφθάσαντων.

11 † Lego περίεισιν.

CON-

CONSTITVTIO XLI.

Vt in ciuitatibus quinque, in itineribus uerò, & agris tres teſtes ad teſtamentorum fidem ſufficiant.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVum omnibus humanæ uitæ negotijs, quæ teſtium fidem requirunt, inde robur adeſſe oporteat: tum uero maxime 1† quæ ultimæ uitæ noſtræ diei contemplatione diſpoſitiones fiunt, huiuſmodi corroboratione indigent. Nullus.n. reliquus modus eſt, qui rectè ipſis ius dictet, niſi ipſis a teſtibus præſidium adſit. Oportebat itaque quo magis neceſſe eſt ſtatuta hominum e uita decedentium 2† firma eſſe, eo quoque magis eadem per teſtimonia ſtabilire. Verum quoniã frequenter res propter eorum, quæ ſtrictius requiruntur, penuriam, ad impoſſibilem modum deduci uidemus (quum namq; ſtricto iure uti nõ datur, quemq; pro modo poteſt uti, neceſſitas eſt) de teſtiũ numero, quot teſtamentis deeſſe debeant, ſtatuere non alienum a prouidentia nobis uiſum eſt, atque hoc quidem etiam ſempiternæ memoriæ patri noſtro in mentem uenit uerum quod ſtatuit, non ualde exactè ſtatutum eſſe, iudicatum eſt. Quum enim ſuperiorum legiſlatorum 3† alius ſeptem, alius uero quinque 4† aſſumendos eſſe teſtes cenſuiſſet, (ſeptem quidem in ciuitatibus, quippe ubi propter hominum multitudinem, ut conſentaneum eſt, teſtes 5† defuturi non ſunt, in agris uero, & itineribus, quinque, ꝙ magna illic plerunq; hominum fide dignorum raritas ſit) quum hoc, inquam, ita de illis conſtitutum eſſet, pater noſter exuperantem numerum deſpiciens, ſimul in ciuitatibus, ſimul in agris, & itineribus per quinque teſtes teſtamentis uigorem attribuit: idq; ideo (mea quidem ſententia) ꝙ quanta nunc uirtutis inopia humanam uitam occuret, conſiderarit. Attamen (id quod dictum eſt) non admodum exacta ratione placitum illud nititur. Dicat enim fortaſſe aliquis, æqualem numerum attribui non potuiſſe, atque teſtimonium, quod in agris, & itineribus 6† adhibetur, arctius contrahendum fuiſſe. Nos igitur quod ille neglexit, non negligendum putantes, ſancimus, ut in ciuitatib. quinque teſtib. ſtabilitum teſtamentum approbetur: in itineribus uero, & agris, alijſque inhabitatis locis, trium teſtium confirmatio ſuſcipiatur.

1† Lego [illegible] & mox [illegible]

2† Omitto [illegible]

3† Vide l. ult. de teſ. & quéad teſt. ap. C.

4† Lego [illegible]

5† Quid pro [illegible] ponam non occurrit.

6† Lego [illegible]

CONSTITVTIO XLII.

Vt ſufficiens 7† numerus teſtium teſtamentum ratum faciat, tametſi id neque illorum ſubſcriptiones, neque ſignacula habeat.

7† [illegible]

Idem Imperator eidem Styliano.

QVAE in uerbis reſidet obſcuritas, multum, quod tractatur, inuoluere uidetur: quippe quę, tanquam expanſa quædam nubes, tum intelligendi uim animo auferat, tum a recta rerum adminiſtratione auertat. Hanc igitur obſcuritatis caliginem ubi illis cõſtitutionibus, quæ de teſtamentis agunt, neque mediocrem noxam reb. adferunt, circumfuſam eſſe cognouimus: pulchrum fore rati ſumus, ſi illas repurgaremus, quomodoq; teſtamenta confirmari, aut non oporteat, lege non ambigua, neque quæ uarie apprehendi poſſit, definiremus. Qui ante nos de 8† teſtamentis tractarunt, bifariam illa diuiſerunt, & alia quidem ſcripta, alia uero ſine ſcriptis confici tradiderunt. Quin & modum quo utrunque teſtamentum (& ſcriptum nempe, & non ſcriptum) ratum fiat ſubtexuerunt 9† ſcripta confirmatio in eo conſiſtat, ꝙ uiuente etiamnum teſtatore teſtium ſubſcriptione obſignationeq; omnibus numeris abſoluta ſit: nuncupatiui uerò, ſiue non ſcripti, ꝙ 10† ſeptem non indigni fide teſtes, ſe audiuiſſe, quum ita teſtator lingua ſua de rebus ſuis pronunciaret, confiteantur. Atque his hunc admodum conſtitutis, annectunt, ſcriptum teſtamentum, niſi ad ſcripturæ, qua teſtatoris uoluntas ſignificatur, perfectionem ſimul omnia conueniant, & teſtium ſubſcriptiones, nempe quæ illis de ſynceritate teſtimonio ſint, & ſignacula, quæ ſubſcriptionibus fidem præbeant: niſi hæc ſimul omnia, inquam, priuſquam is, cuius id teſtamentum eſt, è uita excedat, concurrant, omnino id irritum eſſe, ut neque tanquam ſcriptum, neque tanquam nuncupatiuum ualeat. Ex quo ſane præoccupatio placito, quum non admodum cautè (ne interim dicam malè) conceptum ſit, confuſio, atque ambiguitas rem teſtamentariam inuadit. Alijs teſtamentum, uelut adulterina ſemina, prorſus abijciendum uidetur; ut alijs quidem ex bonis utilitatem capere permittatur, defunctis uero ne minimũ quidem utilitatis ex rebus ſuis accedat: ſi tamen defunctũ utilitatem aliquam ſentiunt. Sequitur autem, quum ex ipſorum morte per beneficij erogationem nonnulli reuiuiſcunt. Atque hi quidem, quomodo, hunc in modum a rerum utilitate hominem prorſus arcere nolunt. Quibus uero benignior ſententia animo reſidet, hi teſtamento, quod ſigillorum impreſſione perfectionem non accepit, ſi non ut ſcriptum cenſeatur, certe tamen qualem non ſcriptum, & nuncupatiuum accipit, talem uigorem tribuunt. Nos itaq; perplexitatem hanc adeo rebus humanis eſſe nocumento uidentes, in benigniorem iudicum ſententiam pedibus imus, utriuſq; legis caliginem, & ambiguitatẽ in ſimplicem, atque apertam cognitionem conuertimus, ac ſancimus, ut quod teſtamentum, reſpectu eorum, quæ ſcripto teſtamento adeſſe debent, imperfectum eſt, ſi tamen nuncupatiui teſtamenti firmum ſit: ſin teſtium fide indigeat, ut quod nihil ad faciendam fidem idoneum habeat, in irritum concidat. Quæ enim ratio eſt, immo quomodo non omnino abſurdum, nimiſque craſſum eſt, alias teſtes iſtiuſmodi approbatione, ut quæ nulla ſui parte ſcripto mandata ſunt, confirment, dignari, alias uero, quaſi qui per ſcripturam declarata confirment, indigni ſint, ita illos deſpendere? præſertim uero, quum hic aliquo etiam modo fides corroboretur. Quomodo inſuper id deteſtandam, inuerecundamque æquitatis proditionem non continet? Quid ſi teſtamentum ſcripto tradi experit, quodque conſtitutum eſt, dignorum fide teſtium auribus inſonuerit, deinde uero aut ſcribam morbus corripuerit, aut mores etiã ipſum ſuſtulerit, & mox teſtator quoque mortuus ſit: (ut multa hominibus ex improuiſo contingunt) num propterea quos is moriens beneficio dignos cenſuit, illi eo priuati iniuriam ſuſtinebunt? Et uero, quod indigniſſimum eſt, non modo non cum uita id mali teſtatorem deſerit, uerumetiam mortuum inſectatur, priuatq; (quãtum quidem ad eorum, qui teſtamentum irritum faciunt, ſententiam attinet) miſericordis Dei commiſeratione cuius participem illum fore: ex eo, quod, ipſo defuncto, alij beneficijs ſubleuentur, ſpes eſt. Idcirco ſimulatque noſtra poteſtas hæc animaduertit, euidentem atque indubitatam formam ſanciuit, ut ſi teſtes tantum dicant, illius hominis proprium id eſſe teſtamentum, id non improbetur, ſed firmum, utque ratum ſit: tametſi non ſolum ſignacula, ſed etiam cum illius teſtium ſubſcriptiones deſint.

8† Lego [illegible]

9† Vide l. 21. de teſ. & quéad. teſt. ap. C.

10† Pro [illegible] lego [illegible]

CONSTITVTIO XLIII.

Vt per ſcribendi ignaros teſtamenta etiam confirmentur. 11†

11† Adde & Scrimg. [illegible]

Idem Imperator eidem Styliano.

NON quòd ſuperiores, quia communis uitæ negotijs diligentem cautionem attulerunt, reprehendere uelimus, legem [illegible] ſed potius, ut exacta ipſorum ratio in uſum recipiatur, operam damus, reſque ipſæ (quod illas, exactio ipſorum præſcripto, 12† reſpondere impoſſibile ſit) ne, quod eius fieri poteſt, debito ſuo ſtatu excidant, ſanctione cauemus. At quid eſt, quod dico? Decretum eſt a ueteribus, de teſtamentis tractantibus, ut per ſeptem teſtes, minimum autem per quinque, defunctorum ſtatutis auctoritas accedat.

12† Lego [illegible]

dat. Neque verò id ſimpliciter, ſed 1 † ne ignari literarum teſtes eſſent, 2 † ſi quidem in ciuitatibus, vbi non fere peritorum penuria eſt, teſtamenta facta forent: ſi alijs in locis, in quibus literarum ſtudia, diſciplinæq; non admodum vſitatę ſunt, illi teſtium non exactè haberetur ratio: neque illi ſoli, qui ad literarum ſtudium educati ſunt, quærerentur, ſed ad teſtandum & literarum rudibus aditus eſſet. Quod itaq; illis in locis, in quibus hominum literatorum peritorum abundantia non eſt, lex ſtatuit, id conſuetudo omnibus vbique locis, & ciuitatibus, quamq; iam magna doctorum hominum copia eſſet, ita facere volentibus concesſit. Quod ſane & Imperatoriæ noſtræ Maieſtati legum auctoritate dignandum eſſe placuit. Sancimus igitur, vt quocunque in loco & ciuitate etiam ab imperitis teſtamenta conſcribentur, dummodo idonei teſtium fidem mereantur. Quin & numerum non ſolum ad quinque contrahimus, ſed ijs in locis, in quibus raros hic dignos prodire conſtat, tres quoque admitti, ac teſtimonium illorum non reprobari volumus.

1 † l. vlt. de teſt. & quēad. C.
2 † Lego ἀμαθεῖς.

CONSTITVTIO XLIIII.

A quibus obſignari teſtamenta oporteat.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVum omnes alij hominum actus, ac negotia, quæ in literas referuntur, neceſſariò exquiſitum teſtimonij ſubſidium requirant, tum maxime id faciūt, quę homines natura ſua ad interitum vergente, diſceſſuque a carne imminente literis exponunt, his in ipſo e vita exceſſu rationes ſuas, & voluntatem committentes. Quæ n. inter viuos conſcripta ſunt, quamquam obſignata ſint, nihilominus tū illorum vitia ex verborum eius, qui ſcripſit, eorumq; de quibus ſcriptum confectum eſt, examinatione deprehēduntur. Quæ vero a morientibus ſcripto conſtituuntur, ea ſe minus recte habere, ſi nullum certum teſtium ſuffragiū adſit, impoſſibile dicere eſt. Verum enimuero & hic tractatus longe 3 † optime a legiſlatore 4 † conſcriptus eſt, dum ſæpe teſtamentorum teſtes ad iuſiurandum adigi nolens, ſigilli cenſus Magiſtri, 5 † (qui nunc generalis appellatur) ſigillo parari firmitatem iubet. Etenim 6 † quod tanquam leuem, promptumq; ad iurandum aditum non præbet, inſignique ſigillo ambiguis teſtamentis vigorem tribuendo, vt iuramenta reprimerentur, ſecit, ea ſane res & prudentiſſimi conſilij, & præſtantiſſima eſt. Atque hoc quidem obtinuit olim. Poſtmodum autem conſuetudo id mutauit, vt ſuprà teſtes eius, qui ad Quæſtoris dignitatem perueniſſet ſigillū teſtamento teſtimonium ferret. Et quidem illa etiam confirmatio maioribus noſtris optima viſa eſt. Quos & nos ſequentes, quo illa validior ſit, iubemus, ut ſigillo Magiſtri cēſus (quod nunc ad illum neque legum cura, neque adminiſtratio pertineat) nihil prorſus in obſignatione teſtamentorum iuris, nec commercij ſit (quemadmodum neque nuncijs 7 † illa obſignat) ſed pro illo quæſtoris ſigillum obſignet. Neque vero hoc ſolum teſtamenta obſignet, verum etiam Magnificentiſs. noſtri Magiſtri, & Patritij, Præfecti vbi etiam, aliique, qui iudicij præſunt, ſigillis ſuis illa fidei commendent. Verum hi in vrbe, in alijs autem locis, & ciuitatibus Præfecti, & in quaque Prouincia Præſides hoc iēiunto, & faciunto.

3 † Lego ἄριστα.
4 † l. 23. de teſta. & quēad. C.
5 † His notis () inclu. deſunt in Græco exemplari.
6 † Pro τινὰ lego τὰ.
7 † Lego ἀπαρταί... τοῦτο... ἐπὶ ... ὄντι τὰ.

CONSTITVTIO XLV.

Vt ſententiam iudices in literas referant, ſuaque manu obſignent.

Idem Imperator eidem Styliano.

DVM, * vt res iudicatæ firmæ maneant, & nequa ſuſpicio, atque controuerſia ſententias inſequatur, curam gerimus, hoc ſe nobis conſtituendum obtulit, vt quibus iam que diiudicare, & dirimere lites obtigiſſet, de quibus rebus iudicium pronunciatum eſſent, de ijs ſententiam de ſcripto ferrent, eamque manibus ſuis obſignarent; vt ne, ſi temere iudicatum eſt, poſtmodum deprehenda-

* Vide titu. de ſenten. ex pericu. recit. C.

turs negare illi ſuam ſententiam poſſint: neque alij cuipiā ſuppoſititia, adulterinaque ſententia ſcriptura effecta, illam in iudicium aliquem referre liceat. Quicunque igitur iudicum dignitate honoratus eſt, dehinc ita facito: ac quibus de rebus iudicauit, decretum 8 † ſcriptum, itaque manu obſignatum edito.

8 † Lego γραφή.

CONSTITVTIO XLVI.

Abrogatio quarundam de curijs, & decurionibus latarum legum.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVemadmodum, vt quæcunque aliæ res in communes vitæ vſum aſſumantur, ipſarum commoditas facit, quæ vtilitatem aliquam adferunt, magni facimus: quæ vero ad nihil conducunt, contemnimus: ſic omnino & ad legalium capitum compoſitionem nos accommodari oportebit, vt quarum 9 † vſus aliquis ſit, qui bono quopiam Rempublicam ornet, hæ neceſſario & ſeruentur, & honorentur: quarum vero vſurpatio aut nullius momenti, aut mala ſit, harum non modo non ratio habeatur, ſed et è legum corpore exemptæ reiiciantur. Hæc idcirco dicimus, quod inter veteres de decurionibus, & curijs latas 10 † leges, quædam grauia, intolerabiliaq; decurionibus quæpiā munera iniunxerunt: curijs autem priuilegium, vt quoſdam Magiſtratus conſtituerent, ſuaque auctoritate ciuitates gubernarent, præbuerunt. Quæ nunc, eo quod res ciuiles in alium ſtatum transformatæ ſint, omniaque ab vna Imperatoria Maieſtate ſollicitudine, atque adminiſtratione pendeant, tanquam incaſſum circa legale ſolum oberrent, noſtro decreto illinc ſubmoueantur.

9 † Lego ὧν ἡ χρεία ... ὄφελος ...
10 † Vide tit. de decurio. & de eiſdem paſſim in Nou.

CONSTITVTIO XLVII.

Abrogatio legum, quæ Senatui Prætores, decurionibus verò Præfectos conſtituere concedebat.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVOD alius olim Reipublicæ ſtatus eſſet, rerum ordo ſimiliter alius erat. Quum n. cuncta in principis deliberationem non caderent, ſed nonnulla eſſent, de quibus diſpicere, & iubere Senatus officium eſſet, ea ab illo etiam proferebantur. Prætores 11 † itaque tres numero in vrbe rebus adminiſtrandis ab eo præficiebantur: ijsque actus ſanctione legis procedebant. Neque vero id in vrbe ſolum, ſed in alijs etiam ciuitatibus a decurionibus, vt vocabantur Præfecti quidem (non tamen quales hodie militaris præfectura nouit, ſed excellentiores quidam, qui q; aliā curam demandatam haberent) præficiebantur. Quum igitur aliter ſeſe tunc res haberent, cōis vſus illam legem requirebat. Nunc autem quum omnia a principali cura pendeant, Deoq; opitulante, ipſius prouidentia diſcutiantur, & diiudicentur: ac vero illa lex nullum de ſe vſum præbeat, cum alijs, quæ de Republica eiecta ſunt, hanc ēt reijciendā eſſe ſtatuimus. Quemadmodum n. legibus nondum exiſtentibus naſcendi cauſam rerum vſus præſtat: ſic quando lex rerum vtilitati non ſubſeruit, eam abolendam eſſe ſequitur.

11 † Vide l. 2. de ori. iur. Dig. & quamque conſules.

CONSTITVTIO XLVIII.

Ne mulieres in contractibus teſtimonium præbeant.

Idem Imperator eidem Styliano.

HAVD ſcio quomodo, re non exactione iudicio diſquiſita, mulieribus ad dicendum teſtimonium procedendi facultatem dederint 12 † veteres. Illud ſaltem vulgo notum, voluendum animo fuerat, eo-

12 † l. 18. de teſtib. Dig.

brum nempe in virorum oculos occurſum mulieri dehoneſtamento eſſe: pudicam vero, & honeſtam eiuſdem rei fugam efficere. Qua ratione igitur illas ad teſtimonium aſſumi permiſerint (vnde fit perſæpe, vt in magnis hominum turbis conuerſentur, irreuerentiusque, q̃ mulierum ſermo ferat, lingua vtantur) hoc quemadmodum dixi, mihi dubitare ſubijt. Quorſum n. hiſce viſum eſt, vt in negotia publica mulierum prodiret teſtimonium, quibus iuxta atque viris teſtari permiſerunt, quemadmodum Scyticas mulieres cũ maritis ad bella coatinari audimus? Et ſanè quomodo, præter abſurditatem ingentem, hoc naturæ etiam finium, quibus virilis, muliebriſq; ſexus determinati ſunt, tum confuſionem, tum euerſionem non continet? Quomodo item mulieribus (quas etiam domi obſeruanter, nequaquam autem diſſolute atque indulgenter conuenire oportet) debitam non produnt & verecundiam, & honeſtatem? Siquidẽ ad ferendum teſtimonium progreſſio, quum (eò quod multorum illic hominum commiſcentur conuentibus, negotijſq; implicantur virilibus) ad 1 † liberius loquendum, quam mulieribus decorum ſit, feneſtram aperiat: muliebris ſexus ſubmiſſos morem, pudoremque adimit, atque ipſas ad inuerecundiam, & procacitatem exercet. Iam vero res illa aliquo modo contumeliam etiam viris adfert. Quid. n. hoc aliud niſi contumelia, & ea quidem grauiſſima erit; ſi, quarum rerum tractatio virorum maxime propria eſt, ad illas ſexus etiam fœmineus procedet? Quapropter non minus conſuetudinem, quam legis erratum Maieſtas noſtra corrigens, illis ad teſtandum præcluſit aditum, 2 † ac propoſita ſententia ſua decernit, legeque prohibet, ne quomodo mulieres ad contractuum teſtimonia accedant, in rebus autem peculiariter ad ipſas pertinentibus, quibus intereſſe viris fas non eſt (de partu loquor, & ſi cui rei alij ſola mulier adhibetur) ſua peculiaria, viriſque occulta teſtantor.

1 † Lego τὸ μὴ πρέπον.

2 † Lego [illegible].

CONSTITVTIO XLIX.

Ne ſerui ad dicendum teſtimonium admittantur.

Idem Imperator eidem Styliano.

TEſtimonium quum magni momenti, neceſſariaq; ad tuenda cõis vitæ negotia res ſit, non a quibus liber, ſed ab ijs, qui extra ignominiam viuunt, ferri, æquum eſt. Recte ergo exquiſita ratione de hoc diſceptant leges, & non ſimpliciter ad dicendum teſtimonium cuique aditum præbent. Verum tñ, quia nonnullæ 3 † leges ſeruis conditionis hominibus in quibuſdam rebus teſtari conceſſerunt: viſum nobis eſt, hoc nota inducendum eſſe; ut qui liberæ vitæ participes non ſunt, in vniuerſum ad teſtandum non admittantur, lexque 4 † Nouellarum cõſtitutionum obtineat, & de quocunque ſimpliciter teſtimonio ſtatuat, idque in quacunque re, ſiue teſtamenta, ſiue aliam humanæ vitæ actionem teſtimonium complectatur. Si n illis, qui, quum liberæ vitæ ſint, vitam ingenuè, eaque libertate, quam nacti ſunt, dignè non degunt, neque quantum fieri poteſt, animi magnitudinem à ſeruitute liberam conſeruant, ſed in illicitarum actionum ſeruitutem ſubiguntur, teſtimonium dicere non licet: neque his, quorum vitam non eſſe liberã conſtat, ferre teſtimonium concedetur. Nam tametſi alius hic ſeruitutis modus ſit, attamen ea ſeruitus eſt, quam libertatis dignitate participem eſſe, indignum.

3 † l. 3. de teſt. Dig.

4 † Nou. 90 ¶ enim vero ſi.

CONSTITVTIO L.

Vt donationes, quæ in literas relatæ non ſunt, ad quingentos vſque aureos valeant.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVuandoquidem multi aliàs gratias relaturi, aliàs benignitu dumtaxat propoſito moti, dona in nonnullos conferunt, & de hoc capite diſtinctè tradẽdum eſſe viſum eſt, quales donationés non eueri, qualeſque contra irritas eſſe oporteat. Atque veteres 5 † quidem hac de re tractantes pronunciarunt, illam donationem concidere, ne 6 † firma ſit, quæ quingentorum aureorum ſummam exuperat; niſi in acta publica relata ſit: quamquam etiam donatarius donationis certam probationem propria donatoris manu priuatim ſcriptam abſtulerit. At neſcio quid ſibi illi ſuperflua hac ſubtilitate velint. Quando n. donatio ſcripto compræhenſa, eiq; 7 † iuſtum teſtimonium adhibitũ eſſe, quorſum amplius accuratè finire oportebat? Nobis itaque, exacta hac definitione, 8 † quam neque de donationibus dictam eſſe, omnino ſcimus per ſanctionem conſopitam, illud proponere viſũ eſt, vt ſi donatio, quę quingentos aureos excedit, in literas relata ſit, rata permaneat; quæ verò ſcripto compręhenſa non eſt, pro eo modo, qui quingentos aureos excedit, irrita ſit, tametſi donatarius pręſentibus teſtibus rem donatam adeptus ſit. Etenim donatio, cuius æſtimatio quingentos aureos non ſuperat, etſi conſcripta non ſit, dummodo, tribus teſtibus confirmetur, rata iudicatur. Ad hanc ergo formam exanimatæ donationes, aut valeant, aut irritæ ſint.

5 † De hac conſtitutione ſtatue exi. 25. & 34. de don. C.

6 † Lego [illegible].

7 † Lego [illegible].

8 † Mẽdio hic locus non caret.

CONSTITVTIO LI.

De inuento teſauro, cuius eſſe debeat.

Idem Imperator eidem Styliano.

BOnum ſanè, atque ſalutare eſſet, ſi diuinis ſaluciferiſque morem gereremus legibus. Minime n. tum humanis indigeremus: illarumque luce tutam viam commonſtrante, humano ex legibus auxilio nobis non eſſet opus. Verum quoniam cœno, atque luto omnes emergere, diuiniſque præceptis in cęlum tollẽtibus eleuari, difficile eſt: humano generi ſalutem etiam humana prudentia per leges ſuas adinuenit. Quapropter etiam nunc, quum, quamquam Dominus, & Saluator noſter miſericordes eſſe, eoſque, qui inopiam premuntur, illos, qui ipſius donis fruentes in affluenti rerum copia viuunt, anguſtijs ſuccurrere iuſſerit: nonnulli tamen ita in Dominum ingrati ergaque cõmune hominum cognationem commiſerationis expertes ſint, vt non modo non benignam manum egentibus præbeant: verumetiam, tanquam Solis quoque radijs tetricos theſauros ſuos aſpicere inuideant, in terram illos defodiãt: de inhumano hoc inuento in medium legem prodire oportuit. Quæ quidem [lex,] quum olim lata fuerit, victa autẽ poſtmodum à cupiditate, quæ multas egregias res labefactat, ab eademq; ſuo vigore priuata ſit: nunc ab Imperatoria noſtra Maieſtate in integrum reſtituitur. Iubebat autem illa, vt qui in 9 † defoſſum theſaurum incidiſſet, ſi prædiũ, in quo inuentus eſſet, 10 † ad Principem pertineret, alioqui ve publicum eſſet, illum ex æquo cum fiſco partiretur: ſi vero locus vnde theſaurus in lucem prodijſſet, neque ad Principem pertineret, neque publicus, ſed * alterius cuiuſpiam eſſet, is æqualibus partibus inter inuentorẽ, prædijq; dñm diuideretur: denique, ſi inuentoris prædium eſſet, ipſi res inuenta vniuerſa cederet. Atque hæc quidem lex illa ſancijt. Verùm peruerſa cupiditas, haud ſcio, quo illa circũſcripta, iniquoq; lucro fiſco, donato, illi in hunc vſque diem inuentum theſaurum attribuit legemq; ocioſam reddidit. At quid hinc contingit? Qui alicubi reconditos latere theſauros ſciunt, dum alios laboribus ſuis gauiſuros, ſe autem fruſtra illos ſubituros, quin & interdum acerbis examinationibus ſubijciendos cõſiderant, illos inueſtigare negligunt: itaque in perpetuum recondita manent, & pereunt, quæ in lucem producta magnam hominibus erant vtilitatem allatura. Iubemus ergo, vti deinceps ſecundum veteris legis æquitatem iudicetur. & quando theſaurus aliquis inuentus fuerit, ſi locus ubi inuentus eſt, in publicis Imperatorijſve fundis ſit, inuentor illum cum fiſco partiatur: ſi verò alterius cuiuſpiam ſit, ſimili modo ipſum, & inuentor, & loci, in quo theſaurus inuentus eſt, domini inter ſe diuidant. Cæterùm ſi improbus eſſe, neque quicquid repererit, confiteri inuentor omne velit, ſed dolo mendacijſq; ex re reperta nonnulla, detineat: in 11 † vanum tunc ille laborarit, & tanquam malitioſus, rerumque alienarum occultator, & fur, nihil omnino accipiat, ac beneficium loci domino ſoli cedat.

9 † Lego τοῦ κατορυγμένου θησαυροῦ.

10 † In l. 3. Si in locis de iuſſ Dig.

* Titu de theſau. C.

11 † Lego [illegible].

CON-

CONSTITVTIO LII.

Vt tam veterum Principum, quam recentiorum numiſmata, modo iuſti ponderis, probeq; materiæ ſint, valeant.

Idem Imperator eidem Styliano.

1 † Lego χαράξιν.
2 † L. 1. de vet. numi. poteſt. C.

SI 1 † pecuniarum nemo copioſa illarum materia eſt, remq; publicam pecuniarum vis ſtabilit: recte profecto veteres defectum, velut morbum quendam, ac tabem, inde profugarunt, dum omne genus numiſmatis, etſi ad veteres, & priſcos Principes referretur, ſimiliter valere 2 † voluerunt. Verum egregium hoc inſtitutum haud ſcio, qua de cauſa poſteriores Principes in eadem forma conſiſtere non permiſerint, ac tanquam ſubditorum opulentię inuiderent, quæ numiſmata ſuperiorum Principum effigiem ferrent, ij publico vſu interdixerint: ſua vero ſola in concommercio eſſe voluerint. Ne illi, quantum hinc in communibus negotijs nouitatis, quantum item detrimenti, quod cũ ad omnes, tum præcipue ad pauperiores, potiusq; auxilio, & defenſione indigentes, pertineat, extiterit, intelligere noluerunt. Certè mercatorum vulgus, quiq; alioqui manibus victum quæritant, & demum vniuerſa ruſticorum natio, dum, antiquata ea, quá hactenus vſi ſunt, pecunia, alio modo res neceſſarias ſibi parare non poſſunt, in perq̃ anguſtas adiguntur anguſtias. Ea propter nos nouo recentiorum placito non acquieſcentes, veterum autem prouidentiam ſequentes, ſancimus, vt ſecundum benignum illorum, Reiq; publicæ commodiſſimum iudicium numiſmatis omne genus (quod quidem formam, materiamque non adulterati, & plenum pondus habeat) ſiue vetuſtioris cuiuſpiam Principis, ſiue recentioris ſit, æqualiter & æſtimetur, & in Republica tractetur. Pœna vero eorum, qui rebelli animo decretũ hoc contemnent, fuerit, vt flagris cædantur, & cute tenus tondeantur, inſuperque libras auri tres dependant.

CONSTITVTIO LIII.

Vt cuique tam intra ciuitates, quàm extra, mortuos ſepelire liceat.

Idem Imperator eidem Styliano.

3 † L. 3. § diuus Hadria. de ſepulchro violato. Dig.
4 † Lego ἀπεῖναι.
5 † Lego ἐν ἐπαύσει.
6 † Lego ἀνεπερίσσω-σι.

MEA quidem ſententia, leges ciuiles non ea modo, quæ cõi ſubditorum vitæ proſint, præſcribere, verum de ijs etiam, qui iam vitam finierunt, humanę commiſerationi conuenientia decernere decet. Quæ autem defunctorum corpora ignominiæ contumeliæq; exponant, ac per quæ communi hominum naturæ dedecus, atque turpitudo concilietur, nequaquam in leges ſunt includenda. At quod 3 † lex mortuos non niſi extra ciuitates humari vult, quomodo id humanam naturam dedecore afficere non eſt? Et quidem ſi hoc præcipiens, de ijs humandis ageret, quibus facilem elationem facultates, quas viui habuerant, ſuppeditarent, fortaſſe lex aliquam ad id iubendum rationem habuiſſet. Quanquam tunc etiam ad amicorum, cognatorum, neceſſariorumq; defuncti commiſerationem reſpicere oportebit. Quorum dolori, atque orbitati magnum ſane ſolatium eſt, ſi amici ſui ſepulchrum amplexari, ac in id lachrymas profundere poſſint, 4 † Quæ officia extra ciuitatem ſepulto non facile eſt exequi. Attamen 5 † ſi illos ſolum extra ciuitatem ſepeliri vellet quibus id ipſo mortis die per facultates facile eſſet, ad eam inclementiã, aliquam lex occaſionem haberet. Verum nunc, quum inclementia ſimul ad omnes ſe extendat quõ non manifeſta eſt abſurditas? quomodo legem in naturæ opprobrium ferri non eſt euidens? Qui. n. dum adhuc viuerent, inopes, & deſerti erant, quomodo mortui ipſo mortis die 6 † humabuntur? Quomodo item, quum propter paupertatem ſepultura non accelerabitur, multis diebus inſepulti, nõ miſerabile ſimul, & horrendum ſpectaculum iacebunt, tabeſcentemq; hominum naturam dedecorabunt? Extra hæc autem, qui mortui interdum famuli Dei appellantur, propterque cœleſtem gloriam colantur, ipſorum corpora inhumata abijci quomodo id vero expiat. uni etiam obnoxium non eſt? Ne igitur vllo modo inter ciuiles leges hæc lex recenſeatur, ſancimus: quin potius, vt a conſuetudine recte contemnitur, ſic etiam decreto noſtro prorſus reprobatur. Quicunque autem ſiue extra muros, ſiue intra ciuitatem ſepelire mortuos volet, perficiendæ voluntatis habeto.

CONSTITVTIO LIIII.

Vt Dominicis diebus omnes ab operib. vacent.

Idem Imperator eidem Styliano.

7 † Lego διὰ πάντων.
8 † Lego τῷ θείῳ.
9 † Lego πάντας.
10 † Lego ὅσ᾽ ἐχρῆν.
11 † Lego πᾶσι.
12 † verba l. 3. de feriis C. quibus vitiata Græca reſtituuntur.
13 † Pro ὃ, lego αὐτό.
14 † Lego ἐγκαινισθεῖσα.
15 † Lego μὴ ἀρκεῖσθαι.
16 † Lego μηδ᾽ ἀποφαίνειν.

PRæſtantiſſimum illorum eſt ſtudium, qui ſe edendis, quæ communi vitę vtilia ſunt, præceptis dedunt: digni quę ſunt, eo q̃ ad ſubditorum vtilitatem omnes ſuas curas intendunt, quorum prius in Rempublicam amor laudibus celebretur, ac præcepta ſancte obſeruentur. Interim vero multo æquius fuerit, illis potius iſthuiuſmodi reuerentiam attribuere, quos maiores pro humani generis ſalute, 7 † tanquam vniuerſi terrarum orbis legiſlatores, ſuſcepiſſe ſolicitudines conſtat, quaſq; leges tulerint, has alijs hominibus anteferre: idque non ſolum propter id, quod dixi, quod [videlicet] ad hominum vtilitatem, incomparabiliorem ſuſcepérint, atque contulerint curam: ſed quod etiam 8 † diuini numinis virtute ſcripſerint ſua decreta. Quoniam itaq; illorum inter diſcipulos procerum legi, quæ Dominicæ reſurrectionis diem ceſſione ab operibus 9 † omnes venerari mandat, legem aliam contradicere conſpicitur, 10 † quæ non omnes ſimul operari prohibendos, 11 † nonnulliſq; vt operentur, indulgendum eſſe cenſet (ait n. 12 † OMNES IVDICES, VRBANAEQVE PLEBES, ET CVNCTARVM ARTIVM OFFICIA, VENERABILI DIE SOLIS QVIESCANT. RVRI TAMEN POSITI, AGRORVM CVLTVRAE LIBERE, LICENTERQVE INSERVIANT. cuius ſiſtus dici dehoneſtationis nulla ratione nititur cauſa: nã quamquam fructuum conſeruatio prætendi poſſe videatur: nullius tamen 13 † illa momenti, reque vera futilis eſt, quum non agriculturæ diligentia, ſed ſolis virtus, quãdo frugum largiori viuum ſit, fructuum abundãtiam ſuppeditet) quoniam, inquam, iſtiuſmodi lex in lucem prodijt, quæ Domini cultum vilipendat, diuerſumque ab illis, qui contra omnes aduerſarios à Spiritu Sancto victoriam obtinuerunt, decretum præſcribat: ſtatuimus nos etiam, quod Spiritu ſancto, ab ipſoque inſtitutis Apoſtolis placuit, vt omnes in die ſacro, quoque noſtra integritas, 14 † inſtaurata eſt, a labore vacent: neque agricolæ, neque quicquam alij in illo illicitũ opus aggrediantur. Si. n. qui vmbram, quamquam atque figuram obſeruabant, tantopere Sabbathi diem venerabantur, vt ab omni prorſus opere abſtinerent: quomodo qui gratiæ lucem, ipſamque veritatem colunt, hos eum diem, qui à domino honore ditatus eſt, noſque ab exitij dedecore liberauit, non venerari, par eſt? aut quomodo, quum ex ſeptem diebus vnus in Domini honorem conſecratus ſit, nos, aliorum ad opera 15 † vſu contentos non eſſe, 16 † neque illum Domino eximium, & inuiolatum conſeruare, ſed ipſum etiam vulgarem facere, noſtriſque operibus applicandum putare, religionis non eſt prorſus diſſolutæ?

CONSTITVTIO LV.

Vt Iudæi ſecundum Chriſtianiſmi ritus viuant.

Idem Imperator eidem Styliano.

17 † Lego διὰ παρανομίας, pro διὰ πάντα.
18 † Vide nouc. 156.

QVI olim ſceptris potiti ſunt, de Hebręorum gente (quæ quondam 17 † quodam diuino patrocinio foueretur, inclyta fuit: nunc autem ob contumaciam in CHRISTVM, & Deum noſtrum, in calamitatibus celebris eſt) diuerſas promulgarunt leges, quæ de ipſorum vitæ ſtatu tractantes, 18 † iubent, vt ſacras ipſi ſcripturas legant. Sic ne a ſuis ritibus arceantur: quinetiam, vt liberos ſupra ſanguinis cognationem circumciſionis etiam cognatione ſuo inſtituto accommodet. Atque hæc quidem. qui olim, vt dixi Imperium obtinue-

runt.

tunt. Verùm ſacratiſſimus Princeps ille, ex cuius ſemine nos nati ſumus, vt qui maiore q̃ cæteri ſalutis ipſorum deſiderio teneretur, hos in ſola ſuperiorum legum obſeruatione relinquere (quod ante illum alij fecerant) non contentus, ſed partim ſacrorum oraculorum explicatione, partim eorundem admonitionibus ad ſalutarem Chriſtianorum cultum traducens, uiuificè baptiſmi aqua initiauit. Atque ꝙ ipſos in nouum ſecundùm CHRISTVM hominem transformari debere, perſuaſit, ut ueterem deponerent, plene effecit & quæcunque uetuſtatem ſaperent, circumciſionem, Sabbathum, & ſi quid aliud eſt, cum illo ſimul exuit. Atqui cum tanto 1 † cum effectu à Iudaica pertinacia ipſos deduxiſſet, non etiam prioribus legibus, quæ Iudaico ritu uiuere permittebant, ſilentium, & uacationem alterius legis decreto impoſuit. Quod igitur pater noſter prætermiſit, id nos adimplendum putantes, omni antiquiori, quæ de Hebræis ſtatuit, legi ſilentium iniungimus, & ne illi aliter, q̃ pura, ſalutariſq; Chriſtianorum fides vult, viuere audeat, iubemus. Quod ſi quis à Chriſtianorum ritibus defectione facta ad Iudæorum mores, & placita reuerti deprehendatur, hic ſecundum leges 2 † de apoſtatis latas pœnas luat.

1 † ἀλλ᾽ ἐ- ταμῶν ἐρ- γῳ.

2 † Vide titu. de apoſtatis. C.

CONSTITVTIO LVI.

De oris maritimis.

Idem Imperator eidem Styliano.

3 † l. 13. §. ſi qs me. & 14. de iniur. & fam. lib. Dig.

HAEC etiam lex, 3 † quæ maritimorum prædiorum ius tollit, eorum vnde apud oras mare conſpicitur, queque inſuper illorum dominum, ſi illic piſcari volentes prohibeat, iniuriarum actioni ſubijcit, nobis non æqua ſtatuere viſa eſt. Quicquid .n. non iniquo titulo in cuiuſpiam dominium deuenit, ſiue parentum hæreditas, laborumq; emolumentum, ſiue alio quocunq; non illegitimo modo paratum ſit, quæ cauſa eſt, quamobrem id non ab eo, qui in dominio habet, adminiſtretur, & illi non longe potius, quam alteri cuipiam vtilitatem præbeat? Non eſt igitur legis, quæ quidem equitatem ſpectet, & alios ad vtilitatem rei, in quam nihil iuris habent, introducant illos verò, qui aut ſolutum pretium, aut cognationis ius, aut deniq; alium aliquem poſſidendæ rei non illegitimum titulum laudant, illa priuet. Iam vero quod, quum ab illo tanquam loci illius domino annuum tributum exigatur, expellere inde illum, qui preter ipſius voluntatem loci commodis vti velit, non poſſit: ſed ſi hoc faciat, iniuriarum actionibus tenetur: quomodo id, præterquàm quod iniquum eſt, non omnibus modis abſurdum eſt etiam? Quid ſi prædij dominus piſcatoriæ artis non ignarus ſit, ipſi cum otio dormiendum erit, alijsq; otiatum emolumenta venerari permittere debebit? aut, ſi otium non amplectetur, in aliorum oris errabundus piſcabitur, in ſuis autem id ipſi non licebit? At quare ita fieri debeat, nullam equidem rationem video. Sancimus itaque vt quiſque oras ſuas in concuſſo iure poſſideat, illorumque dominus ſit: & ſi qui ſine ipſius permiſſu illorum emolumento frui velint, hos propellere poſſit. Nam quemadmodum terrenis locis iuris eſt, vt quicunq; domus dominus ſit, is preter illius vſum, veſtibulum quoque atque atriū poſſideat: vt ita etiam maritimis obtineat rationi eſſe conſentaneum putamus. Et ſicut terrenis locis præter volūtatē domini ex alieno fructus percipere nemini conceditur, ſed ſi quis fructus ex alieno colligit, eos vel benignitate domini percipiat, vel pro loci viu vectigal ſoluat neceſſe eſt: ſic etiam maritimis obſeruari præcipimus.

CONSTITVTIO LVII.

Quantum in piſcatibus remoræ piſcatoriæ inter ſe diſtare debeant.

Idem Imperator eidem Styliano.

4 † Adhibe conſti. 102. & duas proximas ſequen.

5 † Remoras piſcatorias ſere vertere placet.

QVandoquidem 4 † quum plurimæ leges de piſcatione ſtatuant, illud quod 5 † ἐκταμὴ nominandum putarunt, adhuc lege definitum non eſt (quippe ꝙ vt videtur, quo tempore leges illæ promulgabantur, nondū id inſtitutum innotuiſſet) hoc quoque legis conſtitutionē auferre volumus. Quam itaque iuris rationem in hoc piſcationis inſtituto pro legitimo decreto obtinere conſuetudini viſum eſt (vt nempe interſtitiorum modus ad trecentos ſexaginta quinque paſſus protendatur) hoc nos, quòd extra conuenientem modum non feratur, legis dignitate honorantes, de hinc legem eſſe ſancimus: nam tametſi citra hoc priuilegium, vt remoræ piſcatoriæ ad hanc rationem diſponantur, præſentis æui hominibus bonum uideatur: quo tamen id firmius ſit, cautiusque in æternum obſeruetur, lex eſto, remoræq; illæ trecentorum ſexagintaquinque paſſuū interuallo a conſuetudine approbato, inter ſeſe diſtant: idque ita, vt ab vtraque parte hic interualli modus deſumatur: vt videlicet, centum octoginta duo, & ſemis, ab vnius partis finibus exporrigantur, reſiduum uero ad vicinum vſque pertingat. Atque hæc quidem de conſtituendis, introducendiſque poſt hanc legem remoratorijs dicimus. Quæ vero decretum præuenerunt, tametſi præſtituto hoc interuallo non diſtent, ex eius præſcripto tamen nihil nouabitur: permanebuntque illa, ut initio conſtituta ſunt.

CONSTITVTIO LVIII.

Ne ex ſanguine cibus conficiatur.

Idem Imperator eidem Styliano.

SIMVL olim legiſlatori 6 † Moſi ſanguine veſcendū non eſſe mandauit Deus; ſimul ab iſtiuſmodi cibo abſtinere debere 7 † præconibus gratiæ eſſe conſtitutum. Et quamquam tum ueteris tum nouæ gratiæ tempore illa res utilis habita ſit, & nefaria: eo tamen contumaciæ, imò vecordiæ homines proceſſere, ut neutri legi aurem præſtent morigeram. At contra, alij lucri, alij gulæ cauſa, ſumma cū impudentia mandatū contemnunt, in eſcamque, qua veſci vetitum eſt, ſanguinem conuertunt. Perlatum .n. ad aures noſtras eſt, quod 8 † inteſtini tanquam tunicis illum infractū, velut conſuetum aliquem cibum ventri præbeant. Quod tolerari non debere, Imperatoria noſtra Maieſtas rata, neque tam impio ſoli gulæ inhiantium 9 † hominum inuento, nūc præcepta diuina, nunc Reipublicę noſtræ honeſtatem dedecore affici ſuſtinens, iubet, ne quid id ſcelus, neq; ad ſuum vſum, neque, ut emptores deteſtando cibo contaminentur, vllo modo exercere audeat. At ſciat, quicunq; de hinc diuinum mandatum contemnere ſanguinemq; in cibum conuertere (ſiue uendat, ſiue emat) deprehenſus fuerit, 10 † ſe bonorum publicationi ſubijciendum, & vbi acerbum in modum flagris cæſus, accurate tenus ſedè tonſus erit, perpetuo patriæ exilio mulctandum eſſe. Quo quidem in iudicio neque ciuitatum magiſtratus citra criminationem dimittendos cenſemus: ſed vt & ipſi (neque .n ſi illi conuenienti alacritate Magiſtratum geſſiſſent, id ſcelus commiſſum eſſet) quod negligenter, ſocorditerque ſubditis præfuerint, decem librarum auri mulctam ſuſtineant.

6 † Leu. 7.

7 † Act. 15. & Can. Apoſ. 62.

8 † Lego τοῖς ἐντέροις.

9 † Malim αἱ. ἐρρώμενοι

10 † Lego ὡς τοῦτο.

CONSTITVTIO LIX.

Abrogatio legis quæ hominem liberum ſe vendere permittit.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVAE * lex hominem liberum, qui tam ignaui, atque abiecti animi eſt vt libertatis dignitatem dedecore afficiens, 11 † quo execrabile pro ſeruitute perſoluendi pretij lucrum participet, ſuam ſeruitutem mercetur, non caſtigat, neque ſcelus illud corrigit: profecto & illa earum vna eſt, quæ rectum Reipublicæ noſtræ ſtatum dedecent, ac approbatione indigeæ ſunt, neque auctoritatem, & efficaciam accipere debeant. [Illā] itaque de eo, qui res ſuas ita gubernat, [latam] legem, quæ dementiam firmam eſſe permittit, neque euerſa indigna illa mercatura, hos, qui per inſipientiam talia faciunt,

* vide l. 5. de ſtatu. ho.

11 † Lego ἐπὶ τῷ.

ciunt, competentibus pœnis ſubijcit, neque legis propoſitũ ſcimus ſeruare, neq; quę conuenienti legibus reuerentia po tiatur dignam potuimus. Si.n. quod patet alijs eſt, id idem leges ciuib. eſſe oportet, ut in hoc unum, quod illis conducat, ac ſalutare ſit, collimẽt: quomodo hanc legem, quæ tantum incommodum, atque damnum incumbere ijs, qui per dementiam in id ſe coniecerunt, ſinit, legib. annumerari æquum eſt? Hanc itaq; nos legibus exceptam in exiliũ mittentes ſancimus, ut ſi quis ita demens ſit, ut libertatem ſeruitute commutans ſe ipſum uendat, ne is contractus ualidius ſit, ſed euertatur, & ſimul ipſe libertatis ſuæ proditor, ſimul is, qui cum ipſo id facinus deſignauit, uerberibus caſtigentur, nihiloq; minus ueſaniæ mancipio libertas in priſtino ſuo ſtatu ſeruetur.

CONSTITVTIO LX.

Qua pœna caſtratores affici debeant.

Idem Imperator eidem Styliano.

VIrtutis ad procreandum a Deo naturæ inditæ exectio non minore cum audacia identidem committitur, quam ſi apud Deum nulli pœnæ obnoxia eſſet, quum tñ uel maxime ſit: & quamquam ueteribus legiſlatorib. curæ fuerit, ut id malum ultrice lege excideretur, quo Reipu. ab iſtiuſmodi inuento munda eſſet: haud ſcito tamen, quum ſicut alij, huic certe præſcriptio obtemperati, atq; a naturæ mutilatione abſtinere æquum ſit, quamobrẽ non ita faciant homines, ſed tanquam utilitatem quandã, iſtiuſmodi aduerſus generandi uim inſidias reputantes, mẽbra, quæ homini naſcendi cauſam ſuppeditant, laniment, & creaturam aliam, quam qualis conditoris ſapientiæ placuerit, in mundum introducere contendant. Hoc igitur 1 † inultum relinquendum non putemus, lege in id pœnam conſtituente, quib adeo diuinam creaturam deformare religio non eſt, eorum audaciam, auxiliante Deo, reprimere conemur. Ac ſuperiorum quidem legiſlatorum 2 † decretũ eos, qui id auderent ad eandem mutilationem, 3 † quam alijs intulerint adigi, quodq; ipſi in alijs uidere deſiderarint, id, ut itidem in ſe uideant, confirmitidq; 4 † me iudice, non ita præter æquitatem, quamquam non ualde decorũ. Non.n. quia ille creaturam Dei [quaſi] refingere auſus eſt, continuo uindicem id imitari, & pariter refingere, æquum eſt. Veruntamen, quantum ad inuentum attinet, non ualde (quemadmodum dixi) id alienum eſt. Ad hoc autem alio etiam modo, qui impium 5 † hoc factum auderent, puniebat. Bona namq; publicabat, perpetuoq; ipſos exilio adiudicabat, & qui iniuriam ſuſtinuiſſet, ſi ſeruus eſſet, libertate honorabat. Atq; ſuperiorum quidem decretum iſtiuſmodi erat. Nos uero de re illam ſententiam pronunciantes, naturæ inſidiatores ſimili mutilatione uiciſſim mutilari prohibemus, alijs autem iſti crimini conſtitutis pœnis (tametſi hic etiam ad clementiorem ſinam reſpiciamus) ſubiacere ipſos non diſplicet. Sancimus itaq;, ut qui deteſtandæ huius artis artificem ad caſtrandum aduocarit, ſi 6 † in albo Imperatorij famulatus ſit, primum albo eximatur, ac deinde decem auri libris in fiſcum deferendis mulctatus, in decennium relegetur. Malæ uero iſtius artis artifex, & ipſe primũ flagris cuteq; tenus tonſione reformetur, & deinde bonis priuatus, eodem temporis ſpacio patria exulet. Qui autem iniuriam ſuſtinuit, ſi ſeruilis cõditionis ſit, reliquo uitæ ſuæ curriculo ab illa liber erit: ſin liberæ, tanquam ipſe, ꝙ iniuſtatum admiſit, eius ſibi auctor ſit, quod paſſus eſt, id ſuo conſenſui acceptum feret. 7 † Cæterum, ſi qui exactionem ſuſtinuit, ea illi (ut ſæpe fit) remedium attulerit, nihil neq; nobis, neq; lege aduerſari uidetur. Id enim naturam non mutilare, ſed illi ſuccurrere eſt.

1 † Lego ἀνεκδίκητον.
2 † Nou. 141.
3 † Lego πεπόνθασι.
4 † Lego ἐπεσφράγισε.
5 † Lego τὸ τῆς τὸ ἀνόσιον.
6 † Lego ἐν τῷ.
7 † Lego ἀπαίτησιν.

CONSTITVTIO LXI.

Tributorum exactores, ſi plus, quàm debeant, exegerint, qua pœna afficiendi ſint.

Idem Imperator eidem Styliano.

SI rectam æquitatis ſemitam mortales ingredi uellent, ſanè q̃ magna hinc cõiunctæ tum beatitudo, tum ſalus accederet. Non.n. auſteritatem præ ſe ferre legiſlatorib. opus eſſet, neque ultrices leges in periculorum difficultates aliquos conijcerent. Nunc uero, quamquam & commoda, & ſalutaris æquitatis uia ſit, pleriq; tamen illam ingredi nolunt, ſed tanquam laborioſa, atque aſpera ſit, miſeriaſque uiatoribus adferat, declinant. Sunt enim, ſunt [inquam] quibus peſſima [quæq;] placent: quique ab æquitatis itinere deflectentes, ad iniquitatis uiam 8 † denſis ſtratam (quæ uiatores in perditionis præcipitia agentur) alacri, audoq; animo ſe conferunt. Quorum etiam temerarium impetum ueteres caſtigandum eſſe putantes, illum lege, tanquam freno, inhibere inſtituerunt. Sed quomodo illi iniquitatẽ profligare, atque e diuerſo æquitatem conſtruere ſtuduerint. *** Et quis (quæſo) 9 † quæ noſtra maieſtas ſuſcipit, non approbet? ꝙ uero in nonnullis non pro delicti merito pœnam 10 † ſtatuere, iſtiuſmodi decretum amplecti recuſamus. Quando etenim pro commiſſi ratione reis iudicium obuenit, æquum reuera decretum eſt: quæque illis irrogatur pœna iuſta. At quando delictum grauius, q̃ oporteat, punitur, non id iuſtitiæ, ſed potius iniuſtitiæ eſſe cenſendum eſt. Quocirca ſanè, quum ſuperiores 11 † legem promulgarint, quæ illis qui colligendis publicis tributis præfecti ſunt (ἀπαιτηταῖς, promiſcuum vulgus appellare conſueuit) ſi ſupra legitimum modum tributa extendere audeant, grauiſſimam pœnam infligit, (more.n. id delictum perſequitur,) & uero non omnino merito tantæ pœnæ illos ſubijci nos exiſtimemus, admiſſionem illi denegamus, contraq; ſtatuimus, ut ſi quis in id crimen incidiſſe deprehendatur, ſemelque tantum id auſus ſit, quod amplius exegerit, eius duplum dependat: ſin id facere pergat, in quadruplum, quod amplius captum eſt, ad iniuriã affectum redeat, illeq; cum ignominia a concredito ſibi officio decedat. Ac ſit ſanè poſthac delicti huius hæc pœna, neq; pecuniariæ fraudis reus de uita periclitetur.

8 † Lego ὀρχιά.
9 † Lego ἃ καὶ.
10 † Lego ἀιζῶν.
11 † Deſuper exactor. C.

CONSTITVTIO LXII.

De pœna eius, qui rem aliquam publicam vendiderit.

Idem Imperator eidem Styliano.

PVblicarum iniuriarum reos caſtigati, & huiuſmodi pœnis, quæ in illas pronos ad temperantiam adigentes, quàm maxime iniurias ſuccidant, ſubijci iuſtum eſt. At non idcirco amplius, quàm par eſt, puniri, neque ius, ut fines ſuos excedat, ſpecieq; iuſtæ uindictæ cum iniuſtitia uelut conſpiret, cogi conuenit. Si enim pro delicti modo, qui deliquit, puniatur, iuſta ex iuris ultio ſit: at ſi qua pro eo pœna maior infligatur, iuris propoſitum ſeruari non exiſtimo. Ea propter noſtra maieſtas, poſtea quam in ijs, quæ a ſuperioribus 12 † conſtituta ſunt, ubi eos, qui publicæ rei aliquid diuendere auſi ſunt, pœnis ſubijciunt, non iuſtam ſententiam proferri dicit, ut eius criminis perſecutio non amplius hanc uim habeat, decernit. Quomodo enim iuſtum eſt, ut cuiquam, quia quiddam, quod detrimentum fiſco adferat, uendidit, incurabile damnum, uitæ nempe priuatio, obueniat? Nequaquam itaque delictum illud morte puniri dignum eſt, neque nos hoc iudicio deprehenſos fieri finimus. Quicunque autem 13 † publicam rem diuendere deprehenſus fuerit, ubi quadruplum reddiderit, ſatis pœnarum ſuſtinuiſſe putator.

12 † Vide 13 & 14. q̃ res uideatur non poſſe. C.
13 † Lego δημοσίαν ὅ.

CONSTITVTIO LXIII.

De pœna illorum, qui res uetitas ad hoſtes tranſuehunt.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVin & hoc crimen, quum ex eodem fonte manet, eidemque pœnæ a ſuperioribus ſubiectum ſit inſatiabilis nos caſtigationi (quippe quæ mortis pœnam contineat) eximentes, mitiore, quemadmodum & prędicta, dignamur pœna. A ueteribus 14 enim ſtatutum eſt, ne ad

14 † Quæ res expedita? no deb. C.

ne ad hoſtes tranſportētur, quib. illi inſtrui, firmioresq; reddi poſſint: ac ſanctionis decretum contemptores de medio tollebat. Nos uero iſti quoq; crimini minorem pœnam (licet acerbam requirat) aſſignantes, talia conſtituimus, ut, ſi quis res uetitas ad hoſtes tranſuexit, nauis dominus ſi, cōſiliumq; ſuum cum nautis 1 † non communicarit, is, ſolus pœnam lubeat, 2 † & ſupra uniuerſum nauis onus, in ipſum inopia ualde præmat, relinquorum bonorum triētem ēt fiſco dependat. Si uero ſoli nautæ (ut multa [illis] malitioſū [ſuum] animum celantibus cōtingunt) id facinus auſi ſint, ille quidem prorſus liber eſto, hic uero pœnam non effugiunto, ac primum quidem flagris cæduntur, cuteq; tenus tonduntur: deinde uero, ſi diuites ſint, eorum, quæ exportarunt, quadruplo mulctantor: ſin inopes, & pauperes, ſupra uerbera, ignominioſamq; tonſionem, 3 † ꝙ alios in ſeruitutem tradiderunt, libertatem amittunto. Nam qui, quantū in ſe eſt, non modo quàmplurimos in ſeruitutem ducunt, ſed etiam [communi] uitæ acerbitatem adferunt, tametſi ad ſeruilis uitæ conditionem adigantur, mediocris tamen 4 † hæc, atque mitis pœna eſt. Atque hæc quidem, quando communi conſenſu patratum non eſt facinus. Si uero communi conſilio, & malitia res geſta fuerit, ut ſimul eam perpetrarunt, ita etiam utriuſque ad præſtitutum a nobis modum caſtigandi, ſimul pœnas ſuſtinebunt.

1 † Pro μὲν lego μή.
2 † Lego καὶ ὑπὲρ πᾶν τὸ φόρτον.
3 † Lego διὰ τὸ.
4 † Lego καὶ ἐν ἰδίῳ φιλανθρωπίᾳ.

CONSTITVTIO LXIIII.

De pœna eorum, qui naufragium ſuppreſſerint.

Idem Imperator eidem Styliano.

ILlud etiam atq; admiror, quomodo qui naufragio eiectas res occultat, tantū delinquere uideatur, ut id mortem 5 † ipſi inferre debeat. Quod autem qui illos reb. ſuis defraudat, quib. aliquis miſericordia motus, uel de ſuo 6 † ſumptus ſuppeditet, 7 † quemq; in corde dolorem circumferunt, leniat (quum præſertim graues cruciatus in bonorum amiſſione ſuſtinere conſentaneum ſit) ille non mediocre flagitium audeat, id uero luce clarius eſt. Atqui quod hos, quos uecors cupiditas huc impulit, uita priuari oporteat, hoc [profectò] intellectu aſſequi neque. Nam quid tantum ablatum eſt, ut cum anima conferri poſſit, qua priuari debere [ille condemnatus? Peſſimus quidem certè eſt, & ſacrilegus, qui ſe iſtiuſmodi lucro mancipat: ſanè ille] (id quod ab aliquib. fit) mortuos ſpoliat. Verūtamen id facinus iſtiuſmodi non meretur pœnam. Pro re.n. materiali, & fluxa materiæ expertem, atq; immortalem, animam [nempe,] capere, haud eſt æquum. Nam ſi perſæpe neq; in reb. materialibus mulcta illatum damnum longè ſuperat, quo [uidelicet] uelut circuitum aliquem iniquitas exceſſu non conficiat: quamobrem tam inęqualis pęna illos, qui naufragorum res occultat, percellat, ut exceſſus, quem ultio ad facinus refert, exprimi uerbis nequeat? Iubemus igitur, ut de hoc non amplius ita uindicetur, ſed pro re detenta, qui occulauit, quadruplum dependat, eaque pęna id delictum defungatur.

5 † Vide L. 3. Item q. ad legem Cor. de ſic. Dig.
6 † Lego ἐπαρκεῖ.
7 † Lego καὶ ὅσας.

CONSTITVTIO LXV.

De incantatorum pœna.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVi propter temulentorum incompoſitū, malignumque animum, reprobandum eſſe uinum, eiuſq; oblectamentum auerſandum dicit: ne ille pp peruerſum alium, rem per ſe nō peruerſam fuggilat. Ego uero promulgatam a ueterib. legiſlatorib. legem 8 † conſiderans, cā quæ modo incantamentum malum eſſe rata, id punit, modo uero admittit, & approbat, (quamquam) id ex utentiū propoſito malum non fiat, ſed ſua natura, uiſolitate tanquam ſterquilinia grauęolentia ſcatuniat: nō [tamen] illos legiſlatores reprehēdendos dixerim, ſed ne quis legem (qđ merito fiat) uituperet, eam ex legum quaſi [illegible] tollendam puto. Vult autem puniri incantationes, eo ꝙ modo ſtia animi ſublata, ſtimulis, furoreq; amatorio rationem ad inſaniam adigant: ac approbat rurſum illas, tanquam ſegetes, & fructus curent, aliaq; bona (ut ipſi quidem uidetur) ſuppeditent. Atq; ita, quod tanquam inſidioſum puniſſet, idem rurſum tanquam beneficiū honorat. Atqui nos illiuſmodi incantationes pernicioſas eſſe perſuaſum habemus. & ut boni quicquam inde manere credamus, induci non poſſumus. Ac ſanè etiam ſi boni quippiam producere illas appareat (quomodo [quidem approbanti ipſas legi uidetur) non [id] bonum eſſe, ſed illecebram atq; naſſam, quæ illectos in malorum omnium extremum, ubi a ſummo bono excidant, abſorbeat, 10 † compertum habemus. Notum enim nobis eſt, illas, ut qui ſe ipſis dedunt, præ Creatore, & Domino infauſtis, diriſq; Dæmonijs adhæreant, efficere. & qui in illas affectantur, hos per externarum rerum excipere. Quale quiddam inter pugnandum meticuloſis frequenter accidit: qui dum ictus in manus excipere nolut, illis uel caput, uel uentrem exponunt. Sanè uero ſi quis aliquo modo incantamentis uſus eſſe deprehenſus fuerit, ſiue id reſtituendæ conſeruandæve ualetudinis, ſiue aduertendæ a rebus frugiferis calamitatis cauſa fecerit, is apoſtatarum pœnam lubens, ſupremum ſupplicium ſuſtineto.

8 † l. 4. de maleſi. & math. C.
9 † ἐπαοιδαῖς ſcriptum fuiſſet puto.
10 † Lego ἴσμεν καὶ ἐγνωρίσαμεν.

CONSTITVTIO LXVI.

De plagio.

Idem Imperator eidem Styliano.

VT iuſtitiæ libram non plus æquo ad miſericordiam inclinare, ita neq; nimia auſteritate delinquentib. grauiorem, quàm peccatum requirat, pœnam imponi, honeſtum eſt. Illud.n. (intempeſtiua commiſeratio nempe) in 11 † illis quib decorum excedere religio non eſt, contemptum, & ad audenda mala feruentiorem promptitudinem gignat, & grauiore, q̄ pro merito delictum pœna ferire, id uero non iuſtitiæ ultio, ſed ſub ſpecie iuſtitiæ rem iniuſtam aggredi eſt. Nam nō pro delicti modo delinquentem punire, iniuria afficere, nequaquā uerò iuſtitiam exercere eſt. At quem in finem hoc dictum eſt? Quod 12 † lex quo neſcio modo (eſt n. hoc 13 † conſtitutum) eum, qui alienum ſeruum abduxit, morte 14 † puniat. In quo illa pœnā ad delictum haud dubie non expendit. Quum enim, 15 † quod recuperari nequeat, amiſſum nihil ſit, mortis pœnam illi, qui cœpit, inferri irrecuperabiliq; ita damno ſubijci, nō eſt æquum. Idcirco itaq; ab ijs, qui digna morte non commiſerunt tam acerbas pœnas exigi, ubi iniquum eſſe animaduertimus, quam legem conſuetudo cōtempſit (ut quæ uita plagiarum non priuet, ſed alio modo puniat) eandem nos etiam legalib conſtitutionib. eijcientes, quod conſuetudini placuit, lege confirmamus: ac iubemus, ut ſi quis alienum ſeruum abduxiſſe deprehenſus ſit, is eundem, eiuſdemq; pretium, tum etiam quicquid ex induſtria eius ipſi acceſſit reddere percipere potuerit, tantundem dependere cogatur: atq; ultra hæc delinquentibus pœna non aggrauetur. Siquidem ita illi, qui ſeruum amiſit, ſufficienter damnum ſarcitur, ſunq; ſatis magna pœna irrogatur: quippe quum ille ſeruum cum acceſſionem recipiat & quam utilitatem ex ſeruo nō ſurrepto ſentiſſet, illa non imminuatur: hic uero in duplum ſeruum ſurreptum reddere debeat, nihilq; ex ipſius ſeruitute lucretur.

11 † Lego τοῖς & mox ἐκεῖνο βιωτικοῖς ἐμποιεῖν.
12 † l. 7. ad leg. Fla de plag. C.
13 † Lego διώρισται.
14 † Lego ζημιοῖ.
15 † Græca haud temere intelligas.

CONSTITVTIO LXVII.

De iis, qui ad hoſtes tranſeunt, ſuaque ſponte reuertuntur.

Idem Imperator eidem Styliano.

SIMVL nimia auſteritas, & ſeueritas, ſimul immoderata lenitas, & clementia, ex æquo utraque, quod utile eſt, intervertunt. Eſt enim & qui ſupra modum præfractus eſt, & qui lenitatem grauitate miſcere nequit, uterque ſiue alicui uni, ſiue familiæ, ſiue ciuitate præſit,

pix[illegible], quibus præfectus eſt, cum illorum detrimento res adminiſtrat. Oportet enim ut qui recte præfecturus eſt, quemadmodum temperata, ſalubriaque loca equabiliter mixtas habet aeris qualitates, ita & ipſe affectionum commiſtione ad rectam adminiſtrandarum utilitatem, [illegible] temperata, ſe moderatum præbeat, & neque morositate gravis, atque intolerabilis ſit, neque indecora lenitate [illegible] bilis, & ad gubernandum ineptus fiat. Quod autem de aere diximus, hoc certe & in legibus ſeruari omnino conuenit. Nam oportet leges, quum tenera Reipublicæ [illegible] ſint, quam [illegible] contemperaturam conſeruare, neque ad [illegible] tatem [illegible] modum [illegible]: ſi quidem, qui ipſarum rectitudinem agnoſcunt, incolumes futuri erunt. At quæ hæc quidem reſpectu [illegible] illius legis, [illegible] quæ aduerſus eos, qui ad hoſtes transfugerent, lata eſt, a nobis dicuntur. Vult autem illa, ut transfuga, ſi quando pœnitudine ductus, redeundo ad ſuos commiſſum delictum obliterare [illegible] obijciatur, ut in furcam tollatur. Quod [illegible] Reipublicæ [illegible] incremento eſſe [illegible] ad [illegible] monſtrantium contrarietatem [illegible]. Neceſſitatem enim transfugis inducit, [illegible] ſuorum, neque reuertendi in patriam concupiſcant [illegible]. Non [illegible] eſt enim [illegible] omnium, [illegible] exiſtimandum ſeias, inter hoſtes mori, quam tam acerba in patria mortem [illegible]. Quapropter [illegible] legitationem [illegible] dicam (nam eum, qui delinquit, dein [illegible] ſponte ad medendum delicto reuertitur, [illegible] quod transfuga in [illegible] transfugerit, ve [illegible] ſeruitutem [illegible] ceteri [illegible] homo, [illegible]. Ceterum ſi transfuga non [illegible], ſed [illegible] comprehenſus in patriam [illegible] mortem [illegible] neque [illegible] ſanguine manus contaminauerit.

1 † Pro [illegible] le[illegible] traduc[illegible].

2 † l. 3. Sa [illegible] de re milit. D.

3 † Lego [illegible] Amo[illegible].

CONSTITVTIO LXVIII.

Vt monachi, & clerici tutores eſſe poſſint, ſed ab adminiſtratione, ac pupillorum rectione arceantur.

Idem Imperator eidem Styliano.

Et [illegible] viſum eſt veteribus legiſlatoribus, ne monachi [illegible] ordo deſunctos habet, tutorum [illegible] (et ſi [illegible]) [illegible] & ſimplex tunc temporis [illegible] fuit, qui pupillorum [illegible], tutorum nomine [illegible] teſtes [illegible]. Intellexerant enim, [illegible] conſecrati ſunt, hos ab externarum rerum occupationibus, & moleſtijs liberos eſſe oportere. Quantum autem alendorum, aliorumque regendorum puerorum cura hominum animos diſtrahat, vtque Deum debite colere non poſſint, impediat, nemo ignorat. Quum itaque non exigua difficultas [illegible], ac præcipue propter temporis diuturnitatem, tota [illegible] plerumque vi[illegible] (laboriosius [illegible] tenetur) recte, quomodo [illegible] decretum promulgarunt. Verum quoniam non poſſeſſores [illegible] duntaxat, qui tutelam adminiſtrarent, tutorum appellationem non ſeruarunt, ſed hos etiam, quibus teſtatores, bona [illegible] teſtamentarias de rebus ſuis præſcriptiones committunt, ac poſt mortem earum executionem concredunt, [illegible] Exorta [illegible] dubitatio extitit, an monachi [illegible] ordini [illegible] defunctorum [illegible] poſſint, [illegible] ſtudium pro illa [illegible] promulgandi decretum [illegible] cationem præbuerit, [illegible] & [illegible] non [illegible] ſunt, [illegible].

4 † Potest. [illegible]

5 † Lego [illegible].

6 † Lego [illegible].

7 † Lego ταυτας [illegible].

miniſterio aliquem abſtrahant, ſibique totum adſtringant. Tum alioqui quanto hi illis, qui prophanis rebus impure inhærent, ac in terrenis ſordibus uolutantur, cautius, diuiniusque uiuent, tanto melius, cautiusque defunctorum præcepta expedienda eſſe ſpes eſt.

8 † Lego τεσ[illegible].

CONSTITVTIO LXIX.

Cæco ſecreto teſtamentum facere poſſe.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVandoquidem de eo, quomodo cæcos teſtari oporteat, dubitatur, eaque dubitatio ex locis legalibus (quod ea de re leges inter ſe diuerſa ſtatuant) & ex ea, quæ nunc obtinet, conſuetudine extitit, neque hoc altius expendens, atque repugnare inconueniens, aut alienum putauit [illegible] prohibet, ne cæcus arcano modo teſtamentum condat, & ne aliter id uim habeat, [illegible], quam ſi teſtes, qui conſtituta ſunt, a cæci ore proceſſiſſe, 10 † ſuiſque auribus inſonuiſſe aſſerant, atque per ſolum tabularium illorum ſidem communiri non uult. 11 † Alia autem latam quandam ad arcanum teſtandi modum mulieribus & illiteratis hominibus uiam aperit, dum nullam aliam obſeruationem præſcribit, quam, ut ſi 12 † teſtator literarum non omnino ignarus ſit, ſua ſubſcriptione teſtamentum corroborare debeat: ſi uero id præſtare non poſſit, pro ſe alium ad ſubſcribendum aſſumat. Atque ſiquidem ex legibus [illegible] ſe res diſſideant. Quomodo enim, ſi mulieres, rudeſque literarum, quam pauciſſimis uoluntatis ſuæ conſcijs teſtamenta condunt, quum fides in ſolo tabulario fluctuet, non ex eadem cauſa cæcus liberam teſtamenti factionem habeat? Iam uero & conſuetudo, non ſolum autem alterius legis [illegible] pugnat. [illegible] non placet ſiue, ne mulierum 13 † [illegible] teſtamenta arcane facta uigore polleant. Quod quum ita ſit, nos quoque, ut ſecreto confecta teſtamenta, ſiue cæcorum, ſiue aliorum quorumuis ſint, auctoritatem obtineant, ſancimus: illud, quod [illegible] ſtatuendo addimus, ut antequam teſtes [illegible] ſubſcriptiones eorum, qui teſtamenta conſcripſerunt, in medium proponantur, [illegible] quæ ſolent, [illegible] quod tenera illa ſcripſerint, quæ [illegible] teſtatoris lingua dictante, audiuerunt. Et ſi quidem falſum commiſſum eſſe poſtmodum probetur, ipſos, ſi diuites ſint, bonorum ademptio, ſin pauperes, uehementia uerbera, & exilium in delicti pœnam maneant. Quibus [illegible] hoc inſuper annectimus ut ſi quando ad ſui confirmationem (quod 16 † frequenter incidit) teſtamento opus ſit: ipſi etiam, qui teſtamentum conſcripſerunt, una cum iuratis teſtibus rei fidem, & ueritatem corroborent.

9 † l. 3. qui t. ſi. ſa poſ ſe: C

10 † Lego [illegible].

11 † l. non. 119. §. qa uero.

12 † Lego αὐτόπτην.

13 † Lego [illegible].

14 † Malim [illegible].

15 † Forſaſſe ſcriptum ſuit, [illegible].

16 † deſiderantur ἐπ[illegible].

CONSTITVTIO LXX.

De graſſationibus.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVos communio in unam aliquam, eandemque conditionem coniungit, inter hos communes eam animos eſſe ubique uideas. Ita in negociationibus ſocij lucrum, damnumque æqualiter inter ſe partiuntur: ita itinerum comites: quum fortuito in rem aliquam incidunt, tametſi ſæpe uno illam momento pariter non conſpiciant, eius tamen inter ſe ius communicant. Ita uero & commilitones, licet omnes non pari ſtudio, & impetu in hoſtem ferantur, attamen uictoriæ palmam ex æquo auferunt. Quapropter etiam, ut qui maleficio conſenſu, communi facta, rem aliquam, in quam a lege pœna conſtituta eſt, inceptant (ut poteſt ſi * rapinis committatur, [illegible] parricidium, alteriusve cuiuſpiam cædes perpetretur) quamquam non omnes [illegible] momento, & opere perpetranda conferant, eandem tamen pœnam ſuſtineant: [illegible] quam recte ueteri legiſlatori placuit. [illegible] quoque [illegible], quæ de his, qui ſimul, & communiter [illegible] animo homines inuadunt, iam olim [illegible] ſunt approbantes, ſtatuimus, ut omnes, quotcunque [illegible] eidem ſupplicio addicantur, tametſi

* l. 6. & 7. ad l. Pōp. de parricid. 17. De rapto uirg. 18 † Vide l. 28. § latrones & §. famoſos de pœnis. Dig.

patem operam rei perpetrandæ non omnes adhibuerint. Non enim ſi quis ipſe manus inferendæ neci non admouerit, continuo inſons, & a pœna immunis eſſe poterit. Quid enim ſi præſſis ipſe manibus alterius tamen dextrã ad cædem intenderit, atque confirmarit? Sanè quod manus homicida, à communi peruerſitate inſtigata, rem aggreſſa ſit, conſtat. Nam niſi aliorum manus huic in ſubſidium præſto fuiſſent, non certè ita promptè homicidium perpetraſſet. Ac propterea (quemadmodum dictum eſt) quamquã vno cuiuſpiam ictu (quod fieri poteſt) mors illata fuerit, aliorumque manus ſuppetias non tulerint, ut eandem tamen omnes pœnam ſuſtineant, decernimus.

CONSTITVTIO LXXI.

De iis, qui in locis arabilibus, aut vineis ædificaturi ſunt.

Idem Imperator eidem Styliano.

Adhibetie.ſi regũdo.Dig.

1 † πῶς ἀπὸ κληρώσεων.

2 † Lego ἐγγραφῇ.

Præſtantiſſimum illud, æquiſſimumque patris noſtri ſempiternæ gloriæ Principis placitum, quanto uidelicet, à uicini finib. ſpatio abſtinere debeant, qui in locis, quos hactenus aratrum ſecatit, in ve quibus uiteæ conſtiterint, nouiter domus 1 † publicis muneribus aſſignatas ædificare uelint: quoniam ab ipſo in legum corpus 2 † tranſcriptum non eſt, legis auctoritate decorari oportere iudicauimus. Statuimus itaque, ut q in locis ad ſementẽ excultis nouas ædes conſtruere volunt, ſi loci amplitudo ferat, ſecundum 3 † illius placitum à uicini finibus tanto ſpatio ædificent, in quantum arcus iterata uice telum eiaculetur: ſin tantum ſpatium interſtitio loci anguſtia non præbeat, uno etiam arcus iactu hoc conſtituatur. Intra dictum autem ſpatium nouam domum extruendi nemini facultas ſit. Cuius ratio euidentior eſt, quàm ut exprimi opus ſit. Quo enim ædificium propius uicini fruges ponitur, eo illi etiam noxa propinquior eſt.

3 † Lego ὑπὸ τοῦ.

CONSTITVTIO LXXII.

Vt pacta, etiam non conſtituta pœna, valeant.

Idem Imperator eidem Styliano.

4 † d. l. 7. §. ſed quum nulla, de pac. Dig.

Legali 4 † decreto, quod nudum pactum nõ actionem, ſed ſolum exceptionem parere tradit, nonnullos abuſdere uidemus. Dum n. omne pactum, quod pœna ſtabilitum non eſt, nudũ eſſe uolunt; etiam ſi ſcripto comprehenſum ſit pactum, etiam ſi qui pactum ineunt, ſua manu ſacroſanctæ crucis nota ſcriptum ſignarint, etiam ſi diuini teſtimonij appellationes adiectæ fuerint, tamen pœnæ conſtitutæ non ſint, id, ut inualidum, contemnunt, ac reijciunt. Qui ſanè malè ſentiunt, minimeque iudicium ſuum comprobant, ut qui rebus diuinis commentitias res mortalium longe præferendas cenſeant. Quàm enim tantam, recto quidem hominum iudicio, pactis authoritatem adiectio pœnæ, quantam ſacroſanctum ſignum, diuinitatisque nomen elatum in illis conſpecta, præbeat? Sancimus igitur, ut omne pactum, in quo ex diuinis hiſce adiumentis idoneum aliquid ad faciendam fidem inſit, quamuis de pœna nihil ſcriptum ſit, firmum, ſolidumque robur habeat.

CONSTITVTIO LXXIII.

Vt nemo cum mulieribus in eccleſiarum cœnaculis habitet.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quæ res etiam antequam iure prohibita eſſet, deteſtabiliter committebatur, aduerſo poſt prohibitionem multo deteſtabilius audetur quod nempe in eccleſiarum cœnaculis, quę promiſcuum uulgus κατηχούμενα uocare ſolet, quid i cõ mulierib. habitabãt. Ac fuit hæc quidẽ res uſq; ad ſextam uſque ſynodum, haud ſicio quã ratione impune admiſſa: in ipſa autem ſancta ſynodo, ubi pœna exclusa eſſet, ſacerdotibus ita habitantibus, remotionem à ſacro ordine, prophanis uero a rerum ſacrarum communione ſeparationem induxit. Verũm, ut plene ab eo uſu eccleſias uindicaret ad id ſacerdotale decretum non par fuit. Nam quum ad id uſque tempus, quo pater noſter inclytus Princeps ſceptra moderatus eſt, in Republ. ea conſtitiſſet; ut Principis decretum, atque manus eam inſolentiã 5 † ſacris ædibus expelleret, oportuit. Quod nos quum de hinc obtinere uelimus, ſtatuimus, ut omnino nullus, neque ſacerdos, neque prophanus, in dictis cœnaculis cum mulieribus habitet: ac ſi quis ſacram ędem hoc modo fœdare deprehendatur, hic illinc ignominioſè principali manu extrudetur: qui uerò illi eum locum habitandum præbuit (ſiue ſacerdos, ſiue aliquis alius, qui templum procurat, ſit) ipſe quoque propter legis contemptum, ſacrorumque prophanationem, procuratione penitetur.

5 † Lego χειρί.

CONSTITVTIO LXXIIII.

Ne ante legitimum matrimonij tempus futuris coniugibus benedicatur.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quoniam in ijs, quæ à ſacra, magnaque ſexta ſynodo de nuptijs 6 † in duodecimeſimo canone præcipiuntur, quiddam ciuilis iuris placitis contrarium eſſe uidetur (ſynodus enim, ne ſponſa, uiuente adhuc ſponſo, in matrimonium alteri coniungatur, in uniuerſum prohibet, eamque rem pro adulterio habet, ciuilis autẽ 7 † lex nequaquam talem diſſolutionem magnum aliquod eſſe crimen iudicat: ſed ſi maturius, quam pro connubiali tempore ſolemnis nuptialis benedictio 8 † celebretur, in ſolutam iſtis, & quicquid pœnæ nomine promiſſum fuerit, dependendus, pœnam ei concludit.) Quoniam itaque ipſum contrarietatis uelut uulnus hinc acrior ratio conſpici; quod enim poſt benedictionem dirimantur, in eo uera ſponſalio rum diſſolutio ſtatuẽda eſt) ſanc. mus, ne prius benedictiones celebrentur quàm legitimũ matrimonij a ſponſi tẽpus, quod in maribus decimum quartum, in fœminis decimumtertium expectat annum. Sic enim & benedictio tem paſſiue fiet: & de deſponſatis à ſe inuicem recedentibus, quod perfectum matrimonium dirimant, 9 † ſacra ciuili lege iudicium, quod eccleſiæ placitis non aduerſetur, obtinebit.

5 † Cõſecto cõmit. 6 † ... de lendũm puro.

7 † Vide titu. de ſpõſa.

8 † Cũ altero, i. imtu matrimonio, quo obſcurius alquantum illuſtrat.

9 † Lego ...

CONSTITVTIO LXXV.

Vt qui viginti annorum eſt, hypodiaconus creari poſſit.

Idem Imperator Stephano ſanctiſſimo Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, & Patriarchæ uniuerſali.

Idem habet conc. tu. 16.

Si ſacrorum decretorum ſanctio ad res ciuiles tranſiens, in illis ſæpe plus auctoritatis, quam ipſæ ciuiles de illarum rebus tractantes leges habeant, quanto magis ſacra decreta in ſuis rebus, ciuilibus legib. præualebunt? At quid eſt quod dico? Sexta ſynodus uiceſimum hypodiaconum ordinari poſſe ſancit: huic uero ciuilis 10 † lex contradicens, uiginti annis quinque admetiri iubet. Nos itaque, ut ſacram legem ſacer ordo ſequatur, concedimus ſ ti, ut ad hypodiaconatum, qui idem etiam digni ſunt, anno ætatis ſuæ uigeſimo admittantur, ſancimus.

10 † Nou. 123. ... ticos ... tem.

CONSTITVTIO LXXVI.

De pœna falſum teſtimonium dicentium ſacerdotum.

Idem Imperator eidem Styliano.

Quæ precantibus Dei (ſacroſanctis Apoſtolis nempe) ſacræ ſanctiones annectuntur, ſacerdotes falſo iuraſſe deprehenſos, ſacra dignitate 11 † priuant. Ciuiles uerò Reipublicæ moderatrices leges, ubi huius rei

11 † Can. 25.

conſci-

conſtituendo tractatui incumbunt, falſum teſtimonium bitanain 1 † diuidunt & quod falſum dictum in cauſa criminali deprehenderint, remotione a ſacro ordine puniunt: qui vero in re pecuniaria falſum teſtimonium dixerint, hos ad tempus relegando, non autem penitus remouendo, puniunt. Nos igitur iubemus, vt qui iurati falſum teſtimonium, ſiue in cauſa criminali, ſiue pecuniaria tulerint prophani illi a ſacerdotio pellantur: at ſi ad falſum teſtimonium iuſiurandū non acceſſerit, qui falſum veritatis ſpecie obtegere conati ſunt, in triennium relegentur, delictique conuicti, pœnitentia facta, in priſtinū ſuum reſtituantur ſtatū. Relegandi autem in monaſterium aliquod erunt, vbi illos ad arctiorem vitæ quandam normam viuere oportebit.

1 † Nou. 123. Recte reddi. προβητεία.

CONSTITVTIO LXXVII.

De falſorum pœna.

Idem Imperator eidem Styliano.

CVM in pleriſque alijs, tum præcipuè in legum tractatibus reprehendenda obſcuritas eſt. 2 † Nam ſicubi alibi, illic certe diſtorto, intricatoq; dicendi genere vacare, rectéq; informari orationem (ni fallor) oportet. Non n. arcana quædam ſanctiones legis ſunt, vt a multitudinis intellectu remotæ eſſe debeant, ſed potius, ſi fieri poſſet, neminem illas latere, neque virum, neque puerum, neque mulierem, oportebat. Quippe quòd id ad hominū mores in melius conuertendos, communiſq; vitæ vtilitates, vel maxime conduceret. Ob id quum ad difficilem illum legalium capitum locū ſubſtitiſſemus, vbi ipſis verbis, quæ ſi legislator in eo quid diceret, occultare voluiſſet, ita comprehenſum eſt, FALSARIVS IN MAXIMO DELICTO SVPPLICIO CAPITALI AFFICITVR: quum quale tandem maximum illud delictum eſſe legiſlator ipſe exiſtimarit non conſtet, illeq; eius rei intellectum non definitū præcedat euidenter, & definite illam orationem explanare nobis viſum fuit. Sancimus igitur, vt ſi huiuſmodi quædam falſarius conſcripſerit, ex quibus is, aduerſus quem falſum ſcriptum concinnatum eſt, mortis pœnæ ſubijciendus ſit, ipſe falſarius pœnæ, quam in alium machinari cogitauit, traditus decolletur.

2 † Firma locutio e... ἀσαφείας.

Vide l. 22. ad l. Corne. de fal. C.

CONSTITVTIO LXXVIII.

Ne amplius Senatuſconſulta fiant.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVemadmodum & in alijs 3 † legib. quæ ad cōem rerum vſum nihil conferrent, fecimus, vt eas tanquā ſuperuacaneas e legum corpore ſubduceremus; ita tuc quoque facientes, eam 4 † legem, quæ Senatus 5 † ferendarum legum poteſtatem facit, a legum quaſi Republica ſecerni ſancimus. Nam quum, ex quo Senatoriam adminiſtrationem Imperatoria Maieſtas ſibi vindicauit, inutilem illam eſſe iudicari debeat: ſi cum vtilibus coniungeretur, & ineptum, & ſuperuacuum eſſet.

3 † Lego τῶν ... 4 † 9. de leg. Sag. C. & long. D. 5 † Lego ...

CONSTITVTIO LXXIX.

Ne Sacerdos diaconus, aut hypodiaconus, ſi vxorem ducat, a ſacro ordine remoueatur.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVAE ſemel Deo dedicata ſunt, ea deinceps auferri non oportere ſanctum eſt: 6 † non ſolum in donarijs, verum multo etiam magis in hominibus, qui per ſacrum ordinem diuinæ Maieſtati conſecrati ſunt, obſeruandū eſt. 5 † tametſi (vt multis ſæpe hominum lapſus) eſſe ſtatu, in quē tanquam honeſte victum... peccatum, dominio in ipſos ſuſcepto, euertit. Non approbantes igitur veteris 7 † legiſlatoris præceptum, qui ſacerdotē, diaconū, aut hipodiaconum, ſi poſt aſſumptum ordinem, mulieri in matrimonium iungatur, omnino a clericali habitu diſcedere, atq; ad prophanā vitā reuerti vult, illud de cæterum 8 † irritum facimus: ac vero ſtatuimus, vt ab ordine, quem ante nuptias obtinuerint, ſolum recedentes, ſatis tamen pœnarum luere videantur, & nequaquam clericali habitu, alioq; eccleſiæ miniſterio, cuius quidem vſus illicitus non eſt, iudicio priuentur.

6 † Lego ... 7 † Iuſtin. nouel 6. §. Cæterū ſi quis. 8 † Lego ἀκύρωμα.

CONSTITVTIO LXXX.

Vt purpuræ ſegmenta, & particulæ in publicis mercimonijs.

Idem Imperator eidem Styliano.

HAVD ſcio, qua ratione ſuperioris æui Imperatores, quum ipſi toti purpura veſtirentur, inducti fuerint, vti, ne qua omnino purpuræ particula venundaretur, 9 † ſtatuerent, neque cuiquam talem colorem vendere aut emere permitterent. Ac ſane ſi integram talem venire illi prohibuiſſent, aliquam fortaſſe eius faciēdi non 10 † alienam a ratione occaſionem habuiſſe videri poſſent: at, quod ſegmenta, atq; fruſtula, q̄ vtilitatē, atq; vſum neq; vendenti, neque ementi inconuenientem præbeant, in mercimonijs eſſe prohibuerunt, id vero quam honeſtam, & quæ ſubditorum inuidentia vacet, illorum iudicio 11 † prætendet cauſam? Nam quod aut Imperatoriæ Maieſtatis aduerſetur eminentiæ, aut eam in communem vſum deuocet, q̄d (quæſo) hinc exiſtat? Nos itaque illi decreto non acquieſcentes conſtituimus, ut purpuræ fruſta, atq; ſegmina, quæ magnificentiæ ſpeciem, aliumue non prohibitum vſum ſubditis præbeant, tam vendi, quam emi poſſint. Decet n. Imperatoriā Maieſtatem, quum alijs multis modis ſubditos beneficijs afficiat, eorundem magnificentiæ ne inuideat.

9 † De veſtibus holobus, & aurat. & quæ res vend. non poſ. C. 10 † Lego ἄλογον. 11 † Lego συνῳδεῖ.

CONSTITVTIO LXXXI.

Ne ex auro, & pretioſis lapillis quicquam conſieri vniuerſum nefas ſit.

Idem Imperator eidem Styliano.

HAnc vero etiam 12 † legem, quæ mundo muliebri, annuliſq; exceptis, aliquid aliud ex auro, & gemmis conficiendi omnem prorſus facultatem adimit, eiuſdem cum illa, quæ de purpura tractat, eſſe inſtituti animaduertentes, in eandem quoq; cum illa conditionem reponimus. Non enim ſimpliciter ex auri materia quicquam in opificium præberi, ſed ſpecies operum prohiberi oportebat. Quoniam ne quod 13 † omnino ex auro, & gemmis opus cō fiat, vetare, manifeſta id ſe ſupra oēs efferendi cupiditas eſt. Iam vero quod in quacunque re legem tranſgreſſus eſſe deprehenſus, tam grauem pœnam ſuſtinet (centum librarū auri mulctā quodq; huic accedit, capitale ſupplicium, dico) ut ea lex non ſummæ immanitatis eſſe putetur, qua ratione deuitabitur? Quantum autem aliam abſurditatem in ſacris theſauris, alijſq; nonnullis rebus effectus pœnæ deſignet, nō attingo. 14 † Nos itaque nō ſimpliciter opus aliqd ex auro & gemmis conſici, ſed illa opera, quæ ſolis Imperatoribus permittuntur, quorumq; vſus Magnificentiæ Imperatoriæ Maieſtatis, eiuſque neceſſitatibus deſtinatus eſt, prohibenda iudicamus. 15 † Quare ſi quis vel monumentum ſacrum vel aliud quiddam, quod in ſupra priuatam dignitatem & honorem non ſit, conficere poterit, liberam eius faciendi voluntate habeto.

12 † nul. lic. i fren. & equeſ. ſel. C.

13 † Pro χαλῷ lego καλὰ... quod paulo ante dicitur ἁπλῶς.

14 † ut hic aſteriſcum ſecrem, nihil urget.

15 † Lego ὑπερβαίνον.

CONSTITVTIO LXXXII.

De teſtamento reſignato.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVAE fortuito quodam caſu contingunt, eorum permulta nondum expenſa criminis nomine notantur; quæ eadem accuratius poſtmodum perſpecta, a nota abſoluuntur. At quale eſt, quod dico? Perſæpe non de induſtria, ſed fortuito, aut ferri, aut lapidis ictu aliquis læditur.

tur. Eo necdum diſcuſſo, qui [illegible] eſt, fons inducatur, diligenti autem de eodem [illegible] [illegible] nulla [illegible] ratio in [illegible] Quamobrem [illegible] nientes ex [illegible] ma[illegible] quam [illegible] natura [illegible] uenit. Verum quorſum hæc [illegible]? Quoniam 2 † teſtamentum poſtulante neceſſitate [illegible], cum interdum deinceps reſignatum [illegible], aut ipſum tempus (quod fieri aſſolet) ſigillum conſumit, fide, quam ſignatum habebat, deſtituatur, indeque incertitudo quædam huiuſmodi teſtamento [illegible]: teſtamentis alio modo ad fidem confirmandis ſubuenire viſum eſt, ac ſubemus, 3 † [illegible] ad fidem faciendam illis ſigilla ſalua non ſint, ſubſcriptiones tamen, ut [illegible] maneant, teſtimonio præſtent. Quemadmodum enim teſtamenta 4 † nondum aperta, quamquam (vt ſit facile) ſigillum [illegible] ſeruatum non ſit, ſubſcriptiones 5 † confirmant, [illegible] etiam, quæ poſtquam aperta ſunt, aut negligentia non obſignata manſerint, aut quibus diuturnitate temporis ſigilla perierint, ne fide priuentur, dummodo ex ſubſcriptionibus fides illis ſuperſit, iuſtum putamus. Illud porro inſuper ſancimus, vt ſi [illegible] ſocordia, ne teſtamentum denuo obſignaretur, factum ſit, [illegible] ſocordiæ pœnam duodecim librarum mulcta imponatur.

2 † Malim [illegible]

2 † Vide ut quemad. teſt. aper.

3 † Lego [illegible]

4 † Lego [illegible]

5 † Vide l. 30. de teſta & quemad. teſta. ord. C.

CONSTITVTIO LXXXIII.

Et ad trientes uſuras pecunia licite mutuetur.

Idem Imperator eidem Styliano.

SI a ſpiritus legibus ita ſe mortale genus regi ſineret, vt humanis [illegible] nihil indigeret, [illegible] & ſalutare eſſet. At quoniam [illegible] ad ſpiritus ſublimitatem eleuare, humanæ legis vocem amplecti non [illegible] ac vero quos hic virtus [illegible], numero valde pauci ſunt: bene ſcite adhuc res haberet, ſi ſaltem ſecundum leges humanas viueretur. Quæ vocantur pecuniæ creditæ [illegible], vbique a ſpiritus decreto 6 † condemnantur. Id ſciens 7 † pater noſter æternæ memoriæ [illegible] [illegible] ne [illegible] prohibenda [illegible]. Atque [illegible] [illegible] non in [illegible] quem tamen [illegible] [illegible] ſed contra in peius [illegible]. Qui enim antea [illegible] rum ſpe ad mutuandam pecuniam prompti [illegible], poſt latam legem, quod nihil lucri ex [illegible] [illegible] poſſit, eos qui pecuniis indigent, [illegible]. Quin etiam ad facile iurandum [illegible] [illegible], ad [illegible] abnegandum [illegible] occaſionem [illegible]. Breuiter propter redundantem inhumana [illegible] non modo non profuit legis [illegible] [illegible] obfuit. Quamquam [illegible] ex ſe legem culpare [illegible] etiam abſit inquiamus ipſo [illegible] natura (quod [illegible]) [illegible] uenit, [illegible] illud [illegible] in contrarium [illegible], vt [illegible] [illegible] 10 † legislatoribus [illegible] ad trientes conceſſimus, nempe quæ [illegible] ſingulos ſolidos ſingulas [illegible].

6 † Exod. 27. Luc. 6.

7 † Lego [illegible]

8 † Lego [illegible], omiſſo [illegible].

9 † Lego [illegible].

10 † Vide l. 25. de vſur. C.

CONSTITVTIO LXXXIIII.

Vt negotiari, ædificare muneraque accipere, Vrbis Magiſtratibus liceat.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVæ a ſuperioribus de Magiſtratibus Regiæ vrbis 11 † [illegible] ſunt, ne, videlicet, [illegible] neque mobile aliquid [illegible] immobile emant, neque ad [illegible] accedat, niſi Principis permiſſu [illegible], neue, ſi [illegible] Magiſtratus tempore munificentia accedat, hæc rata ſint, extra quam ſi donator, finito Magiſtratu, [illegible] authoritate illam confirmet, aut poſt magiſtratum quinque anni elapſi ſint (hæc quamquam huius contemplatione, ne vis locum inueniat, optima ratione conſtituta ſint: quia tamen alio etiam modo violentiæ viam præcludere facile eſt, nobis non videntur eſſe neceſſaria. Quocirca etiam abrogata illa eſſe volumus [illegible], quod ex quo tranſgreſſione [illegible] magis [illegible] ceſſarunt [illegible] etiam ante noſtrum decretum nullam

11 † De contractu. uel cor. qui ſunt cum C.

vim habuerint. At qua de cauſa illa neceſſaria non ſunt? Quod cuique tam pau[illegible] quam [illegible] hanc Vrbem [habitant] [illegible] principem, eique [illegible] care expeditiſſimum ſit. [illegible] 12 † ſi quam vim ſuſtineat, ne omnino a violento Magiſtratu conficiatur, præſto a principe impetrare: adeo ut nulla neceſſitas ſit, ut, quemadmodum in prouinciis omni auxilio carenti, ita etiam in Vrbe, abunde auxilii eſt hæc, adeo exacte [illegible] Sancimus itaque, ut ſecundum præſentem rerum ſtatum 13 † emere, tum ædificare Magiſtratus poſſint, & in [illegible], quæ ſponte offeruntur, muneribus, [illegible] pe quum, qui vim ſuſtineant, quandocunque [illegible] 14 † ſupplicando Principi [illegible] ſit. De prouinciarum autem Magiſtratibus [illegible] ſeruare viſum eſt, ut præ[illegible] Magiſtratus ſui tempore neque quicquam emat, neque [illegible], neque denique dona libere admittat. [illegible] relato ad præfectum [illegible] aut [illegible] ad [illegible] expiêant.

12 † Lego [illegible]

13 † Lego [illegible]

14 † Lego [illegible] expungo.

CONSTITVTIO LXXXV.

Vt patres, qui nuptias non iterant, unius liberorum portionem capiant.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVoniam 15 † maritos cum liberis ab uxoribus relictis, [illegible] de donatione propter nuptias [illegible] debeat non [illegible], de [illegible] [illegible] uxore [illegible], nihil in [illegible] nos confecturi [illegible] quemadmodum [illegible] legibus ſunt, maritis donatio propter nuptias [illegible] autem, [illegible] matrimonium contrahant, nihil accipere liceat: [illegible] matrimonium [illegible], in [illegible] honoris ex voluntate, ipſius unius liberorum portionem [illegible] 16 † [illegible], ut [illegible] donationem propter nuptias uel æquet, uel exuperet, eo quod aut lucrum, aut (ſaltem) nullum damnum ſentiat, [illegible] accepta [illegible] contenti [illegible] [illegible], neque [illegible] ex mulieris bonis quicquam accipiat.

15 † Recurre ad conſtitu. 20. & 22.

16 † Commodius [illegible] non [illegible].

CONSTITVTIO LXXXVI.

De pœna eccleſiaſticorum, qui ſe aduocationibus, ſponſionibus, redemptionibus, aut ſimilibus dedunt.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVI a diuina bonitate ad diuinum, ſacroſanctumque altare delecti ſunt, hos non modo a peccati turpitudine mundos eſſe, verum etiam a communis vitæ negotiis & moleſtiis uacare decet. Sicut enim alia incontaminata, ſacraque [illegible] vulgari [illegible] profanari non decet, ad eundem modum neque animas [illegible] ſed quem in ordinem conſecratæ ſunt, in eodem conſecratione puram conſeruat, conuenit. Admodum igitur decenter Apoſtolorum præconum Dei 17 † decretum Epiſcopos, ſacerdotes & clericos, qui ſe [illegible] ſponſionibus, redemptionibus, [illegible] genus aliis rebus dedunt, ſacro ordine, denudat. Quum [illegible] attributam ſibi a ſacroſancto Spiritu dignitatem [illegible], & quanta ipſis eſt, ſublimitatem [illegible], merito [illegible] beneficii magnitudine [illegible] indigni priuandi [illegible]. Verum [illegible] hominum genere, quam ut ad [illegible] a [illegible] legislatoribus [illegible] rationis apicem [illegible] non [illegible] (ni fallor) diſpliceat, ſi [illegible] 18 † venia indignum non eſt, [illegible] imperitiam. Certe idcirco, non quod [illegible] ſtatuere, ſed potius quod tam

17 † Canon 6. 15. 80. & nouel. 123. [illegible] Dei a. manuel.

18 † Lego [illegible].

etiam ſanctionem ſequi, nullaque illis, qui ab illa condemnantur, excuſatione tergiuerſationis relinqui velimus: decernimus, vt ſi aut primarij inferioresve ſacerdotes, aut omnino clericus quiſpiam, vel præſtando in litibus patrocinio, vel ſpondendo, vel alio ſimili modo de ſui ordinis dignitate detrahant, excommunicentur, & ad aliquod tempus a celebrandis ſacris ſuperſedeant: atque vbi ita pro delicto dignam pœnitentiam egerint, promiſſo facto, ſe ab humanorum negotiorum commercio pro viribus deinceps mundos conſeruaturos, ad ſacra tractanda denuo introducantur, & ſi iterum iiſdem rebus ſe poluere deprehendantur, omnino, vt prophani, & indigni a ſacris functionibus abſtineant.

CONSTITVTIO LXXXVII.

De eccleſiaſticorum alea ludentium pœna.

Idem Imperator eidem Styliano.

IAM vero qui ſacri ordinis homines aleæ vacant, neque hi rem modica aliqua pœna dignam audent. Quid ita? Nam quum tranquilla mente, animoq; a contemplandis rebus diuinis immoto, quantum humanæ naturæ poſſibile eſt, ſummo iſti bono inhæreſcere deberent: è contrario ad 1 † iuueniles vſus deproperant. Quos etiam a ſacerdotio ſuccedit, ſecundum diuinum ſacroſanctorum Apoſtolorũ 2 † decretum, pat. eſt. Verum quoniam id ipſum etiam præſcriptum ſtringat, vt qui non deſiſtant, pœnam ſubdituros addat: ſtatuimus nos quoque, vt qui aleæ ſacram ſortem cõtaminant, in monaſteria relegentur: (quam tamen relegationem triennale tempus finiat) & quando delictum ſatis expiatum videbitur, in priſtinum ſtatum reſtituantur. At ſi ruſum in fritillo vane tempus terere inſtituant, tanquam 3 † ſeculares ex ſacroſancto eccleſiaſtico ſtatu omnino exturbentur, ab eoque profligentur.

1 † Lego ὀψιμαθεῖς ...

2 † Cano. 41. 42. & nou. 1. § inſuper interdicimus.

3 † Lego ἀνδράποδα.

CONSTITVTIO LXXXVIII.

Celebribus quibuſdam in eccleſia uiris feſti dies conſtituuntur.

Idem Imperator eidem Styliano.

VEnerabili ſacroſanctorum Apoſtolicorum 4 † decreto (quod ad gloriam, & honorem ſacratiſſimorum dierum, quibus omnium Domino feriamur, & 5 † illorum, qui horum ipſorum celebrum legiſlatorum, aliorumq; victorioſorum pugilũ, qui morte ſua impietatem in fugam verterunt, conſecrationem ſignificant, promulgatũ eſt) quum hoc quod coniungatur dignum ſit, vt nempe horum diuini loquiorum virorum etiam, qui poſt illos in eccleſia claruerũt, luminariumq; inſtar eccleſiæ firmamẽtum rebus geſtis, atque documentis illuſtrarunt, memoria ſolemniter celebretur: nos, quod deeſt, adimplentes ſancimus, vt horum etiam ſacri conſecrationis dies conuenientibus honoribus colantur, quorum hæc ſunt nomina: Athanaſius, inclyti in Principibus Dei ſacerdotib. nominis: Baſilius, regium illud eccleſiæ decus: Gregorius, cognomine Theologus: Gregorius dulcis ille, & illuſtris eccleſiæ fons: Ioannes, prorſus illud ſpiritus aureum os: vnaq; cum ijs Cyrillus, & Epiphanius, qui præclaris facinoribus, gloriaque illis pares ſunt.

4 † Vide conſt. 54.

5 † Quid deeſt oration, q̃ſ quale intellig i.

CONSTITVTIO LXXXIX.

Ne matrimonia citra Sacram benedictionem confirmentur.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVemadmodum adoptionem promiſcuè habitam neglexit uetuſtas, quã tametſi ſine precibus, ſacriſque ceremonijs peragi lege permitteret, non tamen illam ſe paruipendere putabat, ita & abſolutam matrimonij conſtitutionem, dum id 6 † citra iam receptam benedictionem iniri ſineret, neglexiſſe uidetur. Sed ueteribus iſtius voluntatis fortaſſe ratio inueniri poſſit, a nobis vero, quũ diuina gratia ad honeſtius multo, ſanctiusq; vitæ inſtitutũ iam res comparatæ ſint, neutrum dictorum negligi conuenit. Itaque quemadmodum, adhibitis ſacris deprecationibus, adoptionem perfici 7 † præcepimus: ſic ſane etiam ſacræ benedictionis teſtimonio matrimonia confirmari. Adeo vt, ſi quis citra hanc matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ illa conſuetudine 8 † matrimonij iure potiri uelimus. Nihil enim inter cœlibatũ & matrimonium, quod repræhendi non debeat, medium inuenias. Coniugalis uitæ deſiderio teneris? Coniugij leges ſerues, neceſſe eſt. 9 † Diſplicent matrimonij moleſtiæ? Cœlebs uiuas, neque matrimonium adulteres, neq; falſo cœlibatus nomine culpam prætexas.

6 † Vide nou. 74 §. illud quoque.

7 † Conſt. 24.

8 † Lego τὸ ...

9 † Lego ἀπρέπως

CONSTITVTIO XC.

Vt qui tertium matrimonium contrahunt, ſacri canonis pœnæ obnixij ſint.

Idem Imperator eidem Styliano.

OPortebat nos, quum diuina manu formati, menteque, ac ratione præditi ſimus, quorundam brutorũ præſtantiæ non cedere. Non enim illa imbecillitas repræhenſione vacat, neq; a iuſtis vituperationibus libera eſt, ſed tanto obnoxior, quantum brutali naturæ rationabilis 10 † prudentia antecellit. Oportebat, inquam, homines, cum in alijs, tum præcipue in caſtitate matrimoniali a brutis non uinci. Multa autem brutorum animantium genera, coniuge mortuo, perpetuam viduitatem 11 † amplectuntur, alterisque nuptijs priores velut congeſta terra obtegere nolunt. Verum quoniam hanc imbecillitatem turpem non eſſe (quamquam turpiſſima ſit) exiſtimans natura, primo matrimonio cõtenta non eſt, ſed nullo pudore tracta ad ſecundum etiã procedit: quum illam hic ſaltem ſiſtere deberet, non tamen id facit: &, quamquam per ſacram legem nõ liceat, a ſecundo matrimonio ad tertium prorumpit: haud dubiè conſtitutam in tertium matrimonium pœnam ꝙ non exerceatur: contemptui habens; idque eo etiam magis, quòd ciuilis 12 † lex, qua neſcio de cauſa, Spiritus pœnam conſtituentis decreto non conſentiat, ſed qui poſt alterum matrimoniale conſortium a matrimonijs porrò abſtinere nolint, hos a repræhẽſione liberat: idcirco nos, quæ ſpiritui placent, ſequentes, ſtatuimus, ut qui ad tertium matrimonium peruenerint, pœnæ, quam in ipſos facere 13 † canon promulgauit, obnoxij ſint.

10 † Lego τὸ φρονεῖν ἀμείνον.

11 † Lego ἀντασπάζεται.

12 † Vide l. 6. de ſecun. nup. C.

13 † 3. Cõcilij Noceſarienſ.

CONSTITVTIO XCI.

Vt concubinam habere non liceat.

Idem Imperator eidem Styliano.

NEque minus ea 14 † lex, quæ probroſè, cum concubinis commiſceri non erubeſcentibus, id permittendum iudicauit, honeſtatem ſuſq; deque habuit. Ne ergo hoc legiſlatoris erratum dedecore noſtram Rempublicam afficere ſinamus. Itaque lex illa in æternum ſileto. Ab illa enim non modo religionis, uerumetiam iniuria ſecundum diuina Chriſtianiſque conuenientia præcepta prohibentur. Et quidem ſi quum 15 † fontem habeas, ſobrie inde haurire diuino præcepto moneare, qua ratione quum putas quas haurire liceat, lutum tu mauis? Tum tametſi fontem non habeas, rebus tamen uetitis uti non potes. Cæterum uitæ conſortem inuenire difficile non eſt.

14 † Titu. de concubinis, Digeſt.

15 † Alludere Videtur ad c. 5. Prou.

CONSTITVTIO XCII.

De pœna eius, qui aliquem dedita opera excæcauit.

Idem Imperator eidem Styliano.

TAmetſi aliter, quàm 16 † ueteres leges ſanciant, de eo, qui alteri uiolentis manibus oculos effodiſſet, quũ ipſe iudicio intereſſet, a nobis ſnia lata ſit: nunquam tamen in legem illam transformare animus fuit.

16 † Innuere uĩ legẽ talionis. Exod. 21. & in 12 tẽbu. de iniurijs, latẽ De qua ui de inſt. de iniurijs, § Pœna autẽ iniu. & Aulum Gellium, lib. 20. c. i

Non nihil enim miſericordia moti (id quod ipſa res etiã indicat) tunc ita iudicauimus. Quoniam oculi, qui illos amiſiſſet, reſtitui non poſſent, eam, qui id damni dediſſet, quãquam qui idem pateretur dignus eſſet, in eandem eſſe cæcitatem conijciendum non putaui. Interim tamen tantã pœnam conſtitui, ut qui oculos eruit, eius ſigna ferat, & cui eruti ſunt, in tanta calamitate, adeoq; profunda cæcitate, ex laboribus eius, qui illa ipſum affecit, aliquam conſolationem habeat. Veruntamen, licet ita iudicatum eſſet, ex re iudicata legem facere (quemadmodum dixi) non tamen animus erat. Sed quoniam qui 1 † inter ſacra noſtra [officia] relatus eſt (cuius ego qua ratione poſtulationem reijciam?) illam ſententiam, quod mitis ſit inter leges collocari petit, quo deinceps, ſi quando tale quippiam incidat qualiter in præſenti in iniuriam pœna conſtituta eſt, taliter ea res diiudicetur: poſtulato paremus, iudicialeque decretum legis auctoritate donamus. Si quis ergo cuiuſquã viſum læſerit, hunc, ſi vnum oculum ademerit, vno ſimiliter, eodemq; priuari ac talionis pœnam ſubire iubemus. Si vero ambobus oculis maleficas manus iniecerit, quoniam hic pœnæ æqualitas neque cui nocitum eſt, 2 † proſit (quæ enim [in hoc] cæco vtilitas eſt, ſi alius etiam cæcus ſit? neq; pœnæ obnoxio, tametſi non immerito, 3 † [tamẽ acerbius quã par ſit quam cæcis nihil miſerius ſit) inferatur:] iubemus, ne æquabiliter, ſed diuerſo modo pœna procedat: ita vt & maleficus puniatur, & qui læſus eſt, vtilitatis quiddam ſentiat. Hunc autem modum legem concipimus. Quicunque amborum oculorum iacturam alicui intulerit, quo ſceleris ſui notam ferat, ipſe vno orbator: & quoniam ſcelerata manu mutilari ipſum æquum eſſet; pro manus amiſſione beſſe bonorum ſuorum mulctator: eumq; in [acerbæ] vitæ cõſolationem, cui eruti ſunt oculi, accipito, Atque ſic cæcus quidem, inde, quòd ad ſuſtentandam vitam ſumptus accipiat, modicum quidpiam calamitatis lenimentũ ſentito: ille vero pro manus mutilatione in facinoris ſui pœnam (vt dictum eſt) tum altero oculo, tum bonis priuator. Et hunc quidem ad modum, ſi reus diues ſit, pœna procedito. At ſi omnino pauper ſit, atque in anguſtijs vitã agitet, neque quicquam illi, qui ipſius violentia in miſerias coniectus eſt, in compenſationem dare poſſit; ſimilis tum calamitatis, & ſocius, & particeps eſto, orbatusque vtroque lumine cæcus viuito. Si vero ſcelere 4 † malefico opem tulerint, ſi quidem manus rei admouerint, ſimulque oculos effoderint, eundem ad modum, & ipſi puniuntor. At ſi, ne vna manus in oculos conijcerent cauerint; aliud autem quodpiam auxilium in facinus contulerint; his ad corporis verberationem cute tenus tonſionem, trientisq; bonorum mulctam, pœna ſiſtitor. Qui vero cæcitatis auctores ſunt [prædictis] pœnis ſubduntor.

1 † Si ſacrorũ officiorũ Magiſtrũ intelligit, reſtitut' hic locus eſt.

2 † Omiſſum χωρὶς aut quid ſimile puto.

3 † οὐκ ἀλλ' ἄμως ὅσιος ὄφλοντας.

4 † Lego τὸ κακούργημα.

CONSTITVTIO XCIII.

Vt, ſi ſponſa ex alio grauida depræhendatur, ſponſalia reſcindi poſſint.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVandoquidem veteres, qui de ſponſalibus tractarũt quo neſcio modo ea de re non 5 † abſolutè præceperunt (ſiue quod hoc, de quo nunc ſancituri ſumus, inter cauſas diſſoluendorum ſponſaliorum comprehendere noluerint, ſiue quod tale quiddam, quale impræſentiarum exortum legis promulgationem requiri, tum nondum inciderit) nos, quod hac in parte deeſt adimplẽtes, ſponſaliorum tractatum ad iuſtam abſolutionem deducimus. Vetus autem 6 † conſtitutio ſponſalia dirimit alijs atque alijs de cauſis, ob diuerſam, videlicet, de religione opinionem, & ſi alter inſaniæ morbo capiatur, ac inſuper ob nonnullas alias: atque harum 7 † vtramlibet vtercunque deſponſatorum haberet, ſponſalia diuelli iubet. Quod vero nunc in conſiderationem noſtram venit, ſiue tunc temporis, vti diximus, nondum euenerit, ſiue legislatores non euẽturũ arbitrati ſint, ſiue qua alia cauſa [eius ſilentio prætereũdũ] fuerit, inter [dictas cauſas non commemorat. Eſt at illiuſmodi, ſponſam quandam furtiuis complexibus ab alio eſſe grauidatam, quum illa interim ſponſalem præſſe [illius nomen] ferret, ſponſaliorum tempore compertum eſt. Atque hoc quidem illud eſt, quod veteribus legibus comprehenſum non eſt. Nos igitur, qđ deſit, adijcientes, decernimus, vt non modo propter diuerſitatem religionis, neque propter mentis emotionem, aut alias ob cauſas, verum etiam propter hoc, 8 † quo nihil magis matrimonio aduerſatur; quos ſponſaliorum opinio, non veritas copulauit, diſiungatur. Quomodo enim vera ſponſalia ſunt, in quibus nihil verum, neque genuinum conſpicitur? vbi meretriciũ ſe offert ſcelus, vbi 9 † cauſæ ſunt diſſidiorum, & odij, vbi [animorum] alienatio (quæ mala [aceruat] omnia pariter cum peregrino, alienoq; ſemine ſuſcipiuntur) quomodo ibi matrimonialis concordia, quomodo purus, ſponſaliſque eſt amor? Quin vt quiſpiam alterius fœtum ſibi ſubijciat, id verò ratio non patitur. 10 † Neque item iuſtum eſt, vt qui ſpe honeſtæ caſti matrimonij oblectationis ſpõſam in domicilium ſuum recipere conſtituerit, ſi iſta matrimonij legibus inſultet, & cum alijs laſciuiendo, oblectationis ſpem euanidam ipſi reddat, in meretricia illa facilitate ipſam vxorem agnoſcere debeat.

5 † Lego ἀκριβῶς.

6 † L. vlt. de ſponſali. C.

7 † Lego ὁποτεραοῦν.

8 † Hunc deprauati huius *loci* ſenſum eſſe nemo negęt.

9 † Lego *ανελόντα*.

10 † Lego οὐδὲ γὰρ δίκαιον τὸν μετερχόμενον.

CONSTITVTIO XCIIII.

Legis, quæ de Conſulatu agit, abrogatio.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVoniam noſtra legum repurgatio hunc ſibi propoſitum finem habet, vt non modo illa, quæ ſubinde rerum ſtatum labefactant: verumetiam quæ longo tempore ſilentio, obruta, inutilia prorſus, & tanquam propter canem publico vſu non contrectata eſſe videntur, è legali ſolo deleat: conſequens eſt, & 11 † quæ de Conſulatu tractat, legem, tanquam nihil in præſenti ad Remp[u]blicã pertinẽtem, cum alijs inutilibus legem circumſcribi illam placuit. Atque hoc quidem, donec conſularis dignitatis in Republica Maieſtas floruit, obſeruatum eſſe apparet. Nũc vero, quũ, qui 12 † omnia mutat, temporis curſus, hanc etiã conſularem magnificentiam è priſtina gloria, & amplitudine in abiectam ſpeciem transformarit, ac vero qui ad illam procedunt, interdum ſibi non ſufficere, nedum alias erogare quicquam poſſint; illam de Conſulatu legem, quã propterea altum ſilentium occupauit, cum alijs inutilibus vt dixi, fruſtra legalibus Conſtitutionibus immiſtam, decreto Maieſtatis noſtræ illinc eximimus.

11 † Nou. 105.

12 † Lego πάντα.

CONSTITVTIO XCV.

De auulſa terræ cruſta.

Idem Imperator eidem Styliano.

ANtiquioribus, quæque ante natæ ſunt, legibus, ortus cauſam rerum vſus præbuit. Legislatores enim quæ in communem vitam incidunt, ſingulatim ac curatè excutientes, pro 13 † illorum natura leges condunt. Quoniam ergo ex communis vitæ negotijs, quemadmodum diximus, legibus naſcendi occaſio exiſtit, & verò propter nouam quampiam rẽ, quæ ad veterem aliquam legẽ 14 † referri non poteſt legẽ edi opus eſſe, videmus; quo, videlicet, ſi alias quoq; illiuſmodi aliquid contingat, id legitime diiudicari poſſit; 15 † legem ꝑ cõditione rerum rerum naturam producimus. At quæ illa lex? Quando diuerſi dominij agri ſibi inuicem adiacent, & alter ſuperiore loco, alter, autẽ depreſſo, & campeſtri ſitus, eſt, ſi ſuperioris, & impendentis, agri pars aliqua cum arboribus, aut ſine his prærupta ſubiacentem agrum, qui ruinam excepit, obtegat, ne ſimpliciter neque inferioris agri dominus auulſam materiam tãquam ſuam vendicet: neq; ſuperioris dñs, qui auulſionem paſſus eſt, de fundum, qui ruinam incidentem exceperunt dominio, illi litem moueat, ſed inferioris agri dominus ſuperioris agri domino, ſi diuulſam materiam (ſiue arboribus conſita ſit, ſiue illis uacet): recipere, & aſportare uelit, id permittat: ille autem optionem habeat, utrum receptam, ſuisq; finibus reſtitutam materiam, quemadmodum ſolet obtinere: an uero (ſi illam aſportare nolit)

13 † Lego τύπον.

14 † Lego διαφέρειν.

15 † Videt Leoni non occurriſſe § 9. Alphenus, de dãno infec. Dig.

proceſſus

prorſus tum à materia, tum à finibus, qui illam exceperunt, abſtinere: neque agri qui diuulſa ſuſcepit, domino negotium faceſſere velit. Quemadmodum enim quum domus 1 † ſibi inuicem adiacent, & alterius ſtructura ſupereminet, alterius humilis & preſſa eſt; ſi eminentiorem domum in humilem 2 † collabi contingat, (dominus eius,) aut delapſam materiam recipere, aut, ſi id nolit, illa prorſus cedere: neque domus, quæ caſum excepit, dominum in quietare 3 † (debet:) ita hic quoque, eo ad conſequentiam, & exemplum tracto, idem cuſtodiri, & obſeruari conuenit.

1 † Vide l. 7. §. Vnde quæritur, eodem tit.
2 † Quaſi legatur τὴν ἀνω- [illegible]
3 † Voce [illegible] defectum ſuppleo.

CONSTITVTIO XCVI.

De ſepulchro violato.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVæ delicta ſola animi nequitia committuntur, nullaque naturali neceſſitate excuſari poſſunt; his neque uenia tribuenda, neque inferendæ pœnæ effugium concedendum eſt. Quæ uero non omnino a malitia procedunt, ſed mixtam naturæ violentiam habent; his utique a nobis, qui propoſita ſibi naturæ ui, iudicare uolent, uenia non denegabitur. 4 † Ex hac ergo ratione ciuile, ſacrumque decretum, dum de ſepulchrorum perſcrutatoribus ſtatuunt, ſibi mutuo contradicere conijcio. Ciuilis nam que lex, malam uoluntatem tantummodo intuens, negata prorſus uenia, id delictum punit: ſacra uerò (ad paupertatem, quæ humanam uitam miſerè uexat, ſæpeque preſſos non audenda audere cogit, ni fallor, reſpiciens) pœnam in deprehenſos non conſtituit. Nos itaque, ad utrunque decretum nos accommodantes, ac, quoad fieri poteſt, pœnam, atque ueniam inter ſeſe coniungentes, ſancimus, ut qui ſemel duntaxat id auſi fuerint, leui, miſericordique ſententia ſeruantur: qui uero ex clementia illa iterum peccandi occaſionem rapiunt, nec inde prudentiores facti a militia deſiſtunt, nullis precibus admiſſis, pœnam ſuſtineant. Illi autem in dorſi uerberatione, crinumque tonſione conſiſtet.

4 † Vide l. 3 de ſepul. uiola.

CONSTITVTIO XCVII.

Vt in conteſtatione litis, & Magiſtratuum initio iuretur.

Idem Imperator eidem Styliano.

TAmetſi lex, quæ in 5 † Magiſtratuum initio, litiumque 6 † conteſtatione iurandum præcipit, diuino 7 † iuſſui, qui iuſiurandum prorſus euitandum præſcribit, aliquo modo contradicere uideatur: tamen ſi quis uerborum mentem perſpiciat, non in contrarium illam rogatam eſſe, ſed è diuerſo iuſiurandi ſuſceptione idem, quod eius prohibitione ſacra lex, efficere conari deprehendat. Etenim hæc quidem, quo mendacio prorſus uiam præcludat, in uniuerſum iurare uetat: illa uerò, dum hoc ipſum uult, ad fugandum mendacium iuſiurandum in auxilium aſſumit. Quapropter nobis in uerborum formam, ſed propoſitum illorum finem cogitationes adigentibus, non aſpernari ciuile decretum, tanquam cum diuino, & Domini noſtri mandato pugnet: ſed tanquam eodem 8 † uergat, illi honorem conſeruare uiſum eſt. Cætero quin etiam hoc ſentimus, Domini iuſſum non ſimpliciter ad moderanda communis uitæ negotia, ſed ad conſtituendum illis, qui ad beatam illam ſublimitatem aſcendere deſiderant, in perfectiorem Rempublicam gradum eſſe promulgatum. Cuius ſanè generis nonnulla etiam alia ſunt, ut hoc, 9 † NE SOLICITI SITIS ANIMAE VESTRAE, QVID MANDVCETIS. &, NE REPONATIS THESAVROS IN TERRA. 10 † & cætera, quæ eodem dicta ſunt. Hæc enim & ſimilia ſeorſum perfectioribus demandantur. Ea propter nos 11 † ciuili legi ſuam uim (quomodo diximus) imminutam conſeruantes, ſancimus, ut qui Magiſtratū ineunt, litemve conteſtantur, ſeueritatem mendacio prælaturos, nec ullo modo, rectâ via declinata, in obliquam fraudis ſemitam conceſſuros, iureiurando affirment.

5 † Vide Nou. 8. § ad eum itaque.
6 † Vide tit. de iure iur. prop. cal. dā. C.
7 † Mat. 5.
8 † Scriptum fortaſſe fuit [illegible]
9 † Mat. 6.
10 † Lego καὶ ὅσα.
11 † Lego πολιτικῷ.

CONSTITVTIO XCVIII.

De pœna eunuchorum, ſi vxores ducant.

Idem Imperator eidem Styliano.

LEgum ortus, cum ut Reſpublica rectè conſtituatur, hunc ſibi finem 12 † proponit, cum interdum naturæ iniuria affecta auxilium offert. Iuſtum eſt ergo, vt nūc etiam de hac ſpecie, an eunuchos in matrimonium coniungi liceat, in quæſtionem ducta, lex enaſcatur. Sed priuſquam illa proponatur, rem examinare, & an iſtiuſmodi coniunctio matrimonium appellari poſſit, imo an omnino in illa, quæ in matrimonio perag fas ſit (quæ ſunt ſacræ preces, ſacrificium, carnalis oblectatio, ac uoluptas, & quæcunque in matrimonio fiunt) cognoſcere conuenit. Sacerdos igitur ad imitationem cœleſtis à Conditore (qui ſexus ad multiplicationem copulauit pronunciatæ benedictionis uerba ſacra effatur. Humani autem ingenij uoluptas, & lætitia ad geniales complexus, & 13 † utriuſque ſexus fœtum reſpiciens, progreſſum facit. Sponſorum enim parentes, dum ſe viſcerum ſuorum uiſuros fœtum; & ſponſi ipſi, dum ſe in lucem edituros generis ſucceſſores ſpectant, multiplici uoluptate perfunduntur. At hic nihil tale ſubeſt. Quali 14 † enim cum oblectatione (illi) conueniant? Quale ſacrificium eorum aggregationem ſtabiliat? Quum autem illorum coniunctio adeo omni oblectamento uacet; & conſecrationis, ſacrificiorum, benedictioniſque adeo non capax ſit; quos modo in ipſos matrimonij appellatio quadrabit? Immo quomodo non aliqua, quæ nefarijs debetur, idque 15 † ex lege ipſa pœna ſequetur? Atque quod ne ab initio quidem matrimonium uocari poſſit, breuiter ita dictum ſit. Sed magis, exactiuſque rei indignitatem oratio exploret. Rerum conditor, quum initio marem, & fœminam conſociare, ad largum, quod inde exiturum eſſet, incrementum reſpiciens, conſociationem illam faciebat. Quin & natura (quæ tanquam famula, quantum poteſt, à conditore tradita præcepta obſeruat) ut in hoc matrimonij conſuetudo incatur, quo ſobolis procreatio procedat, quoad quidem ab ipſa tale miniſterium Conditor præſtari uelit, propoſitum eſt. Si igitur uel hic, quod natura Conditor, ipſaque natura uoluit, apparet, quod prohibendum ducimus, ne prohibeatur: ſin minus (ut certè nihil iſtiuſmodi eſt, ſed contraria omnia, & nulla ad implendam Domini uoluntatem vis, & eius generis quiddam, quod natura non agnoſcat) quare non omnibus modis prohibetur? Quod ſi quis contentionibus gaudens, dicat, ſi propter ſterilitatem eunuchi à coniugio ſecluduntur, multis etiam alijs coniugium interdici debere, quum non omnes quicunque in coniugium coeunt, fœtificos ſe præſtent, ad contentionem in promptu eſt reſponſio, quod tametſi nullus ex ijs fœtus gignatur, non tamen in hoc congregati ſint, ne quam communi uitæ utilitatem coniugali copula afferant: quum potius contra procreandorum liberorum deſiderio congregatos conſtet, quos effectum deſiderio reſponſorum opinantes, in euentu ſpes feſellerit: hic uero ut tale aliquid dici poſſit, permultum abſit, quum 16 † qui ad peregrinam illam commiſtionem conuenerunt, liquido ſcientes ſe ſteriles, ac ad gignendum inutiles conuenire, naturæ quaſi inſidiati ſint. At ſanè ob hoc dumtaxat odio etiam ambo digni ſunt: mulier, quod quum coniugalis conſuetudinis cupida, fœcundo ſe iungere potuiſſet, infœcundum, & 17 † ſterilem prætulerit: eunuchus uero, quòd ut in uanum Dominus benediceret, impotentia ſua effecerit. Si quis porro fundum, ex quo alius aliquis fructus metat, uaſtet, & 18 † incultum relinquat, an hunc tanquam malum atque pernicioſum odio habebimus, eiuſque ſi fieri poteſt inſtitutum reprimemus, illi uerò, qui fundum, ex quo ratione præditum germen pullulet, deſolat, & inutilem reddit, tanquam nihil indignitatis committat, id facere permittemus? Et 19 † ſanè quid quiſquam dicat? Sed Paulus (inquiunt) ait MATRIMONIVM CONTRAHERE, QVAM VRI SATIVS EST. qua propter naturalis feruoris contemplatione coniunctio prohiberi non debet. Sed tu qui Paulum laudas, ad Pauli uerba attende, Matrimonium contrahere, inquit, id eſt per matrimoniale commercium cum muliere coniungi. Si igitur tua cum muliere commiſtio, conſociatio matrimonialis, & benedictione, quæ in matrimonium coeunti-

12 † Lego προβάλλεται.
13 † Lego [illegible] βλέπων.
14 † Mēdo hic locus nō caret.
15 † Lego [illegible]
16 † Lego οἱ εἰς τὴν [illegible]
17 † Lego τὴν ἄκαρπον.
18 † Lego ἀργόν.
19 † Lego [illegible]
Cap. 7. ad Corint. 1.

bus debetur, digna eſt, matrimonium, illam nomina, & ob ſerua vxorem: ſine tantillæ quidē benedictionis unquam capax fueris (quæ enim aut qualis conſecratio in ijs, qui ſimul contra Conditoris decretum, ſimul contra naturæ legem coniunguntur, locum habeat?) quid Paulum in approbationem cœlibis tui, & peregrini matrimonij pertrahere audes? Ad hoc vero, ſi quis ipſis naturalem, & propriam marium potentiam execant, hoc conſilio id faciunt (tametſi uitiosè, ac quadam in Deum rebellione id faciant) ne amplius uiros ſe exhibere queant, ſed quantum ad libidinis ſtimulos attinet, prorſus elangueſcant, cubiliſque fidei, & in quos ſuſpicio nō cadat, cuſtodes ſint (quod ſanè ipſe uocis ſonus promittit) quomodo in hoc non iuſtam aduerſum ſe indignationem cudent, quod non ſolum inimicam naturę uoluntatem capeſſant: uerumetiam illis, 1 † qui licet malitiosè, quomodo tamen ipſis uideretur, utiles illos reddere ſtudio habuerunt, aduerſari deprehendantur? & quum nouum, atque peregrinum ſexum repræſentent, non tamen ſe neque initio attributæ naturæ, neque qua transformati ſunt, malitioſæ arti accommodent? Propterea ſancimus, ut ſi quis eunuchorum ad matrimonium procedere comperiatur, & ipſe ſtupri pœnę obnoxius ſit: & qui ſacerdos iſtiuſmodi coniunctionem prophanato ſacrificio perficere auſus fuerit, ſacerdotali dignitate denudetur.

1 † Lego εἰ οἱ καὶ.

CONSTITVTIO XCIX.

Vt, qui iuſiurandum defert, prior de calumnia iuret.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVæcunque ad rectè cauendum ſpectant, quæcunque ad bonos mores pertinent, hęc & ſingulis, & uniuerſæ Reipublicæ, quæ a me adinuenienda, dummodo poſſim, aut ab alijs inuenta in publicum vſum deducenda petant, & contendent, in medium pono. Ac id circo ſupra alias hæc etiam 2 † lex, quæ eum, qui aliquem ad iurandum adigit, ſe nullo dolo malo, neque faceſſendi negotij animo, ſed, ut rei, cuius ambiguitate ratio ipſius eſtuat, ueritatem cognoſcat, iuſiurandum exigere, prius iurare iubet, quum uelut diſpenerit, quæ reuiuiſcat digna uiſa eſt. Quum enim id decretum rectè ueteribus placuiſſet, recentiores eius cautionem negligentes, delato 3 † iureiurando, e quo exigitur, hunc id ſubire uolunt: qui uero exigit, de eo nihil ſoliciti ſunt. Statuit igitur noſtra Maieſtas, ut ſecundum ueterum legiſlatorum decretum iuramenti forma ſeruetur, & qui ab aduerſario auferre iuſiurandum conatur, quam fidem ex alijs quærit, de moribus ſuis prius ipſe præſtet, quòd nempe non dolo, ſed neceſſario, & ineuitabili de cauſâ ad deferendum iuſiurandum procedat. Exiſtimo enim, quum ambo ita ad iurandum adigentur, aut dilucidiorem in iuramentis exituram ueritatem, aut hos aliquo modo reprimendos, neque tam promptè, alacrique greſſu, atque nunc progredi uidentur, ad deferendum iuſiurandum prodituros.

2 † l. 34. Qui iuſiurandū, de iureiur. ſiue vol. ſiue neceſſe Dig.

3 † Lego ὀμνύει.

CONSTITVTIO C.

De ſeruis, qui liberis in matrimonium coniunguntur.

Idem Imperator eidem Styliano.

LEges, quia ex benigno iudicio prognatæ ſunt, bona ſua ordinatione, & moderamine ijs etiam controuerſijs, quæ non admodum crebrò in res humanas incidunt, auxilium ferre inſtituunt. At uerò quum tantę benignitatis ſint, quomodo non longè magis eorum, quæ in hominum uita aſſiduè uerſantur, curam ſuſcipient? Si enim 4 † medicus quiſpiam ijs, quæ minus angunt, curam adhibeat, quæ vero magis angunt, negligat: id quod minus angit, non per peritiam, & prudentiam curare uideatur? Eapropter legum dignitati plus maieſtatis attribuentes, quod hactenus ex conſuetudine diiudicatum eſt, de ijs 5 † nempe, qui ex inæquali fortuna, libera, uidelicet, & ſeruili, amore inſtigante in matrimonium coniungi contendunt, in legem includimus: ac ſancimus, ut ſi homo liber ſeruilis perſonæ nuptias ſectetur, ſub duplici hac conditione matrimonium ineatur, ut is aut æqualem cum ſeruili perſona, cui per amorem aſſociatur, fortunam ſuſcipiat, aut pretium, quo illa ſeruitute liberata in libertatem perueniat, ſoluere promittat. Atque hoc quidem, tanquam inæqualis matrimonij arrham quandam, eum, qui conſuetudinis ſocietatem cum ſeruili perſona iniit, perſoluere oportebit. Statuimus vero etiam, ne domini hac in re ſe inhumanius gerant, & ſi perſona, quæ ſeruum in matrimonium delegit, ſeruire 6 † malit, [utriuſque] ſeruitus domini morte terminetur: eaque vbi inciderit cum liberis, ſi quos ipſis matrimonium largitum eſt, dimittantur liberi: ſin in ſeruitutem nō conſentiat, neque in promptu habeat, unde pretium plenè perſoluat, libertate per uim non 7 † muletetur, ſed ſeruiens apud eundem dominum, mercede quotannis binis ſolidis æſtimanda, ſeruitutem tot annis duret, quot, pacto pretio in plenam ſummam deducto, dominum ſatis pro ſeruo accepiſſe, neque iuſtam cauſam ad detinendum amplius habere, ſunt oſtenſuri.

4 † Ex his Græca rectè reſtitui poſſe puto.

5 † Conſule titu de liberali cauſa.

6 † Lego προσελομένη τὴν προσωπικ.

7 † l. 3. de libe. cauſa. C.

CONSTITVTIO CI.

De ſeruis coniugibus, ſi alter illorum libertate donetur.

Idem Imperator eidem Styliano.

NOn ſolum quo inter perſonam liberam, & ſeruilem ab initio contrahitur matrimonium, ſed quod communiter in ſeruitute degentes in pari fortuna contraxerunt, hoc etiam, altero illorum forte a domino libertate donato, altero verò in ſeruitute retento, ad inæqualitatem redactum, ex iſtiuſmodi cauſa ualde contentioſas ambiguitates, & quæſtiones, eo quod lege diiudicatum non ſit, perſępe excuſare conſpicitur. Quum itaque hoc quoque à noſtra Maieſtate lege conceptum, conuenienter diſtingui deberet, hanc, per quam rectè diiudicetur, legē accepit. At vero quæ illa lex? Iubemus, vt ſi ſeruitute liberata perſona, coniunctioni eius, quæ in ſeruitute relicta eſt, acquieſcat, ſecundum formam 8 † de perſonis liberis, & ſeruilibus matrimonio coniungendis lege comprehenſam, matrimonium indiſruptum maneat. Oportet enim, vt aut datam ſibi libertatem no uſurpet, & æqualiter cum altera libertate non donata ſeruitutis iugum ſubeat, donec extremus uitæ dies dño obueniat: aut, ſi quidē libertatis dignitatē exuere nolit, pro adiuncta ſibi perſona pretium ſe ſoluturam promittat. Cęterum ſi hoc negliget, & ex libertate ſua occaſione arrepta, in ſeruitute relictam perſonam in ſuæ uitæ ſtatum abripere conetur, non ſolū non hac arrogantia quicquam efficiat, neq; alteri libertatem donandi poteſtatem habeat: uerum etiam ipſa quam libertatem nacta eſt, hac excidat, ſurſumq; ſeruitutis iugo collū ſubdat: utpote quæ ingrato animo benignæ domini ſui, ac beneficæ uoluntati iniuriā intulerit, eiusq; iudicium, qđ uereri, & uenerari debebat, tāquam per rebellionē contemnere cogitarit.

8 † Conſt. proximè præcedente.

Recurre ad conſtitu. 7.

CONSTITVTIO CII.

De prædijs maritimis ad remoras piſcatorias conſtituendas ſeorſum non ſufficientibus, & ut inuitus etiam ad ſocietatem adigatur.

Idem Imperator eidem Styliano.

MVlta cumulatim bona mortalium uitæ confert prudenter, & cum ratione inſtituta rerum communio. Etenim qui uiribus ualet, ſi cum altero, qui ſimiliter uiribus ualeat, communiter, longè præſtantiores, atque utiliores eius viros fuerit, & diuites ſi diuitias communes faciant, maiorem ex diuitijs voluptatem capiant: deniq; ſi paupertas premat, operarum cōmunio conſolatione, qua paupertatis acerbitas mitigetur, non indigebit. Verum, quem adeò commoda, atque vtilis in communi uita communio, & ſocietas ſit, mirabilis quædam hominum animo ſubiens prauitas, nedum

Recurre ad conſtitu. 57.

aliis ad vtilitatem impedimento eſt, verumetiam qui ipſum fouent, vt rebus ſuis nocere, quàm vt vna cum vicinis ſocietate ipſis aliquid lucri accedat, permittere malint, perſuadet. Ac tale quiddam certe de nonnullis audiuimus, qui, quum maritima prædia habeant, quæ per ſe non ita multum lucri adferant; conuicino autem, & adiacente prædio communicatione coniuncta, vberiorem vtilitatem reddant: ſocietatem inire, neque illa cum vicinis prædia commiſcere (qua ratione ambo aliquid lucrari poſſent) per malignitatem noluntſed contra, dummodo vicino nocumento ſint, ſeipſos etiam damno afficere malunt. Verum enimuero tametſi damnum ſuum tales agnoſcere nolint, ſuaque malè adminiſtrantes, vtilitatem per improbitatem negligant, tanquam immanes belluę, vt propinquos lædant, in ſua vulnera proruentes, non tamen iſtiuſmodi malignitatem in communi vita Imperatoria noſtra Maieſtas inuideſcere patitur: neque quia illi vtili cura digni non ſunt, auxilio vacuos relicturi ſumus. Quare ex parte aliqua ipſis, præcipuè verò vicino, quem iſta inhumanitas male torquet, proſpicientes, ſancimus, vt ſi iſtiuſmodi prædia mare verſus non adeo ſingula lata ſint, vt ſepti remoratorij conſtituendi ius habeant, eius iuris conſequendi cauſa communione coniungantur: quo per iſtiuſmodi communionem domini ex ſuis poſſeſſionibus vtilitatem ſentire poſſint: & ſi dominorum alter communionem facere nolit, ad illam inuitus etiam compellatur. Quum enim quantumuis inuitus aliquis beneficij particeps ſit, id benignitatem etiam eſſe perſuaſum habemus. Hic autem longe maior ſe exerit benignitas, vbi non ſolum, qui beneficium nō agnoſcit, illo tamen afficitur, verumetiam qui illo iniquè priuabatur, id ſentit, & percipit.

CONSTITVTIO CIII.

De iis, qui de maritimis prædiis ad conſtituendas remotas piſcatorias ſocietatem ineunt.

IN ſocietatibus vſitatum eſt, vt ferè qui plus contulit, idem plus lucri ſentiat. Et rectè ſane negotium inſtituunt, inter quos ita conuenit. Verumtamen de maritimis prædiis ſocietate inita, non ideo rectè, cuius prædiū latius eſt, eo cuius arctius eſt, maius lucrum auferat. Exempli gratia, huius prædium centum paſſus latum, illius vero longe anguſtius, ſi hæc coniungens communio inde vtilitatem ſuppeditet, ut æqualiter, non autem ſecundum cuiusque portionem, prouentus inter ſocios diuidatur, rationi conſentaneum. Quid ita? Quia in aliis negotiis (in collatione pecuniarum nempe, aut pecorum, aut etiam ſi quis ita uelit, terreſtrium locorum) 1† unaquæq; res, quæ in communionem 2† coiit, per ſe dño, quantum eius natura fert, utilis eſſe poſſit: in maritimis uero prædiis id ſimiliter ſe non habeat. Nam non quemadmodum illa, ſic quoque maritimi iuris portio 3† in ſe conſiderata, peculiare lucrum habet. Non enim prædia ibidem ſemper loci cōſiſtit, tanquam uenatores expectans. Alioqui uerò, etiam quòd maior portio, propter 4† minoris defectum inutilis ſit. Quis enim ex re imperfecta uſus, aut utilitas? Additio autem minoris, quum imperfectionem expleat, quódque per ſe ad nihil conducat, utile reddat, 5† rationi conſentaneum ſit, ut utilitatis ex maiore portione, quæ citra acceſſionem minoris nihil emolumenti adferat, prouenientis æqualem partem domino ſuppeditet. Propterea igitur legem etiam, quæ deinceps iuſte hoc gubernet, Imperatoria noſtra maieſtas profert. Statuimus uerò, ut ſi duarum inanimarum portionum, quarum altera maior, altera uero minor ſit, ad conſtituēdas remotas piſcatorias in communionem coniunctio fiat, utriuſq; portionis domini ex æquo inter ſe lucrum diuidant.

1† Lego ἑκάστη.
2† Lego κοινωνεῖ.
3† Lego ἐμπορίζεται.
4† Lego λείψανον.
5† Lego εὔλογος.

CONSTITVTIO CIIII.

De piſcatoriis remotis, inter quas legitimum interſtitium non eſt.

Idem Imperator eidem Styliano.

QVandoquidem ſæpe uſu uenit, ut quum legitimo interuallo minus inter ſe remotæ piſcatoriæ non diſtent, contentiones, atque lites exuſcitentur: de iis etiam controuerſiis ſtatuimus, vt reus vbi legitime conuictus fuerit, ſi loci ſpatium patiatur, eo moras transferatur, vbi tanquam legis præſcriptum deſpiciat, litē ſubiturus non eſt: ſi vero quo transferat locus non ſit, annorum curriculum obſeruetur, quot in litigioſo loco remotarum ſeptum fixū fuerit: & ſi actore præſente, nullamq; proteſtationem interponente, decem annos conſtiterit, immotum eodem in loco permaneat: at ſi actor peregrè ſit, ut ſeptuo: non in ouetur, decennium non ſufficiat, ſed alterum annumerari oporteat, ut anni omnes uiginti ſint. Atque hoc quidem præſcriptum in prophanis obtineat. Eccleſiæ uero, & monaſteria, & ſi qua alia uenerabilis domus, tum denique quę cunque ad fiſcum referuntur, quum ipſis ad annum quadrageſimum iura conſeruentur, dictum tempus deſpiciēt. Ac ſic quidem de remoratum 6† ſtatione, quæ pp temporis longitudinem moueri non poſſint, ſancientes, iubemus, ne actor maritimæ oræ emolumento priuetur: tametſi, quod tempus elapſum ſit, obtinere 7† litem non potuerit.

6† Lego τῶν ἐπιστασιῶν, & mox τάσιων.
7† Quicquid pro καθάπερ] reponas, omitti potuit.

CONSTITVTIO CV.

Si Magiſtratus aliquis res fiſcales furatus eſſe deprehenſus ſit.

LAudabilis res eſt legitima caſtigatio, & pœna, quod incompoſita emendet, & ad mala propenſos, ne in illa proruant, uel inuitos reſtringat. [Laudabilis eſt (inquam) quando legibus conuenientem inſtruat clementiam, neque hanc excedere argui poteſt, neque uero caſtigandi prætextu crudeliorem ſe exhibet. Quando & pater, donec benignè delinquentem filium caſtigat, ſimul prudentiæ, ſimul caſtigationis nomine laudandus eſt: ubi uero, paterno affectu abiecto, non ut patrem decet, ſed atrocem in modum pœnam filio inficit, non paterno more caſtigat, neque quiſquam 8† atrocitatem approbat. Ac ſanè ſi leges rerum Reipublicæ parentes ſunt (quemadmodum ſunt profecto) requiritur omnino, ut pro ratione delictorū pœnas etiam conſtituant: nequaquam uero immanem aliquam, multoque, quàm pro delicti modo grauiorem pœnā imponant. Nam quod id legitimæ eſt conceptionis, quomodo inde manantis meditationis, ſi qui cuiquam mortem intuliſſe conuictus non ſit, morte puniatur? Medici ſanè quidem non præciſè integra membra ſecari iubent, & lex quum medicorum commiſeratione infinito maiorem præ ſe ferat commiſerationem (ſi quidem corpora tantummodo ſpectat medicinæ beneficium, leges uerò tam animo, quàm corpori beneficia præſtant) tantam crudelitatem in eos, quibus mederi uult, 9† exeret? Hæc itaque quum hunc ad modum ſeſe habeant, placuit noſtræ Maieſtati, uti quæ 10† lex mortem decernit in Magiſtratum, qui res fiſcales furatus eſſe deprehenſus ſit, neque uero in hunc ſolum, ſed in illos etiam, qui hac in re illi ſocij fuerint: hæc tanquā ab humano, legalique ingenio aliena, non amplius in legalibus conſtitutionibus locum habeat, neque nominetur quidem, & uelut ſuperuacanea extra Rempublicā proiiciatur. Dehinc uerò iſtiuſmodi Magiſtratus pro fiſcalis rei furto dignitate expellentur: quæque ſurripuerint, hæc in duplum dependant. Qui autem 11† in hoc communicarunt, ſi diuites ſint, eidem pœnæ ſubdantur, ſin pauperes, flagris cæſi, ignominioſeque tonſi exulare iubeantur.

8† Mutar necne ἀνδρός. ſtare debeat, uiderit cui vacat: mihi ſenſum expreſſiſſe, ſatis eſt.
9† Orationis ratio πρεσβεύεται, & ἰσοδύναμος poſtulat.
10† Vide tit. de cri. pecul. C.
11† Lego ἐπὶ ταύτης.

CONSTITVTIO CVI.

De indotatis mulieribus, quantum maritis mortuis ipſorum bonis lucrentur.

SI rem quæ modo aliquo abſurda, æquitatique eſſe diſſentanea apparet, lata de illa lege ad decentem conſtitutionem deducamus, operæ pretium nos facturos uidemur. At quæ illa tandem eſt? [Quòd quæ] mulieres inopes (id quod non rarum eſt) locu-

locupletibus uiris matrimonio iunguntur, hæ, illis defunctis, prouenientem ex ipſorum bonis portionem (1† prouenit autem, ſi pauciores quatuor liberis ſint, cognominis iſti numero pertio, [quadrans nempe:] ſin[tot aut[plures, quantum quiſque illorum habet) non in perpetuum dominium neq; ut de illa teſtari poſſint: ſed ad uitam 2† in uſumfructum tantummodo; &, ut inde uitam ſuſtentent, accipiant: & ipſis mortuis, in liberos huius portionis dominium transferatur: neque illis rebus ſuis utendi, quomodo uelint poteſtas concedatur; extra quam ſi nulli liberi ſuperſint, quod infortunium illas rerum dominio beet; ut haud, ſciam utrum mulier ex ſe fructum uidere præoptet, an uero ne naſcatur aliquis, quo deuoluendæ ad ipſam portionis domina fiat, execrabunda precetur. Hanc uero abſurditatem Imperatoria noſtra Maieſtas corrigens, ſancit, ne illius portionis dominium mulieri auferatur; utique ipſa quomodo uiſum ſit, de illa ſtatuat, & nihil aliud liberis, quam quod ex Falcidia ipſis competit, debeatur: tamen, ut priorum nuptiarum illa non obliuiſcatur, neq; inducto altero marito, prioris toto contumeliam inferat. quod ſi contingat, à nobis attributo dominio prorſus excidet; illaque fato functa, liberi rerum domini fient.

1† Secundum Nouel. 117. § poſteaquàm uero quondam.

2† Videtur deeſſe [illegible]

CONSTITVTIO CVII.

Vt actor ante litis conteſtationem porrecto libello iudici fidem ſuam probet.

SI quicquid honeſtum, uitæque humanæ utile eſt, ſenio liberum, ac ſemper uernans permaneret, neq; unquam eius utilitas deficeret: id uero longe præſtantiſſimum foret. Quamobrem etiam, ſi contingat (ut ſanè perſæpe contingere ſolet) ut eo neglecto, utilitas depereat, quorum curæ communis uitæ bona incumbunt; hi certè, ut, ne id, quod de ſe multum utilitatis in commune diffundat, reſtituere negligant, ſanè ꝗ conueniens eſt. Ea propter & noſtra Maieſtas legem quandam rebus humanis multo quandam utiliſſimam, nunc uero uelut ſenio confectam, & ne prorſus inutilis fiat periclitantem, ad priſtinum robur reducens ſenij incommodum quaſi abradit, & ad primitiuum ipſius uſum Reique publicæ utilitatem renouat. Lex 3† autem de illis, qui actionem mouent, agit, ut hi priuſquam ad rei diſquiſitionem deueniatur, de ſuo inſtituto iuridici fidem faciant, ſcripto complexi, ſe nullo dolo malo aduerſarium inquietare, neque alio iudicio condemnatos eſſe, neque in præſens ſcire ſe nullum ad tribunal aditum habere, & maligno conſilio negotium faceſſere, neque 4† denique mendacijs ueritatem interuertere conaturos eſſe. Atque hæc quidem legis præſcripta ſunt: quæ ſanè rectè ſeſe habent, eaque qui tranſgrederetur, huic pœna infligebatur. Neque uero huic ſoli, ſed cauſarum etiam patronos ijſdem dicta lex adiudicabat. Itaque hanc quemadmodum dixi, ceu deperditam, prorſuſque inutilem redditam, Imperatoria noſtra Maieſtas tum ad priſtinas uires reducit, tum in Rempublicam reditu donat. Ac uerò ſancimus, ut qui dehinc in iudicium procedere, uolent ante introitum, quæ à lege præſcribuntur, exhibeant.

3† Hanc legem intercidiſſe puto. conſules interim Nouel. 112. §. Ceterū.

4† hic expungo.

CONSTITVTIO CVIII.

De eo, qui ad primam denunciationem iudicio ſe non ſiſtit.

NEque uero hoc, tametſi neglectum hactenus contemptuique habitum ſit, incorrectum relinqui fas eſt, potiuſque, ut conuenienti auxilio potiatur, conuenit: ut, pote quod humanis rebus multam de ſe utilitatē præbeat. Nos itaque, quemadmodum is tractatus, qui litē inſtitueret 5† uolentibus formam præſcribit, innouatus eſt, ad conſimilem etiam modum hoc innouantes, ſancimus, 6† ut, qui ſemel iudiciali citatione in ius uocatus, neque ipſe paret, neque alium, qui pro ipſo in iudicio ſe offerat mittit, iterum iudicij denuntiatione imperatur: cui ſi ſimiliter non obtemperet, neque tertia denunciatione, indignus cenſeatur: & ſi quidem, quum tam patienter iudicialis clementia ipſum expectet, ipſe nihilominus tertiam 7† citationem contemnens (quum nulla iuſta cauſa compartitionē eius impediat) neque per ſe, neque per alium iudicio ſiſtatur: tunc omnino etiam abſens condemnetur. & nequaquam deinceps uel quæſtionem mouere, uel condemnationem ſubterfugere ipſi permittatur. Atque hoc in utrunque litigatorem decernimus, ſiue quis in ius uocatus, comparere negligat, ſiue quis actione inſtituta, aduerſarioque in iudicium producto, deinde ipſi moleſtias, proteſtationeſq; lites machinatas, ab intentata actione dolo malo deſiſtat. Etenim hic quoque, ubi res à iudice citatus non peruenit, abſens condemnabitur: ita tamen quemadmodum dixi ſi nulla cauſa, quæ illum, qui ſe in iudicio non obtulit, uerisimiliter purget, ad iſtam excuſationem ſubſit.

5† Lego [illegible]

6† Conſule Nouel. 112 §. pos

rō quum omnes.

7† Quomodocunque Græca legi debeant, hic eorū ſenſus eſt.

CONSTITVTIO CIX.

Ne intra ſeptimum ætatis annū ſponſalia ineantur, neque ante decimumquintum maribus, aut decimumtertium fœminis matrimonium conſecretur.

QVum ſuum cuique rei tempus, 8† Sapiens tradat, idque communis omnium, qui modo mentis compotes ſunt, ſententia tum amplectatur, tum probet: in omni actione tempus obſeruare, longe pulcherrimum fuerit. Quod ſi forſitan alibi, in contrahendis certè matrimonijs negligi non debet. Oportet enim, ut quo ea res in communi uita magis neceſſaria eſt, eo prudentius, cautiuſque ad illam procedatur. Quam ſanè non ob cauſam ſecundum ueteres, 9† qui rectè hac de re lege lata ſtatuerunt, ſancimus, ne quo modo ante ſeptimum ætatis annum ſponſalia conſtituantur, neque matrimonium ſponſæ 10† duodecim, ſponſo uero 11† quatuordecim annis minore, ſacris ceremonijs confirmetur. Atque hoc quidem, quantum ad communem publicumque Reipublicæ uſum attinet, ita uetitum ſit. Verum ſi Imperator (ut ſæpe accidit) nouam familiam conficiens, & ſponſalia, & conſecratione paragēdam coniunctionem intra præſtitutos annos deſponſandis decreto permittat, id nihil legi aduerſabitur. Licitum enim eſt, ut quibus Deus uniuerſi terrarum orbis, tanquam familiæ cuiuſpiam, adminiſtrationem demandauit, hi ſecus, quàm lex, quæ ſubditos deuincit, ac præſcribat, familias cogant.

8† Eccl. 3.

9† Idem habes l. 14. de ſpō ſal Dig.

10† Recurre ad conſtit. 74.

11† Lego [illegible]

CONSTITVTIO CX.

Vt mulier, ſoluto matrimonio, dotem ſuam, propterque nuptias donationem, & reliquā omnem mariti ſubſtantiam in commentarium conſcribat, ac eo prolato, reſarciri ſibi poſtulet, ſi quid damni in rebus ſuis à marito ſe paſſam dicat, citra commentarium autem, euidentemue probationem nihil petat, aut petendo accipiat.

QVum præter alia, * quę ſanctè à ueteribus de matrimonij rebus tractata ſunt, huic quoque tractatui ſatis proſpectum ſit: ut nempe mulier, ſoluto matrimonio, nō quoquo modo res maritales percipiendas, & retinendas uindicet: ſed ſi de illis controuerſia moueatur, confectum poſt mortem mariti de dote ſua, & donatione p.p. nuptias, reliquiſq; maritalibus facultatibus commētarium publice prius exhibeat: & ſi quid ex dote à marito cō ſumptum eſſe appareat, id ex ipſius bonis repetat: quū hoc, inquam, quō ius, atque æquitas poſtulat, à ueteribus conſtitutum ſit. ac uero nunc eius nulla ratio habeatur: quī ueterū, prudentiæ utilitatem conſeruandam ducimus, illorum ſanctionem renouantes ſtatuimus, ut dehinc omnibus modis de dote, propterque nuptias donatione, & alijs quibuſcunque maritalibus rebus a mulieribus commentarius conficiatur: quo ſi quando ad iſtiuſmodi controuerſiæ ſpeciem adigantur, & ad res maritales pro eo, quantum

* Vide tit. ſolut. matrimo. & l. 22. de iure delibe. C Nou. 1. §. etiam. Hinc nos cura. & Nou. 79.

quantum ipſarum res deteriores redditæ ſunt, procedere velint, ex eo cõmentario, aut probatione petitionis æquitas cognoſcatur: [vt tum] rectè res maritorum venderent, quãdo commentario comprehenſa ab illis inſumpta eſſe conſtabit. 1 † Citra commentarij autem teſtimonium neque petitio locum inueniat, neque illæ contentioſè petentes aut audiantur, aut quicquam eorum, quæ petunt, conſequantur. Porro commentarij conficiendi tempus ſtatuimus, vt intra tres menſes fiat: & cuiuſmodi mulcta à veteribus in tutores conſtituta eſt, talis etiam hic procedat.

1 † Vide l. 7. de admini. & peri. tutor. Dig.

CONSTITVTIO CXI.

Vt ſi vxor mente capiatur, idque neque dolo mariti, neque ipſo conſcio, ſed aliorum maleficio fiat, & vltra tres annos id malum duret: matrimonium dirimatur, alteramq; vxorem ducere marito liceat.

Idem Imperator eidem Styliano.

Nihil adeò ad conſeruandum genus humanum eſſe neceſſarium atque quod è coſta viro attributum eſt ſubſidium, cum artifex ille, qui iſtud cõdidit, docet, tum ipſa natura diuino documento atteſtatur. Quod quũ ita ſit, iſtiuſmodi de re illa commentari & ſtatuere, quę per omnem vitam illis, qui coniugij nexu vniti ſunt, auxilio, gaudioq; ſint: quæ initio poſtpoſitum 2 † coniugij finem cõſtituent, non vero contra affligant. & miſeriam perpetuumque mœrorem adferant, legis prouidentiam, & ſi qua aliũde cura mortalium rebus ſuccurrit, paratq; cõueniens erat. Si ergo coniugium tale eſſe oporteat (quemadmodum certe oportet) nõ ſanè ſuſcipienda mihi 3 † illa lex videtur, quę, ſi poſt initum matrimonium furore vxor corripiatur, maritum illam perpetuo retinere, & furoris incommodum ſemper ferre cogit. Vbi n. 4 † approbetur, vbi rationi conſentaneum, aut matrimonialis conuictus ſolicitudine dignum videatur, vt per totam vitam maritus inſanienti vxori alligetur, eiuſque furoribus conficiatur? Si n. nullus adeo truculentus eſt, vt vel momento quenquam cum feris in eundẽ locum includere ſuſtineat quomodo legis benignitate prædita illa lex eſt, quæ perpetuo efferatæ furore coniugi cohabitare maritum iubet? Sed per coniugium, inquiunt, 5 † in vnum corpus coierunt, oporteтq; membrum alterum alterius morbos perpeti: & diuinũ præceptum eſt, 6 † quos Deus coniunxit, ne ſeparentur. Pręclara quidem hæc, & diuina, vtpote quæ à Deo pronunciata ſint: verum non rectè, neque ſecundum diuinum propoſitum hic in medium adferuntur. Si n. matrimonium talem ſtatum conſeruaret, qualem eius in principio pronuba exhibuiſſet, quiſquis ſeparet, improbus profectò eſſet, neque repræhenſionem effugeret. Iã vero quum præ furore ne, vocem quidem humanam à muliere audias, nedum aliud quidquam quæ ad oblectamentum, & hilaritatem matrimoniũ largitur, ab illa obtineas, quis adeo acerbum, horrendumq; matrimonium dirimere nolit? Ea propter ſancimus, vt ſi quando poſt initum matrimonium mulier in furorem incidat, ad tres annos infortunium maritus ferat, mœſtitiamq; toleret: & niſi interea tẽporis ab iſto malo illa liberetur, neque ad mentem redeat, tunc matrimonium diuellatur maritusque ab intolerabili illa calamitate exonere tur. Cui ſanctioni hoc adijcimus, vt furoris cauſa intelligetur, in eamq; inquiratur, num fortè mariti, aut (ipſo conſcio) familiarium, eius aliorumve quorumlibet technis, atque dolo ſit conflatus. Quod ſi ſic eſſe deprehendatur, 7 † & quidem maritus maleficij arguatur: vt hic in monachum transformatus, nolenſque volens monaſterio incluſus 8 † nequitiæ ſuæ pœnas luat. manantique ex ſacris canonibus animæ curationi ſubiectus ſit, decernimus. At ſi à cognatis ipſius, aut aliunde ipſo conſcio nona octa ſit.

2 † Lego ϲυμφιοῦνται.

3 † L. 16. §. furor. de rit. nup. Di.

4 † Lego ἀποδεκτέον.

5 † Geneſis 2.

6 † Matt. 19.

7 † Lego ἁλῶ.

8 † Lego κακίας ἑαυτοῦ.

CONSTITVTIO CXII.

Vt, ſi maritus per matrimonij tempus in furorem incidat, intra quinquennium matrimonium ſolui nequeat: eo autem elapſo, ſi furor eum adhuc occupet, ſolui poſſit.

Veterum Iuriſconſultorum ſententiam, 9 † qua furorem matrimonium impedire, iam initum autem non infirmare conſtituitur, neque conuellere, neq; reprehendere eſt animus: illoſque ipſos ad iudicium ſuum, quo ad id decernendum commoti ſunt, expendendum remitto, ut tamen illam aut approbem, aut conſumem, quod id mihi approbatione indignum videatur, induci nequeo. Nam quum matrimonium, ſi furor præueniat, impediatur: at vero ſi inito iam matrimonio furor ſuperueniat, illud nihil lædi dicatur, 10 † quomodo hinc ad comprobandũ illectemus? Si n. hoc in matrimonio ſpectatur, vt cum vtriuſque coniugis commodo contrahatur, quomodo qui ne id ab initio, tanquam inutile conſiſtat, ſuadet, ſi poſtquam initum erit, eadem calamitas exiſtat, non idem eius compagem tanquam inutilem diſſuadebit? An operam dari oportet, ne quis omnino in mali cuiuſquam periculum incidat: qui vero iam inciderit, hic ſine omni ope relinquendus, ipſiusque calamitatum non miſereſcendum eſt: Quod perinde eſt, atq; ſi quis, priuſquàm morbo quiſpiam corripiatur, adhibendum remedium exiſtimet; at iam correptum, negato remedio, mori ſinat. Veruntamen (id quod dixi) repræhendere iuriſconſultos non eſt animus. vt tamen ipſis aſtipuler permultum abeſt: præſertim vero quum multi alij modi ad ſoluendum matrimonium conſtituti ſint, quorum nullus cum furoris malo conferri rectè poſſit. Quomodo nanque mariti prodigalitas, aut religionis diuerſitas, aut in naturali conſuetudine impotentia, & imbecillitas, aut ſi quid aliud his connumeratur, quod ad diſſoluendum matrimonium valeat (cuiuſmodi eſt, ſi ſeruilis conditionis cõiugem eſſe appareat, & ſi quæ in pactionibus nuptialibus promiſſa ſunt, propter paupertatẽ plenè præſtari nequeant) hæc, in quam, & ſimilia, quibus matrimonia diſſoluere lege tributum eſt, quomodo tandem cum furoris calamitate comparari poſſunt? Nos itaque ſancimus, vt ſi furor poſt initum matrimonium ſuperueniat, ne intra quinque annos coniuges diſiungantur. Etenim quemamodum quando per omnem vitam furor duraret, nec tamen matrimonium dirimi poſſet, id durum, & acerbum eſſe viſum eſt. At ſi poſtquàm tantum temporis decurrerit, malum ſe non remiſerit, neque furioſus reſipuerit, cùm neutrius commodo, aut incommodo coniugium dirimatur. Atque hæc quidẽ ſtatuimus, non quo ſuperioribus legiſlatoribus obtrectemus: ſed vt quam ſubditis curam debemus, adimpleamus. Iam vero ſi furor ipſo nuptiarum die animaduertatur, quò minus confeſtim matrimonium, tametſi ſacro ritu confirmatum ſit, diſſoluatur, nihil obſtiterit: perindeque acſi ante nuptias furor animaduerſus eſſet, matrimonium in irritum recidet, atque diſtrahetur. Sed quòd poſt conſecrationem diſiungendos eſſe coniuges dicitur, fortaſſe id nonnullis recto iudicio deſtitui videbitur: quaſi poſteaquàm ſacrificio iuncti in vnum corpus coierunt, non dirimi illos, ſed vnitos ſint oporteat. Et præſertim quidam quum præſtantius membrum, adeoque caput maritus ſit: neque præcipua corporis membra, ſi morbo aliquo occupentur, amputari ſoleant. Atqui hæc ratio, dum à coniunctione ſtare, atque illã defendere ſe putat, quid ſibi benedictio velit, ignorare videtur. Hæc n. præſtantiſſima quæque connubio largiri cogitans, 11 † pudicitiam, indiſſolubilique quodam amoris vinculo coniuges deuinciens, propagationem generis, & ſi quid aliud matrimonium iucundum reddit, conſecrat. At furori (quæſo) quomodo cum hoc ſacrificij propoſito conueniat? Vbi enim pudicitiæ integritas, quando mens ſeipſam non nouit, miſerabiliſque ignorantiæ infortunio premitur. Vnde verò propagatio generis ſperetur, quum furor ſpectaculum ſolo aſpectu horrendum miſeræ miſeriorem maritum exhibet, nedum ipſi cum illo conſuetudinẽ habere permittit? Quali porrò amoris vinculo colligentur, quum morbus vniuerſum hominem afferat, & vt qui deus potius, quàm homo videatur, efficit? Ac profectò ſi fortè

9 † Plenior interpretatio ex l. 16. de ritu nup. Dig. Idemque facias ex l. 8. de ſpõſa. Di. ſi μνηστείαν. ſponſalia vertere volis, quod hic non conuenire videtur.

10 † Lego παῖς αὐτὸ ἐρμῶς.

11 † Lego σωφροσύνην καὶ ἀρρήκτῳ.

ex tam

ex tam infortunato concubito fœtus iu lucem prodeat, quum natura fructus rebus, vt plurimum aſſimulare ſoleat, quomodo non hic ipſe fœtus humano generi cõe detrimẽtum adferet? Mihi igitur propter hæc etiam, matrimonium poſt furoris correptionem ſoluendum eſſe conſtituere, iuſtum, rationiq; eſſe conſentaneum, neque ad reprobationẽ matrimonialis benedictionis, neque ad aliud quodpiam crimen vergere viſum eſt. Quod ſi quis ſanctionem a crimine non liberet hic apud ſe furioſi matrimonij vtilitate expenſa, quantum momenti iudicium ſuum habeat, cognoſcet.

CONSTITVTIO CXIII.

Vt quemadmodum in aliis ſtructuris lege cautum eſt: ita etiam ſubdialium ambulacrorum ſtructuræ, quæ ſolariam appellantur decem pedibus à vicinorum ædificijs diſtent.

1 † Vide titu. de ædificijs priuatis C. & Zenonis conſtitutionem à nobis latinam factam.

QVæ veteres 1 † de domuũ, & alioqui parietum ſtructuris tractauere, perbellè illa ſe habent, & vicina ædificia decem inter ſe pedibus diſtare debere, ab ijſdem rectè conſtitutum eſt. Verùm quoniam de ſubdialibus deambulationib. & (quomodo aliquis fortaſſe vocet) proſcenijs, quæ ad apricandi vſum, & eum quidem ſolum excogitata ſunt, atque a ſole nomen acceperunt (ſolaria.n. appellantur) in lege nulla mentio facta, nihilque conſtitutum eſt: decreto, quod de illis ſtatuat, quæque ſubinde (vt veriſimile eſt) de ijſdem contentiones emergunt, dirimat, opus eſt. Decernimus igitur, vt & in his ſtructuris, ſolariorũ nempè, inter vicinos tantum interſtitium ſeruetur, quantũ in alijs conſtitutum eſt. Etenim quemadmodum in illis cõſpectus (prohibendi) cauſa decem pedum interſtitium ſtatutum eſt: ita hic quoq; merito idem ſpatium eadem de cauſa præſcribetur: preſertim vero, cum conſpectus maiorem ẽt diſtantiam hic requirere videatur. Nam ſi, ne ſe inuicem vicini conſpiciant, inter alia ædificia decem pedum intercapedo relinquitur: his tantò id magis fieri debet, quantò huiuſmodi ſtructuræ conſpectui magis ſunt expoſitæ. Conſtat.n. ſedentem quippiamve facientem in ædibus aliquem, quod multa ſeptorum obſtacula interſint, non ita, facilè poſſe cõſpici. In proſceniorum vero, de quibus agitur, operibus, aut (quomodo multi dicere malint) menianis, quo minùs in quancunque partem circumſpectes, nihil obſtat. Ea propter ſancimus, ne aliter cuiquam talem ſtructuram fabricari liceat, quàm ſi decem pedibus à vicinorum ſtructuris abſtineat. SIMILITER ſi quis ædium ſuarum faſtigium mutãs, marmoreas cruſtas obducat, hic etiam non aliter id faciat, ſi, dictum decem pedum interſtitium inter ſe, & vicinũ relinquat.*** aut alius quiſpiam modus auxilium ferat, longi temporis præſcriptio nempè, ſi ex quo opus conſtitit, à legibus præfinitum tempus decurrerit: aut pactum 2 † aſſeruetur, ex quo quis facultate accepta ad ædificandum acceſſerit: iubemus, vt in ſuo ſtatu ſtructura maneat, tametſi à vicini ſtructura decem pedibus non diſtet.

2 † Non temere obſcurum húc locũ melius exprimas.

ZENONIS IMPERATORIS, DE NOVIS OPERIBVS CONSTITVTIO.

Eodem interprete.

Imperator Cæſar Zeno, pius, victor, triumphator ſemper & maximus, & venerandus Auguſtus Adamantio Præfecto vrbis.

* Referenda hæc cõſti. eſt ad titu. C. de ædificijs priuatis. & ſubijciẽda eſt l. xj. C. eo.

QVANDOQVIDEM * ſubditos noſtros tum iudicio tum quiete fruiſſi, quam ab externis bellis liberari volumus. [æquitatis illos, & iuſtitiæ] identidem admonere eſt animus. Quapropter etiam præſentem ſcribimus legem, quæ ſufficienter oſtendat, quomodo & tua Magnificentia ad iuſtitiã [nos] inſtruat & nos quæ ad tollendas difficultas faciant, prudenter decernamus. Verum ne qui in legem incidet, [in illa intelligenda] adiutore opus habeat ab elegantioribus Reique publicæ conuenientioribus verbis paulum recedentes, vulgo notioribus vſuri ſumus. Cognouimus igitur ex illis, quæ a Magnificentia tua ad nos relata ſunt, propter perperam interpretantium opiniones quibuſdam locis ambiguam videri ſacram illam legem, quam immortalis nominis pater noſter Leo de ijs tulit, qui in inclyta hac vrbe ædificare vellent: ac iubemus, vt qui ſuas ædes renouant, nequaquam veterem modum excedant: ne qui ædificant, vicinorum luminibus, & proſpectui, contrà quàm antea [res illæ ſe] habuiſſent, officiant. Non addiderim tamen 3 † id obtinere debere, qualecunque ius qui ædificat habeat, quod ex pacto, aut ſtipulatione peculiariter ipſi competens, veterem formam, ſi velit, mutare permittat. Tunc enim ſtatuimus, vt ſi pactum, aut ſtipulatio ędificantem iuuet, illi ſecundum pacti, ſtipulationisve vim ædificare liceat: tametſi vicinos, quibus pactum aduerſatur, oblædere ita videatur. Quia verò [patris] mei Conſtitutio dicit, eum, qui ædificaturus eſt, inter ſuam, & vicini domum duodecim pedum interſtitium relinquere oportere, & PLVS AVT MINVS addit, quod nimirum maximam certitudinem facit (nam quod huc, atque illuc inclinat, & anceps eſt, id ad tollendam ambiguitatem non idoneum eſt) luculenter iubemus, vt inter vtranque domum duodecim pedum intercapedo ſit, quæ à ſtructura fundamenta contingenti inchoet, atq; vſq; ad ſummam altitudinem conſeruetur: tum qui in poſterum hoc obſeruabit, vt ei, ſiue nouam domum ædificare, ſiue veterem renouare, ſiue ex incendio collapſam inſtaurare velit, ſecundum ſacram legislationem quantamcunque velit altitudinem domum ſuam tollere, & feneſtras perſpectiuas (vt vocantur) & 4 † luminis tantummodò cauſa parandas, facere liceat: vt 5 † [tamen ipſi] ex hoc interuallo non permittatur vicinum [priuare] aſpectu in mare recto, neque coacto, quum is quocunque latere domus in proprio ſtans, aut etiam ſedens habet: [atque ita quidem habet, vt] inter proſpiciendum ſe in obliquum inflectere, [ſibique] vt mare videat, vim inferre, non [cogatur]. De hortis autem, & arboribus in priore legislatione nihil tractatum eſt, neque quicquam præterea adijcitur, neque conuenit etiam. Nulli uero ædificaturo domum, ſi in medio angiportus, aut platea duodecim pedibus latior ſit, propterea partem plateæ, aut angiporti adimere, & ſuo ædificio applicare fas eſto. Non enim quod quæ ad Rempublicam 6 † pertinent, oblædere & ædificantibus attribuere uelimus, duodecim pedum interſtitium inter domos eſſe debere conſtituimus: ſed ut ne anguſtiora inter ædes eſſent interſtitia, & ampliora etiam, ſi 7 † ampliora eſſent, haberentur, ac eſſent, ut eſſent, quum uetus ſpacium imminui non ſinamus, ut ciuitati ſua iura conſeruentur. Si uero uetus ædificium 8 † ita conſtitutum erat, ut minus duodecim pedibus inter utrunque domum interuallum eſſet, fas non ſit, ut ultra ueterem ſtatum & formam, aut extollatur ædificium, aut feneſtræ fiant, niſi decem pedum ſpatium in medio ſit. Tunc enim (ut dictum eſt) proſpectiuas, quę olim non fuerint, ædificator facere non poterit. Feneſtras autem luminis duntaxat cauſa parandas faciet ab area ſex pedum interſtitio in altitudinem [ut tamen] luminari feneſtra, addictum ſex pedum in altitudinem præſcriptum confecta nequaquam in ſuo ædificio id, quod 9 † fictitia area dicitur facere, & legem circumuenire audeat. Si enim hoc liceat, turſum luminares feneſtræ per fictitiam aream proſectitiarum uſum explebunt, ac uicino incommodabunt, quod fieri prohibemus: (ut tamen) nuſquam ex pactis, aut ſtipulationibus ædificatoribus competens auxilium, ſi quidem omnino tale aliquid ſit, perimamus. Inſuper, quum prior lex iubeat, ut domus antea incendio conſumptas, tametſi alteri proſpectus in mare perſtringatur, 10 † centum pedes in altum attolli liceat: & hanc ambiguitatem tollentes ſancimus, ut hoc ipſum obtineat, ſimiliter in exuſtis ædibus & renouandis, & quæ prius non fuerint nunc primum extruendis: ut id poſthac etiam in ijs, quæ ignis nocumentum non ſenſerint, ſed propter uetuſtatem, aut etiam quamcunque aliam cauſam ruinoſæ nutent, obſeruetur. Et à quacunque ædificanda domo in medio controuerſorum locorum centum pedum ſit

inter-

3 † Lege ὅτι τηνο δεῖ πρόττ. οὗν δύνηται.

4 † παρακυπτικάς φωταγωγάς.

5 † Melioris exemplaris conſequendi ſpe falſus hanc clauſulam poſt alios ita reddendã putaui.

6 † publicũ Corꝑus.

7 † Recte fortè ſic legas πλάτη ... & mox, συγχωρεῖμεν.

8 † & forma.

9 † ψευδάτατον.

10 † Centum pedes ad ſpatium non autẽ ad altitudinem referendos eſſe, ex mox ſequentibus luce fit clarius. Nõ tamen adeò à Gręcis recedere volui.

interuallum, 1 † itaque citra vllum impedimentum ſtructura procedat, etiamſi cuiuſpiam ad alios pertinentes domus proſpectum in mare [illegible]. Qui vero è ſolis [illegible] aut (vt vocantur) [illegible] hoc, ad naturæ neceſſitatem [illegible] ſeceſſibus, aut [illegible], aut 2 † Fontibus parietalibus ad tranſitum ſolummodo [illegible], aut ex iis denique quæ [illegible] vocant, proſpectum in mare etiam impedimentum adſert: liceat, ſi quis intra centum pedes ædificare velit, dummodo duodecim pedes in medio ſint. Atque hæc quidem obſeruari placet, [illegible] pactum alicui non ſuppetit, quod ædificare [illegible]. Qui vero ex pacto cum vicino [illegible], his in [illegible] placuit, perſiſtendum eſt. Tunc enim non obſeruato interuallo ad pactum [illegible] [illegible], qui pacti ſunt, aut qui in ipſorum domus ſucceſſerunt, in mare proſpectu [illegible]; propterea quod quæ iam ex pactis [illegible] ſuppeditant, ea per generales leges [illegible] nō [illegible]. Inſuper placet, ut quæ ſolaria vocantur, poſt præſentem legem non ex ſolis [illegible] aſſeribus fiant, & Romanenſium (quæ vocantur) ſpecie [illegible]: vt etiam inter duo ſolaria ſibi inuicem oppoſita decem pedum interuallum [illegible]. Quod ſi propter loci anguſtiam poſſibile non ſit, 3 † [illegible] ſolaria fiant. At ſi ipſe angiportus decem pedibus latior non ſit, neutra pars ſolaria, ſiue [illegible] facere aggrediatur. Et quidem quæ quo dictum modo eſt, fiunt, ea iubemus, vt a ſolo quindecim pedum interſtitio in altum diſtent, & nequaquam ipſis columnæ, aut [illegible], aut [illegible], aut perpendiculum in ſolo [illegible], aut muri ſubſtruantur: quo ne [illegible], & in altitudine (vt dictum eſt) factis aer [illegible], obſtruatur, neq; inde anguſtior angiportus, publicus [illegible] fiat. Verum vero etiam [illegible], quæ a ſolo in [illegible] & in ſolaria ducant, in angiportis [illegible] (videlicet ex cautione ſtructura, eoque, quod non ita inter ſe ſolaria propinqua ſint) [illegible] aliquando, rarioraque, & quæ ſi [illegible], ex igne [illegible] iiſque, qui domos habent, [illegible] obueniant. Quod ſi contra legem ſolarium, aut [illegible] fiat, nedum quod factum eſt, [illegible], [illegible] domus decem librarum [illegible] mulctam ſuſtineat, & architectus, aut redemptor, qui opus informauit, alteras decem libras dependet. & artifex, qui [illegible], ſi ob paupertatem mulctam exoluere nequeat, verberibus in corpore verbera exceperit, ab vrbe propellatur. Ad hæc iubemus, vt nulli liceat multas deinceps columnas publicis porticibus 4 † ml [illegible] (quod vocant) aut domunculis, aut aliis etiam, quæ inter columnas [illegible] ſolent,) ex ſolis aſſeribus obſtruere: ſed vt huiuſmodi domunculæ cum parietibus latitudine plateam verſus ſex pedes, altitudine vero ſeptem non ſuperent: & per quatuor omnino columnarum intercolumnia, liberi a porticibus in plateas tranſitus relinquantur, & huiuſmodi domunculæ, ſiue officinæ [illegible] marmoribus adornentur, [illegible] ornamento ſint ciuitati & oblectamento prætereuntibus. Quæ vero in aliis vrbis partibus inter columnas officinæ conſtituuntur, eas ad eam menſuram, eū que modum confici placet, quam menſuram, quemq; modum conducere ciuitati Magnificentia tua iudicabit: tamē vt æqualitas omnibus modis conſeruetur, ne quod aliquibus permiſſum eſt, aliis prohibeatur. Illud item lege complecti viſum eſt, ne probi viri calumniatorum ſubdolis commentis oblædantur. Multi enim inuidia, non vero quod iniuria afficiantur, iis, qui ædificare volunt, litem texentes, procraſtinandæ ædificationis neceſſitatem inferunt: ita vt qui ædificare cœperit, deinde prohibitus, opuſque intermittere coactus, & in iudicium tractus, qua pecunia domum ſe erecturum ſperaſſet, eam in litem inſumat. &(quod omnium abſurdiſſimum eſt) vbi victricem ſententiam obtinuit, velut in diſſolubilibus aliquibus vinculis irretiatur, dū qui nouum opus nunciaſſet, obtenta prouocatione vadimonia expectat, & quod ædificationem impediat, ex vicini incommodis voluptatem capit. Iubemus itaque, ſi [illegible] huiuſmodi controuerſiis aduerſus decreta iudicis prouocatio inſtituatur, vt ſimulatque ſubſidiaria actio, ſiue ſcripto comprehenſa forma à iudice data fuerit, etiam vadimonio non obſeruato, victori vna cum victo, aut ſeorſum ſoli, ad Magnificentiæ tuæ tribunal ingredi, & aduerſario ſi abſit, pro conſuetudine uocato, ſententiam iudicis manifeſtam facere liceat: quo omni dilatione ſucciſſa, legitimæ controuerſiæ imponatur finis, namque ſi forte hyems adſit, aut appropinquet, dum longa conſtitutorum dierum tempora expectentur, qui ædificare uoluiſſet, & non iure prohibitus eſſet, intolerabilia damna ſuſtineat. Similiter etiam, vt ſi quis in 5 † tali controuerſia, Magnificentiæ tuæ iudicio non acquieſcens, prouocare uoluerit, confeſtim conſultatio (quomodo uocatur) fiat, nullaque intermiſſa dilatione, in ſacro noſtro palatio, & ipſi, & uictori, prout fieri conſueuit, ſententia conſideranda detur. Sciant uero omnes, qui nouum opus nuntiare ædificatoribus tentant, quòd ſi cauſa cadant, ipſis & omnia dāna, quæ obuenerint, & materiarum, quas litis tempore forte corruptas, aut deteriores factas eſſe conſtabit, pretium refundent. Qui autem non iure ad ædificandum aggreſſi fuerint, hi, ſi iudicio ſuperabuntur, illi, qui opus nouum nuntiauerit, eaque de re iudicium illos ſuſtinere coegerit, damna reſarcient. Cæterum omnes huiuſmodi lites vnius Magnificentiæ tuæ tribunalis ſententia diiudicari iubemus. & ne alius quiſquam glorioſorum Magiſtratuū huiuſmodi controuerſiam audiat: neque eorum aliqui, qui de huiuſmodi controuerſia contendunt, [illegible] aut fori præſcriptionē vtantur, quo (videlicet) [illegible], aut mulctā, quas glorioſiſſ. Præfecti vrbi, datiue ab ipſo iudicis ſententia dare iuſſerit, perſoluere non cogantur. Verùm qui iudicio ſuperatus eſt, per cohortem Magnificentiæ tuæ exactionem ſuſtineat, ita vt in hoc nullus fori præſcriptione vti poſſit. Hic vero Magnificentia tua prouideat, ne qui operum redemptores, aut artifices, vbi opus aliquod inchoarint, id imperfectum relinquant: ſed ipſum, qui inchoarit, aut capta mercede perficere opus, aut quod inde ædificatori obuenerit damnum, quantique ipſius intereſſet opus 6 † abſolutum nō eſſe, illi dare cogat. At ſi fortè pauper ſit, qui id delinquit, verberibus cæſus eiiciatur vrbe. Nec vero alius eiuſdem artis, quod ab alio cœptum eſt, adimplere prohibeatur. Quod ſane artifices redemptores aduerſus ædificatores auſos intelleximus, qua re intolerabile damnum ædificatoribus machinantur, & inferunt, dum neque alios id ipſum opus conſummare ſinunt. Qui vero cœptum ab alio opus ob hoc ipſum, quod ab alio cœptum ſit, abſoluere recuſat, ſimilem & ipſe cum illo, qui opus interruptum reliquit, pœnam ſuſtineat.

1 † Quaſi ſcriptum fuerit [illegible]

2 † Lego [illegible]

3 † [illegible]

4 † Quum Romæ columnam quandam [illegible] vocatam fuiſſe, manifeſtiſſimum ſit: recte monuerunt q; di pro [illegible] [illegible] [illegible].

5 † Lego [illegible]

6 † Lugdunenſē editionē hic [illegible] habere ſcis, quod idē eſt cum [illegible], quo ante hac alterutrum inducēdum putaui.

F I N I S.

Canones ſanctorum Apoſtolorum, per Clementē à Petro Apoſtolo Romæ ordinatum Epiſcopum in fine Decreti reperies.

INCIPIVNT CONSVETVDINES FEVDORVM.

a DE IIS, QVI FEVDVM DARE poſſunt, &c.

Quidam habent aliter rubricam, ita ſcilicet, Quibus modis feudum acquiratur, & retineatur, noſter autem apparatus vti tur hac rub. ab illa ver ba prima in antea, ſcilicet de iis, qui feudū dare poſſunt, vtraque tamen ſatis poteſt ſuſtineri. Accurſ. Item not. quòd hac rub. habet duas partes, Prima eſt, qui feud. dare poſ. & hoc expeditur ſtatim vſque ad §. & quia vidimus. Secunda eſt, qualiter acquiratur, & hac expeditur ab illo §. & quia. vſque in fi.

INCIPIVNT CONSVETVDINES* FEVDORVM * ET PRIMO.

De iis, qui feudum dare poſſunt, a & qui non, qualiter acquiratur, & retineatur.

TITVLVS I.

Feudum dare poſſunt prælati eccleſiarum, ſi eccleſia eſt conſuetudo: & nobiles ſeculares.

Qvia de feudis[b] tractaturi ſumus, videam' primùm quæ feudum dare poſſunt.[c] Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus, ſi antiquitus[d] conſuetudo eorū fuerit feudum dare:[e] Marchio,[f] & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui propriè Regni, vel Regis Capitanei dicuntur. Sūt & alij, qui ab iſtis feuda accipiunt,[g] qui propriè Regis, vel Regni Valuaſores dicuntur: ſed hodie Capitanei dicuntur, ſeu appellātur: qui & ipſi feuda dare poſſunt. Ipſi verò, qui ab eis accipiunt feudū, minores valuaſores dicuntur.

Vaſallus ipſo viuo, non priuatur feudo: ipſo verò mortuo, ad filios æqualiter pertinet feudum: & ſi filii non ſint, ad nepotem & ad fratres eis non ex tamentibus, ſi feudum eſt paternum, vel auitum & per naſtiū eſt. & i ium filiæ verò in feudum non ſuccedunt: nouiſſimo autē tempore collaterales vſque ad ſeptimum gradum deſcendentes maſculi in infinitum ſuccedunt. h. d. vſque ad §. notandum. Bald.

¶ Et quia vidimus de perſonis, videamus qualia prius habuerunt initia. Antiquiſſimo enim tempore ſic erat in dominorum poteſtate cōnexum, vt quando vellent, poſſent auferre[h] rem in feudū à ſe datam: poſteà verò conuentum eſt, vt per annum tātùm firmitatē haberent: deinde ſtatutum eſt, vt vſque ad vitam[i] fidelis produceretur: ſed cum hoc iure ſucceſſionis ad filios non pertineret, ſic progreſſum eſt, vt ad filios deueniret, in quem ſcilicet, dominus hoc vellet bñficium confirmare. quod hodie ita ſtabilitū eſt, ut ad oēs æqualiter * filios pertineat. ¶ Cùm verò[k] Corradus Romam proficiſceretur, petitū eſt à fidelib. qui in eius erant ſeruitio, ut lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur:[l] & ut frater[m] fratri ſine legitimo hærede defuncto, uel filius in beneficio, quod eorum patris fuit, ſuccedat.

b *Quis de feudis.*] quid aūt ſit feudum, & vnde dicatur, in ſumma dictum eſt per id, quod legitur inf. in quib. cau. feu. ami. circa princ. 2. col. & inf. per quos fiat inue. & per quos te. c. nulla. Qualiter autem debet diſtingui dic, vt in ſumma plenè nota.

c *Poſſunt.*] quod de regalibus c eſt intelligendum, ſ vt ſi habeant beneficia aliqua regalia, quæ valeant ea in feudum dare; inde vſitatum eſt, & eos feudū dare poſſe etiam de alijs, quam de regalibus.

d *Si antiquitus.*] vt nō ſtet memoria, dicitur aliter proceſſiſſe, vel per triginta annos, & retro hoc conſueuerat facere. nā conſuetudo multum operatur in iuriſdictione, ut C. de eman lib. l. 1. & l. ii.

e *Feudum dare.*] quod hic dicitur de clericis, intelligas c ſecundum id, quod dicitur inf. de ele. qui inue. ſa. c. clerico. & videtur, ſecundum quod hic dicitur, quod clerici non poſſunt feudum dare, niſi eorum antiquitus ſuę ſit conſuetudo, quod forte eſt ... ſcilicet de rebus ipſius eccleſiæ, quæ videlicet, ei ſubiectæ ſunt, vt inf ... epiſcopum, vel abb. vel abbati. &c. §. item ... dare, quæ data non ... tempore ... prohibentur. & hoc eſt, quod ... dicitur, quæ videlicet, ei ſubiectæ ſunt, &c.

f *Marchio.*] qui autem dicantur Marchiones, Comites, Duces, Capitanei, Valuaſores maiores, vel minores, & etiam minimi, dicitur inf. quis dicatur Marchio, Dux, vel Comes. c. qui à Principe. Accur.

g *Accipiunt.*] Et illa feuda ſuperiora propriè iure feudi olim concedebant: alia vero feuda quæ a maiorib. alijs impendebantur, iure feudi no iudicabuntur, vt inf. eo §. notandum eſt autē. hodie autem idem obſeruatur in minorib. & minimis, quod etiā in maiorib. vt inf. de nat. feu. §. 1. & 2.

h *Auferre.*] quod adhuc obtinet in feudo guardiæ, & caſtaldiæ, quod datur pro mercede alicuius rei, ... poſt annum pōt auferri, ... pro ... dato, ... niſi ad certum tempus datum ſit, vt inf. de feud. guar. c. ne illud datur. & inf. de contro. inter do. & vaſ. de inueſt. feu. §. inſuper ſciendū eſt. niſi forte velis dicere, quod illa capitula loquan. ſm antiqua tpa, ſm quæ hic generaliter di: contrariū tñ vt dicendū: nō qa illa duo capla poſita ſunt poſt illud.

i *Vſque ad vitam.*] vt ... no. & hoc adhuc obtinet ſm rigorem conſuetudinis in feudo Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel alterius regalis dignitatis ab Imperatore datæ: quoniam illud feudum finitur, cum perſona accipientis, quia hæres in eo nō ſuccedit, niſi iterum ab Imperatore inueſtiatur, vt inf. de feu. mar. c. 1. licet illud videat hodie vſurpatum: & vt inf. de ale. feu. §. in feu contra.

k *Corradus.*] hic ... ſed male ... tamen habeas § inſuper inueni glo. talem: acat ... præ ... cap. li duo. ſcilicet inf. de feu. mar du. & co

l *Producere dignaretur.*] ſubaudi, quod dignatus eſt facere: promulgauit enim legem, in qua hæc continentur, quæ hic dicuntur: & quædam alia c. vt in lombarda. de bene. & terris tributa. l. ii.

m *Frater.*] ſic ergo frater ſuccedit in feud. paterno, ſcilicet cùm ſine legitimo deceſſit hærede. Sed pone fratrem deceſſiſſe, qui extraneum hæredem inſtituit: nunquid ob

a Eſt autē iſte liber feudorum approbatus, vt tradit do. Io. in c. 2. de feu. vbi ponit elegantiſſimas rationes quare liber feudorum eſt approbat*. * Conſuetudines feudorum dicuntur redactæ fuiſſe in ſcriptis à quodā Vberto de Orto; qui non habebat poteſtatem legis condendæ, vt per Iaſ. l. 2. n. 11. ff. de vulg. & pupil. Quē refert Rebus Curt. in tract. de conſuetu. in princ. * Adde, quod de materia feudorum habes ſit. in c. cæterum. de iudic. & § alias ibi. vbi multas quæſtiones ponunt. Adde Felyn. in c. 2. nume. 44 de reſcrip. vbi late dicit, hunc librū feudorum eſſe approbatum.

b Eſt autē feudū alicuius rei inueſtitura interueniente ſit conceſſæ, ſeu datæ alij, vt dominiū penes concedentem remaneat, vt hſ in Hoſtien. ... A zo. in ſum ma ... tit.

c Id eſt de illis rebus que tractatæ ſunt in eccleſiā ex ben. ſiue Regum, vel Principum ſecūdum Alb.

d Hæc opinio procedit quādo infeudatio eſt manifeſte dānoſa eccleſiæ. Bal. & Alc.

e Tertiam illam glo. approbant Bald. & Albe.

* Facit l. 1 Bal. ſuper verbo æqualiter. in 2 colu. ſed quæro, de vno vbi late tractat hanc materiam. ſ Et ... vt etiā in tal ... habeat locum ſucceſſio, & non extinguitur cū vita vaſalli, vt c. 1. in fin. de ali. feu. ſecūdum Bal. & Alb.

hoc

¶Sin autē vnus ex fratribus à domino feudū acceperit, eo defuncto ſine legitimo hærede, frater eius in feudū non ſuccedit: quod & ſi cōmuniter acceperint, unus alteri non ſuccedit, niſi hoc nominatim[a] dictum ſit: ſcilicet, ut uno defuncto ſine legitimo hærede, alter ſuccedat: hęrede uero relicto, alter frater remouebitur.

¶Hoc autem notandum * eſt, quòd licet filiæ, ut maſculi patribus ſuccedant, legibus[b] tamen a ſucceſſione[c] feudi remouentur, ſimiliter & earum filij, niſi ſpecialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat.

¶Hoc quoque ſciendum eſt, quod beneficium hoc ad uenientes ex latere ultra fratres patrueles[d] non progreditur ſucceſſione, ſecundum uſum ab antiquis ſapiētibus conſtitutum, licet moderno tempore uſque ad ſeptimū gradū[e] ſit uſurpatū: quod in maſculis deſcendentibus hodie nouo iure uſque in infinitum extenditur.

Feudum quod datur a Capitaneis, vel Regis Valuaſoribus, propriam habet naturam. quod verò a minoribus datur, propriam naturam non habet; duobus caſibus exceptis, qui in litera commentur. Bald.

¶Notandū eſt autem, quòd illud beneficium, quod à Regis Capitaneis, atque Regis, uel Regni Valuaſoribus * alijs impenditur, propriè iure feudi cenſetur. Illud uerò, quod a minoribus in alios trāsfertur, non iure feudi iudicatur, licet aliter in curia Mediolanenſi obſeruetur: ſed quando uoluerint, recte auferre * queunt: niſi Romā cum illis in exercitu perexerint, quo caſu iure feudi trāſit, & adiudicatur, uel niſi aliquid propter feudum acceperint. tūc enim, niſi reſtituto pretio, auferre non poſſunt.

hoc priu abiute frater illius, cū ille hæres inſtitutus per omnia legitimus reperiatur, ar. ff. de uerb. ſign. l. lege ? Rñ. nequaquam a prohibitur, quoniam illud eſt intelligendum de eo legitimo hærede, cui ſ. deferebatur ab inteſt. hæreditas, & non ſic de illegitimo, i. de eo, qui de re ... nō ualet: ſed ideo contigit hoc: quia potius principali prouidentia, quā eius iudicio hoc feudum ad fratrem peruenit ... & ideo in extraneum transferre nō ualet, ar. ff. l. de adop. ſi arrogator. § j. nam & a maioribus potius hoc intelligitur habere, quam a fratre unde intelligo fratrē fratri debere ſuccedere, ex quacunq; cauſa feudum amittat, dum tamen culpam non poſſit, qui ſuccedere intēdit, ar. ff. de ... ita tamen ſuccedit, ut ſi dominum in aliquo offendit, ei ſatisfaciat aliquis tali beneficio ... ut ex conſtitutione Imperatoris Corradi manifeſte colligitur quæ eſt in Lomb. in tit. de be... l. ult. Sic ergo legitimus uelut proximior fratrē excludit. hoc autem ita intelligitur, ſi fuerit maſculus: fœm. nam. non ſuccedit in feudum niſi ex pacto. ut ĩ de ſucc. feu. § filia uero. & ĩ eo. § hoc autem notandum. niſi ſm quoſdam ſi fuerit feudum ... ut ĩ de na. ſu. feu. c. licet uideatur contra licere ĩ de feu ſę. c. item hoc ſic intelligatur, .i. ſi non felonia prædeceſſor feudum amiſerit. nam tunc proximior expelleretur. & ulterior admittitur, niſi dominus gratificatus proximiori fuerit, & ei feudum conceſſerit ut ĩ quemadm. ad filiam feu. perti. c. ſi quis ſine filio maſculo & ĩ ſi ual feu. per cui deferatur c. uaſſali feu quod uero dixi, fœminam non poſſe ſuccedere, ſic uerum eſt, niſi feudum a domino redemerit, uel niſi dominus propter ſeruitium patris id ei dederit, tunc. n. ab aliquo ex parentib ſuis non eſt inquietanda, ut ĩ quemadm. feu. ad filiam perti. c. ſi quis ſine filio maſculo.

a *Nominatim.*] Sic ergo expreſſum per pactum licet, quod alias non liceret, ut & alias eſt. C de pig. l 3. & ar. ff. de contrah. empt. l. Labeo ſecundum quod de hac materia, & pro & contra ſatis potes colligere in libello diſputationum dñi Pyl. charta ſub h. titulo eſt tacite &c. cum duab ſequentib. ſubſcribit illud autem, quod dicitur hic, ſic eſt intelligēdum, ſi ũ emptum ſuerit de communibus bonis dum ſimul ſtarent, & domino ſciente. b ut ĩ de bene fra. & qual. fra. ſucc. in feu c ſi quis acquiſierit bene. nec ob quod legitur in illo tit. de duob fratrib de nouo bene inueſti. c. ſi duo fratres in communem cauſā quia ibi loquitur quando, domino feudi ignorante, de commun pecunia emebat & hoc eſt, quod dicitur, ne forte inuitus dominus &c. ſic ergo . uins . uenit pecunia, de qua feudum emit, multum intereſt: arg. tñ contra eſt alias quia non intereſt de cuius pecunia emitur, ſed cuius nomine emitur, niſi caſualia notentur, ut C. de re. vin. ſi ex ea pecunia & C communia utriuſque iud. l ſi patruus & C. de prob. ad probationem. caſualia autem in ſtris bus communib. comprehēduntur. Et res dotalis numinis dotalibus empta. Itē q, pupillaris e. nummis res empta pupilli. Et ne conuertas, item de militē ſiedas, ut ff. de iure do. cū uir. §. ult. alias eſt ibi. l. res, quæ. & ff. ſol. mat. l ſi cum dotē. in fi & C. de rei uind. l. ſi ut proponis. ſed quod in uerſic. ſ. continetur, falſum puto, d ut C de iur. do l ex pecunia.

b *Legibus.*] quod uerum eſt: ſed alio modo ſuccedunt iure Romano: alio modo iure Lomb. iure enim Romano ſuccedunt, tam maſculi, quàm fœminæ per ſe, & cū maſculis equaliter: quondam ſublata eſt differentia ſexus. vt C de ſuis, & legi. authē. in ſucceſſione. nec. n. debēt propter hoc ſolum puniri quod fœminæ natæ ſunt, ut C. de leg. hær. l. pe. quid. n. peccauit natura, quod maſculum nō procreauerit. C. de li. uel exh. l ult. extantibus ergo filiab. legitimis, tanquam legitimis ſucceſſorib. naturales filij omnino excludūtur, ut C. de na. lib. quaſi per totum. & in aut. ibi ſignata. Pręterea ſi pater dotauerit filiā, nihilominus ueniet ad ſucceſſionem patris, etiamſi pacta fuerit eū patre nullum regreſſū habituram ad bona paterna, ut C. de col. la. pactum, filij. n. menus paternis magis ſunt ad obſequia paterna prouocādi, quā pactionibus adſtringendi, ut C. de inoffi. teſtam. l. ſi quando. § 1. iure autem Lombardo non ſuccedūt ita fœminæ, ſicut maſculi, quamuis enim iure Lombardo filia legitima, ſi ſola remaneat, totam patris hæred. hře debeat, ut in Lomb de ſuc. ſi quis Lomb. & de ho lib. §. ſi quis Lomb. tñ ſi remanſerit vnā cum filio legitimo maſculo, ipſa habebit tñ tertiā partem hære. & maſculus duas, ut in Lomb. de ſucc. l. 2. & l. 6. præterea iure Lomb. legitima filia non excludit naturales: imo habet tñ tertiam. & naturalis unus, uel plures aliam tertiam, & curia regia, uel alij parentes aliam tertiam: ut in Lomb. de ſuc. ſi quis dereliquerit filiam. legitimus uero filius haberet duas partes. & naturalis tertiam, ut in præd. ti. l. 2. Item ſi pater dotauerit filiam, non ueniet amplius filia ad eius ſucceſſionem, ut in Lomb præd. tit. ſi pater filiam ſuam, aut frater. Itē iure Lomb. filius legitimus natus poſt donationem, quam pater fecit omnium bonorum ſuorum, reuocat eam totam poſt mortem patris, filia uero tantum tertiam partem, ut in Lomb. præd. tit. ſi quis ſe deſperauerit, & præterea filia iure Lomb. * non recipit compoſitionem patris occiſi. ſed maſculus tantum uel alij parentes, ideo quia faidam leuare non poteſt. vt in Lomb. de li. ho. l. ſi quis longo. di autem faida. i. inimicitia, ut in Lombar. de pla. ſi ho. l in omnib. & tit. de ſuc. ſi fuerint filij. Acc.

c *Ad ſucceſſionē feudi.*] hic ergo aliud ſtatuit, quam in legib obſeruantur: omnium legum Rom. non uilis eſt authoritas, non tñ uſq; adeo uim ſuam extendunt, ut conſuetudinem uincant, aut mores, ut ĩ de cog. feu. c. in iſto. §. notare, licet, deteriores eſſe conditiones mulierum, quam uirorū & hoc eſt, quod di. ff. de ſta. ho. l. in multis iuris: ſed quare hoc contingat, quæro? Reſp. e quia dominum iuuare non poſſunt, nec pugnam facere: quib. iuſtoq; quia filij earum poſſunt, tamen remouentur. ſecundum quod hic dicitur. eſt ergo pro ratione uoluntas.

d *Patrueles.*] patrueles fratres dñr, qui ex duob. fratrib. nati ſunt, nam qui ex ſororib. naſcuntur, ipſi conſobrini pro-

a Idem tenet hic Bal. in 3. col. uer. q p glo ponit, q frater & Alb. Frater fratri, filij, non extātib. ſuccedit in feudo.

* Alle Ca frana ...

hic Idē di ... Bal. & ...

d Tu dic, q immo res efficiatur dotalis i ſubſidiū l. peculus. ff. d iu. do. Bal. & Al.

* Hi ſc. ſunt Alc. ſunt, Duces, Comites, vel Marchiones.

* Facit ad hoc gl. pen. circa prin. in c. quæ in eccleſ. ext. de conſt.

* Secus eſt de iu. Ro. qa fœminę quoq; competit uindicta. Vt Dec. l. 2. no. 62. de reg. iu. Leges Ro. conſuetudinē non uincunt. e Sequitur ei Bald. & Alb.

prię appellantur, quaſi conſobrini ſint, licet vulgus omnes conſobrinos appellet, vt Inſt.de gra.co.§.4. & ff.de gra.l.1. §.quarto gradu.

¶ *Gradum.*] alias, gradum: aliàs, geniculum. gradum plus eſt aſſuetum, quam geniculum: ſed ſunt æquipollentia in ſignificato & quidam nõ hñt uerba ſequentia uſq; in infinitum, q̃d autem dicit, gradum, ſic intellige, ut ſi contentio inter eos collaterales, & curtem regiã fuerit de feudo, debent iurare cum legitimis ſacramẽtalib. ſuis &c. & feudum paternũ eſſe, & ſe illis, qui acquiſierunt, propinquiores eſſe. & in ſeptimo geniculo eis pertinere. ut in Lõba. de ſucceſ. l.1.

¶ *Vſque in infinitum.*] hic ergo colligitur, q̃ infinitas rei licitũ, vel illicitam, nec iuuat, nec excludit. ar.ff.de leg.præſt. contra tab. l. 1. licet contra aliàs dicatur. ſ. q̃ infinitas eſt uitanda, ut ff. de dam.infec. qui bona. §.ul. & de teſt.l.5.& no. de hac materia plenè in libello diſp. Py.4 char.ſub quod il licitum eſt &c.

¶ *Obſeruetur.*] quia oĩum æqualis eſt cõditio. Sed qñ hoc tẽpore ad uaſallud, non ad uer aliter in curia, recte hoc intelligo ſecũdũ ſua tẽpa olim.n. licebat minorib. ualuaſorib. de iure uaſallos ſuos q̃ncunque volebant, & Princip. uel Maiorib. Valuaſoribus nõ erat permiſſum, & ſic concedebatur minori, q̃ maioribus denegabatur. ar. ad hoc. ff.de rit nup. l.obſeruandum ar. ff. de offi. præ l. Barbarius. hoc tñ eſt hodie mutatũ; quia idẽ eſt in minori, quod in maiore dicebatur. ut j. de nat. feu. in fi. & j. de feu. datis minimus ualuaſo. c. ſi minores. ſed noniſſimo iure feu. ſine certa, & cõuicta culpa amitti non debet, ut in Lombar de bene & terris tri.l.ult & j.de feu.ſine cul.non amitten.c 1.& tit.quo tempe.miles inueſt pe.debeat.c.3.

* Adde Fe ly.in iurib. de reſcript. nu.8.

a Secundũ Andream de Iſer. hodie tales dicũtur caſtellani caſtrorum, & hu iuſmodi noia intelligunẽ, ex cõſuetudine uteñdũ. & viſu loquentiũ, ut ff. de ſup.leg. l. Labeo.

TITVLVS II.

De feudo guardiæ, & caſtaldiæ.

Feudum guardie, & caſtaldia, & illud, quod pro mercede alicuius rei datur, elapſo anno, reuocari poteſt: niſi ad certũ tempus detur: ſed ſi caſtaldi nomine proprij feudi dicant ſe poſſidere, non defendunt ſibi poſſeſſionem, niſi de ſuo iure probent. Bal.

ITem illud, [a] quod datur noĩe caſtaldiæ, vel guardiæ, & pro mercede alicuius rei, tranſacto anno, poteſt iure auferri, etiam pretio pro eo dato non reſtituto: niſi ad certum tempus datũ fuerit. ¶ Si uerò caſtaldi [b] aliquid nomine proprij feudi poſſederint, non ualebunt propter ea poſſeſſionem ſibi defendere, [c] niſi per pares curiæ, * uel breue teſtatum [d] potuerint probare, ſe antequam caſtaldi eſſent, uel poſtquam deſierunt eſſe, inueſtituram accepiſſe.

TITVLVS III.

Qui ſucceſſores feudum dare teneantur.

Succeſſor prælati non cogitur inueſtituram à prædeceſſore factam, & non expletam de feudo quod alius tenet, ratam habere, niſi, eo conſentiente, qui feudum tenet, ſit alius inueſtitus: inueſtiens autem cogitur eam adimplere feudo ſibi aperto, ſed hæres ſucceſſor cogitur indiſtincte adimplere inueſtituram a prædeceſſore factam. Bald.

SI uerò [e] Archiepiſcopus, [f] Epiſcopus, uel Abbas, vel Abbatiſſa inueſtituram eius feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit; ut poſt deceſſum eius, qui poſſidet, habeat, & ante deceſſerit Archiepiſcopus, quam ille, qui feudum poſſidebat, ſucceſſores eorum non coguntur eam inueſtituram facere, uel confirmare, etiamſi pares [g] eius curiæ * adſint teſtes, uel breue teſtatum [h] inde ſit: niſi ille qui inueſtituram acceperit, nomine eius feudi in poſſeſſionem miſſus ſit, eo conſentiente, qui detinet. Sed ſi ille, qui feudum poſſidet, prius deceſſerit, quàm ille, qui inueſtituram fecit, iure cogitur eam ratam habere. [h]

¶ Laici uerò iiſdem modis omnibus, quibus ſupra diximus, ſi aliis inueſtituram dederint, hæredes eorum, ſi rationib. claruerint, omnimodo eam adimplere compelluntur. [i]

DE FEVDO GVARDIAE, &c.

a *Item illud.*] aliàs, item illud, aliàs item aliud aliàs, illud autem aliàs ca.& aliàs.§.ſed c.debet eſſe, non §. quia habet rubricam, uel habere debet, ut hic, qua utimur in noſtro apparatu.

b *Si verò caſtaldi.*] dr̃ caſtaldus, ſiue actor, cui res domini committuntur a gubernandæ, ut C.de ſacroſan eccl.l iubemus circa prin.& in Lomb.de acqui.ac.ſe l.1.ut aliàs dicitur œconomus, cui gubernandus res eccleſiæ mandatur, ut C.de ſacroſ.ec.l.iubemus circa prin.uillicus autem dr̃, qui ad fructus percipiendos ꝓponitur, ut ff.de inſt act.l.ſi cũ uillico.

c *Sibi defendere.*] ignorante accipiendo, quod erat proprium feud.ſimplex pro caſtaldia: alioquin præiudicium fieret ſibi. C de actio. empt.o. & uendito. l.6 ſecuns.

d *Teſtatum.*] hæc tamen adiectio plẽriſq; non placet.

QVI SVCCESSORES FEVDVM, &c.

e *Si vero.*] aliàs c & aliàs.§.ſine rub.quæ hic eſt, uel debet eſſe ſecundum quoſdam, quia hic in apparatu noſtro utimur. aliàs habetur hic gl. talis: uacat hoc c propter inuestitus, ſi quis inueſtitus, & hic poteſt eſſe m.qui faceſ teſt.

f *Archiepiſcopus.*] poſſunt. ergo huiuſmodi clerici feudum conſtituere, ſed hoc eſt intelligendum, vt no in ſumma, conſtituebat olim &c. ſed licet feudũ dare poſſint: non tñ cognatis dabut C. de ſac. ſan. eccle.l iubemus.& in aut.ibi poſita quibuſcunq; modis. & eſt notandum, quod ſi per ſona eccleſiaſtica facit inueſtiturã de feudo, q̃ ab alio detinetur, antequam ſit apertum: q̃ nõ tenetur ſucceſſor eius, & ſi poſtea aliquẽ inueſtiuit, q̃ exigitur feudũ, q̃ ſi ſub conditione ſecit, inducit inueſtituram, & econtrario, ꝑ de cedente uaſallo [illegible] futuram recolare nõ ualet, ſecus autem in perſona priuati, quia tunc utrumq; ſucceſſor obligatur. & hic pot eſſe ut. qui ſucc. feu.ca ſi quis inueſtitus fuerit. & j. ſi de feu contro. [illegible] nib.§. eſt quoq; no q̃ in clericis [illegible] tura pariter [illegible] tur teſtes pares, & extranei. ut j. ſi de inueſ inter do.& ual. [illegible] tem ſe uenturum. & hoc cum de rebus ecclesiæ factum [illegible] turam, quia [illegible] cum de iuis propriis, vt j. qui teſt. ſunt neceſ. ad no inueſt. probã circa prinç. Accurſius.

g *Si pares.*] eius curiæ, ut breue teſtatum aut alijs euidentiſſimis probationibus. Accur.

h *Ratam habere.*] hic poteſt not. q̃ ratione adiuncti [illegible] mitur quid ademptum, niſi probetur cõceſſum, ut ff. de [illegible] l.1.§.item ſenatus & ff de inta.l.ſum & C.de inta. l [illegible] to argum.contra ff de do.inter uir.& uxo.l ſi ſponſus § [illegible] & de ma te l ſi quis libe. ſecundum etiam, quod dic hoc no pro & contra in libello [illegible] char 2 ſub. [illegible] eſt, quod ratione adiuncti & ſub contra ſeq. Sed hic c [illegible] eſt contra j. ſi de inue inter do.& ual. [illegible] §. ſi autem aliquis. Sed illud intelligo, quando in poſſeſſione fuit caſtaldus [illegible] nõ præſumitur fuiſſe datum, niſi probetur contrarium [illegible] & peculium illius, qui manumittitur in teſtamento, uel ultima uoluntate, ut C.de pecul.eius, qui libertatem meruit.l. unica. Accur.

e *Sciente.*] hic ſumitur, ꝙ patientia ſine ꝯdictione hr̃ pro expreſſo conſenſu: ſimile eſt, quod dr̃ de cohæredibus, qui præſentes paſſi ſunt, unum cohæredem totam hæreditatem uendere, & pretium acceperunt: nam & ipſi uidentur ſuas partes uendidiſſe, ut ff de euic. quidã. idem quoque dr̃ de liberto, qui paſſus eſt, dñm rem uendere, cum pro ipſa parte pretium ſoluiſſet. ff. mand. ſi uero. §. inde Papi. nam pater vr̃ approbaſſe matrimonium filij ſui, cum ipſum ꝯhentem non prohibuit ſciens, ut C. de nu. ſi ut proponis. idem dicas de contractu filij, ut ff. mand. ſi filius. ſed ut magiſter nauis uidetur illum naui præpoſuiſſe, quem miniſterio fungi uoluit, nec ꝯdixit, ut ff. de exerc. l. 1. §. magiſter. idem quoque de eo dicitur, qui miſit ſtillicidium ſuum in alienis ædibus, ſciente eo, & non ꝯ̃dicente, cum emerat ad hoc, vt ff ſi ſer. vend. ſi a te. ſed & ſi paſſus fuero, te in meo ſepulchro ædificare, & me ſciente, mortuum tuum intuleris, alium poſtea te inferente prohibere non potero, ut ff. de mor. inſe. ſi proprius. § fin. nam & ſi ego dñs horreorum propoſitum habeo aurum, & argentum, & margaritas meo nomine, & periculo non recipere, & me ſciente, has res in horreis induxeris, uideor à propoſito receſſiſſe, ut ff. loca. & condu. cum in plures. §. locator, ſed & licet in inſtrumento non contineatur, poſſeſſionem fuiſſe traditam, ſi tamen domino ſciẽtẽ, tu emptor poſſediſti diutius, eam tradidiſſe intelligitur. C. de acq. poſſ. l. 1. & 2. nam ſi dominus ſciat ſeruum ſuum militare. uel aliquam dignitatem habere, & ipſum non reuocet, uidetur conſentire, & ingenuus efficitur. C. qui mi. non poſſ. l pen. & vlt. Item ſi non contradixerit ſeruum ordinari clericum cum ſciebat, ut auth. de ſanct. epiſ. §. ſi ſeruus, collat. 9. hic ergo ſcia, ſiue patiẽtia ſine ꝯdictione, ꝓ cõſenſu accipi, ſed intelligo ſicut expoſitũ eſt ĩ. gb. mo. feu. amit. §. præterea.

Patientia pro cõſenſu habet.

f *SI quis. Pacto.*] hoc §. dr̃ expreſſe, quod non põt feudum acquiri ſm̃ pactum l. commiſſoriæ occaſione pignoris. & eſt ratio, quia in pignoribus omnib9 reprobata eſt lex com. C. de pact. pig. & de lege com l. 1. & 2. Sed q̃d erit de tali pacto, puta, uendo tibi domũ pro centum aureis, & niſi ſolueris integrum pretium, retinebo poſtea in feudum, & ſoluis medietatẽ plus, uel minus, quid iuris erit, nunquid licitum eſt pactum? Reſpon. vĩ, q̃d hoc pactum ſit licitum, quia in traditionibus rerum ſuarum quodcunq; pactum apponatur, ualere debet ff. de pact. in traditionibus, nam & ſi non expediat dño, talem ual. habere; tũ poteſt pactum ualere. ff. de ſeru. ei fundo. maximè cũ iſtud pactum nullam contineat turpitudinẽ; idcirco vr̃ ualere Sed ꝯ eſt, quod ſequitur ſtatim, ſ. feudũ enim non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore dñi acquirit, ut no. ſupra põt ergo diſtingui, utrum uoluerit dñs totam domum pro feudo teneri, an pro ea tantũ parte, pro qua pretiũ non eſt ſolutum, ut in primo caſu nõ ualeret, ſecundo teneat pro parte illa, licet hodie ſub prætextu pecuniæ multa feuda acquirantur. Sed quid erit ſi debitor cum ſuo fideiuſſore pactum fecerit, q̃d ſoluerit creditori ſuo, & niſi eum liberauerit uſque ad certum tempus, & ſi fideiuſſor ſoluerit pro eo poſtea, quod habeat ipſum pignus pro feudo, nunquid ualet pactum? Et uidetur, quod ſic. ff. de contrahen. empt. l. ſi licet prima ratio uideatur refragari.

TITVLVS XXVII.

De feudo dato in vicem legis commiſſoriæ reprobando.

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ: quia non ſub prætextu pecuniæ; ſed amore domini dandum eſt. Bald.

SI quis obligauerit aliq̃ rem pignori eo pacto,[f] ut ſi ſtatuto tp̃e pecunia ſoluta non fuiſſet, res eſſet creditoris, & eam pro feudo habeat: põt debitor quandocunq;[g] pecuniam ſoluendo, pacto non obſtante,[h] pignus recuperare. Feudum enim non ſub prętextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini acquirendum eſt.

SI quis inueſtierit aliquẽ de feudo ſui militis; uiri Placentini prorſus aſſerunt, hanc inueſtituram nõ aliter ualere, niſi eo conſentiente,[i] cuius erat feudum. Mediolanenſes, & Cremonenſes nihil diſtare aſſeuerãt; utrum,

g *Quandocunque.*] iſtud, q̃ñcunque, ſic intelligo, l. niſi creditor alio iure uelit ſe tueri, puta præ ſcript. 30. ann. allegando, quod quidem facere poteſt ſecundum quoſdam: maximè poſt interuerſam poſſeſſionem, ut no. in C. de pig. ac ne creditores. uel etiam ſi ius dominij impetrauerit, & poſt biennium ſoluere uoluerit debitor, tunc non cogitur ſolutionem recipere creditor, ut C. de iur. dom. im. l. vlt. in medio, ſed ſi recuperat pecuniam, pignus reſtituere cogitur, ut C. de iur. do. impetr. l. 2.

h *Non obſtante.*] hoc uerum eſt, ſi conuentio inter dominum, & uaſal. eſt; alioquin ſi inter extraneos, ualet pactum, ut in Lombar. de debit. & gua. ſi quis fideiuſſorem.

i *SI quis. Conſentiente.*] intelligo iſtud ſecundum P cum de futura ſucceſſione tractatur, quia contra bonos mores tale pactum factum improbatur, & ideo eſt inualidum, ut C. de pact. l fin. & C. de inut. ſtipul. ex eo. unde non obſtat mulieri, quæ nullum regreſſum ad bona paterna ſe habituram, pacta fuerit. C. de collat. l. 3. uel etiam ſi de futura ſucceſſione non tractatur, ſed ſi ignarus fortè uaſallus de alieno feudo inueſtituram accepit, uel etiam ſciens, & nominatim de euictione cautionem habuerit, uel acceperit, cur non ualeat, non uideo, nimirum quoniam uendere rem alienam poſſe, nulla eſt dubitatio. ff. de contrahenda emptio. rem alienam. Vel intelligitur, quo ad prætiu-

eo ſciente, vel ignorante, dũmodo, eo viuẽte, nullum detrimentum de feudo ſuo ſibi contingat. Hoc autem dicendum eſt de eo milite, qui feudi ſucceſſores [a] non hẽt.

TITVLVS XXVIII.

De vſu Mediolanenſium. ſecundum quoſdam.

Filio militis dicentis, patrem inueſtitum de pignore, & 30. ann. nomine feudi poſſediſſe, defertur iuſiurandum, vt iuret cum duodecim ſacramentalibus forma hic tradita, ſed eo nolente iurare, defertur filio domini: qui ſi iurare recuſet, cogitur filium militis inueſtire. Iaco. de Bel.

QVidam obligauerat [b] terram quandam ſuo militi: deinde cum filius ſui domini longum poſt tempus, [c] pecuniam offerendo, pignus liberare voluiſſet, filius militis contendebat, patrem ſuum à domino ſuo defuncto de prędicto pignore inueſtitionem feudi accepiſſe. vnde viri prudẽtes Mediolanenſes interrogati laudauerunt, in electione filij militis eſſe cum 12. ſacramentalibus iurare, patrem ſuum, [d] vel ſe à domino ſuo per inueſtituram prædictam terram tenuiſſe; ita vt per 30. annos [e] conteſtatio pignoris à parte domini aduerſus ipſum, vel patrẽ ſuũ facta non fuiſſet. Si autem ipſe iurare uoluerit, filius defuncti domini neceſſe habet iurare cum duodecim ſacramentalibus defunctũ militem inde per feudum inueſtitum non fuiſſe. Quod ſi ita iurare recuſet, inueſtire ipſum filium militis domini filius de iam dicta terra per fuedum debet.

Finis Libri primi Feudorum.

præiudicium vaſalli, ſicut Mediolanen. faciunt, vt no. etiã inf. de feu. defun. contro. ſuc. c. moribus & inf. de re inueſt. rei alie. c. cum de re alien. hæc ita dicta ſunt ſecundum P. ſed ſecundum Mediolanen. non. nam quod ipſi dicunt dũmodo de feudo, viuente illo, nullum detrimentum patiat: iſtud conſonat ll. ſupra notatis. & eſt ar. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. per quem. & ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. licet videatur arg. contra ff. de aqua quotidiana, & æſtiua l. Lucio.

a *Succeſſores.*] Sed cur in eo, qui habet ſucceſſores, idem iuris non eſt: cum nullum præiudiciũ ipſi, hæredibusve ſuis fieri debeat? Reſpond. huic ſtudioſus rñd. Non omnium, quæ à maioribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt ff. de leg. & con. non omnium.

b *Quidam obligauerat.*] ſuper hoc c. pauci titulũ habent, uel rubr. qui autem habent, talem conſueuerunt habere: de vſu Mediola. quo non utimur.

c *Longum tempus.*] hic habetur, quod ſ. prox. not. eſt cap. ſi quis obligauerit, ſcilicet, quia ius offerendi non tollitur longo tempore. vt C. de pig. act. nec creditores.

d *Suum.*] poſt iſta verba ſecundum quędam exemplaria in tex. habentur hęc adiecta, à domino ſuo poſt inueſtituram prędictam, defuncto poſtea contineatur ſub ſequ. ſcilicet, per inueſtituram prædictam, &c. quæ ſequuntur.

e *Per 30. annos.*] Hic no. præſcriptio 30. ann. in feudo locum habere, vnde ſi aliquis per triginta ann. feudum poſſedit, & ſeruitium domino exhibuerit: quamuis de ea re nunquam inueſtitus fuerit, tamen præſcriptionem acquiſiuit; ita quod ſe tueri poterit, ut infra, ſi de feud. fue. con. c. ſi quis per 30. annos. Quid ergo ſi à poſſeſſione ceciderit iſte, qui præſcriptione ſe tueri poteſt, nunquid vendicare poterit? Reſpon. vtique adhibita diſtinctione, quæ fit in C. de præſcrip. 30. uel 40. an. ſi quis emptionis, &c. ſed quod dicitur inf. eod. videtur mirum, quod filius iurare debet poſt inueſtituram patrem ſuum mortuum fuiſſe, & ſe per feudum quoque rem tenuiſſe, ita vt per 30. ann. conteſtatio pignoris facta non ſit: ſed domino defertur de incerto, ſcilicet, defuncto, militem per feudum inueſtitum non fuiſſe. Sed cur non ſufficit, ipſum probare conteſtationem pignoris factam, ubi tantum alteri præſcriptione feudi ſe tuetur? Reſpon. hoc non negatur hic, ſed hic filius volebat ſe tueri, dicens, patrem ſuum inueſtitum: unde puto, quod ſi tantum præſcriptionem feudi alleget filius defuncti, quod filius domini non aliud teneatur probare, niſi patrem ſuum pignoraſſe, & conteſtationem factam fuiſſe ante ſpatium triginta annorum, eſt enim legitima interruptio, ꝙ per executorem conſecuta ſit conuentio, vt C. de præſcr. 30. ann. l. ſicut. arg. ad hoc. C. de pign. actio. l. neque.

Explicit Liber Primus Feudorum.

INCIPIT LIBER SECVNDVS FEVDORVM.

TITVLVS I.

DE FEVDI COgnitione. [a]

Cauſa generaliter aut deciduntur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut conſuetudine, ſed cauſa feudales deciduntur conſuetudine, quæ vincit legem in hac parte; licet contrarium dici ſoleat, conſuetudine autem deficiente, decidi poſſunt etiam lege ſcripta. Baldus.

OBERTVS de orto, Anſelmo filio ſuo dilecto ſalutem. Cauſarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur iure Romano; aliæ uerò legibus Longobardorum; aliæ autem ſecundum conſuetudinem: quæ, quamquam ſint uariæ, & quamquam ſecundum diuerſorum locorum, aut curiarum mores ſint diuerſæ, nec breuiter poſſint dici, nec hoc libello facilè comprehendi, vſum tamen feudi, qui in noſtris partibus obtinet, (prout poſſibile eſt) exponere tibi neceſſarium duxi. In iudicio etenim, quod de feudis agitur, illud legib. noſtris contrarium dici ſolet. Legum autem Romanarum non eſt uilis auctoritas, ſed non adeò uim ſuam extendunt, [b] ut uſum uincant, aut mo-

a DE FEVDI cognitione.

Quidam non habent de feud. cognit.

b *Obertus de orto. Vim ſuam extendunt.*] ac ſi aperte dicat conſuetudo in feudis uincit leges, licet contra dicatur C. quæ ſit long. con. l. conſuetudinis. ſed hoc intelligo de æqua, non de iniqua conſuetudine. ibi nimirum male inuenta, & malæ conſuetudines non confirmãtur etiam longo tempore,

Conſuetudo in feudis leges vincit.

pote, vt in auth. vt nulli iudicum, §. nulli verò. colla. 9. & in decret. diſtinctio. 8. cap. mala conſuetudo.

a *Comprehenſus*.] ac ſi apertè dicat, argumentis non eſt credendum, niſi in conſuetudinibus feudi, licet in legibus reperiatur contra ff. de re. mi. non omnes. §. à barbaris. Sed nunquid de ſimilibus ad ſimilia eſt procedendum? & vtique, vt opinor, ut in legi. ff. de legi. & conſtit. nō poſſunt. Quid eſt ergo, quod dictū eſt in feudo, ꝙ argumētis non eſt credendū? Reſpō. intelligas. qñ ſimile non apparet, & lex quid fieri dēat indicat: nam tunc ſe quenda eſt l. & arg. ſuperflua non conceduntur: ergo hic primò conſideratur cōſuetudo, ſecūdo ſimilia, vel lex: nam lex conſuetudini nō pōt obuiare, quod eſt intelligendum, ut ſup. ſimile legitur in decretis: nam nec decretis poſſunt obuiare leges, vt in decr. diſt. 10. c. lege.

Decretis leges obuiare non poſſunt.

res. Strenuus autem legiſperitus, ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, [a] abſq; calūnia vti poterit lege ſcripta. Sciendum eſt autem feudū, ſiue beneficiū non niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, [b] aut ijs, quæ inter immobilia [c] connumerantur (veluti cum de camera, aut de cauena [d] feudum datur) poſſe conſiſtere: ac feudum neminē poſſe acquirere niſi inueſtitura, [e] aut ſucceſſione. [f]

TITVLVS II.

Quid ſit inueſtitura. [g]

Inueſtitura alia propria, vt poſſeſſio, alia abuſiua, vt quando haſta, vel aliud corporeum porrigitur vaſallo à domino pro inueſtitura. Bal.

INueſtitura quidem propriè dicitur poſſeſſio; abuſiuo autem modo dicitur inueſtitura, quando haſta vel aliud corporeum quodlibet porrigitur à domino feudi ſe inueſtituram facere dicente: quæ ſiquidem ab illo fiat qui alios habet vaſallos, [h] ſaltem coram duobus ex illis ſolenniter fieri debet: * alioqui licet alij interſint teſtes, inueſtitura minimè valeat. Si enim domino adhuc in poſſeſſione conſtituto, an facta ſit inueſtitura, quęratur: non debet probare, niſi per pares curtis illius domus, vel per publicū inſtrm à tribus, vel à duobus paribus cōfirmatū. Nam ſi inſtrumentum defecerit, vel quia factum non fuerit, vel quia amiſſum ſit, tunc qui probare deſiderat, pares curiæ illius, qui interfuerint, offerat; qui ſi denegauerint, * fortè corrupti odio, vel gratia, ſeu pretio, & dicant, ſe non interfuiſſe, cum inueſtitura facta fuerat, vel non reminiſci:

b *Cohærentibus*.] ueluti in rebus immobilibus, & quod ſequitur, aut ſolo cohærentibus, ut puta in fructibus, qui pendent in fundo, qui, ut pote fundi pars, ipſi fundo cohærere dicuntur: nā fructus pēdentes, fundi pars eſſe uidentur, ut ff. de rei vend. l. fructus.

c *Immobilia*.] vt ſunt panes ciuiles, vt C. de iu. do. l. fin. §. præterea. Sed nunquid debitorum nomina inter immobilia computantur? Reſpon. hoc ab antiquo quæſitum eſt, & alibi ſatis diſputatum, & ideo omittimus.

Debitorū nomina inter īmobilia annumerantur.

d *De cauena*.] melius dixiſſet, iudicio meo, veluti feu. &c. vt ſic intelligatur, ꝙ non ſit expoſitiuum illius verbi, aut in his quæ inter immobilia computantur, & ſic feudū cameræ, aut cauenæ computabimus in rebus immobilibus, uel etiam ſolo cohærentibus, vt ff unde vi. l. 1. §. 3. Accur.

e *Niſi inueſtitura*.] intelligo, aut eo, quòd habetur pro inueſtitura, vtputa, cum iuſſerit dominus, aliquem ire in poſſeſſionem: licet enim poſſeſſionem non tradiderit, pro eodem tamen habetur, ut inf. de conſue. re. feudi. capit. ſciendum. licet illud feudum ad hæredes non tranſeat, vt ſup. quibus mod. feudum conſtitui poteſt c. ſciendum. & ideo ſimile eſt huic, quod dicitur, actore non probante, reus, & ſi nihil præſtiterit, obtinebit. vt gloſſatur. C. de eden. qui accuſare. nam licet hic deficiat inueſtitura, ſufficit tamen quaſi inueſtitura; ſicut & ibi, licet deficiat probatio, ſufficit tamen quaſi probatio: quia intelligitur iuſiurandum delatum, & præſtitum. ſuccedit enim loco probationis iuſiurandum, & quaſi probatio appellatur. ff. de iureiurando. non erit. §. dato. & lege, ſed & ſi. §. fina. & lege, tutor. Accurſius.

Iuſiurandum loco probationis ſuccedit.

f *Aut ſucceſſione*.] iſtud poteſt habere locum in cohæredibus, ſed non in filio, cum pater ſuccedat; nimirum qui etiam, uiuente patre, dominus intelligitur, ut inſti. de hæred. qua. & diffe. § ſui. & alibi dicitur quod penè ad propria bona venire intelligitur, ut ff. de ſucce. edicto. l. 3. § largius. unde nihil ei deeſt, præter adminiſtrationem, vt ff. de lib. & poſthu. in ſuis. ex his ergo colligitur, quod filij non acquirunt patri ſuccedendo, ſed acquiſitum capiunt. Accur.

g ⁊ QVID SIT INVESTITVRA. *Quidam non hab. nt hic tit nec rubricam. & malè*.

h *Nueſtitura vaſallos*.] circa hunc articulum talis eſt facienda diſtinctio: aut agitur de noua inueſtitura; aut de veteri; aut dominus habet pares; aut nō. Item aut uaſallus poteſt probare per breue teſtatum; aut non; aliàs poſſidet dominus; alias non. Item aut eſt dominus clericus; aut laicus: aliàs cōpellit pares; aut non vult compellere. Itē aliàs habet vaſalli feudū; alias nihil habet: ſi q dem agitur de noua inueſtitura, & dñs habet pares, & eſt in poſſeſſione feudi; tūc dēt probare vaſ. inueſtituram per pares, vel ēt per breue teſtatū, & ab ipſis paribus confirmatum, vt inf. §. prox. ſed ſm Mediol. ēt ſi ab alio eſt confirmatum, ſufficiens eſt, ut inf. q teſtes ſint neceſ. ad proban. nouam inue. ca. ſiue clericus, &c. ſed ſciendum eſt & hoc, ubi dñs compellit pares iurare: ſi autem pares aliqua ex cauſa noluerint iurare, nec dominus cōpellit eos, tunc licebit etiam per extraneos inueſtituram probare, vt inf. prox. §. & ſi extranei noluerint iurare, tunc a comite, uel à populo debent compelli iurare. quod ſi noluerint eos compellere: tunc vaſ. cum miſſo domini ad Imperatorem ibit & quod Imperator iudicauerit, ſeruabitur, ut ſup. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis ori. ca. 1. & hæc vera ſunt, cum dominus habet pares: ſi autem dominus non habet pares; tunc ſufficient teſtes extranei ad probandam nouam inueſtituram, ut j. eod. §. ſi verò. nec dicat quis, inueſtituram ualere, cum ſine paribus facta eſt, quando pares haberent, quoniam ſi abſint, expectandi ſunt, ut infra de conſ. re. feu. cap. ſciendum. hæc uera ſunt, cum vaſal. probare poteſt per teſtes: ſi verò probare non poteſt per teſtes, nec per publicum inſtrumentum, ſiue per breue teſtatum: tunc domino dabitur ſacramentum, vt aut iuret, aut referat vaſallus, vt inf. §. prox. & §. ſi verò inueſtitura. quod quidem verum eſt, ut ſcilicet, quod dñs debebit iurare, ſi vaſal. aliunde nō habet feudum, ab ipſo domino. aliàs. n. de æquitate remittitur dño iuſiurandum, vt ſup. de contr. inue. § ſi uerò feudum, & hæc uera ſunt, cum de noua inueſtitura agitur: ſi autem agatur de ueteri; tunc etiam extranei teſtes recipiuntur, ut inf. de conſue. recti feudi. c. ſecundum. in fi. Et hæc uera ſunt in laico dño: in clerico autem dño indiſtinctè admittuntur pares, & extranei, ut ſup. ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis ori. §. ſi autem ſe uenturum, quod uerum eſt, cum de rebus eccleſiæ facit inueſtituram: ſi autem de ſuis proprijs: tunc idem dicendum eſt, & obſeruandum in clerico, quod obſeruatur in laico, ut inf. qui teſtes ſunt neceſſarij ad probandum nouam inueſtituram c. 1. & hæc uera ſunt, quando dominus eſt in poſſeſſione. Si autem uaſallus eſt in poſſeſſione. tunc ſi ſtetit in poſſeſſione per annum, & domino ſciente, & non contradicente, ſine aliqua probatione teſtium ſolus iurabit uaſ. ſe uel patrem ſuum inueſtitū fuiſſe: ne alias iuſta ignorantia, uel parui temporis negligentia cū iniquæ poſſeſſionis periurio quandoq; dño poſſeſſionis damnum afferat, ut ſi de inue. inter dom. & uaſal. lis oriatur. capitulo ſi autem aliquis. quæ autem dicta ſunt de ſacramento præſtando intelligenda ſunt cum determinatione eius, quod legitur. inſ. de conſue. recti. feudi. c. ſacra-

* Adde Fely. in c. ſi. nor. nu. 3. de ſent. & re iud.

* Adde Fely. in c. cum in tua. n. 7. de teſti.

tunc* domino cogente,[a] iurent, tactis ſacroſanctis ſcripturis, ꝙ huius rei veritatem neſciant: & tunc actor aut alios producat pares, aut iuriſiurandi domino detur electio, vt proinde iuret, inueſtituram factam nõ eſſe; aut ſacramẽtum vaſallo referat, & ille aut iuret, aut aquieſcat. Quòd ſi iurare pares aliqua ex cauſa recuſauerint, nec dominus eos iurare compellat,[b] liceat vaſallo etiam ꝑ extraneos probare inueſtiturã. Teſtib. verò deficiẽtib* iuriſiurandi electio dño det.

Vaſallo poſſidenti feudum cauena nõ opus eſt probatione, ſed aut iuret, aut referat, ſi de inueſtitura inter ſe, & dominum lis orta fuerit. Bald.

¶ Si verò vaſallus quidẽ poſſideat,[c] vel ſi feudum[d] cameræ aut cauenæ in duabus, ſeu tribus acceptionib. quietis quaſi poſſideat, dominus autem feudum negans eſſe, rem ſuam petat, vel quod de camera, vel de cauena bis, vel ter (ſicut diximus) iam ſolutũ eſt, deinceps ſoluere renuat: tũc non eſt opus probatione, ſed poſſidenti data electione, aut iuret, ſuũ eſſe feudũ[e] rectum, aut domino referatur iuriſiurandum.

¶ Si autem inueſtitura ab eo, qui vaſallos non habeat, dicatur facta: tunc per quoslibet idoneos teſtes, aut per publicum inſtrumentũ probari poteſt: aut inopia probationis emergente, res decidatur per iuſiurandum.

Contentione orta inter dominum, & vaſallum de pactis appoſitis inter eos, præter conditionem feudi, vel naturam; vel quia dominus allegat pactum in ſui fauorẽ, vel dicit feudum datũ ſub tali conditione, vt vaſallus aſſociet vxorẽ ſuam ad eccleſiam feſtiuis diebus, domino quidem incumbit probatio; eo autem in probatione deficiente, vaſallo defertur iuſiurandum. Bald.

¶ Præterea ſi aliqs tenor præter cõmunẽ feudi rationem in inueſtitura à dño dicatur interueniſſe: vel ſi dicat feudũ ſub tali conditione dediſſe, vt vaſallus in feſtiuis diebus vadat cum vxore ſua ad eccleſiã: omni facultate probandi domino adempta,[f] habeat vaſallus poteſtatem defendendi ſe per ſacramentũ. Idem ſi vaſallus per pactum ſpeciale contra feudi cõſuetudinem allegat, veluti de filiarum ſucceſſione; liceat ei tenorem, (ſi poteſt) ſicut inueſtiturã probare, ꝙ ſi in probatione defecerit, vel ceſſauerit: cõcedatur dño hoc denegare, iureiurãdo præſtito.

TITVLVS III.

Per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur.

Vetus inueſtitura fieri poteſt etiam à maiore, vel à quocunq; noua autem nõ põt fieri ab alio, quã in eo, qui habet legitimam bonorum adminiſtrationem: qui enim alienare prohibetur ſua bona nec ĩ feudum dare poteſt. Bal.

INueſtitura autem aut fit de veteri beneficio, aut de nouo[g] quę de veteri fit etiam à minore[h] poteſt fieri. Siue autem à minore, ſiue à maiore fiat; nõ de omni poſſeſſione vaſalli, ſed de iuſta[i] tantũ facta intelligitur:* niſi aliud nominatim dicatur.

---

c. ſacramentum. &c. item ſi inter dominum. Accur.

a *Domino cogente.*] huic vr̃ obuiare C. de teſt. nimis graue. & iſtud accedit ꝑ iuriſdictionem, quam habet dñs: eſt enim iſtorum iudex, & ideo ab eo compellendi ſunt veritatem reuelare, ut in Lombar. de offic. iud. ut iudex. Quæ aũt dicta ſunt de probatione nouæ inueſtituræ, intelligenda ſunt de eo, qui aliud feudum non habebat, ut inf. de contro. inueſt. §. j. Sed forte vbi habet breue teſtatũ vaſallus hic facienda eſt ſubtilitio, ſcilicet, utrum poſſideat dñs, an ipſe vaſallus, ut in primo caſu non ſat ſufficiẽs corroboratio per extraneos, vt hic, in ſecundo ſufficiãt extranei, vt inf. qui teſtes ſunt ne ad proban. nouã inueſt. c. ſiue clericus.

b *Compellat.*] hanc pœnã patitur dñs, ſi non cõpellat ſquod extranei, & qui alias repellerentur, admittantur, qui extranei à populo, vel comite cõpelluntur, ut ſup. ſi inter do. & uaſ. lis o. ri. c. j. Sed quæro, ſi vaſallus per alios teſtes non poſſit probare, niſi per pares, & dñs eos teſtimonium dicere renuentes, non compellit, quid iuris ſit? Reſp. intelligo, ꝙ poſſit à comite, vel à populo poſtulare, ut compellantur: qui ſi ceſſauerit, Imperatorem adire debet, & ꝙ inde ſtatuerit, obſeruare, ſicut de extraneis dictum eſt ſ. pxi. l. tit. nam ꝙ dr̃ ſ. licere per alios probare, fauore vaſalli dr̃: vnde non debet ad eius læſionem retorqueri: ꝙ eſſet, ſi partium productio denegaretur ꝑ extraneos; cum extranei abſueſcunt, nam & alibi dr̃ fauore pupilli, ne tutor poſſit hæreditatẽ delatam pupillo ſine eius uoluntate, uel actu acquirere. C. de iur. deli. potuit, quod ſic. ſ. intelligendum eſt, vt in eius perniciẽ non conuertatur, ꝙ fieret, ſi adhuc fari non poſſet, vel ſenſu careret, ut puta quia eſt furioſus C. ad tre. l. pen. ſic ergo ita eſt interpretatio facienda, ut in uaſalli perniciem non reuertatur, quod in eius priuilegium fuerat conceſſum. Similia ſtudioſis inquirat. Sed dici poteſt, ꝙ proprietate priuetur dominus hoc ipſo, ſicut no. in quib. cauſ. feud. amit. § illud te non lateat. aliàs. §. item qui domino ſuo.

c *Poſſideat.*] intelligo de re, quæ verè poſſideri poteſt.

d *Vel ſi feudum.*] iſtud, vel ideo dixit, quia huiuſmodi annuæ præſtationes loco uſuſfructus habentur, vtpote, ſeruitutes verè non poſſunt poſſideri, ſed quaſi, vt ff. de viufru. ſi quis ita. & de ann. leg. in ſingulos. & de viuc. ſequitur. & de ſerui. quoties. nõ ergo in talib. vera poſſeſſio eſt, ſed quaſi; vnde nec vera traditio. ff. de act. empt. ratio. §. ſi iter. & hoc eſt, quod dicit, duabus, ſeu tribus acceptionibus, quaſi, &c. huic ſimile eſt, quod de fideicom. dicitur. C. de fideicom. l. j. & arg. ff. de vſur. cũ de in rem verſo: licet cõtra videatur. C. de pa. ſi certus.

e *Suum eſſe feudum.*] quod intelligendum eſt ſecundum diſtinctionem illius c. j. de con. re. feud. c. ſacramentum.

f *Adempta.*] hoc ſic intellige, id eſt, domino in probatione deficiente, & præſtatur poſtea iuſiurandum ad cautelam ab ipſo vaſallo, ſicut & no. ſ. notatum eſt: nam ſi aliter intelligatur, abſurdum videtur, ut quod vaſallo in eodẽ caſu conceditur probare, denegetur domino, vt inf. §. proxi. dicitur, liceat ei tenorem, &c. vel ſi vis intelligere, quod dñs non admittatur ad probationẽ, itelligas iſtud, quod violenta præſumptio, & talis, quæ non recipit probationem in contrarium, erat pro vaſallo, & de hac præſumptione tractatur in princip. lib. diſput. hic ergo, & in §. ſeq. not. ſic ſemper aliqd fore conceſſum, ut conſuetudo confirmet interpretandũ, & preſumendum. ſicut Imperator priuilegium alicui concedendo, non intelligitur contra conſuetũ ordinem conceſsiſſe, vt C. de inoffic. teſtamen. ſi quando.

PER QVOS fiat inueſt. &c.

g *INueſtituram autem. De nouo.*] quæ ſit noua inueſtitura, tractatur inf. q. teſtes ſunt neceſſarij ad probandum no. inue. c. j.

h *A minore.*] & meritò; quoniam non alienat, ſed alienatum inuenit, & maiorum ſuorum factum confirmat. vnde dr̃, ꝙ ſi pignus incipit à maiore, & ſecundum conuentionẽ creditor diſtraxerit illud, quod minor reſtitui poſtulat, non auditur, ut C. ſi ad uendi. pigno. l. 1. & 2.

i *Sed de iuſta.*] ſimile repetitur in tranſactione facta

Adde Fely. in c. præterea. in fine. de teſtibus cogen.

Violenta præſumptio an ꝓbationem recipiat.

No. hic Bal. ſuper his verbis ꝙ facta generali confirmatione priuilegiorũ non intelligitur cõfirmata niſi iuſta priuilegia, & adducit iura per q̃ hoc probat deinde ſũpta occaſione ſubiungit quandã q̃onem ſatis vtilem, vt ibi videre poteris.

Adde Fely. in eccleſia S. Maria. num. 4. de conſt. & c. 1. nu. 39. de reſcri.

non enim rebus ſemper legitimè poſſeſſis non furtiuis obſtat pactum. ff. de pac. tres fratres, & C. de excep. aduerſus. Item ſi debitori meo liberationem relinquo; qm̃ tantum de his videor liberationem reliquiſſe, quæ iure, id eſt, ſine dolo, vel fraude mihi tenebatur. unde rebus furtiuis ab hærede ſe tueri non poterit. ff. de lib. l. nõ ſolum §. ſi hæres. nam econtra ſi hæres poſſeſſionem tradere iuſſus, vitioſam tradat poſſeſſionem, nõ vr̃ tradidiſſe, ut ff. de le. 3. qui cõcubinam. §. ſed ſi hæres. & ff. de acquir. poſſ. non videtur. & de act. empt. & uen. l. ratio.

Noui verò inueſtitura feudi non ab alio rectè fit, niſi ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum [a] adminiſtrationem habet. Qui enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus [b] impedit̃ alienare, is nec ꝑ feudũ poterit inueſtiturã facere.

Res, cuius alienatio prohibetur, in feudum dari non poteſt: fallit in duobus caſibus hic poſitis. Bal.

¶Sed etiam res, cuius alienatio ꝓhibetur, nec per beneficium dari conceditur, niſi in caſib9, vt ecce; ſi qs ex agnatis tuis rem, quæ a communi parente per ſucceſſionem ad eum peruenerit, alienare voluerit, non permittitur ei etiam ſ̃m antiquam conſuetudinem alij eã vendere: niſi tibi, vel alij proximiori [c] pro æquali pretio accipere volẽti; per feudum tñ cuilibet dare põt, niſi fiat in fraudem [d]

a *Suorum bonorum.*] hic vr̃, ꝙ de bonis nõ alienat, qui veterem facit inueſtituram, & merito, quia in bonis eius feudi computatur, vt ff. de verb. ſig. bonorũ. nimirũ ſi ager vectigalis ĩ bonis cõductoris eſt, quanto fortius feudum in bonis vaſalli, ut ibi.

b *De ſuis reb.*] Huic inſtat ſolicitus, ſi prohibitus ſit his vẽdere feudũ ſibi legatũ, ut ſæpiſſimè accidit, nũquid in feudum dare poterit aliquid de bonis ſuis, cũ ſit uerum aliquid de bonis ſuis alienare prohibitũ? Reſpondeo iſtud eſt dictum tantum de re prohibita: nd ergo, quod non poteſt vendere. nec poterit poſtea alienare, ſcilicet, in feudum concedendo: quoniam alienationis verbo etiam pignoris obligatio, quod minus eſſe uidetur, continetur. C. de rebus alien. non alienandis. l. fi. ſed adhuc inſtat prædictus: alienatione communiter omnis actus continetur, per quem dominium transfertur. C. de fundo dot. l. 1. ſed ille non transfert dominium, qui feudum concedit: non debet ergo alienationis prohibitione in feudum dare prohiberi, quod alienare prohibetur. Reſpondeo, falſum eſt; immo dominium alienat, ſ. utile; retinet tamen directũ; unde utilis, & non directa uindicatio datur, ut inf. de inue. rei autem, &c. Item obijcitur, quia reperitur, quod aliquis poteſt alienare rem ſibi prohibitam alienari, dum tamen per alium modum alienet, ut ecce res litigioſa prohibita eſt alienari, & quæ iudicij mutandi cauſa transfertur, ſimiliter inhibetur. ff. de alien. iu. mu. cau. fa. ex hoc § alienare. & C. de litigio. l. 3. & auth. eodem. Reſpondeo illæ loquuntur in his, quibus alienatio generalis non eſt prohibita: hic autem contra nam appellatione generis quælibet ſpecies continetur, ut in l. prædictam. de rebus alien. non alienan. ſed appellatione ſpeciei non continetur genus, niſi in unico caſu, quod meminerim, ut ff. de ſtatulibe. l. ſtatuliber à cæteris appellatione quandoque totum continetur. arg. ff. de leg. 3 vxoris. & C de hær. inſtitu. l. 2. & ff. de hæred. inſti. l. ſi quis ita.

Dominiũ non tranſfert, qui in feudũ concedit.

Generis appellatione quælibet ei9 ſpecies continetur.

c *Proximiori.*] & verè: quia non intelligatur alienatio, ut ff. de leg. 3. pater §. quindecim. hic ergo conceditur agnatis, quod alijs denegatur. nam & alibi ſimilia inuenire potes, ut ff. de pact. Imperator. & de contrah. empt. l. qui officij. & de mi. 25 ann. l. ſi emptionem. & C. de admi. tu. l. lex quæ. alibi autem conceditur extraneis, quod agnatis denegatur, ut C. ubi pu. ed. d. l. fin. hic ergo dicitur, quod agnati præferuntur, ſi tantum dare uolũt, quantum alij extranei, & ſi contrarium factum ſit, quod pretium emptori offerẽdo, emptor rem uindicare poteſt: intelligo iſtud de emptore bonæfidei: quia malæ fidei emptori non eſt pretium reſtituendum, ut C. de præſcri. 30. ann. l. 1. & C. de euict. l. ſi fundum. licet ſit arg. contra C. commu. de leg. l. vlt. ſed de hac materia recurras ad diſtinctionem Fycum quærit ut an malæ fidei emptori ſit pretium reſtituendum, &c. Item intelligo hoc, qñ contra conſtitutiones fiebat alienatio, & ipſo iure nulla ſit, & qđ dr reſciſſe, intelligas de facto, & nõ de iure: ſicut no. in C. de reſcin. uend. l. j & quod dicitur, ſecundum antiquã conſuetudinem, numquid hodie illud eſt immutatum? & certè puto, quod non, cum non inuenio correctum, & qđ non eſt immutatum, quare ſtare prohibetur. C. de teſta. l. ſancimus. cohæres ergo ſuo cohæredi rẽ vendicare, & locare poteſt ſecũdum hanc rationẽ, ut hic, & inf. de alie. feu. pa. c. j. Sed numquid illud obtinet ſiue pro diuiſo, ſiue ꝓ indiuiſo poſſideat cohæres? Dic, ꝙ ſic: arg. inf. ſi de fue. con. c. omnes. Itẽ nunquid ſiue inueſtiturã accepit, & fidelitatẽ præſtiterit, ſiue non præſtiterit? Reſp. hæc ĩ plenius, & vberius notabuntur. Acc.

noſtræ conſuetudinis, vel legis nouæ bonæ memoriæ Lotharij, vel Friderichi, Imperatoris: tunc. n. reſciſſa inueſtitura, reddito à te, vel ab alio proximiori [e] videlicet, ſ̃m antiquã conſuetudinẽ pretio, ſi ꝙ dederit, is, qui inueſtiturã accepit, compellatur rẽ tibi reſtituere. [f] Perſonã verò inueſtiturã accipiẽtis nõ diſtinguimus. [g] Nã ẽt ſeruus inueſtiri poterit, niſi ignorantia [h] prætendatur. Sed vtrũ ipſe; vel alius pro te inueſtiturã faciat, vt ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus. [i] põt enim hoc negotium, & per procuratorẽ ab vtraq; parte expediri.

¶Fœminam [k] quoq; etiã noui feudi inueſtituram facere poſſe, pleriq; conſentiunt.

¶Nulla * autem inueſtitura debet ei fieri qui fidelitatem facere recuſat, [l] cum à fidelitate [m] * feudum dicatur, vel à

d *In fraudem.*] in fraudem conſuetudinis facere vr̃, forte q caſte natus eſt: uel ita ad eã ætatẽ peruenit, ut filios habere non poſſit, uel ſi nõ facit, ut priuet eũ, qui in ea ſuccedere debet à ſua ſucceſſione, ut habes de eo, qui alienat in fraudem creditorum.

* *Adde Cag. in l. omnes definitio. num. 19. de reg. iur.*

* *Zaſius in l. 2. ff. de orig. iur. dicit à fundo re.*

e *Proximiori.*] nam & alias volentibus emere prædia ſuorum maiorum ius fauorabile inuenitur, vt ff. de contrahen. emptio. qui officij, & de mino. 25. annis. l. ſi in emptione. Accur.

f *Reſtituere.*] hoc ita uerum eſt, ut reddat proprium pretium uaſallo inueſtito, niſi ei ſuccedat in proprietate. & in alijs etiam præter feudum: alioquin & ſine pretio recuperabit, nulla obſtante præſcriptione, ut C. de bo. mater. l. 2. & 3 Accur.

g *Diſtinguimus.*] hic ratione perſonæ recipientis inueſtituram nihil intereſt. nã & alibi no. quod nihil intereſt à quo quid fiat, ut ſup. & inf. hoc eodem lib.

h *Ignorantia.*] nam ſi dominus putat liberum, qui poſtea ſeruus apparet, merito non ualet inueſtitura: nimirum, incidente errore, etiam matrimonium non tenet, ut in decre. cauſa 13 & 29. per totum. & in auth. de nup. §. ſi uerò. colum. 4 argum. ff. ſol. mat. ſi cum. §. fin. pariter ergo ſerui, & liberi poſſunt inueſtiri ſicut hæredes inſtitui, vt ff. de hæ. inſtit. l. non minus.

i *Putamus.*] hic no. quod licitum eſt per alium quod per ſe ipſum non licebat, ut & alias C. de ſolu. l. nihil & ff. de ſolut. l. ſoluendo. & l. ſtichum §. vſusfructus & C. de epiſc. & cler. l. quiſquis ad ſimili. & inſti. de re. di. §. nihil autem. in ſum. ut in lib. Pv. 3. char. [illegible] licet per alium, &c. licet contra ſit ſuperior rubr. pre[illegible].

Licet per alium, qđ per ſe non licet.

k *Fœminam.*] ergo in dat[illegible]ne non ſucceſſione ſimilis eſt fœmina maſculo, ut ſupra dictum eſt, & adhuc inf. notabitur.

l *Recuſat.*] hoc videlicet, intelligo, ſi penitus domino fidelitatem ſe facturum negat, non quod inueſtitura nõ debeat fidelitatem præcedere, ut inf. prope. nec enim eſt fides præſtanda, qui vult contra fidem venire, ut alibi notaui ſolicitus C. de pact. cum proponas.

m *A fidelitate.*] No. hic ac ad nominis interpretationem, ſi aliàs inſt. de tu. in pu. & ff. de verb. ſign. l. bonorum. & l. malum.

l. malum. §. pen. Sed quæro, in quem modum ſit inueſtitura facienda uel petenda, & fidelitas præſtanda, & quando? Et utique dñm honorificè adire debet vaſ. & præſentibus curiæ paribus, vel al ijs ſecundum dictionem, euam fecimus inf. quid ſit inueſtitura: non quod inueſtitura non ualeat ſine teſtibus facta, ſed ideo dicitur, ne ueritas occultetur. vt inſ qui teſt. ſunt ne ad proba. no. inueſti. c. ſiue clericus. & non ſolum adire, ſed inueſtituram petere. & fidelitatem polliceri debet, ut inſ. in quib. cau feu. ami. c. prima autem. & inſ. de ca. cor. verbi gratia. Dñe mi, talis rei inueſtituram, puta, fundi Corneliani quē à te poſſideo, uel poſſidere debeo, poſtulo, & fidelitatem tibi ꝯ omnem hominem, exceptis antenorib. meis dominis, & Imperatore, uolo, & paratus ſum facere: ſufficiat etiam ſi dicat tm̄ poſtulo inueſtiturā mei recti feudi, quo facto, dñs debet ſtatim inueſtituram facere, & iac m ſuſcipere, ſi ſibi placuerit. ſin autem poterit differre, & erit his talis adhibēda diſtinctio, ſ. an uelit dñs incontinēti facere inueſtituram. & ſuſcipere fidelitatē, an velit differre. Quid ergo, ſi dñs nō faciat ſtatim, cp facere dēt? Item ſi vltra diem, & annū ſteterit, quod inueſtituram non fecerit, cum intra annū fuerit petita? R n. hoc nō debebit obeſſe vaſallo, ſufficit enim ſi inueſtiturā petit, ſm qđ debuit; cū aliud non dicatur, in l. Friderichi l Imperialē. ipſum facere debere, nec cap corradi, imo fortè hoc ipſo ꝓ proprietate dñs debebit priuari. nam ſicut uaſſ. priuaretur feudo ſi inueſtituram non peteret intra annum, & diem: ita & dñs dēt proprietate priuari, ſi non, poſtquam fuerit ab eo petita, ſicut debuerit, ipſum uaſal. intra id tempus inueſtierit. arg ꝯ qualiter do. à propri. priue. c. ex facto. & inf. ſi de feu. contra ſue c. domino committente: fidelitas uerò talis faciēda eſt, ut ſequitur ſtatim c qualiter autem debeat &c. & in tit. de forma fidelitatis, & in alio tit de nou forma fide. & in decre. cauſa 22 q 5 de forma. & diſt. 63. c. tibi domino. Ergo notabis, quod fidelitas cum fama domini finitur, cum dominus excommunicatur. & pariter cum fama reſtituitur, vt inſ hic finitur lex c. domino guerram. & in decre. 15. q. 6. c. alius. & c. ſi.

Fidelitatis forma.

* Adde Felin. in can ſi teſtis. vn. 3. de teſtib.

Fidelitas cum fama extinguit.

fide: niſi eo pacto acquiſitū ſit ei feudū, ut ſine iuramento fidelitatis habeat.

TITVLVS IIII.

Quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas.

Fidelitatem præcedere debet inueſtitura. Bal.

VTrum autem præcedere debeat fidelitas inueſtituram, an inueſtitura fidelitatem, quæſitum ſcio, & ſæpè reſponſum eſt, inueſtituram debere præcedere fidelitatem. Fidelitatem autē dicimus iuſiurandum, quod à uaſallo præſtatur domino.

TITVLVS V.

Qualiter iurare debeat vaſallus domino fidelitatem.

Vaſallus domino iurare debet, quod ſibi erit fidelis, & quod credentiam ſibi commiſſam non manifeſtabit, domeſticus autem, & ſubditus addere debet nominatim, ſeruare vitam membrum, mentē, & eius rectum honorem. Bal.

QValiter autem debeat iurare vaſallus fidelitatem, uideamus. Iurare ſcilicet, ſic debet: Ego iuro ad hęc ſancta Dei Euangelia, quod à modo in antea ero fidelis huic, ſicut debet eſſe uaſallus domino: nec id, quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit dominus, pādam alij ad eius detrimentum, [a] me ſciente.

¶ Si verò domeſticus, [b] * id eſt, familiaris eius ſit, cui iurat, aut ſi ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudū, ſed quia ſub iuriſdōne ſit eius, cui iurat; noīatim uitā, mēbrū, mētem, & eius rectū honorem cuſtodire iurabit.

TITVLVS VI.

De forma fidelitatis. [c]

Vaſallus & dominus ſibi inuicem auxilium, & conſilium præſtare debent. Bald.

IN epiſtola [e] † Philiberti [d] Epi in decretis 22. cā, de forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus; hæc verbis, quæ ſequuntur, breuiter ex librorū auctoritate notaui.

¶ Qui dño ſuo fidelitatem iurat iſta ſex in memoria ſp habere dēt, incolume, tutū, honeſtū, utile, facile, poſſibile. Incolume: ne ſit in damno [2] † dño ſuo de corpore ſuo. Tutū: ne ſit ei in dāno ex ſecreto * ſuo, vel de munitionibus ſuis, per quas eſſe tutus pōt. Honeſtū: ne ſit ei in dāno de ſua iuſtitia, uel de aliis cauſis, quæ ad honeſtatem eius pertinere vīr. Vtile: ne ſit ei in damno de ſuis poſſeſſionibus. Facilè, vel poſſibile: ne id bonū, quod dñs ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile; nève id, quod poſſibile ei erat, faciat impoſſibile. Vt fidelis hæc documēta caueat, iuſtum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt; reſtat, ut in ſex prædictis cōſilium, & auxilium domino præſtet, ſi beneficio [3] † vult dignus uideri, & de fidelitate eſſe ſaluus. Dominus * quoque in his omnibus uicē fideli ſuo reddere debet, quod ſi non fecerit, merito cenſe-

QVID PRAECEDERE DEBEAT, &c.

Quidā hic nō habent rubr. ſed neq; c. imò. §. tantū, ſed malè.

QVALITER IVRARE DEBEAT, &c.

a QValiter autem. Detrimentum.] iuſte enim pōt hic uaſallus iura re, cum aliàs dicatur, quod amitteret feudum, ſi credentiam domini ſcienter ad eius detrimentū manifeſtauerit, ut ſ. hic poteſt eſſe titu. quib. mod. feu. amit. c. 1. & in hoc ſacro continet vř, quod ipſum, & dominum ſuum totū exaltabit in quantum poterit, & nunquam uitā, aut membrum neq; honorē, quem habet ſua uoluntate, aut conſilio, aut exhortatione perdet: ſed in his omnibus adiutor erit eius ſecundum ſuū poſſe, ut habetur in iuramento qđ fecit Rex Otto Papæ Ioanni.

b Si vero domeſticus] hic no. differentiam inter ſacrm domeſticæ perſonæ, & aliarum. ſed cur nominatim dř in pſonas domeſtici, & ſufficit ſi in gñe dicatur in extraneo? Reſpon. quia citius fraus præſumitur in perſona domeſtici, ad quem fortè domini hęreditas ſpectare vř poſt mortē, ut C de nupt. uiduæ & C. ubi pupill edu ca. l. fi. & quia plus ſolet timeri, quod ſpecialiter pollicetur, q̄ quod generali ſponſione concluditur; idcirco ſpecialiter in domeſticorum perſonis facienda eſt promiſſio, ut in decr 21. diſt. quamquam. Sed quæritur, quæ ſint domeſticæ perſonæ? Reſpō. omnes, quos leges domeſticos appellant, ut C. de teſtibus etiam iure ciuili. & inſt de teſt. ord. §. in teſtib. & C. de quæſtio. l. placuit. & C. de his, qui ad eccle. conſu l. fin. § pen. not & omnes, ad quos domini ſucceſſio eſt ꝑuentura in feudo pp prædictam rationē.

1 † c. de forma 22. q. 5.

2 † Damnū vt & inf.

* Facit ad hoc glo. 18. diſt. c. nerui. & etiā hoc probatur in c. ſi ſacerdos. ext. de offic. iu. or. Idem tenet And. de Iſer hic Domeſtica perſona. quæ ſunt.

3 † beneficijs.

* Adde Fely. in c. dilecti. in prin. de maior. & obed.

c DE FORMA FIdelitatis.

Quidam non habent hunc titulum, ſed malè.

d IN ep ſtola Philibert.] De forma, quæ in iſto c. exprimitur, notabilia ſunt omnia, ſed id præcipuè nō eſt omittendum, quod dicitur in fine, ſ quod dominus in his omnibus fideli ſuo uicem reddere debet, quod ſi fecerit, meritò cenſebitur malefidus, ſicut, &c. Sed nunquid alium pœnam patietur? Reſpon utique talem, qualem uaſallus: i. ſi uaſallus priuaretur feudo, dominus proprietate, ut legitur inſ. quan. dom. ꝓprie pri. c. ex facto. & hoc eſt ſimile, quod

de patrono dſ, & liberto. nam liberti nō alendo patronos ſuos in paupertate poſitos, puniuntur a patronis, & in poteſtatem eorum redeguntur, verſa uice patroni non præſtantes alimenta libertis, carebunt operis impoſitis cauſa libertatis, & ab eorum hæreditate excluduntur, ubi hrēdes inſtituti fuerint, & ius patronatus amittunt, ut ff. de lib agn. l. aliménta. & de iure patro. diuus Claudius & de bon. lib. ſi patronus. & hic eſt arg. ad mutuam præſtationem.

a DE NOVA FORMA fidelitatis.

Quidam non habēt hic titulum nec rubr. & malè.

* *Adde Ferra. Dial. 7. in fine, ubi antiquam hō magis formā recenſet.*

b *E St & alia de nouo.*] iſtud c. in paucis conſuetudinibus inuenitur, quia nouiter eſt inuentū, ut in princip. ipſius c. poteſt perpendi.

c *Contra omnem hominem.*] & merito debet ita iurare; quia uaſſ. ꝯ oēs dēt dñm adiuuare, etiam contra fratrem, & filiū, niſi ꝯ alium dominū antiquiorē: hic enim cæteris eſt præferendus, ut inf. hic finitur lex. §. ꝯ oēs, unde ſi antiquior dñs in ſacramēto ſimiliter excipiatur, non erit abſonum; ꝙ aūt perſona Imperatoris nominatim dēt excipi de omni ſacrō fidelitatis, expreſſim dicitur ī. de prohib. feu. alie. per Frider. c. Imperialē, §. illud quoque præcipimus.

Vaſallus ꝯ oēs auxilium dño præſtat.

d *In ſe continet.*] & verè continet, cū ille, qui fidelitatē iurat, ea ſemper debet habere in memoria, & facere, quæ continentur ſup. titu. proxi. de forma fidelitatis.

e *Nunciabo.*] quod ſemper uaſſal. facere tenetur, ut proinde ſciens prudensq; periculum ualeat decliñare: alioquin ſi uaſallus ſuper hoc negligens fuerit inuentus, aut doloſus, beneficium amittet, ut inf. in quib. cau. feu. amit. § præterea ſi uaſallus.

f *Prout potero.*] nam ſi poſſet uaſallus dominum adiuuare, non amitteret ob hoc feudum, ut inf. in quib. cau. feu. amit. §. idem. licet quidam non habeant illud in textu.

g *Iuſtè offendere.*] benè iuſtè dicit, quia non tenetur uaſallus dñm adiuuare, ſi iniuſtè uelit aliquem offendere: niſi ad dñi defenſionem, uel niſi dubitetur, utrum iuſtè, an iniuſtè uelit eum offendere, ſiue guerram facere, tunc enim tenetur eum adiuuare: licet quidam dixerint, quod indiſtinctè teneatur eum adiuuare ut inf. hic finitur lex c. 1. & hæc uera ſunt, quod tenetur dñm adiuuare. ſicut ſupradictum eſt, niſi dñs ſit excommunicatus, vel à Rege bannitus: quoniam tunc interim uaſal. eſt à ſacramento fidelitatis ſolutus, ut ibidem dicitur.

h *Requiſitus.*] iſtud uerbum non ponitur hic ſine cauſa. nec enim uaſallus tenetur officium offerre dño, quantocunq; enim tpē ſteterit, quod dño nō ſeruierit, ob hoc nō amittit feudū, tñ dño petēti ſeruire paratus ſit: ſi tñ ſciuerit dño magnū periculū imminere, puta, mortē uel captionē, uel quid ſimile, tunc ultro ſe ei offerre dēt, ut inf. hic finitur lex §. ad hoc. & inf. ſi de feu. con. e. feu. c. licet, val. & inf. tit. an ille, qui inter ſe. fra. domini feud. amittat c. nō cog. ē.

b tur malefidus; ſicut ille, qui in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit, perfidus, & periurus.

TITVLVS VII.

De noua forma fidelitatis. [a]

Traditur hic noua forma iuſiurandi fidelitatis, quod præſtat vaſallus domino. Bal.

EST* & alia de nouo [b] ſup fidelitatis iurō forma inuenta, & vtentiū approbata cōſuetudine: quæ hodie ferè in oī curia vr̃ obtinere: hęc. ſ. Ego Titius iuro ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, qđ ab hac hora in antea vſq; ad vltimū diē vitę meę ero fidelis tibi Gaio dño meo contra oēm hoiem: [c] excepto Imperatore, vel Rege. Qđ verbū ſi rectè intelligat̃, nulla qdē indiget adiectione, ſed integram, & perfectā in ſe continet [d] fidelitatē, ſed pp ſimplices, & nominis ſignationis ignaros, ad illius verbi interpretationē hoc adiici ſolet, i. Ego iuro, qđ nunq̄ ſcienter ero in cōſilio vel auxilio, vel in facto, ꝙ tu amittas uitam, vel membrū aliqđ, vel qđ tu recipias in pſona aliq̄ læſionem, vel iniuriam, vel contumeliam, vel quod tu amittas aliquem honorē quem nunc habes, uel in antea habebis: & ſi ſciuero, vel audiuero de aliquo, qui uelit aliquod iſtorū cōtra te facere, pro poſſe meo, vt non fiat, impēdimentum præſtabo. Et ſi impedimētum præſtare nequiuero; quam cito potero tibi nunciabo, [e] & contra eum, prout potero [f] auxilium meum tibi præſtabo, & ſi contigerit, te rem aliquā, quam habes, vel habebis, iniuſtè, vel fortuito caſu amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatā omni tpe retinere. Et ſi ſciuero, te velle iuſtè aliquem offendere, [g] & inde gn̄aliter, vel ſpecialiter fuero requiſit⁹, [h] meum tibi, ſicut potero, præſtabo auxilium. Et ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaueris; illud ſine tua licentia nemini pandam, [i] uel per quod pandatur, faciam: & ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto poſtulaueris; illud tibi dabo conſilium, ꝙ mihi videbitur magis expedire [k] tibi, & nunquam ex perſona [l] mea aliqd faciam ſcienter, quod pertineat ad tuam, vel tuorum iniuriam, uel contumeliam.

¶ Inueſtitura verò facta, & fidelitate ſubſecuta, oīmodo cogatur dñs inueſtitū in vacuum [m] poſſeſſionem mittere, quod ſi differat, omnem vtilitatem [n] ei præſtabit. [o]

TITVLVS VIII.

De inueſtitura de re aliena facta. [p]

Miles ignorans à comite de alienare, aut impignorata inueſtitus, habet contra dominum actionem pro euictione, ſciens autem non, niſi ſtipulatio, aut pactum interuenerit. Baldus.

i *Pandam.*] i. ſcientes ad damnū tuū, ut ſ. qualiter uaſ. iura. debe. fide. circa prin. vñ ſi ꝯ poſtea fecerit uaſall⁹, feudū amittet, ut ſup. hic poteſt eſſe tit. quibus mod. feu. amit. c. ſi capitanei.

k *Expedire.*] qđ uaſallus tenet̃ facere, ſi beneficio vult dign⁹ uideri, & fidelitate eſſe ſaluus, ut ſup. titu. proxi. cit. ſi.

l *Ex perſona.*] & merito, cum. n uaſallus tenet̃ dñm adiuuare ꝯ alios, & ab aliis eū defendere, ne pdicta ei eueniant: multo fortius in ſua pſona hoc attendere dēt, vt arg. ff. de condi. inde. l. frater à fratre. § poſt ro. & C. de euict. l. ſine.

m *In vacuam.*] ſic ff. de act. emp. ratio.

n *vtilitatem.*] quæ fit circa rem. neq; enim ſi potuit ex uino, & ex reditu negotiari, & lucrum capere, id æſtimabitur, ut ff. de act. empt. ſi ſterilis. §. cum per uenditorē. Item ſi dñs ei fidem non ſeruauerit, aut ſi feudum promiſſū ſibi non dederit, non tenetur ſeruare iuſm fidelitatis, quia ſemper inhæret uēditio, ſi fidē ſeruauerit domino, aut ſi feudum promiſſum præſtiterit, quia fidē ſeruare ei, qui contra fidem, graue eſt, & iniquum C. de tranſac. ſi diuerſa, & in decret. cauſa 27. q. 2. Agathoſa. & 22. q. 2. ne quis. & c. quare j & C. de pa. cum proponas. & ff de mi. 25. ann. l. auxilium. in fi. l & C. de non num. pecu. l. ſi & ff. ad l. Iul. de adult. l. ſi uxor. & ff. loca. l. quæro. §. inter locatorē. & de leg 2 l. cum pater. § Libertis.

o *Præſtabit.*] nec liberabitur dominus, uolens ei ſoluere intereſſe, ſi eum pœniteat inueſtituram feciſſe, ut inf. ſi de feudo controuer. fuer. c. ſi facta.

p DE INVESTITVRA DE RE ALIE. &c.

Quidam hic non habent titu. nec etiam cap. & malè.

p Cum

CVm de re aliena, vel alij obligata inueſtitura fiat, illud diſtinguitur, vtrum ſcienti, an ignoranti facta ſit. Qui enim alienæ rei ſciens inueſtituram acceperit; niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit, de euictione * agere non poterit; [a] ignorās verò rectè aget, vt aliud eiuſdē bonitatis, ſeu quātitatis ei præſtet. Sed i eo nulla eſt differētia q inueſtiturā fecit, vtrū ſciuerit, vel ignorauerit.[b]

¶ Rei autem per beneficium rectè inueſtitæ vaſallus hanc habeat poteſtatem, vt tāquā dominus poſſit à quolibet poſſidente ſibi quaſi vindicare: [c] & ſi ab alio eius rei nomine conueniatur, defenſionē opponere. Nam & ſeruitutem eidem rei debitā petere poteſt, & retinere.

¶ Quid ergo, ſi pretio, vel dolo, aut in curia ſeruitutem rei beneficiariæ imponi patiaē, & ad dominum ex qualibet cauſa poſtea beneficium reuertatur: an ex eo* præiudicium dn̄o genèretur, quæſitum fuit: & reſponſum eſt, vt vaſallo quidem donec feudum tenet, poſſit obeſſe: domino autem, etſi per longa tempora[d] perſeuerauerit ſeruitus, minimè noceat.

Vaſallus poteſt feudi conditionem facere meliorem, non deteriorem in alterius præiudicium. Bald.

¶ Econtrario autem ſi quid feudo à vaſallo additum ſit; ſi quidem tale adiectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit, id eſt, vt per ſe cenſeatur, vt prædium; id non accreſcit feudo. Si verò per ſe non poſſit ſubſiſtere, [e] vt ſeruitus; pleriſque placet feudo accedere, & ſicut partem feudi diſponendam eſſe. meliorē [f] namque conditionem feudi facere poteſt: deteriorem verò ſine domini volūtate, vel eorum agnatorum, ad quos per ſucceſſionem pertinet: facere non poteſt.

d *Domino. Agente.*] ſcilicet, rei vindicatione, ſi crediderit, ſe probare dominium: vel fortè condictione ex moribus: vel fortè condic. ex illa l. Imperialem, &c. cùm enim ibi non caueatur quo genere actionis agatur, meritò condictione ex illa l. agendum erit, ut ff. de condic. ex leg. l. 1. & intelligas, quod condices eam reſpectu poſſeſſionis, & non reſpectu proprietatis: cùm nemo poſſit condicere rem ſuam, niſi a fure: vt ff vſufru. quemad. ca. l. vlti. in fi. vel dicas, ꝙ condicere poſſes condi. ex illa l. ex libris Sabiniani: cum ab eo habeat emptor, qui pro dño poſſidebat vt C. de acq. poſſ. ex libris.

e *Iurare poterit.*] bene dixit poterit, ſcilicet, quādo verè ignorabat: & nō dixit, uoluerit: quia forte uaſallus libenter vellet iurare, & ſi ſciret illud feudum eſſe: ꝗa ignorans vēdidiſſet: & hoc dixit nolēs aperire viam periurijs: cum ſatis inhumanū eſſe videatur, per ll. quæ periuria puniūt, viam periurijs aperiri, ut C. de indi. vidu. l. 2. in fi.

f *Ignorans.*] dummodo tamen eius ignorantia non ſit craſſa, & ſupina: puta ignorauit quod omnes de ciuitate ſciebant, ut ff. de iur. & fact. ignor. l. 1. & 2. & l. regula. & argu. ff de calum. auus. Itē intelligas, verum eſſe quando ignorabat factum alienum: puta quia à prædeceſſore illud habuerat: & in alieni facti ignorantia tolerabilis eſt error, ut ff pro ſuo. l. fin. & ff de iur. & fac. ignor. plurimum & l. error ſecus in ſuo; puta cum ipſe acquiſiuit, ut ff ad velle quanquam. & ff. loca. & condu. ſed addes. § j. & de ædil. edic. l. 1. §. 1. & §. cauſa. & C. de reſcind. vend. quiſquis. & hæc uera ſunt, quando errauit in facto, putans, illud feudum eſſe. Sed quid ſi ignorabat ius: puta, quia ignorabat, legem prohibere feudi alienationem? Reſpond. forte non proderit ei talis ignorantia, ut ff. ad ma. ſi quis patrem, & C. unde vi. ſi quis in tantam. & C. de interdic. ma. l. prima. & C. de præſcrip. 30. ann. l. ſicut. in fine. & C. de præſcrip. long. temp. l. vlt. leges enim ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, ab omnibus ſciri debent, ut C. de legi. & conſtit. leges. & hæc fortè uera ſunt, niſi fuerit talis, cui permiſſum ſit ius ignorare: puta minor, miles, & mulier aliquando, ut ff. de iur. & fac. igno. lege. regula. in princ. & C. ſi aduer. ſol. l. fin. & de iur. delib. l. fina. & de iur. & fac. igno. l. 1. unde hic circa hunc articu. potes diſtinguere, ſecundum quod diſtinguitur de ignorantia iuris, & facti.

Rem ſuã quis niſi à fure condicere non poteſt.

g *Electioni.*] & ita datur electio hic emptori, utrum uelit cedere domino, an uelit reſtituere uaſallo: unde ſecundum determinationem illius cap. potes intelligere, quod dicitur ſup. ſi de feud. contro. fue. c. ſi vaſallus. in quo indiſtinctè dicitur; quod vaſallo debebit reſtitui, & non domino. Vel dicas, & fortè melius, quod illud intelligi debeat cum determinatione illius. & quod dicitur, quod committitur electioni emptoris, verum eſt: ſed illa electio non habebit effectum, ſi vaſallus voluerit, vt eis reſtituatur: & poſtquam ei fuerit reſtitutum, tenebitur ad intereſſe empto-

ptori ignoranti, ſecundum ꝙ ibi dicitur: ſi autem contra voluntatem vaſalli dño ceſſerit: tunc fortè non tenebitur ei ad intereſſe, cum ipſi vaſallo debeat reſtituere, & ita culpa eius amiſit, quæ non debet venditori nocere, ut ff. de euict. ſi dictam. § 2 Sed quid ſi emptor domino ceſſerit, nũ quid vaſallus, qui ignorans vendidit, poterit hoc recuperare à domino, non obſtante venditione quam de eo fecerit? Rñ fortè ſic; cum per illam venditionẽ non fuerit dño apertum, ſecundũ qđ infra ſequit hoc eo. cap. ibi, quod dř alienatione feudum dño aperiri. &c. imo quod plus eſt, fortè ab ipſo emptore poſſet illud uaſallus recuperare ſtatim poſt venditionẽ, poſt quã ſciuerit feudum fuiſſe, cum venditio non tenuerit ipſo iure, vt dic. c. cõſt. Frid. imperialem, ut arg. C. de arg. & cõſi. l. quemadmodum. libro 11. Sed quo iure ageret contra quẽlibet? Valde ergo eſt notabile c. iſtud. quia multoties poſſet accidere de facto: nam & ſecundũ illud capit & illud, quod eſt ſup. ſi de feu. contro. fue. c. ſi vaſ. feud. credo conſtitutionẽ Frider. intelligendam.

TITVLVS XLIII.

De controuerſia inter vaſallum, & alium de beneficio.

Vaſallus agere & conueniri poteſt pro feudo, et pro parte feudi etiã domino abſente, & quaſi pro re propria, & tranſigere poteſt bona fide, & ſi contra eum iudicatum eſt, vel ab eo tranſactum, [d] minus cogitur poſtea ratum habere, etiã feudo ſibi aperto. Bal.

SI controuerſia inter vaſallum, & alium de beneficio fuerit, aduerſario proprietatem totius, vel partẽ, vel aliud aliquod ius ſibi vindicante: cauſa per vaſallum, etiam dño abſente, [b] quaſi propria ad finẽ pducatur; ipſe.n. ſolus vtiliter [b] agẽdi, & excipiendi habet poteſtatẽ, & ſi pro eo, aut contra eum iudicatũ fuerit, vel cũ aduerſario tranſegerit, dummodo fraudulenter actũ nõ ſit, etiam ſi poſt beneficium domino aperiatur; tale erit ac ſi, eo cauſam agente, iudicatum fuiſſet: & ideo ab eo ratum haberi [c] oportet.

DE CONTROVERſia inter, &c.

a *SI controuerſia. Domino abſente.*] idem puto, & ſi dñs fuerit præſens. & hoc eſt, quod dicit, dño abſente, ſtatim cum uaſallus eſt inquietatus de aliqua re, recte hanc hẽt poteſtatem, ꝙ tanquam dñs poterit à quolibet poſſidente, quaſi vindicare, & defenſionem opponere, vt ſup. de inueſti. rei alie. §. rei autem. uerumtamen, ſi uoluerit habere regreſſum aduerſus dominũ de euictione, debebit domino denunciare, ut ſup. ſi de feu. vaſ. interpella. fue. c. negotium. quod quidem intellige, ſecundum quod dicitur in gl. quæ ibi eſt, quæ ſic incipit, qđ intelligas ſecundum diſtinctionem, &c.

b *Ipſe enim ſolus vtiliter.*] & ita uidetur, quòd habeat utile dominium: quod verum puto, ſicut dicitur de ſuperficiario, & emphyteuticario. & de eo, qui ad non modicum tempus feudum conduxit, quibus datur utilis actio, ut no. ſup. de ca. cor. § j. inde hic poterit repetere, quod de hac materia no. in ſumma.

c *Ratum haberi.*] ita quod tenebitur vaſallus reſtituere intereſſe. ſecundum ſup. no. nec id quo nomine tranſactionis acceperit, feudum erit, ut ſup. ſi de feu. contro. ſue. c. ſi vaſ. de feu. ſuo.

TITVLVS XLIIII.

Quid iuris, ſi poſt alienationem feudi vaſallus id recuperauerit.

Culpa, quæ non tranſiuit in perpetuam priuationem, nõ poteſt purgari. Bal.

PRæterea * vaſallus ante conſtitutionem Lotharij Regis feudum alienauerat; quod in quibuſdam curijs pro parte, in quibuſdã pro toto olim licebat; & ipſum poſtea recuperabat: pro feudo ſibi retinebat: hoc eſt in cãm feudi recidebat: hodie autẽ ſi ipſum alienauerit, ſi quidẽ illicitè, licet poſtea recuperauerit, tñ penes eũ nõ remanebit; [d] vtpote dño, ad quẽcunq; puenerit, apertũ. ¶ Profectò ſi dñi voluntate [e] vẽdiderit, vel per libellũ, [1] † vel aliter alienauerit; ſi idem poſteà recuperauerit feudũ, penes eum remanebit, nõ iure beneficij, [f] ſed aut iure ꝓprio, aut iure libelli, aut aliter, ſecundum qđ idem recuꝑauerit: dummodo ſcias, ꝙ ſi ad libellum dñi voluntate id dederit, ſi quidẽ pro libello ei datur ſingulis forte [g] annis, & hoc iure feudi cenſebitur. Illud verò ius, quod per libellum tranſtulerit, & poſteà recuperauerit, pro beneficio nõ tenebit, ſed velut alterius rei [h] datæ per libellum: etenim ſi feudũ dño refutauerit, libellum retinebit.

QVID IVRIS, SI POST ALIENATIOnem feudi vaſallus id recuperauerit.

d PRæterea. Remanebit.] ſimile habuimus de eo, qui factus eſt clericus, vel conuerſus: qui licet habitum depoſuerit, feudum tamen, à quo priuatus eſt propter id non recuperabit, ut ſup. de benef. fra. §. ex hoc illud. arg. contra. ſup. titu. hic finitur. lex Contra. 1. lib. cum.n. vaſallus interim, dum eſt dñs excõicatus, vel à rege bannitus, ſit a ſacramento fidelitatis ſolutus: tñ ſi poſtea fuerit dñs reſtitutus, redit res ad priorem ſtatũ, ut ibi dř; hic ergo colligitur manifeſtè, ꝙ non reſtituuntur iura amiſſa, licet res in priſtinũ ſtatum redierit: arg. ad hoc. C. de ſen. ten. paſ. & re. inſulã. & ff. unde cogna. is, qui alienam. & ff. de vſufr. ac. l. quodcũ. §. j. & § pen. ar. contra hoc ff. de bo. poſ. cõtra tab. l. j § j & ſi. & de iure patr. ſiue. C. de adop. cũ in adop. & C. de ſen. paſ. & re. l. 1. & vlt. ma & ff de alie. iud. mu. cau. fa. ex hoc §. ſi quis.

e *Profectò ſi domini voluntate.*] fortè loquitur ſecundum noua iura, per quæ uaſallus prohibetur feudũ alienare ſine domini uoluntate, ut in conſt. Frid. & Lotha. olim tamen poterat vaſallus ſine domini uoluntate feudum, uſque ad medietatem rectè uẽdere, & libellario nomine dare? ut ſupra de feu. alie. cap 1. & ſup. qualiter olim poter. feudum alienari, circa prin. & hæc uera ſecundum ius antiquum, quando uaſallus non habebat id feudum in curte domini: nam ſi habeat in curte, vel ſi hẽat extra curtem, & dñs habeat diſtrictum, vel alium honorem; tunc ſecus: quoniam ſi aliquam partẽ alienabat ſine domini voluntate, à feudo cadebat, vt ſup. quibus mod. feu. amit. ca. itẽ ſi quis. imò & ſi fiebat alienatio ſicut fieri non debebat, habebat locum præſcriptio triginta annorum, & obſtabat tam ſcienti, quam ignoranti, ut ſup. qualiter olim feudum poterat alienari. §. præſcriptione. quæ habebit hodie contra ſciẽtes, ut no. ſup. de cap. corra. cap 1. dum tamen ſint tales perſonæ, quibus hodie currat præſcriptio talis, ut C. de præſcri. 30 ann. l. 2.

f *Beneficij.*] puta, quando vendiderat, cum idem eſt, quando ad libellum dederat, & cum recuperauit ſimiliter ad libellum, & hoc eſt, quod ſequitur, aut pro proprio, aut pro libello, &c & hoc uerum eſt, quòd non remanebit penes eum iure beneficij, ſcilicet illud ius, quod per libellum tranſtulit, & poſtea recuperauit, rem tamen ipſam nihilominus retinebit in feudum, ſicut ab initio habuerat, & hoc datur intelligi per id, quod infra ſequitur. illud uerò ius. &c. & quod in fine dicitur, ſi feudum domino refutauerit, &c.

g *Singulis fortè annis.*] ſcilicet, quod datur ei pro libello ſingulis annis ſui reditus. Vel intelligas hoc ſcilicet quod ad libellum domini uoluntate dedit: ut referatur ad ſuperius dictum, & non ad proximum. Sed prior expoſitio uerior uidetur.

h *Alterius rei.*] i. tanquam alia res eſſet ſibi data ad libellandum, ſcilicet, ab alia, quàm tenebat in feudum.

** Not. hic text. ſatis elegantem. Quærit hic do. Alua. & tali quæſtione, quã ponit Bald. in l. 2. C. de epiſc. aud. Si ex forma ſtatuti daretur certa ſolennitas in venditione rei feudalis, vel emphyteutica, ſine qua vitiatur venditio: an tunc ſi contra fiat, cadat quis propterea à iure ſuo. & reſpon. ſecundũ Bal. quòd non: quia verbum venditionis, abſolutè prolatum non comprehendit venditionẽ quæ nulla eſt ex defectu ſolennitatis. per l. 4. §. condemnatum. ff. de re iu. facit l. alienationis. ff. de verb. ſig.*

1 † Libellum.

AN AGNATVS, VEL FILIVS DEFVNcti poſſit retinere feudum, &c.

a *SI contigerit. Feudum*] ſcilicet, paternum: ſecus ſi fuerit nouum; quoniam tunc nec cum hereditate, nec ſine hæreditate retinere poſſet, niſi eo pacto eſſet acquiſitum, vt ſup. dictum eſt pluries.

b *Retinere poterit.*] hoc ideo contingit: quia potius principali prouidentia, q̄ ex iudicio, ſiue ex ſucceſſione defuncti ad eũ peruenit, vt arg. ff. de ado. ſi arrogator. à maioribus enim potius hoc intelligitur, quam ab illo.

c *Supra diximus.*] vt ſup. hic finitur lex. §. his conſequenter. cõſiderabitur eñi, vtrũ deceſſerit ante Kalẽdas Martij vel poſt: & hoc ideo quia fructus illius temporis pertinent ad hꝛ̄dem defuncti, & non ad dominum, ſecundũ quod ibidem dicit.

Bald. proſequitur hanc materiam in 6. col. prope fi. eodẽ.

d *Repudiare.*] hoc ẽt verum eſt, ſiue feudum fuerit nouum, ſiue paternũ, & hoc datur intelligi p̄ id, quod inf. ſequitur ad agnatos, ſi paternũ fuerit, &c. Et ita no. quod deterior conditio eſt filiorum, q̄ agnatorum ſic ſup. ſi vaſal. feud. pri. cap. 1. quod videtur mirũ: maxime cum fuerat paternum, quod potius principali prouidentia videtur ad eũ pertinere debere, q̄ iudicio defuncti, ut ſup. notatum eſt.

Deterior eſt quandoque filiorũ conditio, quã agnatorũ.

e *Aut vtrunque.*] No. ergo hic, quod ſi filius vaſalli non poteſt retinere feudũ, repudiata hæreditate paterna, ad hoc, ut non teneatur ſatiſfacere creditorib. hæreditarijs. & eſt pro hoc arg. ff. de verb. ſignif. bonorum §. j. ff. vt in poſ. legat. eſ. cui § bonorũ. & de bon. poſ. ſed & cum. §. bonorum & de acquir. re. do. l. rem in bonis. & de verb. oblig. ſtipulatio iſta. & ff. ad Treb. l. cogi. §. ſe. l. & arg. contra C. de col. fun. pa. l. 3. & C. de fun. pa. l. fundi & l. poſſeſſores. & C. de col. ſa. fun. pa. l. pen. & de bo. li. ſi patronus. §. fi. Sed nunquid idem erit in filio emphyteuticarij? ſi̅c. hic, quod ſic. & prædicta pro, & contra potes in eo notare.

f *Conſentientibus.*] vel etiam poſtea ratum habentibus, ut ſup. de alie. feu. pa. c. j. cum ratihabitio retrotrahatur, & mãdato æquiparetur, vt ibi notatur: nam & ſi ad iſtum non deſceꝺ deuenit per ſucceſſionem: tamen ſi conſenſu eorũ fuerit inueſtitus, ad eum repetendum nullo modo regreſſum haberet, ut ſup. quib. mo. feu. amit. §. præterea. & hæc vera ſunt ſiue conſenſerunt tacite, vel expreſſè, ut ibidem notatum eſt.

TITVLVS XLV.

An agnatus, vel filius defuncti poſſit retinere feudum, repudiata hæreditate.

Primò tractat, an agnatus poſſit hæreditatem agnati repudiare, & feudum retinere. Secundò an filius vaſalli poſſit hæreditatem repudiare, & feudum retinere.

SI contigerit, vaſallum ſine omni prole decedere, agnatus, ad quem vniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate, feudũ,[a] ſi paternum fuerit, retinere[b] poterit: nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de eis debitum ſoluatur; quo tempore deceſſerit (ſecundum quod ſupra diximus[c]) conſiderabitur. Vbi verò filium reliquit, ipſe non poteſt hæreditatem ſine beneficio repudiare,[d] ſed aut vtrunque[e] retineat aut vtrunq; repudiet: quo repudiato, ad agnatos ſi paternum ſit, pertinebit: & licet alterum ſine altero retinere non poſſit, agnatis tamen conſentientibus,[f] poterit dominus eum (ſi voluerit) quaſi de nouo beneficio[g] inueſtire: quo facto, licebit ei repudiata hæreditate, feudum tenere, nullo onere ei hæreditario imminente.

TITVLVS XLVI.

An apud iudicem, vel curiã domini quæſtio feudi debeat terminari.

Primò ponitur th ma. Secundò quæſtio. Tertiò reſponſio. Secunda in verſic. eſt igitur quæſitum. Tertia in verſic. & reſponſum.

EX eo, quod ſupra diximus,[h] vt ſi inter duos de beneficio fuerit cõtrouerſia, coram iudice, vel arbitro finiatur: talis hic fit quæſtio: quodã ſine filio decedente alius credens beneficium, quod ipſe tenebat, aptum dño eſſe, ab eo inueſtitus eſt eius beneficii nomine: econtra apparent agnati, qui feudum ſibi vindicant, quaſi paternum. Eſt igitur q̄ſitum, an apud curiam domini, vel iudicem ſit hæc quæſtio terminanda? Et reſponſũ ſcio, quia ad dominum quodammodo cauſa ſpectare videtur, ad quem inueſtitus habebit regreſſum de euictione, vt coram paribus[i] finiatᵣ curtis: & licet alter per ſe nõ poſſit alterum trahere ad curiæ iudicium, generaliter tñ etiamſi inter duos cauſa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non licebit eorũ alicui eius curiæ iudiciũ declinare.

TITVLVS XLVII.

Qualiter dominus proprietate feudi priuetur.

Dominus propter feloniam commiſſam in vaſallum, feudi proprietate priuatur. ſicut econtra vaſallus feudo. Bald.

g *De nouo beneficio.*] ſed nunquid in iſto caſu poſt mortem filij eius, ſi deceſſerit ſine filijs, pertinebit illud feudum, tã quam paternum adhuc ad eoſdem agnatos: ita quod præferantur domino? Reſpond. forte non, ſecundum quod uidetur dici in illo §. præterea. nam conſentiendo cum inueſtiri, quaſi de nouo beneficio videtur iuri ſuo renunciare: quia qui alij conſentit, iura ſua perdit: ut C. de adminiſtr. tuto. cum q. dam. & etiã ad hoc eſt arg. inf. prope. ca. ſi̅c. etiam agnat. vt ſi. ed quid ſi ſine eorum conſenſu dominus eũ, quaſi de nouo beneficio inueſtiuit: nunquid ſtatim poterunt illud petere ab eo? Reſpon. forte non, ſi filius eum non repudiauerat: tũ & alias forte dñs poſſet ei facere gratiam, inueſtiendo eum propter ſeruitium, & amorem patris: ſicut dicitur de ſimi, u. ſ̄. quemadmodum ad ſil. feud. perti. capit. ſi quis ſine filio.

Facit hunc titulũ Felin. in le. cæterũ nu. 5. & ſequ. de iud. cum reg. & nol. iu. ſaucu. ty.

AN APVD IVdicem, uel curiam, &c.

h *EX eo diximus.*] vt ſup. de lege Corra. c. ſi autem inter duos pares.

i *Coram paribus.*] hoc ideo contingit: quia hic conſtabat, illud feudum pertinere ad illum dominum, ſed in ſuperiori cap. ſi autem inter duos pares, non conſtabat, & ita habes hic, quod pares debent cognoſcere, ſi uolunt, quando quæſtio de feudo eſt inter duos q̄ d. videtur contra illud, quod dicitur in conſt. Frider. imperialẽ §. præterea ſi inter. ſcilicet quod dominus cognoſcere debet. Sed dicas q̄ illa loquitur de ijs, qui alias erant vaſalli, & non tantũ de eo, ſuper quo erat quæſtio, hic autem miles, qui fuerat inueſtitus de eo, ſuper quo litigabatur, non erat alias vaſallus. Vel intelligas, quod hic dicitur coram paribus curiæ finiatur: ſi pares, ſcilicet voluerint, & hoc etiam eſt, quod ſequitur; & licet alter per ſe non poſſit, &c. & quod dicit in fi. non licebit alicui eorum, intelligas, id eſt non debebit: poterunt tamen ſi voluerint. vel dicas, quod dominus vna cum curia cognoſcet, ut ſup. de inue. in ma. facta § illud. & tamen tenendum eſt, ut hoc c. intelligatur ſecundum illud, & econtra. Et ſecundum hoc dicas, quod hoc c. & etiam illud ſi inter pares duos, loquantur ſecundum iura vetera; hodie autem debebit dominus cognoſcere, vt in conſtit. Frideri. Imperialem § præterea & poteris hic notare, quæ notantur ſuper prædicto c. illud tamen.

QVALITER DOMINVS PROPRIE. &c.

a EX facto. Mihi placet.] & verior eſt, vt puto, & tunc ad uaſal peruenieт proprietas,non habita diſtinctione,peccauit dñs in uaſallum,uel in alium, 1 ut ſup. ſi de feud.controuer.ſue. c.dño committente. & non eſt mirum, ſi proprietaté amittat, cum ipſe dñs teneat uicem reddere uaſallo de ijs, in quib. vaſallus ei tenet,ut ſup. de forma fidelita.c.i. ſi.

1 Vide de hoc p do. Aluar. hic in 1.col.in ſi. verſicu. quæro. cũ glo. 3.

b Habi. a diſtinctione.] hoc uerum eſt, quantum ad id, de quo quæritur hic: quantu uero ad hoc, ut probari poſſit eligi ad cognoſcendũ inter dñm,& uaſallũ, inuito dño, & uaſallo; diſtinguendum eſt:qm ille non eſt eligẽdus pro pari, qui fidelitatem non iurauit, inuita altera parte,ut ſup. de controuer. feudi apud par termi. c. ſi inter dominum.

EX facto quæſitum ſcio, & ego à plurib.quæſiui: ſi dñs contra vaſallum apertam feloniã fecerit: an ſicut vaſallus ſeudũ dēt amittere, ita dñs proprietate priuetur? Et quidã dñt ex oi felonia, qua uaſallus feudo priuať,& dñs proprietate priueť. Alij non, niſi ex magna felonia: alii ex nulla. Sed prior ſñia mihi placet,[a] non habita diſtinctione,[b] qualis uaſall[9] ſit, vtrum per ſacr̃m, vel non.

TITVLVS XLVIII.

De feudo non habente propriam feudi naturam.

Similes accepit caſtrum in feudum à duce, vt ipſe, & ſui hæredes quibus dederit, ita habeant, non habet hoc feudum propriam feudi naturã, quia alienare poteſt feudum vaſallus indiſtinctè, & ille, in quem alienauerit, non retinebit pro feudo. Bald.

SI quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipſe, & ſui hæredes, & cui ipſe dederit, habeant: tñ iſte, qui ſic accepit, poterit id uendere, vel donare: vel aliter (ſi ſibi placuerit) etiam ſine uoluntate dñi alienare, & ille etiã, cui datum fuerit, non habebit ipſum pro feudo, niſi ſicut ei datum eſt. Sed qualitercunque ei datum fuerit, ſiue ad propriũ, ſiue ad libellum: 1 † licet propriam feudi naturã nõ habeat, iure tñ feudi cenſebitur, vt ex his cauſis ipſũ amittat, quibus [c] & uerum feudum. Vbi ergo ſic datum eſt feudum, & cui in feudũ dederis, aliud eſt, & ꝓpriam feudi naturam habet.

DE FEVDO NON habente, &c.

c SI quis ea. Ipſum amittat: quibus.] ſcilicet, ille, qui habuit a uaſallo. Quid ergo ei prodeſt, ſi p proprium illud emit, ſi ex his culpis dēat illud amittere: certè ñ.nõ proderit ei,ſed ei nocebit ad hoc, ut illud amittat ideo ꝙ propriũ,vel quia ad libellum ſine uoluntate dñi illud acquiſiuit. Vel dic, & fortè melius,ſ quod illud verbum,amittat, non referatur ad emptoré, uel libellarium, ſed uaſallum; uel dicas, ꝙ uaſallus ijſdé cauſis illud amittat, & ad hoc facit, quod legitur ſup. ſi de feud. cõtro.ſue.cap feudũ. Sed nunquid emptor poterit illud præſcribere, ſi ignorãs illud feudum eſſe, ipſum per proprium emit? Itẽ nunquid hẽt iſte emptor uẽm proprietaté, & poſſeſſioné.

1 † Libellum.

TITVLVS XLIX.

De eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno.

TRes erãt agnati, vel plures: vnus eorum hĉbat feudum, quod erat paternũ; ſed alter eorum finẽ, & refutationem ei,ſuisq; hĩrdibus, & cui ipſe dederit, fecit: deceſſit iſte ſine filio maſculo. Alter, qui non refutauit, vindicat ſibi totum. Alter verò, qui refutationem fecit, vult ad ſucceſſionem venire, pacto non obſtante.[d] Sapientes quidam Mediolanen. interrogati rñderunt, non obſtare illud pactum, niſi feudũ omnino refutauerit, uel niſi ad hoc refutauerit, ut dñs eũ, quaſi de nouo beneficio inueſtiret. Tunc enim, ſecuta inueſtitura noua, quaſi nouũ ſit[e] feudum, non ſuccedit.

TITVLVS L.

De natura ſucceſſionis. feudi.

Primo determinatur clarè quæ perſonæ ſuccedere dẽant in feudo. Secundo ſubditur quædam quæſtio dubitabilis circa ius ſuccedendi in feudo. Secunda in verſic. dummodo ſcias. Bald.

SVcceſſionis * feudi talis eſt natura, qđ aſcendẽtes non ſuccedunt, v.g. pater filio:[f] inferius uero filius patri ſuccedit,[g] & non filia,[h] niſi ex pacto,[i] vel niſi ſit fœ-

DE NATVRA SVCCESSIONIS FEVDI.

f SVcceſſionis. Pater filio.] hoc eſt ꝯ ius Romanum,quo pater ſuccedit filio,& etiam mater,ut C.ad Senatuſ. Tenul.authen.defuncto. Sed hoc contingit ꝑꝑ naturã feudi, & ita in iſto caſu conſuetudo feu. uincit legem, nimirũ legum Romanorũ, nõ ẽ uilis auctoritas, ſed nõ adeo ſui ualitura momento, ut uſum uincat,aut mores, ut ſup.de eo. feu. c.1.

g Succedit.] hoc uerum eſt, niſi tale fuerit feudũ, in quo nullus ſuccedat, puta in feudo marchiæ ducatus, uel comitatus, uel alteri[9], regalis dignitatis, de quo ab imperatore ſit inueſtitus: in ipſo.n nullus ſuccedit, ſed morte accipientis finiť: niſi iterum ab imperatore inueſtiatur,ut ſup. de feud mar.c.1. licet hoc hodie ſit uſurpatum,ut ibi,& ſuperiori c.proxi. in ſi. Item niſi fuerit feudũ, de quo non fuit facta inueſtitura, ſed ita intrauit in poſ. quis uoluntate dñi in eo eũ nullus ſuccedit, ut ſ. quib mo. feud conſtitu.po.c.1. Item niſi filius ſucceſſioně feudi amiſit ꝑ ꝑ culpam ſuã, offendẽdo dñm in uita patris,& de illa offenſa dño nõ ſatisfecerit,ut in conſt. Frider imperialem. §.inſuper. Item ubi pater deliquit,ꝑꝑ delictũ amittit feudũ: qm tunc filius ab eo priuatur. ut ſup. ſi uaſa ſeu pri.cui deſe. c.1.& ſup. ſi de feud. contro.ſue.c ſi uaſal. culpam. Item uerum eſt, ꝙ ſuccedit filius patri in feudo, ſi legitim[9] ſit ab initio; nõ adoptiuus,neq; naturalis. Item naturalis ẽt ſi poſtea efficiatur legitimus, nec ſolus, nec cum aliis ad ſucceſſionem feudi uocatur, ut ſ. ſi de feu. contro.ſue c.adoptiuus & c.naturalis Itẽ uerum eſt,niſi fuerit natus ſurdus,uel cęcus,uel claudus, uel aliter imperfectus, ut feudo ſeruire non poſſit:tunc enim ſecundum quoſdam non ſuccedit, ut ſup tit. an mutus, uel aliàs imperfectus in feu.ſucce.c. mutus. Accur.

* Bald.ſuper hoc capenit pulchram quæſtio.& eum vide col. 2.

DE EO, QVI FINEM FECIT, &c.

d TRes erant. Non obſtante.] hæc,ideo, quia pactum fuerat perſonale ſ quantum ad ipſum, qui refutauit, & eius hæredes, & cui daret, unde non eſt mirum, ſi alii non proſit,ut ff.de pac idem in duob.§.1.ſecus ſi eſſet reale, ut ſtatim ſequit r.niſi feudum uino, &c. in rem enim pacta perꝗque omnibus proſunt,ut ff de pac.l & hæredi.§.1.

e Quaſi nouum ſit.] ſ quantũ ad eũ,qui refutauit, nõ quantum ad aliũ,qui nõ refutauit, niſi eius conſenſu hoc fieret; tunc.n.& ipſi fortè noceret,vt ſ.q b.mo.feu.amit.§ ꝑterea.

h Non filia.] licet enim filiæ,ut maſculi ſuccedant: legibus tamen ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare non poſſunt, nec earum filij,ut ſup. qui feu.da.poſ § hoc autem notandum & hoc uerum eſt:quoniam proles fœminini ſexus,& ex fœmineo ſexu deſcendens in feudo non ſuccedit, niſi ex pacto,ut hic,& ſup.de gra.ſucc.in feu.c.1.

i Niſi ex pacto.] & tunc demum ſuccedet, cum maſculi

minem. Tunc enim ſuccedit filia[a] matr , & patri: ſecundũ quoſdam[b] ſuccedit nepos[c] ex filio ſolus,[d] & ſic vſque in infin tum, ex latere omnes per maſculos deſcendentes, vſque in infinitum,[e] ſi feudum ſit paternum. Paternum[f] autem voco, quicunq; ex ſuperiorib. id acquiſiuit; dummodo ſcias, q̃ ſi quis habẽs beneficium, quatuor ſuperſtitibus filiis, decedat, & feudum ad unum ſolum ex diuiſione deueniat, & iſte, ſuperſtitibus filiis duobus, vel tribus, decedat, qui patrueles[g] dicuntur, & ad vnum eorum beneficiũ feudi ex diuiſione perueniat, & ſimiliter iſte ſuperſtitibus filiis decedat, qui patrueles dicuntur, ad quorum vnũ feudum ſimiliter peruenit, ſicut etiam ex aliis ſuperioribus, vel primis fratribus ſuperſunt maſculi: ſi ille, qui feudum habet, deceſſerit; nullo filio relicto, an ad omnes, vel ad quos perueniat, quæritur. Reſpondeo, ad ſolos, & ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit. Et hoc eſt, quod dicitur, ad proximiores pertinere.[h] Iſti verò proximiores eſſe dicũtur reſpectu aliarum linearum: ſed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineę æqualiter vocantur.

TITVLVS LI.

De capitaneo, qui curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidiſſe.

QVidam Capitaneus* in quadam curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curiam uendidit, non habita mentione beneficij. Controuerſia eſt inter capitaneũ, & emptorem, dicente emptore, ſe curiam cum beneficio emiſſe: domino uero cõtradicente, ad eum beneficium non pertinere. Reſpondetur, illud beneficium in uenditione non contineri,[i] niſi expreſsè de eo actũ ſit.[k]

non extiterint, ut ſup. tit. ep̃m Abba &c. c. item ſi ep̃s. vel abbas. in fi. & ſup. de ſuc. c. filia vero. nec. n. patet locus fęminæ in feudi ſucceſ. donec maſculus ſupereſt; ex eo, quod primus fuerit inueſtitus de eo, ut ſup. de eo, qui ſibi, uel hæ re. ſuo maſcu. & fœmi. feud. accepit. c. qui ſibi. Accur.

a *Filia matri*.] vel niſi poſt mortem patris feudum à dño rędemerit. uel niſi à domino fuerit inueſtita de beneficio p̃ris, p̃p ſeruitiũ, & amorem patris: tunc. n. nõ poterit ab aliquo renouari: ex parentib. ſuis, ut ſup quemad. ad fi. feu. perti. c. 1.

a *Filia*.] hoc põt referri ad illud uerbũ, niſi ex pacto; poteſt etiã referri ad illud, vel niſi ſit fęmineũ, & tunc intelliges, qđ ille pater deſcẽdit ex fęmina, quæ acquiſierat feudu illud: quidam tamen non habent in textu hoc verbum, patri. &c.

b *Secundũ quoſdam*.] dixerunt tñ quidam ꝯ, ut ſ. de bene. feud. c. 1. imo ẽt fuerunt, qui dixerunt, qđ etiã maſculi non ſuccedant in feudo fœmineo, i. per fœminam acquiſito: cum ſm rigorem cõſuetudinis feudum dici debeat paternum, & nõ maternum, ut ſup tit. an mari. ſuc. uxo. in benef. cap. ſi fœmina.

c *Nepos ex filio*.] & non ex filia. proles. n. fęminini ſexus, &c. vt ſup. de gra. ſucc. in feu c. 1.

d *Solus*.] ſolus dicit quantum ad collaterales, qm̃ donec deſcendentes ſuperſunt, nõ admittuntur collaterales agnati, ut ſup. de gra. ſuc. in feud. c. per ſucceſſionem. Sed nunqd una cum patruo admittantur ad ſucceſſionem, aut in feu. in locum ſui patris? Rñ. ſic, cum iure illo conſuetudinario non ſit prohibitum; imò potius admiſſum; cum dr̃, quod prima cauſa ſit liberorum in ſuc. feu. & inter liberos videantur poſtea nepotes cõnumerari, ut ſup præd tit. &c in prin. nimirum: qm̃ appellatione liberorum, uel filiorũ nepotes continentur: nec etiam poterunt eos dulciori uocabulo nominare, ut ff. de uerb. ſig. l. liberorum. & l. iuſta. cum etiam Romano iure filius una cum nepote ex filio mortuo ſuccedit. C. de ſuis & legit. hæred. l. 3.

Filiorũ appellatione nepos continetur.

e *In infinitum*.] hic poteſt notari, quod infinitas rei licitũ, uel illicitum non uitiat, nec excludit, & eſt contra illud generale, infinitas eſt euitanda: ſecundum quod no. ſupra qui feu. da. poſſunt. §. hoc quoque ſciendum eſt.

f *Paternum*.] Sed quare dixit, ſi feudum ſit paternũ? nonne dr̃ feudum paternum, poſtquam peruenerit ad nepote? & denique paternum feudum dr̃, dum a quocunque de ſuperioribus ſit acquiſitum, ut ſtatim ſequitur, paternum uoco, &c. hoc eſt ab eo parente, qui fuit agnationis cõis, ut ſ. de gra. ſuc. in feu. c. 1. circa prin. Rñ. non ideo dixit, paternũ, q̃ illud non dicatur paternum, quod iam peruenit ad nepotes, quia de eo paterno non loquitur, ſed dixit, paternũ, eo reſpectu, ut agnati remoueantur à ſuc. feud. donec nepos ſupereſt. ſ. qñ ad auum illius nepotis iam peruenerat feudũ paternum, quod debebat ad agnatos deuenire, ſi nepos nõ præcederet eos in gradu, ſiue gradibus, & de eo paterno loquitur, & hoc eſt, quod dixit, ſolus.

g *Patrueles*.] ſed vr̃ falſum. ſ. quod dicantur patrueles, cum ſint nati ex eodem patre: vnde potius dñr conſanguinei, cum ex eodem ſanguine nati ſint: de quibus hẽs rubricam ſpecialẽ, ſiue tit. in auth. de conſangui. & uteri. fratri. col. 5. patrueles aũt dñr nati ex duob. fratrib. ut inſtit. de gradib. cognat. §. 4. & ff. de gradib. affin. l. 1. §. 4. ſed dicas, q̃ hi non dñr patrueles ex eo, q̃ nati ſunt ex eodẽ patre, ſed dñr patrueles, cum filij aliorum fratrum, licet de illis non eſſet adhuc locutus, ſed in ſequentib. loquetur, ſ. ubi dicitur, ſic & in aliis ſuperioribus, &c.

h *Pertinere*.] filiis. n. exiſtentib. maſculis, uel ex filio nepotib. uel deinceps per maſculinũ ſexu deſcendẽtibus: cæteri remouenĩ agnati, vt ĩ. de grad. ſuc. in feu. c. 1.

DE CAPITANEO, qui curiam, &c.

i Q*Vidam. Non contineri*.] licet fuerit vſus gñali, uel ſimplici, id tñ dẽt intelligi tm̃ uenditũ, de quo actum fuerit inter ꝯhentes, ut arg. C. de tranſ. l. ſi certa re. & C. ad uelle. iubemus. nec ẽt fuit cogitatum de beneficio uendendo arg. ff. de tranſac. l. cũ aquiliana. l. & qui cũ tutoribus. §. 1. Unde id tm̃ vr̃ uenditũ, quod verbis fuit nominatũ. ff. de euic. qui libertatis. & de fun. inſtru. & inſtrumen. leg. l. cũ de Lanionis. & l. prędia. nec. n. a verb. ſig. recedendum eſt, &c. ut de leg. 3. non aliter. Itẽ nonne põt fieri curia ſine beneficio, & ꝯ: ergo uendendo unũ, non ſeqtur uenditio alterius. arg. C. de prob. neq; natales. & l. ad p̃bationem ſeruitutis. imo ad uenditionẽ unius ſequi exceptio alterius. at C. de pac. conuen. tam ſuper do. l. fi. & ff. de compen. l. Labeo. eꝯ curia uendita, & bñficiũ venditum vr̃, cum ad curiam pertineat arg. ff. ſi ſer. uen. l. pen. §. 1. & de actio. empt. & uen. creditor. §. fin. in uendendo. n. fuit vſus verbo gñali, vel ſimplici: ergo vr̃ oĩa uẽdidiſſe, quæ non excepit. arg. ff. de excep. plurib. & ff. quæ in frau. cred. l. 1. §. 1. Item nonne beneficium cohæret curiæ: ergo cum datione curię tranſit: arg. ff. de offic. eius, cui mãda. eſt iuriſd. l. fi. & de inſtitoria. l. cuicunque. §. pen. præterea beneficium ineſt curiæ tanquam pars in toto: ergo tradita curia, & ipſum beneficium traditum intelligitur. alioquin non intelligeret curia tradita, parte ſubtracta. arg. ff. de verb. oblig. l. qui vſumfru. in princ. & l. in executione. §. pen. & ff. de excep. rei iud. l. ſi quis cum totum. & pro accipiente ꝯ dantem debemus interpretari. ff. de ꝯhen. emp. l. Labeo. & de verb. obli. ſtipulatio iſta. §. in ſtipul. hoc ẽt multum vr̃ facere pro emptore. ſ. quia non erat fortè aliàs empturus, niſi beneficium haberet, ut ff. de min. 25. annis. tutor urgentib. §. ſi. & de in diem addic. quod ſi. & de ſol. ſi quis alia. qua enim ratione vult venditor emptori ſubtrahere beneficium. ſ. quia ſpecialiter non dedit: eadem ratione põt ſubtrahere domos, uineas, & terras, & ita redigitur ad nihilum uenditio, ut ergo uideatur aliquid dediſſe, uideretur interpretandum, & beneficiũ eſſe datum. arg. ff. ad muni. l. 1. & de leg. 1. ſi quando.

* Dominus Bal. & Alma. formãt ſuper hoc capitulo pulchras, & vtiles quæſtiones ad quos propter longã diſputationem te remitto.

Curia uendita, & beneficiũ ad curiã ſpectans, uendi uidet.

k *Actum ſit*.] in generali enim alienatione non continentur, niſi de eis nominatim fuerit dictum, ut ſup. ſi de feud. contro. ſu. c. in generali.

B Fo-

¶ Quęſitũ eſſe apud me ſcio: ſi filius,[a] viuente patre, dominum offenderit; ita quòd feudũ amitteret, ſi pater deceſſiſſet, verũ feudum amittat,[b] vel non? ſecundũ iſtos, ſic: ſecundum Gerardũ non, & Obertum ſimiliter.

Diſpoſitio ſolius animi ad delictũ nõ pficit delictũ ſed inſidiæ habentur pro delicto contra dominũ cõſummato. Bal

¶ Si voluerit vaſall[9] dominũ offendere, ſed non laborauerit, feudum non amittit.[c] * Gerardus, & Obertus: ſimiliter etiam ſi laborauerit, nõ amittit feudum, niſi inſidiatus[d] ei fuerit, & hoc probatum fuerit.[d]

Feudum nõ tranſit ad fœminã, licet p pactum ſit actũ, ſi vaſallus ſupereſt. Bald.

¶ Similiter ſi quis inueſtitus fuerit de feudo, ita vt ad fœminam tranſiret, & duas filias tantum reliquerit, quarum vna filiũ habeat, & altera filiam: vtrum poſt mortẽ illarum maſculus tantũ feudum habere debeat? ſecũdũ Gerardum maſculus[f] tantũ, Ober. contra. & econtra ſi filios[g] ille habuerit. Filius[h] non poteſt recuſare hæreditatem patris abſque feudo, propinquus autem poteſt.

Si cõtẽtio eſt inter uaſallũ, & emptorẽ de feudo, vaſallo deficiẽte in probatione, electio iuriſiurãdi dat emptori. B.

¶ Si contentio fuerit inter filiam, & propinquum de hæreditate, & feudo: cùm filia feudum habere nõ poterat: q̃ dicat ipſa, hoc eſt de mea hæreditate, & ille dicat, imò de feudo, electio propinqui erit diſcernere veritatẽ iureiurando.[i] Gerardus, & Obertus.[k] Et ſimiliter, ſi contentio fuerit inter aliquem, qui emiſſet à ſeniore, & vaſallum, quia dicat vaſallus, hoc eſt de feudo meo, ille autem neget, electio emptoris eſt, veritatem iureiurãdo diſcernere.[l] cum pares curtis veritatem non teſtantur. Gerardus, & Obertus.

Feudũ nõ põt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Bal.

¶ Similiter feudũ lege commiſſoria datum non valet id eſt, ſi ad certum tẽpus pecunia nõ ſoluatur creditori, vt habeat in feudum. Ger. & ſecundum Obertum valet.

¶ Similiter poteſt feudũ dari ad certum ſeruitium.[m] Gerardus, & Obertus.

TITVLVS LII.

De prohibita feudi alienatione per Lotharium.

Feudũ vaſalli non alienẽt ſine voluntate dominorũ nouũ, & ſi uaſallus contra fecerit, pretio, & beneficio carebit. notarius vero, qui ſcripſit inſtrumentum, officio ſuo priuabitur & ſit infamis. Bal.

a *Filius.*] Quicquid in iſto cap. quæratur, & reſpondeatur, hoc plene determinatur in conſti. Frideri. Imperialem. § iniuper. hoc idem determinabitur ibidem de uaſallo uaſalli, qui dominum domini ſui offenderit, & ideo non eſt hic multum inſiſtendum.

b *Feudum. Amittat.*] hoc ideo, quia cogitationis pęnam nemo meretur, ut ff. de pæ. l. cogitationis. nec. n. puniri debet affect[9], niſi ſecutus fuerit effectus ff. qđ quiſque iuris. l. 1. § fi. & de iu. l. 1. § 1. & l. ſi quis vxori. § deniq; verbo. & l. inficiando. & ff. ad l. Cor. de fal. qui falſam nititur repe- ratus caſualiter dictum, pp enormitatem criminis, ut C. de epiſ. & cl. l. ſi quis nõ dicam & C. ſi quacũ que pręd. po. l. 1. & C. ad l. Iul. maie. quiſquis & ff. de extr. co. l. 1. non obſtat. quod alias dr. quia maleficijs uoluntas inſpicitur, non exitus ff. ad l. Cornel. de Sic. l. diuus. § 1. quia illud eſt uerum in maleficio perpetrato ſ. ut in eo nõ exitus inſpiciatur, quod perpetratum eſt. ſed debet inſpici, ſi ille, qui cõmiſit, habuit uolũtatem delinquẽdi. & tunc punietur: ſi autem nõ habuit uoluntatem, cum ſecus, ut C. ad l. Corn. de Sica l. 1.

* Quia cogitationis pœnam nemo meretur, et ff. de pœnis l. cogitationis. Bald. qualis, ſ. cogitationis teneatur de pœnis. actl. 1. c. cogitationis.

Voluntas in maleficijs nõ exitus inſpicitur.

c *Non amittit.*] quia forte pœnituit: ſi ũ venia dignus eſt, ut ff. ad l. Corn. de fal. qui falſam.

d *Inſidiatus.*] ſicut alias dr. qui inſidiatus fuit morti ſui dñi ueneno, uel gladio, amittit feudũ, ut ſup. quib. cau. feu. amit. § porro ſi dominũ.

e *Fuerit.*] per teſtes nõ minus v ſunt. & integræ opinionis, tñ qđ dicitur mihi in quadam cõſtitutione imperatoris Henrici, ut ſit quot teſtes ſunt neceſſa. ad proban. ingra. ca. ſi vaſallus. quam conſtitutionem pauci habent: neſcio tñ, utrum debeat eſſe conſtitutio vel non: vel ſi non eſt conſtitutio, dices, q ſufficiant duo, vbi enim numerus teſtium non adijcitur, duo ſufficiunt. ut ff. de teſtibus ubi numerus.

Teſtiũ numero non adiecto: duo ſufficiunt.

f *Maſculus.*] hæc uidetur melior ſententia: cum non debeant ſuccedere fœminæ in feudo, donec maſculus ſupereſt, ut ſup. epiſcopum, uel ab. &c in fi. & ſup. de ſuc. feu. §. filia vero. nec enim patet locus fœminæ in feu. ſuc. donec maſculus ſupereſt; ex eo, qui primo fuit inueſtitus ſup. de eo, qui ſibi uel hære. ſuis. c. qui ſibi. Acc.

g *Si filios.*] ſcilicet duos, quorum unus habuerit filium maſculum, alter habuerit filiam. & referas iſtud, ille ad illum, qui fuerit inueſtitus. & ſecundum hoc dices, quod filius maſculus tantum debet habere feudum totum. Sed dicas, quod hoc ultimum dictum ſit Gerardi, cui dicto Ober. non contradicit: alias enim contradiceret toti naturæ ſuc. feu. cum maſculi debeant præferri fœminis in ſuc. feu ut ſup. no. eſt. Vel ſi uis referre illud, ille, ad filium, quem una ex filiabus habuerat, referas: veruntamen ſecundum hoc bene diceretur, & econtra, &c. cum in conuerſo caſu nihil dixerat de illo filio, unde prior intellectus melior uidetur.

h *Filius.*] hoc idem dicit. ſup. tit. an agnatus, uel filius defuncti. c. & ſi contigerit. unde quæ ibi notata ſunt, hic poteris repetere. Acc.

i *Iureiurando.*] filia in probatione deficiẽte, vt ſup. de feu. cõtro. ſuc. c. 2. & intelligas, quod iurabit cũ 12. ſacramentalib. ut ſup. de controuer. inter maſculum, & fœminam. c. item ſciendum. & quæcunque ibi notaui de hac materia, hic repetas.

k *Gerardus, & Obertus.*] Pro ſnia Gerar. eſt, qđ dr ſup. de feu. dat. in uicem l. commiſſo c. ſi quis obligauerit. ul i dr, quod feudum nõ ſub prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore dñi debet acquiri. & ideo melior uidetur eius ſnia, unde quæ ibi notaui, & hic poteris notare. Acc.

l *Diſcernere.*] & idẽ eſt, ſi inter dñm, & emptorẽ fuerit contentio, ut ſup. de cõ. inter ma. & fœ. § itẽ ſciendũ. circa fi. itẽ intelligas, q iurabit ſi uidebitur iudici, q aliquid faciat pro eo, uel contra eũ, quare debeat ei dare iuſiurandum nec n ſemper debet dari poſſidenti ſed quandoq; uni datur, quandoq; alteri, quandoq; neutri, ut actore non probante, &c ut ſup. de contr. feu. cap. ſacramentum. Accur.

m *Seruitium.*] puta, ad aliquid certum faciendum quolibet anno pro ipſo feudo. & tunc non tenebitur aliud facere domino, niſi fuerit dictum. Sed nunquid poterit uaſallus * tale feudum refutare, quandoque uoluerit, immo domino Reſpõ. quod ſic: quia indiſtincte dicitur alias, quòd uaſallus poſſit feudum refutare, quãcunq; uoluerit: nec poſtquam refutauerit, tenetur dño ſeruire, ut ſup. de uaſ. qui contra conſti. Lotha. feu. alie. cap. 1. & c. 2. & cum ibi non diſtinguatur, nec nos debemus diſtinguere. argu. ff. de offi. præ. l. 3. & ff. de publi. de pretio. econtra uidetur, quòd non poſſit refutare ſine uoluntate domini: quoniam ab initio liberam habuit poteſtatem, ſe non obligandi ad illud ſeruitium faciendum, & feudum accipiendum: ergo non poteſt illi contractui, ſiue obligationi ſine uoluntate domini renunciare: ſicut enim in initio libera poteſtas eſt, &c. ut C. de actio. & obliga. ſicut cum omnibus conc. ſuis, & eſt argum. ad hoc ff. de uſuf. ſed cum fructuarium: nec obeſt. qđ prædictum cap. indiſtinctè loquitur; quoniã licet

* Adde Felyn. in c. q̃ in eccleſiarum. nu. 78. de conſtit.

ibi non diſtinguatur, nos tamen debemus diſtinguere, qđ enim omittitur à lege, non debet omitti à religione iudicantis. ff. de teſt. quæſitum. & de ſpon. oratio. & eſt fortè ratio: quia feudum datum ad certum ſeruitium faciendum, non poteſt refutari ſine uoluntate dñi alias uero quod eſt indeterminate datũ, poteſt refutari: quoniã vaſallus, qui habet feudum cõditionale, eſt obligatus domino ad illud ſeruitium, vel per ſtipulationem, vel ſaltem ꝑ actum in iſto contractu infeudationis appoſitum, & ita ueſtitum, vñ certa actione ad id faciendum poſſet à domino cõueniri, puta, vel ex ſtipulatu, vbi ad factũ eſt obligatus per ſtipulationem: vel certi condictione, vbi certum quid promiſerit: vel præſcriptis verbis, ubi ſtipulatio nõ interuenit: uel etiam condi. ex moribus informata per pactũ quod eſſet ineptum dicere, vt per eius refutationem actio domino competens tolleretur: at cum libere feudũ recipit, non appoſita aliqua conditione, ſ. e. ſimpliciter fuerit de eo inueſtitus, nihil ei eſt præter ſacramentum, de quo Deum habeat vltorem, ſi contra fecerit, ſi fidelitatem iurauerit: quia & feudũ amittit, ſi culpam cõmittit per quam amittere debeat: ad nihilum enim obligatus eſt, niſi ex natura feudi: niſi quis, ſi domino non ſeruierit, ſecundum ꝙ ex natura feudi debuerit, ipſum feudum amittit: ſicut n. iure conſuetudinario feud. permittitur uaſallo, feudum refutare: ita eodem iure liberatus eſt, poſtquam refutauit, ab illa obligatione naturali, qua tenebatur domino ſeruire. & hoc eſt, quod ibi dicitur, ad ſeruiendũ, poſtquam refutauit, non tenetur.

¶ Lotharius diuina fauente clementia 3. Imper. Romanorũ pius, felix inclitus, ac triũphator ſemper Auguſtus vniuerſo populo.

IMperialis beneuolentiæ, propriũ eſſe indicamus, commoda, ſubiectorum inueſtigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi, ſimiliter Reipublicæ bonum ſtatum, ac dignitatem Imperii oĩbus priuatis commodis preponere. Quo circa omnium fidelium noſtrorũ tam futurorũ, quàm præſentiũ nouerit vniuerſitas, qualiter dum apud Ronchalias ſecundum antiquorũ Imperatorum conſuetudinem ꝓ iuſtitia, ac pace Regni componenda conſederemus, omnia, quæ ad honorem Imperii Romani ſpectare uiderentur ſolicite indagantes, pernicioſiſſimam peſtem, & Reipub. non mediocre detrimentum inferentẽ reſecare ꝓpoſuim[a]. Per multas. n. interpellationes ad nos factas cõperimus, milites ſua bñficia paſſim diſtrahere, ac ita oĩbus exhauſtis, ſuorũ ſeniorũ ſeruitia ſubterfugere, ꝑ qđ vires Imperii maxime attenuatas cognouim[a], dũ Proceres nñi milites ſuos oĩbus beneficiis ſuis exutos ad feliciſſimã nñi numinis expeditionẽ nullo mõ tranſducere[a] valeant. Hortatu itaq; & cõſilio[b] Archiepiſcoporũ, Epiſcoporũ, Ducum, Comitum Marchionũ, Palatinorũ, cæterorumq; nobilium, ſimiliter ẽt iudicũ hac edictali lege[c] in oẽ æuũ, Deo propitio, valitura decernimus, *nemini licere beneficia, quæ à ſuis ſenioribus habent, ſine ipſorum permiſſione[d] diſtrahere, vel aliqđ commercium[e] aduerſus tenorem noſtræ conſtitutionis excogitare, [f]per quod Imperii, vel dominorum minuatur vtilitas.[g]

DE PROHIBITA FEVDI, &c.

a IMperialis. Tranſducere] cum ipſi milites, qui beneficia habent à dominis ſuis, debeant ire cum eis, quãdo vadunt Romam cum Rege in hoſtem, i. in exercitu. illi autem vaſalli, qui cum eis non vadunt, debent præſtare eis hoſtẽditias, olim. ſ. in Lõb. 12. denarios de modio. in Theutonia tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum ſolummodo eius anni. in quo hoſtem faciunt, ut ſup. de ca. cor. § ſimiliter in hoſtenditijs. hodie vero aliter ſtatutum eſt. ſ. quod ſi non iuerit ſecum in prædicta expeditione. uel alium pro ſe domino acceptabilem non miſerit, debebit tam in Lomb. quam in Alemania ſubminiſtrare domino dimidium reditus feudi unius anni, & ſi alterum illorum a domino admonitus, ſiue uocatus ſpatio cõpetenti non fecit, feudum amittit, ut in conſti. Friderichi Imperialem. § firmiter. & hoc debebit probari. ſ. quod uocatus fuerit à domino per compares ipſius uaſ. arg. inf. de allo. § ut autem æquitas.

b Conſilio.] ſecutus fuit Imperator ille modum Iuſtiniani in condenda lege ſ. eam faciendo conſilio procerum ſuorum, ut C. de legi. & conſti. l. humanum.

c Lege.] unde habet uim generalis legis hoc ipſo, quòd ibi eſt ponitur uerbum iſtud, hac edicta. l. quod ſolum ſufficeret, etiam ſequens uerbum. ſ. in omne æuum, &c. ad hoc, ut haberet uim generalis legis, ut C. de legi. l. leges, ut generales. Accur.

d Permiſſione.] aliàs enim, ſi eorum conſenſu uenditio fieret, bene ualeret, & hoc verum eſt, ſiue dominus conſentiat tacite ipſi uenditioni, ſiue expreſſim, ut argu. C. de remiſ. pig. l. 2. & l. ſi hypothecas. & ff. de reg. iu. l. creditor. qui enim alij conſentit, ſua iura perdit, ut C. de adminiſtr. tut. cum quidam. Sed quid, ſi eo ſciente, & non contradicente, uendatur? Reſpond. & tunc fortè bene ualeret uenditio, ut argu. ſup. ſi de inue. inter do. & uaſ. lis oriatur. §. ſi autẽ aliquis. patientia enim ſine contradictione habetur pro conſenſu expreſſo, ut ar. ff. de euict. quidam. & ff. manda. l. ſi uero. § idem Papinianus. & C. de nupt. l. ſi ut proponis. Item intelligitur conſentire, ſi præſens fuit, & non contradixit, ut argu. ff. de dec. honore. §. ult. niſi forte ſciat ubiq; ius ſuũ durare, dum tacitè conſentit, ut argu. ff. quibus mod. pig. uel hypo. ſol. ſicut. non vi & hæc uera ſunt, quando ex certa ſcia conſentit. alias enim potius videretur errare, ut ff. de iud. l. 2.

e Commercium.] puta, forte pretium ipſum accipiendo ſub colore inueſtituræ, vel etiã pignori obligando, uel aliter alienando, quod quidẽ facere non poteſt, ut inf. in conſtit. Frid. Imperialem § calliditati uel forte infeudãdo aliis, qui non poſſunt feudum ſeruare, ſicut ipſe poteſt, cum non ſit forte miles ſicut ipſe eſt, uel etiam dando alia lege, quam ipſe habet, quod ſimpliciter prohibetur facere, ut ſup. de lege Corradi § ex eadem leg.

f Excogitare] non intelligas ſecundum literam, quod ex ſola cogitatione [1] patiatur pœnam ſequentem, ſed intelligas de ea, quæ iam præceſſerat ad actum, & factum complectit, cum ex ſola cogitatione non minuatur utilitas imperij, uel dominorum. & hoc eſt quod ſequitur, per quod imperij, uel dominorum minuatur utilitas, &c. cum nemo debeat pœnam pati cogitationis, ut notatum eſt. ſup. titu. prox. c. ſi uoluerit. & ad hunc intellectum facit etiam, quod inf. dicit, pretio, ac beneficio ſe cariturum, &c. per quod videtur, quod completa debeat eſſe venditio. Vel dicas, quod bene debet pati uaſallus pœnam inferiorem ex ſola cogitatione. ſ. quia beneficio debet carere, ut hic ſit unus caſus, in quo patiatur quis pœnam cogitationis, & tentationis: hoc eſt, quod inf. dicit, in fraudem legis machinari tentauerit, &c. & intelligas, quod hic dicitur, minuatur. i. minui poſſit, & quod inf. ſequitur pretio ſ. quando cõpleta erat uenditio: ac beneficio, ſcilicet, quando ſolummodo cogitauerat, uel tentauerat; priorem tamen intellectũ puto meliorem.

g Vtilitas.] in hoc minueretur utilitas imperij, ſi beneficia ita alienarentur: quoniam milites, qui beneficia uenderent, non irent amplius in expeditionem cum dominis eorum, quod facere debent, ut ſup. no. eſt. & ita uires imperij attenuarentur ſecundum quod ſupra dixit, per quod uires imperij attenuatas; &c. dominorum autem utilitas in hoc minueretur. quoniam non poſſunt amplius habere ab eis hoſtenditias ſuperius nominatas, uel etiam alia ſeruitia. quæ uaſalli dominis præſtare tenentur, & hoc eſt, quod dixit in ſuperiori parte iſtius legis. ubi dixit.

*Adde Felyn. in c. quæ in eccleſiarum. n. 24. de conſtit. Rom. ſing. 518. Tu ſcias, quod ſi vaſallus.

1 Vide hęc per Bar. in 2. col. poſt princip. in uer. no. ꝙ punitur.

¶Si quis vero contra hæc noſtræ legis ſaluberrimæ præcepta ad hmôi illicitum cõmercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem huius legis machinari tentauerit, ꝑtio,[a] ac beneficio [b] ſe cariturum agnoſcat. Notariũ vero, qui ſuper hoc tali cõtractu libellum,[c] vel aliud inſtr̄m cõſcripſerit, poſt amiſſionẽ officij, ipſum infamiæ[d] *periculum ſuſtinere ſancimus. Datum 7. die menſis Noućb. M.136.

Primo thema Secũdo quæſtio: Tertio reſponſio. Secũda ibi, Defuncto. Tertia in verſ. quas amputantes. Bald.

Imper. Lotharius A. vniuerſo populo.

SAtis bene diſpoſitum ad vtilitatem Regni, & ad pernicioſam peſtẽ deſtruendam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidam miles bina beneficia à duob. dñis (,put ſolitũ eſt) acquiſiuit: qui decedens, duos reliquit filios, q pr̄na beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum dño ſuo pro beneficio, quod ad eum peruenit, fidelitatẽ nullo antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater pro ſuo beneficio alteri dño ſuo ſimiliter, quia nullum alium dñm hr̄e uidebatur, nullo antepoſito, fidelitatem fecit. ¶Defuncto poſteriore fratre ſine filiis: utique feudum in querimoniam uenit, ut prius perſonam, & ſic dñs poſterior talem fidelitatẽ quærit, qualem eius frater fecerat. ¶Quas amputantes altercationes, ſancimus, quod frater fecit (ſcilicet in dando ſimpliciter) nil ſuperſtiti obeſſe, licet in ſecundam, & tertiam generationem, & vſque in infinitum peruenit, ſi hoc actum erit.

Si vaſallus intra annum, & diem doloſè non petierit inueſtituram, amittit feudum. Si vero iuſta cauſa impeditus non fecer. t non perdit feudum. Bald.

Imper. Lotharius Aug. &c. Eugenio Papæ, & vniuerſo populo.

QVoniam inter[e] dñm, & vaſallũ nulla fraus nec vllũ malum ingeniũ dẽt interuenire; idcirco per hanc pr̄ntem legẽ ſancimus, ſi uaſallus non doloſè ꝑ annum, & diem ſteterit, quod à dño ſui beneficij inueſtituram non petierit, feudũ non ob hoc amittat: dolus enim abeſſe uidetur, ſi, iuſta cauſa[f] impediente, ſteterit, Dat. 6. Kal. Septẽb. anno à Natiui. Dñi. M.cxxvij.[1] †Indict. 5.

TITVLVS LIII.

De pace tenenda inter ſubditos & iuramento firmanda, & vindicanda, & de pena iudicibus appoſita, qui eam vindicare, & iuſtitiam facere neglexerint.

Primo præcipit imperator pacem iuramento firmatã ab oĩbus ſeruari. Secundo ſtatuit pœnam non ſeruantib. Tertio prohibet conuenticula & illicitas exactiones. Quarto confirmat ſacramenta puberum licita, & caſſat illicita. Quinto redit ad materiam feudorũ. Secunda ibi Si quis vero auſu temerario. Tertia in §. conuenticula. Quarta in §. item ſacramenta puberum. Quinta in c. 1. in ſ. tit. prox. incip. ad hoc qui allodium. Bal.

Fridericus Dei gratia Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus vniuerſis ſubiectis ſuo imperio, ſalutem.

HAc edictali lege in perpetuum ualitura iubemus, ut omnes noſtro ſubiecti imperio[g] uerã, & perpetuam pacem inter ſe obſeruent, & ut inuiolata inter omnes perpetuo obſeruetur, Duces,[h] Marchiones, Comites, capitanei, Valuaſores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum Primatibus, & plebeiis, à decimooctauo anno[i]

dicit, ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere.

a *Pretio.*] quod precium reſtituetur bonæ fidei emptori, ut in conſti. Frede. imperialem. circa fi. 1 reſpon. Sed quid, ſi eſſet malæ fidei emptor, puta, quia ſciebat, feudũ eſſe, quod emit. Reſpon. tunc non repetet ſecundũ quod hic uidetur dicere: aliud ſi in fraudem l. machinari tentauerit &c. quaſi uideatur dicere tam de emptore, quam de venditore, & ita ſecundum hoc poterit tenere iſtud, cantum agnoſcat, tam ad emptorem, quam ad uenditorem. de hac materia dicas ſecundum quod plenius no. in d. conſtit. Frede. imperialem.

b *Beneficio.*] quod beneficium dñs recuperabit nulla præſcriptione obſtante: quia quod ab initio non ualuit, tractu temporis conualeſcere nõ poteſt, ut ſup. de c. Corrad. c. 1. & in conſtit. Frede. imperialem.

c *Libellum.*] fortè quia interueniunt in contractũ ipſum ſuper aliqua ſchedula, uel fortè ſcripſit ſuper aliqua chartula, qualiter debeat contractus celebrari, quẽ dedit uni ex contrahentibus, uel ambobus, & nihil ultra fecit.

d *Infamiæ.*] & ita non patietur aliã pœnam notarius per conſtitutionẽ iſtam: niſi quia officium tabellionatus amittet, & infamis efficietur. per conſtitutionẽ autem Friderici, imperialem decet ſolertiã: dẽt ſimiliter manum amittere, i. §. illo, callidis. Sed nunquid uerum erit, ſi ſciens, ſiue ignorans feudũ eſſe, inde inſtrumentum fecit: non puto, quod ignorans puniatur: namque uaſallus alienans per ignorantiam punitur, ut ſup. de contro uer. inter do. & emp. §. 1.

e QVoniam inter.] Et no. quod lex iſta tantum locũ habet in futuro, ſm

* *Concor. C. de ſeru. fugi. auth. nouo iur. et hoc verum ſ. Sm Bal. hic. ſi notarius erat legitimæ ætatis. ſ. 25. anno completi, ut C. de his, qui ve. æta. impe. l. 2. aliàs nõ amputatur ei manus. quia inſtrumentum illud re vera nõ eſt falſum. ſed temerarium. Bald. Patientia pro conſ. m. ſubhabetur.*

quod dr̄ in prædicta conſtitu. Frider. imperialem. circa princip. ubi dr̄, unde imperator, &c. nimirũ cum in hac non dicatꝰ aliquid de præteritis cõtractibus: leges enim & conſtitutiones futuris certum eſt dare formã negotiis, &c. ut C. de legi. & conſtit. l. leges & conſtitutiones.

f *Si iuſta cauſa.*] quã autem intelligitur iuſta cauſa impediri, dicitur ſup. quo temp. mil. inue. pe. cap. 1. Et no. quod hæc lex, & ſuperior proxima inueniunt in pacis conſuetudinibus feudorum, unde quia dubito, utrum ſint leges, uel non, circa eas non inſiſto.

1 † *Forte* 17.

DE PACE TEnenda, &c.

g HAc edictali. *Imperio.*] Et ita uidetur, quod lex iſta non habet locũ, niſi inter illos, qui ei ſubditi ſunt. Sed nunquid tenet francigenas, 1 & alios ultramontanos, qui ei nõ ſunt ſubditi. uidetur, quod non; ex eo qđ dicit noſtro ſubiecti imperio. &c. Sed dicas, 2 quod eos ſimiliter tenet: quoniam licet ei non ſint ſacramẽto ſubditi, ſunt tamen ratione imperij Romani ſub quo eſſe debent, cum ipſi fuerint de imperio Iuſtiniani, ut C. de offic. præfec. prætor. aphri. l. vlt. 1 col.

h *Duces.*] qui autem dicantur duces, & alij ſequentes, dicitur ſup. qui dicatur mar. dux, eo. c. 1. Acc

i *A xviij. anno.*] Et ita habes hic, quod poſtquam quis eſt 18 ann. habet legitimam ætatem quantum ad hoc, ut teneatur iurare, quod pacem tenebit: aliud tamen obſeruatꝰ in contractibus rerum minorum: qm̄ tũc poſtquam factus eſt pubes, põt iurare in contractu ſuo, vt inf. ea. l. §. item ſacrã puberũ. Sed quid ſi poſtquã factus eſt pubes, iurauerit ſe non uenturum contra pacem, quam cũ aliquo ini-

1 Vide hic Iac. de Belui. qui diffuſe tractat hanc materiã, diſtinguendo ætates ꝑp effect[9] multiplices, & allegando iura ad hoc facientia.

2 Contrariũ eſt uerũ per tex. in cap. per venerabilem. q. fil. ſint leg. & glo. quam dicit Iaſ. eſſe adhoc ſingularẽ. in §. 1. iſti. de pa. pot. Alua. poſt Bar. in extrauag. ad reprimendum infra eo. col. 11.

mico ſuo fecerit, & poſtea ꝯ eam uenerit, rumpendo: nunquid punietur pœna eius legis? Reſpon. 1 forte non, ſecundum quod hic di, ut aliud ſit in ꝯtu, & aliud hic: qui cum pace recedit de eo, quod ſibi factum eſt. potius vr diſtrahere, quam ꝯhere: cum ille qui in eum maleficium commiſerit, erat ei obligatus, & non iſte ipſi. ſi enim imperator iſte vellet, quod per illud ſacrm tenereni, quare ſimiliter de eo nõ dicit, ſicut dixit de maiore 18. an. ? Vel dicas, ꝙ bene teneteſ pena huius legis tũc, & aliud eſt in gñali pace, de qua lex iſta loquitur, ꝗ oẽs ſubditi imperio tenentur inter ſe ſeruare, & aliud eſt in ſpeciali pace, quam ſi minor promiſerit ſe firmã, & ratam ſemper habiturum, & non contrauenturum, & poſtea iurauerit ſponte, non poterit poſtea contrauenire: cũ loco maioris tunc habeatur: tunc enim ꝯxit, promittendo ſuper facto ſuo, ſed in gñali pace, de qua loquitur hic, nullus vr ꝯhere, niſi quia iurat ad poſtulationem iudicis illius loci: nimirum aliqñ eſt quid licitum in ſpecie, quod in gñe nõ licet, ut arg. ff. quod cuiu. uni. no. item §. ſi decuriones. & ff. de arbi. l. ſi unus. §. ſi in duos. & inſti de leg. § ſed ſi uxori. & ff. com. præd. in tradendis. & ff. ſi quis cau. ſed & ſi §. quæſitum. & ff. de cõdi. & demon. cum ita. & de acq. here. l. ſi quis mihi. § ſed utrũ. notabis ergo hic, quod ætas legitima di. 18. ann. ad pacem iurandam: & et iure Lombar. di legitima ætas ſimiliter 18. ann. ad ꝯhendum, ut in Lombar. de prohi. alie. ml. l. 1. eodẽ iure dr legitima ætas. 14. ann. ad ſponſalia ꝯhenda, ut in Lombar. de prohi. nu. adueniente nouiſſima: alias dicitur legitima ætas 12. an. ad conſentiendum patri uolenti facere filios natu ſibi ſimiles, vel æquales, ut in Lombar. de ſuc. l. 3. iure autem Ro. di legitima ætas 25 an. ad ꝯhendum, ut ff. de mi. l. 1. alias 18 an. quantum ad hoc, ut quis poſſit pro alio poſtulare, ut ff. de poſtu. l. 1. §. 1. & inſtitu quib. ex cau. ma. licet, uel nõ in fi. alias dicitur legitima ætas pubertas, ſ. ad teſtamenta facienda, & ad nuptias ꝯhendas, & quantũ ad hoc, ut poſſit quis teſtimonium ferre, & ad contractus faciendos cum iuſſu, ut inſti. prædi in §. cum ergo. & inſti. de nu. in prin. & ff. de teſti. l. teſtium. §. leg. Iul. de vi & inſ. ea. l. §. item in ſacramenta. dicitur autem pubertas in maſculis. 14 ann. in fœminis 12. ann. quo tempore dũr uiri potentes inſti. quib. mod. teſt infir. circa princ. aliter dicitur plena pubertas in maſculis. 18. ann. in fœminis 14. quantum ad alimenta uſque ad pubertatem relicta, ut ff. de ali. & ciba. leg. l. mela ait §. alias dicitur legitima ætas, ex quo quis exceſſit infantiam, quantum ad hoc, ut poſſit emancipationi conſentire, ut C. de eman. l. pen. in fi dicitur autem infans minor 7. annis, ut C. de iure delib. l. ſi infanti. in prin. aliàs dicitur legitima ætas 25 ann. quantum ad hoc, ut nõ poſſit quis reſtitui aduerſus ꝯtum. quem fecit in minori ætate, ut C. de temp. in integ. reſti. l. ult. ex hoc ergo, qđ dicitur hic, colligi poteſt, quod nullus minor 18. an. debeat compelli iurare de pace, unde ex hac. l. poteſt notari bonum arg. qđ minor 18. an. non tenetur per ſe pugnare 2 cum non compellatur in pugna iurare arg. iſtius legis, ille enim, qui pugnam facit, debet iurare, quod nullam rem habet, quæ ad maleficium pertineat, ut in Lomb. qualiter quis ſe de. nullus campio. debet etiam iurare de alio, ut in prædi. tit. ſi qs alium alio. & maxime cum iuuenilis ætas excuſat eũ à pugna per ſe facienda, ut prædi. tit. l. antepen. nec iure Lomb. inuenitur de alijs legitimis ætatibus, niſi quas ſuperius nominauimus. Accur.

1 Idẽ Iac. de Bel. & Alua. hic.

2 Si tñ ſe ponit i neceſſitate, ſibi imputet, quia non reſtituitur. Bald. & Alua. p l. auxiliũ. ff. de min.

vſque ad ſeptuageſimum[a] obſtringantur iuramento, vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuent in pace tenenda, atque uindicanda, & in fine vniuſcuiuſq; quinquennij[b] de prædicta pace tenenda[c] omnium ſacramenta renouentur. Si quis vero aliquod ius de quacunque[d] re, vel facto[e] contra aliquẽ ſe habere putauerit, iudicialem adeat poteſtatem,[f] & per eam ius ſibi competens exequatur.[g]

¶ Si quis vero auſu temerario prædictam pacem violare[h] præſumpſerit: ſi ciuitas eſt: pœna centum librarũ[i] auri cameræ noſtræ inferenda puniatur, oppidum vero triginta libris aurei mulctetur; Duces autem, Marchiones, & Comites quinquaginta aur. libras præſtent; Capitanei quoque, & maiores Valuaſores viginti auri libris puniantur, minores verò Valuaſores, & omnes alij prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre cogantur, & damnum paſſo ſecundum leges reſarciant.

a *Vſque ad lxx ann.*] poſt illud uerò tempus non debet conſtringi iurare. ſicut nec teſtimonium dicere compelluntur huiuſmodi ſenes maiores 70. an. ut ff. de teſtibus l. inuiti. & de iure immu. l. 3. Accur.

b *Quinquennij.*] hoc* fortè dẽt fieri ꝑꝑ illos, qui iam peruenerunt ad 18. ann. qui nondũ iurauerant ꝑꝑ minorem ætatem, & ꝑꝑ illos, qui iam exceſſerunt. 70. ẽt, ut magis recommiſcantur, qualiter pacẽ debeant ſeruare, nihilominus tenentur ea ſeruare ꝑꝑ prius iurãm, cũ ipſi non iurent ad tps: perpetuo n ea debẽt ſeruare, ut in prin. huius l. dr hodie autem non ſeruatur huiuſmodi renouatio: imo potius ſit ꝯ. renouatur enim ſacrm ſocietatum, & coniurat omnium, quæ prohibitæ ſunt per hanc. l. in §. conuenticula.

* Addi. Vide addinonẽ ad Deciũ in l ea eſt natura. de reg iur.

c *Pace tenenda.*] ſubaudi, & de adiuuandis locorum rectoribus in pace tuenda, atque uindicanda, & hoc eſt, quod ſuperius dixit, ut pacẽ teneat, & rectores locorum adiuuent, &c vel dicas, ꝗ non renouabũtur ſacra, niſi de pace tenẽda, & intelligas, quod ibi non dr, qđ debeant iurare de adiuuandis rectorib. ſed di. quod poſtꝗ iurauerint pacẽ tenere, dẽant adiuuare rectores in pace tuenda, at uindicanda, & ita conſtruas: in pace teneant, iurerm adſtringant, & facies punctum, & uolumus, ſubaudi, ſiue iubemus, qđ adiuuent locorũ rectores priorem tũ intellectũ puto ueriorẽ.

3 Idẽ glo. legi Iaco. de Beluiſ. Andr. de Iſer. & Aluar.

d *De quacunque re.*] quam forte aliquis ſibi debet ex contractu, uel quaſi, uel ex maleficio, uel quaſi.

e *Vel facto.*] quod forte ſibi facere tenetur ex pacto, uel forte ſibi fecit, puta, iniuriam, uel quid ſimile.

f *Poteſtatem.*] Sed quid ſi non habeat iudicialem poteſtatem, & debitor ſuus fugit, nunquid ſua authoritate poterit: nam ab eo auferre, ita ut non incidat in conſtitutionem illam, ſi quis in tantam. C. unde vi. vel ius crediti aliter per l. illam, extat edictum diui Marci, uel debebit ne iudicem expectati? Reſpondixerunt 4 quidam, quod tunc et non expectata iudicis authoritate, poterit ei rem ſuam authoritate auferre, ut arg. C. de iudæ. & cœl. nullus. C. de feri. l. gñali lib. 10. quod nõ credo uerum eſſe: eſt enim, ſi ille fugeret, quod poſſet eum detinere, donec ad iudicem poſſet eum perducere, ut ff quæ in frau cred. l. ait prætor §. ſi debitorẽ. non tñ poterit ei per uiolentiam rem auferre. ſecundum quod ſatis dr in prædicta l. generali. & no ff quod me. cau. ſuper illa l. prædicta, extat edictum. Sed quid ſi non fugit? Reſpon. nec tunc ſua authoritate debuit auferre: uerum tamen ſi timet, rem ſuam uſucapi, uel præſcribi, uel timet aliter actionem ſuam ꝑpetuam, actionem forte inſtituturum, uel aliam: debebit proteſtari publice in ſcriptis cum ſubſcriptione tabellionum, uel ſi non poterit eos habere, ſubſcriptione trium teſtium. quod vult agere contra eum, & per eum non ſtat, ſed per iudicem, qui abſens eſt, & hoc faciet, vbi aduerſarius habet domicilium, & interrumpet tempus, ut C. de ann except. l. ut perfectius.

4 Et bene ſi res ſit ei ꝑtẽis. Ar. de Iſer. & Aluaro & Bal. ſecus, ſi eſt ſibi dbita obligatione ꝑſonali, ut in leg opi.

g *Exequatur.*] & non ſua authoritate; alias. n. incideret in edictum diui Marci, uel in conſtitutionem illam, ſi quis in tantam, uel in alias ꝯ quas faceret. idcirco n vigor iudiciorum, & iuris publici tutela eſt in medio conſtituta, ne quiquã ſibi ipſi permittere ualeat vltionẽ, ut C. de iud. & cœl. nullus, ſed ſi iudex noluerit ei facere iuſtitiã, & ipſe iudex. tenebitur ſibi reſarcire damnum, ut ꝯ ea l. §. iudices uero. Si uero maior iudex fuerit, punietur in 10. lib. au. ſi minor, in tribus, ut ibidem, ſequitur ſi quis uero temerario.

h *Violare.*] q. d. nos uolumus, quod omnes ita ſtent in pace, quam iurauerint, vt ſi aliquiſ paſſus fuerit iniuriam ab aliquo, fortè ante pacẽ iuratam. vel etiam fortè poſtẽ vel aliquid debeatur, qđ adeat iudicem, & per eum ius ſuum proſequatur, & non per ſe ſumat vindictam, vel iuſſi alioquin tanquam pacis violator punietur, & hoc eſt quod ſequitur, ſi quis vero, temerario auſu.

i *Centum librarum auri.*] & ita debent puniri in e. lib. au. & alij iudices minori pœna, ſecundum quod ſequitur & ita

& ita puniuntur maiori pœna maiores, quàm minores. & hoc etiam vero peccant arctius ſecundum quod id dicitur. multo mag. enim pœna ſunt digni, &c. ut C. de epiſc. & cler. l. preſb. ... h. ho. enim quod ſunt Marchiones, vel Duces, vel Comites, habent a principe, ut ſupra quis dica-tur dux. c. 1. corpora-

Iniuria [a] * **ſeu furtum** [b] **legitimè puniatur.** [c]

* *Not. hic Iac. de Bel ui. iniuriā puniri ciuiliter, & criminaliter, ut ff. de priuat. delict. ſ fin. & inſtit. de iniur. §. in ſumma.*

liter autem maiori pœna debent puniri minores, ut C. de ſi. ... nemo clericus. & hæc vera ſunt. quod præſtabunt dictam pœnam, & præterea punientur ſecundum qualitatem criminis & hoc eſt quod ſequitur, homicidium quoque, &c. & præterea reſarcient damnum ei, contra quem pacem ruperint, ut hic ſtatim ſequitur, & damnum paſſo, &c.

Iniuriam augent locus, & perſona.

a *Iniuria.*] ... qui ſeu iniuria inſpici à iudice debebit ſi fuerit atrox, uel non: inſpici etiam debebit in quem, & à quo facta fuerit iniuria, & quo loco, ut maior æſtimetur ex perſona, uel loco ſecundum ... quod hæc omnia dicuntur inſti. de iniur. §. atrox. ut ſecundum qualitatem iniuriæ debeat puniri. Item inſpici debebit, ſi deſcēdit iniur. ex l. Cor. puta, cum dicat, ſe pulſatum, uel uerberatum, uel domum ſuam per uim introitam, an deſcendat ex iuriſdictione prætoris, ſicut alia eſt præter prædictam, ut illa, quæ deſcendit à lege puniatur arbitrio iudicis, ſi in ... pœna corporalis, ... pecuniaria propter contumeliam, ut ff. de iniu. conſti-

1 Idem in ciuili deſcendenti ex l. Corne. ſed in vtraque iudex taxabit: Iac. Alua. & And. de Iſer.

tutionibus. In prætoria ... uero iniuria paſſus æſtimabit ſuā contumeliam, & iudex pœnam corporalem, ut inſti. de iniu. § pœna & hoc inſpicietur, an agatur ciuiliter, an criminaliter, quod ſi fieri potentiu primo caſu pœna imponatur, ſecundum ſum quod ſuperius dictum eſt ſi criminaliter, extraordinaria pœna officio iudicis, punietur, ut inſti prædi. titu. §. in ſumma. utrum autem poſſit agi una, ſi acta fuerit alia, uariatur: dixerunt enim quidam, 2 quod ſi agat quis pro iniuria ſibi facta ciuiliter, non poterit poſtea agere criminaliter, uel econtra. poteſt enim utraque agi, ut ff. de iniur. l. prætor. §. 1 ſed ſi agat ciuiliter, pro eo, quod ſeruus ſit dolo malo interfectus, nihilominus poterit poſtea agere criminaliter, & econtra, ut C. quando ciui. ac. præ. cri. l. 1. & hoc dixerunt tali ratione: quia quando alicui fit iniuria, non habet æſtimatio rei familiaris, ſi damni dati, ſed tantum contumeliæ. M. uero non conſentit cum eis in priori caſu: ſed in poſteriori, & hoc tali ratione, ſ. quia in eo caſu, quo quis habet ciuilem, iudicis eſt æſtimare utrunque. ſ. contumeliam factam, & pœnam corporalem. is uero, qui iniuriam paſſus eſt, neutrum æſtimabit in eo uero caſu, in quo quis prætoriam habet, ipſe æſtimabit contumeliam ſuam tantum iudex pœnam corporalem tantum. & ideo in hoc caſu ſi egerit ciuiliter, poterit poſtea agere criminaliter, ut C. quando ciui. ac. præiu. l. 1. & intelligas, quod hic loquitur de ea iniuria, quæ ſpecialiter dicitur contumelia, quæ à contemnendo dicta eſt: licet generaliter dicatur iniuria quicquid non iure factum eſt, ut inſti. de iniur. in prin. Accur.

2 Veritas eſt quod quā vtraque tendit ad vindictā, vna per alterā tollitur, ſecus ſi vna ad vindictā, & altera ad rem familiarē. Andr. de Iſer.

b *Seu furtum.*] quid ſit furtum, & unde dicatur, habes inſti. de obl. quæ ex delic. naſ. §. 1. & 2. & § furtum autem fit. & ff. de fur. l. 1. §. furtum. Fures enim ſunt, qui occulte, & ſine armis furtum committunt, ut in auth. ut nulli iudic. §. quia uero nos. col. 9. quod furtum poterit puniri ciuiliter, & criminaliter: ciuiliter punitur furtum manifeſtū in quadruplum non manifeſtum in duplum, ut inſti. de obl. quæ ex deli. § pœna & § vlt. & de ac. § ex maleficijs & §. dupli. & § quadrupli & totum eſt pœna, ſiue quadruplum, ſiue duplum. res enim ipſa furtiua condici per ſe poterit, ut inſti. de act. § ex maleficijs. & de obl. quæ ex deli. §. vlt. pro pœna uero dabitur furti actio: quæ actio, quando datur ad quadruplum, eſt prætoria, ut inſti. de perp. & temp. actio. §. furti quoque. quando uero datur ad duplum, eſt ciuilis, ut inſti. de noxa. ac. circa princ. & ita dominus Io. B. eas ſignificauit in arbore actionum quod autem eſt furtum manifeſtum, & quod non manifeſtum, dicitur inſti. de obl. quæ ex deli. naſ. §. manifeſtum. & §. nec manifeſtum. criminaliter poteſt puniri furtum: puta quia fur. corporaliter punitur ita tamen, quod nec moriatur, nec aliquid ei abſcindatur: ſed aliter caſtigari debet, ut in auth. ut nul. iud. §. quia uero. col. 9. dum tamen in facie eius nihil inſcribatur: ne facies, quę ad ſimilitudinem pulchritudinis cęleſtis eſt figurata maculetur, ut C. de pœnis, ſi quis in metallum. iure autem Longobardorum contrarium ſit: quoniam pro primo furto debet ei oculus erui: pro ſecūdo naſus ſcarpelari: pro tertio uero debet mori, ut in Lombar. de fur. & ſer. fu. ſi quis latro, & hoc uerum eſt, quando criminaliter punitur.

ſi autem ciuiliter punitur: tunc ſi maſculus fuerit, & liber, & furtum fuerit manifeſtū, ſibi nouum reddet, & pro culpa ſoluet 80. ſoli. ſi furtum fuerit uſque ad x. ſiliquas, ſiue ſolidos. & ſi non poterit ſoluere, debet mori. ſi autem fuerit nec manifeſtum tunc tm̄ nouum reddet. ſi aūt fuerit ſeruus eo modo puniī, excepto, quod pro culpa ſoluet tm̄ xl ſoli. vt in Lombar præd. tit. l. 1. 2 3. & 4. & hæc vera ſunt in maſculo. ſi aūt fuerit mulier liberam ſe pro manifeſto tm̄ nouum reddet. alia. n. culpa ab ea non dēt requiri, pro eo, quod paſſa fuerit iniuriā, cum deprehenſa fuerit in furto, ut in Lombar præd. tit. ſi mulier bona eodem modo punietur pro non manifeſto, vt puto, ex eo quod dī in l. 4. eo. tit. eodem ēt modo punietur furtum ab ancilla factum, ut in Lombar. præd. tit. ſi ancilla per l. autē iſtius Imperatoris Fride. alias corporaliter punitur, ſ. quia ſi furtum fuerit ualens. 5. ſoli. uel ſupra, laqueo debet ſuſpendi. ſi minus, ſcopis, & forcipe debet excoriari & tundi, ut ī. de pace tenen. §. ſi quis. 5. ſoli. valens.

c *Puniatur.*] ſm leges. ſed quæro, ſm quas leges dēt puniri iniuria. ſeu furtum: nunquid ſm leges antiquas Romanas, & nouas? an ſm ll. Longobar. punietur iniuria, ſm quod dī in Lombar. de conuiuijs, & in tit. de pla. ſeu fur. ſeruorū. & aliorum. & furtum ſimiliter ſm quod ſuperius no. eſt, an dices, prædictam dēre puniri ſm l. prędictam de pace. §. ſi quis alium. & ſeq. & §. ſi quis. 5. ſoli valens, &c. Reſpon. ſm l. Lombar. non punietur, cum iſte fuerit Romanorum Imper. vnde intellexit tm̄ de legib. Romanis. nam ille, qui Romana lege viuit, ei ſubiacere dēt, vt in Lomb. vt Roma. pro inter qua. le. viuere velit l. 1. Sed tū inſtabis, nonne & Carolus fuit Imperator, qui illam l. ſi quis latro, condidit, quæ eſt in Lombar de fur. & ſer. fug. Rū. licet fuerit Imperator, non tū fuit Romanus, vel dicas, quod non fuit Imperator: imo vr, quod tm̄ fuit Rex Francorum, & Lombardorum, ut in Lomb. qua. dī. lege ho. ſuas res ſer. de l. 1. in ſi. nec inuenitur in illo libro, quod fuiſſet imperator, niſi per ſubſcriptiones ſuper ll. eius factas ab ijs, qui compilauerunt Lombar. ſub titulis competentib. ſiue rubr. imo per illā l. quam fecit, ſ. primam, appellatur tm̄ rex, vt in Lomb. de epi. & cleri. l. 1. vel dicas, quod ſtetit rex per multos annos Franciæ, & Lomb. antequam Romanum imperium haberet, & tunc fecit. l. prædictam vt apparet per capitulare ſuum, ſi qs per ordinem inſpexerit in Lomb. confuſa non intitulata. nec enim inuenitur niſi nouem leges feciſſe, poſtquam fuit Imperator, ſiue x, vt in vlt. char. capitularis ſui reperitur. non. n. ille fuit Carolus, qui dī filius fuiſſe Pipini. ſed fuit ille, qui fuit pī Pipini, vt præd. c inuenitur. char. vlt. & in Lombar. de epi. & cle. l. & de hoc ſtatuimus & ita dices. ſm quod ſuperius dictum eſt, quod non punientur per l. Lomb. imo nec per ll. præd. ſup. de pace tenen. cum fortè ipſa non eſt lex, 3 nec pro. l. dēt ſeruari: maxime in iſto caſu nec Imperator iſte voluit eam. l. eſſe. niſi vt ſeruaret id, quod eſt in ea, donec conderet. l. de pace tenen. & ſuper ijs, quæ in iſta continent. vn̄ poſtea hanc legē fecit gn̄alem, quam voluit perpetuo debere obſeruari, ſm quod in prin. l. dr in perpetuū valitura, &c. & quod illa non ſit lex, probar ex eo, quod in ea dī. in prin. l. & oib. ad quos lr̄æ iſtæ peruenerint, p quod vr, quod non eſt lex: ſed fuerunt lr̄æ, quas mittebat per ſubditos ſuos, nō faciendo mentionem de omnib. ſubditis ſuis. ſed de his tm̄, ad quos peruenerint, cum fortè peruenerint, niſi ad paucos, & eas fortè miſit ſtatim cum receperat coronam, ſicut faciūt oēs imperatores. nec. n ſeruauit in ea ſtylum condendæ l. quē ipſemet ſeruauit in iſta, dicens hac edictali. l. & alijs, quas fecit, & qualem debebat ſeruare. & etiam ſeruabit Iuſtin. ſecundum quod dr in C de legi. & conſtitu. ut generales & l. humanum, quam etiam ſeruauit Lotharius in ſua l. ſuperiori. remanet ergo quod per illas leges Romanas debent puniri, & punientur ſecundum quod ſuperius no. eſt nec enim voluit Imperator iſte derogare alijs ll. per prædictam l. ſup. de pace tenen ſi. lex eſt. imo voluit, quod in ſuo vigore deberent permanere, & hoc probatur ex eo, quod in eadem dicitur circa princ. ſibi dicitur. Inde eſt, quod nos tam diuinas, quam humanas leges in ſuo vigore manere cupientes, &c. & hoc etiam, quod hic proxime dixit. ſup. & damnum paſſo ſm le. &c. & non dicit ſecundum ll. quod eodem modo dēt hic intelligi legitimè puniatur. i. ſm l. ſicut in prin. huius gl. expoſitum eſt. nec uoluit tm̄ repilogare verbum illud, ſecundum leges, cā pulchrioris dictatus. vel dicas (& hoc verum puto 4) qd prædicta lex bene eſt lex,

3 Contrariū eſt verū per tex. ibi, in verbo, ędictū. Alua. Leges forma q̄ ſit.

4 Idem And. Bal. & Alua.

¶ Homicidium [a] quoque, & membrorum deminutio, [b] vel aliud quodlibet delictū legaliter vindicetur.

¶ Iudices [*] verò, & locorum defenſores, vel quicunq; Magiſtratus ab Imperatore, vel eius voluntate conſtituti, [c] ſeu confirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint, [d] & pacem violatam vindicare legitimè ſuperſederint: damnū omne iniuriam paſſo reſarcire compellantur: & inſuper, ſi maior iudex eſt, ſacro ærario pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pœna trium librarum auri mulctetur.

¶ Qui verò ad prædictam pœnam [e] perſoluendam inopia dignoſcitur laborare, corporis ſui correctionem cū verberibus [f] patiatur, & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Dominus vbi conuenticula, aut conſpirationes fiunt, confiſcatur, vt receptans violatorem legis pari cum eo pœna punitur. Bald.

¶ Conuenticula [*] quoque in ciuitatibus, omneſque coniurationes, & extra etiam occaſione parentelæ, & inter ciuitatem, & ciuitatem, & inter perſonam, & perſonam, ſiue inter ciuitatem, & perſonam modis omnibus fieri prohibemus, & in præteritum factas caſſamus, ſingulis coniuratorū pœna unius libræ auri puniendis.

¶ Epiſcopos verò locorum eccleſiaſtica cenſura violatores huius ſanctionis, donec ad ſatisfactionem veniant, volumus coercere.

lex. & pro lege debet ſeruari. nam quod principi placuit, legis habet uigorem. quęcunque enim per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, uel edicto præcepit, legem eſſe cōſtat, ut ff. de conſti. princ. l. 1. ſatis enim in ea continetur uocabulum edicti, ſm quod in § illo ſi quis alium. dicitur cum ibi dicatur: ſi quis alium, &c. quaſi fuerit illud pacis edictū, quod fecit de pace tenenda: imo uidetur iuſſiſſe, quod per oēs partes regni deberet ſeruari. ex hoc, quod ibi dicitur circa prin. per vniuerſas regni partes, &c. quod ſufficit ad hoc, ut uim obtineat edicti, ut C. de legi. & conſtit. l. 3. Et ſm hoc dices, qđ iniuria puniri debeat ſm quod dr̄ in illa l. in illis caſibus, in quibus loquitur. ſ. quando fit poſt pacem. uerumtamen ſi iudex uidebit magis [1] puniendum, inſpecta atrocitate iniuriæ, & inſpectis perſonis iniuriā patientibus, & facientib. & loco magis puniet, uel etiam minus puniet, ſi uiderit puniendum, prædictis inſpectis, ſm quod dicitur inſtitu. de iniur. & ff. de iniu. cum per illā l. id non prohibeatur. quod enim nō imitat̄, &c. ut C. de teſt. l. ſancimus. quicquid enim noua l. non eſt ſpecialiter expreſſum, id ueteribus ll. uidetur relictum, ut C. de app. l. præcipimus. in fi. hoc idem intelligas de pœna furti, niſi forte quantum ad pœnam corporalem, quæ debebit forte fieri ſm quod dicitur in prędicta l. 1. §. ſi quis quinque ſolidos ualens. &c. in fi. licet enim uideatur perquàm durum, lex tamen ita ſcripta eſt, & ſeruanda, ut ff. qui. & à qui. ma. li. fi. uel non l. proſpexit legiſlator. niſi quia forte hodie derogatum eſt ei per contrariam conſuetudinem.

a *Homicidium.*] ille enim, qui homicidium facit, capite puniri debet, ut ſup. de pace tenen. §. 1. in fi. tenetur enim lege Cor. de ſica. cuius pœna talis eſt, ut inſti. de pub. iudic. §. item l. Corne. de ſica eodem etiam modo punitur, ſi cauſa hominis occidendi cum telo ambulauerit, ut ibidem dr̄ & C. ad l. Cor. de ſica. is, qui telo. imò & ſi cauſa furti faciendi, cum telo ambularet, eadem lege teneretur, ut ff. ad l. Corn. de ſica. l. 1. & hoc uerum eſt, quod ita punietur homicida, niſi per pugnam, uel aliter probauerit, quod ad ſui defenſionem illud fecit, ut ſup. de pace tenen. §. 1. is enim, qui aggreſſorem, uel alium in dubio uitæ diſcrimine conſtitutus occiderit, nullam calumniam ob id factam metuere debet, ut C. ad l. Corne. de ſica l. 1. & 2. quod enim quis ob tutelam ſui corporis fecit, iure feciſſe exiſtimatur, ut ff. de iuſti. & iu. ut uim. item hoc eſt uerum, ſi habuit uoluntatē occidendi: ſi enim non uoluntate, ſed forte caſu eum occiderit, impunis erit. quoniam crimen non contrahitur, niſi uoluntas nocendi intercedat: ea enim quæ improuiſo caſu potius, quam fraude accidunt, fato, non noxæ plerunq; imputantur, ut C. ad l. Corn. de ſica l. 1. & l. 4. in maleficiis n. uoluntas non exitus ſpectatur, ut ff. ad l. Corn. de ſica. l. diuus. Item hoc uerum eſt, quod ita debebit puniri, ut dictū eſt, & præterea bona eius fiſco applicabuntur, ſi non reliquerit aſcendentes, uel deſcendentes uſque ad tertium gradum, quo caſu eis conceduntur. excepto crimine læſæ maieſtatis, ſalua tamen dote uxoris, & C. de bonis damn. authen. bona damnatorum. & C. ad l. Iul. maieſta. quiſquis. Si autem homicida à facie iudicum fugerit, tunc res eius mobiles publicari debent in populo, & diſpenſari, alia uero immobilia dabuntur hæredibus ſuis iurantibus, & obſeruan-

tibus, ſm quod continetur. ſup. de pace tenenda. §. ſi uero pacis uiolator. & hæc uera ſunt in uiolatore pacis, in alio uero idem puto ſeruandum, quod in prædicta auth. dr̄. niſi forte diceres, ut maleficium non remaneat impunitum, qđ ſaltem legitima tantum aſcendentib. & deſcendentib. uſq; ad tertium gradum relinquatur. intereſt enim reip. ne maleficia remaneant impunita, ut ff. ad l. Aquil. l. ita uulneratus. parricidium autē punietur, ſecundum quod dicitur. ff. & C. ad l. Pompe. de parrici. & inſt. de pub. iudicis.

b *Diminutio.*] pro quo delicto forte manus delinquentis amputabit ſi uoluerit manus eius amputari, ſi pacem uiolauerit, ut ſup. de pace tenē. § ſi quis alium. imo (ut puto) in plus punietur, ſi iudici uiſum fuerit, ſm qualitatē criminis. imo & capite punietur, ſi animo occidendi eum percuſſit. ut ſup. notatū eſt. & hoc ſimiliter intelligas ſecundum determinationem ſuperius notatam ſ. ſe defendendo, aut nō, aut uoluntarie, uel hoc non fecerit.

c *Conſtituti.*] ita no. hic quod ab Imperatore debent iudices, & locorum defenſores, & alij magiſtratus, uel eius uoluntate conſtitui. & hoc uerum eſt, excepto in Lombard. quæ priuilegium habet ab eo, ut Lombardi per ſe iudices faciant, dum tamen ab eo confirmentur, quod male ſeruat̄, ſecundum quod continetur in pace, quam Imperator Cōſtantiæ fecit cum ipſis, quæ ſcripta eſt infra inferius in quaterno ſignato l. E 13 in fi. & hoc eſt etiam, quod dixit, ſeu confirmati, quod forte dixit propter prædictam pacem. & hoc uerum eſt, quod debent iudices in ciuitatibus conſtitui, ſ. qui iura reddere poſſint. parum eſt enim ius eſſe in ciuitate, niſi ſint, qui iura reddere, uel regere poſſint, ut ff. de orig. iur. l. 2. § poſt originem.

d *Facere neglexerit.*] ita quod eam nullo modo fecerint idem puto & ſi contra ius litigatoris fecerint. puta, ſententiādo contra eum, contra quem non debebant. forte corrupti pretio, aut gratia: quoniam tunc non patietur ſolum pœnam æſtimationis diſpendij. ſed etiam ipſius litis, cum eam ſuam fecerit, ut C. de pęna iud. qui male iu. l. ult. debet enim tūc condemnari ad ueram litis æſtimationē, [2] niſi forte ſit filiusfamilias, qui condemnatur, quatenus peculium patitur, [3] ut ff. de iudic. l. ſi filiusfamilias. hæc uera ſunt, qū dolo malo, ita iudicauerit: ſi autem non dolo, ſed per imprudentiam male iudicauerit, tunc condemnari debebit, quatenus æquum uiſum fuerit iudicanti, ut inſti. de obli. quæ ex quaſi deli. na. circa princ. & ff. de uar. & extraor. cog. l. fi.

e *Pœnam.*] hoc refertur ad proximum dictum. ſ. ad iudices. qui prædicta facere neglexerint. ſ. ut puniantur, ut infra ſequitur, ſi prædictam pęnam non potuerit ſoluere. Sed nunquid ad uiolatores pacis poſſit referri. ſ. qui propter inopiā non poſſunt ſoluere pœnam contra eos ſtatutam ſuperius, ſcilicet, ut eodem modo debuerint cum uerberibus procul ab eo loco, in quo habitat, abijci? & quare non, ut dicas, qđ referatur ad ſuperius dictum & ad proximum, & maxime cum uiolator pacis non commiſit homicidium, uel aliud delictum, propter quod debet capite puniri in ipſa uiolatione pacis, imo multo fortius debet referri ad eos, cū ſit tale delictum, propter quod etiam debet capite puniri. nā miles turbator pacis c. punitur, ut ff. de re mi. l. fi.

f *Verberibus.*] No. ergo, qđ non liberatur quis à pœna propter

Facit ad hoc authē. ut iudices ſine quoquo ſuffra. circa prin. & ff. ad l. Iul. ambi. l. 1. Iaco. de Belui. Furum pœna: & qui ſint fures, & quotuplices.

1 Hoc totum eſt in eius arbitrio: ſecundum Bal. & Aluar. Homicida capite punitur.

Facit ad hoc C. de epiſ. & cle. l. conuenticulam. & de his, quæ ad eccl. confu. l. de ruſticanis. & de monop. l. 1.

2 Etiā corporaliter pōt puniri ſm Iac. de Belui. ſtal. & Alcia.

3 Imo totū intereſſe ſm Aluar. per l. hic allęg.

Inopia pœnam non aufert, ſed auget.

pter inopiam, imo maiorem pœnam ſuſtinet cum corporaliter uerberib. debeat puniri, & præterea a loco ſuo expelli longe p 50. miliaria: ictus enim ſuſtiu maior pena eſt qualibet pœna pecuniaria, ut ff. de pœn. in ſeruorum. in fi. cum alias dicatur, quod ſaltem minorare poteſt propter inopiã, ut C. de mo. mul. l. eos. in fin. ſed hoc, quod hic dicitur, cõtingit propter enormitatem criminis.

¶ Conuenticula.] hic & alias prohibentur cõuenticula fieri collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuſcunque loci, vt C. de ijs, qui ad eccl. cõfu. denunciamus. & de epiſco. & cle. l. conuenticulam.

1 Concor. xi. q. 1. ca. coniurationũ. & cap. ſi qui clericorũ.

¶ Coniurationes.] i. quaſlibetcunq. ergo fiant coniurationes, prohibentur per l. iſtã, & caſſantur, quod male hodie obſeruatur:

¶ Receptatoribus[a] etiam malefactorũ, q prædictã pacẽ violauerint, & prædia emẽtibus, nr̃am idignationẽ ſubituris, & eiſdem pœnis feriendis:[b] p̃terea bona ei' publicẽtur, & domus eius deſtruatur.[c]

¶ Qui pacem iurare, & tenere noluerit beneficio, & lege pacis non fruatur.[d]

¶ Illicitas[e] etiam exactiones maxime ab eccleſijs[f] (quarum abuſus iam per longa tempora inoleuit) per ci-

Receptatores qui ſint, & eorum pœna.

imo totum contrarium faciunt ciuitates, maxime Lombardiæ per partes, quæ ſunt in ciuitatibus, & compagine, ut ita loquar. ſic etiam alias prohibentur coniurationes negotiatorum, ut ſpecies diuerſorum corporum negotiationis non minoris, quam inter ſe ſtatuerint, venundetur. ut C. de monopolis. l. . . . Accur.

a *Receptatoribus.*] peſſimum eſt genus receptatorum, ſine quibus latere diu poteſt, & perinde debent puniri ſicut latrones ff. de recep. l. 1. & de off. præto. congruit. idem fortè eſſet, ſi eos non receperint: ſed cum eos poſſent apprehendere, accepta pecunia, vel parte ſurreptorum, eos dimiſerint, cum in pari cauſa videantur cum eis. argu. d. præd. tit. l. 1. in fi. imo iure Longobar. ſi poſtquam deprehenderint eos, dimiſerint, omne damnum, pro quo deprehenſi fuerint, tenetur emendare, ut in Lombar. de fur. & ſer. fu. l. ſi quis furem.

b *Feriendis.*] puta. cum in pari facinore ſint cum ipſis violatoribus, quaſi conſentiendo, quos enim per facinus coinquinat, & æquat, vtroſque ſimilis pęna comittatur, ut C. de epiſc. & cler. l. quenquam in fi. facientes enim, & conſentientes pari pœna conſtringuntur, ut C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus § œconomus. hoc eſt verum, 2 niſi fortè ille, qui recipit, ſit eius affinis, vel cognatus, quoniam tunc debet abſolui, nec fortè ſeuerius condemnari. non eſt enim par eius, qui nihil ad pertinẽtes maleſactores recepit, ut ff. de recep. l. ſi iure autem Longobar. non inſpicitur ſit affinis uel cognatus: imo etiam ſi pater filio, uel propinquo latroni manſionem poſt miſſam ſancti Iannis Baptiſtæ dederit quaſi latro, & infidelis debet iudicari unde qui illum ſuſcipit, ſimilis eſt illi, niſi iurauerit cum decem francis (ſi francus eſt) quod neſciuerit, eum latronem fuiſſe, ut in Lombar. de fur. & de ſer. fug. l. quicunque poſt miſſam.

2 Approbatur communiter per ſcribẽ. hic.

c *Deſtruatur.*] hic non inſpexit Imperator iſte deformitatem urbis propter deſtructionem domorum, quod alias lex inſpicit, quoniam intereſt Reipublicæ, ne urbes deformentur ruinis, ut ff. ne quid in loc. pu. l. fi.

d *Non fruatur.*] cum in eam committat, nolendo iurare pacem, nec eam tenere, fruſtra enim legis auxilium inuocat, qui in eam committit, ut ff. de mi. a. l. auxilium in fi.

e *Illicitas.*] quas præſes prouinciæ prohibere debet, ut ff. de offi. præ. illicitas.

f *Ab eccleſijs.*] nec enim debere extraordinarium, aut ſuperindictum ab eccleſijs efflagitari, ut C. de ſac. ſanc. eccl. l. placet, a quibus autem exactionibus debent eſſe immunes eccleſiæ, & a quibus non, dicitur, & notatur in prædicto tit. & in prædicta l. ad inſtructionem pontium.

g *Duplum.*, imo fortè ſi ab eccleſia facta fuerit illicita exactio, pœnam perpetuæ deportationis poſt excommunicationem, quæ erga ſacrilegos, iure promenda eſt, patietur exactor. ut C. de ſacr. ſan. eccle. l. placet. in fi.

h *Puberum.*] id eſt iuramenta ſuper ſac. ſan. corporaliter præſtita. proprie enim dicuntur ſacramenta, cum quis fidem ſuam, uel mentem ſuper ſacro iuramento adſtringit,

ut puta, ſuper altari, uel libro continente ſacroſancta euangelia. quid ergo ſi ſuper libro alio iurauerit, uel fortè ſuper aliquo ligno, uel lapide? Reſpon. nihilominus ualere, quia ad cor reſpicit dominus unde non minus peierat, qui contra facit. nam tactus libri cuiuſcunque nõ id operatur, ſed ſola uoluntas, & abnegatio nominis Dei omnipotentis, ut C. de tranſac. ſi qs maior. in prin. hodie tñ nõ uidetur ualere iuſiurãdum per nomẽ domini, uel caput, vel capillos, ut in authen. ut non lux. contra na. col. 6. licet ſæpe Romani contrarium faciant. hodie tñ, vt de conſuetudine eſt obtentum iuratur p ſacroſancta euangelia, vt auth. iuſiurandum quod p. ab his. in prin. coll. 2. quod conſtat eſſe ſeruandũ: quia diuturni mores, &c. vt inſt.

Iurare quando dicatur.

uitates, & caſtella omnino condemnamus, & prohibemus, & ſi factæ fuerint, in duplum[g] reddantur.

Sacramenta puberũ ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarũ inuiolabiliter obſeruẽtur: iuramenta verò per vim, & metum extorta, etiam à maioribus maximè ne querimoniam faciãt maleficiorũ commiſſorũ, nullius ſunt momenti. Iacob. de Beluiſio.

¶ Item ſacramenta puberũ[h]

de iur. nat. §. ex non ſcripto. Quid ſi iurauit uerbotenus, ut quia dixit, per Deum non ueniam contra? Reſpon. non ualet 3 plus enim operatur tactus libri ratione maioris ſolennitatis: quod etiam probari poteſt, ut C. ſi mi. ſe ma. di. l. ſi alterius. §. ult. in prin. licet ſit arg. contra C. de epiſco. & cler. aut. ſed & iudex. & de iu. rem non nouam. ſed ſpeciale ibi. quid ſi non ipſe, ſed alius pro ipſo, & ſuper animam ſuã iurauerit, ut fit interdum? Reſpon. idem eſt, ac ſi ipſe iurauerit: ſi tamen iuratum fuerit, eo mandante, ut argu. ff. de admi. tut. ita autem. §. geſſiſſe. & ff. quod cu. uni. no. l. item eorum. § 1. reſpon. argu. contra. C. de ijs, qui ve. æta. impe. l. 2. in prin. & de iu. emphy. l. vlt. §. pen. 4 quid ſi impubes iurauerit: nunquid tenebit eius ſacramentum, ut contractus cum eo habitus ualeat? ar. q ſic ff. de iureiu. qui iuraſſe. 1. reſpond. ſed contra pato, quia illud uerum eſt in ſui emolumentum, & aduerſarij præiudicium, vt ibidem probatur: quinimo impubes prohibetur iurare, cum etiam de eius vtilitate tractatur, ut ff. de in litem iuran. l. uideamus. in prin. in caſu tamen, puta, cum iurauerit ſe daturum patrono operas, & miniculator eſt, uel hiſtrio, obligatur, ut ff. de li. cau. l. vlt. præterea cum lex iſta loquatur tantum de pubere, nihil noui uidetur ſtatuendum per hoc in impubere, quia quod non mutatur, &c. C. de teſt. l. ſancimus. puberem autem accipimus maſculum 14. ann. maiorem, fœminam autem maiorem 12. ut inſtit. quib. mo. tu. fin. in prin. Item puberem accipias ſanæ mentis. nam ſi furioſus ſit, nec iureiu. ſe obligat, qa ſimilis eſt pupillo infanti; adeo quòd nullum negotium rectè gerit, ut inſtit. de inut. ſtip. §. furioſus & §. ſed quod diximus. ipſe enim habetur loco dormientis & abſentis, 5 ut ff. de iu. co. l. 2. §. furioſus. & ff. de acq. poſ. l. 1. §. 3. Quæro nunquid ſit intelligendum hoc de pubere patrefam. Reſpond. idem in filiofam. pubere, tum quia lex non diſtinguit. tum quia ipſe ex omnib. cauſis obligatur, quibus paterfam. excepta cauſa mutui. ut ff. de act. & obl. filiusfa. ſed nunquid tantum in pubere libero? Reſpond. 6 & idem in ſeruo, quantum ad hoc, ut naturaliter cum effectu obligatur. nam qui eſt ſeruus, naturaliter obligatur, vt ff. de condic. indeb. naturaliter. ut nec contra illam naturalem poſſit reſtitui. Item quantum ad hoc, ut dominum obliget de peculio, vt ff. de pec. l. ſi quis §. etiam. vbi nec ipſe dominus reſtitui poſſit. quod tamen etiam ſine iuramento contingeret, vt ff. de mil. l. 3 §. ſeruus. Sed quid de impubere libero, qui credebat ſe ſeruum? Reſpon. idem, quod in uero opinato libero, quia plerunque extra id, quod agitur. tacita obligatio naſcitur, vt ff. de commo. l. ſi is, qui §. ſi libero. & ff. de acqui. re. do. l. homo liber. Item quæro, an ſit hoc intelligendum in pubere curatorem habente qui ſine curatoris auctoritate contrahendo iurauit? Reſpon. vtique ſecundum eos, qui dicunt, & ſacramentum repræſentat eum maiorem. nam ſi maior eſſet, non reſtitueretur. Sed contra videtur. cum pupillo ſimilis habeatur, ut C. de in integ. reſti. mi. l. ſi curatorem habens. in quem non cadit præſens conſtitutio, vt ſup.

3 Secus de iure cano. quia inter ſimplicẽ loquelã, & iuramẽtum Deus non facit differentiam, ut 12. q. 10. quicũque. & 22. q. 5. c. iuramẽti. facit et ca. ſi uero aliqs extra de iureiuran.

4 Ibi loquitur in procuratore generali ſecundum Bal. ibidem.

5 Approbatur p omnes ſcribẽ. hic.

6 † Iſta & approbatur per omnes.

ſup. notauimus. ergo poteſt intelligi lex iſta in pubere habente curatorem & contrahente eius auctoritate, & in pubere non habentem curatorem contrahente per ſe ſolũ, ſed inſtabit quis, dicens l. iſta non diſtinguit in pubere habente, vel non habente curatorem, ergo nec tu diſtinguere debes? Reſpond. imo quãuis lex iſta non diſtinguat, à religione iudicantis omitti non debet, vt ff. de teſt. l. quæſitum. vel dic. quòd licet hæc lex non diſtinguat, debet tamen diſtingui per alios ut ar. C. de ap. l. vlt. §. 6. & in auth. de admi. of. §. ſi. nam & poſteriores leges interdum trahendæ ſunt ad priores, ut ff. de legi. & ſena. ſed & poſteriores. ſed licet ita videatur poſſe dici, & diſtingui, tamen verius 1 videtur, vt ſiue curatorem habeat, ſiue non, teneat contractus, nec poſſit reſcindi, quãquam ſecundum leges ſit ipſo iure nullus. nam & ſecundũ leges veteres, vendita re ſine decreto, ipſo iure nulla eſt venditio, ut C. de præ. & alijs re. immo. l. 2. & 3 & C. de admi. l. lex quæ tutores. §. vlt. & tamen ſi corroboretur iuramento valida ſit, & tenet per hanc l.

1 Approbatur p omnes ſcribē. hic.

facta[a] ſuper contractibus[b]

a *Facta.*] quia ſecus ſi per vim, vel metum, ut inf. eo. §. per uim autem. Sed quid ſi dolo fuit inductus minor, ut interdum faciunt tutores, finita tutela, qui eos blanditijs, uel adulationibus ad talia inducunt? Reſpon. non uidetur tunc ſpontanea uoluntas, argu. C. de rap. vir. l. 1. circa fin. quid ergo? Reſpon. ſi maior eſſet, haberet actionem de dolo, cum res proceſſiſſet ad traditionem, ſed quia minor eſt, uidetur ꝙ ceſſet reſtitutio in ſuperſtite, ut ff. de dolo. l. 1. § idem Põponius. reſtitutionem autem tollit iuramentum interpoſitum: quia repræſentat eum maiorem, ut hic. ſed iuramentum, ſiue eius effectum tollit interpoſitus dolus: quia non debet ex eo lucrari, ut ff. de dolo. l. ne ex dolo. quod ergo? nunquid res erit in circulo, ut ff. qui po. in pig. ha. claudius felix? Reſpon. non, ſed minor 2 poſtulabit reſtitutionem, ceſſante actione de dolo, quæ non poteſt habere locum, & ſi opponatur de iuramento, replicabitur de dolo: quia dolo induxit eum ad id: vt argu. C. de tranſac. ſub prætextu. & l. ſi ex falſis. & ar. ff. de iud. l. ſi prætor §. Marcellus. & hoc, cum conſtat adhibitum dolum, forte perſuadente ei, qui in nullo ei tenebatur, & ꝙ ipſe longè plus erat ei obligatus, uel ſimili modo: quid, ſi alias ſuis blanditijs minorem induxit ad hoc, fortè dicendo, ꝙ ex fide fecerat, quanquã in aliquo minus bene ſe geſſerit, & talia, uel quia ualde ꝓ bono haberet, ſi ſic cum eo contraheret; nunquid tenebitur, ſi iurauerit? quanquam in aliquo læſus ſit, ut nec reſtituatur? Reſpon. utique: 3 quia non eſt alicui interdicendum, aliquid ex ſua induſtria conſequi poſſet, ut C. arbi. tut. ſi defunctus, & C. ſi quis ali. teſta. prohi. l. ſi. & ff. de le. 2. Lucius. § Sempronia. & ff. ſi quis ali. te. pro. l. fin. itẽ quod dicit ſponte: no dicit ad differentiam eius, quod interdum ex iuris neceſſitate ſit, ut cum cedit uni actionem contra alium, ut C. de diui. tut. l. 2. §. vlt. & idem in ſimilib. Ac. ut.

2 Approbatur p omnes ſcribē. hic.

3 Idem Iacob. d. Belui. & Alu.

b *Super contractibus.*] Hic quæro an ſit intelligendum de quocunque contractu etiam legibus interdicto? Reſpond. non. nam iuramentum interpoſitum contra leges, ipſo iure non ualet, nec confirmat contractum contra ll. initum, ut C. de leg. & conſti. non dubium in ſi. & ff. de pac. iuriſgen. § generaliter. & de lega. 1. ſi quis inquilinos § ult. & in aut. ſecuritas non ſolum. col. 5. § ſi. & ff. de ob. leg. lib. l. pen. nec ob. ſi dicatur ꝙ peierat, quia non uidetur peieraſſe, ut ff. qui ſa. cog. l. vlt. ſed in illo nonne contractus alienationis rei immobilis ſine decreto eſt contra. l. ut C. de ad. tu. l. lex, quæ tutores. in fi. & de præd. inf. ferè per totum: ergo & ſacramentum nullius debet eſſe momenti? Reſ. 4 non eſt contra l. cum hæc. l. fri. ſit approbatum, hac ſcilicet ſacramenta puberum, &c. uel illud in contractib. interdictis iure communi. Item quæro, quid ſi minor uendiderit, & iurauerit, & deceptus ſit ultra medietatem iuſti pretij, an poſſit uenire contra? Reſpon. P. utique, quia agit, uel ut iuſtum pretium ſuppleatur, uel ut reſcindatur contractus, ut C. de reſcin. uen. l. 2. ſed Ioan. & B. idem, ſed alia ratione, dicendo, quòd ſacramentum nihil aliud operatur, niſi ꝙ repræſentat eum maiorem unde eſt, ꝙ ipſe ſicut quis maior poterit poſtulare, uel pretium ſuppleri; uel contractum reſcindi, data electione emptori, ut in prædi. l. ſacramentum enim interpoſitum priuat eum priuilegio ſuo, ſcilicet reſtitutionis: quod ei propter ætatem competit, non autem à iure communi: quia hoc non poteſt facere, ut C. de tranſ. l. ſi ex falſis. & C. de non nu. pe. l. vlt. nec minorum. ꝙ difficilius tollitur ius commune, quam priuilegiũ, cum etiam difficilius inducatur, ut in auth. de te. ecc. non alie. § ſed quia uerſimile. in fin. Quid de maiore iurante ſe deceptum ultra dimidiam? Reſpond. forte idem cum non ſuperſit niſi ius commune. domino tamen P. ſuit contra, ut nihilominus contra uenire poſſit prædicto modo, quia non agit præciſè, ut reſcindatur contractus, ſed ut iuſtum pretium reſtituatur, & ſuppleatur, uel contractus reſcindatur. & facit pro hoc, quia ſacramentum ius commune non tollit, ut ſup. no. & probatur. ff. de acquir. poſ. ſi quis extraneus. 1. reſpon. & l. ſi ſeruum quis. §. ult. ſed domino meo uiſum eſt contra, 5 ut no. in ſumma de reſc. uend. quia uenditor ſit agendo, altera ratione urget emptorem reſcindere contractum, ut ff. de condi. inſt. l. quæ ſub conditione. §. ſed ſi ſub iuſiurandi contra hoc tamen eſt ar. ff. de iu. pa. adigere. §. 1. Sed quæro, an hoc ſit intelligendum in uenditione facta cum interpoſitione decreti, an idem & ſi decretum non interuenerit? Reſpon. utique in omni uenditione, quia aliter inutiliter uideretur adiecta, cum hoc etiam lex. C. 6 aduer. uen. inducat & maxime cum hoc indiſtinctè hic dicatur, & res etiam in dubio ſit potius interpretanda, ut ualeat, quam pereat, ut ff. de lega. 1. ſi quando. & ad mu. l. 1. Item quæro, ſi iurauerit aliquis in genere ſeruaturum ſe omnes contractus, quos fecerit tempore minoris ætatis, & poſtea uendat, & non iuret an teneat? Reſpon. uidetur, ꝙ non, quia ex confeſſione non ſolet quis abſenti obligari, ut ff. de confeſ. certum § ſi quis. Item quia res inter alios acta, &c. & ad hoc facit C. ſi aduer. uendi. l. 1. ubi dicit emptori iurandum eſſe. Item eſt arg. ad hoc ſi quod cuique iuris. l. item eorum. § ſed ſi ita. Item pro hoc eſt præſens litera ſuper contractibus. unde ſi aliter fiat, non ualet, ut arg. C. de ſen. & inter. l. prolatam. ex aduerſo uidetur contra hac ratione, quæ conſiſtit, eandem rationem ſubeſſe, etiam cum alias iuratur. & quia nihilominus faciens contemnit religionem diuinam, & delinquit, & nihilominus propriam turpitudinem allegat. unde cum eadem ſubeſt ratio, idem debet ſubeſſe ius, ut arg. ff. ad l. aquil. illud teſti. cat. n. quia deiurandeoq; tenendus non eſt ut C. de ind. vi. l. 2. in fi. item quia contra factum proprium uenit, ut ff. de adop. poſt mortem & in hac quæſtione ſane puto, quod ſi prius ita iurauerit, & poſtea in contractu dixit, ſe uelle teneri illo iuramento, ꝙ teneat. & ita uidemus de conſuetudine obſeruari. Item quæro, ſi minor uendidit, & iurauit, & antequam traderet cecidit a poſſeſſione: poſtea ad eum redijt aliquo caſu, an ſi non præſtet, uel non reſtituat eam emptori agenti poſtea, uideatur facere contra ſacramentum? Reſpon. utique cum nondum tradiderat. ſed ſi iam tradiderat, tunc ſecus erit, cum iam uidetur liberatus ſolutione eius, ut no. C. de tranſ. l. ſi quis maior. ſecundum Az. Vel dic 7 idem in utroq; caſu, quia agere uidetur, & cõtrouerſiam facit etiam reus excipiendo & contradicendo, ut ar. ff. de proc. non ſolum. § ſi ſtatu. & ſi pars litis pe. ꝑ eum tendum. Sed quod ſi primo uendidit, nec iurauerit, ſed poſtea ex interuallo iurauit, ſe ratum habiturum, & non contrauenturum, nunquid confirmabitur, ut teneat præcedẽs contractus, quanquam à principio nullus fuerit ipſo iure? Reſpon. utique 8 ar. ff. de iud. licet arg. contra. nihil dicitur. tu § ult. item quia maior factus ratum habens, etiam ſine iuramento confirmat eandem uenditionem, quamuis ipſo iure nulla fuerit. C. ſi maio. fa. ra. ha. vel non. l. 1. & 2. & ar. d. quorum le. l. 1. § pro. d. ff. Item quæro an l. iſta locum habeat in ſtipulatione, vel in renunciatione? Videtur, quod non: quia contractus proprie is eſt, qui vltro citroq; & dantem, & accipientem obligat, vt ff. de verb. ſignificatio. l. Labeo. 2. minor aut. qui promittit non ſe alij, ſed alium ſibi obligat. Item, minor, qui renunciat, non contrahit, ſed potius diſtrahit, vt alibi dicitur in C. ſi uno debito. ut inſt. q. mo. re contrahit. ob. § 13 quoque. in fin. Sed econtra puto, 9 ſcilicet ut hoc nomen contractus accipiatur pro omni obligatione, ad exemplum eius, quod dicitur in edicto prætoris, ut ff. de mino. l. ait prætor. in prin. & ar. ff. de ijs, quæ ſiunt cred. l. 1. § ait, & ff. de iud. omnem & ff. quib. ex cau. in poſ. ea. l. vlt. Quid, ſi iurauit, ſe non venturum contra ſententiam, vel contra conteſtationem vel arbitrium? Reſpon. 10 utique & tunc tenet: nam in iudicio quaſi contrahitur, ut ff. de pec. l. 3. §. idem ſcribit & maior; etiam ſi tale pactum fecerit, non ueniet contra appellando, ut ff. qui. ap. ſi. uel non.

4 Iſta eſt vera de iu. cano. per ca. cum cõtingat. de iureiuran. Sacramentum repræſentat iurantẽ maiorem.

5 Et bene ſecundum Aluaro. & eſt gl. ſimilis & ibi Par. Bal P. & Sal. in l. 2. hic alle.

6 Approbatur p omnes ſcribẽ. hic.

7 Tu dicas formã iuramenti eſſe conſiderandã Au. & Aluar.

8 Bene loquitur, & probatur in l. fin. C. ad Mace. Aluar.

9 Idem Ia. de Belo & Aluar.

10 Approbatur per oẽs ſcribẽ. hic.

non l.2.imò ꝑ puto, quod ſaltem appellare poſſit, q̃a non eſt de iure cõi, nam iurando ſolum perdit priuilegiũ ætatis,ut ſup.dixi.Sed nunquid & tunc in aliquo tenebit ſñia, cum curator ibi non affuerit?Rñ.idẽ ut no.ſup.in s.q.Quid ſi iurauerit quis ſe non uenturum ꝯ teſtũ?diſtingue, utrũ proprium,an alienũ: ſi ꝯ proprium,non tenet, quia teſtamenti facti o iuris publici ẽ, ut ff. de teſta.l.3. qđ aũt iuris publici eſt pactis priuatorũ non poteſt tolli, ut ff. de pa ius publicum nec etiam per pactũ põt aliquis maior libertatẽ teſtamenti faciendi, ſibi auferre, ut C. de pact.l.pactum,qđ dotali.& ff pro ſocio.cum duobus.§.idem reſpon.ſi autem ꝯ alienum:diſtingue, utrum potuit tenere pactum de iure cõi ſm diſtinctionem no. C.de pact. l.vlt.quo caſu præiudicatur ei.nam teſtiñ connumeratur inter ꝯtus, ut ff. de duob.reis,eadem,an non, in quo caſu ꝯuenit de iure cõi, ut alias ſup.no.in 12.q.Quid ſi filiusfa.minor renunciauit Macedoniana,& iurauit?Rñ non teneri, 1 quia nec maior renunciare potuiſſet, cum non ſit fauore inductũ, ſed odio creditorum,ut ff.de condi.inde.qui exceptionem.ſic enim daretur materia peccandi,quod eſt ꝯ publicam utilitatem, ut ff.ad Maced.l.1.in prin.& inſt.quod cũ c.in prin.Quid ſi mulier minor renunciauit Velleia.& iurauerit? Reſpon. tenet: 2 nam ſi maior renunciaſſet,cum ſit eius fauore inductum,teneret,ut in prædicta l.qui exceptionem.& ff.ad Velleia l.vlt.§ pen.& C.qñ mu.tu.o: fun.l.vlt. Quid ſi minor ſit confeſſus, ſe pecuniam accepiſſe mutuo, & renunciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ,& iurauerit ſe non uenturum ꝯ?Reſpon.non poterit aliquo modo uenire ꝯ,ſm eos,qui dicunt,maiorem renunciantem nullo modo debere admitti ꝯ, uel ſm nos dabitur ei exceptio doli, & ſic in hoc grauabitur, ut tunc probet non numeratam pecuniã, ſicut alias diximus in maiore qui renunciauit, ut in ſum.de non num pecu. Quid, ſi minor donauerit cauſa mortis,& iurauerit ſe nullo tẽpe reuocaturum? Reſpon. tenet,nec reuocat.nam minor etiam de iure cõi potuit donare,quia & teſtari,poteſt, ut ff de dona.cau.mor. tam is & inſt.quib.ex cau.ma. non lic.§.pen.nam. & maior potuiſſet renunciare iuri reuocandæ donationis,cum hoc ſit eius fauore inductum, ut cenſeatur priuati iuris, licet aliud ſit in teſtamenti factione,ut ſup.no.unde & filiusfam. donare poteſt cauſa mortis,patre conſentiente.ſed teſtari non poteſt,ut in præd.l.tam is C.de teſta.nemo.Quid ſi donauerit ſimpliciter, & iurauerit?vr̃ fortè,quod non teneat, quia etiam decreti authoritate facta ipſo iure non ualet, ut C.ſi ma.fa.ra.ha.l.vlt.§.fi.Sed ꝯ puto, 3 cum repræſentatur maior propter iuſiũ,ut ſup.no. nam ſi maior factus donaſſet, non repeteret. nec ob. quod hoc non poteſt facere decreti interpoſitio,quia illa non tollit reſtitutionem,ut C.de præ. mi.ſi quidem,iuramentum tamen tollit,ut hic. Quid ſi minor iurauerit tranſactionem,uenditionem, uel alium contractum ſimilem firmum habere,nunquid ſi de facto contrauenit.& petetat,infamabitur,& alias pœnas ſubibit,quę continentur C.de tranſac.l.ſi quis maior? Reſpon.non infamabitur.& ſi pœnas alias ſubeat,ut arg ff de iis,qui no. infa l.vlt. quinimo uidetur, quod nec alias ſubeat pœnas, niſi quas ſubiret maior, qui non iuraſſet, cum ſacramẽtum nihil aliud operetur,niſi ut maiorem eum repræſentet.Vel quod uerius eſt, dic, quod omnes pœnas prædictas ſubire cogetur,quia conſtat contractum tenere unde ſi contra faciat, punitur, ſicut quiuis maior qui iurauit cum in delictis nullo ætatis auxilio debeat ei ſuccurri, ut C. ſi aduer.deli. l.1.& ff.de mi.aux lium.§ in delictis.Quid ſi filiusfam.minor iurauit patri, contrahendo forte cum eo, cum renunciauerit bonis maternis, ſicut plerique faciunt? Reſpon. non ualet. 4 nam ſtipulatio inter maiores contracta cum parentibus, in quorum poteſtate ſunt, inutilis eſt,ut inſtit. de inutil ſtipu.§ item inutilis. Quid, ſi pater minor diuiſit bona ſua inter filios emancipatos,& iurauerit, nunquid poterit uenire contra?Reſpon.utique: 5 tum quia nulla fuit contracta obligatio, nec ſuffiſſet etiam,ſi maior eſſet: tum quia liberum debuit habere commutandi arbitrium:quam

1 Approbatur per oẽs ſcribẽ. hic.

2 Cũ iſta gl. tãſeũt oẽs Doct. hic.

3 Approbatur per oẽs ſcribẽ.hic.

4 Imò ſm Iac.de Belui & Alua go.valet.

5 Hæc opinio procedit, qñ diuiſio hẽt vim teſtamenti aſs ſecus, vt hic i fi gl. Iac. & Aluar.

rerum a ſuarum non retractandis, inuiolabiliter b cuſtodiantur. Per vim autem, & iuſtum c metum etiam à maioribus d (maximè ne querimoniam e maleficiorum commiſſorum faciant) extorta, f nullius eſſe momenti, iubemus.

quam hoc fallat in caſu fauore matrimonij: quia dotem dedit pro filia ſua priori uiro, non poteſt diminuere, niſi poſtea clade aliqua ſuperueniẽte,ut C.de rei uxo.act.auth. ſed quamuis.ſed ꝯ vr̃, cum talis diuiſio fiat inter filios animo donandi, & donatio inter eos uitatur utilibus, ut C. de inoffic.do.l.2.

DE ALLODIIS.

TITVLVS LIIII.

Ad hæc,qui allodium* ſuum uendiderit, diſtrictum, & iuriſdictionem Imperatoris vendere non præſumat: & ſi fiat, non valeat.

a *Rerum.*] i. corporalium,& incorporalium, item mobiliũ, & immobilium. rei enim appellatio generalis eſt,ut ff ſi cer.pet.l.1.& de verborũ ſign.rei, appellatio & inſtit.de re corpor. & incorporali.per totũ. Accur.

b *uarum.*]i.propriarum.Sed quid,ſi communium? Rñ.idem:quia uerbum ſuum, ad utrunque pertinet,ut ff. de verb. ſign.l.pupillus §.uerbum ſuum,& de lega.3.ſi quis ſeruos ſuos. Quid,ſi ſuper rebus alienis ꝯxit:puta,quia rem alienam uendidit,& iurauit? Rñ.conſtitutionem præſentem ad id non reſpicere, cum hic tñ de rebus ſuis loquatur.quid ergo?ſtabo legi ueteri, vt dicam ipſo iure nõ ualere,ut ff.de reb.eo.qui ſub tut.magis.§.1.vel dic, 6 quod teneat,ſicut a quouis maiore aliàs facta,vt ff de contrahen.emp. l.rem alienam. & quod dicit,rerum ſuarum, large accipias,q d.ſuper contractibus ſuis,&c.

b *Inuiolabiliter.*] i.incorruptibiliter,& i.ſine uiolatione,vel corruptione aliqua,& quantum ad agendum, & quantum ad excipiendum,& quantum ad dominium transferendũ, & quantum ad accipiendum rerum dominium ſtatuas, & fami ercif.arg ff.de acquir.l.inter cohæredes.§.1.

c *Iuſtum metum.*] Quia ſi uanus fuiſſet timor,contra eſſet, ut ff.quod me.cau l.metum.& l.metum autem.§ 1.

d *A maioribus.*] maxime ſi maiores, i. potentiores vim, vel metum intulerãt, ne maleficiorum commiſſorum extorta, &c. Vel poteſt legi ſecundum aliam literam aliter: per vim autem, & metum etiam a maioribus maxime ne quærimonia maleficiorum commiſſorum fieret.

e *Quærimoniam.*] etiam ſi nulla facta, vel depoſita fuerit quærimonia de maleficio commiſſo, nullius momenti,i. ipſo iure non ualeat. Sed in iſto nunquid per hoc dices, ꝙ edictũ quod me.cã ſublatum ſit,& quo ad actionẽ,& quo ad exceptionem ex eo inductam,vt ff.qđ met.cau metu.§. ſed qđ.& § Iulianus.& §.uolenti. & §.ex hoc edicto,cum videatur per l.iſtam quod ꝯtus ꝑ metum initus ipſo iure ſit nullus,quem conſtat per leges veteres tenere,vt ff.quod met cau.l.ſi mulier,& l.pe.& antep.& C.de inut.ſtip.dolo? Rñ.minime,nam qđ debet nullius eſſe momenti,ſubaudi, quantum ad effectũ . ſic & alias accipiunt hæc verba ff.qđ me.cau.l.qui in carcerem. Sed hæc rñſio nõ placet ꝑꝑ verba præcedentia,ne quærimonia maleficiorum commiſ.extor.&c.& qđ hæc verba ſint poſita propriè, hoc ſignificat, vt quod ſit,ipſo iure ſit nullum,vt ff.de ver.obli.l gñaliter. & C.de leg. & conſti. non dubium.in ſi. Dic ergo,hoc eſſe referendum ad facta tñ per vim extorta,de quib.ſup dixetãquod probat ẽt verbũ aduerſatiuẽ poſitũ ꝑꝑ præcedẽs verbum,ſponte. Sed in iſto quare magis tollitur iu in ipſo iure,ꝙ contractus? Rñ.quia effectus iuri debilior eſt, ex eo enim nulla induc ꝉ obligatio:ſed robur quoddam, qđ præſtat ꝯtui,cui accedit, ſ. qđ poſſit efficaciter conueniri, qui aliàs non poterat, auxilio reſtitutionis obſtante, ſi ſponte interponatur hic ergo effectus, 7 quaſi debilior,tollitur vi, vel metu illato,quod non eſt in effectu,qui ex ꝯtu inducitur quaſi fortior, quia eo inducitur vitio citioque obligatio.vt ff de verb ſig l.Labeo,& ſup.dictam lect. lego ſecundum literam talem,quam habebam per vim autem,& metum iuſtum,ſubaudi ſacramenta interpoſita,ſcilicet,a puberibus,de quibus dictum eſt.

f *Extorta.*]hoc eſt dicere,hoc,quod dictum eſt.ſup.verum eſt in iuramentis a puberibus ſponte extortis.nam iuramẽta extorta per vim,vel metum nedum ab eis, ſed etiã à maioribus 25 an. nullius momenti ſunt ipſo iure: maxime ſi fuerint ſuper eo expoſita,ne deponatur querimonia maleficiorum commiſſorum,& merito dixit maximè,quia Reipub. intereſt, ne maleficia remaneant impunita, vt ff. ad legem Aquiliam, ita vulneratus, cum conc. ibi poſitis.

* Iacob. de Belu.exponit hic Allodium, i.illud, quod eſt eius proprium, & à nemine alio recognoſcitur, niſi à ſolo Deo.& facit.ſuſ. pro xi. § & ſu pra ſi de feu.ſue.contro. c.2. & 3.& de allodio tangitur.ff. de ra lig. l. at ſi quis. §.ſi. interdũ.& C. de iuge. ma.l.pen.

6 Et ſic eſt And.de Iſer. & Aluar.

7 Idẽ Iac. & Alua.& hanc glo. multũ cõmẽdat M. Ant.in tractã.de effectib. iuri, eſſ.c.55.

¶ Si vero contigerit, allodiũ aliquod etiam infeudatum cõferri eccleſię uel pro oblatione fidelium, uel per emptionis, & uenditionis, alteriusve hmõi contractum, infeudatus, niſi per gratiam eccleſiæ, tanquam de nouo receperit, feudum, quod habebat, retinere non poterit.[a]

¶ Vt autem æquitas, quæ in paribus cauſis paria iura deſiderat,[b] per vniuerſitatem totius Imperij ſeruetur: firmiter ſtatuimus tam in Italia, quàm in Alemania, ut quicunque in dicta publica expeditione Romam ad ſuſcipiendam imperii coronam, regem, aut ſub rege dominũ ſuum non adiuuerit, aut eundo cum ipſo,[c] aut pro quantitate feudi ſtipendia[d] militiæ perſoluendo (ſi de vocatione legitima[e] à domino ſuo conuinci per compares ſuos[f] poterit) feudum perdat,[g] & domin⁹ in ſuos vſus illud habeat redigendi liberam facultatem.[h]

TITVLVS LV.

De prohibita feudi alienatione per Fridericum.

Omnis alienatio feudi contra hanc legem facta etiam antiqua quantumcunq; caſſatur, & bonæ fidei emptori pretium reſtituitur, & tabellio, qui inſtrumentũ tale ſcribet cum infamia priua. iur officio, & manum amittet. B.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

IMperialem decet ſolertiã ita Reip. curam gerere, & ſubiectorũ cõmoda inueſtigare, ut Regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorũ ſtatus iugiter ſeruetur illæſus. Quapropter dum ex prędeceſſorum noſtrorum more uniuerſalis curiæ Roncaliæ pro tribunali ſederemus, à Principibus Italicis tam rectoribus eccleſiarum, quàm aliis fidelibus Regni, nõ modicas accepimus querelas, ꝙ beneficia eorum, & feuda, quæ uaſalli ab eis retinebãt, ſine dñorum licentia pignori obligauerant, & quadam colluſione nomine libelli[1] † vendiderant: unde debita ſeruitia amittebant, & honor imperij, & noſtræ felicis expeditionis complemẽtum minuebatur. Habito ergo conſilio Epiſcoporum, Ducum, Marchionũ, & Comitum, ſimul etiam & palatinorum iudicum, & aliorum Procerum: hac edictali, Deo propitio, perpetuo ualitura lege ſancimus, ut nulli liceat feudum totũ, uel par-

1 † libelli.

DE ALLODIIS.

a Ad hoc. Non poterit.] Et no hic caſum, quem in ſum. no. ſ. quod uaſallus amittit feudum ſine culpa ſua: ſicut & aliàs quis amittit feudum non ſua culpa, ſed ꝑꝑ culpam alterius, ut ſup. in qui. cau. feu. amit. §. denique. & ſup ſi uaſal u feudo priuetur, cui def. c. 1. Sed nunquid in iſto caſu tenebitur ei ad intereſſe dñs, ſ. ut uel ei præſtet æſtimationẽ, uel aliud ſibi det feudum eiuſdẽ quantitatis, & bonitatis? Rñ puto, ꝙ ſic, tanquam ſi eũ inueſtiuiſſet de re alien. ut ſup. ſi de feu. uaſ. interpel. fue. ca. negotium. & ſup. de inue. re. alie. c. cum de re. cum enim imperator per hanc l. illud beneficiũ ei non abſtulit: meritò ueteri conſuetudini relictum intelligitur. ar. C. de appel. l. præcipimus in fi.

Alterius culpa quã doque no cet.

b Deſiderat.] ſicut aliàs dſ, ꝙ ratio ęquitatis diuerſas ſpecies actionum non excludit: ex quo ex ſimilibus negotiis deſcendunt. C. de conſti. pe. l. vlt.

c Cum ipſo.] uel aliũ pro eo dño acceptabilem mittendo, ut ĩ. l. proxi. §. firmiter et ſtatuimus.

d Stipendia.] quæ aliàs dñr hoſtenditiæ in Lombar. ſ. 12. denarios de modiõ in Alemania tertiã partem fructuum feudi eiuſdem anni, à quo expeditio indicta eſt, ſine quo fit exercit⁹, & hoc ſm Corradũ, ut ſup. de e cor. §. ſimiliter in hoſtenditiis. ſm uerò Frideri. imperatorẽ dimidiũ reditus feudi unius anni: tam in Alemania, quam in Lomb. ut ĩ. l. proxi. § firmiter etiã ſtatuimus.

e Legitima.] i. per ſe, uel per procuratorem ſuum facta præſentibus aliis paribus, fortè duobus, uel tribus, debebit n. dominus eum in propria perſona uocare, uel mittere procuratorem ſuum ad eum, debet habere ſecum duos, uel tres de paribus pro teſtibus, ut ueniat ſecum in expeditione Romana cum imperatore, ſiue Rege, & tunc erit legitima uocatio, & hoc eſt quod ſequitur, conuinci per compares ſuos, &c. & ita notabis hic ſecundum hoc, quod iſta uocatio debet fieri coram paribus, ad hoc ut legitima ſit, ſicut alias debet fieri noua inueſtitura coram paribus ad hoc, ut legitimè fiat. ut ſupra qui teſtes ſunt neceſſarii ad probandum nouam inueſtit. c. 1. & c. ſequen. uel intelligas hanc legitimam eſſe uocationem, ſi dominus eam rite fecerit (ut dixi) coram paribus ſpatio competenti interuenãm uocationem, & aliam forte ſeptem, uel decem dierum interpoſito: ſicut al.as fieri debet citatio, quando dominus vult contra [illegible] iacere uaſallo, uel econtra, ut ſup. de milite uaſal. qui contumax eſt c dominus uocat militem. Vel etiam dicas, quod tunc erit legitima, ſi dominus eum uocauerit per compares ipſius uaſalli, puta, quia dominus mitteret ad eum duos, uel tres de uaſallis ſuis, qui dñr compares uaſallo, quem uocant, quaſi ſimul cum eo pares, ſ. ut debeat ire cum eo domino in expeditione Regis, & ſecundum hoc ita conſtrue: ſi de uocatione ſua legitima per compares ſuos, ſubaudi, facta, à domino ſuo cõuinci, &c. & ſecundũ hunc intellectum dices quod ſufficit, ſi probet etiã per alios ita factum fuiſſe uocationem. prima tñ expoſitio, uel etiam ſecunda melior uidetur.

f Suos.] quid ſi non habuerit compares? Reſpon. fortè tunc ſufficit etiã ſi per extraneos tunc probet, ſicut etiam alias dicitur de noua inueſtitura, quæ poteſt fieri coram extraneis, ſi dñs non habet pares, ut ſup qui teſtes ſunt neceſſarij ad probandũ no. inue. c. 1. & c. ſeq. ſicut & alias ꝑꝑ inopiam probationũ tales admittuntur, qui alias repellerentur, ut C. de hęret. & ma. gm̃ & de repud conſenſu. & ff. de teſti. l. ſerui reſponſo.

Probationum inopia teſtes exnei admittũtur.

g Perdat.] & ita no. hic aliam ingratitudinem, per quam uaſallus feudum amittit, & ad dñm liberè reuertitur. hoc idem habet inf. l. proxi. §. firmiter etiam ſtatuimus ſecũdum quod has, & alias ingratitudines plenè no. in ſumma.

h Facultatem.] ſed nunquid hoc intelligitur, ſiue fuerit paternum feudum, ſiue nouum: ita ut nõ ſolum filius, ſed etiã agnati excludantur à domino? Reſpon. fortè ſic, cum indiſtinctè hoc dicatur. Cum enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ut ff de off præ. l. 3. & de pub. de pretio. Item nonne hic talis eſt iniuria, quæ reſpicit dominum, cum eum contemnit, quod ſecum non uadit ſicut debet? ergo debet omnino ad eum pertinere feu. ut hanc habeat ſuæ iniuriæ ultionem, ut ſup. in quib. cau fe. ami. § denique imò qđ plus eſt, reſpicit ipſum Imperatorem: cum eum teneatur adiuuare in dicta expeditione, uel dñm ſuum. & hoc eſt, ꝙ ſupra dicit, Regem, aut ſub, &c. cum etiam per hoc, quod non uadit in ipſa expeditione, uel alium non mittit, ut dictum eſt, uel ſtipendium militiæ non ſoluit, minuatur utilitas Imperij, & uires eius attẽnuentur, & hoc eſt, de quo Loth. in ſua conqueritur ſup. l. prox. imperialis quaſi circa med. & circa fi. Vel dicas, quod hic loquitur tantum de nouo feud. uel etiam de ueteri, ad quod non ueniunt agnati, cum eos non habeãt uaſ. licet enim hic non diſtinguatur, nos tamẽ in iſto caſu debemus diſtinguere, & ſecundum determinationem ueteris conſuetudinis intelligere, ſ. ut licet uaſ. delinquat in iſto caſu. & ſi ad filium non ueniat, ad agnatos tamen, ſi habet, perueniet, hoc eſt, quod dicitur. ſupra ſi uaſ.

ſi uaſ.ſeu.pri.cui deſe.c.1.ibi,licet ad agnatum quandoque pertineat, &c.& ita intelligi debet. ꝙ legitur. ſup. in quib. cau.ſeu.ami.§ denique l.ut ibi loquatur de nouo ſeu licet enim ſit hic a l.omiſſum: tamen non debet omitti a religione iudicantis,ut ff.de teſt.quæſitum.& de ſpon.oratio. quod enim hac l.noua nó eſt ſpecialiter dictũ,hoc veteri conſuetudini relictum, intelligi debet,ut ar. C. de app. l. præcipimus. in fin. Prior tñ intellectus uerior uidetur per rationem, quæ aſſignatur ſup. in quib.cau.ſeu.ami. §.denique. cum ibi uideatur etiam de paterno ſeud loqui.

DE PROHIBITA feudi alienatio. &c.

a IMperialem. Vel pignorare]Prohibetur ergo hic expreſſim pigneris obligatio de feudo in totum, uel in parte aliquam,ſicut proxi di xi totum, uel partẽ aliquam &c quod eſt contra Pyl. qui contrarium notauit ſup. de alie feud.l.1. Sed nunquid poterit dominus proprietatem feudi obligare ſine conſenſu uaſalli? Reſpon lex Corra.nõ dicit,ꝙ poſſit obligare,vel non: ſed dicit, ꝙ dominus non pote : inde facere cambium, vel precarium, ſiue libellũ, ut in Lombar.de bene & titu l.vlt.§.fi.& ſup. de ſuc.feu.l. mulier argu tamen eſt,ꝙ poſſit obligare, vt C.de uſuſruc. l 2.& ff.de pign act.l.totor.in fine.

* Adde Felyn in c. qua in eccleſiarum, num.70.de conſtit. & Rom ſing. 533.vbi dicitur, hoc non procedere de iu. can.

* Facit ad hoc. C. de pac.l.ſi certis annis. ff. de regu. iur. l. quod ab initio.et l. omnia. & in lli.de lega. § an ſeruo. & ff de leg.1. l.cætera. et de ſeud.l. ſi ita. Iacob. de Belui.

...tem aliquam vendere, vel pignorare,[a] vel quocunque modo diſtrahere ſeu alienare,[b] vel ꝓ anima iudicare, ſine * ꝑmiſſione[c] illius dñi ad quẽ feudũ ſpectare dignoſcitur. Vnde Imperator Lotharius[*] tñ in futurũ præcauens, ne fieret, legẽ promulgauit. Nos autẽ ad plenariã Regni vtilitatem prouidentes, nõ ſolum ĩ poſterum, ſed etiam hmói alienationes illicitas hactenus ꝑpetratas hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deducim⁹: nullius temporis præſcriptione[d] impedientes, quia qđ ab initio de iure nõ valuit tractu t pis conualeſcere[e] non debet: * emptori bonæ fidei ex empto actione[f] de pretio contra venditionem competente. ¶Callidis inſuꝑ machinationibus quorũdam obuiantes, qui pretio accepto, quaſi ſub colore inueſtituræ, quã ſibi licere[g] dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt, ne tale figmentum, vel aliud vlterius in fraudem hu⁹ noſtræ Conſtitutionis excogitet̃, modis omnib⁹ prohibem⁹, pœna auctoritate noſtra imminente, vt venditor, & emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxiſſe, feudum amittant,[h] & ad dominum liberè reuertatur.[i] Scriba verò, qui hoc inſtrumentum ſciens conſcripſerit, poſt amiſſionem offi-

f Actione.] q.d.ſi fuerit malæ fidei emptor,nõ poſſit pretium repetere.& hoc ideo,quia ſciens rem alienam emit, ut C.de eui.l.ſi fundum.quod verum puto,quia cum l.bonæ fidei emptori permiſit pretium repetere: malę ſi emptori uidetur prohibuiſſe.arg.ad hoc.C.de pac conuen.tam ſuper do. l. vlt. & ff.de compen.l. quod Labeo. imo nec venditor eum tenebit, ſed eo carebit, ut ſup. in conſtit. Lotha. circa fi. & applicabitur fiſco, qui ſucceſſor eſt male acquiſitorum, ut ff de iur fiſci.l.Lucius.nec puto, ꝙ emptori malæ fid detur repetitio pretij, etſi cautũ ſit de euictione,eum contra l.iſtã ſciẽs fecerit,ut aliud ſit in re ſimpliciter alienata: ſecundum quod dicitur in d. l. ſi fundum. de euict. & C.com.vtri.iu.l. ſi fratres. rem enim alienatur, quem uendere poſſe nulla dubitatio eſt, ut ff. de contrah.emp. & uẽ. l.rem aliená. & hoc fortè ideo, ut aliquã pœnam ſuſtineat de tali illicito cõtractu ab eo ſcienter facto: ſicut notarius,qui in plus punitur,cum officium, & manũ amittat cum infamia,ut inf.ſequitur.§.ſcriba uerò, &c.ſic ergo emptor bonæfidei repetet pretium.& hoc uerum eſt, etiam ſi actum fuerit inter eos,ne aliquid euictionis nomine præſtaretur,ut ff.de act emp.& uen.l ex empto.§.fi.Sed nunquid ad intereſſe poſſet agere,ſi uellet pretium dimittere? & quare non,cum hoc non prohibeatur, ut C.de eui. l.emp & aget actione ex empto,ut ibidem dicitur. & ff.de euic.l uenditor hominis.niſi forte uelles dicere contrariũ, quod venditio nulla ſit.

Fiſcus eſt ſucceſſor male acquiſitorum.

b Alienare.] ſi autem alienauerit,deinde redimit,argum. eſt, ꝙ non amittat ff. de alaud cau. cauſa fac l.ex hoc. § uquis. & ff.quib.mod. pig.uel hyp.ſo. ſicut.§. ſuperuacuum an contra ff depo. l. 1. §. ſi rem. iino caſus expreſſus eſt ſup.tit.quid iuris ſit,ſi vaſallus poſt alienationem feudi illud recuperet.c.præterea. Quid ſi vaſallus legauerit feudum extraneo prorſus, vel extraneum de feudo hæredem inſtituit,nullis agnatis,vel deſcendentibus relictis? Reſpõ. non videtur alienatum, vt ſic dominus eum inueſtire cogatur,ut arg ff. le alimétis mu.l ex hoc § ſed hæredem.& de leg.3.l.pater.§.Iulianus.ſed quæſtioni huic accedit, & illa, an per alium liceat feudo ſeruire? mihi tamen videtur, quod nullo modo cogi debeat dominus eum inueſtire,quia non tenuit legatum,vel hæredis inſtitutio in feudo facta: nec enim valet ordinatio defuncti in feudo facta,ut ſup.de ſucc.feu in prin. & ſup. qualiter olim po. feud. alienari. §. donare. Sed nonne vaſallus poteſt feudum in dotem dare pro filia ſua arg.eſt,quod poſſit C.de na.lib.l.3.in fin.& ff. ſi quid in fraud. pat.l 1.§.ſed & ſi.& ff.quib mod.pign.uel hy.ſol.ſicut §.ſed & ſi promiſit.ver quod ſi in dotem. caſus tamen eſt expreſſus, quod non poteſt, ut ſup. qualiter olim poterat feudum alienari.§.donare Sed nunquid poterit in emphyteuſim perpetuam dare? Reſpon forte non, cum emphyteuſis perpetua non procul ab alienatione diſtet,ut in auth.de non alie.aut permu.eccl.rebus §.alienationis col.2. & §.nos igitur.

c Permiſſione.] Quid ſi dominus permiſit vẽdere amico, & uaſallus poſtea uendidit alij?arg.eſt,quòd non poſſit.ff. quib mo pign.vel hypo.ſol l.ſicut re corporali.§.illud.

d Præſcriptione.] quicquid ſuper facto præſcriptionis nota tum eſt ſup de cap cor.c.1.hic repetas.

Inualidũ temporis diuturnitate non cõualeſcit.

e Conualeſcere.] No.ergo ꝙ ex temporis diuturnitate non conualeſcit,quod ante inualidum fuit: ſicut alias in auth. ut nulli iud.§.nulli. & C.de pac.l ſi certis. & ff fam. erc.l. quædam ac contraria ſunt C.de poſtu. l.3.& C de contra. iu.l.1.& C ſi maior fa.ra hab.l 1.& 2. & in ſum vt in li.py. tertio quaterno. vlt.char. quoniam ſup. diximus quod ab initio validum &c.& ſup.contra.leq.

g Sibi licere.] quæ utique licebit, ſi non uendant: ſed uerè in feudum dando,inueſtituram faciant,ut inf eo.titu.§.illud quoque ar.C.man l.per diuerſas.§.fi & l.vlt. vel forſã, quia prohibuit alienari.per hoc & in feudum dari.ar.C.de reb alien. non alie. l.fi. de hac autem materia dices ſecundum quod notaui.ſup.de cap.cor.c.1.

h Amittant.] In totum, ſi totum alienauerint:alioquin pro ea parte duntaxat, pro qua alienatum fuit, ut ſup.de ua.qui contra conſti Lotha.be. alie. c.1. Sed nunquid aliàs poterit uaſallus, domino inuito,renunciare feudo? Videtur quod ſic.argo.ff.de ope.lib.interdum. econtra uidetur,ꝙ non poſſit.ſicut nec,eo inuito, dominus auferre poteſt. nã utriuſque gratia datur ſcilicet domini, ut ſeruitium uaſalli habeat. Item uaſallus,ut fructus feudi habeat, non poteſt, altero inuito,tali pacto renunciare.argu.C.de act & oblig. l.ſicut.& ff de uſufruc. ſed cum fructuarius. in prin.& l pdicta interdum.reſpon quod non ſola renunciatio, ſed cã eum ſoluit. ſed dicitur expreſsim de conſuetudine,ꝙ põt, ut ſup.de uaſal.qui contra conſti Lotha.bene.alie.c.1.

i Reuertatur.] ipſo iure, utputa quantum ad uaſallum, quiſſid alienauit, & tradidit, cum alienatione facta ſtatim ſit domino apertum, ut ſup.titu.quid iuris ſit, ſi poſt alienationem ſeu.ua id re. cap. præterea. in fin.quantum uerò ad emptorem non puto,.niſi per ſententiam,cum aliàs non poſſet agere de euictione contra uenditorem. cùm ſit bonæ fidei emptor,ut ff.de euict.l. prima.& C de euic. l.ſi fundum. Idem etiam intelligo de uaſallo, ſi committat feloniam.per quam feudum amittere debeat:cum adhuc habeat, ſcilicet tantum ipſum per ſententiam amittere debeat: nec enim debet uaſallus feudum amittere ſine certa,& conuicta culpa,laudanda per iudicium parium ſuorum, ut in Lombar de bene. & ter tit l.fina. & ſup.de feu.ſine culpa non amit.c.1. & ſup.quo tempore miles inue petere de.c.3.

k Manum

ficij, cum infamiæ periculo manum[a] amittat.

¶Preterea ſi quis infeudatus maior quatuordecim annis[b] ſua incuria, vel negligentia[c] per annum & diem ſteterit, ꝙ feudi inueſtituram à proprio domino non petierit,[d] trāſacto hoc ſpatio, feudum amittat, & feudum ad dominum redeat.

Si vaſallus legitimæ ætatis nō iuerit cū domino in expeditione, vel ibi nō miſerit alium pro ſe domino acceptabilē, vel non ſoluerit domino dimidiā partem reditus feudi vnius anni, feudum amittet. Bal.

¶ Firmiter etiam ſtatuimus tam in Italia, quam in Alemania, vt quicunque in dicta publica expeditione vocatus à domino ſuo, in eadem expeditione ſpatio competenti[e] temere venire ſuperſederit, vel alium[f] pro ſe domino acceptabilem mittere contempſerit, vel dimidium[g] reditus feudi vnius anni domino nō ſubminiſtrauerit, feudum, quod ab Epiſcopo, vel alio domino habuit, amittat, & dominus feudi in vſus ſuos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem.

¶Præterea * Ducatus, Marchia, Comitatus decæterò non diuidatur: aliud autem feudum, ſi conſortes voluerint, diuidatur, ita ut omnes, qui partem feudi habēt iam diuiſi, vel diuidendi, fidelitatem faciant, ita tñ, vt vaſallus pro vno feudo plures dños[h] habere non cōpellatur,[i] nec dñs feudum ſine voluntate vaſalli ad alium transferat.[k]

Si filius vaſalli offendit dominum patris ſui, tunc aut pater à domino requiſitus debet eum ducere ad ſatisfaciēdum domino, aut filium a ſe ſeparare: alioqui priuabitur feudo: ſi autem pater vult eum ducere, filius autem contemnit: patre poſtea mortuo, filius non ſuccedit in feudo, niſi prius domino ſatisfecerit. Bart.

¶Inſuper ſi filius vaſalli dominum offenderit,[l] pater à domino requiſitus deducat filium ad ſatisfaciendū domino, vel à ſe filium ſeparet: alioqui feudo priuetur.[m] Si autem pater vult eū deducere, vt ſatisfaciat, & filius contemnit: patre mortuo in feudum nō ſuccedit:[n] niſi prius ſatisfecerit domino, patriq́; modo vaſallus pro omnib. ſuis domeſticis[o] faciat.

¶Illud quoque præcipimus, vt ſi vaſallus de feudo ſuo aliū vaſallū[p] habuerit, & vaſallus vaſalli dñm dñi ſui offenderit, niſi ꝓ ſeruitio alterius dñi ſui hoc fecerit, quē ſine fraude ante habuerit, feudo ſuo priuetur: & ad dominum ſuum à quo ipſe tenebat, reuertatur: niſi requiſitus ab eo paratus fuerit ſatisfacere maiori domino, quem offenderit: & niſi vaſallus, idemq́; dominus à domino ſuo requiſitus eum, qui maiorē dominū offenderit, requirat, ut ſatisfaciat, ſuū feudū amittit.

a *Manum amittat.*] nam & aliàs punitur pœna irreuocabilis exilij, vt C. de ſac. ſanc. eccl. l. iubemus. §. pe. in fi.

b *Quatuordecim annis.* 1] qui forte reſtituetur in integrum, ſi fuerit minor 25. ann. cum hoc ipſo læſus ſit, quòd intra id tempus non petijt.

¶ Facit ad hoc ſup. ſi de feud. fue. cōtro. c. ſi minori. & cap. ſi quis deceſſerit.

c *Negligentia.*] niſi iuſta de cauſa ſtaret: tunc enim, ſecus eſſet, quæ autem ſit iuſta cauſa, ꝓpter quā poſſet ſtare, dicitur ſup. quo tempore miles inueſtitu. petere debeat. cap. 1. & quæ ibi notantur, hic repetas.

d *Petierit.*] pollicendo fidelitatem, ut ſupra de cap. cor. c. 1. & ſup. in quibus cau. feu. amit. c. 1 & quæ ibi notantur, hic repetas.

e *Competenti.*] puta fortè, quia denumerabitur ei vicena milia paſſuum per ſingulos dies, donec fuerit in exercitu, præter eum diem, quo vocatus fuit, vt iret, & præter eū diem, quo ſe debet repræſentare, & hoc ad exemplū eius, qui promiſit ſe ſtaturum in iudicio, ut ff. ſi quis cau. l. 1.

f *Alium pro ſe.*] Notare potes hic arg. ꝙ vaſallus poteſt feudo ſeruire per ſubſtitutā perſonam, dum tñ ſit domino acceptabilis, ſecundum qđ hic dicitur. hoc idem notat. ſup. ſi de feud. contro. ſue. ca. ſi quis deceſſerit. & puto, ꝙ acceptabilis dēt eſſe domino, ſi peræque bonū, ut ipſe eſt, uaſal. ei mittit. arg. ſup. de l. cor. c. ex eadem lege. & ſup. titu. ſi de feud. controuer. ſue. C. ſi quis deceſſerit.

Seruire uaſallus feudo ꝑ ſubſtitutum poteſt.

g *Dimidium.*] aliter obſeruatur per Corradum in Lōbardia, & aliter in Alemania, ut ſup. de capit. cor. c. ſimiliter in hoſtenditijs. Accur.

h *Plures dominos.*] argu. contra. ff. de uiſu. fru. l. ſi cuius quia ibi pluribus dominis fructuarius ſatiſdare debet, ut C. de ſer. & aqua.

i *Compellatur.*] Sed cui dabitur electio, vtrum ipſis dominis, an vaſallo? Reſpon. videtur, ꝙ vaſallo debeat dari, ſcilicet, ut eligat quam uoluerit ex dominis. arg. ff. de iure dot. l. plerunque. §. vlti.

k *Transferat.*] ſ. iure conſuetudinario ad minorem dominum, ſed ad maiorem poteſt: quia tunc non lædit uaſallus, niſi ſit priuatus forte, ut C. de fun. limitro. l. 2. lib. 12. Vel dicas, ꝙ ad minorem dominum poteſt transferre, non ad maiorē. arg. ff. de alie. iu. mu. l. 1. & 3 & C. ne. liceat po. l. 2. vel dicas, ꝙ ad omnes tranſire poteſt, arg. C. de contrah. emp. & ven. l. dudum, & ff. ſi quis à paren. ma. fue. l. 2. & vlt. & hic ſubau. ius vaſal. vel non poteſt transferre omnino, ſed retinendo directum dominium poteſt. arg. ff. de offic. præ. l. pe. Vel localis eſt: quod non placet. C. de no. co. componen. l. 1 in fi. ſecundæ conſtit. Vel dic referre, vtrum totam curiam vendat, uel tantum feudum unius uaſalli. In primo caſu poteſt, quia quædam per ſe non tranſeunt, quæ cum uniuerſitate trāſeunt, ff. de acqui. re. do. l. quidam. & arg. ff. de contrahē. emp. l. in modicis. ueruntamen hoc ſatis vr determinari. ſup. de l. cor. §. ex eadem l. quid, ſi uaſallus deceſſerit, relictis duo. filijs, quorum vnus vtilis eſt ad ſeruiendū, alter inutilis: numquid tm̄ utilis ſuccedet, cū & dñs in hoc conſentiat? Rñ. hæc quæſtio eſt diſputabilis ſm Corradum: quidam tñ dixerūt, ꝙ ſuccedat, & quidā nō, ut ſup. tit. an. mu. & alias imperfect. c. nullus.

l *Offenderit.*] Quid ſi uaſallus feloniam cōmiſit ante inueſtituram, uel poſt, ſed tñ inficiatur eam feloniam, uel pr̄, uel hr̄des eius: nunquid obſtat delictū? Rñ. nō. ar. ff. de dolo. l. & eleganter. §. pen. Idem etiam ſi confiteatur, ꝙ deueſtiri non pōt, niſi prius inueſtiatur eo, quod non habet. arg. ff. de ædil. edict. l. bouem. §. ſi ſub conditione. ſecundū Cor.

m *Priuetur.*] nunqđ ꝑ factum pr̄s filius amittit feudū auitū. Rñ. quidam ita, quia & auitā hæreditatē. arg. ff. ad l. eo. de ſal. l. ſi quis pr̄s ſui. Sed arg. contra. ff. de ſin. l. emācipatum. in fi. l. ſm Cor. Sed dicas, ꝙ amittit, ut ſup. ſi uaſ. feu. priu. cui defer. ca. 1. Quid ſi uaſ. habens auitum feudum cōmiſit delictū contra dñm, ex quo poterit ei feudum auferre, ſed dñs remiſit delictum uaſalli. deinde deceſſit ſine liberis uaſallus: nunquid repellunt agnati, ut eſt conſuetum, cum eſt feudum ab eo acquiſitum. Reſpon. imo agnati, vel in feudo paterno ſuccedunt, non ut in nouo, arg. ff. de pecu. l. peculium. §. ſi ab ære alieno.

n *Non ſuccedit.*] Quid ſi uaſ. contra dominum offenſam contraxit, nec dñs in uita ſua aliquid dixit, nunquid poſt mortem dñi à uaſallo pōt auferri feudum. Rñ. non poteſt, quia non debet hæres mouere, quod defunctus tacuit. C. de inoffi. teſta. l. omnimodo. §. 1. & de reuoc. don. l. ulti.

Heres mouere non debet qđ defunct' tacuit.

o *Domeſticis.*] qui dicantur domeſtici, habes ff. de iu. om. iu. qui iuriſ. & de pœn. l. reſpiciendum. & C. de ijs, qui ad ec. con. l. præſenti §. ſine. & de quæſtio. l. pridem.

p *Aliū vaſallum.*] No. ergo hic, ꝙ uaſallus poteſt habere alium uaſallum de feudo ſuo: non ergo intellexit Impe-

rator

ſator iſte uerbo, alienationis, prohibere donationem in feudum, & hoc uerum eſt, dum tamen ſyncere, & ſine frau. de hoc ſiat, ut ſup. qualiter olim po. ſeu alie. c. neceſſitate niſi forte uelis intelligere ſecundum eos, qui contrarium dicũt, quod hic intelligitur ſecundum uoluntatem domini.

¶ Præterea ſi inter duos [a] vaſallos de feudo ſit cõtrouerſia, domini ſit cognitio, [b] & per eum controuerſia terminetur. ſi verò inter dominũ, & vaſallum lis oriatur, per pares [c] curiæ à domino ſub fidelitatis debito coniuratos terminetur. [d]

¶ Illud quoque ſancimus, vt in omni ſacramento [e] fidelitatis Imperator nominatim excipiatur. [f]

¶ *Primetur.*] ſed quære, cum non ſit eius vaſallus. ar. ff. pro ſo. l non ſocij. & arg. ff. de ver. ſi. l. modeſtinus & ff. de libe. agno. l. ſi quis à lib §. ſi quis à liberti liber ſecundum. Co.

¶ *Niſi requiſitus.*] qd ſi uaſallus meus aliũ fecerit de eodem feudo, & ultimus uaſallus feudum alienauerit? ar. eſt, quòd primo domino. i. mihi committatur. ff. de ſer. expor. l. pe. & ff. de acquir. poſſ. l. qui uniuerſas. §. fi. & l. ſi colonus. & l. quamuis. §. primo. & l. ſi id, quod. & ita primus habebit laudemium: quod iniquum nõ uidetur, propter timorem futuræ amiſſionis. Sed ar. contra. eſt hic ſecundum Corradum. Sed nunquid uaſallum cogere poteſt, ut ei feudum oſtendat? ar. eſt, q ſic poſſit. ff. de act. emp. & uen. l. Titius hęres. Sed nunquid uaſallus dominum, qui ei feudum de camera debet, poteſt cogere, ut ei poſſeſſiones, ex quibus feudum percipere debeat, præſtet arg. eſt, quod poſſit. C. de dona. l. ſi quis argentum. §. 1.

a *Duos.* ſcilicet qui aliàs ſunt uaſalli eiuſdem domini de alijs feudis, & feu. de quo eſt quæſtio inter eos pertinet ad eum dominum, & vterque contẽdit, ſuum feudum eſſe: alio quin ſi non eſſent alias uaſalli, ſed uterque diceret, ſe eſſe uaſallum ipſius de eo feudo, uel etiã diuerſos inueſtitores dicerent ſe habere de eo, tunc coram iudice, uel arbitro cauſa terminari debebit, ut ſup. de pace tenen. §. ſi duo. & §. ſeq. & ſup. de l. cor. ſi autem inter pares, nec unus alterum poterit inuitum trahere ad iudicium curiæ: vel dominum, cum unum producunt inueſtitorem. uerum tamen ſi curia eum uocauerit ter, tunc non poterit eius examen declinare, ut ſup. titu. an apud iudicem uel curiam domini quæſtio feudi terminari debeat. ca. ex eo. quod ſup. diximus & ſup. de inueſt. in mari facta. §. illud. & ſecundum hoc iſte non contradicit prædictis cap. ſed potius diuerſa ſunt quam aduerſa. & de hoc dices ſecundum quod in ſumma not. Sed quid ſi dominus non vult cognoſcere? Reſpon. tunc poterit uaſallus eum facere compelli à maiori iudice, ſub quo erit. argu. ff. de arbit. l prima. & tertia. §. primo. uel etiam actor poterit alterum conuenire ſub iudice rei. Sed nunquid ab initio poterunt ipſi litigantes ire ſub alio iudice, & non ſub domino ſaltem in concordia ita quod ſententia ab illo iudice lata teneat, uel nunquid tenebit ſententia tanquam a non ſuo iudice lata? Reſpon. fortè non tenebit, quoniam imperator uoluit, quòd domini eſſet cognitio, & determinatio iſtius cauſæ: ergo alijs iudicibus uidetur prohibuiſſe cognitionem, & uaſallis, ne ad alios iudices irent. argum. ff. de conditio. & demonſtratio. l. cum ita. Sed eſt argu. contra ff. de iud. l. cum prætor. [1] & arg. C. de pac. con. tam ſuper do. l. fi. & ff. de compen. quod Labeo ſi ergo contra fecerint: contra legem fecerunt. vnde non debet tenere quod factum eſt in ipſo iure, ut C. de legi. l. non dubium. nam qui non facit quod debet, contra ius facere intelligitur ff. de reg. iu. l. qui non facit. & ar. C. de iude. & cæli. l cælicolarum in fin. & dominus in euangelio Qui non eſt mecum contra me eſt. & alibi, qui non ſeminat mecum, diſpergit. uel dicas referre, utrum per errorem iuerunt ad alium iudicem, an ſcienter, in primo caſu non tenet, in ſecundo ſic, pro rogando eius iuriſdictionem, ut ff. de iudi. l. 1. & 2. & C. de iur. om. iud. l. 2.

[1] Alias eſt de iur. om. iudi. l. prætor.

b *Cognitio.*] ſed in quo loco ſtabit ad cognoſcendum? Reſpon. ubi ipſe ſtatuere uoluerit, ſalua honeſtate ſua, & ubi maiorum eius mos fuit cognoſcere inter pares ſuos, ſi eos habuerit, argumen. ad hoc ff. de iuſti. & iur. l. penultima. in fine.

c *Per pares.*] qui in concordia domini, & uaſalli eligentur: ſed ſi diſſenſerint in eis eligendis, tunc dominus primus elegit quem uel quos uoluerit, & poſtea uaſallus ſimiliter faciet, ſecundum numerum a domino comprobatum: ita tamen, quòd ille uaſallus non eligatur pro pari, inuito domino, uel uaſallo, qui fidelitatem domino non iurauerit, ut ſupra de cont. feud. apud pares termi. cap. fina. inter dominum. & hoc fortè ea ratione, quoniam debent ſub debito fidelitatis coniurari a domino, ſecundum quod hic ſtatim ſequitur, & hæc uera ſi dominus habet pares, ſecundum quod dicitur ſup. prædi. cap. ſi inter dominum. Si autem non habet pares, tunc iudicis illius, qui conuenitur vel eius, in cuius foro res eſt, erit cognitio: cum actor debeat ſequi forum rei. C. de iu. om. iudi. l. ſecunda. & C. ubi in rẽ actio ex. debe. l. fina. Sed quid ſi dominus non uult reſpondere, conuenitur à uaſallo, uel uaſallus a domino? Reſpon. tunc procedendum eſt, ſecundum quod dicit de mili. uaſa. qui contu. eſt. c. dominus uocat militem. Conſueuit quæri in quo loco debeãt ſtare pares ad cognoſcẽdum inter dominum, & uaſallum? ad quod ita reſponderi poteſt, In eo loco ſtare debeant, de quo actum fuerit inter dominum, & uaſallum: ſi autem non appareat, de quo actum ſit, tunc ſtabũt in loco, in quo factum fuit compromiſſum a partibus, & tunc poterunt pares iubere partibus, ut debeant uenire coram eis in quacunque parte uoluerint illius loci, dum tamen facilè partes in eum locum uenire poſſint, nec ſit locus inhoneſtus, puta popina, uel lupanar. & hoc ad exemplũ arbitri. ut ff. de arb. l. ſi cum dies §. ſi arbiter. ſed ſi pares non poſſent concordare de loco, tũc forte dominus poterit iubere eos adeſſe, ubi uoluerit, ſalua honeſtate ſua, ut ſup. no. eſt. & hoc ideo, quia maior iudex eſt inter eos, cum ab initio debebat eos coniurare ſub debito fidelitatis, ut dictum eſt: ſi autem non eſt locus comprehenſus, in quo iudicare debeant, tunc uideatur ille locus comprehenſus, quo ſolet iudicari ſine incommodo litigãtium. ar. ad hoc. ff. de iud. l. ſi locus. Vel fortè poſſet dici, quod ſemper eſt domini electio, ubi uoluerit cauſam uentilari: ſicut & alias habet primo electionem parium, ut dictum eſt, & ad hoc eſt ar. ſup. de mi. ua. qui contu. eſt, cum ibi dicatur, quod pares debeant dominum adire, & eum, ſalua reuerentia, competenter cogere, &c. Vel dicas, q dominus primò elegit unum locum, in quo primò cauſa incipiatur, & uaſallus eliget alium, ſi uoluerit, in quo uiciſſim uentilabitur cauſa per terminos ſtatutos per ordinem. ſ. ſemel in uno, & poſt in alio: ſicut alias dominus habet primo electionem parium, ut dictum eſt, poſtea uaſallus. ut cauſa æqua lance terminetur. nec mirum cum dominus debeat reddere uicẽ uaſal. de ijs, quæ uaſal. tenetur domino præſtare, ut ſup. de for. fide. in fi.

d *Terminetur.*] & hæc uera ſunt. quæ dicuntur in §. iſto. quando eſt quæſt. de feudo inter do. & ua. uel inter duos uaſallos. Quid ergo: ſi inter dominum, & alium, qui non ſit uaſ. de feu. quæſtio eſt, uel inter uaſ. & alium? reſpon. tunc ab alio iudice, ſub cuius iuriſdi. erunt, uel ſaltem res, terminari debebit, ut ſup. de pa. tenen. §. ſi duo. & §. fina. & §. primo. & ſup. de le. co. cap. ſi inter pares. cum enim iſte caſus non ſit conſuetudinibus comprehenſus, merito lege ſcripta uti ſine calumnia poſſumus, ut, ſupra de cog. feud. cap primo. unde dicendum eſt, quod actor ſequatur forum rei.

e *Sacramento.*] iurat ergo uaſallus domino fidelitatem, & econuerſo ita dominus uaſalli uicem reddere debet, ut in decret. uigeſimoſecundo. q. ulti. de for. fidelita. in fi. & uigeſimatertia. q. quinta prodeſt. in medio, ubi dicitur, ſicut dilectionem iuſti ſunt tenentibus dari, qui timent &c. Accurſius.

f *Excipiatur.*] nunquid ſeipſum debebit excipere, cum iurat fidelitatem contra omnem hominem? Reſpond. non: quia non eſt in illa uniuerſitate. nam in generali ſermone non intelligitur perſona loquentis, ar. ff. communia præd. l. quicquid.

Generalis locutio p[er]ſonam loquẽtis nõ cõprehendit.

TITVLVS LVI.

Quæ ſint regaliæ.

REgaliæ, [g] armandiæ, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, portus, ripatica, vectigalia, & quæ

QVAE SINT REGALIAE.

g REgaliæ.] ſubaudi ſunt armandiæ.

a *Angariarum.*] angariæ ſunt perſonales præſtationes, perangariæ ex quibus præſtantur pecuniæ, & operæ, & colligitur obſcure.ff.de mune. & ho. l. munerũ. §. patrimoniorum.

QVOT TESTES ſunt neceſ.&c.

b *SI vaſallus.*] hęc lex in paucis cõſuetudinibus inuenitur; & ideo ſuper ea dubito ſit lex, uel non, vn le circa eam non inſiſto.

DE NOTIS feudorum,&c.

c *NOtandũ.*] Hic intitulatur de notis feudorum quia potius puto fore notas, ſiue notulas ſuper feudis factas, q̃ debeant eſſe de textu conſuetudinum: & hoc uidetur probatur.ex eo q̃ quaſi omnes approbantur per leges Romanas, & Lombar. unde quaſi gloſſulas eas reputo uſque ad fi.

vulgo dicuntur telonia.monetæ, mulctarũ, pœnarumq; compendia, bona vacantia, & quæ, vt ab indignis legibus auferuntur, niſi quæ ſpecialiter quibuſdam cõceduntur,& bona contrahentium inceſtas nuptias, condemnatorum, & proſcriptorum,ſecundum quod in nouis conſtitutionibus cauetur,angariarum, [a] perangariarum, & plauſtorum, & nauium præſtationes,& extraordinaria collatio ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem,poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum ad iuſtitiam excipiendam, argentariæ, & palatia in ciuitatibus conſuetis, piſcationem reditus,& ſalinarũ, & bona committẽtiũ crimen Maieſtatis, & dimidiũ theſauri in loco Cæſaris inuenti nõ data opera,vel loco religioſo, ſi data opera, totũ ad eũ pertineat.

TITVLVS LVII.

Quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandum feudi ingratitudinem.

Ad probandum ingratitudinem delicti quinque teſtes requiruntur idonei, opinionis integræ, & manifeſtè probantes. Bart.

Imperator Henrichus Auguſtus vniuerſo populo, &c.

SI vaſallus [b] inhoneſtis factis, atque indecentibus machinationibus dominũ ſuum offenderit,inſidijsq; eum clandeſtinis, vel manifeſtis appetiuerit, vel inimicis eius ſuas amicitias copulauerit,atque in alijs ſic verſatus eſt, vt potius inimicus,quã fidelis eſſe credatur, vel ſi eum cucurbitauerit, ſeu in cãpeſtri bello ſuũ dominum reliquerit, feudo priuabitur. Quod non obtinere ſancimus, niſi quinque teſtibus* ſummæ, atq; integrę opinionis ꝓbatum fuerit manifeſtè. Datum vij. idus Auguſti feliciter.

*Alde Fely.in c.teſtimonium.et c.ſi.in pri. de teſtib.

TITVLVS LVIII.

De notis feudorum

Notandum quod moris eſt in fi. libri ſupponere regulas & aliquas concluſiones. idcirco auctor huius operis quaſdam notulas, & regulas elicit concludendo per eas, terminans opus ſuum. vide ſecundum Bal. concluſiones in qualibet materia feudorum. Bal.

NOtandum [c] eſt in feudo, quod de cauena, ſeu camera dicitur, nõ debere dari, niſi cũ ſit in camera, vel cauena; vnde ſolui poſſit: vel ſi ita euacuata ſit cauena, ſi culpa promiſſoris, expectandum eſt, donec iterum de cauena, vel de camera dari poſſit. Dominum aũt feudi dare poſſe intelligitur, omni ære alieno deducto. Nõ enim æquum eſt, quem videre egentem, quem prius habuit in coniugẽ, vel amicum. Quòd aũt partes tm̃ debeant intereſſe inueſtituræ feudi, & non alij: hoc tunc verum eſt, cum dominus vaſallos alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus, quos meliores poterit, liberos tñ: argumentatione legis de vltimis voluntatibus in Lomb. ſcilicet illa, quæ dicit, Si q̃s donationẽ facere voluerit de ſuis reb. alicui, vel inueſtiturã, adhibeat ſibi de parẽtibus ſuis (& ꝑ eandẽ legẽ iurant) duos teſtes idoneos, vel tres, vel plures. pluralis.n.locutio, duorũ numero contenta eſt.

¶ Item ſciendum eſt, non eſſe impedimentũ inueſtituræ, & ſi inueſtituram faciat de re, quam communem dominus habeat cum aliquo, quia ſi ſponte diuidere noluerit, ille, cum quo habet rem communem, qui inueſtiuit, poteſt cogere per iudicium illũ, qui inueſtitus eſt, vt diuidat. Item hæredes eius neceſſe habent tenere firmã inueſtituram, quam pater fecit. Item eadẽ lege, & eodem iure debet habere rem iſte, qui inueſtitus eſt, quam haberet, qui eum inueſtiuit, cum coherede ſuo, ſcilicet vt adęquatio percurrat vſque ad 40. ann. Item inueſtitura per ſe, vel ꝑ ſuũ nuncium dari, & accipi poteſt. quæ oĩa ſupradicta colligi poſſunt ꝑ ſupradictas leges Longob. tit. de vltimis voluntatibus. l. ſi quis. & C. cõ diui. l. 1. & 2. Idcirco pares neceſſarij sũt in inſtrumento inueſtituræ, & non alij: ne q̃d excogitet falſitatis in perniciem dñi, alijs teſtibus ductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia: q̃ non ſunt ſuſpicanda in paribus. Si inſtrumentũ diceretur falſum à dño, daretur defenſio vaſallo, qui inſtrumentum ad ſe deferret, vt in Long. qualiter quis ſe defen. de. l. de chartis. & auferetur dño, qui veritatem nouerit. & iniquum erit, ſi aliquis ex dono ſuo conueniatur. Domini eſt defenſio ex ordine cum vaſallus non poſſideat.

¶ Notandũ eſt, de omni controuerſia, quæ inter dominum, & vaſallum oritur, ſi pares veritatẽ nouerint, omnino cogi debere à domino, & paribus dicere veritatem. qui ſi dicant ſe neſcire, cum ſciãt, & vaſallus poſtulet, dominus eos coget iurare, & veritatem dicere, vt C. de teſti. l. ſi quãdo & in Long. vt iudex vnus, &c. & in titu. qualiter q̃s ſe defen. de. l. ſi qualiſcunq; cã. & tit. de teſti. l. vt quicunque. & l. vlt. cum datur dño defenſio de inueſtitura, quæ d'r eſſe facta, iurare debet, ſe inueſtituram non feciſſe. Cum verò datur ſucceſſori eius, iurare debet ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo.

¶ Si qua inueſtitura facta eſſe dicetur, ſemper dẽt nominare dominũ, à quo inueſtitura facta dicitur, cum multum diſcrepet ſacramentũ hęreditarium à principali ſacramento. C. de re cr. & iure. l. 3. & l. generaliter. & vt habes de tutore, qui iurat, quod credit, & exiſtimat, vt C. de iura.

iura.ca.l.2.de cõſciẽtia enim ſua iurare debet,& non de alieno facto,cum iniquum ſit, aliquẽ iurare de alieno facto,hæres,vel ſucceſſor,nec etiam filius,vt ff.rerũ amo.l.Marcellus.ſed cõtrarium reperitur in Lomb.quia licet filius minorẽ virtutem habeat, quàm pater:tñ debet præcisè iurare, patrem ſuũ non fuiſſe debitorem, vt in Lomb.qualiter qs ſe defendere dẽt.l.ſi cõtigerit.

CONSTITVTIONES Friderichi II. Imperatoris.

TITVLVS VNICVS.

De ſtatutis,& conſuetudinibus contra libertatẽ eccleſiæ editis, & immunitate locorum religioſorum,vbique morantium,& fori priuilegio,& Gazaris, & Patarenis, & alijs hæreticis,eorumq́; ſucceſſoribus, & nauigiis peregrinis,& aduenis,quocunque locorum hoſpitãtibus,eorumque ſucceſſoribus, & de agricularum ſecuritatibus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Marchionbus, Comitibus,cunctisq; populis, quos clementia noſtra regit Imperium ſalutem,& gratiam.

IN die,qua de manu ſacratiſſimi patris noſtri ſummi Pontificis recipimus Imperii diadema,curauimus ad Dei, & eccleſiæ ſuæ honorem edere quaſdam leges,quas in præſenti pagina iuſſimus adnotari, per totum noſtrum Imperiũ publicandas. Per imperialia vobis ſcripta,præcipiendo mandamus, quatenus eas quiſque literas in ſuo diſtrictu irrefragabiliter,& inconcuſsè ſeruet. & ſunt hæ leges.

AD decus, & honorem Imperij, & laudẽ Romani Principis nihil omnino magis videtur accedere,quàm vt, expurgatis quibuſdã erroribus, & iniquis quorundã ſtatutis penitus deſtitutis,decæterò eccleſia Dei plena quiete vigeat, & ſecura gaudeat libertate.Sanè adeò infidelium quorundam,& iniuſtorũ iniquitas abundauit,vt non dubitent contra apoſtolicam diſciplinam,& ſacros Canones ſtatuta ſua cõfingere contra eccleſiaſticas perſonas,& eccleſiæ libertatem * Cùm ergo diſpoſitiones diuina fauente,nihil velit eccleſia (quæ nihil debeat præter bonum appetere) quod nobis eodem cõcurſu, & eadem non placeat voluntate.

NOs Friderichus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus hac edictali lege irritamus,& irrita nuntiamus omnia ſtatuta,& conſuetudines,quæ ciuitates, vel loca, Poteſtates, Conſules, vel * quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem eccleſiæ, vel eccleſiaſticas perſonas edere, vel ſeruare aduerſus canonicas, vel imperiales ſanctiones præſumpſerint, & ea de capitularibus ſuis mãdamus intra duos menſes

** Facit ad hoc Bart. dicens, quod verbum, libertas, ſeu facultas, plenè importat, vt quis ſit liber ab omnibus regulis iuris ciuilis, vt in l. alio. ff. de ali.leg. dicens idẽ alibi, quod verba prædicta important, quod quis non tenetur ſequi arbitrium legis omnino iuri. & in l ſi idem cum. miſſa § ſi. ſuper verbo, quandoquam. de leg. 3.*

** Quæcunque aliæ pſonæ. vt Comites, Marchiones, Epiſcopi, & c. q̃ habent iuriſdictionẽ perpetuã, non ad tẽpus, vt per Bartol.in l. omnes populi. nu. 8. ff. de iuſt. & iur, qui declarat hoc principium.*

poſt huius publicationem edicti penitus aboleri,& ſi decæterò ſimilia attentauerint,ipſo iure decernimus eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos,ſuperiori protinus applicãda, necnon locum, vbi deinceps talia præſumpta fuerint, banno mile marcharum pręcipimus ſubiacere; Poteſtates verò Conſules,Rectores,Statutarii, & ſcriptores dictorum ſtatutorum, necnon & conſiliarii locorum ipſorum,qui ſm ſtatuta,vel conſuetudines memoratas iudicauerint, ſunt ex tunc ipſo iure infames,quorum ſentẽtias, & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quòd ſi per annũ huius noſtræ Cõſtitutionis inuenti fuerint contemptores, bona eorum ꝑ totũ noſtrũ Imperiũ mãdamus impune ab omnib. occupari, ſaluis nihilominus aliis pœnis,cõtra tales ĩ generali cõſilio ꝓmulgatis.

¶ Item nulla poteſtas, vel perſona publica, vel priuata collectas ſiue exactiones angarias, vel parangarias eccleſiis, vel alijs piis locis,aut eccleſiaſticis perſonis imponere,aut inuadere bona eccleſiaſtica pręſumant:quod ſi fecerint, & requiſiti ab eccleſia, vel ab Imperio emendare contempſerint,triplum reſtituant,& nihilominus banno imperiali ſubiaceant quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur. Item quæcunque communitas,vel perſona per annũ in excommunicatione facta propter libertatem eccleſiæ perſtiterit,ipſo iure imperiali banno ſubiaceat,à quo nullatenus extrahatur, niſi priùs ab eccleſia abſolutus fuerit.

¶ Item ſtatuimus,vt nullus eccleſiaſticam pſonam ĩ criminali quæſtione,vel ciuili trahere ad iudiciũ ſeculare præſumat contra cõſtitutiones Imperiales & canonicas ſanctiones.qđ ſi fecerit,actor à iure ſuo cadat,& iudicatũ nõ teneat, & iudex ſit ex tunc iudicãdi poteſtate priuatus. Statuimus enim,vt ſi quis clericis, vel perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumpſerit, tertiò requiſitus, ſuam iuriſdictionem amittat.

¶ Gazatos,Patarenos,Leoniſtas, Speroniſtas, Arnaldiſtas, Circunciſos, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus,quocunque nomine cenſeanť, perpetua damnamus infamia,diffidamus,atque bannimus, præcipientes,vt bona talium confiſcentur: nec adeo vlterius reuertantur:ita quòd filij ad ſucceſsiones eorum peruenire non poſſint:cũ longè grauius ſit æternã, quã temporalẽ offendere Maieſtatẽ. Qui autẽ inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi mandatũ eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, ac qualitatẽ perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquã infames, & banniti ab omnibus habeanť:ita, ꝙ,ſi ſic ꝑ annũ manſerint ex tũc eos ſicut hæreticos cõdemnamus.

¶ Statuimus etiam hoc edicto in perpetuũ valituro,vt Poteſtates,Conſules,ſeu Rectores, qbuſcunque fungantur officiis, pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, ꝙ de terris

ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt; ita quòd amodo quandocunq; fuerit quis in poteſtatem, ſiue perpetuã, vel temporalem aſſumptus, hoc teneat̃ capitulum iuramento firmare: alioq́; nec pro Poteſtatibus, nec pro conſulibus habeantur: & eorum ſentẽtias irritas ex tunc decernimus, & inanes. Si verò dominus temporalis requiſitus, & admonitus ab eccleſia terram ſuã purgare neglexerit ab hæretica prauitate, poſt annum à tẽpore admonitionis elapſum, terram illius ipſis exponimus catholicis occupandã, qui eam, exterminatis hęreticis, abſq; vlla contradictione poſſideant & in fidei pietate conſeruent: ſaluo iure dñi principalis: dummodo ſup hoc nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat. eadem nihilominus lege ſeruata contra eos, q non habent dominos principales.

¶ Credẽtes præterea receptatores, defenſores, & fautores hæreticorũ bannimus, firmiter ſtatuentes, vt ſi poſtquam quilibet taliũ fuerit ab eccleſia excõicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annũ, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad puplica officia, ſeu concilia, vel ad eligendum aliquos ad hmôi, neque ad teſtimonium admittatur. ſit etiã inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatẽ, nec ad hæreditatis ſucceſſionẽ accedat. Nullus præterea ei ſuper quocunq; negotio, ſed ipſe alij reſpõdere cogat̃. Qđ ſi fortè iudex extiterit, eius ſnĩa nullam hẽat firmitatẽ: nec cauſæ aliquæ ad eius audiẽtiã pferãtur. Si fuerit aduocatus, eius patrociniũ nullatenus admittat̃. Si tabellio, inſtrumẽta p eũ confecta nullius penitus ſint momenti.

¶ Nauigia quocunque locorum peruenerint, ſi quo caſu contingẽti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipſa, quàm nauigãtiũ bona illis in terra reſeruentur, ad quos ſpectabant antequã nauigium illud periculum incurriſſet, ſublata oĩum locorũ penitus conſuetudine, quæ, huic aduerſatur ſanctioni: niſi talia ſint nauigia, q̃ practicam exerceãt prauitatem, aut ſint nobis, vel Chriſtiano nomini inimica.

¶ Traſgreſſores verò huius noſtræ Conſtitutionis bonorum ſuorum publicatione mulctentur: & ſi res exegerit, eorum audacia iuxta mandatum noſtrum modis alijs depeſcatur.

¶ Omnes * peregrini, & aduenæ liberè hoſpitẽtur, vbi uoluerint, & hoſpitati, ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis ordinãdi liberam habeant facultatem, quorũ ordinatio inconcuſſa ſeruetur. Si qui vero inteſtati deceſſerint, ad hoſpitẽ nihil perueniat: ſed bona ipſorum per manus Epiſcopi loci tradãtur hæredibus, ſi fieri poteſt. vel in pias cauſas erogentur. Hoſpes verò ſi aliquod de bonis talium contra hanc conſtitutionẽ noſtam habuerit, triplum Epiſcopo reſtituit, cui viſum fuerit aſſignãdum, non obſtante ſtatuto aliquo, ſeu conſuetudine, ſeu priuilegijs, quæ hactenus cõtrarium inducebant. Si qui autem cõtra præſumpſerint, eis de rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem, vt in eo puniantur, quo deliquerint: alias, put culpæ qualitas exegerit, puniendi.

* Hic videtur Imperator emẽdare ius Prothomiſeos. Quod erat de iure antiquo promiſſũ. & adde tex. in l. dudum. C. de contrahend. emp.

¶ Agricultores, & circa ruſticitatem occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint quacunq; parte terrarũ: ita, vt nullus inueniatur tam audax, qui perſonas, vel boues, agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad operam ruſticalem pertinet, inuadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autẽ huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, infamiã ipſo iure incurrat, imperiali animaduerſione nihilominùs puniendus.

¶ Nos verò Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei has leges à Friderícho Romanorum Imperatore filio noſtro chariſſimo pro vtilitate omnium Chriſtanorum editas laudamus, approbamus, & confirmamus tanquam in ęternum valituras. & ſi quis auſu temerario, inimico humani generis ſuadente, quocunq; modo has infringere tẽtauerit, indignationẽ Dei omnipotentis, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum.

FINIS.

a QVOMODO in læſę maieſtatis, &c. ¶ Iſta rubrica eſt magiſtraliter poſita cauſa commodioris allegationis & aduertendum eſt, ꝙ liber authenticorum diuiſus eſt in nouem collationes. poſtea peruenit liber feudorum, quem x. collationem vocamus. 1 poſtea ſuperuenerunt iſtæ conſtitutiones, quas vndecimam collationẽ appello: ipſaſque gloſſare volui ego Bart. de Saxoferrato ciuis Peruſinus, vt multa vtilia, quæ in eis ſunt omnib. innoteſcerent, & etiã ad laudẽ diuinæ recordationis dñi Henrici Imperatoris ipſarum conſtitutionem auctoris, aui Illuſtriſſimi dñi, dñi Caroli Quarti Romanorũ Imperatoris, nũc regnantis. cui debito fidelitatis adſtringor: quia me ſuorum conſiliariorũ. & domeſticorũ 2 numero aggregauit: & me meoſque poſteros, quos legum Doctores eſſe contigerit, legitimationis, & conceſſionis veniæ ætatis, alijsque priuilegijs, & gratijs decorauit. In nomine igitur Dei omnipotentis, ad laudem & reuerentiã præfati domini Imperatoris, ſuiq; aui, & ſtudentium vtilitatẽ gloſſaui eas ordine infraſcripto, ſupponens quicquid per me dicatur correctioni cuiuſlibet melius ſentientis. & quia textus eſt breuis: nullus me de gloſſarum longitudine inculpet. ſunt enim multæ gloſſæ, ex quibus hæc collatio multum utilis redditur. Bar.

1 In hoc tamen eſſet ſtandũ communi denominationi vtentium. Aluar. in prælu. feudo. in 4. colum.

2 Idẽ multum familiariter le. de Pla. in rubr. de dome. & protecto. lib. 12.

* De auctoritate extrauagantiũ, an habeantur pro legibus: & an iudex debeat ſecundum ipſas iudicare, vide latiſſime Felyn. in c. poſtulaſti, numero 3. de fideinſ. & in c. 2. in fine de teſti.

EXTRAVAGANTES *

cum apparatu, ſiue gloſis D. Bartoli, quas nonnulli vndecimam collationem appellant, feliciter incipiunt.

TITVLVS I.

Quomodo in læſæ Maieſtatis crimine procedatur. a

Henricus Septimus diuina fauente gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus.

Ad

a AD *reprimendum.*] Primò ponit cauſam legis condendæ, ſecundò ſtatutum generale in ordine procedendi in crimine læſæ Maieſtatis: Tertiò ſtatutum ſpeciale in modo procedendi contumaces; Quarto ponit clauſulam derogatoriam: Quinto declarat, ad quos caſus extēdatur; Sexto quo tempore ſumma vigore.

AD reprimendum [a] multorum [b] facinora, qui ruptis [c] totius debitæ [d] fidelitatis [e] habenis, [f] aduerſus Romanum Imperium, in cuius trāquillitate [g] totius orbis [h] regularitas requieſcit, hoſtili animo [i] armati conantur nedum humana, verum etiam diuina præcepta, quib. iubet̄ ꝙ oīs aīa Romanorū Principi ſit ſubiecta, [k] ſceleratiſſimis facinorib. [l] & aſſiduis rebellionib. [m] demoliri: ne ex eorū abſentia, [n] in deteſtādo

b *Multorum.*]ſed cū multis graſſantib. iudici a lege antiqua concedatur arbitriū, vt poſſit pœnas augere, vt ff. de pœ. l. aut facta § ſi & no. ff. de inia. l. quid ergo. §. pœna grauior. ideo hoc caſu hæc. l. neceſſaria nō uidetur. Sol. antiqua iura dabant arbitrium iudici imponendi pœnam maiore maleficio liquidato: hæc de nouo ſtatuit circa modū liquidandi, dans poteſtatem & hæc, ſcilicet, multitudo delinquentiū eſt cauſa finalis legis condendæ, vt in inf. dicam.

c *Ruptis.*] determinat verbo, conantur, quod eſt inf. nec reſoluitur in conditionem, quia determinat verbum præſenti, uel præteriti temporis, ſecus ſi eſſet uerbum futuri tēporis, uel reſpiceret futurum tempus, ut l. a teſtatore. ff. de de condit & demon & de vſu. l. euictis. quod tractaui. ff. de condit. & demoſtra l. 1.

Fidelitas triplex.

d *Debita.*] diuino, & humano, ut inf. dicetur.

e *Fidelitas.*] Quædam eſt fidelitas, qui debetur proximo. ſ. non offendere eum, nec ei inſidiari. ff. de iu. & iur. l. vt vim non autem tenetur eum defendere, ut no. ff. de regu. iur. l. culpa caret. Alia eſt fidelitas, quæ debetur patri, quē, quis etiam tenetur defendere uerbo: quia debet patri indicare, quæ cognoſcit contra eum ut ff. ad l. Pompo de pari. l. 1. ſi. & l. ſeq. debet ēt ei reuerentiam, ut in titu. de obſequiis, nō autem reperio, ꝙ quis teneatur patrem defendere facto, ſ. opponendo ſe. ut ſimili modo. Tertia eſt fidelitas maior, qua quis tenetur domino ſuo: quem non ſolum tenetur non offendere ſed indicare uerbo, & defēdere facto, ut 10. col. de for. fi. c. 2. & de non fi. for. ca. 1. iſta debet quis Principi ſ. non offendere, & ſi ſciuerit, indicare. quod patet, quia conſcij etiam tenentur, ut C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis. in ſi tenetur defendere eum. ff. de re mili l. omne delictum §. ſi. uerè ergo hic dicitur, totius, quia tota fidelitas debetur principi Eſt enim Deus in terris. C. de ſacroſanc. eccle l. iubemus nullam nauem. & ibi no. & de eo ſcriptum eſt. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis.

1 Quæ fidelitas & qualiter debeat haberi in principe. uide plene ſal. in l. 1 ff. de pa.

f *Habenis.*] ſicut. n per habenas equus rectè ducitur: ita per fidelitatem 1 ducitur ſubditus a domino, quæ fidelitas habet duas habenas, ſcilicet, in faciēdo q̄ fieri dēnt: & nō faciēdo quæ fieri non debent, ut mō dixi quæ duo præcepta sūt duæ habenæ, per quas homo ſubditus ita ducitur ſicut æquus, & alia animalia ducuntur ꝑ habenas, & ita iſta ꝑ præcepta homo ducitur, & pacificus fit ſicut equus per habenas, quas timet. & fuerunt hæc duo præcepta facta primis duobus parentibus. ſuper quibus pendent leges, & prophetę. & ſuper quibus totū utriuſque iuris corpus fundatum eſt, ut no ff. de iuſtit. & iure l. 1 & ideo bene dixit habenis.

g *In tranquilitate.*] hoc patet. nam cum imperium fuit in ſtatu, & tranquillitate, totus mundus fuit in pace, & tranquillitate, ut tempore Octauiani Auguſti. cum autem Imperiū fuit poſt ratum. inſurrexit dicta tyrannis, & hæc fuit huius opuſculi cauſa finalis.

2 Vide gloſſ. in Pragmat. ſanctio. in prooemio. in uer. Dei & laſ. in l. cūctos populos. C. de ſum. tri. & fi. l. cathol.

h *Totius orbis.*] contra: quia maior pars mundi non obedit Principi. Sol, illud de facto, ſed de iure ſecus. 2 ſimile habemus de Daniele 9. c. ubi de Nabucodonoſor, qui erat uniuerſalis Imperator ſic ait: Tu Rex Regum es: Deus cœli regnum in fortitudinem, gloriam, & Imperium dedit tibi, & omnia in quibus habitarent filij hominum, beſtias agri, & uolucres cœli dedit in manu tua, & ſub ditione tua uniuerſa conſtituit, & intelligendum eſt de iure, quia de facto non obediuerunt ſibi omnia, ut legitur in chronicis, ut in d. c. per glo. Item contra quia in terris eccleſiæ nullam habet iuriſdictionem, ut in cap. paſtoralis. extra de re iudic. in cle. Sol. eccleſia habet ex donatione Principis etiam eius, qui hanc legem condidit. ut in cap. 1. extra de iureiur. in cle. vnde ipſe Princeps habere uidetur, vt in l. prima. §. omnia enim. C. de ueter iur enuc. uel licet 3 alicuius particulæ dominium non ſit ſuum, tamen uerum eſt, quod hic dicitur: ſicut dicitur dominus gregis etiam ſi unum pecus non ſit ſuum, ut ff de rei uin. l. 2. & 3. & hoc patet, ꝙ Imperator rectè dicitur dominus mundi, ſcilicet. uniuerſalis, licet ſingulares ſint dñi prædiorum ſuorum: unde a poſſeſſore ipſo poſſet uindicare mundum. ut l. bene a zenone. C. de quadr. præſcrip. & ff. ad l. Rho. de iac. l. deprecatio nec eſt opus, ꝙ dicamus, ꝙ omnia ſunt ſua, quo ad protectionem, &c vt no. in conſtitutione. ff. in princ. quia imo verè omnia ſunt ipſius. ſi vniuerſalis conſideretur. Vel tertio 4 inhærēdo opinioni ſanctæ eccleſiæ. primo fuit Imperiū Babylonis; ſecundo fuit Imperiū Perſarum, & Medorū: tertio fuit Imperiū Græcorum: quarto fuit Imperium Romanorum: vltimo adueniente Chriſto, illud Romanū Imperium cœpit eſſe Chriſti Imperium; & apud Chriſti vicarium eſt uterque gladius ſcilicet ſpiritualis, & temporalis. Chriſtus. n eſt lapis, abſciſſus ſine manibus, cuius Regnum non diſſipabitur: de quo prophetauit. Daniel. in d. cap. 9. Vbi hæc omnia Imperia deſcribuntur expreſsè Dic ergo, ꝙ ante Chriſti Imperiū Rom. deprehendebat ab eo ſolo. & Imperator rectè dicebatur, ꝙ Dñs mundi eſt ꝙ omnia eius, ſunt. poſt Chriſtum vero omne Imperiū eſt apud Chriſtū, & eius uicarium 5 & transfertur per Papā in Principem ſecularem, ut extra de elec. ca. uenerabilem. vnde ſi dicimus, omnia ſunt Imperij Romani, quia tunc Chriſti. uerum eſt, ſi referamus ad perſonā Chriſti: ſi uero referamus ad perſonam Imperatoris ſecularis, non propriè dr̄, ꝙ omnia ſunt ſua, * uel ſub ſua iuriſdictione: quia non terræ eccleſiæ: illas enim ſibi reſeruat Papa, in quo principaliter eſt Imperium. in hac ergo conſtitutione ſi ſe retulit ad Imperium, uel ſi ſe retulit ad perſonam ſuam: locutus eſt caute. non enim dicit, ꝙ totius orbis iuriſdictio ſit ſua, ſed ꝙ totius orbis regularitas in eo requieſcit. nam & terras eccleſiæ ipſe habet certo modo regularē. ſ. defendendo eas, & ſeruando in deuotione eccleſiæ, ut iurauit in c. 1. extra de iureiur. in cle. & hoc pro nunc tranſitorie dico: quoniam opus per ſe requirunt, quæ dico: quare ſic credo tenere eccleſiam, ſic ergo Imperatorem ſentire, & ſi male hoc, uel aliud intelligerē, ſum paratus corrigere.

2 Iſtam ſolutionē ſequitur Iac. in l. cūctos populos, C. de ſum. trin. & fide catholica.

4 Iſtam ſequūtur Ia. & Alua. in c. 1 quis dicatur Dux. Marchio.

5 De electione & coronatione Imperato. uide plene Alua. in d. c. 1. quis dicatur Dux. &c.

* Adde Fely. in c. cū non liceat. nu. 12. de præſcript.

i *Hoſtili animo.*] id eſt. nil debentis ſubiectionis, & reuerentiæ ſecundum Hugonem.

k *Subiecta.*] ad Roma. 12. ca. ſed ibi non dicit Romanorū principi, ſed poteſtatibus ſublimioribus. ſed de illo intelligendum eſt. ſub quo Chriſtus uoluit naſci. & crucifigi. hoc Imperium eccleſia approbat, &c.

l *Facinoribus*] id eſt, conſpirationibus in malam partem, ut no ff. de pub. l. quantæ & facit C. ad l. Iul. Ma. l. quiſquis. in princ.

m *Rebellionibus.*] quid ſit. dicitur ſup. proxi.

n *Abſentia.*] hucuſque poſuit cauſam impulſiuam id eſt vnam cauſam finalem, ſeu rationem condendæ. nunc ponit aliam hoc modo. Primo quomodo tempore factæ legis multi conabantur contra Imperatorem: & hæc fuit cauſa impulſiua legis, non finalis, quod patet, quia cum iſta ſit vniuerſalis, & perpetua, cum & futura facta reſpiciat: illa facta præſentia, uel futura, non ſunt eius cauſa finalis: tendit enim ad alium finem. ſic ff. de pœn. l. 1. §. ſexum. & in auth. de non alie. in princ. col. 2. & in omnibus ll. relatis ad ſingulas perſonas. quæ tamen uniuerſaliter intelliguntur, ut in l. conſtitu. C in fin. & ff. de legibus non ſingulis. & ideo ſi iſta cauſa ceſſaret, quia non eſſent multi, ſed pauci ſic delinquentes, non ceſſarent leges, ut in d. §. ſexum. & patet ex hac lege, quę loquitur etiam, quando contra unum proceditur, & quocunque caſu ſub crimine læſæ Maieſtatis. & ſi in aliqua lege uniuerſali, uel communi, uel municipali poneretur aliqua cauſa impulſiua, non poſſet opponi, quòd illa cauſa non ſit uera, quia non nocet, ut C. de fal. cau. adiect. l. 1. & de cond. & & demō. l. cum tale §. falſam. & patet ex prædictis. ſecus ſi princeps aliqīd particulariter reſcriberet: quia tūc factū uni

eum, ſuper quo ſcribitur, poſſet eſſe cauſa finalis reſcripti, ut C. ſi contra ius, vel vtili pu. l. præſcriptione. & de diuer. reſcr. per totum idem ſi ciuitas, vel ordo decurionum aliquid ſpecialiter ordinaret ſuper quodam facto non vero: eſſet enim decretum ambitioſum, vt ff. de decr. ab or. fa l. ambitioſa. Poſuit enim vnam cauſam finalem imperator, ſeu rationem legis condendæ, dum dixit, ad reprimendū multorum facinora. Iſta enim nota vniuerſalis præterita, & futura reſpicit: & eſt

Cauſam finalé denotat gerundiū poſitum cum accuſatiuo

læſę Maieſtatis crimine, proceſſus & ſententia retardentur, [a] & tanti ſceleris nefanda temeritas remaneat impunita, [b] hac edictali, [c] Deo propitio, perpetuò valitura lege ſancimus, vt in quocunque [d] læſę Maieſtatis crimine, & maxime [e] vbi contra Romanorum Imperatores, [f] vel Reges [g] aliquid non dictum tangat, [h]

finis, ad quem tendit imperator, & hoc apparet ex natura gerundij, quæ, eſt, vt cum ponitur in accuſatiuo, ſignificet cauſam finalem. ff. de dolo. l. 1. §. 1. in definitione doli, & de tutel. l. 1. in definitione tutelæ & ff. ad exhib. l. 3. §. 1. licet quandoque ſignificet modum. l. quibus diebus § 1. ff. de condi. & demon. ſed certe ille modus non eſt cā finalis ibi: ſed modus appellatur, qſi continetur onus explicandū ab eo, ad quem refertur, vt ibi dixi. idem, ſi ponatur in caſu genitiuo cum hac dictione, cā vel cum hac dictione, animo vt ff. ad. l. Cor. de ſica. l. 1. in princ. & in § 1. & 2. & C. eo. l. is, qui cum telo. nunc autem Imperator ponit alias duas cauſas finales, ſcilicet, ne proceſſus, vel ſententia retardetur. Itē ne talia maleficia remaneant impunita. Sed cum in l. ſint plures cauſæ finales, an requiratur, quòd omnes concurrāt? glo. extra de reſc. c. 2. aut quælibet cauſa per ſe eſt ſufficiens ad producendum effectum, & ſufficeret vna, & tunc coniūcta ponitur pro diſiuncta, vt l. ſæpe. ff. de verb. ſign. alias requiritur concurſus omnium: quod verum eſt, quando in l. ponuntur plures cauſæ: hoc eſt, plura facta, ex quibus debet ſequi iuris effectus. tunc enim de facili cognoſcitur, an quodlibet factum de per ſe ſit ſufficiens ad productionem effectus iuris, cum ius certum ſit, vt l. 2. ff. de iur. & fac. ign. Sed quandocunque in l. ponuntur plures cauſæ, hoc eſt, plures finales, effectus, qui ex lege ſequi ſperantur, vt in l. iſta, & tunc an omnes requirantur, eſt dubium. ſed quando illi effectus ſunt ſeparati, & diſtincti, ſufficit alteram ex illis cauſis adeſſe, vt inſt. de nup. § affinitatis. & no. ff. de his, qui no. infa. l. liberorum. §. 1. & de priui. cre. l. ſi ventri. §. in bonis. Sed ſi illæ plures cauſæ, & plures effectus tendunt ad idem, & tunc. ſi una cauſa ponitur vt ratio alia vt ratio rationis vel vna ponitur tāquam maior, altera vt minor ad probandum idem, tunc vtraque requiritur. ff. ſol. mat. l. 1. & de pet. hæred. l. ſed ſi lege. § item ſi rem. & hoc apparet hic. nam prima ratio, ſeu cauſa finalis eſt maior propoſito: aliæ duæ quælibet per ſe facit minorem. hoc modo dicit imperator, Nos intendimus ad reprimendum multorum facinora, &c. ſed iſta reprimuntur ſi ſententia. & proceſſus non retardentur: ideo ſtatuit quod procedi poſſit contra abſentes. Alio modo coniungitur. & cum ſecunda cauſa, Tertia eſt ſi coniungitur cum prima intendimus ad reprimenda talia facinora. Sed iſta reprimentur ſi non remanebunt impunita, ideo ſtatuit, quod poſſit procedi ſummarie, & de plano, vt ei videbitur. ut ſic facilius inueniatur. prima, ergo cauſa generalis eſt & reſpicit unum effectum, cum qualibet earum. & illæ reſpiciunt ſeparatos effectus. una, ne retardetur, alia ne punitio extinguatur. & habet locum ſiue procedatur contra abſentem, ſiue contra præſentem, ut inf. patebit. & non extenditur hæc lex ad alium caſum ex identitate rationis, quia contra ius commune eſt, ut l. quod contra. ff. de legi unde non tollitur, niſi quatenus exprimitur. C. de app. l. præcipimus in fi. regulariter enim omnis cauſa requirit plenam cognitionem, ut C. de iud. l. iudice. & regulariter. in cauſis capitalibus non poteſt abſens condemnari. colligitur autem ratio. l. diuerſimode. nam quædam ſunt leges declaratiuæ, & ratio illarum eſt regula iuris præcedentis, ut patet fere per omnes, leges iuriſconſultorum: maxime in d. §. item ſi rem. & ff. de uerbo. obl. ſtipulatio iſta. §. alteri. & quaſi per omnes. & illa proprie dicitur ratio. Quædam ſunt leges mere poſitiuæ; quia ad illud nulla ratio iuris antiqui urgebat, & tunc ratio ex ipſa. l. ſumitur. uel eius præfatione, ſi in ipſa exprimatur, ut hic, & ff. de hære inſti. l. fi. & ad Maced. l. 1. & iſta proprius appellatur cauſa finalis, q̄ ratio legis, ut. l. cum pr. §. ducifſimo, ff. de leg. 2. & de cond. & demon. l. illis libertis. & de iure pa. l. adigere. § quamuis. finalis ergo intentio l. eſt ratio, qua ceſſante, ceſſat lex, vt d. l. vbi uero ratio non apparet, debemus propriæ ſignificationi verborum ſtare, vt ff. de exer. l. 1. ſi is, qui nauem, cum ſimilibus Accur.

a *Retardentur*.]ſic C. de pœnis. ne diu. & l. correis. Et ſubaudi, ne. & ſic ſunt duæ rationes.

b *Impunita*.]vt ff. ad l. aquil. ita vulneratus. cum ſi.

c *Hac edictali*.] Hic incipit ſecunda pars in qua ponit ſtatutū generale. & in eo ponit ordinem procedendi tam contra præſentes, quàm contra contumaces. ex eo quod dicit, edictali, apparet, quod eſt generalis. ut l. 4. C. de legi, & inf. dicit, generalius.

d *In quocunque*.]cū enim lex iul. maieſtatis [1] habeat multa capita, ut ff. eo. l. 1. 2 3. & 4 in quocunque crimine, cui competit aliquod dictorum capitum, habet locū hæc lex.

1 Propriè tamen dicitur committi crimen læſæ ma. quando aliquid fit contra perſonam principis uel contra eos, qui ad eius latus aſſiſtū. uel contra rempublicam, ſecundum Ioan. de Pla in §. 1. inſti. de pu. iudi.

e *Et maxime*.]hic præcedit genus, [2] ſcilicet omne crimen, quod incidit in l. iul. maieſt. additur ſpecies. quando committit in Imperatorē, uel Regem, & ideo non ponitur implicatiuè, cum totum ſit expreſſum: ſed ſignificat rationē in expreſſus legibus urgere, ſic C. ne fi. pro pa aut. habita, ſed ſi genus non præcederet, tunc aut per conditionem maximè additur conditio, & tunc innuit idem eſſe in caſu contrario, ſcilicet conditione non exiſtente: niſi ratione cōtrarietatis euitandæ oporteat dici, quod dictio, maximè abundet, ut C. de ma. teſta. l. ſi & ibi no. in glo. ſuper uerbo, maximè. ſed ſi per hanc dictionem adijciatur ratio, tunc indicat illam eſſe potiſſimam rationem, licet alia ſit ratio, ut l. & ſi maxime. ff. de ſerui leg.

f *Imperatores*.]poſt coronationem &c.

g *Reges*.]ante coronationem, ut extra de elect. uenerabilem. & no. diligenter, quòd ante coronationem habetur ut generalis dominus. ſi enim eſſet priuata perſona, contra eum ſæuientes non inciderent in l. iul. maieſt. ut hic patet, & ſic poteſt adminiſtrare, & dare priuilegia, ut extra de priu. c. ſuper quibuſdam. in cle. & de iureiur. c. 1. & ibi glo. & ſic ceſſat diſputatio Iaco. de Are. quam ponit Cyn in l. bene a zenone. C. de quadr. præſc. poteſt etiam facere condemnationes, ut patet ex literis domini Caroli Imperatoris conceſſi communi Peruſi: cum ego. tunc apud ipſum legatione fungerer: ubi inter cætera ſic ait, omnes, & ſingulas ſententias, proceſſus. & condemnationes, mulctas, & ordinationes. per quoſcunque duos Romanorum Imperatores, & Reges prædeceſſores noſtros contra uos, & ſingulas ciuitates communes, & Peruſij perſonas latas, ſeu promulgatas tollimus, & relaxamus. Poteſt etiam ante coronationem conceſſiones aliorum Imperatorum tollere, & reuocare: quod patet ex alijs literis eiuſdem imperatoris: ubi inter cætera conceſſit quædam: & adiecit tandiu, quandiu per ſucceſſionem noſtrum Regem Romanū, ſeu Imperatorem non fuerit reuocatum quæ literæ ſunt Peruſij ſub bulla aurea, & prædicta uera poſtquam perſona eſt electa in Romanorum Regem. & per ſedem Apoſtolicam fuerit approbata. Aut autem uidetur tenere glo in d. c. 2 de iureiur. in cle. quod etiam electi in diſcordia poſſunt adminiſtrare.

2 Iſtam gl. reputat no. & eam ſequitur Ia. in l. qui ſe patris in 8. col. C unde li.

h *Tangat*.]q d non ſolum ſi ipſum crimen committatur ſed ſi aliud, quod ipſum tangat. hoc autem contingit quādoque per modum antecedentis, ut mandatum cōſilium, perſuaſio, de quibus plenè [3] dixi in l. non ſolum. §. mandato ff. de iureiur quandoque per modum inhærentis tempore, quo delinquitur, ut auxilium, & opem dare. de quo dixi in l. in furti. §. ope ff. de fur. quandoque per modum conſequentis, ut in his, qui præſtant conſilium ad euadendum, ut in l. prima. C. de rap. uirgi & dixi in d § ope uel receptatore, ut C. de his, qui la l. prima. & ff. de recepta. l. prima ad prædicta. ff. ad turpil. l. prima. §. incidit. & C. de hære. auth. credentes, quandoque per modum alterius actionis, ut ſi qui nolent uenire ad perhibendum teſtimonium contra reum de hoc crimine: facit aliquid, quod tangit hoc crimen & hic habet locum hæc lex. & idem ſi faceret, ut reus captus euaderet, [4] ut ff. ad. l. iul. maieſt. ſi cuius. §. item qui confeſſum. facit extra de offi. & po. iu. dele. c. 1. & ibi per Inno: & eſt ſimile uerbum, extra de hære. c. ut inquiſitionis officium. lib. 6.

3 Vide latius p Bal. Are. & Iac. in l. 1. C. de ſer. fug.

4 Vide tres pulchras limitationes ad iſtud dictū per Iac in §. pœnales. in 18. col. inſt de actio.

a *Aſſeratur.*] quãdoq; per gloſſatorem additur, ut verum ſit, vt ff. ſi qua pau.fe.di.l.1.in princ.& vt bonorum ap.l.ait prætor.in princ.alibi dicit glo.etiam ſi verum non ſit, vt ff. de do.l.1.glo.ſuper verbo, diceretur & iſtud placet 3 in his, quæ reſpiciunt modum procedendi, ut hic, ſed in quæ reſpi cerent ſententia:n,& executionem, aliæ gloſſæ procedunt: ꝓbatur. ff. de procu.l. qui omnia. verſicu. planè.

3 Idem tenet Bart. & Bal. in l. 1. ff. de do.

asseratur a commiſſum, poſſit b procedi per accuſationem, c inquiſitionem, d ſeu denunciationem e

b *Poſſit.*] non ergo imponitur neceſſitas, & ſic in cauſis ſummarijs, licet non ſeruetur ordo, & procedatur ſolenniter, non uitiatur proceſſus, vt extra de verbo.ſignificatio. c. ſæpe.in cle.

c *Per accuſationem.*] hoc ius commune eſt. ſed in hoc ſpeciale eſt, ꝓ ad accuſandum admittuntur infames, ſerui, mi nores, mulieres ff.ad l.Iul.maieſt.l.famoſi & in l.in quæſt.& accuſatio eſt nomen iuris. ſicut enim actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, iuſti.de actio. in prin. ſic & accuſatio eſt ius perſequendi vindictam publ.vt inſt. de pu iu.in prin.& ius ex quo ſumitur vindicta, eſt duplex, ſcilicet accuſatio, & officium iudicis. hoc autem officium exercetur, quando per inquiſitionem ad alterius denunciationem proceditur: nam ſuper denunciatione inquiritur, vt ff.de cuſto.re.l.diuus.& infra dicam. quandoque per inquiſitionem factam ꝓprio motu iudicis.poteſt etiam ſumi accuſatio pro libello accuſatorio, vt ff.de accuſ.l.ſi cui.in prin.& ad turpil.l.1.§.accuſationem. & illo modo ſumitur hic. Sed quæro, quid ſi accuſatio eſt ineptè formata: an valeat beneficio huius l in hoc crimine?quod videtur, quia cum non ſit neceſſaria figura iudicij, ergo nec libellus, qui eſt de ordine, & figura. & hoc videtur expreſſum extra de verb.ſign.c.ſæpe in clem in contrarium facit, quia hic permittitur procedendi altero de tribus modis, ſ. per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem: & ſuper quolibet illorum permittitur procedi ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij. vbi ergo per accuſationem proceditur, oportet accuſationem eſſe factam ritè, vt l.non putauit § non quæris ff de contractab. alias ſi non eſt ritè facta, non eſt accuſatio: nec per eum delictum in iudicium deducitur, ut ff de adulterijs l.accuſaturus. & ad turpilianum l. prima. §.accuſationem ibi, erit, &c licet ille ſ. faciat contra, quia eſt neceſſaria abolitio, vt ibi, & de accuſationibus. l. libellorum. § quod ſi libelli. ergo videtur accuſatio aliqua. Solutio, licet accuſatio ſit nulla, tamen qualiſqualis eſt, ſaltem de facto, & ideo eſt neceſſaria abolitio, ut ibi pater. ſed hic requiritur, quod accuſatio ſit ritè facta in forma ſua, ut ſuper ea poſſit procedi ſecundum formam huius legis.facit quod notatur.ff.de furtis.l. ſi quis §. 1. Bart. de Saxoferrato.

Infames & ſerui quãdoq; ad accuſãdũ admittuntur.

d *Inquiſitionem.*] 2 hoc ius eſt nouum: nam de iure communi, non poteſt procedi per inquiſitionem, niſi in certis caſibus.no in l.2 §.ſi publicatio ff.de adul.& ibi dixi, quod quatuor ſunt regulæ, in quibus poteſt procedi. Prima per officialis denunciationem l. diuus.ff.de cuſto reo.& C. de aceſſ. l. ea quidem. & de decur. l. 3.lib.12.Secunda regula eſt propter incidentem cognitionem iuris.nam ubicunque iudex cognoſcendo principaliter reperit incidenter delictum eſſe commiſſum, poteſt de illo cognoſcere, vt hic eſt caſus, & in d.§.ſi publica.& C. ſi aduer ſi l.pen. & de condictio.ob tur.cauſam l.euitandi.& de calum. l. pen. Tertia regula propter præcedentem generalem inquiſitionem: nam vbicunque iudex inquirendo generaliter de malefactoribus, reperit aliquem deliquiſſe, poteſt ad inquiſitionem ſpecialem deſcendere, vt l.congruit ff de offi.præſi.& ad l.Iul pec.l4.& in Aut.de col.§ iubemus.collat.9. Quarta regula eſt propter magnam offenſionem ubicunque enim crimen committitur coram iudice, iudex poteſt ſuper illo per inquiſitionem procedere, vt C.de calum. l. 1.& de teſtib.l.nullum.& de proba.l. pen. & idem eadem ratione in omnibus delictis, quæ committerentur coram iudice. alias non poteſt procedi per inquiſitionem de iure communi.l reſcripto.§.ſi quis accuſatorem ff de mune & hono. Sed ſpeciale hic eſt, vt nulla ex prædictis regulis accedente, poſſit procedi.vt hic. de iure canonico poteſt procedi ꝑ inquiſitionem præcedente fama.vt extra de ac c. qualiter, & ſo & de ſimo licet hely.Sed tunc hoc ſpeciale: quia procedi poſſet & fama non præcedente, ut hic patet, quia ſufficit, quocunque modo dicatur, & probatur ut ſ.l proximi,

2 No. hic inquiſitionem acci pi pro inueſtigatione facti ut no. An to.de cohabi. cleri. & muli. cap.ueſtra. ueſi. ꝙ uerbũ extra.

vel occultè ſed cum accuſatione requirantur ſolemnia accuſatoris, vt ſup.dixi, quare non requiruntur ſolemnia inquiſitionis? R̃n. ſolemnia accuſationis intelligo circa formã ipſius, vt dixi.ꝙ autẽ in inquiſitione præcedat aliquod prædictorum, non eſt de forma inquiſitionis, ſed eſt.vt aliquod antecedens, & proceſſus valeat, ſi non opponat. extra de acc. ca. 1.l.6.ſicut teſtamentũ eſt teſtamentum ſm ſui formam. licet teſtator dicatur filiuſa. uel ſeruus, uel quid ſimile, vt C.de edic. diui. Hadri tol. l.2.ſecus ſi in ipſo deficeret hĩdis inſtitutio.Sed an forma inquiſitionis ſit ſicut forma accuſationis: gl inſtit de pub.iud.in prin.dicit, ꝙ non.Inno.idẽ extra de pur.ca c.fin.la.de Bu.iuſt.de ac.in prin.dicit ꝙ eadem forma, & eadem ſolemnitas requirit, præterquam in inſcriptione ad pœnam talionis: quia cum locum accuſatoris ſubeat iudex, & inquiſitio loco accuſationis, eiuſdẽ debet eſſe naturę.vt l. 1 §. hæc actio.ſi quis.teſta. lib.eſſe ius. fu.& hoc placet, quantum ad hoc, ut inferat locus, & tps eodẽ modo, quia nõ debet in tãto crimine vagari, ut ff.de iniu.l.prætor edixit.in prin & de dolo. l.idẽ exigit.facit, quia idem delictum opponitur per modum exceptionis.l.2.§.1.ff.de doli exceptio. & extra de elect.c.vt circa lib.6.dixi plene.ff.de excep.l.1.nec obſtat extra de procur.c ſi.& quod ibi per Inno.quia ibi fit inquiſitio contra certam perſonam: tñ generaliter quo ad delicta. ſecus ſi fieret de ſpeciali delicto. item accuſatio debet in ſcriptis offerri.vt l.libellorum.de accu.& C.de li.conteſ. auth offeratur.ſed cũ inquiſitio non offeratur iudici, ſed ipſe inquirat: nõ eſt neceſſe, ꝙ prius formet in ſcriptis, & poſtea redigatur in actis, ex quo ſequitur, ꝙ ſi in proceſſu nõ apparet quõ fuerit exhibita accuſatio.nõ valet. cum ſit de ſubſtãtialib.vt d l.libertorum.& no.C.de ac.l.in cauſis. Sed ſi nõ apparet dies inquiſitionis formatæ, non vitiatur ꝓceſſus: quia dies, quo quis citatur ſuper inquiſitione, vel dies, quo reſpondit illi, poterit dici dies formatæ inquiſitionis: cum iudex ſemper inquirat, ſed non poteſt dici dies exhibitę ac accuſationis, cum hoc nõ pertineat ad iudicẽ: multa alia dixi circa materiam inquiſitionis in d. §. ſi de publico.

Iudex per inquiſitionem procedens eſt loco accuſatoris.

e *Denunciationem.*] de iure antiquo non admittitur denũciatio, niſi per officialem, vt l diuus de cuſto. reo. & C. de accu l.quidam.& ff.de off.præf.vr l.1.§. ſane. de iure cano. admittitur denunciatio, præcedente charitatiua monitione, vt extra de iud.c.nouit.& extra de ſimo.c.licet hely.hęc ergo lex introducit 3 nouum in hoc crimine, quia per denunciationem factam à quocunque poſſit procedi de officialis denunciatione. & de iſta materia plane dixi in d. l. diuus.Sed de iſto denunciatore priuato dico, 4 quod habet vim cuiuſdam mandatoris, ſeu inſtigatoris. ideo deſiſtendo incidit in turpil ut ff ad tut.l.1 § incidit & l.ab accuſatore §. denunciationes eo. tit & ſi deſiſtat denunciator, impune iudex ex illa cauſa dimittit proceſſum, ſicut, delator mandatore ſubtracto, ut ff.de iur. fiſ.l.res, quæ § ſi. quod eſt verum ſi in procedendo fuit nominatus denunciator: alias ſecus ff.de iu fiſ l. de eo ergo hic põt procedi ad denunciationem alterius. denunciante nõ nominato, ut d.l.de eo.quia ex mero officio iudicis procedit. Item in caſu illius.l. iſti tres modi procedendi ſunt æquè auxiliatores dinaria.puta.quòd ſi pendente inquiſitione ex officio, uel per denunciationem, ſuperueniat accuſator, non debet incipi ab inquiſitione: cum ceſſet ratio, quam ponit Dy in regula, actus legitimi.de reg. iu.lib.6.Et quid ſi ex forma ſtatuti conceditur, quòd iudex generaliter poſſit inquirere de crimine: de hoc dixi in l.ſi maritus §.ſin.ff.de adul & hoc denunciatione, quæ fit ad vindictam publicam: ad priuatam uerò quandoque denunciationem iudex procedit in his, quæ agere nõ poſſunt de iure, ut cum ſerui à dominis opprimuntur.ff.de his, qui ſunt ſui, uel alie iur.l 2 & de offi præf vr.l.1 § quod autem.Item denunciationem patris, vel patroni cõſequerentis de filio, uel de liberto, ut d l.1.§. cum patronus.& de offi procon.& le. l.nec quicquã §. de plano.Item qñ homines humiles opprimunt à poteſtate, 5 vel eis aliquid auferſ, uel ab eis promiſſio, uel cautio exigitur, ut ff de offi.præſi l.illicitas.in prin. & quaſi per totam legẽ, & hoc ſentit Spec in tit.de denun. § quis denunciare & Io. And.in c.nouit.extra de iud.vbi dictas leges ſic intelligunt, quod eſt notãdũ, quia ad boni iudicis officium pertinet, facta ei querela de prædictis, ex officio eius procedere: cum tales per ſe ipſos agere non poſſunt. uel non audent:

3 Idem tenet Pan. in ca. nouit. in 14. col. in ver ſi nũc cõdeſcendo. de iudi.
4 Idem tenet Pano. ubi ſup.dictum eſt.

5 Et idẽ ſi monachi uel cõuerſi opprimentur ab eorum prælatis. Pan. ubi ſup.

audent : quod placet: quia interpretatione adiuuandum eſt quod Reipublice vtilitatẽ continet. Eſt & alia denunciatio priuata, quæ locum habet in foro eccleſiaſtico, inducta per legẽ euangelicam, vt d. l. nouit. de iudi. quæ quotidiana eſt. & p eã multa quæ ſunt iuris ciuilis remedio diſtituta, repa rari poſſunt, iõ ea proſequor declarando quædam ab autho rib. iuris cano. intacta. in hac. n. requirit, ꝙ quis primo moneat 1 aduerſarium ſuum, q peccat in eũ inter ſe & ipſum ſolũ, dicendo, ꝙ cum in eum peccet, retinendo rẽ in eum pertinentẽ, vel non ſoluendo ei tantum quantitatẽ ſibi debitã, ꝙ exeat de peccato, qđ ſi non facit, iterum dicat idẽ, adhibito vno teſte, vel duob. teſtib ꝙ ſi non faciat, tunc dicat eccleſiæ, & ſic ad forum eccleſiaſticum recurrat, petens ꝙ cum peccet talis in eum, & de tali cauſa requiſitus, & monitus. & prima requiſitione, & ſcda, ſm doctrinã, & regulã euangelicam, emendare neglexerit, & exire de peccato in periculum animæ ſuæ, & contra conſcientiã : imploſat eius officium, vt eum ad pœnitentiam cogat, vt in d. c. nouit. ſuper hac denunciatione offert libellus, 2 lis conteſtatur. & ſententia in ſcriptis fertur ſm Hoſt. & Io. And. in c. nouit. licet in dicta decre. dicatur, ꝙ procedatur de plano quod quid importet inf. dicam. & contra perſonas ſic denunciantes, non põt opponi, ꝙ ſit infamis. ſi tñ ſit correptus de crimine, põt, ſm Inno & oẽs. põt autem opponi, ꝙ eſt crimnoſus, ſeu in peccato mortali. qualiter. n. mouet bono zelo ad correctionẽ alterius, q̃ non eſt ipſe correctus, ſm Bar. & Inno Sed Io An. dicit, 3 ꝙ in hoc genere denũciationis, vbi proſequit quis propriũ intereſſe, admittit ẽt criminoſus. ſed ei ob. excommunicatio. vel alia expoliatio, vel deprædatio, vt in c cũ dilectus & ca ſin. de o: co. vel alia præiudicialis excep. quod dic. vt c. nouit. ſup vlti gl. per eum. Contra ipſam denunciationẽ opponitur, ꝙ põt ẽt haberi ſuper eo regreſſus ad iudicem ſecularem : nã non dẽt iudex eccleſiaſticus eũ indiſtinctè admittere: quia nõ niſi ĩ defectu iuſtitiæ, vel qñ crimen ſui natura ſit eccleſiaſticũ, vel rõne pacis, vel iuri, vel qñ crimen eſt notorium, uel qñ nõ audit in iudicio ſeculari. vel quia eſt obligatio naturalis tñ, vel qñ hanc proponit miſerabilis perſona, & depreſſa, vt in d. c nouit. de iud. & de pac. qualiter. 77. diſt. per totũ. & de foro cõpe. c licet. vide ad hoc no. per Be. in c. ex teno. c. per totum. alias ſi indiſtinctè admitteretur, periret ſpũlis gladij iuriſdictio, & oĩs cauſa per hanc viam deferretur ad eccleſiam. & ita tenet Io. An. in d. c. nouit. 4 & hoc quod dixi de obligatione naturali, tenuit Inno. in d. c. nouit. ſed cum illud, qđ deducitur pro Falcid. a, vel Trebellianica, ſit naturale debitum, ut no. C. de iur. & fac igno. l. cum quis & de cond. inde. l. 1. & de reg iur. l. cuius per errorem ergo ille, qui retinet, peccat mortaliter, & contra eum poſſet procedi p formam huius denunciationis, ſcd hoc vr, contra c. Raynutius. & c. Raynal. extra de teſta vbi Papa pronunciauit has quartas poſſe retineri Sed dico, 5 quod ea, quæ dicta ſunt de obligatione naturali, intelligunt de naturali, qua quis tenetur eo ipſo, ꝙ quis locupletatur cum aliena iactura: quia qđ alienum eſt, peruenit ad eũ, vt l. nam hoc natura ff. de condi. inde. vel de ea naturali, quæ originem hẽt ex cõſenſu, ut ex pacto nudo. uel iureiurã. interpoſito ab alio, quã a liberto, vt l. ſtipulatio iurando, in prin ff. de oper. lib. & de fideiuſ. l ſi quis pro eo. in prin. Idem puto de eo, q promittit ei, qui ſtipulatur alteri, vt l ſtipulatio iſta §. alteri. de verb. oblig & quod ibi notatur ſecus de ea naturali, quæ a conſenſu non habet originẽ, ut in eo, qui ex maleficio obligat ad pœnã. vt l. non ſolum. § 1. ff de iniur. In propoſito hæres dr teneri naturaliter, hoc eſt, habito reſpectu ad principia iuriſgentium, quo iure dicta quartæ deductio non erat inuenta, non aũt ex conſenſu ; quia teſtator nunquã cõſenſit, qđ ipſe obligat: nec ẽt hrs adeundo hæreditatẽ. quia habuit, uel habuiſſe præſumitur animum, qđ voluit uti beneficio legis. Itẽ nil habes alieno: quia legatarij, & fideicommiſſarij certant de lucro. non autem, quod petit, ſuũ eſt. vel fuit. Vel dic, 6 ꝙ naturalis obligatio non obeſt, in eo qđ per Falcidiam uenit deducendũ. ſm Petr. vt refert Cyn in d. l. cum quis de iur. & fac. igno. quod non placet, vt plane dixi in l. 1. ff de condi. inde. Sed quid de obligatione, quæ tollitur præſcriptione? Reſpon. 7 tunc auctor audiretur a iudice eccleſiaſtico p modũ huius denunciationis, quia ei denegaretur audientia in foro ſeculari. Sed tu d ces, præſcriptione tollitur naturalis, 8 & omnis eius effectus, vt l. ſi in prin. & per Dyn ff. rem rat. habe. & per Cyn. in d. l. cum quis Rñ tollitur oĩs effectus eius ciuilis : non autem põt tollere naturalẽ obligationẽ, quã retinẽdo

1 Niſi iuſtus timor impediret monitionem, quia tunc poteſt ſine ea procedi. Ant. de But. & Panor. in d. c. nouit.

2 Idem tenet Pan in d. c. nouit.

3 Iſta opi. Io. placet Panor. in d. c nouit ſed Arc. ibi tenet opinio In noc.

4 Et etiã Panor.

5 Idem tenet Bal. in d. auth. ad hæc. & Adr. in d. c. nouit. in pen. colu. de iud.

6 Contrariũ tenẽt Bart. Alexand. & Iaſ. in l. j. ff. de condi. indeb.

7 Idem tenet Bal. in auth de hæc. C de vſu. & in ca. ſi quis per triginta. ſup. ſi de feudo fue. cont.

8 Idem tenet Pan. & Felyn. ca. ad aures extra de præſcr.

incidit in peccatum mortale. ſed eo caſu, quo præſcriptio tolleret naturalẽ, ſm ea, quæ dixi in d. l. ſi. in princ ff. rem rat. habe. tunc ceſſaret hic denunciatio. Quid de filiofami. tuto exceptione Macedoniani. an poſſit conueniri hac denunciatione, cũ naturaliter & ciuiliter teneatur : licet obſiet exceptio: puto, ꝙ non : 9 quia hæc exceptio deſcendit ex delicto creditoris circa illud cõmiſſo, ut ff. ad Maced. l. 1. vnde põt opponi ẽt denunciatori, vt ſupra dictũ eſt p Io. An. dũ dicit, vel alia præiudicialis exceptio. idẽ puto in qualibet alia exceptione p p odium, uel delictum creditoris cõ petente. vel doli, vel ſimilis. facit ff. de condictio indeb. l. qui exceptione. Sed ſi creditor non deliquiſſet: tũc ei iure communi ſubueniret, vt ff ad Macedonianum. l. ſi quis, patrẽ. Quid de muliere tuta Velleiano? dico eã nõ poſſe cõueniri hac denũciatione, cum ẽt ſoluens repetat ſm canon. extra de ſolut. c. ſi & ibi notatur, licet enim teneatur naturaliter, tamẽ datur ei exceptio æquitate prædicta naturali, propter ſuã imbecillitatẽ, & fragilitatem: vnde illa naturalis nõ habet efficaciam. idẽ puto in pupillo eo caſu, quo obligat naturaliter tantum, vt non poſſit conueniri p viam huius denunciationis, cũ illa naturalis non ſit efficax. quod patet, quia quoties ille læderetur, etiã ſi ſoluiſſet, reſtituitur ex edicto de minorib. naturali æquitate inducto, vt C. ſi aduer. ſol. l. ſi. & ff de cond. indeb. l. interdũ. & de in integ. reſt. l 1. & idem dico in quocunq; caſu. ſi aduerſus ciuilem, vel naturalem obligationem daretur reſtitutio. obligatio. n. naturalis eliditur per exceptionem, deſcendentẽ ex illa æquitate naturali, vt l. ſi vnus. §. pactus ne peteret ff. de pac. & ideo validior eſt obligatio naturalis ſola, cui nulla obſtat exceptio. q̃ ciuilis, & naturalis, cui obſtat exceptio, ut no. ff. de compen. l. quicunq;. nam per exceptionem etiã eliditur naturalis obligatio quid de tuto excep. rei iu quam gl. dicunt inductam magis ad rigorem iuris obſeruandum, q ex æquitate, ut no. ff. de condi. inde. l. qui exceptione. & l iul. & C. de iu & fac igno. l cum quis. vr̃ quod cum ceſſet æquitas, & ſic naturalis non elidat, vt d. l. iul. poſſit conueniri per viam huius denunciationis: quia peccat mortaliter. contra, imo non eſt locus huic denunciationi: 10 quia licet peccet mortaliter, non tamen põt cognoſci per ſententiam, cum ſemel ſit cognitum, vt l. ſi quis cum totum. §. planc ff. de exceptio. rei iud. & §. ſi ancillã. & de re iud. l. poſt rem. ſimile de eo, quod eſt deciſum per iuſiurandum, ut d. l. poſt rem. §. 1. de iureiu. nam & poſtea. §. 1. pro quo facit: nam in certis caſib. tantum permittitur, ut propter inſtrumenta de nouo reperta detur reſtitutio, ut ff. de re iu. l. imperatores. Modus 11 probandi hanc denunciationem hic ſit, vt prima denunciatio probetur per ſeipſam, cum dicat, corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Sed an denunciatus poterit probare contrarium? quod videtur de facili, quia poſſet probare Rex Franciæ ꝙ Rex Angliæ nunquam fuerat ei locutus, ſed contrarium puta : cum prima denunciatio dicatur fieri per ſeipſum, etiã ſi fieret, interueniente organo, ſ. epiſtola, vel ſecreto nuncio, vt ff. de conſtitu. pecu. l. qui autem. §. ſi & l. ſeq. huius contrarij quodammodo impoſſibilis eſt denunciatio. Secunda denunciatio eſt approbanda per ſe, & unum alium legitimè deponentem, uel per ſe, & duos alios: cũ dicat, adhibe tecum unũ, vel duos: cũ in ore duorum, vel triũ ſtet omne uerbũ. Tertia denunciatio, quæ fit eccleſiæ, probatur per ipſum libellum denunciatorium datum ipſi iudici eccleſiaſtico. Quarta, ſ. quod peccet in eum: probatur probatio, ꝙ detinet rem ſuã, uel quod eſt ſuus debitor. hæc autem eliditur hoc modo. dicit denunciatus, non pertinet ad te cognoſcere iuſtè, uel iniuſtè detineam. hoc autem ſcio, quod teneo non contra conſcientiam. & hoc ſufficit vt vltra eccleſia non procedat. licet n. probet, ꝙ res fuit ſua, vel ſibi debita, potuit deſinere, & ſic non ſequitur, quod contra conſcientiam non teneat: licet qñ ordinarie agitur, ſufficit probare ſuum, vt ſibi debitum, niſi aduerſarius probet contrarium, ſed in hac denunciatione ſatis eſt ſi denunciatus aliquam iuſtam cauſam alleget, quare contra conſcientiam non teneat : licet cauſam non probet. creditur enim ſibi ad purgandum conſcientiam ſuam, niſi ſcandalum, vel publicum peccatum, & manifeſtum ſit tunc enim debet de ſatisfactione conſtare, ſecundum Inno. Sed Hoſt. contra : quia ſi ſemel fuerit meum, vel mihi debitum, adhuc præſumitur, niſi probetur contrarium, vt C. de proba. l ſiue poſſidetis. Ioan. And. videtur ſtare dictis Innoc. Tu dic, 12 ſi denunciatus dicit ſe non tenere contra ſententiam ſuam, & nullam cauſam allegat: non ſufficit, vt l. qui interrogatus, de pet. hæred. Idem ſi

allegat

9 Idẽ Panor. in d. c. nouit.

10 Iſtam opinionẽ ſequitur Bal. in auth. cleric. C. de epiſco & cle. Andr. & Ber. in ca. nouit extra de iudi. ſed cõtrarium ꝙ imo in nullo caſu habeat locũ denunciatio, tenẽt Hoſt Pan. & Fely. in d. c. nouit.

11 Idem tenet Panor. in d. c. nouit.

12 Iſta opinio placet Pau. in d. cap. nouit. & ibi ea debet eſſe demõte Ant. de But.

allegat cauſam iniuſtam, vt l.nec vllam.§.1.eod.titu. ſed ſi alleget cauſam iuſtam: tunc ſi quidem cauſa eſt dependēs ex eo facto, quia dicit ſe ſoluiſſe, ſi negat poſitiones denunciationis, videlicet, quod eſſet ſuum, vel ſibi debitum, & probatum eſt contra eum: non debet poſtea credi aſſertioni ſuæ, vt ff. de prob. l.cum indebito.& extra de ſol.c.ſin. C.de non num. pec. autn.

ſummariè, a

contra qui propriam.cum ſimi. Conſcientia enim alterius non debet probari niſi ex ind.cijs, ut C.de dolo.l.dolum. ſed illud eſt indicium legitimū & 4 l.probatum. Si uero cōfeſſus eſt intentionem actoris, ſcilicet, fuiſſe ſuum, vel ſibi debitum: dicit tamen ſe emiſſe, vel ſoluiſſe, vel quid ſimile: tunc ſi denuncians non probet intentionem ſuam aliter, quam tali cōfeſſione, debet ſtari dicto eius ad exceptionem conſcientiæ ſuæ, ut C.de teſtib.l.ſi quis teſtibus.& de ſent.inter.l.cum Papinianus.& de iureiur l.eū, qui.in prin. Si autem denunciator poteſt & vult aliter probare, quàm ex confeſſione denunciati; tunc ceſſat talis præſumptio: quia forte ideo cōfeſſus eſt, quia ſciebat poſſe probari: hoc probatur in glo.in d.l.eum, qui. in prin. igitur tunc erit recurrendum ad coniecturas.ſ.cuius uitæ, cuius conditionis eſt iſte denunciatus: utrum eius aſſertioni debeat credi, ut l.non omnes §.a barbaris de re milit. hoc etiam pendet ex quantitate rei petitæ: vtrum ſit magna, vel parua.arg. eius quod no.in l.admonendi ff.de iureiur. Sed ſi cauſa; quam allegat, eſt talis, quæ ab eius facto non pendeat, & ſic dicit, ſe habere ab alijs, an debeat credi, videndum eſt, qui ſunt illi, à quibus habuit, & cuius opinionis, & utrum hoc dixerit ante litem motam, uel poſt arg. extra de teſt.c.licet. ex quibus etiam puto, quod ſi hoc habuit à procuratore ſuo, cui hoc mandauerat, ſatis ſit, ut ff.pro empto.l quod vulgo. Idem ſi defunctus ſcriptum reliquit, rectè ei credit hæres ad excuſationem ſuæ conſcientiæ, ut l.qui cum maior. § pen.ff de bon.lib. Idem ſi aliqua indicia legitima appareant, ex quibus pars poſſit informare cōſcientiam ſuam, uel maxim.§ lenocinium.in princ.ff.de adul. Si uero informaret conſcientiam ſuam; ex præſumptionibus non legitimis, non excuſatur licet enim non teneat 1 contra conſcientiam ſuam, habet tamen ſecundum conſcientiam erroneam, & ſic peccat, niſi conſcientiam erroneam deponat, & deponere cogetur; ut ext.de ſent.excom.c.inquiſitionis.vbi probatur hæc diſtinctio. Sed tu dices, non p hoc probatur denunciatio, quæ dicit, quod peccat in me retinēdo meum, uel mihi debitum. nam apparet, quod non peccat, detinendo; ſed erroneam conſcientiam habendo. ſed certe finaliter in hoc peccat hæres, qui retinet, & ſic uidetur probata denunciatio. ſed qualiter peccat hæres in eo, quod defunctus tenebat contra conſcientiam? Reſpond. forte ipſe hæres ſciuit & ſic contra conſcientiam retinet: ſi uero ignorat: tunc prius heredi notificandum eſt, & taliter, quod in eius cadat notitiam, uel cadere debeat, ut ff. ſi cer. peta.l quod te & ff.depoſi.l ſi quis inficiatus.& poſtquam notificatum fuerit, debent fieri denunciationes. nam textus dicit, quod ſi peccauerit in te frater tuus, &c. prius ergo debet præcedere peccatum, quam ſit denunciatio. Sed ſi hæres non patitur certificari certe in hoc peccat, & perinde ac ſi certificatus eſſet arg ff.quod ui, aut clam l.j.§.Ait. ſententia autem ſuper hac denunciatione fertur, & ſi reperitur denunciatus peccare, in denunciatione, præcipitur ei, quod exeat de peccato, & ad hoc per ſententiam excommunicationis compellitur, ut d.c.nouit. & no φ ſolum in his trib. modis procedendi loquitur hæc conſtitutio. ſ.per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem in alijs verò modis procedendi, uel per exceptionem nihil immutatur. de quo dic, ut dixi ff de adul.l.2 §.ſi publico & iſtis trib. modis procedendi attribuuntur iſtæ tres qualitates, quæ ſequuntur.

1 Idē Pan. in d c.nouit.

a *Summariè.*] a ſumma id eſt breuis, 2 vel ſumma, i. prima, ut no ff.de ſtatu homin.l ſumma, & ſic ſummariè, id eſt, ſummatim, vel breuiter, vel primariè, ut oſtendā, hæc materia tangitur per glo in l 2 § ſciendum.ff ad exhi.& in Spec de offic.iud § poſtremo.ubi ponit tractatum Ioan.Sazoli de Pinis, ſed ad maiorem declarationem dic, 3 quod hoc, ſcilicet, ut ſummariè cognoſcatur, quandoque adijcit toti cauſæ: quandoq; uni articulo de primo intelligere debemus circa ordinem procedendi ſummariè, id eſt, breuiter. Et hoc quod dico breuiter, nō intelligitur diminutiuè, ſed ita, quod totam ſubſtantiam comprehendat, ut l.j.ff.de reg.iur. & ideo qui aliquid dicit in ſumma, omnia mēbra principalia ponit, ut ff.de condi.indebi.l.in ſumma.ubi p̄ceditur ſummariè, tunc conteſtatur lis: ſubaudi forte ſi ſententia tribuit ius finale, alias ſecus, ex hoc dico, quòd in p̄ceſſu nil debet de ſubſtantialibus omitti, & ideo libellus debet eſſe ita plenè formatus, ſicut & quando ordinariè proceditur. ff. ad exhibend. l.3.in princ. Item conteſtatur lis.l.tigni.§.ſi quis non poſſideat.& §.idem ſcribit.& l Iulianus.§.proinde.ff.ad exhibend. Item ſententia diffinitiua datur, ut l.3.§.præterea.ff ad exhib.& de in litem iuran. l.in actionibus in princ.& ff.de liber. agno.l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his, licet quidam 4 dicant, φ illa eſt ſententia interlocutoria, ut ibi tangitur ſecundum Guil.ſed gl.C. commi.uel epiſ.l.j.innuit, φ in ſummarijs non requiratur ordo, quod non placet.per dictas leges. Expeditur 5 autē iſte proceſſus breuiter: quia licet alias non poſſint dilationes breuiari, niſi cauſa cognita: tamen hic abbreuiandi illa ſola eſt cauſa ſufficiens, φ cauſa debet agitari ſummariè, ut ff.de re iud l.2.in fi. non tamen ita poteſt abbreuiari, ut probationes legitimæ pereant. hoc.n.impediret cauſæ cognitionem, quod non poteſt; quia cauſæ cognitio eſt ſubſtantia iudicij, ut C.commi.uel epiſ.l.iudex.& l.ſi.& no.C. de ſent.l prolatam.ſed ea, quæ ſunt de ſubſtantia, non poſſunt omitti per hoc, quod dixi ſummariè, ut dictum eſt: ergo, &c probatur extra de uerb.ſign.c.ſæpe in cle. Item hoc proceſſu ſi exceptiones opponantur, quæ requirant altiorē indaginem: ſi quidem poſſunt per alium iudicem examinari, per iudicem non admittentur, ſed in aliud iudicium ſeruabuntur, ut l.ille.à quo.§.ſi de teſtamento. ff.ad Treb. & l.3.§.ibidem.ff.ad exhi. ſi uero in alio iudicio examinari non poſſunt, etiam in illo examinantur, ut in d.§.ibidē. in fi.& ita intelligit gl.dum dicit, de except quæſitis p poſſeſſione retinenda, ſed poſſe reſpuere illa, quę non poſſunt alibi examinari, aufertur ius partis, & etiam cognitio tolleretur, quod non poteſt: ut dictum eſt. illa autem non dicitur habere altiorem indaginē, quæ poteſt examinari intra tantum tempus, 6 intra quantum principalis proceſſus expeditur: etiam ſi hoc non opponeretur, ut l.ſi is a quo.in prin ff.ut in poſ.leg. Item ſicut in his caſibus, in quibus ordinariè agitur, quis citatur peremptoriè, ita & in iſtis caſibus, ubi agitur ſummariè, quod patet in interpoſitione primi decreti, & ſecundi, quod ſummariè fit, & oportet, φ præcedat peremptorium, ut C.de his, qui ad eccle.confu.l. fin.alias, præſenti.§.ſed ſi hoc faceret. & C.quomodo. & qñ iu.l.conſentaneum.& Cy no. ff.de dam.infect.l.ſi finita.§.Iulianus. Tempore autem feriarum non poteſt procedi, niſi in caſibus expreſſis ff.de ferijs.l.j.& 2.& quam pluribus alijs legibus, non obſtat prædictis extra de verb ſign. cap ſæpe.quia tota hæc gl.procedit, quando ſummariè tantum debet procedere: ibi qñ omnia illa verba iunguntur ſimul de quo inf.dicam. Circa modum probandi in hac ſūmaria cognitione ſciendum eſt, 7 quod plena probatio eſt facere iudici plenam fidem, ut C.de eden.l procurator. & de condi.ob turpem cau.l.j.& ff de proba.l quinquaginta habet autem hæc plena fides ſuos gradus. nam qñque quis incipit ſuſpicari, hoc eſt, a leui argumento in unā partem inclinare: qñq; quis incipit opinari animum ſuum aliqua ratione ſatis forti: non tamen, φ credat non poſſe eſſe contrarium: qñque procedit ultra, & incipit credere, ita forti ratione, φ firmiter inhæret vni parti, & nec de contrario aliquo modo dubitat, & iſta eſt plena probatio, & plena fides, & hęc naturalis di, & probatur ff.de queſtio.l.j.in prin. ubi ad tormenta ſeruorum ita demum uenire oportet, cū ſuſpectus eſt reus, & alijs argumentis ita probationi admoueretur, ut ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur, quod.n. dicit, cum ſuſpectus eſt reus, denotat primū gradum. quo quis incipit peruenire ad fidem.ſ.ſuſpicionem: quod uero ſubdit, & alijs argumentis, denotat ſecundum gradū, quo incipit opinari: quod uero ſubdit de cōfeſſione ſeruorum, denotat vltimum gradum.ſ.φ plena fides hr̄, & dicitur plena probatio, hoc etiam probatur ff.de teſti.l.3.§.eiuſdem. niſi ibi, quicquid autem credas. aut parum probatum opinaris, &c. hoc plenius dixi in repetitione l.admonendi. ff. de iureiur ubi de ſemiplena probatione tractaui. Nunc autem ad propoſitum dico, quod quædam ſunt cauſæ ſummariè modici, & quaſi nullius præiudicij. & in his ſufficit probatio per iuramentum, ut ff.ad exhib.l.theſaurus. non enim nocet domino, ſi patitur me cauentem de damno infecto quærere in theſaurum meum in fundo ſuo. idem ubicunq; petitur exhibitio ſola; ſecus ſi in actione. §. ad exhi.

venires

* Adde Fore dial. 80. ubi late de verbo, ſummariè, & de plano.

2 Idem tenent Pet. de Anch. Io de Im. & ge. natha. in cle. ſæpe. de uerb.ſign.

3 Ita in doctrinam Bar. de verbo ad verba ſequuntur Ioan. Imo. Pet. de Anch. & ge. natha. in loco præal.

4 Et male ſecundum Barto. ubi plenius uide in l. ſi qs a liberis §. ſi qs ex his.ff.d libe.agno.

5 Idem tenēt Imo. Petrus, & Geor. ubi ſupra.

Idem tenent prædicti ſcribent. in d. clem.ſæpe

6 Dic melius quod illud tempus relinquitur arbitrio iudicis ſecundū Geor. in d.cle.ſæpe.

7 Idem tenent Bart. & Franc. Cur. & ibi latius loquunt in l.admonēdi.ff de iureiur.

8 Vide plenè p Ang. Aret in §. præter ? in 3 col in ſti. de acti.

veniret poſſeſſionis translatio, vt l.excelſus. §.Iulianus.ff. ad exhib Vel ſi aliter per exhibitionem damnificaretꝰ reus, tunc non ſoſſiceret probatio per iuramentum, ſed requireretur alia, vt ſtatim dicam. In his enim vbi ita modicũ præiudicium vertitur : ex ſolo iuramento iudex ad ſuſpitionẽ ſeu opinionem inducitur. quædam ſunt, in quibus aliquale præiudicium fit reo, tamen poteſt reparari per aliud iudicium: & tunc alia probatio requiritur, quam per iuramentum, ſcilicet per vnum teſtem, vel aliqua iudicia, & veriſimilia, ita quod in ſuſpicionem, vel opinionem iudex aduocetur, vt ff. ad l. Aquil. l. in lege Aquil. ſi deletum. ibi, ad ſuſpitionem iudicem adducam, & de carbo. edict. l. 3. § cauſæ. ibi, modicum pro puero facientem. & de ventr. in poſſ. mit. l. j. §. ſi in ea. & iſta probatio dicitur facta ſummariè, hoc eſt primariè, quaſi ad primum gradum probationis peruenerit, ſcilicet ad ſuſpicionem, vel opinionem, & illud eſt, quod dicimus, prima facie, videtur quod ſic, uel prima fronte, vt C. de edict. diui Hadr. l. fin etiam poteſt dici ſummariè, id eſt breuiter. nam ad plenam probationem ſecundum conſuetudinem hodie approbatam per decretales, requiritur, quod fiant articuli, & quod ſingulariter, & diſtincte probetur. hic vero ſufficit, quod ſummatim negotium probetur, vt d. l. in lege Aquil. ibi, ſummatim negotio expoſito. & hoc intelligo in cauſis ſummarijs valde fauorabilibus, ſcilicet ne propter probationes deficiant: vt alimentorum, & ventris. Si vero non ita fraudabiles eſſent, licet poſſint per aliud iudicium reparari: tunc quantumcunque ſint ſummariæ, in eis plena probatio requiritur 1 ex parte agentis. dicitur autem ſummariè reſpectu defendentis; quia ſi accuſator diceretur per calumniam poſtulare: vel aliquam exceptionem opponere, quæ requireret altiorem indaginem: differretur exceptionis probatio, ne impediretur actoris intentio, ff. vt in poſ leg. l is. à quo. ff. j. & de præ. ſtip. l. j. §. pe & ff ad treb. l. ille, à quo §. ſi de teſtamento. & idem dico de omnibus poſſeſſorijs iudicijs, quæ dico ſummariè examinari, ut C. vnde vi. l. momentaneæ. & no. C. quorum leg. l. j in glo. & poſſunt per iudicium petitorium reparari: nam in eis dico, quod requiritur ex parte agentis probatio, vt d. l. j. C. quorum bono. vbi expreſſè dicitur. Circa vero exceptionem aduerſarij, & circa dilationes poterit verſari dicta ſummaria cognitio, & ſummaria dicitur hoc caſu, quaſi prima facie hoc videatur, cum iura partis non perfectè diſcutiantur. Quædam ſunt, in quibus partis verſatur præiudicium, nec poſſunt in aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, vel alijs modis legitimis, & in his ſi dicatur procedendum ſummariè. intelligitur ſolum quo ad ordinem, ſed ab vtraque parte probationes, & defenſiones audiuntur, ut C. de naufr. l. de ſubmerſis. licet ibi ſit priuſquam ſummariè agendum, ut extra de verb. ſign c ſæpe, in cle. in his enim cauſis debet intelligi illa conſtitutio, & ſic requiritur hic. Si enim in cauſis, vbi ponuntur omnia alia vocabula : ſummariè, & de plano, &c ſi hoc eſt in d. clem. ſæpe. multò minus hoc eſt, vbi dicitur, ſummariè tantum proceditur, & prædicta vera. vbi contra præſentem proceditur: proceſſus autem. qui fieret contra abſentem, ex quo poſſet contra eum aliquod decretum interponi vel diffinitiua ſententia ferri, ſemper debet dici ſummariè agitari : nam cum merita cauſarum partium aſſertione pandantur, vt l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo ſi fit, parte abſente, non poteſt dici, quod plene liqueat iudici. Fortè enim ſi pars fuiſſet præſens, aliquid oſtendiſſet, & ideo totum, quod probatur, dicitur conſtare ſummariè, hoc eſt primariè, i prima facie, & ideo geſta, parte abſente, non ita porrigunt effectus ſuos ad extraneos, 3 ut l. qui repudiantis. & l. Papin. §. meminiſſe. ff. de inof teſt. cum ſi. & ſic ſummarim cognoſcitur, ut dicit glo. C. de bo. author. iud poſſid l. cum proponas. & auth. ibi poſita. & ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. l. fulcinius §. j. & ibi glo. dicit, quod ſecundum decretum non præcedit ſummaria cognitio, & quod in eo requiritur probatio per inſtrumentum, vel per idoneos teſtes, vel ſi. C. de bon. auth. iud. poſſ. ſed in primo decreto, quia ibi generatur modicum præiudicium, quod poteſt de facili reparari, ſufficit probatio per iuramentum, ut probatur in auth. de ex. re. §. ſuſcepro. aliàs. § ſi vero quidam iurent, quod enim ſit dictum ſummatim, ſentit Spec. in d. §. poſtremò circa ſi. Et ſi quæratur, quæ ſint cauſæ ſummariæ, gloſ dicit, quòd regulariter omnis cauſa requirit plenam cognitionem, ut l. iudices. C. de iud. fallit in caſibus, quos numerat ff ad exhib. l. 3. §. ſciendum. Spec. idem dicit, & certos caſus enumerat, ſed Dyn ff de præto ſtipul l. j §. pen. dat regulas ſic: ubicunque agitur cauſa, in qua ſententia lata tribuit ius finale, & aufert plenum ius, & tribuit alteri: ibi deſideratur cauſæ cognitio plena, ubi uerò econtra non deſideratur plena; ſufficit ſemiplena, ut ff. quis ord. in bon poſſ. ſerue. l. 2. & de bono poſſ. l. 2. §. ſi cauſa cognita. ſed certe illæ leges hoc non probant. nam diſtinguunt, utrum detur de plano; an iudice ſedente pro tribunali. nam aliud eſt dicere, de plano, & aliud eſt dicere, ſummariè, ut infra dicam in ſeq. glo. nam bonorum poſſeſſio, quæ tribuit ius, datur, iudice ſedente pro tribunali, & tamen, non datur in forma iudicij, ut no in d. § ſi cauſa cognita. ſuæ tamen regulæ mihi placent 4 ut dicamus ſic, vbicunque ſententia data tribuit ius finale, nec poteſt per aliud iudicium reparari, nec per appellationem, vel aliud remedium, tunc requiritur cauſæ plenaria cognitio regulariter, vt in d. l. iudices. C. de iud. fallit in caſu d. l de ſubmerſis. C. de naufrag. Item in caſu huius conſtitutionis. Item in caſibus, qui ponuntur in c. diſpendioſam. extra de iud. in clem. Item in caſibus, in quibus ſententia poteſt ferri contra abſentem, & negotium liquidari, ut C quomodo, & quando iudex, auth. qui ſemel. & C ubi de crimini agi oportet auth. qua in prouincia. Item ubi peruenitur ad ſecundum decretum, ut dictum eſt. Secunda regula eſt, quòd ubi cauſa agitur, ſuper qua ſententia lata non parit magnum præiudicium, uel parit tale, quod per aliud iudicium poteſt reparari abſque alia appellatione, uel reſtitutione, uel ſimili remedio; tunc procedendum eſt ſummariè. Iſtud probatur in omnibus exemplis, poſitis in d. §. ſciendum. in glo. & in eo, quod ſup. dixi de iudicijs poſſeſſorijs. Sed hoc, quod dico, ſummariè, diuerſimode accipitur, ut ſupra oſtenſum eſt. Sed dicas tu, nulla l. antiqua reperitur, quod agatur ſummariè. nam in d. lege 3 §. ſciendum. ff ad exhib. dicitur, quod ſummatim debet cognoſci, an actoris interſit. & ſic illum articulum tantum dicit examinandum, non totam cauſam. ſimiliter in cauſa alimentorum, & carboniano ſummatim examinatur, an ſit filius, & ſic unus articulus, ut ff de lib. agnoſcen. l. ſi quis a liberis. §. ſi uel parens. & de carb. edict. l. 3. § cauſæ. & idem in ſimili. ſed ſibi aliquid, quod eſt principalis cauſæ intentionis. uenit examinandum ſummariè, merito tota cauſa dicitur ſummaria. de ſecundo, uidelicet, quando hoc, ſ. quod cognoſcatur ſummatim, aditur uni articulo, qualiter intelligatur. ad quod dico, quod ſi cauſa principalis eſt ſummaria, & omnes articuli ſunt ſummarij : eadem ratione, ut dictum eſt. Si uerò cauſa principalis requirit plenam cognitionem cauſæ: tunc de emergentibus, & incidentibus uideamus, Dico, quod quædam ſunt emergentes, in quibus, ſiue quis uincat, ſiue uincatur, cauſa principalis propter hoc non perditur, & in his ſemper dico ſummariè cognoſcendum : exemplum ff. de petitio. hæred. l. ſi quis libertatem. in fin. & de interrogato. actio. l. defenſor. §. illud. nec dico hic, uel in alijs emergentibus, uel incidentibus agi ſummariè reſpectu ordinis. quia in his ordo attenditur reſpectu ipſius cauſæ principalis. Sed dico, ſummatim cognoſci reſpectu probationum : quia cum res ſit modici præiudicij, ſufficit, quod oſtendatur iudici, ſic eſſe prima facie, ut dictis legibus. Quædam ſunt emergentes, in quibus, ille, qui illas emergentes proponit. ſi uincit. propter hoc non uincit cauſam principalem, ſed remanet in dubio: ſed ſi perdit in illa emergenti, perdit cauſam, ut cum actor in prima dilatione nil probauit, vel reus intentione actoris fundata in prima dilatione nil probauit: petit ſecundam, ſi obtinet, non uincit cauſam, ſed remanet in dubio probationis : ſi uero perdit in illa emergenti; abſque dubio perdit cauſam. In illis, ſi quidem loquimur de probatione impedimenti fienda ab eo, qui petit ſecundam dilationem: dico, quod ſufficit ſummaria, & ſemiplena probatio : quod patet; quia ſufficit probari per iuramentum, ut extra de excep. capi paſtoralis & ff. de excuſa tuto. l. ſciro oportet. § ſufficit. in fin. & ita determinauit Papa, ut retulit Spec. in titu. de appellat. §. nunc vero verſicu. quid ergo quod tenet Guli. in l. 2. §. ſi quis. ff. ſi quis cau. & huius caſus eſt ratio: quia conſequitur modicum commodum, ut dixi. Sed quando de probatione impedimenti tractaretur, tunc illud non aſſero probari ex ſolo iuramento, & per ſolum iuramentum, ſed conſidero iſtam emergentem ex parte reſiſtentis: quia ex denegatione huius dilationis conſequitur magnum commodum, & ſi vult impediret : requiritur cauſa plena cognitio, ut eſt tex. C. de dilationi. l a procedente ubi expreſſe di-

1 Idem Io. de Im. Pe. de Anc. & Geor nat. in d clem. ſæpe. de verb. ſign.

2 Sequuntur Bar. & Saly. in l. j. C. quorũ bono.

3 Et idem dicendum eſt regulariter de ſẽtentia lata in cã ſummaria; quia regulariter nõ porrigit ſuum effectũ ad alias perſonas nec facit præiudicium in cã plenaria. Bal. in l. filium. ff. de his. qui ſui vel ali. iu. ſunt.

4 Iſtã doctrinam ſequitur Ge. in d. clem. ſæpe.

ſe di-

ſe dicitur, quòd ideo cauſæ plene cognitio tunc requiritur: quia ſi denegaretur, ſententiaretur ſuper principali quæſtione: igitur de dilatione; quia aliquo caſu requiritur plena cognitio, ſcilicet, quando denegatur: igitur in dubio dicitur plenam cauſæ cognitionem requiri. arg. ff. de cond. indeb. l. ſufficit. Quædam ſũt emergentes, quæ habent ſe econtra ad pdicta, quæ ex parte eius, qui emergentem proponit, ſi uinceret, totum ibi uinceret, ſed ſi perderet, non per hoc perdit totum, nec aduerſarius uincit. exemplum in exceptione rei iudicatæ, iuriſiurandi, & tranſactionis, quæ opponuntur à reo ante litem conteſtatam ad impediendum proceſſum. ſi enim opponens uincit, totum uincit: ſi perdit, remanet lis: hoc enim ex parte opponentis requirit plenam probationem, ut uincat: poteſt tamen hæc cognitio dici ſummaria propter breuitatem dilationis: quia ſi requireret altiorem indaginem, differetur illa exceptio, quantum ad impediendum proceſſum, & & conteſtabitur lis, poſtea opponetur in vim peremptoriæ: ut l. nam & poſtea. in prin. ff. de iureiur in rex. & in gl. & ex hoc dico, quod ſi opponens illa exceptione ſuccumberet, nec plene ante litem conteſtatam probauit, poſito quod ſuper hoc examinati ſint teſtes, & poſt litem conteſtatam iterum poterit opponi, & teſtes iterum examinari ſuper eodem, & iterum publicari. nam primo fuerunt examinati ſummarie: ergo non impedit examinationem, quæ fit poſt litem conteſtatam, ubi fit plenariè. argu. l. penult ff. de ijs, qui ſunt ſui, uel alie. iur. & in l. à diuo pio. §. ſuper rebus ff. de re. iud. Item quia teſtes examinati ſuper una inſtantia ad vnum finem, non impediunt examinationem fieri in alia ad alium finem: arg. ff. de eden. l. argentarius. § pen. & ff. de fur. l. qui tabulas. §. fin ſed hic ante litem conteſtatam producuntur ad unum finem, ſcilicet, ne procedatur: poſtea uero producuntur ad alium finem, ſcilicet, ut diffinitiuè abſoluatur, & cum inſtantia incipiat à conteſtatione, non poteſt dici, quod producantur in eadem inſtantia, ut hic eſt caſus, & extra de teſt. c. ueniens. Quædam ſunt emergentes, uel uerius incidentes; ut quando producuntur aliquæ peremptoriæ, & iſtarum quædam ſunt, quæ à principali intentione non poſſunt ſeparari, ut omnis exceptio intentionis; ſi enim dico, teſtamentum nullum eſſe, quia ruptum agnatione poſthumi, uel ſi dicam, actori non competere ius agendi; quia meus ſeruus eſt, uel eum, qui petit hæreditatem, non eſſe hæredem: quia ego ſum hæres, & ſimilia (non enim poteſt pronunciari de uno, quin pronuncietur de altero) tunc de hoc incidenti cognoſcendum eſt plene, quod patet quia ſententia lata ſuper principali parit exceptionem rei iudicatæ ſuper incidenti, ut l. prima. C. de or. cog. & l. ſecunda, & de except. rei iud. l. ſi inter me, & te. quod intellige, ſi principalis cauſa requirebat plenam cauſæ cognitionem, ut d. ll. ſecus ſi ſummariam, ut ff. de ijs, qui ſunt ſui. uel alie. iur. l. pen. & de lib. agn. l. ſi quis à liberis. §. ſi uel pares. Quædam aliæ ſunt incidentes peremptoriæ, quæ poſſunt ſeparari à principali, ut quæ uere eſt exceptionis exceptio, i. actionis excluſio: nam utrunque eſſe poteſt, & poteſt de uno cognoſci, & aliud omitti. Et iſtarum quædam ſunt quæ principaliter non poſſunt per ſe in alio iudicio agitari, ut exceptio pacti, & ſi quæ ſunt aliæ meræ exceptiones, & de illis ſine dubio debet plenius cognoſci, cum ex utraque parte debeant plenius diſcuti, ut in d. l. iudices. C. de iud. & hoc facit: quia patet plenum præiudicium ab utraque parte. Quædam ſunt exceptiones, quę poſſunt per ſe examinari in alio iudicio: non tamen ad eundem finem, ad quem proponuntur in primo: exemplum in l. uindicantem & l. ſequen ff. de euict. tunc debet etiam plene probari eadem ratione: tamen licet quis ſuccumbat per modum exceptionis, poteſt illud deducere in iudicium per modum actionis, ut d. l. uindicantem in fi. & l. ſequen. ratio eſt; quia ad diuerſum finem agitur, & ſic non uidetur eadem res, ut l. cum quæritur. ff. de exceptione rei iud. ita no. Cyn. C. ſenten. reſcin non poſſ. l. peremptorias. dixi plene quantum ad hoc in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. Quædam ſunt exceptiones quæ poſſunt per ſe examinari in alio iudicio ad eundem finem per modum agendi; ut exceptio compenſationis: ſicut enim cum opponitur, tendit ad hunc finem, ut mihi ſatisfiat compenſando: ita cum ago, tendit ad hunc finem, ut mihi ſatisfiat ſoluendo & ita cum poſſit in alio iudicio ſeparari, habet in ſe aliquid ſummariæ cognitionis: quia ſi habet altiorem indaginem, iudex non debet eam admittere. C. de compen. l. fin. & ideo, ſi opponeretur compenſatio debiti naturalis, quod non poteſt deduci in alio iudicio agendo, hoc non haberet locum, ſed deberet plene examinari, ſicut aliæ exceptiones, ut dictum eſt: ſed ſi admittitur ad hoc, vt opponens uincat, uel ut reprobetur compenſatio: requiretur plena cauſæ cognitio, cum plenum etiam faciat præiudicium, ut l. quod in diem. §. ſi rationem. ff. de compenſa. & ff. de nego. geſt. l. ſi autem §. fin. Sed ſi iudex cauſam dimitteret non reprobando; tunc non faceret præiudicium, ut ibi. Et prædicta de his, quæ emergunt ante ſententiam, ſed poſt ſententiam, quandoque occurrunt aliquæ emergentes, uel incidentes, & ideo dicit, quòd poſt ſententiam aliquando opponuntur aliquæ exceptiones ad merita cauſæ. non ad ſententiam, ut in caſu l. primæ. C. de iur. & fact. igno & tunc dic idem, quod ſup. Quædam ſunt, quæ opponuntur contra ipſam executionem, ut quia dicit, quòd non debet fieri executio; quia ſententia nulla; uel lata prætextu falſorum inſtrumentorum, uel alia ſimilia, & iſta requirunt ſummariam cognitionem, quo ad breuitatem dilationis, quia ſi requirunt altiorem indaginem, non impediretur executio, ſed exceptio reſeruaretur, præſtita cautione de reddendo, quod exigitur. C. de fal. l. ſecunda, & C. de preci. imper. offer. authen. quæ ſupplicatio, & extra de in integ. re. cap. ſuſcitata ſed ſi probationes deberent eſſe in promptu, ut C. ſi ex fal inſtr. l. fi. ibi, manifeſtæ probationes, &c. idem puto, quando opponitur exceptio, quod non debet mandari executioni in totum; ſed quatenus quis facere poteſt, uel alia ſimilia, ut ff. ſol. mat. l. ſi ex diuerſo. §. finali. cum ſimil. Quædam exceptiones opponuntur non contra executionem ſimpliciter, ſed contra rem, in qua fit executio, & iſta ſimpliciter requirunt ſummariam cognitionem, quo ad breuitatem, & quo ad ſemiplenam probationem, ut l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. ratio; quia ibi uertitur modicum præiudicium: quia ſi non mandat executioni ſuper illa re, mandabitur ſuper alia. Item de illa quæſtione poterit cognoſci in ordinario iudicio, ut ibi dicitur. Sed quando contenditur, utrum ſententia ſit executioni mandanda, uel non; & ſic de viribus ſententiæ: tunc eſt res magni præiudicij. Sed quid, ſi in cauſa ſummaria iudex in ſententia dixerit, ſe habuiſſe plenam cauſæ cognitionem: an per hoc faciet præiudicium in alia cauſa? Reſpondeo non; quia debet intelligi ſe habuiſſe plenam, ſecundum quod natura cauſæ exigit, vt l. ſi vnum. in princip. ff. loca. & de vſur. l. ſi ſtipulatus. & de dam. infec. l. damni infecti. §. quædam. & quia cognoſcere ſummariè non eſt ſolum in iudice, ſed etiam in parte, quæ forte non curat producere probationes, ideo quia ſcit cauſam poſſe reparari in alio iudicio, & hoc maximè verum eſt ſi pars contradicit ſententiæ, vt in cap. ſępe. in fin. extra de verborum ſignificatio in clemen. Sed illud cap. loquitur in cauſis, quæ parant plenum præiudicium, quocunque modo agatur: ſed ſi in cauſa, in qua requiritur plena probatio, diceret ſe habuiſſe cognitionem ſummariam: puto ſententiam non ualere: quia plenaria cauſæ cognitio eſt de ſubſtantialibus, ut C. de ſenten. l. ex ſtipulatione, & C. commi. vel epiſtol. l. iudex ideo ſi committitur, vitiatur ſententia, vt no. C. de ſenten. l. prolatam. item quod ſupra dixi de hac dictione. ſummaria, intellige, ſi diceretur, quòd cauſa deberet rectè examinari ſimpliciter: de quo verbo fit mentio in d. c. ſæpè. quia debet intelligi hoc ſimpliciter, ſine plica, i. ſine diſtinctione, & inuolutione, ut ff. pro ſocio. l. coiri. & de vulga. & pupil. ſubſtit. l. 1. & de verb. oblig. l. prima. §. ſi quis ſimpliciter.

Summaria examinatio plenariã non impedit.

& de plano [a]

a *De plano*.] 1 planum eſt oppoſitum alto. Item altum dicitur ratione loci vel ſtyli: dicimus enim quem uti alto ſtylo. Item de plano fieri oppoſitum eſt ei, quod fit uelociter, quælibet iſtarum ſignificationum poteſt habere locum hic, vt ſtatim patebit: uideamus ergo quæ cauſæ debeant agitari de plano, & quid importet, & dico ſi quidem cauſa eſt uilis, uel de uili materia, uel uilium perſonarum tunc hic agitur de plano, ut C. de ſenten. authen. niſi breuiores. & ff. de offi. procon. & lega. l. nec quicquam. §. de plano. & de ac. l. leuia. & tunc de plano importat, quod iudice non ſedente pro tribunali, & ſic non in loco alto. Item quando non ſeruatur ſtylus aliorum iudiciorum, ſed ſine libello, uel alijs ſolemnitatibus cognoſcimus veritatem, vt no. in d. §. de plano. in gl. & Guliel. de Cu. in l. Leuia ſecundum unam opinionem veram Si vero eſt cauſa ponderis grauioris, tũc regula eſt, quòd cauſa debet agitari

1 Facit ad hoc cle. veſtra. extra. vbi dr, ꝙ iudex pot procedere ſine figura iudic's & iformãdo de fama. de notorio, & 1 legitimatione; nec requirit, ꝙ pro tribunali ſedeat, nec ꝗcitet partes. Anto. Regũ, & principũ eſt de cauſis orduis ſummariè cognoſcere.

tari plenè,& ſolemniter cognoſci,ut l.iudices.C de iud.fal lit in quibuſdam cauſis, quæ agitantur de plano, ut ff. de quæſtionibus l.vnius.§.fin.& extra de iud. c. nouit. in fin. extra de accuſatio.c olim.& in his non intelligitur excluſus ordo iudiciarius,ut d. c.olim. & ibi not. per Inn. & ratio,quia in cauſis magnis procedere ita repètine ſine ſolennitate, eſt ſtylus altus nimis:ſolum enim reges,& Principes hoc faciunt,ſed procedere ordinarie eſt in his de plano procedere, hoc eſt non frequenter, nec ſtylo alto. Vides ergo,quod ex diuerſitate cauſæ ſtylus dicitur altus diuerſimodè, & in his ſemper puto,quod non erit neceſſe iudicem ſedere in alto tribunali, ſed in camera poterit fieri. & hoc ſi de tota cauſa agitanda de plano quæritur. Si uero quæritur de aliquo articulo vnius cauſæ, quæ debet agitari ordinarie, an articulus aliquis poterit agitari de plano? Dic quod quædam facit quis in iudicio coram iudice, vbi ſufficit præſentia iudicis.ut producere libellum corā iudice, & illud ſemper poteſt fieri de plano,hoc eſt,iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum,ut l.miles.§.ſexaginta. ff. de adult. Item in appellatione quæ ſolum coram iudice interponitur.C de ferijs l. prima. per hoc dico, quod relationes nunciorum,quæ fiunt iudici poſſunt fieri de plano.& ſi aliquis habet terminum ad producendum aliquid coram iudice,idem quia de plano poterit fieri, per dictas leges: ſecus ſi habuit terminum ad probandum: quia per hoc ſolum, quod exhiberet coram iudice, & non fieret probatio, niſi parti detur copia & terminus ad opponendum, & ſic quod productum eſt, approbabitur vel reprobabitur: hoc eſt ei imponetur fides,vel non:vt C.de fide inſtrum l.ſi.Quidam ſunt articuli,in quibus opus eſt, iudicem aliquid facere, & tunc ſi quidem illud eſt modici præiudicij, ita quod ſummariam cognitionem requirat; ſecundum quod dicitur C. de defen.ciuit.l.iubemus.§.illud & dixi in præcedenti,glo. & tunc poterit de plano examinari, hoc eſt iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum,ut ff.de interroga.actio.l voluit §.fin Si uero illud poteſt eſſe ab aliqua parte magni præiudicij: tunc non debet agitari de plano,ſed plenè cauſa cognita, & iudice ſedente pro tribunali,ut C.de dilationibus l. à procedente. & prædicta uera in cauſis in quibus uenit ferenda ſententia diffinitiua,ſed contingit aliquando,quod coram iudice agitantur quædam cauſæ, & non ſperatur ſententia, ſed aliquod decretum iudicis,& in his dic, quòd quandoque decretum tale interponitur in his, quæ ſunt mere uoluntariæ iuriſdictionis. & nulla alia cauſa requiritur niſi partium uoluntas.& illa de plano interponitur, id eſt,iudice non ſedente pro tribunali,ut inſti.de liber.§. ſerui. & ff. de manu. uin.l. non eſt omnino. Quædam ſunt, quæ requirunt cauſæ cognitionem, & tunc ſi quidem eſt cognitio leuis ſeu ſummaria, ut in tutore, ſeu curatore, qui datur ſine inquiſitione, & iſta poſſunt ſimiliter agitari de plano. ut ff. de tutori. l. qui habet.§. quolibet loco,& in bonorum poſſeſſ.quæ non tribuit ius, ut ff quis ord.in bonorum poſſeſſio. ſer. l.ſecunda.§ dies.& de bonorum poſſeſſ.l. tertia. § ſi cauſa cognita. Quædam ſunt,quæ requirunt ueram, & plenam cauſæ cognitionem, ut datio tutorum ex inquiſitione. & bonor. poſſeſſ. quæ tribuit ius, & tunc non poteſt fieri de plano, ſed iudice ſedente pro tribunali,ut ff de confirma. tuto. l. naturalis.§.fin.& de bonorum poſſeſſ.l. tertia.§.ſi cauſa cognita.& d.l.ſecunda.§.dies.ff.quis ord.in bonorum poſſeſſ. ſer. Sed aduerte, quia in iſtis caſibus, licet requiratur plena probatio: non tamen eſt cauſa ordinaria, imò non fit in forma iudicij,imo nulla parte citata,ut no.in d §. ſi cauſa cognita.&d.§. dies. Et illo reſpectu poteſt dici non plenaria,per ea,quæ dixi in præceden.glo. & ſic patet, quod illæ ll. quæ dicunt de plano cognoſci, longè differunt ab his, quæ dicunt cauſam ſummariè agitari. unde ex d.l.tertia.§. ſi cauſa cognita.& d.l. ſecunda.dies. non debuit. Dyn. ſummere regulas in materia ſummariæ cognitionis, ut dixi in prædicta glo.

ſine ſtrepitu, [a] & figura [b] iudicij *

a *Sine ſtrepitu.*] 1 ſic extra de accuſ.cap. olim.& de ſtatu mo.c.ea,quæ.& de elect.c indemni. §. ſi uero. lib. 6.& de hæret.c.fin.in prin.lib 6 & de iud cap.diſpendioſam. & de verb. ſignifi.c. ſæpe. in clemen & ſtrepitum quidam dicunt eſſe omnem iudicij ſolemnitatem, quæ magis ſpectat ad ordinem, quàm ad inuentionem ueritatis: quorum opinionem reiecit Innoc.in d.c.olim de accuſa.ſed non tenet eam.

1 Quomodo intelligitur,vide Old. in cōſil. 115.incip. in iudicio eſt conſiderare.& Car. in clem 2. q.43.de iudi. vbi late tractat hanc materiam.

bene dic ergo,quòd ſtrepitus idem eſt, quod rumor & deſcendit à ſtrepo,ſtrepis, quod idem eſt,quod rumorem facere ſecundum Hugon.ſicut enim per uerbum. de plano, remouetur altitudo loci,& ſtyli, ut dictum eſt; ita per hoc uerbum,ſtrepitus,remouetur altitudo uocum & declamationum,ideo additur quandoque, abſque aduocatorū, & iudiciorum ſtrepitu,& figura,ut d. c. fin. in princip de hæret. lib. 6. & per hoc dico quod in cauſis, in quibus debet procedi ſine ſtrepitu, ſi pars diceret iudici, quòd approximaret ſe ei, & quod uolebat ei dicere aliquid in occulto, quòd iudex debet hoc facere, aliàs grauaret eum: prædicta tamen iura non haberent locum in hac conſtitutione; quia hic dicitur,quod iudex poteſt, non autem imponitur ei neceſſitas: in alijs autem cauſis iudex non cogitur eum audire, niſi palam ante tribunal, ut C. de epiſc. & cler. l. iubemus. in fi. Item licet alias detur dilatio parti ad quærendum aduocatos, ut ff. quibus ex cauſis ma.l.ab hoſtibus.in fi & l.at prætor. in fi. prætor.in fi.tamen iſto caſu non erit danda: quia ab ea eſt remotus ſtrepitus aduocatorum: puto tamen, quod hoc uerbum ad maiorem expreſſionem apponatur. nam per hoc,quod dicit de plano, ſatis poteſt intelligi reſpectu loci, ſtyli,& vocis.

* Vide de hoc Bal.& Alex. in l. 1. C. qui amit. & illic Salyc. l. ea quiſquam verſicu. de plano.de off.proconſulis.

Dilatio datur parti ad quærendū aduocatos.

Figura quid ſit.

b *Et figura.*] Figura cuiuslibet rei eſt apparens forma ipſius,uel facies, in qua rei ſubſtantia figuratur,ut ff.de actioni & obliga.l.non figura.& ita dicit Ioan. And.in c ſæpe.extra de verb. ſignifi. in glo. ſuper uerbo,non exigatur, quod eſt uerum in figura rei corporalis,ut C.de edict.diui Adria. tollen.l.ſi.& ff de uerb. ſignifi. l. quoties aliquid, vbi hoc melius probatur, quàm alibi. rei uerò incorporalis figura dicitur eius natura, vnde rectè dicimus figuram actionis eſſe ipſius actionis naturam:ut C.de rei vxo.actio l prima §. cum autem ibi,eadem figura.&c. quædam ſunt facta,prout conſiderantur in fieri, ſeu in actu faciendi, & ipſorum figura eſt ipſe ordo faciendi.unde in grammatica dicimus, figuræ ſimplicis. quia ſimpliciter profertur; quia igitur actus proferendi eſt ſimplex, ideo dicitur figuræ ſimplicis: hic autem loquimur de figura iudicij,& iudicium licet habeat multas ſignificationes, hic tamen accipitur pro actu examinationis, & deciſionis cauſæ. Figura ergo iudicij, quod partes iudicij ſunt factæ ſecundum ordinem debitum,& debitam probationem ſeu propoſitionem,& ex iſta figura iudicium accipit ſuum eſſe, & ſuam ſubſtantiam. quod patet: quia ſi ordo non ſeruatur, iudicium eſt nullum,ut C. de ſenten.l.prolatam,vnde per hoc, quod dicitur,ſine figura, tolluntur ſubſtantialia iudiciorum, vt ipſum uerbum importat,vt no.Ioan. And. in d.c ſæpe,in glo. ſuper uerbo, figura. Sed contra hoc opponitur, quia ſublatis ſubſtantialibus nullo modo erit iudicium, cum res non eſt perpetua ſine eius ſubſtantia, vt l. obligationum ſubſtantia.ff.de act. oblig. Sed hic in veritate eſt iudicium, licet extraordinarium. Sol. tolluntur ſubſtantialia iudicij iure ciuili introducta:non autem ea,quæ ſunt naturalia iure naturali,ſeu gentium inducta naturali ratione, vt inf. in multis oſtendam. Item aduertendum eſt, quod Ioan. And in d.c.ſæpe in gloſ ſuper verbo,non exigit,dicit,quod iudex non adſtringitur hoc caſu ad aliquas formas, regulas,vel figuras iudiciorum.niſi inquantum in d. c. exprimitur & illa expreſſa magis reſpiciunt figuram facti negotij, vel cauſæ, quam iudicij ſecundum eum. Tu dic,quod iudex per hæc uerba releuatur ab omni forma. & figura iudicij inducta à iure ciuili: & tenetur obſeruare omnem figuram. & formam iudicij inductam de iure gentium,vel naturali ratione & de his loquitur, vt plurimum illud c. licet aliqualiter egeat declaratione,vt inf declarabo. Animaduertendum eſt quod dicit. Ioan. quod ſi omnia dicta verba,ſummarie,ſimpliciter,& de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij:non proponerentur:non haberet locum,quod dicitur in d.clement ſæpe. vt ibi notatur in glo. ſuper verbo. in figura, quod eſt verum ſi a primis incipias, & illud vltimum omittas, ſed ſi proponeretur iſtud vltimum,ſcilicet, ſine figura iudicij: licet omnia uerba præmiſſa eſſent omiſſa: idem importaret,cum omnia ſubſtantialia eſſent. Quod igitur de ſignificatione huius verbi dicam: intellige idem ſi omnia coniungerentur, quod ergo hæc uerba important per omnes ſingulas partes iudicij, proſequamur latius,quam in d c.ſæpe declaratur.

Quæro igitur,vtrum ſit neceſſe, quòd pars citetur? Reſ-

ſic,ut in hac l.innuitur. Item quia hoc eſt de iure naturali: nam primum hominem delinquentem citauit Deus dicẽs: Adam vbi es? hoc enim probatur de re iud.c.paſtoralis. in clem. ubi ſententia domini Imperatoris Henrici, qui fecit hanc l. poſtea damnauit Robertum Regem Hieruſalem, & Siciliæ, caſſa fuit ex eo, quòd citatio facta legitime non fuit; & probatur in d.c.ſæpe. Item an eſt neceſſe, quod perſonæ legitimentur? Reſpon. ſic, ut in hac conſt. ibi, uel alias legitime. & c alias ſequeretur abſurdum, ſcilicet, quod alter non habens mandatum à me poſſet mihi præiudicare, qđ repugnat iuri naturali. ut C.de inoſ. teſt. ſi quis in ſuo. & ff. de reg. iur. l. factum cuiq; ſuum. & extra de reg. iur. c. non debet aliquis. lib. 6. & hoc tangitur. in d.c.ſæpe. Item an requiratur petitio? Reſpond. in caſibus huius l. oportet, quod præcedat accuſatio, inquiſitio, uel denunciatio, ut dictum eſt: aliàs nbi cauſa deberet agitari ſine figura iudicij; dicitur in d.c.ſæpe. quod non eſt neceſſe, quod libellus detur in ſcriptis, ſed iuxta petitionis formam pronunciatio ſequi debet pro parte agentis, uel rei, ſi quid petere uoluerit; & in ipſo litis exordio facienda eſt petitio ſiue in ſcriptis, ſiue in uerbo; in actis tamen inferenda, ut ibi dicitur, & iuſtum eſt: quia naturale eſt, quod agens petitionem ſuam proponat: nam coram Salomone mulier ita dixit, filius meus uiuit. & filius iſtius mulieris mortuus eſt, ut notatur C.de ſẽ. ex bre. recitan. l. 2. & ext. de præſump. c. afferte mihi. & habet in 4. lib. Reg. 3. c. ubi illa petitio latius ponitur. Et aduertendum, quod illa petitio continet ſolum facti narrationem, non concluſionem, ex quo infero quòd licet illa petitio non habeat omnia ſolemnia, quę de iure requiruntur, ut no. ff. de eden. l. j. in prin. tamen ſufficit ſi eſt generalis, * ut eſt arg. C. de anna. excep. l. fi. in princ. Idem ſi concluſio non eſt legitimè facta, ut lege j. ff. ſi men. fal. mo. di. uel ſi non petierat eum condemnari, ſed petit eum cogi, quod fieri non debet, ut C. de exec. re. iud. l. j. tamen in hoc caſu, quando ſine figura iudicij proceditur, ualebit iudicium: ſi enim proceditur, ubi ſola facti narratio eſt abſque conditione ulla, multò magis, ſi concluſio non erit bene facta, ſi tamen narratione poſſit comprehendi, quid actor uelit. arg. C. de rei uxo. act. l. j. § j. & hoc eſt quod uolunt dicere uerba d.c.ſæpe. dum dicit, iuxta petitionis formam. q.d. licet non pronuncietur in eo, quod eſt petitum, ſufficit, ſi pronunciet iuxta id, quod eſt petitum, aliud eſt enim iuxta petitum, & aliud petitum iudicare. ff. iud. ſol. l. iam tamen. § in hac. uerſic. quid tamen. ſemper tamen intellige, quòd nõ ſit tanta incertitudo, quòd auferat defenſionem reo, vt inf. dicam. Item an poterit opponi excep. rei iud. uel finitæ ad impediendum proceſſum? Reſpon. ſic: quia de iure naturali eſt, ne bis iudicetur in idipſum, exceptione uerò, quæ magis differunt, & fruſtrantur cauſæ ueritatem, quàm ipſam reſpiciant, poteſt iudex repellere, ut d.c.ſæpe. illa enim de iure naturali non ſunt, imo contrariantur. Item an procedi poſſit tempore feriato, & d.c. dicitur, quòd ſic, ſi ſunt feriæ indictæ ob neceſſitatem hominum; ſecus ſi ob honorem Dei: ratio, quia de natura iudicij ſunt feriæ indictæ in honorem Dei. præcepit enim Deus coli ſabbata, & quaſdam feſtiuitates. An ſit conteſtanda lis? Reſpon. non: nam dicitur ibi. lite conteſtata non poſtulet ratio, quia eſt ſolemnitas iuris ciuilis: eo tamen caſu, quo merita cauſarum tractari incipiunt, ut quia legitimatis perſonis proponuntur exceptiones, vel fiũt poſitiones, & articuli, habent uim litis cõteſtationis ad faciendum procuratorem dominum litis. Item quo ad certos effectus conteſta. lit. ut C. de procurat. l. nulla. ibi, poſt cauſam in iudicio agitatam & ibi, poſt inchoatam cauſam, non dicit lite conteſtata. ſufficit ergo, ꝙ quocunque modo cauſa incipiat agitari. hoc not. in l. nihil. C. de procu. Item an de calumn. ſit iurandum in dicto c. 1. dicitur, quod ſic, ne veritas occultetur. in contrarium facit; quia hæc ſolemnitas uidetur inducta à iure ciuili, ut C. de iuramento calum. l. 3. ſed dic primum uerum, quòd iuramentum defertur in tota cauſa, etiam de iure naturali, & diuino: hoc enim tempore Moyſis inductũ eſt propter incredulitatem, ut aliquis deberet iurare, & extra de iureiurañ. cap. & ſi Chriſtus. & Exodi 22. capi. ſi igitur iuretur ſuper quolibet articulo, ut fiebat olim, ut C. de iuramen. calum. l. 2. ſatis putarem ſufficere; maximè cum tale iuramentum poſſit omitti, ut d. l. 3. §. ſed quia veremur. Item an debeant dari dilationes, uidetur, quòd ſic. nam in d.c. ſæpe. dicitur amputandam dilationum materiam, & litẽ quantum poterit faciat breuiorem, non tamen ſi litem iudex abbreuiet; quin probationes ueræ, & defenſiones

* Libellus generalis procedit in iudicijs ſũmarijs; dato, quod pars opponas.

Feriato die an iudex procedere poſſit.

legitimæ admittantur; & ita dicitur ibi, quod iuris naturalis rationi congruit. cum enim probationes ſunt faciendæ, oportet, quòd fiant in termino. & puto, quod valeut, ſi fiant ſine dilatione, vt l. vnius in §. cognitorum. ff. de quęſt. & ff. de adulte. l. in crimine. & ibi dixi, non æquum eſſe, dilationem certam dari cauſa breuiandæ litis. & quod dicit, quòd non ſint nimis breues, congruitur naturali æquitati: nam auferetur parti actori ius ſuũ; reo vero aufertur defenſio, quæ ex æquitate naturali eſt, ut l. ut vim. ff. de iuſtitia & iure. & eſt expreſſum in clement. paſtoralis. de re iudic. Sed ad quid dabitur iſta dilatio? in dict. decretali dicitur, ꝙ primo datur terminus ad faciendum poſitiones, & articulos ſimul; poſtea uerò datur terminus ad producendum omnia, quæ partes voluerint. Sed certe illud eſt expreſsè ſtatutum illius decret. quæ vult in hoc ſeruari uſum: hoc tamen non eſt de iure naturali, nec ciuili, cum ſufficiat dari in cauſa ad probandum unam dilationem, ut ff. de fer. l. fi. vnde in hoc foro ciuili non ſunt ſeruanda iſta decreta. Item an in dictis cauſis, in quibus proceditur ſine figura iudicij, teſtes debeant iurare? hoc n. reperitur de iure digeſtorum, niſi in l. Theopompus. ff. de dot. præleg. ſed uidetur mera conſtitutio imperatoris, C. de teſtibus. l. iuſiurandi. puto tamen, quòd iurare debeant, per ea, quæ dicta ſunt de iuramen. calumn. Sed an, præſente parte? puto quod ſic: aliàs auferretur ei defenſionis copia; quod repugnat æquitati naturali, ut dictum eſt. circa uero dicta teſtium, puto, ꝙ debeant eſſe talia, quæ concludant, ſicut in cauſis ordinarijs; argum. eius, quod dicitur in Daniele de Suſanna; & qđ not. C. de teſtib. l. teſtium. ſed an requiratur publicatio teſtium. gloſſ. in l. ſi quando. C. de teſtibus. dicit, quod per Danielem inductum eſt, quod examinatio fiat ſecretè. ut legitur in lib. Danielis 13. c. hoc eſt igitur de iure naturali, ſeu diuino; & ex hoc ſequitur, quòd debeat publicatio fieri; aliàs aufertur parti ius defenſionis. ſi enim non publicarentur, non poſſent impugnari teſtes, & eorum dicta. ſed auferre defenſionem, repugnat iuri naturali; ut dictum eſt. Sed an in hac cauſa poſt didicita teſtificata poterunt teſtes produci? Reſpondeo, cum ſit prohibitum propter timorem ſubornationis, & ſic ex quadam naturali ęquitate, quæ eſt, ne alter alteri inſidietur, ut ff. de iuſtitia & iure. l. ut uim. hoc eſt introductum, & poſitum inter alia ciuilia præcepta. Item an in hac cauſa poterit petere quis, ut ſibi edantur inſtrumenta. Reſpon. quod non: & hoc eſt prohibitum non ſolum iure ciuili, ſed etiam naturali æquitate, ut C. de eden. l. qui accuſare. ubi hoc prohibetur expræſsè. Item an requiratur concluſio in cauſa. Reſpond. non, ut dict. c. ſæpè dicitur. hæc eſt enim ſolemnitas merè ciuilis. ſtatim enim cum liquet iudici de cauſa, ſine aliqua alia concluſione, poteſt ſententiare de iure naturali, ut patet in illa ſententia lata per Salomonem 3. Reg. c. 1. & eo exẽplo puto, quod non ſit neceſſaria datio termini ad allegandum: facit quod dixi in præcedenti gloſſ. Item an debeant partes citari ad audiendum ſententiam in dict. cap ſæpæ. dicitur, quòd ſic. quod intelligitur, ut infrà dicam in gloſſ. ſuper uerbo, prædicto crimine. Item an hoc caſu cum proceditur ſine figura iudicij, requirantur illæ ſolennitates, quæ à iure poſitæ ſunt circa ſententiam. Reſpond. non eſt neceſſe, quod feratur, iudice ſedente pro tribunali. ut d. c. dicitur. hæc enim eſt ſolennitas ciuilis. ſed debet ferri in ſcriptis, ut ibidem dicitur. certè hoc, quod feratur in ſcriptis, eſt ſolennitas ciuilis, quæ eſt de eſſe ſententiæ, quod ſit deliberata, & non ſubita. l. 2. C. de ſent. ex breui. recitan. tamen dicta decretalis ſtatuit, quòd feratur in ſcriptis. in foro autem ciuili non arbitror illud neceſſe iſto caſu, ut patet in prædicto exemplo Salomonis, in dicto c. in glo. dicitur, quòd de iure antiquo non eſt neceſſe, ſententiam proferri in ſcriptis: ſed in ſcriptis redigatur, ut poſſit probari, ut dictum eſt de petitione: nam ſoli aſſertioni iudicis non creditur, niſi ſit Papa, vel Imperator, ut extra de probationib. c. quoniam contra falſam. & eodem titulo cap. 1. in clemen. Sed ſi in ſententiando non ſeruaretur forma l. j. C. de ſenten. & interloc. omnium iudicum, ualeret; ut ſi procurator eſſet præſens, & condemnaretur dominus, quia hæc ſolennitas eſt iuris ciuilis, & non naturalis, ſeu gentium. quod patet: quia licet alteri abſenti quis non poſſit ſtipulari de iure ciuili: tamen alteri oritur obligatio naturalis, ut ff. de uerborum obligation. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & ibi nota & idem puto, ſi iudex ferret ſententiam contra abſentem non citatum, quod ualeret hoc caſu eadẽ ratione. aliàs ſecus, ut l. furioſo. ff. de iudicijs. & ibi no. &

Publicatio teſtiũ an requiratꝰ.

Iudicis aſſertioni n. creditur.

C.quo

C. quomodo, & quando iudex l.ea quæ in glo. idem puto, ſi præcedente cognitione, quæ requiritur ſecundum ea, quæ dicta ſunt: ſi iudex nulla alia data ſententia iuberet res capi, vel diſtrahi pro debito, valeret: licet enim magis illa ſit natura executionis, quam condemnationis, & ſic non valeret aliàs, ut C. de executione rei iudicatæ, l. 1. tñ in hoc caſu ualeret exẽ-

prout [a] illi qui iuriſdictio-

plo dictæ ſententiæ Salomonis: illa verò fuit natura executionis. hoc etiam patet: quia talia ante ius ciuile manu regia expediebantur, ut ff. de orig. iur. l. 2.

a *Prout*.] Poſuit plures modos procedendi, & plures formas, & in his dedit iudici poteſtatem eligendi aliquam prædictarum, vel ordinarie procedendi, ſi ſibi videbitur. Sed huic ob. d. c. ſæpe, ubi dicitur, ꝙ iudex non poteſt ordinarie procedere, niſi de partium conſenſu. Sol. ibi cauſa ſic cognoſcenda committitur, ſcilicet, ſine figura iudicii; hic uero fuit dictum, vt poſſit procedere hoc modo. & ſic nõ fuit poſitum ſub neceſſitate. l. non quicquid. ff. de iud. & C. quomodo. & quando iudex. l. j. Sed dices tu, ad quid ergo fuit appoſita hæc clauſula, prout illi iudici uidebitur expedire, &c. Reſpon. ſecundum hoc potuit eligere quam viam volebat: ſed vna electa, dubium eſt, an poſſit ad aliam poſtea redire: ſicut dicimus de eo qui aſſumptus eſt, vt arbiter, & arbitrator, vt no. in Spec. in titu. de arbi. § ſequitur. ver. q d ſi compromiſſum, & dixi ff. de fur. l. ſi dominum. quod dubium hic tollitur: poteſt enim ex hoc procedere modis prædictis, prout ſibi videbitur, hoc eſt, illo tempore, illa qualitate, vel ſpecie procedẽdi quæ ſibi videbitur. Ad cuius intelligentiam ſciendum* eſt de ſignificatione huius verbi, prout quandoq; enim aliquid adijcitur per hanc dictionem, prout, quod eſt diuerſum ab eo, quod primo poſitum erat, tunc, & ponitur ſimilitudinarie, vt ff. de ſo. l. prout quiſque. ſimilitudo enim eſt circa diuerſa, ut no. ff. depoſi. l. qđ nerua quandoque reſpicit idem, & tunc ſi per hanc dictionem adijcitur aliquid præteritum, & de illo conſtat: tunc intelligitur limitatiuè, vt C. de eden. l. edita. ibi. prout edicti perpetui monet auctoritas. Si verò de illo præterito non conſtat: tunc in dubio intelligitur poni cauſaliter, vt ſic: concedo tibi, vt poſſis colligere vectigalia tantæ quãtitatis, prout eſt hactenus conſuetum, id eſt, quia ſic conſuetum eſt, vt extra de verb. ſignifi. Abbate ſanè. licet ibi loquatur de dictione, ſecundum quod, vel, iuxta quod; ſed eadem eſt ratio: ſic loquitur quod no. per Cyn. de contrahen. & commit. ſtipu. l. ſecundum reſponſum, & hoc in legibus, priuilegiis, & contractibus, & quia illa fiunt animo aliquid diſponendi. Idem in ſententiis, quæ cauſa cognita proferuntur: ſecus in confirmatione, quæ fierent ſine cauſæ cognitione: quia tunc intelligitur conditionaliter, vt extra de confirmat. uti. vel inuti. c. 2. & quod ibi no. extra de electi. c. quoniam Abbas. Si verò per hanc dictionem, prout, adijcitur aliquid de futuro: tunc ponitur limitatiue, vt d. l. edita, prout dicitur, ius dicentis decernit æquitas. nam illa licentia mutandi, & emendandi limitatur ſecundum modum de præterito, ſcilicet, prout edicti monet auctoritas, & ſecundum aliud de futuro, ſcilicet, prout ius dicentis decernit æquitas, iſtud reſpicit omne tempus futurum, & illa limitatio eſt circa tempus, & qualitatem, ut no glo. in l. edita. & ſic iudex hic omni tempore quo vult, poteſt procedere, cum figura iudicij, & ſine, & ſic poteſt eligere vno tempore vnam viam, & alio aliam. Item ex eo, quod dixi quod ſolum in tempore, & qualitate facit limitationem, & ſic non in ſubſtantia diſpoſitionis: apparet quod ſi illa qualitas, vel tempus non limitaretur, non vitiaretur diſpoſitio: exemplum non poteſt de hac lege poni: quia iudice procedente, apparet, qualiter ſibi videtur procedendum: pone ergo quod Titius legauit mihi centum, prout per eum declarabitur, certè ipſo non declarante, valebit ff. de heredi. inſtit. inſtit. l. 2. & l. cum pater § ſi ff. de leg. 2. & C. de inſtitu. & ſubſtitutionib. l. penult.

*Adde Fely. in c. 2 nu. 10. de reſcript.

ſ Idem tenet Bar. & Alex. in l. ſi ſic. ff. de leg. j.

b *Videbitur*.] Hoc verbum videbitur, denotat arbitrium boni viri. l. ff. de ver. obli. l. continuus § cum ita. & de fideicommiſ. lib. l. fideicommiſſaria libertas. & ita poteſt quilibet dictorum modorum eſſe iuſtus, & approbatus, & poteſt iudex eligere quem modum uult, puto etiam hoc caſu quòd ſi hæc conſtitutio diceret, * prout iudex voluerit, quod nec plures, nec minus poſſet. Et pro hac declaratione videamus differentiam inter liberam volunta-

*Adde Fely. in c. ſi gnificauerũt. nu. 12. de teſtib.

tem, & arbitrium boni viri: cum etiam voluntatem includat, & quidem de uoluntatis eſſe eſt, quod ſit libera, nec poſſit cogi neceſſitate præciſa, vt C. de hære. inſtu. l. cum proponas. ſed cogitur quadam neceſſitate conſequentiæ, ut ſi quis vult effugere tormenta, hoc vult libere, & poteſt nolle: ſed ſi hoc voluerit, in conſequentiam vult illud, ſine quo tormenta

ni præeſt, videbitur [b] expe-

effugere non poteſt, & iſta eſt neceſſitas conſequentiæ. Nam dicitur vere, coacta voluntas eſt, ut ff. quod metus cau. l. ſi mulier. §. quod ſi metu voluntas enim eſt, quòd libere vult antecedens, & ex illa deducitur ad volendum conſequens. Item ſciendum eſt, ſecundum theologos, & philoſophos, quod voluntas nunquam appetit, niſi bonum exiſtens, vel apparens, licet quandoq; velit aliquid qđ cognoſcit eſſe malum: illud vult ſub ratione alicuius boni delectabilis, ſeu apparentis ipſi voluntati. In propoſito voluntas alicuius poteſt conſiderari reſpectu eius, quod ipſe vult, tanquam delectabile ratione regulata, uel non: & illa dicitur voluntas libera alio modo, prout ipſe vult recta, & regulata ratione, & iſtud dicitur arbitrium boni viri: quia bonus vir hoc arbitraretur, ut ff. ſolu. l. vir bonus. & ff. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. cum ſimil. & verba, quæ important liberam voluntatem, ſunt verbum, volo, vt l. cum quidam. de leg. 2. & d. l. fideicommiſſaria libertas. de fideicommiſ. lib. Item verbum, libet ſeu libuerit vt ibidem: idem enim eſt dicere, quod libuerit, id eſt, quod libere voluerit. Item vbicunque verbum, arbitrium, & ſimilia ponuntur cum hac dictione plenum, ſiue liberum, vt l. fideicommiſſa. §. quamquam. de leg. 2. Item hoc verbum, iudicio tuo, importat liberam voluntatem, vt ff. de fideicomm. libe. l. thais, §. Lucius. ſecundum gl. ibi poſitam. Sed licet aliàs tranſierim ſecundum illam glo. ut detur mihi tamen, quòd directo tex. ibi dicat contrarium, ſcilicet, quod importet arbitrium boni viri: quod plus placet: quid enim eſt dicere iudicio tuo; niſi facta diſputatione intra temetipſum, poſtea iudices, quod ad boni viri arbitrium ſine dubio refertur? Conclude igitur, quod exceptis prædictis omnia importent arbitrium boni viri, ut videbitur, approbauerit, comprobauerit, & ſimilia, ut d. l. fideicommiſſ. vel placebit, vt d. l. thais. §. ſororem. & multa alia, quæ ponuntur. ff. de leg. j. l. ſi ſic. quę hic non repeto: quia dico eſſe regulam de omnibus, exceptis prædictis, ut dictum eſt: nec obſtat. ff. de fideiuſ. l. Grece in princ. vbi æquiparat verbum, uolo, & verbum, cupio, & ſimilia: quia, vt dixi, vtrunq; continet voluntatem. ſed vnum liberam, & aliud regulatam, ut ex prædictis colligitur, verbi gratia, quandoque committitur facultas contrahendi, quandoque facultas largiendi ex cauſa lucratiua, quandoque facultas iudicandi. Primò caſu, quando committitur facultas contrahendi per verba ſignificantia arbitrium boni viri circa contractum: tunc ſine dubio debet arbitrari ſuo arbitrio regulato ratione, prout bonus vir, & diligens paterfamilias facturus fuiſſet, vt l. hæc uenditio. ff. de contrah. emp. & ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. & de oper. liber. l. ſi libertus. ſed ſi hæc facultas concederetur per uerba ſignificantia liberam uoluntatem; tunc omnia poteſt, duobus exceptis. Primò quod non donet: hoc enim nõ uenit in conceſſione uoluntatis liberæ, ut l. filius. §. 1. ff. de donatio. Secundo quod dolus abſit, & omnia alia, quæ dolo carent, facere poteſt, ut ff. manda. l. creditor §. Lucius. hoc enim non repugnat regulis iuriſgentium, ſecundum quas licet contrahentibus ſe decipere, ut ff. de mino. l. in cauſæ. §. idem Pomponius. unde uides, quòd quandocunque committatur in uoluntatem liberam, intelligitur uoluntas libera a regulis iuris ciuilis, ſed ſemper remanet limitata a iuriſgentium, ut etiam in ſequentibus nota. Secundo caſu principali, uidelicet, quando conceditur facultas largiendi ex cauſa lucratiua, tunc ſi per uerba ſignificantia arbitrium boni uiri, debet eligere, ut bonus uir. l. cum quidam. ff. de legatis ſecundo. & l. ſi ſic. primo reſpon. & de legatis tertiò l. fideicommiſſa. §. quamquam. & de fideicommiſſa. libe. l. fideicommiſſaria libertas. ſi uero per uerba ſignificantia liberam uoluntatem: tunc poteſt facere omnia contra regulas iuris ciuilis, ſeruatis regulis iuriſgentium. ut ff. de milit. teſtam. l. j. ubi permittitur teſtari militi quomodo uult, & per hoc poteſt relinquere deportato, cuius ſtatus nullus eſt de iure ciuili: non autem damnato in metallum, qui eſt ſeruus pœnæ, uel

Voluntas coacta voluntas eſt.

Verba liberam uoluntatem importantia.

Deceptio de iuregentium permittitur.

ſeruo

ſerud proprio: cum ſeruitus ſit conſtituta à iuregentium, vt l.eius.§ ſi deportati.& §. ſeruum pœnæ.& §.ſeruū proprium ff de mil. teſta. & hoc vult dicere l. cum quidam. ff.de leg.j. nam ei, qui eſt indignus propter offenſam, non donatur, ſed donatum reuocatur, vt l.fin. C.de reuo.dona. ideo bonus vir, hoc eſt iudex, ſecundum regulas iuris ciuilis non arbitraretur ei largiendū. ſed ſecundum naturalē

dire. Ad hoc, [a] ſi qua cōmunitas, [b] corpus [c] vel collegiū, vel alia quæuis perſona, cuiuſcunque ſtatus, [d] dignitatis, [e] vel conditionis [f] exiſtat, ſuper dicto crimine [g]

æquitatem declaratam per ius diuinum maioris perfectionis eſt retribuere ei, qui offendit, quam alteri: nā ille, in cuius libera voluntate committitur, poteſt eligere indignum. Tertio caſu principali, ſcilicet, quando committitur facultas iudicandi. ſiquidem per verba importantia arbitrium boni viri, debet ſequi omnes regulas iuris ciuilis, vt l.j.ff. de arbitr. Si verò per verba ſignificantia liberam voluntatem: tūc eſt libera à regulis ciuilibus: debet tamen ſeruare regulas iuriſgentium, ſeu naturalis æquitatis, quod idem eſt, per dicta iura, & eſt caſus extra de re iudi.c. paſtoralis. in clemen nā imperator ſolutus eſt legibus, & ex vigore ſuæ poteſtatis tulit ſententiam: tamen quia in quibuſdam fecit contra naturalem æquitatem, ideo ſententia caſſatur, & ex hoc apparet, quòd in caſu noſtræ l. vbi proceditur abſque figura iudicij (quia non committitur iudicium per verba ſignificantia arbitrium boni uiri) debet ſeruare regulas iuriſgentium, ſeu naturalem æquitatem: cum verbum, ſine figura, importat, quaſi committatur per verba ſignificantia liberam voluntatem; & per hoc apparet ſoluta quæſtio, quando poteſtati datur arbitrium liberum an poſſit per hoc parti facere iniuſtitiam, certe non: quia hoc eſt contra naturalem æquitatem, ſed poteſt omittere ſolemnitatem iuris ciuilis: de hoc glo. in d.c. ſæpe. in glo. ſuper verbo, defenſiones. dixi. ff. de don.i.l. filiusfamilias. Sed quid ſi apponuntur verba ſignificantia vtrunque; vt prout arbitratus fuerit, & voluerit? Reſpond. vt ſupra dixi, quod vnum prædictorum ineſt alteri: quia non eſt arbitrium ſine voluntate, & regula eſt. quando duo ponuntur copulatiuè. quorum vnum de neceſſitate alteri ineſt: vnum reſoluitur in adiectiuum, vt ff de pact. l. j. ibi, in idem placitum, & conſenſus, id eſt, placitus conſenſus. ita in propoſito exponatur, id eſt, voluntate arbitratus ſit, & ſic arbitrium boni viri importabit. facit ff. pro ſoc. leg nec adijcit etiam ſi dictum ſit liberè, vt dictum eſt. Quid ſi dicatur in ſtatuto, quod in tali negotio procedatur de facto? Certe intelligo 1 eodem modo. ſcilicet, manu regia, vt l.2. in princ. ff. de orig. iur. cum ſit omiſſa omnis ſolennitas ciuilis: non autem quod iura alterius vllo modo tollantur, nec lædantur contra naturalem æquitatem. idem per quæcunq; verba concipiantur: non enim quis poteſt eſſe ſolutus magis legibus, quam imperator, & tamen ſua libertas ad hoc non extenditur: ergo, &c. Quæro an dictis caſibus iudex * poſſit reijcere exceptionem præſcriptionis, vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis? Reſpond. in his, quæ ipſe ipſe iudex habet facere, non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis, ſed in his, quæ iam à iure facta ſunt: ita quod ſi ex hoc ius alteri quæſitum ſit, vel ablatum, iudex non habebit immutare, ſed tenetur illud ſequi: caſus eſt ff. depoſit. l. bona fides alrā ſeſſet auferte ius alterius, quod eſt contra naturalem æquitatem.

1 Idem tenet Ia. in l. certi cō. dictio. §. ſi nummos. ff ſi cert. peta.

* Adde Fely in c. dilecti. nu 2. de iud

2 Cōmunitas. habitare dī in loco, ubi habitans eius præſidentes, ſeu in quo loco popul* cōgregari cōſueuit in palatio. Bal. in authent. ſed cum teſta tor. 2. col. in princ. in verſic. item habitare dicit. C. ad leg. Falc.

3 Sequētur Bal & Bal in l. ſi cut. 3. i ff. qd cuiuſque uniuer.

a *Ad hoc.*] id eſt, iuxta hoc aliter ſecundum hoc: et C. de iud. auth ad hoc & hic incipit tertia pars, in qua ponitur ſtatutum ſpeciale in modo procedendi contra contumaces.

b *Communitas*] 2 nomen generale eſt ad vniuerſitatem ciuitatis, caſtri, vel villæ, cuius liberi municipij, quod ab ipſa hominum communitate principaliter regitur. ſic C de epiſcopis, & cleric s. authent nulla communitas, & to collat. de ſtatu contra liber. eccleſ. edict. §. item nulla communitas.

c *Corpus.*] generale nomen eſt ad omnes ſimul cohabitantes, vel non: & quod ſequitur, collegium, & quando ſimul cohabitant. 3 & ſimul colliguntur. ff quod cuiuſq; vniuer. l. j. in princ & eſt caſus expreſſius hic, quod uniuerſitas poteſt delinquere, & contra eam poteſt procedi, & punitur. licet quidam contra, ut plenè dixi in l aut facta. §. fi. ff. de pœnis.

d *Status.*] ſiue liber, ſiue ſeruus, ſiue ingenuus, ſiue libertinus, ut ff de ſtatu. ho. l. 3. cum ſeq. Item ſiue ſit integri ſtatus, ſiue diminuti, ut ff. de uar. & extraor. cogn. l. cognitio. §. j. uiles ergo homines hac lege teneni, licet aliàs non curetur, ſi de imperatore ſolo uerbo maledixerint, ut C. ſi quis impera. maledixe. l. j.

e *Dignitatis.*] per hoc patet, quod in hoc crimine ceſſat priuilegium conceſſum eis, qui habent dignitatem cum adminiſtratione, ut ea durante, non conueniantur, ut ff. de iudic. l. pars literarū. & quod ibi not. ceſſat etiam priuilegiū cōceſſum quibuſdam in dignitate exiſtentibus, ut C. ubi ſenat. uel clariſ. l fin. prout ibi tangitur de modo procedendi, & ſententiandi. priuilegium tamen iudicis remanet, & quia, ut dixi, hic ſunt legitimandæ perſonæ. Bart.

f *Conditionis.*] maſculus, uel fœmina; minor, uel maior, tamen tali ætate, quod in eum cadat delictum; ſui iuris, uel alterius, ut ff. de excep. l. j. in prin. coniuncto §. parui. Item ſiue ſit laicus, ſiue clericus: ex ui uerborum tamen contra clericum non poteſt procedere laicus: niſi ratione feudi, 4 ut extrà de foro compe. c. uerum. & C. de epiſc. & cler. auth. ſtatuimus. & iſte Imperator Henricus quoſdam Epiſcopos propter rebellionem ſuis feudis priuari fecit. Bar.

4 Idē Par. in c. cæterū de iudicijs. q̄uis Barba. ibi contra.

g *Super dicto crimine.*] citata, uel citatum, per nuncium, ut eſt infra uidetur ergo, quod in hoc caſu non ſit neceſſe in citatione exprimi factum limitatum loco, & tempore, ſed ſufficit, quòd citetur ſuper crimine læſæ maieſtatis, ut hic apertè dicitur. Sed quid ubi aliàs ſuper dicto crimine debet procedi ordinarie? Reſpon idem, ut C. de exhiben. re. l. j. in fi. ubi dicitur, quod poſtquam citatus uenit ad iudicium, debet explorare, id eſt, dicere quare fuit uocatus, & ſic patet, quod in citatorio hoc non fuit expreſſum, & quod in criminalibus debent fieri citationes ſicut in ciuilibus. ff de pœn. l. abſentem & ibi not. & ff. de re iud. l. j & ibi not. Sed in ciuilibus debet citari reus, ut ueniat, & ſui præſentiam faciat, ut C quomodo & quando iudex. l. conſentaneum. & no. in auth. qui ſemel. eo. tit in glo. ſuper uerbo, uocetur: contrarium not. extra de dila. c j. per Bern. & allegat. 5. quæſt. 2. c. ſi primates. Sed ibi ſpeciale eſt, cum ad ſynodum uocatur Epiſcopus fauore dignitatis epiſcopalis. Sunt & alia multa, quæ fauore hominum qui in dignitate ſunt. ſtatuuntur, ut C. ubi ſena. uel clariſ. per totum, ſed in caſu præſentis conſtitutionis ceſſaret dictus fauor, pro eo, quod dictum eſt ſup. cuiuſcunque dignitatis, &c. Sed contra in d. cap. ſæpe de uerb. ſignif. quia quando fertur ſententia, debet citari ad hoc, & ſic uidetur, quòd in citatione debet inſeri, ad quod ſpecialiter citetur; etiam cum ſine figura iudicij procedatur. Et hic dicitur, quod uigore huius citationis generaliter factæ, quod ueniat reſponſurus ſuper crimine tali, poſſit ad ſententiam procedi. Sol. ſi citatus in prima citatione non comparet, procedet, quod hic dicitur, ſed ſi comparuit, & ſtetit ad proceſſum uſq; ad finem: ſi tempore ſententiæ non adeſt, debet citari ſpecialiter ad hoc, ut ibi ſit; ſi enim primæ citationi ueniendo ſatisfecit, ſi poſtea ſe abſentat, citari iterum debet. C. de bon. authen. iu. poſsiden. authen. ei, qui. Sed tunc ubi debeat citari, uel ad domum ſuæ habitationis, quæ fortè eſt in prouincia, uel in curia, dicam inf. in glo. ſuper uerbo, edictum. Et eſt aduertendum, quod licet hoc caſu, quando ſine figura iudicij proceditur, terminus peremptorius non ſit neceſſarius; ut dicam in gloſ. ſuper uerbo, in termino: tamen ubi quis citatur illa citatione generali, ad hoc, ut eius uigore poſsit procedi ad ulteriora, requiritur, quod fiat citatio peremptoria, uel tres, quæ habent uim peremptoriæ, ut d. leg. conſentaneum. & hoc ſiue fiat ante litis conteſtationem, ſiue poſt: ut ibi not. Item dicta citatio ſpecialis ad ſententiam audiendam ſimiliter debet eſſe peremptoria, ut l. ad peremptorium ff. de iudic. Aliæ uerò citationes, quæ fiunt in medio ad certum actum, ut ad uidendum iurare teſtes, & ſimilia; ſemper intelliguntur peremptoriè, ut extra de except. capitu paſtoralis. & ibi de hoc per Ioan. And: facit. C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi ead. ubi terminus ille intelligitur peremptorius, quod patet; quia ulterius non auditur. Dilationes uerò, quæ dantur ad probandum, intelliguntur peremptoriæ: cum nō dantur plures quam una niſi cauſa cognita, ut ff. de fe. l. final. Item ex eo, quòd dicitur, ſimpliciter ſuper dicto crimine, patet, quod loquitur hæc conſtitutio etiam ex parte accuſatoris. ſi citetur quod ueniat ad producendum, uel ſi inquiratur de

Citatio debet habere. cauſam, quare reus citetur.

Impo-

imponendo pœnam talionis :iſta enim ſunt de tangẽtibus iſtud crimen: ergo,&c.patet in textu.

a *Per nuncium.*]nuncium conſtituit ipſemet iudex, ut C. de ſport.l 2. & ibi no. & in auth de iud. §.neceſſarias. collat.6.& puto,quod poſſet conſtitui etiam infamis, licet ſit officium publicum: nam viliſſimis perſonis congruit ſecundum mores noſtros:

per nunciú,[a] vel per literas,[b] ſeu etiam per edictum,[c] pu-

ergo ab hac infamia non reppellit, vt C.de infam.l.j.li.10. pro hoc l.nec infames. C.de decurio.lib.10.ſed ſecundum leges deberent eligi perſonæ diuites, & approbatæ; vt in auth.de iud.§.his autem.col.6. facit,quia infamis poteſt eſſe procurator. inſtitu.de exceptio. §. fin. & arbitr. vt ff.de arbitr.l.pedius.aliàs incipit,parui, & ff.de poſt.l.j. §.ſed eſt æquiſſimum.Et ſi dicas,quomodo credetur ei; cum infamis non poſſit eſſe teſtis:ſtatim dicam.Item debet iurare,ſe facturum officium legaliter.argu. de fide inſtr.l.comparatione.& C.de ſec.nup.l.hac edictali.§.illud. & arg.in auth iuſiurandum.quod præſta.ab his §.j. collatio.2. puto etiam ſi non iuret,poſſe eum exercere officium, vt C.de arbit.authen.decernimus.eligitur enim periculo iudicis eligentis, vt d.authen.de iud.§. hoc autem. & ideo videtur, quod ſi non appareat, quòd aliquis ſit electus nuncius, quod non eſt curandum, cum ſtatim eo quòd ſibi ſit commiſsio de citando,in ipſa commiſsione,eligitur, ſed ſi ex lege municipali electio nunciorum deberet fieri a conſilio, & non a iudicibus:tunc deberet conſtare de ea. vel ſufficit,quòd eſſet in poſſeſsione exercendi illud officium.l. Barbarius.ff. de officio præto.& C. de teſti.l.j. nec poteſt nuncius aliquẽ citare,niſi fiat ei commiſsio.C. de exhiben. re.l.neminem. Sed an citatus debeat credere,eum eſſe nuncium? Reſpō. vt dicitur in auth.de colla.§.eos.coll.9.quod exactores,qui mittuntur in prouincias,antequam inchoent,debent ſuas literas inſinuare iudici prouinciæ. ex quo colligitur, quod ex eo. quod in curia ipſius iudicis appareat, quòd talis eſt nuncius. poſſunt citari per eum omnes ſubditi ſui in eius territorio. & in eadem prouincia, nec ei aliter fides fieri debet; & ſi credere debet, licet in multis partibus obſeruetur, quod tales nuncii habent aliqua ſigna quibus cognoſcuntur, in quo conſuetudo loci eſt ſeruanda. Sed ſi citaret extra prouinciam, non eſſet credendum ei ſine literis,ut dicto.§.eos.facit. C.de manda.princip.j.& hoc in iudicibus ordinariis, ſed nuncio delegatorum videtur credendum ſine literis, ut extra de offic. deleg capit.prudentiam. facit quod no.in tit. de citatione.§ 1.per Specu. Sed an arbiter, vel iudex inferior poterit vti nunciis ſuperiorum? Reſpond.ſic vt in authen. de defen.ciuita.§.deinde eos. colum.ſecunda. ibi, ex prouinciali officio &c.Sed an eidem nuncio deferenti debeat iudex credere, cum ſit uiuus? Quidam dicunt,quod non: vt l.iuſiurãdum. C.de teſtibus,contrarium eſt uerum, vt hic,cum in ſingulari dicant nuncium,facit C.de epiſ. & cle.l.omnes.§.ſi verò apparitor,& ita vtimur,& creditur eis in his,quæ ſibi commiſſa ſunt,& ex eorum officio dependent, vt ſe citaſſe,& ſimilia. facit ad legem Cornel. de falſis ſi quis decurio: quia ſimiliter etiam ſeruus de facto proprio interrogatur. l.interrogata.C.de quæſt.multò magis infamis. ſi verò ei committeretur aliquid vt refert quod alios feciſſe vidiſſet; tunc in modicis creditur ſibi: in magnis non catenus, ut iudex poſsit procedere,vt ff de reb co. l. magis puto. § ne tantum. & C. de accuſa.l. ea quidem facit. ff.de cuſtodia reorum.l.diuus.& quod dixi in glo.ſuper uerbo, nunciationem, &c.

Infamis procuraeſſe poteſt nõ autem teſtis.

Nuncium quẽ eſſe, an credatur ſine literis.

b *Per literas.*] 1 ſigillatas ſigillo proprio. vel publico,vt l.ſi publicatus.§.1. de publica. & C.de epiſc. & cler. ſi qua per calumniam. & ibi no. & extra de proba.c. poſt ceſsionem. Poteſt etiam ſigillare alieno annulo, dummodo faciat de hoc mentionem, vt ff.de teſtibus.l. ad teſtium.§ 2. de hoc in Spec.de citatione. §. iam de citatione. uerſ.literas Igitur puto, tutius eſſe, quod tales literæ publicentur manu notarij, & ita multi obſeruant: licet autem fiant literæ,tamen eſt neceſſarius nuncius, qui portet, ſed in hoc differt: quia quando ſolus nuncius mittitur, debet talis eſſe quod citatus debeat credere ipſum eſſe nuncium, vt in præcedenti gloſ.hic autem ſatis eſt.ut credat, vel credere debeat literas eſſe alicuius iudicis. Sed dices: quid ſi negare voluerit literas ſibi fuiſſe portatas? Reſpon iudex ſtabit in hoc relationi ſui nuncii: reus enim ſe citatum cognoſcit a iudice per literas: an autem fuerit nuncius, ipſius iudicis, eſt cognitio. nam & portare ipſas literas eſt ſignum euidens,quod ſit nuncius. Argumentum.ff.de lega.primo.ſeruum filij.§.eum, qui chirographum. & C.de donatio.l j.Sed an actor ipſe poterit portare literas citatorias? videtur expreſſum,quod ſic. ff.de fur.l.eum qui. §.ſi epiſtola. uerſic.ſed ſi interfuit. ubi ſi quis pro ſeipſo portat epiſtolam, ſi pars negaret eam ſibi præſentatam fuiſſe: eſſet graue,quod ipſi auctori crederet:niſi forte literarum præſentationem probaret per alios, & ideo ſi præſentaret coram teſtib. & notario,qui inde conficeret inſtrumentum, putarem ſufficere.

1 Literæ quando ꝓbant no. Bar. in l. non Epiſto. C. de prob.

c *Per edictum.*] Iſte modus * citandi conuenit ordinarijs, & delegatis a Principe, & non alijs,vt C.quomodo, & quando iudex.authen. qui ſemel. Item non ſolum in his caſibus, ſed in alijs omnibus, ut ibi patet: ſed de iure canonico non poteſt fieri, niſi de ſola commiſſione Papæ, & tũc ſolum contra eos, qui procurant, ne ad eos citatio perueniat, uel ad quorum loca non poteſt tutè accedi, & ut extra de iud.capit.2.in clement. quæ limitatio ſecunda fuit multum æqua: ut ibi patet, ſic puto iudices in foro noſtro debere practicare: nam iſti tres modi citandi permittuntur alternatiuè, & ſic iudicis arbitrio, ſed in his debet ſeruare æquitatem, ut in auth.iuſiurandum, quod præſta.ab his.§.j. & per Innoc.extra de conſtitu.cap.fina. glo.notabilis. & Archid. de conſtitu.libr 6. Si ergo poteſt per nuncium citare, uel epiſtolam, uel literas. non eſt æquum quod citet per edicta, & ſi faceret, grauaret partem, & ideo per iudicem appellationis poſſet infringi proceſſus: hoc autem, ſcilicet, quem impedire,ne ad eum citatio perueniat, uel non poſſe accedi tutè, ſæpe accidit, ſcilicet, quando citatur aliqua ciuitas, uel domus, aut multi ciues unius ciuitatis.argumen.extra de reſcrip.c.ſtatutum.§. cum uero eiuſdem.libr.6. Item ſi locus, in quo perſona eſt citanda, eſt rebellis: non enim tutè mittitur nuncius ad locum inimicorum, ut l. ſciendum.§.ſi accuſatio.ff.de leg.& leg de ætate.ad trebellianum,& l 3.ff ex quib.cau.maior.§ ſi accu.puto tamẽ rectè fieri, antequam hæc citatio fiat, quod ſuper hoc ad iudicis informationem aliquid cognoſcatur,ut dicta leg.ætate. Sed quis terminus in tali edicto ponetur? Reſpond. congruus, ut poſsit uenire in notitiam citati, ut poſsit poſtea ad locũ citationis comparere in ciuilibus, ut dicto cap.j. de iud.in clement. ne alias edictum contineat impoſsibile, ut ff.de eo,quod certo loco.l.2.§ ſi quis ita. In criminalibus uerò datur dilatio longior,ſecundum formam legis 2.C. de exhibendis reis, quæ tamen dilatio non uidetur neceſſaria in hac lege, cum abſque figura iudicij procedatur; cum illa ſit ſolemnitas iuris ciuilis, ut no.in glo.ſuper uerbo figura.Sed qualiter ſciat iudex moderare terminum, cum ignoret, vbi reus moretur? Reſpon.tex.eſt. C.quomodo, & quando iudex.authen.qui ſemel, ubi dicitur, quòd iudex præſens debet examinare, ubi ſit reus, ſed hoc uidetur impoſsibile quòd teſtes examinati coram iudice hoc dicant, ſcilicèt aliquem modo eſſe Florentiæ, unde debet ſic intelligi,ut dicit tex.in auth. de exhi.re §. ſi illud uere.col.5.ubi dicitur, quod iudex examinet inquãtum poſsit.in quam terram abijſſe dicitur:ex eo ergo, quòd dicitur abijſſe,apparet ꝙ ſufficit ſola fama, uel uulgi opinio, quod in certum locum dicũtur abijſſe, quòd ergo in dicta auth.dicitur,ubi ſit.id eſt, ubi eſſe dicitur. 2 & ex eo,quòd dicitur examinet, poterit intelligi ſummatim ad ſui informationem, etiam parte non citata: ut ibi no.hæc eſt practica uera, & pulchra, & eſt notabilis. Quid ſi hanc examinationem non fecerit? Certe aliquid de ſubſtantialibus, 3 uidetur omiſſum: uſus tamen,& communis practica hoc non patitur, ſed ſatis eſt aſsignare terminum congruentem per diſtantiam loci, ubi eſt, uel ubi habitare conſueuit,ubi citare ſufficit,ut l.j.§.j.ff.de lib.agn.l.3 §.domum. alias prætor ff. de damn. infect. Quid ſi intra terminum compareret aliquis, & dicit citatum abeſſe, petens ſibi terminum prorogari, ut citatum inueniat, & ei denunciet, an ſit audiẽdus? Reſpond.4 Iſte videtur excuſator veniens ad allegandum cauſas abſentiæ, ideo audiendus eſt, faciendo fidem de abſentia:quo facto, ſi petat terminum, ut eum inueniat, & ei denunciet, audiendus eſt.C.ubi de cri.agi opor. auth. qua in prouincia. Sed quid ſi talis reuertens dicit ſe illum diligenter inquiſiuiſſe, & non potuiſſe inuenire, ubi eſſet? Reſpond.quod procedet iudex tanquam

* Adde ad exornatũ huius gl. Felyn. in c n.§. porro. nu.13. & 14. ut lit. non conteſt.

2 Idẽ Bal. in auth.q. ſemel. in gl alleg.

3 Imò nõ eſt de ſubſtãtialib⁹ ſecũdum Bal. in authent.

4 Sequuntur Cyn. Salyc. & Bal. in d. auth. qua in prouincia inf.alleg.

tanquam contra contumacem:nam poſt illam dilationem auditur ille,ſi ueniat,uel mittat legitime: alias ſecus;ut dicta auth.qua in prouincia:hic autem neutrum facit.Sed an prædictis modis pōt quis citari ubicunq; etiam extra territorium ciuitatis?quod uī.C.de epiſc.& cler. l. omnes.§.ſi verò apparitor.& ff. de offi præſ.vrb. l. 2. vbi ſubditum ſuum quis citat ēt extra territorium exiſtentem.

blicè [a] **propoſitum cita-ta,** [b] **vel citatum** [c]

In contrarium eſt caſus extra de re iud. cap paſtoralis. ubi declaratur, ꝙ Imperator per ſe non poteſt citare eum,qui eſt in terris eccleſiæ, ſed debet ſuperiori denunciare,ut ei denunciet,Cyn. in quadam diſputatione dicit.ꝙ illud fuit compoſitum per errorem canoniſtarum, ſed cum illa decretalis fuerit facta in generali Concilio,vbi eſt copia magna intelligentium,non eſt veriſimile,ꝙ in illo capitulo fuerit erratum.vnde temeraria eſt dicta ſolutio, vnde dicit. 1 Paulus de Leaza in d.c.ꝙ ille,qui eſt iudex alicuius ratione domicilij, poteſt citare illum extra territorium quacunq; citatione:cum talis abſens alium iſto ſuperiorem non habeat, per quem citari poſſit, & ita loquūtur iura prædicta:ſi uero loquimur de ſubiecto ratione delicti, vel contractus, & ſic per accidens: tunc talis iudex non citat extra territorium,ut d. c. paſtoralis. & hoc quo ad executionem faciendam in rebus, quæ alias non ſunt in territorio citantis,ut extra de fo.comp.c. Romana.§. contrahentes.lib. 6. Sed certè primum membrum ratione domicilij placet, ſed ſecundum diſplicet , primò per dic.§.contrahentes vbi fit citatio extra territorium , etiam quo ad pronunciationem dimittendo in bonis, quæ non ſunt in territorio citantis. Secundò quia directo eſt contra caſum huius conſtitutionis, ꝙ ſic intellexerit Imperator , patet , quia citationem factam de rege Roberto , exiſtente extra territorium , aſſerit legitimè factam , & loquitur hic de citatione facta a quocunque qui præeſt iuriſdictioni. idem in cauſa capitali , & ſi dicas , hoc Imperator non potuit: concedo in terris eccleſiæ. Dic ergo,quod Papa poteſt citare quemlibet , ubicunque exiſtentē : quia ipſe eſt uicarius Chriſti,cuius eſt terra,& plenitudo eius,orbis, &c. ut extra de iud.c.1 in clem. Item per uniuerſum Imperium officialis,qui præeſt uni prouinciæ, poteſt citare homines exiſtentes in qualibet prouincia Imperij : quia hoc facit authoritate Imperatoris,ut d.l.omnes.§.ſi verò apparitor, & d.l. ſecunda, de offi præf. vrb. & hic. ſed Imperator, uel alius Princeps ſecularis non poteſt citare quem in terri. eccleſiæ:quia etiam illas terras ſibi libere reſeruauit, ut d. c. paſtoralis. debet ergo ſcribere ſuperiori illius loci vbi perſona citanda moratur, ut notificet ſibi , ut ibi, & ff. de requir. re. l.prima. Sed quid,ſi ille iudex reſcribat, quod non vult ei notificare ? Videtur, quod non imputetur hoc reo, quia per eum non eſt factum,ut ff. quod vi,aut clam.l.prima , ſed ſecundum hoc iudex non poteſt expedire proceſſum : ergo dic,quòd habebitur tanquam legitime citatus: licet enim ipſe de ſe nō impediuerit citationem fieri , impediuit tā defenſor eius, ſ.ſuus ſuperior ; quod ſufficit . extra de edict.c.cauſam.in clemen.ibi,uerum ſi per appellati,aut ſuorum,&c.Vel dic,quòd propter eius negligētiam poterit ipſe iudex citare per edicta, uel nuncium,ſicut ſi eſſet in eius territorio argum.C.ubi in rem act l.ſecunda,& de iud. l.nulli.& quod ibi bene no. & hoc plus placet mihi . Quid ſi in primo termino citatus comparet; & poſtea ſe abſentauit:qualiter citabitur? Reſpon. 2 aut prima citatio fuit facta ſimpliciter, quod compareat ſuper tali negotio reſponſurus,& tunc ueniendo ſatisfecit primo termino,& eadem ſolemnitate eſt citandus hac ſecunda citatione, ſicut in prima,ut dictum eſt ſup. in gl.ſuper uerbo,ſuper dicto crimine. Aut prima citatio facta fuit magis extenſè,dicendo.ꝙ ueniat reſponſurus ſuper tali negotio,& ad procedendum in cauſa prædicta,ut iuris fuerit, vſque ad finem,& tunc ueniendo non ſatisfecit termino , niſi ſtet vſque ad finem: quia tunc eſt intelligendum , ut ſtet in conſpectu iudicis, ideo tunc ſufficit citatio per præconem ipſum citando per ciuitatem,quod talis iudex facit citare talem : tunc enim ſi comparet,procedetur in cauſa,aut enim erat præſens in ciuitate,& non comparet, & talis proclamatio arctat eum.l. ſi eo tempore C.de remiſ. pig. Aut non erat præſens,& ex eo,quod ſe abſentauit à ciuitate, erat contumax ex uirtute primæ citationis , & ex hoc quia morari debet in ciuitate, ubi eſt curia.licet in quo loco ſit,incertum ſit.Sic etiam admittitur , citatio per præconem , quando eſt incerta perſona,quæ citatur,ut dicam inf. nec obſtat prædictis. C. de bo.auth.iud poſſid.l.ea.& auth. ei,qui. & in corpore,unde ſumitur: quia ibi promiſit,& iurauit de iudicio ſiſti, magis reſpectu partis ut ei committatur obligatio ad intereſſe,vt ff.ſi quis cau.l.2.in fi. quàm reſpectu iudicis,ut dicatur contumax ſi ibi non eſt: ideo debet ſolemniter citari, facta inquiſitione, ubi eſſe dicitur.Conſulo tamen ad fugiendū prædicta, quod reo comparente in primo termino in cautis , in quibus non eſt locus detentioni , ut ei dicatur à iudice , ut certum locum in ciuitate eligat,ubi ſit citandus:ſicut enim poteſt eligere domicilium, ut ff.ad municipa.l.domicilium. & l.nihil.ita poteſt eligere , quò ad certum actum . Quidam autem præcipiunt tali ſic comparenti,quia eſt lex longinquo, ut ſingulis diebus,& horis quibus redditurus , comparet coram eo. Et quia de citatione,quæ fit per præconem,facta eſt mentio;quæro,quando licet per præconem citare? Quidam dicunt,quod citare licet reum , non actorem , ut C. quomo. & quando iud. auth. qui ſemel.& ita uidetur tenere Spec. in tit.de cita. §. ſequitur. circa princ. Sed certè ratio poſita in auth.qui ſemel.ſcilicet, quòd uox præconis paucis innoteſcit,eſt communis ad actorem,& reum,unde dictum Specu. poteſt eſſe uerum in eo caſu quo reus poteſt eſſe in loco,ut dixi:dic ergo aut eſt citanda perſona certa, quia conſtat de eius intereſſe , aut ignoratur , quis ſit ille cuius intereſt. primo caſu ipſa perſona citanda eſt nominatim. ff.de vent.inſpicien l.1 § pen. Sed qualiter?aut eſt certum, ubi ſit,nec alibi eſt ex uirtute citationis,& non poteſt citari per præconem,i. uocem præconis , ut d. auth. qui ſemel. aut debet eſſe in aliquo loco uirtute citationis, ſed ignoratur locus. quia neſcitur in qua parte ſit ciuitatis, & ſufficit citatio per præconem,ut ſup oſtenſum eſt,ut l ſi eo tēpore. C.de remiſ.pig.cum iſta citatio nō præiudicet,niſi præſentibus,ut ibi patet,facit quod no.per Inn.ext.de maio.& obe. c.fi.& hoc niſi citanda eſſet aliqua multitudo. C.de decur. l.2.lib.10.& no.per Innoc.in d.c.fi.extra de maior. & obe. ſi uero ignoratur,quæ ſit perſona, cuius intereſt citari;tūc ſufficit citari per præconem,ut l. ſi uacantia.C. de bon.uacan.lib.10.& d.l.ſi eo tempore.

1 Et idem Zaba ibidem.

2 Idem Bar. & Alex. in l.4. de dam. infect.

a *Publicè.*]ſolam propoſitionem requirit : ſed de iure can. debet prius uerbo,literas legendo , in aliquo publico loco citari:poſtea literæ debent affigi publicè,ſcilicet, in foribus maioris eccleſiæ,ut c.1.ext.de iud.in clemen. hic enim circa locum loquitur large , quòd ſufficit publicè proponi in loco,ubi ius redditur,uel in foro nundinarum,uel alibi,ubi moris eſt publicè fieri præconia,ut 2 conſti.C. circa fi. ibi, edictis ex more propoſitis , quanto tempore edictum ſtet affixum , ibi non exprimitur. unde erit in arbitrio iudicis, ff.de iure delib.l.prima. Sufficit autem in actis ſcriptum eſſe,quod edictum fuit publicè propoſitum in tali loco: nec eſt neceſſe ſcribi,quod tanto tempore ſtetit:nec etiam præſumitur inde ſublatum, cum hoc facere ſit delictū , ut l. ſi quis id,quod ff.de iur.omn iud.cautius tamen eſſet,ſi quis de hoc faceret fieri ſcripturam . Præconia etiam debent fieri in locis publicis,& cognitis,ut d.conſt.C.circa fi.& ſufficit,quod præco referat ſe præconizaſſe per ciuitatem in locis publicis,& conſuetis,etiā ſi non exprimantur loca : nā talia loca conſueuerunt eſſe notoria , & ſic expreſſio non eſt neceſſaria,ut ff de contr.emp.l. cum ſeruo. §. fin. & ſic obſeruat conſuetudo,&c.

Præconi credit dicenti, aliquid ſe præconizaſſe.

b *Citata.*]perſona uel ciuitas.

c *Citatum.*] corpus uel collegium . ſed qualiter hoc fiat in citatione, quę fit per edictum , clarum eſt, ꝙ ibi ſufficiat propoſitio in loco publico , ut in pręcedenti glo. ſed cum fit per nuncium, uel per epiſtolam , quem citabit nuncius eius,uel cui literas pręſentabit?Io.And.ext de conceſ.pręb. c.ſi capitulum.lib. 6 dicit, quòd requirat eum , qui habet conuocare tale collegium, quod illud congreget more ſolito,quòd ſi ſe includeret,uel impediret,ne fieret propoſitio, uel pręſentatio perinde eſt ac ſi eſſet facta , quod ſatis placet. Poteſt etiam dici, quòd ſicut unum hominem ſingularem quis poteſt citare,licet ſolum caput eius reſpiciat, & non aliud corpus ff. de in ius uocan.l.ſtatis & argumen. l cum in diuerſis ff de relig. & ſump. fun. ſic etiam quis uniuerſitatem poteſt citare citando caput eius: hoc eſt illos,qui pręſunt uniuerſitati,ciuitati,cōitati,uel collegio,vt l.municipibus ff.de cond.& dem. Poteſt etiam dici,ꝙ ſicut tutor poteſt citari in cauſa pupilli: ita hoc modo rectores

in cauſa vniuerſitatis arg. de pactis.l.item magiſtri. & l. ſequen.& de adimitur l j.§.ſufficit.Sed tu dices;illud verum eſt,quando commiſſio fieret de citando tutorem,ſed ſi fieret de citando pupillu.n.an ſufficiat citare tutorem?poſſet dubitari.& ideo conſilium eſt, quod fiat commiſſio de citando tutorem,& pupillum,& de citando rectores, adminiſtratores,& vniuerſitatē: tunc ſine dubio iuſti ent citate rectores. Poteſt etiam dici,quod ſufficiat , quod nuncius per terram clamet , quod ipſe ex parte talis iudicis citat talem vniuerſitatem,cū enim talis citatio fiat de multitudine,ſufficit fieri per prœconem,vt dictum eſt ſup.in gl. ſuper verbo,edictum.Per citationes autem iſtas,quæ fiunt de rectoribus vniuerſitatis, conſtituitur contumax ficte, non autem dicitur verè contumax:quaſi dolo ſe occultans ſe ff.de reg.iur.l.non poteſt dolo carere.

neglexerit[a] in termino[b] perſonaliter,[c] vel legitimè[d] comparere, contra ipſam,vel ipſum perinde,[e] ac ſi præſentialiter omnibus intereſſet, vel lis foret legitimè cōteſtata,[f] tam ad receptionem[g] teſtiū, & eorū publicationē,[h]

ut ff an per alium cauſa appel.l j.Item procurator rei debet ſatiſdare iudicatum ſolui:nulli à dicta ſatiſdatione à dño fuerit reuelatus, ut inſti.de ſatiſda §.ſi uero dominus. ſed dic, quòd procurator non poteſt ſatiſdare:nec dñs à ſatiſdando releuare eum poteſt. Item quod Dy. dicit de ſtatuto,eſt aduertendum, quia ſtatuta Italiæ communiter permittunt damnari abſentē propter contumaciam tantū, ſed ſi admitteretur procurator, iam non eſſet contumax. non obſtat § publicè nam vbicunq; poſſet damnari abſens, de iure communi iudex debet ex officio perquirere ueritatē pro utraque parte,vt C.quomodo,& quando iud auth qui ſemel.& de app.l.amphorem.§.j.& dicam ſtatim in gl.ſup verbo,receptionem.alias,examinationem merito quilibet excuſans innocentiam auditur, non vt procurator, ſed ut quilibet, & hoc quod dicit ibi text. quamuis verba facientem,&c.ex eo quod dicit,quamuis, apparet. ꝙ non requiritur,ꝙ ſit procurator , & hoc dixi in §.ad crimen. l.pen.ff. de pub.iud.non obſtat hæc litera:quia expone,ꝙ intelligit eo caſu, quo pœna a relegatione infra venit imponenda, & intelligitur legitimè,l.per procuratorem eo caſu,quo venit imponenda pœna a relegatione infra,quod poteſt eſſe in his,quæ ipſum crimen quoquo modo tangunt , ut ſup. dixi in glo.ſup verbo tangunt.Item ad ipſum crimen poteſt referri,& dic perſonaliter,id eſt, quando aliqua perſona citata eſt legitime,uel quia procedit contra aliquam cōitatem,vel corpus,uel collegium,& ſic no.caſum, ꝙ etiam uniuerſitas in capitalibus rñdet per ſyndicum , ut C. de re mil.l.tam collatores lib.12.& no.per Cy.C qui accuſ. non poſſ.l.2 eodem modo eſt caſus : ſi per uniuerſitatem fieret accuſatio,poſſet proſequi per ſyndicum, cum hic loquatur generaliter ex parte rei,& actoris, ut dixi ſup.in ſi gl.ſuper uerbo,dicto crimine.licet Dyn.& Cyn communiter dicāt contra in d.l.2.& 3 ff.de accuſat.§.fin.

Vniuerſitas in capitalibus ꝑ ſyndicum reſpōdet.

1 Nota ex hac glo. ꝙ quis negligens eſſe nō debet , ſed uigilās ſecundum Spe.de poſit.§.7.ver. 16 quia negligētia eſt eruditionis nouerca . 83.diſtinc. nihil Cardin in clemen.2 §.j. de ſepultu.

a *Neglexerit.*] 1 vere ficte, ſeu præſumptiue , hæc enim conſtitutio non requirit,quod quis ſit vere contumax , quod patet ex modo citandi per prædicta, de qua citatione non conſtat,quod ad notitiam citati perueniat, & hoc niſi iudici conſtet hoc ad citatum non perueniſſe, vel ipſum fuiſſe legitimè impeditum,quo minus veniat. & tunc ſi ultra ꝑceditur,ipſo iure nullum eſſet:quia deeſt ſubſtantiale:nam non vere,nec ficte negligit,quod requirit hæc lex:& notatur per glo.ff.de re iudicata l.quæſitum & ſuni opinio.Placent.in l.contumacia.§.fin eod titu. Sed quid ſi in termino citationis compareat aliquis excuſator,dicens citatum fore abſentem,& ita, quod non poteſt in eius notitiam ꝑuenire,vel quia eſt legitimè impeditus, & iudex ultra procedit,an valeat? Dic,quòd ſi excuſator obtulit ſe probaturum,& iudex contempſit,quod proceſſus eſt nullus, quaſi per iudicem ſteterit, quod minus fiat. alias ſecus , facit extra de app.cap.interpoſita ſaluum tamen eſt ius parti petendæ reſtitutionis ex cauſa iuſtæ abſentiæ.C.quomodo,& quando iudex.l.ab eo.& ff.de in integ.reſti l.ſi & quod ibi no. An autem ſit neceſſe,quod in termino quis contra citatum ſe præſentet,vt neglexiſſe dicatur? Reſpon.non,cum proceditur per inquiſitionem factam ex officio, vel per denunciationem,cum iudex ſedens ſemper ſit præſto,ſed cū per accuſationem proceditur,ſecus videtur: ad ſimilitudinem cauſarum ciuilium, ut C.de iud.l. properandum.§ j. ſed in criminalibus hoc eſt diuerſum: quia, accuſatore deſiſtente,vel defuncto, poteſt iudex procedere,ut C.de abo li.l.2.& ff de pub iud.l.pen. in prin etiam ſi conſtaret,quod iudex vellet ibi ſupplere defectum partis,ſufficeret. Et ideo quidam in partibus Italiæ faciunt ſibi concede, licentiam ab accuſatore,vt eo abſente,poſſint expedire proceſſum,& tunc conſtat. quod partis ſupplet iudex defectum: in caſu tamen huius conſtitutionis conſtat,quòd hoc non requiritur,cum poſſit ſine figura iudicij procedi.

Accuſatore deſiſtente , uel defuncto, poteſt iudex procedere.

b *In termino.*] ex hoc,ꝙ ſingulari numero loquitur,patet, quòd vnus tantum terminus fuit aſſignatus,ex quo patet, quod in his , in quibus poteſt procedi ſine figura iudicijs, terminus intelligitur peremptorius,etiam ſi non exprimatur;facit extra de verbo.ſign.c.ſæpe.Item ſi index ſua voce admoneret eos,vel aliquem ad audiendum ſententiam,intelligitur peremptoriè. C.quomodo, & quando iud.in l.2. & ibi no.alias peremptoriè dici debet,ut dixi ſup.in gl.ſuper verbo,dicto crimine. Item admonitiones. & proteſtationes,quæ fiunt text iudicium,intelligūtur peremptoriæ, cum ſemel ſufficiat fieri l.Titia.§.Imperator ff de le.ſ.

c *Perſonaliter.*] hoc eſt uerum in crimine,ubi eſt pœnæ infligenda in corpus.

d *Legitimè.*] ut per procuratorem, uel ſyndicum, & ſic vſ caſus,quod in cauſis capitalibus,in quibus poteſt fieri ſententiam in abſentia,admittitur ꝓcurator, quod tenet Dy. in §.ad crimen.per regulam poſitam in l.ſeruum quoque . §.publicè de proc.& dicebat. ꝙ ubi per ſtatutum in cauſis capitalibus poteſt damnari abſens,poteſt interuenire procurator,quod non placet:nam etiam de iure antiquo reperitur in caſibus , ꝙ abſens poteſt de capitali crimine damnari in caſibus ſpecialibus.C.de pœn.l.ne diu.& ff.ad leg. Corn.de Sic.l.lege Corn.ver & qui hoc crimen. ſm unum intellectum. Item in cauſa appellationis altera abſente,lite non conteſtata,poteſt deueniri ad diffinitiuam.C.de rē. appel.l.ſi §.illud,& tum tunc non admittitur procurator,

e *Perinde.*] non tamen per omnia, & ſic gratia contrarietatis tollendæ, non enim ſic poteſt fieri executio in abſentem,ſicut in præſentem, de qua executione hic dicitur, & infra dicetur, & idem in omnibus, quæ in abſentem non cadunt, ſicut in præſentem. de hoc multum no gloſ. ff.ad leg.Iul.pec.l.ſacrilegij.ubi autem contrarietas non reſultaret,perinde eſſet, quo ad omnia.ſ.quo ad tempus, quo ad modum, & quo ad cæteras qualitates , & idem in cæteris aduerbijs,& nominibus ſignificantibus ſimilitudinem, ut ff de alimentis.& ciba.leg l.a filio §.teſtator .

f *Conteſtata.*] contumacia,de qua dixit,ex una parte æquiparatur perſonali præſentiæ , & litis conteſt. ex alia parte: nec enim ſufficeret,quem eſſe præſentem,niſi lis eſſet conteſtata,quando ordinariè proceditur;nec ſufficeret litis cōteſt.niſi quis eſſet præſens. l.abſentem. ff de pœnis. & hoc in capitalibus.in alijs ſecus,ut no.in d.l.abſentem & ibi dixi.Et no.diligenter. quòd ubicunque abſens poteſt damnari,peruenitur ad diffinitiuam ante lit.conteſt. quia illa contumacia habet uim conteſtationis,ut C.ubi in rem actio.l. 2.& ſic puto actionem perpetuari etiam pro actore, ſi ipſe eſſet contumax,ſeruatis omnibus conditionibus,quæ ponuntur in auth.qui ſemel.C quomodo & quando iudex , cum talis contumacia habeat uim conteſt. lit. pro utraque parte, quod patet ; quia pro utraque parte iudex examinat cauſam .

g *Receptionem.*]hoc facit pro utraque parte,nam iudex debet perquirere ueritatem pro utraque parte,ut in authent. qui ſemel C.quomodo,& quando iudex ibi,perquiſita ueritate,&c poteſt etiam abſentem abſoluere. C.de iud.l.properandum §.ſin autem ex geſtis.maximè in cauſis capitalibus,ubi etiam ſi poſt ſententiam appareret de innocentia, debet iudex Principi ſcribere.ff.de quæſtio.l.prima.§.ſi quis ultro Item ex hoc apparet,quod ex ſola contumacia de iure communi quis non habetur pro confeſſo , ut dixi in l. lex Cornelia.§.fin.ff.ad Syllanianum.

h *Publicationem.*] No.in caſibus. in quibus poteſt procedi ſine figura iudicij,requiri publicationem . Item no.in criminibus publicationem fieri. Item no procedi ad receptionem,& publicationem teſtium,lite non conteſtata, etiam contra. eum, qui non eſt uerè contumax, quod eſt contra ea,quæ no.Dyn.ff.de damn.infect.l.4.§.toties.& ſic facit pro nobis,& his,quæ ibi diximus.

Confeſſionem nō inducit de iure cōmuni ſola contumacia.

a *Sequentia.*] vt probationes teſtium, productiones inſtrumentorum, & allegationes, ut C. de iud. auth. iubemus, & ad interrogationes teſtium pro declarandis dictis eorum, ſi quæ eſſent obſcura concluſionem in criminalibus non non puto fiendam; imò quandocunque quis ſe uellet defendere, debet audiri, ut l. unius. §. cognitutum. ff. de queſtio. & arg. l. 1. de queſtio. in ſi. intelligo tamen actori dandas duas

& ſequentia, [a] quàm ad definitiuam [b] ſententiam, & eius executionem [c] procedatur [d] legibus, [e] & conſuetudinibus non obſtantibus [f] quibuſcunque.

dilationes reo, tres cum aliqua cauſæ cognitione. l. fin. ff. de fe. alias dilationes dabit iudex cum maiori cauſæ cognitione. hanc tamen puto ſufficere, quod uideat iudex dilationem poſtulari pro ueritate, non cauſa differendæ litis, & hoc modo debet intelligi §. cognitutum. De effectu autem publicationis dixi plenè in repetitione, quam feci de auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex.

b *Diffinitiuam.*] Vides ergo caſum, in quo, abſente reo, poteſt negotium liquidari. & diffinitiuè pronuntiari in criminalibus. ſimile C. de pœ. l. ne diu. & ff. ad leg. Cornel. de fica. l. lex Cornelia. uer. & hoc crimen ſecundum unam lecturam in capitalibus hoc erat de iure antiquo, ut ff. de pœn. l. abſentem, in ciuilibus uero quid iuris ſit, actore abſente, uel reo, dic, ut C. quomodo, & quando iud. authen. qui ſemel. & C. de iud. properandum. §. 1. cum ſeq.

1 Nota hic ꝙ executio latæ ſententiæ ſup attentatis debet, ueniri anteꝗ cognoſcatur de principali. Ro. conſ. 1. 2. & cõſ. 99. & ſi eſt lata ſup poſſeſſione: debet fieri executio antequam de petitorio cognoſcat, vt no. idem Ro. conſ. 113.

c *Executionem.*] 1 Hic eſt caſus, quod pars non eſt iterum citanda tempore executionis, quod eſt uerum ſi per ſententiam liquet, executionem ſic eſſe faciendam, ut ſi cõdemnatio facta ſit in rem, ut ipſa res capiatur, & uendatur, uel ſi eſt facta condemnatio in perſonam, ut perſona capiatur, & puniatur: ſolum enim hoc eſt neceſſe ſciri, quod ſit illa perſona condemnata, & ideo exigitur ab eo quædam confeſſio ſuper hoc, & proceditur ad executionem: alias ſecus, ſicut erant, cum capiebatur aliquis aduocatus ut ff. de cuſtod. reo. l. diuus. verſ. & ſi diuus Pius, & ibi dixi. Si autem condemnatio eſſet facta in pecunia, & pro ea caperentur, uenderentur res, & una res pro alia: tunc debet pars citari, quia in hoc certa cauſæ cognitio requiritur, ut l. à diuo pio. §. ſi in uenditione. ff. de re iud. & ibi dixi.

d *Procedatur.*] Innuit, quod iudex habeat neceſſe facere hoc in contrarium uidetur l. non quicquid ff. de iud. & C. quomodo, & quando iud. l. 1. Sol. inſtantia cauſæ criminalis eſt biennium, ut C. ut intra cer. temp. crimi. quæſt. termi. l. 1. unde non cogitur ſententiare, niſi propè finem biẽnij, ut C. de iud. l. properandum. §. huiuſmodi. & no. C. quomodo, & quando iud. l. 1. Et ſic no. pro aſſeſſoribus, quibus limitatur certum tempus ad finiendum proceſſum, quod no poſſunt ante expedire niſi propè finem termini, & hoc, ut non cogantur ante ſententiare: ea autem lata, executionem cogitur facere ſecundum formam l. ſi quis intra. C. de bon. damn. & etiam in perſonam, ſi haberi poteſt. l. cum reis. & l. ſi indicari. C. de pœnis.

e *Legibus.*] hæc eſt quarta pars, in qua ponitur clauſula derogatoria.

* Adde Fely. in c. nõnulli. in prin. nu. 2. & ſeq. & num. 5 de reſcri. ubi latè de lege, & ſtatuto, hñtibus derogatoriam, & an de eis ſit ſpecialis mentio facienda, & ſub nu. 10. ubi latè exornat dicta Bar. hic.

2 Iſtud eſt de mente Felyn. in C. nonnulli. extra de reſcrip.

f *Non obſtantibus.*] Clauſula * hæc, non obſtantibus, quid importet dicendum eſt. nam quandoque refertur ad iura municipalia ciuitatis: quo caſu aut procedunt iura derogatoria, & eſt neceſſaria clauſula, non obſtantibus, ut C. de preci. imp. offe. l. quoties & ibi no. & ſi contra ius, uel utilitatem publi. l. ſi. & ibi no. & ff. de conſti. princ. l. 1. in fi. & ibi no. Sed an neceſſe ſit quod dicatur nominatim, nõ obſtante tali lege? glo. in d. legibus dubitant, ſed glo. in auth. hoc inter liberos. C. de teſt. uidetur tenere, quod ſit neceſſe exprimi. Item no. ff. de leg. 3. l. ſi quis in princ. Alij, quod nullo modo requiratur, ut ff. de excuſa. tuto. l. idem Vlpianus §. 1. ſed ibi tutela eſt onus temporale, & ideo de fa. illi poteſt remitti: nec habet præcedentem legem derogatoriam ut C. de preci. impe. off. l. quoties. alias eſt neceſſe, ꝙ dicatur, non obſtante tali lege. Sed puto, 2 quod ſufficiat, ſi dicatur, non obſtante aliqua lege derogatoria, uel quæ hoc fieri prohibeat, & ſimilia. Hoc enim eſt expreſſe mentionem facere de certa ſpecie legum: non enim eſt neceſſe, quod nominetur lex; hoc enim eſt nominatim, & ſingulariter mentionem facere, & hoc non requiritur, ut d. l. ſi quis, in princ. & ibi declaraui, & hoc cum Imperator reſcribit ad priuatam utilitatem alicuius. ſed ſi ipſe reſcriberet ad utilitatem publicam, uidetur contra omnem l. contrariam diſpenſare, ut ff. de re iud. l. quædam conſulebat in ſi. ratio: quia tunc nulla præcedit clauſula derogatoria. nam l. reſcripta, & l. nec damnoſa. C. de precibus Impera. offe. habent in ſe clauſulam derogatoriam ſolum ad reſcrip. a ad utilitatem partium conceſſa, & ideo ſi Imperator aliquid ſtatuit ius commune corrigendo, non eſt neceſſaria clauſula illa, non obſtante aliqua lege: quia eo ipſo, quod poſteriores condit. contrarias, priores uidetur tollere, ut l. nõ eſt nouum, & l. ſed & poſteriores. ff. de legi. & extra. de conſtitu. cap. 3 lib. 6. hic ergo iſta clauſula non fuit neceſſaria: nec eſt dubium, quin poſſit tollere ius commune; etiam ſi præcedit aliqua clauſula derogatoria. nec obſt. C. de legibus. l. humanum. & quod ibi no. Quod ergo dices in ſtatuto, ſi præcedit aliud ſtatutum, habens clauſulam derogatoriam, an ſit neceſſe, quod fiat ſpecialis mentio de primo? puto, quod ſic, 3 arg. d. l. ſi quis. in princ. & dixi in repet. l. omnes populi ff. de iuſt. & iu. & pro hoc facit, quia quicquid iuris ſit in priuata, aliqualis ratio eſt in populo: nam ſicut priuatus præmittit illam clauſulam, timens ne inſtigatu, vel deceptione aliquorum ad aliud inducatur ita populus, vel vniuerſitas videtur timere, cum æquiparetur priuato, quæ ratio ceſſat in Principe, ius condente. Sed ſi ſtatutum præcedens non habet clauſulam derogatoriam, eodem modo per ſequens ſtatutum contrarium primo primum videtur ſublatum eadem ratione, & hæc uera, ſi præcedentia iura ſunt omnino contraria: ſi autem per aliquam limitationem, uel diſtinctionem adiuuari poſſunt, non tollentur, ut d. l. ſed & poſteriores. nam auth. offeratur. de li. conteſt. quæ dicit ſpecialiter ſatiſdandum; reſtringitur ad eum, qui non poſſidet immobilia, ut l. ſciendum. ff. qui ſat cog. Sed quæro, ſi in lege noua eſt dictum, non obſtante aliqua lege: an per hoc tollatur: ne per priores limitetur, & diſtinguatur? Reſpon. non: ſed intelligitur, non obſtante lege aliqua. ſ. contraria, quæ non poſſit cum hac ſuſtineri, ut in auth. de hær. ab inteſt. circa prin. in glo. ſuper verbo, vocantibus, pro hoc facit C. communia, de ſuc. autaque in eo. quod ibi diſputant, an ſit correcta. l. de emancip. & hoc patet, quod modus procedendi in hac conſtitutione inductus non habet locum in caſu l. C. ſi quis impe. maledix. nam cum ibi ſit ſpecialiter promiſſum per hanc l. loquentem generaliter de crimine læſæ maieſtatis, & eam tangentibus, non uidetur propter hoc ei derogatum. pro hoc facit in aut. hæc conſtitutio. &c. col. 8 nam per illam intelligitur ſublata l. ſi. C. de ſac. ſan. eccl. quæ generaliter loquitur. non autem conſtitutio ſpecialis, quæ eſt in auth. ut eccleſia Romana. col. 2. & probatur. C. de ſac. ſan. eccl. auth. quas actiones. licet gl. in illo uariet. ſed ſi in lege noua diceretur, 4 non obſtante aliqua lege, quæ generaliter, uel ſpecialiter in contrarium loquatur: tunc d. ll. non diſtinguerent, nec limitarent legem nouam. nec haberet locum l. ſed & poſteriores ff. de legi. & hæc videntur vera, & utilia. Sed cum in hac conſtitutione ſit, data iudici licentia procedendi ſine figura iudicij: quibuſdam autem in his, qui in ſacris ſcriniis militant, eſt conceſſum, ut in modo procedendi prærogatiua gauderent, ut C. de proxi. ſat. ſcri. l. in ſacris. an eis in caſibus in hac conſtitutione comprehenſis hæc priuilegia conſeruabuntur? Videtur, ꝙ non ex eo, quod ſic dixit, cuiuſcunque ſtatus, uel dignitatis, &c. Sed hoc non facit: quia hic de ſtatu, & de dignitate generaliter ſit mentio: ibi cuidam dignitati, uel ordini ſpecialiter indulgentur aliqua priuilegia, & ſic illa tanquam magis ſpecialis debet limitare hanc poſteriorem, ut ſupra dictum eſt. econtra vĩgnam illa loquitur in omnibus cauſis criminalibus, & ciuilibus generaliter: hæc ſpecialiter in crimine læſæ maieſtatis, & in tãgentibus, & ſic videtur, quod hæc, ut ſpecialis limitet, & reſtringat illam; quid dicemus? Dubiũ eſt in hoc, ꝙ prima magis ſpecialis eſt, quo ad q. d. ſ. quo ad perſonas, & eſt magis generalis quo ad quid, i. quo ad cauſas. hæc ẽ eſt magis generalis quoad perſonas; & magis ſpecialis quo ad cauſas: an ſecunda limitetur per primam, an prima per ſecundam? Hæc ambiguitas quodammodo perplexitas eſt, cum in neutra illarum diſpoſitionũ poſſit genus à ſpecie ſeparari ex uirtute proprietatis ſermonis, & ideo ad mentem legum recurrendum eſt? Dic igitur, quod ius ſingulare ſemper eſt introductum propter aliquam utilitatem, ut ff. de legi. l. ius ſingulare. cũ ergo tam lex j quam ij. ius ſingulare, & ſpeciale contineat, hoc eſt, propter aliquam utilitatem. Debemus 5 ergo illud ſpeciale con-

3 Idem tenet Bar. & Iaſ. i l. omnes populi. diff. de iuſt. & iu.

4 Iſta glo. eſt ſingularis pro limitatione. l. ſed & poſteriores. hic alle. in gl. fin. Iaſ. in l. ſiue. ff. qui ſatiſd. cog.

5 Idem tenet Iaſ. in l. 1. §. 1. ff. de no. ope. nuncia.

Hanc autem [a] generalem legem noſtram extendi iubemus ad præterita, [b] præſentia, & futura: quam [c] legem ex nunc [d] abſque alterius tẽporis expectatione tranſcurſus ſuum integrum uigorem decernimus obtinere.

TITVLVS II.

Qui ſint rebelles.

conſeruare, in quo euidẽtior, & maior utilitas reperitur. iſta enim eſt benignior interpretatio, ut ff. de leg. l. benignius. & quia cauſa magis priuilegiata præfertur, ut no. C. de priui do. l. 1. & ff. de priui. cred. l. priuilegia, unde in propoſito cum ſpecialitas huius conſtitutionis ſit propter utilitatem vrgentiſſimam, ut ſupra in prin. huius l. dico, hanc l. reſtringere illam. l. in tacitis. q̃ in priuilegium perſonale, & dignitatis eſt introducta, & etiam in fauorem minorũ uidemus, ꝙ lex introducta eſt, ut contra eos nulla currat præſcriptio, ut l. fin. C. in quib. cau. in inte reſt. nõ eſt ne. & hæc prouiſio eſt generalis, quo ad cauſas, & ſpecialis, quo ad perſonas minorum. Eſt & alia conſtitutio, quæ limitat tempus inſtantiæ, & hoc fauore publicæ utilitatis, ne lites fierent immortales. ut l. properandum, C. de iu. & hæc generalis eſt, quo ad perſonas omnes litigantiũ, & ſpecialis, quo ad cauſas. ſ. quo ad præſcriptionem inſtantiæ, & per hanc l. properandum. licet ſit antiquior in temporibus inſtantiæ, de iure antiquo limitatur illa. l. ſi licet ſit poſterior, ut not. in l. 1. C. ſi aduer. rem iud. ſed ſi l. antiqua haberet cauſam ſpecialiter maiorem, & fauorabiliorem; tũc limitaretur l. noua eadem ratione. Si uero non eſſet ratio ſpecialitatis, ut ſit fauorabilior una, quàm altera; tunc putarem l. nouam præualere. iſta ſæpe occurrunt in iſta ciuitate. Secundo uero caſu principali, quando hæc clauſula refertur ad priuilegia, ſciendum 1 eſt, ꝙ ſi qua l. ſimpliciter emanat, non vr̃ tolli per eam aliquod priuilegium alteri conceſſum, ut in 2. conſt. C. ſi quæ uero. & intelligo priuilegium, quod fauorem alicuius continet: ſecus ſi Imperator ad aliquam ſingularem quæſtionem reſcrip ſit ſpecialiter, ita ꝙ faceret ius cõe, ut C. de leg. l. 2. tunc per aliam l. contrariam vr̃ tolli, ut in dicta conſtitutione 2. §. ſi quæ uero. ibi, ſi uero per certis capitulis. Si uero in lege dr̃, non obſtantibus priuilegijs, intelligitur in corpore iuris non incluſis: nam illud, quod in corpore iuris clauditur, per hoc tolli non vr̃, 2 prout C. vbi de cri. agri. opor. auth. qua in prouin. & ibi no. ff. de iud. l. hæres abſens. in prin. & ibi no. & ſic no. de priuil. extra corpus iuris poſitis ſufficere clauſulã derogatoriam, ſeu reuocatoriam generalem. facit ext. de ſep. c. 2. in clem. No. etiam priuilegia in corpore iuris inſerta nõ reuocari: niſi ſpecialiter diceretur ad illa trahi, uel niſi eſſet aliqua lex ſpecialis ſequens, quæ haberet magis fauorabilem rationem ſpecialitatis, ut dictum eſt, & eadem ratio eſt in priuilegio uni conceſſo per Principem, ſi alia priuilegia ſuſpenderentur, & eodem modo intelligas in inferiore a Principe, qui per aliam diſpoſitionem vult tollere priuilegia à ſe conceſſa alteri. Tertio caſu, quando hæc clauſula refertur ad ſtatutum, uel conſuetudinem: tunc ſi de hoc in l. noua, uel priuilegio nil diceretur, non vr̃ reuocata; quia legiſlator poteſt eam probabiliter ignorare, ut ext. de conſt. lib. 6. licet in contrarium faciat. ff. de ſepul. uiola. l. 3. §. diuus. de quo dic, ut ibi; & tangitur C. de teſt. l. 1. & hoc prout loquimur de legiſlatore uniuerſali. nam legiſlator particularis ſtatuta, & conſuetudines ſuas ita debet ſcire, ſicut legiſlator uniuerſalis legem uniuerſalem. Si uero in priuilegio de prędictis ſtatutis, uel de conſuetudinibus fit mentio, ponendo clauſulam illam, non obſtante, tunc illa ſunt ſublata quatenus alteri legi contradicunt, etiam ſi nõ fiat de his ſpecialis mentio. auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccleſ. & de fur. auth. nauigia. & C. communia. de ſuc. aut omnes peregrini: & ſic in præſenti conſtitutione: quia dicitur legibus, uel conſuetudinibus non obſtantibus quibuſcunque, expone, legibus, quæ cum hac lege ſuſtineri non poſſunt, & cũ dicit, conſuetudinibus quibuſcunque: dic, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter ſint approbatæ. nam per illas hæc l. nullam limitationem recipit. de hac clauſula, non obſtante, multa dicit Io. And. ext. de conceſ. præb. c. 1. li. 6. quæ uidere potes per iura canonica, quæ ipſe allegat, ſi expedit. in difficultates tamen prædictas non intrat.

1 Idem tenet Phili. in c. nonnulli. de reſc. ext.

2 Sequuntur Bar. & Pau. in authen. qua in prouincia hic in gl. Aluar.

Priuilegia in corpore iuris inſerta non reuocari, niſi ſpecialiter fiat de his mẽtio.

a *Hanc autem.*] hæc eſt quinta pars, in qua ponitur, ad quos caſus extendatur hæc conſtitutio.

b *Ad præterita.*] hoc non erat neceſſe dicere: quia cum tota illa l. litis ordinationem reſpiciat, ſine dubio porrigitur ad lites futuras, licet ſuper facto præterito l. 2. §. pen. C. de iur. cal. & hũc paſſum plenè examinaui in repeti. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. in illa quæſt. a quo tempore ſtatuta ligent: dic, ut ibi dixi.

Idem ad perpetuam rei memoriam.

QVoniam [f] nuper eſt ad auditum noſtrum deductum, quod inter nonnullos [g] fideles, [h] & ſubditos [i] noſtros Prouinciæ Lombardiæ, [k] aliorumque locorum

c *Quam.*] hæc eſt ſexta pars, in qua ponitur, a quo tempore hæc conſtitutio ſumat uigorem, &c.

d *Ex nunc.*] ſi hoc non fuiſſet dictum, poſt duos mẽſes, hæc conſtitutio ſumeret effectum, ut in auth. ut factæ nouæ conſtitutiones. de quo plene in proœ. cle. circa fin. & ego plene dixi etiam de ſtatutis in d. l. omnes populi. in d. q. a quo tempore, &c. dic ut ibi dixi.

Explicit conſtitutio inclyti Imperatoris Henrici gloſſata per Barto. de Saxoferrato legum Doctorem. & ciuem Perusinum.

e QVI SINT REBELLES.

Hæc rub. eſt magiſtraliter poſita: quia ſup. dixit de modo procedendi, ut imponatur pœna per ſententiam: hic qui ſint rebelles, quibus imponitur pœna ipſo iure.

f QVoniam.] Primo ponit dubiũ. Secũdò rationes, quæ mouent Principem ad deciſionem. Tertiò deciſionem. Quarto ponit impugnationes conſtitutionis. partes patent.

g *Nonnullos.*] i. aliquos. nam negatio præpoſita facit æquipollere ſuo contradictorio, 3 ut hic, & ff. de cond. & dem. l. nonnunq̃. & de coll. bo. l. nonnunq̃. poſtpoſita uero facit æquipollere ſuo contrario. l. legitimos. § an ergo. ff. de leg. tu. & l. obligari. ff. de aut. tut. in prin. & de captiuis. l. in bello. §. 1. niſi in contrarium pateat de mente loquentis. ut l. ſi ſeruus. §. plurium. ff. ſi quis cau. ſed præpoſita & poſtpoſita æquipollet ſubalternæ, ut l. unica. C. de cad. toll. in prin.

3 Idem tenet Bar. in l. ſi plurib. ff. de leg 2.

h *Fideles.*] quæ fidelitas Principi debetur, et ſup. prox. circa princ.

i *Subditos.*] quia ſunt ſub Reipu. Romanorum, ut in auth. de hær. & falc. in prin. col. 1. iſtis prouidet, ut iudi. ſine quoquo ſuff. in princ. qui autem ſint ſubditi, dixi ſup. l. prox. in gl. ſuper verbo totius.

k *Lombardia.*] Hic vr̃ caſus eius opinionis, quam refert Cy. C. de præſcr. 30. ann. l. fi. ſ. quod prouinciæ appellatio intelligitur ſm cõem, & vulgarem modum loquendi. i. Tuſcia: Lombardia, &c. licet ſecundum cano. Lombardia non ſit vna prouincia: nam Cremona non eſt de una prouincia, quia eſt de Archiepiſcopatu Mediol. & Rhegium eſt de alia. ſ. de Archiepiſcopatu Rauen. ut no. Ber. ext. de elect. c. coram. Idem no. ext. de off. vic. c. ſententiam. Sed pro huius declaratione ſciendum eſt, ꝙ diuiſio orbis terrarum de iure gen. eſt, ut ff. de iuſt. & iu. l. ex hoc iure, 4 & hæc diuiſio fit, uel eorum, qui inhabitant ſimul, i. ædificijs in unum collatis, & ſic cõiter habemus tria nomina, ſ. ciuitas, caſtrũ, & villa, vt d. l. ex hoc, & ibi no. gl. parua ſuper uerbo, collata. Quædam eſt diuiſio eorum, qui non habitant ſimul, ſed ædificijs ſeparatis, & hæc appellatur Prouincia, uel Regnũ, uel ſunt alia nomina uniuerſalia ſignificantia ſeparationẽ linguarum, ut Italia, Alemania, Francia, Græcia, & ſimilia, ut d. l. ex hoc. & C. de offi. rec. prouin. & ff. de offi. præ. per totum de quorum quolibet uideamus. Villa in Francia idẽ eſt, quod ciuitas. nos autem dicimus uillas ædificia ſine muris, uel foſſatis, quæ uillæ, ſeu uici nullam habent iuriſdictionem de iure communi. ſed ſubſunt alicui ciuitati, ut C. de epiſc. & cler. l. nonnulli. §. fin. & de natu. lib. l. 2. & ff. ad mun. l. 1. §. qui ex uico. pro hoc facit ext. de ſen. exc. §. ſi ciuitas. lib. 6. & quod ibi no. per Inn. & Ioan. And. Caſtrum dicitur caſa alta, ſeu fortis, & munita muris, ſeu uallo, ut l. quicunque caſtellorum, aliàs ſedorum. de fun. li. lib. 11. & ff. ad leg. Iul. maieſt. l. 2. & in d. c. ſi ciuitas. & iſta ſimiliter non conſueuerunt habere iuriſdictionem de iure cõmuni. ſed ſunt ſicut vici, ut dictis iuribus eſt expreſſum. & C. de ſeſſ. l. ſi habes tamen quoſdam Magiſtratus, qui ibi ponuntur

Prouinciæ appellatione quid ueniat.

4 Iſtis gl. ſequuntur ibi Bart & Bald. P. & Iaſ.

Italiæ[a] diſceptationes,[b] & dubia[c] ſæpius oriuntur, an infidelis, & rebellis[d] Imperij quiſquam reputari debeat, niſi prius per noſtræ Maieſtatis ſententiam cõdemnatus[e] appareat; nos[f] attendentes, quòd acta praua malorum potius,[g] quam uerba ſententiarum ipſos faciunt pœna cõdignos: & eo ipſo, quòd quis peccat, correctionem meretur:[h] & quanto plus diſtertur punitio, tanto

tur a ciuitatibus, quibus ſubſunt: ut C. de magiſtra.mun. & ibi no.per Azo. in ſumma. Ciuitas uero ſecundũ vſum noſtrum appellatur illa, quæ habet Epiſcopum: ante tamen quàm eſſent Epiſcopi, erant ciuitates: & ciuitati competit poteſtas eligendi ſibi de iure communi defenſores, qui habeant iuriſdictionem, non autem merum imperiũ, uel miſtum: ut in auth. de def. ciui. §. iuſiurandum. Fallit in urbe Romana: ut l.1.§. cum urbem .ff. de of. præf. urb. & in alijs, quæ habeat ex priuilegio, uel ex conſuetudine: vt d. §. iuſiurandum. & quia ſm canones Epiſcopi debent ordinari in dictis locis, vbi ſũt dicti officiales, ut 80. diſt. c. 1. 2. & 3. ideo inſurrexit conſuetudo, quod locus habens Epiſcopum, ſit ciuitas; tñ verè ſine Epiſcopo dicitur ciuitas, eo ꝙ habet officiales prædictos, & iuriſdictionem: & ſic patet, ꝙ licet ex cauſa ciuitas priuetur Epiſcopo, non tamen per hoc deſinit eſſe ciuitas. Sed quid dices tu de caſtris, quę ſunt per Italiã, & habent dictas iuriſdictiones: an dicemus qđ ſint ciuitates? Reſpon. ſi conſtant, quod antiquitus fuerit ciuitas: licet poſtea Epiſcopatum perdiderit, ciuitas eſt propriè: vt patet ex prædictis. Si hoc non conſtat: tunc aut talis iuriſdictio fuit illi loco conceſſa, ut ciuitati, aut ſimpliciter dicendo tali terræ, vel tali communitati. Primo caſu erit ciuitas: nam ciuitatem facit Princeps, eo ipſo quod ſibi ſcribit, ut ciuitati: vt no. per Inn. extra de off. ord. c. cũ ab eccleſiarum. nam dicendo, quod ſit ciuitas, videtur ſibi concedere omnia priuilegia ciuitatis. Arg. ff. de re iud. l. quidam conſulebat. Secundo caſu non erit ciuitas, ſed caſtrum habens priuilegium ciuitatis: vt dicitur ff. de of. eius, cui manda. eſt iuriſdictio. l. 1. §. 1. Tertio caſu erit ciuitas, quia larga interpretatio eſt faciẽda in cõceſſione huius beneficij: ut l. fin. de cõſtitutio prin. Prouincia vero ſm cano. diſtinguitur p Archiepiſcopatus: vt dictum eſt, quod qualiter iure cõi, ſeu ciuili intelligatur, & procedat: dic, ꝙ quædam ſunt ciuitates minores, vt communiter omnes, q̃ habent iuriſdictionem prædictam abſque mero, vel miſto imperio. Aliquæ ſunt ciuitates, quæ habent miſtum imperium. Aliquæ ſunt maximè, quæ habent merum, & miſtũ: vt ciuitas metropolitana. nec dico propter Epiſcopatũ: quia forum cauſarum eſt magnum, cui ſuberant multæ aliæ ciuitates: ut ff. de excuſ. tuto. ſi duas. eſt autem & §. ſeq. Iſta autem ciuitas metropolitana dicitur caput Prouinciæ, vt C. de metrop. l. 1. lib. 11. vnde merito olim totum, quod ſuberat metropolitano, dicebatur Prouincia, ſicut etiã hoc faciunt canoniſtæ, ut dictum eſt in prin. glo. & eodẽ modo unus Præſidatus dicitur Prouincia, nã ei ſubſunt plures ciuitates, ut in omnibus ll. quæ mentionem faciunt de Præſide Prouinciæ. verum quia aliter factæ fuerunt diuiſiones in temporalibus, & aliter in ſpiritualibus; reperitur, quòd in eadem Prouincia ſunt terræ diuerſorum Epiſcoporum, ſeu Epiſcopatuum, ut dicto c. coram. & ibi not. Cum ergo a Principe, uel a iure ſit appellatio Prouinciarum, qualiter intelligatur, uel accipiatur? Dic, quod quandoque ſit appellatio Prouinciæ eo reſpectu, quod ſit ſub vna iuriſdictione: & tunc contingit, quod quælibet ciuitas habeat ſeparatam iuriſdictionem, nec eſt vnus præſes cui ſubſit: & ſic quælibet ciuitas habetur pro Prouincia, vt C. de præſcr. long. temp. l. fin. & ibi nota. Quandoque appellatio Prouinciæ ſit eo reſpectu, quod maior eſt inſtantia quando extra Prouinciam, quàm quando in Prouincia, & tunc ſerua, quod not. in d. c. coram. extra de electio. vbi exiſtens in dicta prouincia, ſi eſt multum a remotis habetur perinde, ac ſi eſſet extra. & eodem modo exiſtens extra, ſi eſt multum de propinquo, habetur perinde ac ſi eſſet intra. ſic intelligitur C. de dila. l. j. & ſic ſentit Io. An. extra de teſtib. c. vltra tertiam. Quandoque appellatio Prouinciæ ſit alio reſpectu, vt quia legatus mittitur in talem Prouinciam, ut aliquid concedatur hominibus talis Prouinciæ; & tunc talis appellatio debet intelligi ſecundum uulgarem, & communem appellationem Prouinciæ, ut in Lombardia, Tuſcia, Marchia, & ſimilibus. caſus eſt hic, & ita tenet Odof. in l. fi. & Cy. ibidẽ, & Hoſt. & Io. An. in d. c. vltra tertiã. De diuiſione. & vnione ciuitatis, & prouinciæ, dixi in d. l. j. C. de metrop. li. 11. Item an hoĩes alicuius Prouinciæ dicantur ex origine, ſicut cõtingit in ciuitate, tangitur. ff. de ver. ſign. l. prouinciales. & ibi dixi plenius in libello repreſaliarum. Regnorũ uero diuiſio, item aliarum partium, per quas ſit diſtinctio linguarũ, per ſe patet, &c.

Ciuitas ſine epo eſſe poteſt.

Ciuitates in multiplici ſunt differẽtia.

Prouinciæ appellatione qđ cõtineat.

Italiæ appellatione ois lingua latina cõtinetur.

a *Italia.*] Eſt nomen ſignificans totã linguã latinã, quæ diſtinguitur in multas Prouincias, ut hic patet, licet Italia quandoque dicatur Prouincia, ut C. de tẽpo. in integ. reſt. l. fin. & C. ſine cẽſu. vel reli. l. fi. & de ſacroſ. eccleſ. auth. caſſa.

b *Diſceptationis.*] inter plures adinuicem.

c *Dubia.*] aliquando inter ipſos, uel adinuicem, ut eſſet inculcatio uerborum.

d *Rebellis.*] 1 i. infidelis ea infidelitate generali, quæ inducit rebellionem: nam ſciendum eſt, quod dictio, infidelis, generalis eſt, ut comprehendat ẽt eum, qui modicæ rei Principi furtum fecerit: de qua infidelitate nõ loquitur hic: ſicut n. Principi dr̃ oĩs fidelitas, ut ſup. l. prox. in princ. ita oĩs deuiatio a fidelitate eſt infidelitas facit. 10. col. de ſta. contra lib. eccl. in prin. Quædam eſt infidelitas vero animo, quæ cadit in modum proditionis, & iſtud eſt nomẽ generale comprehendens oẽs: qui ſtant ſicut ſubditi, & inter ſubditos corpore, mente tñ cum hoſtibus, & inimicis, nunciando eis ſecreta, & ſimilia, ut ff. de re milita. l. omne delictum. §. exploratores. & l. proditores. comprehẽdit etiam eos, qui cum eſſent ſubditi, expreſſè rebellant principi, transfugiendo ad hoſtes, & conuertendo ſe in hoſtes, ut d. l. proditores. & ibi not. & de cap. d. l. amiſſione. §. qui deficiunt. & hoc modo ſumpto vocabulo vocantur rebelles: quo vocabulo antiqui legum conditores non vtebantur, & ideo facta eſt hæc conſtitutio ad hoc declarandum. Itẽ no. 2. ꝙ proditorie dr̃ aliquid fieri, quando fingo, me amicum tuum, & tracto te tanquam inimicum, & ſic vnum oſtendo corpore, aliud ſum animo, ut ff. de his, qui notan. infa. l. athletas. §. pen. & de præuari. l. j. tunc tñ incidit 3 in crimen proditionis, qñ ſit contra Principem, uel contra Rẽpub. ut d. §. exploratores. & l. proditores. ff. & pœ. l. ſi quis aliquid. §. Sed qñ committitur contra priuatum, non dicitur proditor principaliter, & per ſe: ſed crimen aliud factum proditorie, vt homicidium factum proditorie, vel quid ſimile, ut dicta l. athletas. §. 1. de his, qui no. infam. & l. prima, de præuari. Item no. quod aliud eſt eſſe rebbellem Imperij, aliud eſt eſſe in banno Imperij, primũ, ſcilicet, rebellio eſt mortale, ut hac l. nõ poteſt remitti, niſi ex mera gratia. ſecundum ſcilicet, bannum eſt medicinale: quia remittitur, purgata contumacia, ſeu facta ſatisfactione. C. de epiſc. & cler. auth. Item nulla, & auth. item quæcunq; & hic videtur, quod quatenus excommunicatio remouet quem ab officijs eccleſiæ, eatenus bannum a beneficijs Imperij, vt dictis iuribus, & tangitur per Guli. in d. auth. itẽ quæcunque. facit. ext. de ſent. excom. c. cum medicinalis. lib. 6. facit. ff. de requi. re. l. j. vbi glo. illam annotationem appellabat bannum, & eſt medicinale: quia cum venit intra annum, recuperat ſtatum, ſecundum vero ſtatuta, & conſuetudines locorum quenquam eſſe bannitum, habet diuerſos effectus: de quo aliquid inf. dicam in glo. magna.

1 Rebellis prouocat in ſe iram & uindictam, ut dicit Bal. in l. 1. 6. col. ver. 7 opp. C. de ſer. fugit.

2 Idẽ Bal in c. j. qui mo. feud. amit. & Bar. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maie.

3 Idẽ Bar. in l. j. ff. de præuari.

e *Condemnatus.*] hic nullum fuit dubium: nam per ſententiam tranſit in notorium iuris, quod pro ueritate habetur, vt. l. res iudicata. ff. de reg. iur. idem ſi Imperator aliquibus indiceret bellum, ut l. hoſtes. ff. de c. & de c. dimin. l. amiſſione. §. qui deficiunt.

f *Et nos.*] hæc eſt ſecunda pars huius ſecundæ conſtitutionis.

g *Potius.*] electiue accipe: quia ſolum propter actum efficitur quis pœna dignus, per ſententiam nullo modo, ſed factus declaratur; ut l. j. C. ad turp. facit pro Mar. in eo, qđ nota ff. de inf. l. furti, & ff. eo. l. athletas. §. fin. nam ex eo, quod condemnatus eſt, habetur pro veritate: quia ita ſit: nec poteſt dici de cætero, ſic non eſſe, vt ibi no.

h *Meretur.*] non dicit obligatur: nam illæ pœnæ, quæ uindictam publicam imponunt, nõ iure obligationis, ſed

officio iudicis imponuntur, vt inſtit. de iniur. §. pen. Item non per actionem, ſed per accuſationem imponuntur, vt inſtit. de pub. iud. in prin.

a (creſcit.) ſic extra de conſuetudine c. cum tanto. Sed cõtra ff. de pœ. l. ſi diutino. Sol. intrinſecus culpa creſcit, & maiorem pœnam, quo ad Deũ meretur, ut dic. cũ tãto. ſed in foro ciuili, ſi quidẽ actus extrinſecus delicti hẽt cãm cõtinuã, vt eſſe I rebellione, ſẽper creſcit culpa, vt hic, ſic in fugitiuo, & deſertore, vt no. in l. cõtraria licet autem culpa creſcat in caſu huius l. non põt creſcere pœna temporalis, quia pro primo actu debetur ita magna, ꝙ nulla maior eſſe poteſt, ut inf. dr̃, facit quod no. ff. de furt. l. vulgaris. in prin. & ibi dixi: ſi vero actus extrinſecus criminis reiterationem non recipit, vt homicidium, tunc ex diuturnitate temporis pœna minoratur, vt. l. ſi diutino.

Sequũtur Bartol. & Bal. ibi.

amplius culpa creſcit,[a] & gentibus pernicioſius in exemplum tranſit.[b] Tenore[c] præſentiũ declaramus,[d] decernimus,[e] & pronunciamus:[f] ꝙ illi omnes,[g] & ſinguli ſunt rebelles, & infideles noſtri Imperii,[h] qui quomodocunq; publicè, vel occultè[i] contra noſtrum honorem,[k] & fidelitatem rebellionis opera faciũt,[l] &[m] contra noſtri[n] Imperii[o] proſperitatem aliquid machinantur:[p] contra nos, ſeu officiales noſtros, in iis, quæ ad commiſſum eis officium pertinent, rebellando.[q]

non obediant. quartam declarationem facit contra perſonã Principis tm̃. quintam declaratiõẽ facit contra officiales eius. Sed quæro, in quo differt hoc nomen rebellionis, ab eo, quod antiqui dicebant, perduelles, quos nos uocamus hoſtes, ut l. quos nos. de uerb. ſig. Reſp. illud nomen quo ad quid generalius eſtnã cõpetit ẽt his, qui non cõſueuerũt eſſe ſub obedientia, qui indixerunt nobis bellum, vel nos eis, vt ff. de capt. l. hoſtes. ſed hoc nomen rebellionis, propriè conuenit his, q defecerunt, cũ eſſent ſub diti, ut l. amiſſione. § qui deficiũt, & no. glo. parua ſuper verbo, hoſtes.

b (Tranſit.) ſic maleficia fieri, malum eſt propter exemplũ aliorum, vt hic, &. ff. de S. ca. l. 3. §. Sed Senatuſconſultum. & de pœ. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis aut, &c cũ ſuis conc. Item pœnas inferri, bonum eſt propter exemplum, vt vnius pœna ſit exemplum, ſeu metus multorum. vt ff. de pœ. l. aut facta. §. ſi. & ad legẽ Iul. repet. l. j. C. de prec. imp. offer. l. j. & licet iſtæ rationes concludant in omni delicto; tamen iſta lex non eſt extendenda, niſi ad iſtud crimen rebellionis, non n corriguntur leges antiquæ q̃ requirunt ſententiam ex identitate rationis, niſi quatnus ex illa noua exprimitur, vt C. de appell. præcipimus. in fi. facit quod no. C. ſacroſ. eccl. auth. quas actiones. & quod no. ff. de dona. cau. mor. l. tam is § j.

c Tenore.) tertia pars, in qua ponit ſtatutũ: 1 cuius intelligẽtiam ſciendũ eſt, ꝙ rebellare idẽ eſt, qđ reſiſtere, ſm Hug. C. de deſertori. l. 2. lib. 12. & hoc reſiſtere põt fieri faciendo aliquid contra, vel non faciendo, & nõ obediẽdo, vel vtrãque vocabuli ſignificationẽ cõtinet, vt extra de offi. deleg. c. ſane. licet hoc nomine rebellis, iura antiqua non vtantur. Sed ſi aliquis rebellat mutando locum. hoc eſt, recedendo de terris ſubiectis & eundo ab hoſtes, talis vocatur tranſfuga, vt ff. de pœ. l. ſi quis aliqđ § tranſfugæ. & de c. & poſtl. re. l. poſtliminiũ. §. tranſfug. c. &. §. filius. & de re. mil. proditores. cũ ſimil. Qñq; rebellãt, retinẽdo locũ, in quo ſtabant ſub principis obedientia, & iſti de iure ciuili antiquo nõ habebant ſpeciale nomen, ſed vocabãtur illi, q deficiunt, vt l. amiſſione § q deficiũt. de cap. di. & iſti ſi q̃dẽ rebellabant faciẽdo bellũ principi tanq̃ hoſtes ipſo iure puniebantur, & pdebãt, ea quæ iuris ciuilis ſunt, vt ibi. Sed quia hoc rebellare põt publicè fieri, & occultè, & ibi non declaratur, ideo hæc l. declarat. & hoc in primo c. huius l. dum dicit de his, qui infidelitatis rebellionis opera faciunt, & ſic faciendo delinquunt. Sed ſi aliquis ſolum rebbellaſſet non obediendo principi, uel non receptando gentem ſuam: non puniebatur ipſo iure, nec perdebat ea, quæ iuris ciuilis erant niſi princeps, vel ſenatus induceret, ut d. l. amiſſione, & hoc ſuppletur 1 per hanc l. nam quocunq; modo machinatur aliquis contra Principis honorem, rebellando, eſt rebellus, vt in hoc ſecundo cap. huius. l. ibi, in noſtram, vel Imperij, & c. Item poſſet dubitari, ſi aliquis fatetur ſe ſubditũ Imperio, ſed rebellet odio pſonæ Imperatoris, an dicatur rebellis Imperij: & hoc declaratur in l. amiſſione, & declaratur hic, quod ſic. & hoc eſt commune ad primum, & ſecundum caput declaratur etiam hoc in ſecundo capite huius l. de his, qui rebellant contra officiales: põt etiam dici, ꝙ totũ ſit vnum capitulum, continens omnia prædicta, & idem eſt ſenſus, & ſic hæc l. directè tendit ad declarandum l. amiſſione. §. qui deficiunt, de cap. di. & hoc nomen, rebellare, in hoc ſignificatio in diuina ſcriptura ſumitur in multis locis. 3 Reg. 19. c. 4. Reg. 17. c. & 18. 19. & ſic per hanc legem nouam habemus quinq; nominis impoſitiones: quia tales vocantur rebelles ſecundum declarationem eius, quod dixit publicè, vel occultè, tertiam quandam prouiſionem nouam, ſcilicet, vt dicantur rebelles, & ſi opera hoſtilia non faciant, ſed ſolum ſi

1 Idẽ Bar. & Ang. in l. hoſtes. ff de uer. ſig.

d (Declaramus.) refert ſe ad tria, de quibus poterat dubitari, ſc. licet an occulte; an contra perſonam tantum, an contra officiales tantum, &c.

e (Decernimus.) ad id quod de nouo induxit, refertur, ſ. de non obedientibus, ſed qui opera hoſtilia non faciunt.

f (Pronunciamus.) ad id, quod de nouo induxit, refertur, ſcilicet, de his, qui opera hoſtilia faciunt.

g (Omnes.) collectiuum eſt, ut ff de arbit. l. non diſtinguemus. § cum in plures & no. de le. 1. l. ſi pluribus ſed in ſingulari eſt nomen diſtributiuum, vt no in l. 3 ff. de ſta. ho. hic ergo. quia collectiuè ponitur, comprehendit ciuitates, collegia, & uniuerſitates; & in hoc incidẽter facit l. prox. cõprehndit ẽt ſingulares res, & pſonas p hoc, qđ d t, & ſinguli.

h (Noſtri Imperij.) non poteſt ergo dicere quis quòd eſt rebellis Imperij, & non Imperatoris, uel econtra, & hoc patet: quia hæc rebellio morte Principis non finitur.

i (Occultè.) 2 ut ſi aliquã ciuitas Tuſciæ, Principe incipiẽte intrare Lomb. mittit ſtipendiarios a l abq; terram, uel dominũ rebellem; & fingit eos non eſſe ſuos ſtipẽdiarios, caſſando eos ficte; uel mittit gentem alicui, ut ipſe poſſit ꝫ Principẽ habilius mittere gentem ſuam, uel faciunt, ligam, uel ſocietatẽ inuicem ad eorum defenſionem, ut conſueuerunt facere iſti Peruſini Florentini, & ẽt Tyranni Lomb. & hoc exprimunt, & aliud in ueritate agunt. 3 Sed ſciendum* eſt ꝙ tales colligationes ciuitatum inuicem ſeu cum dominis prohibitæ, ſunt ipſo iure nullæ, ut 10. col. de pace fir §. conuenticulas, quod intelligo, Principe exiſtente in partibus, uel exiſtente ad eorum defenſionem, ſed Principe abſente, nõ puto prohibitas tales ſocietates, ſeu colligationes ad defendendum ſe ab oppreſſionibus Tyrannorum, uel malarũ ſocietatum, quæ ſæpe inſurgunt in Italia ad deprædandũ alios. fit enim ad iuſtitiam ſeruandam: ergo debet ualere, ut no. quod cuiſque uni. l. j. in princ.

2 Occultũ dr̃, qđ nõ põt uideri; facit ad hoc ca ut noſtrũ. ut ec. bñfic. ſpe de no to. crimi. § 6. itẽ occultum & ſecretum. 32. diſt. erubeſcit. de ſimo. c. tua nos.

3 Iſtd eſt ſignũ pditionis. Bal. in c. j. quo mo. feud. ami. iuſib. feud.

*Adde Fely. in cap. exhibita. num. 4. de iud.

K (Noſtrum honorem.) ſ. perſonæ, uel Imperij, ut inf. patet.

l (Faciunt.) loquitur ergo de ea rebellione, quæ in faciendo conſiſtit, ut in conferendo ſe in numerum hoſtium, in ſequendo Principem, & gentem eius.

m (Et) incipit ſecundum capitulum.

n (Noſtri) ſ. propriæ perſonæ Imperatoris.

o (Imperij.) & ſic dignitas, &c.

p (Machinantur.) ſ. aliquid doloſè ordinant: cum machinatio propriè conſiſtat in arte uerborum, ut ff. de dol. l. j. §. j. & ibi no ut faciendo inter ſe ligam, & ſocietates prohibitas ſub aliquo colore licito, ut ff. de extraor. crim. l. 3. Vel pone, quod adueniente Imperatore, uel eius nuncio nolente ingredi ciuitatem pro recuperandis iuribus Imperij tam ibi, quam alibi, aliqui reſpondent, quod intromittere, eum uel gentem eius, eſt periculoſum ſtatui eorum, & ſic tenent eum in uerbis, & ſic labitur tempus, quo multa poſſet facere pro Imperij proſperitate. Iſtæ ſunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deueniant. Iſta machinatio, ſecuta inobedientia, facit eos rebelles.

q (Rebellando.) 4 reſiſtendo, uel non obediendo; licet ipſi guerram non inferant, ut dictum eſt. Et aduertendum eſt, quòd in illo, qui rebellat contra principem, hæc conſtitutio loquitur ſimpliciter, quaſi contra eum non poſſit eſſe aliqua iuſta cauſa reſiſtendi, quod intellige de ſubditis Imperij, non de iis, qui ſunt de terris eccleſiæ. in eo uero, quod loquitur in eo, qui rebellat contra officiales ſuos, loquitur

4 De hac materia cõ de per Bal. in l. nihil. C. de manumiſſio. uindicta. cir. fin in uer & no. ex hac lege.

loquitur limitatiuè, ſcilicet, in his, quę ad commiſſum eis officium pertinent, & hoc, quia ſi ultra faceret, poſſet eis legitime reſiſti, ut C. de iur. fiſ. l. prohibitum. lib. 10 & de meta. l. deuotum. lib. 2 & intellige, quando rebellat pro his, quæ petuntur pro ſtatu Imperij: ſecus ſi aliqua ſingularis perſona conueniretur coram Principe, uel eius iudice aliqua cauſa ciuili, uel criminali ad petitionem alterius uel eſſet contumax, aut alio modo reſiſteret: tunc enim licet largo modo dicatur rebellis, ut d. c. ſanè. de offic. deleg. tamen propter hoc non dicitur rebellis Imperij, nec incidit in hãc conſtitutionem: quia non rebellat contra proſperitatem Imperatoris, vel Imperij principaliter, quod in hac conſtitutione requiritur, ut patet in text. ſed in damnum aduerſarij, cum quo litigat, quod patet: quia contra talem contumacem non proceditur, niſi parte petente, ut ff. de iud. l. ad peremptorium. C. de iu. l. properãdum. §. ſed & ſi quidem. C. quo. & quan. iud. auth. qui ſemel. Sed an hæc conſtitutio habeat locum contra eum, qui rebellat contra aliquem Regem, uel Principem, vel contra aliquam propriam ciuitatẽ? quod vř: quia hic dř contra officiales noſtros. ſed omnes prædicti poſſunt dici officiales Imperatoris: quia uel ab eo habent iuriſdictionem ex conſtitutione, vel conceſſione, uel longa conſuetudine, quæ uim conſtitutionis habet, ut ff. de aqua plu. ar. l. j. §. fin. & ff. de acq. quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. contrarium dico: nam tunc fit contra proſperitatem Principis, uel Imperij principaliter: licet ex iſtis defenſionibus & rebellionibus Reſp. læ ſatur. caſus eſt. ff. de pact. l. ſi quis ingenuum. §. in ciuilibus. Et quod hic dicitur, de officialibus Imperatoris, intelligitur de his, qui principaliter, de directo pro eo ſunt legati, & uicarij Imperatoris, ut C. de eo, qui uicem alterius gerit l. 2. & ff. de leg. 3. l. j. §. deportatos. & § ſeq. Reges uero, & ciuitates eſto, ꝙ habeant iuriſdictionem à Principe: tamen eam exercent principaliter propter ſe, non propter Principem, & ſic ceſſat hæc conſtitutio, quæ ſpecialiter loquitur in his qui machinantur contra perſonam Principis, uel eius officiales, uel Imperij vtilitatem, ſed habet locum ius antiquum, ſcilicet l. amiſſione. §. qui deficiunt ff. de cap. di. quæ generaliter loquitur de his, qui deficiunt a iuriſdictione eorum, ſub quorum Imperio ſunt. & dicam in tractatu de bannitis noſtri temporis. Sed quid ſi quis rebellat contra rectores per Romanam eccleſiam poſitos in partibus Italiæ? puto 1 huic conſtitutioni locum fore: cum enim Imperium ſit eccleſiæ, ut ſ. dixi in l. prox. circa princip. apparet, quod rebellat contra proſperitatem Imperij, pro quo facit, quod canoniſtæ in talibus imitantur legiſtas, ut extra de ope no. nun. c. 1. Quid ſi aliquis homo de terris eccleſiæ aliquid faciat contra Principem de his, quæ ad rebellionem pertinent: an rebellis ſit, & in crimen lęſæ maieſtatis incidat? Henricus Imperator huius l. auctor determinauit, quod ſic, condemnando de hoc Robertum Regem, ut extra de re iud. c. paſtoralis. in clem. ſed Papa ibi in §. rurſus determinauit contrarium, dicens eum, qui eſt de terris eccleſiæ ratione originis, & domicilij, non poſſe dictum crimen committere in Imperatorem, & propter hoc caſſauit Imperatoris ſententiam contra Regem Robertum latam: mihi utriuſque ſententia videtur eſſe uera: nam dicta uerba, commiſit crimen læſæ maieſtatis in eum, poſſunt intelligi ſic: in eum, ideſt, in ipſius principis maieſtatem, & tunc eſt uera ſententia Papæ, nam cum non ſit ſubditus maieſtati imperiali, non debebat ſibi illas fidelitates, quæ dicuntur ſup. l. proxi. circa princip. nec eum tenetur reuereri, ſed quo ad eum liber eſt: & non dicitur directo in eius maieſtatem committere. ut ibi facit ff. de cap. l. non dubito. Secundo poſſunt intelligi dicta uerba, quòd commiſit crimen læſæ maieſtatis, ſ. Papalis, cui ſubditus eſt, & hoc crimen commiſit in eum, ſ. principem, ut ſic non directo, ſed per quandam conſequentiam læſerit maieſtatem Papæ, & tunc vera eſt ſententia Imperatoris. nam Imperator eſt fidelis, & fidatus à Papa, & ab eo coronatus: ſi ergo confidatum à Principe, incidit in crimen læſe maieſtatis Principis, ut ff. ad leg. Iul. maie. l. j. in prin. 2 Sed quia hoc Imperator in ſua ſententia non expreſſit, & ſic non fuit expreſſa maieſtas, quæ læſa fuerat, fuit intelligendum de maieſtate Imperatoris. unde fuit caſſa ſententia ſua, unde Papa multum ponderat illa uerba, læſæ Maieſtatis in ipſum. q. d. ſuam non dicitur lædere, ſed alterius Maieſtatem non negat, & hoc de crimine lęſæ Maieſtatis. An autem ſit rebellis? Videtur, quod non: quia non eſt ſubditus. ut dixi. In contrarium uidetur in clem. paſtoralis in prin. vbi Imperator appellat Regem Robertum hoſtem, & rebellem: quia ſubditus eſt ratione Comitatu Prouinciæ, quem tenebat ab Imperio, & nuper Aloyſius Rex dicti regis Roberti ſucceſſor per ſuos legitimos nuncios domino Imperatori noſtro pro dicto Comitatu fidelitatem iurauit in ciuitate Piſarum, me præſente. Sed an contra hominem de terris eccleſiæ ſic delinquentem poſſit Imperator, uel habens authoritatem ab eo, procedere? quod videtur: quia homines eccleſiæ ſunt Imperij fœderati, ergo apud eos poſſunt fieri rei. & in eos animaduerti. l. non dubito. in fi. ff. de capt. maximè cum coram eo forum ſortiantur ratione delicti commiſſi in immitendo gentes contra Principem ad terras Imperij. & ſic Imperator fecit contra dictum Regem Robertum. ſed Papa determinauit contrarium: niſi ſit inuentus, uel ad eum ex more remiſſus. ut dicta clem. paſtoralis § nos quoque. ibi ſed ſi punitio. Sed certè verum eſt, quod de illo crimine, quod eſt capitale, non poſſet de iure communi puniri, niſi præſens eſſet. & illud conſiderauit illa decreta. nec ob. ſ. l. prox. quia illa fuit facta poſt coronationem Imperatoris prædicti. vnde eccleſia nõ admittit illam legem in prę iudiciũ ſubditorum ſuorum. & ſic uidetur iniſſe fœdus cũ eo, quod contra homines eccleſiæ leges grauiores non imponat, unde ratio illius capituli non habet locũ in hominibus Imperij, uel alterius Regni. ſed ſolum in hominibus eccleſiæ, ꝙ no. pro ciuitatibus, quæ inuicem confœderantur æquali, uel inæquali fœdere, ut d. l. non dubito. de captiuis nam ſi actum eſt, ut in uicem ſe tractent, vt ciues in ciuilibus, & criminalibus, intelligitur ut unus cõtra alios grauiores leges non faciat: quia tunc erant, quia in ſocietate inſpicitur conditio ſociorũ tẽpore contractæ ſocietatis, ut inſti. de ſocie. §. ſi & ff. pro ſoc. l. ſocius ſocio. & famil. erciſc. l. hæres § non tantum. & ibi no. De pœna uero rebelliũ dic. ꝙ quædã infligitur ipſo iure: quia perdunt omnia, quæ iur. ciuilis ſunt, ut d. l. amiſſione. de cap. di. Alia pœna poteſt infligi eis à quolibet homine: nam poſſunt impunè occidi, ut ff. ad leg. Cornel. de Sic. l. 3. §. ſi & de re mili. l. proditores. & poſſunt captiui detineri, ut ſerui, ut ff. de acq. rer. do. l. transfuga. Tertia pœna imponitur: quia põt talem damnare, ut capite puniatur, ut ff. de pęn. l. ſi quis aliquid. § trãsfugæ quod intelligitur, ut ibi no. circa prin. quia cum talẽ pœnã ipſo iure incurrant, peti poſſet pronunciari, talem eſſe rebellem; puto, ꝙ ſic. arg. ff. de iud. l. qui ſe dicit, & eſt expreſſum in d. c. paſtoralis. vbi Imperator pronunciauit Regẽ Robertũ eſſe rebellem, & eodem modo qui ſe putaret eſſe de tali crimine infamatum, poſſet petere ſe pronunciari non eſſe talem. arg. C. de inge. ma. l. diffamari. facit quod dicimus. ꝙ principaliter põt peti, ut de ętate pronuncietur, vt ff. de mino. l. de ętate ſecundum unam lecturam, & de ferijs. l. 2. & ibi no. vt ætates probentur. C. de prob. l. cũ teſt. Item hoc poſſet fieri ciuiliter agendo. nam ſicut ciuitas poſſet uindicare ciuem ſuum, eadem ratione ciuis poteſt dicere, ſe ciuem ciuitatis illius, & ſic per conſequens nõ rebellem, ut ff. ad muni. l. de iure. & no. de rei uin. l. j. §. per hanc. Item quæro, quid de dominio bonorum? Reſp. illud, ſi eſt directum, eſt de iure gen. ergo retinet: ſed ſi haberet utile dominium, illud non retineret ſub illo nomine; quoniam puto hoc à iure ciuili inductum, ſed quia hoc idem ſonat, quod effectus dominij, ut no. C. de bo. ma. aut. ideo nec puto, quod hic retineat, ſicut directum: quia hic effectus dominij eſt de iure gen. argum. inſti. de uſu, & ha. §. fin. ubi dicitur uſum, & ſimilia, quæ ſunt de effectu dominij eſſe de iure gen. ſed licet retineantur. nec publica efficiantur: tamen occupanti conceduntur caſus eſt in l. trãsfuga. de acquir. re. do. ſi enim poteſt occidi perſona, & capi, & haberi. ut ſeruus; multò magis res. ſed puto, quòd ſi ſequeretur condemnatio per iudicem, & ſic condemnaretur crimine læſæ Maieſtatis; quòd tunc omnia publicarentur hodie per l. penult. & fin. C. ad legem Iulia. maieſt. Item quid de iuriſdictionibus, quas haberet talis rebellis? Reſp. 3 iuriſdictio eſt iuris ciuilis: quia de iure publico introducta eſt, ut not. ff. de iuriſd. om. iud. l. j. facit de orig. iur. l. 2. §. pen. origo enim fuit de iure gentium, quo etiam fuerunt Reges, ut l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iure. ſed quia circa iuriſdictionem multa ſunt addita, ideo dicit de iure ciuili, ut l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iu. & licet in eum, qui eſt rebellis, non cadat iuriſdictio, tanquam ius quoddam à iure ciuili inductum: remanet tamen tanquam quædam poteſtas regia de iure gentium, & ideo Imperator (ut in illo c. paſtoralis.) priuauit Regem Robertum iuriſdictione, & dignitatibus, quaſi non eſſet ipſo iure priuatus, uel quia licet eſſet

Conſuetudo longa uim conſtitutionis habet.

2 Idẽ Sal. ſ l. j. C. ad legem Iu. maieſt.

Imperator eſt fidelis & fidatus Papæ.

2 Iſtã glo. ſequutur ibi Bald. Cy. & Sal.

Rebelliũ pœna.

Regum et iuriſdictionis origo eſt de iure gentium.

3 Idẽ Bar. Bal. P. & Iaſ. in l. ex hoc iure. i gl. alleg.

Nulli [a] ergo omnino hominum liceat hanc paginã declarationis, & pronunciationis infringere, [b] uel auſu temerario [c] contraire. [d] Si quis autem hoc attentare [e]

ipſo iure priuatus, tamen donec toleratur, ualent geſta per eum, ut l. Barbarius. ff. de offi. præſi. & C. de ſen. l. ſi arbiter. & ideo Imperator in dicta ſententia expreſsè priuauit: nec dicit, ipſo iure priuetur, & tacitè uult hoc fieri expreſſe, per id quod dicitur ff. ſi pen. appel. mors interuen. l. j. vbi bona fuerunt publicata ex preſſe; tamen ibi tacite intrat. Vel dic, quod Imperator eoũ tra Regem; ideo expreſſe priuauit; quia illas iuriſdictiones habebat in terris eccleſiæ, & ab eccleſia non erat ipſo iure priuatus: priuau t autem eum per ſententiam, ſed eccleſia iſtud non admiſit, ut ſtatim dicam. licet etiam præcedentia uera ſint. Item quid de obligationibus, & promiſſionibus factis his rebellibus? Reſpon. ſi quidem ſunt iuris ciuilis, ipſo iure perdunt: ſi iuris gẽtium, tunc ea non perdunt, ut dictum eſt, ſed in aliquibus promittens ipſo iure non tenetur, ut ſi eſſet debitor fidelitatis, nam tunc, cum eſſet rebellis, ei obedire non tenetur: non tanquam liberatus per rebellionem, ſed tanquam ab ipſo initio in ipſa promiſſione conditionata ſit conditio, ut non ſit rebellis ſuperiori, & ita intelligo 10. col. hic finitur lex. c. 1. & quod ibi no. facit. ff. de leg. j. l. quid ergo. §. ſi hæres & de uer. ob. qui ſeruum. Sed Dominus Imperator contra dictum Robertum Regem expreſſe priuationis ſententiam promulgauit: ut d. c. paſtoralis. §. iubendo etiam. ſed hoc facit. uel quia prædicta erant in terris eccleſiæ, uel ex alijs cauſis prææallegatis. Sed cùm perdant ea, quæ ſunt iuris ciuilis, quid de his, quæ habent a iure canonico; ſeu a Summo Pontifice? Reſpon. 1 quoddam ius eſt ſuper ciuile: quoddam infra ius ciuile: quoddam æquale illi. primo caſu per ſolam rebellionem non perditur, ut ius naturale, uel gen. ea enim retinet, ut dicta l. amiſſione. ff. de capi. di. ſed per ſententiam poteſt quis priuari eo: ut patet in damnato ad mortem: qui ipſa ſententia priuatur ciuitate, & libertate, quæ eſt naturalis facultas: ut ff. de ſta. homi. l. libertas. & eodem modo dico de his, quæ quis habet à Summo Pontifice. nam ea ſola rebellione non perdit. nam eius auctoritas ſuper ius ciuile eſt ſed per ſententiam legitimè latam poſſet quis illo iure priuari etiam à iudice ſeculari. de laicis uero loquor: unde ſi Imperator protuliſſet ſententiam contra dictum Regem præſentem, ualuiſſet: ut d. c. paſtoralis: ibi quod ſi punitio, &c. tamen quia in abſentem 2 protulit, non ualuit, ut dictum eſt. De eo uero iure, quod eſt infra ius ciuile, ut ſunt propria ciuitatum, & aliorum dominorum ſub Imperio conſtitutorum, illa ſine dubio perd. Illa enim iura cum auctoritate Principis ſint facta, ipſius iura eſſe uidentur: ut C. de uete. iu. enuclean. l. 1. §. omnia. & eſt expreſſum x. colla hic finitur lex contra d. c. 1. De eo uero iure, quod eſt æquale iuri noſtro ciuili. exemplum poni non poteſt de iure: cum Imperatoris omnia ſint: exceptis his, quæ habet eccleſia, ut dictum eſt. ſup. titu proxim. circa prin. Sed præſuppono (prout de facto obſeruatur) quod aliqui Reges, uel populi non recognoſcunt Imperatorem in dominum: tamen dicendum eſt. quod illa iura non perdit rebellis ex ſua rebellione: nam ex hoc perdunt iura ciuilia, ſ. ciuium Romanorum: ut inſt. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. cum autem iura ciuilia extraneorum. Ex prædictis patet determinatio quæſtionis de exbannitis noſtri temporis dico enim, quod illi, qui ex forma ſtatuti poſſunt impune offendi, dicuntur hoſtes rebelles ciuitatis: quod patet quando per legem ciuitatis contra eos indictum eſt bellum: ut d. l. amiſſione. in glo. ſuper uerbo. relegati. & ideo perdunt iura ciuilia illius ciuitatis: non iura ciuil. Roma. quæ ſunt ſupra iura aliarum ciuitatum, quæ ſunt æqualia: ſicut exbanniti, & condemnati ab Imperatore non perdunt ea, quæ ſunt iuris ciuilis papalis. & ſic eſt caſus in d. c. paſtoralis. Sed dices tu. illud uerũ eſt in terris eccleſiæ: ſed in terris Imperij uidetur ibi caſus in contrarium: nam Imperator credit illum Regem poſſe priuari illo iure. quod habebat à ſuperiore: ergo idem ſenſit ab eo, qui eſt inferior eo. Sed contradico: nam Imperator cognoſcens quod eo ipſo, quòd rebellis, & hoſt is ſuus non perdit ea, quæ habet a ſuperiore: & ideo expreſſe ſententiam priuationis protulit: ſic patet quod eo ipſo, quod exbannitus, & hoſtis unius ciuitatis eſt, non perdit ea, quæ ſunt in ciuitate Romana, caſus eſt ff. de capti. & poſtl. i. reuer. l. ſi quis ingenuam §. in ciuilibus. Sed qđ ſi ciuitas uellet hoc expreſſe facere per ſuam legem, ut ſuum effectum porrigat ad ea, quæ ſunt extra territorium: dixi plene in repetitione, l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fide catho l. & hanc materiam plenè tractaui in quæſtione, quam de hoc diſputaui: quæ incipit, Lucanæ ciuitatis ſtatuto, &c. Circa ſecundum, ſcilicet, de pœna, quæ poteſt infligi à quo libet homine, quæritur an eum, qui eſt rebellis, occultè liceat occidere. Et dic, quod ſic. nam ipſo facto hanc pœnam incurrit. ut hic, & in iudicio, quo proceditur de homicidio, liquidabitur, an fuerit rebellis. argum. ff. de ope. noui nuncia. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. verſic. toties. Item an iſtæ pœnæ cadant in rebellem ciuitatem? Reſpon. quædam ſunt ciuitates, quæ per uim occupantur ab aliquo Tyranno hoſte Imperij, & iſtæ propriè non dicuntur rebelles, ſed dicuntur ciuitates 3 captiuæ: quæ ſi recuperantur, dicuntur redditæ ad priſtinam libertatem, ut C. de offic. præfec. præto. aphri. l. j. in princip. quædam proprio metu ciuium, uel maioris partis rebellant, & iſtæ ſunt propriè rebelles in quibus quantum ad amiſſionem iurium, & iuriſdictionis, dicendum eſt idem, quod in priuato; quantum ad pœnam inferendam per hominem priuatum, dicendum eſt, quod quilibet poteſt in eius ciuitate & territorio capere, prædari, comburere, & ſimilia facere, quæ conſueuerunt fieri his, contra quos bellum habemus, ut l. 3. in fin. ff. de acquiren. rerum domino. Sed ſi capiatur una ciuitas, cuius populus ſit rebellis: an populus efficiatur ſeruus, ſicut unus priuatus captus? Reſpon. non: imo libertatem recipiunt in auth. de hæred. & falcid. in princ. & ibi no. glo. ſuper uerbo, antiqua, & ibi per Iacob. de Beluiſ. Item an iuriſdictio erit priuati capientis? Reſpondeo 4 non: cum iure antiquo illam ante iam perdidit, & ſic eſt Principis, & ſic tunc cum occupatur, non habet iuriſdictionem. Item an priuatus, qui cap t ciuitatem, poterit eam deſtruere, uel homines inde expellere: patebit ſtatim. De pœna uero inferenda per ſententiam iudicis, dico, quod nullus poteſt condemnare ciuitatem ſubijciendam aratro, niſi ſolus Princeps. nam licet domus particulares ſint priuatorum: ipſa ciuitas uniuerſaliter conſiderata eſt Principis. ſimiliter & palatia pulchra ciuitatum. 10. collatio. quæ ſint regalia. cap primo, non poterit ergo deſtrui ciuitas, quæ Principis eſt, abſque eius uoluntate. Item ſi non licet deſtruere ciuitatem, nec alia ædificia, per quæ vrbs deformatur ruinis ff. de leg. primo. l. cætera §. hoc ſenatus C. de ædific. priua l. 2 multo minus nec tota ciuitas. Item ſi non licet contra decuriones ciuitatis ferre ſententiam mortis. Principe inconſulto. ut ff. de pœnis l. mortis §. iſte ferè. multo minus licebit contra ciuitatem; ſicut Troia, & Carthago paſſæ ſunt aratrum ex præcepto eius, qui tenebat Imperium, ut ff. quib. modis uſuſfruct. amitt. l. ſi uſuſfructus ciuitati. Dico etiam, quod poteſt cogere homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliam ſe transferre, quod ſolus princeps poteſt. argum. C. de iure fiſci l. certa forma lib. 10. ſed relegare ex cauſa poteſt præſes, uel alius prætor, uel rector. ut ff. de officio præfect. vrbis. l. j. §. fi.

a *Nulli*.] Quarta pars, in qua ponit impugnantes conſtitutionem, & quod dicit nulli, intellige priuato, uel in quauis dignitate poſito, etiam ſi uicarius fuerit Imperatoris; niſi hoc habuerit expreſſe in mandatis. hoc enim innuit dictio, omnino, quæ ſequitur, quaſi dicat, ſine diſtinctione perſonarum, ut ff. quod metus cauſa. l. ſi cum exceptione. § quæte nus. in glo. ſuper uerbo, omnino, & de fideiuſſo l. Græce. §. illud & ibi. Dynum. & de dictione, penitus, uide quod ponitur. C. de uſuris rei iudicatæ. l. ſi. a reſpond.

b *Infringere*.] i. retractare directò, uel per malitioſam interpretationem facere, ut C. de leg. l. 2.

c *Temerario*.] ex hoc pacto. quod ſi ex facilitate abſque dolo hoc fecerit, non incidit in hanc pœnam, ut ff. ad Turpilianum. l. j. §. quæri poteſt.

d *Contraire*.] contra diſſimulando, uel audiendo allegationes contra hanc legem, ut C. de leg. l. ſecunda. & de ſac. ſanc. eccl. l. j.

e *Attentare*.]& ſic non requiritur, quòd ad effectum perduxerit, quod plene dic, ut C. de epiſco. & cler. l. ſi quis non dicam rapere, &c.

1 Idē Bal. in l. ſi. C. ſi con. ius vel uti. pu bl. l. j. de iu. annu. aureo. Iuriũ multiplicitas. Ius naturale, uel gentiũ nõ niſi p ſententiam amittitur.

2 Vide de hac materia Rap in rubr. C. quõ & qñ iud. de gl. in l. prope rãdum. §. ſin autem alterutra. C. de iud.

Rebellem an occultè occidere liceat.

3 Idē Bar. in l. tutelas. ff. de cap. dimi.

4 Idē Bal. & Pau. in d. §. in ciuilibus ſupra in glo. alleg.

preſumpſerit indignationē[a] noſtram, & pœnam mille[b] libr. noſtræ cameræ ſoluendarum ſe nouerit incurſurum. Data[c] Piſis 4. nonas April. Regni noſtri anni quinti. 1312.

LIBER DE PACE Conſtantiæ * compoſita inter Imperatorem Fridericum, & filium eius Hēricum, & quoſdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, ciuitates Lombardiæ Marchiæ, & Romandiolæ ex altera, cum commento do. Baldi de Vbaldis de Peruſio vtriuſque iuris Doctoris illuſtriſſimi.

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis[d] Fridericus diuina fauēte clementia, Romanorū Imperator ſemper Augu. & filius eius Henricus vj. Romanorū Rex Auguſt. Imperialis[e] clementiæ immēſa ſerenitas manſueta eam ſemper[f] in ſubditis ſuis diſpenſationē[g] fauoris, & gratiæ habere conſueuit, vt quamuis diſtricta ſeueritate exceſſuum delicta[h] debeat, & poſſit corrigere: magis tamen ſtudeat propitia tranquillitate pacis, & pijs affectibus[i] miſericordiæ Romanum Imperium regere, & rebellium inſolentiam

a *Indignationem*.] huius verbi nullum effectum inuenio, niſi quatenus verbum ſonat: quia Imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit ſe gratioſum.

b *Mille librarum*.] alias punitur alia pœna. C. de legi. l. ſecunda in fin. & C. de ſac. ſan. eccleſ. l. placet. & dic, ut ibi per Doctores. Et ſic no. pro ciuitatibus, quæ quandoque faciunt ſtatuta, & pœnam imponunt iudici contra iudicāti, & aduerſario, & aduocato contra alleganti: nā ualet talis adiectio pœnæ, ſi ſtatutum illud ſit ualidum, ut hic cum ſi. ſed ſi eſſet inualidū, non ualeret adiectio pœnæ, ſicut nec principale. ut C. de leg. l. non dubium. & C. de pact. l. pacta, quæ contra. ſed aliquando ciuitates uolētes, ut ipſa ſtatuta licet inualida obſeruentur, auferunt iuriſdictionem ſuis iudicib. ut ſi aliquid contra illud ſtatutum diceretur, uel allegaretur: ſuper eo quod contra illud ſtatutum allegare, iuriſdictionē non habeat; quod an ualeat, dic q̄ quandoque per illud ſtatutum inualidum nititur auferre ei cui ius agendi, & tunc talis clauſula, per quam aufertur iuriſdictio iudici, qui eam habet ab ipſa ciuitate, ualet, ut ff. de iud. iudiciū ſoluitur. tñ poterit agi coram ſuperiore, ſicut aliàs cū proceditur per uiam euangelicæ denunciationis, ut diximus ī proxim. in glo. ſuper uerbo, denunciationem. Si uero aufertur ius excipiendi ſeu defendendi, tunc talis clauſula, per quam aufertur iuriſdictio ſuper defenſione, non ualet, quia defenſio eſt de iur. nat. & ſic nō pôt auferri: nec impediri, quin iudex audiat. aliàs idem importaret, ſi ſtatueret, q̄ iudex faciat iniuſtitiā ꝑꝑ hoc. extra de re iud. ca. paſto. in clemen. & quod dixi ſup. l. proxim. in glo. ſuper uerbo, figura. Idem ſi aufertur ius replicādo, quia ſicut exceptio eſt defenſio contra actionem: ita replicatio contra exceptionē, ut ff. de excep. l. 2. & hoc, qñ talis eſt exceptio, ſeu defenſio, quæ per ſtatutum non poteſt tolli: alias ſicut poſſet ipſa exceptio tolli, ita & iuriſdictio auferri.

* Hæc pacta ſeruari debent etiā à ſucceſſoribus Imperatoris. Vide Fi. ly. in c. 1. in princip. de probatione niſi eſſet dedecus Imperij.

y Vide c. 1. & de l. t. cente. lib. 6.

c *Data*] iſtud eſt utile, & neceſſarium in legibus quæ de nouo emanant, ſed in codicibus, & legibus antiquis diu obſeruatis, ſeu in uolumine legū redactis, licet data nō reperiatur, nihilominus ſuum uigorem obtinēt, ut in prima cōſtitutione codicis. ibi, ſi qua eorum. &c. unde & cōſtitutio poſtquam cœpit per ſtudia diuulgari, & frequentari, ualeret, licet data non reperiretur & hoc eſt utile ꝑꝑ quaſdam ciuitates, quæ hñt ſua uolumina ſtatutorum non publicata manu notariorum, ſed ſunt diutius obſeruata. & hæc data eſt cōis ad hanc conſtitutionem, & præcedentem.

SEQVITVR LIBER DE PACE CONSTANTIæ compoſita inter Imperatorem Frideric. &c.

d *IN nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis.*] Imperator Fridericus pacem ſuam laudabilē ſummæ attribuit Trinitati ut facit alibi Iuſtinianus. C. de of. prefect. præto. Aphri. l. I nomine. & in auth. de quæſto. in prin. & in auth. de armis. in princ. Ex quo ſequitur bonum principium, melius medium. & finis Deo acceptabilis, in auth. quomod. opor. epi. in prin. non ergo tanquam ipſe, ſed tanquam Deus ut facere, ut ff. de acquir. poſ. l. quod meo, & non ſua uice, ſed delegantis. ſ. Dei cuius uice fungitur. nā Princeps eſt ordinarius omnium, & legatus. ſiue Proconſul. Dei, ut ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuris. l. 1. in fin. & in auth. de fide inſtr. §. quia ergo Imperium. ſm Acc. qui ita elegātes no. in auth. de hæredib. & falcid. in rub. col. 1. Sed quare iſte ſtylus non ſeruatur in literis apoſtolicis? Reſpon. quia hoc facit ſtylus literarum papalium, ubi non fit alia expreſſio, ut no. in c. abbate. in ti. de re iud. lib. 6. in nouel. adde, q̄ conſuetudo formalis debet ſeruari: aliàs inſtrumentum non ualet, ut no. in auth. ut præponatur nomen Imperatoris §. nos enim. coll. 5. in glo. puta, &c. Bal.

e *Imperialis.*] Imperator debet eſſe clemens, & manſuetus, ut hic, & C. de offic. Comitis rerū priuatarū l. ult. Quæ quidem māſuetudo ex humanitate deſcendit, & merito Principi ineſt; cum nihil tam peculiare ſit Imperialis maieſtatis, quam humanitas, ut C. de dona. inter uir. & uxo. l. fin. in fin. & C. de teſta. l. fin. tibi, ad humanitatē Dei reſpicientes ſic & Princeps inſcribitur. C. de offic. præfect. ſacr. largi. l. exemplar. Item magnanimus, & benignus. l. 1. C. de theſau. lib. 10.

f *Semper*.] Imperator pacem, & clemētiā, & māſuetudinē, & diſpenſationem, & fauores, & gratias ſolis ſubdit. ſuis, & deuotis pollicetur, non his, quos ut hoſtes, & barbaros iure perſequitur: quos potius, conuenit ſeuerè punire. & per hoc Imperator iuſtitiæ terminos non excedit, ſed potius iuſtitia mediante procedit. ut ſup. hic finit lex, deinde conſue. regni incipiunt, ca. domino guerram. col. 10. Ideoque ſubtili ingenio eſt ab eis uelut a Barbaris pecunia extorquenda, ut egeſtate laborent. ff. depo. l. bona fides nimirum igitur, ſi contra rebelles ferocitas exercetur: cum peccent: eo q̄ contra dñm ſuū bella exerceāt. C. de commer. & merca. l. 1. & 2. C. loca. l. fi. & 8. diſt. quo iure. præſertim ſi Papa contra hæreticos, qui non poſſunt præſcribere contra confiſcationem bonorum, ut no. in c. 1. de præſcrib. lib. 6. in nouel. & eſt expreſſum. C. de apoſta. l. apoſtatarum hoſtes fidei: non protegi, ſed exterminari oportet, ut C. de ſum. tri. l. nullos hæreticos. ſicut etiam deportatus ullo tempore non præſcribit, quia à iure ciuili eſt penitus alienus ff. de l. 1. §. 2. quib. quia deportatus pro mortuo habetur, ut ff. de contratab. l. 1. & not. in l. 1. C. de hær. inſti. & ff. de lib. & poſth. l. Gallus. § & quid ſi tantum. & fortè ciuiliter poſſidere non poteſt. & ſic in tali exilio incœpta uſucapio interrumperetur.

g *Diſpenſationem*.] diſpenſatio dicitur ſeueritatis, & exceſſuum mitigatio, uel remiſſio fa. extra de iudi. c. at ſi clerici. Iura tamen ciuilia rarò diſpenſationes permittunt: quia non debent indulgentia crimina ſubleuari, ut C. de cohor. l. ſi apparitor. lib. 12. & contra rebelles, & proditores nunquam, ſed debent ipſi temeritatis ſuæ conatibus opprimi, ut C. de ſenat. l. 1. & 2. lib. 12. & C. de delato. l. fin. lib. 10. Itē hoc ipſo, q̄ quis parcit malo, intelligitur nocere bono. in auth. de mand. Prin. §. homicidia. & eis ſolus Princeps ſecuritatem dare poteſt, niſi ex cauſa iure expreſſa eod. tit. §. ſed neque hoc. & no. ff. de pu. iud. l. is, qui rectus.

h *Delicta*.] id eſt delinquentes, ſic C. de teſta. l. iubemus. in princ. Occurrit dicere illud uulgare, cum filius facit offenſam patri, & pater uerberibus cū caſtigat, dicit enim pater filio, non uerbero te, ſed fatuitatem tuam, ut C. de emen. propin. l. 1. ſecundū Odof. & alibi: Non punio te, ſed mores tui accuſant, & puniunt te l. palam. de ritu. nupt. & ff. de probatio. l. cùm probatio. per Accur.

i *Pijs affectibus*.] Impeator pietate mouetur ad aliquid concedendum. vt & aliàs. C. de offic. proconſul. & lega. l. ſecunda ibi, dum dicit, cuius allegationes humanæ pium principem cōmoueraunt, vt. C. de apoſta. hi, qui ſanctā.

p *Debitam*]

ad debitam fidem,[a] & debitæ deuotionis [b] obſequium reuocare Ea propter cognoſcat uniuerſitas [c] fidelium Imperij tam præſentis ætatis, quam ſucceſſione poſteritatis, quòd non ſolita benignitas noſtræ gratiæ, ad fidem, & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos, & Imperium noſtrum offenderant, uiſcera nobis innatæ [d] pietatis aperientes, eos & ſocietatem, [e] ac fautores eorum in plenitudinē [f] gratiæ noſtræ recipimus, offenſas omnes, & culpas, quibus nos ad indignationem [g] prouocauerant, clementer eis remittentes: eoſque propter fidelia deuotę ſynceritatis ſeruitia, quę nos ab eis credimus, certiſſimè recepturos, [h] in numero dilectorum noſtrorum fide ium computandos cenſemus. Pacem itaque noſtram, quā ei clementer indultam conceſſimus, præſenti pagina iuſſimus ſubſcribi, & auctoritati noſtræ ſigillo communiri.[i] cuius eſt hic tenor, & ſeries.

NOs Romanorum [k] Imperator Fridericus, & filius noſter Henricus Romanorum Rex, concedimus uobis ciuitatibus, locis, & perſonis ſocietatis regalia, & conſuetudines noſtras, tam in ciuitate, quàm extra ciuitatem, uidelicet, Veronæ, & caſtro eius, ſuburbiis, etiam, & aliis ciuitatibus, & ſuburbiis, locis, & perſonis ſocietatis in perpetuum, uidelicet, ut in ipſa ciuitate omnia habeatis, ſicut hactenus habuiſtis, uel habetis. Extra uerò omnes conſuetudines ſine contradictione noſtra exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis, uel exercetis, tam in foro, uel in

a *Debitam fidem.*] omnes tenemur Principi, quia ut Deus eſt Princeps in cœlis, ſic Imperatorem uicarium, & dominatorem in fide, ac ueritate, & iuſtitia conſtituit in terris, ut C. de uet. iur. enucl. l. 2. §. ſi quid igitur. & in aut. de Conſulibus. in fi. Præterea diuina pagina dicit, omnis anima ſubdita ſit Principi, & Ducib. ab eo miſſis, ut ext. de decim. cap. omnis anima.

b *Deuotionis.*] ſubditi debent eſſe deuoti. C. de ueſt. & comm. l. elegantem. & ſ. q. b. cau feu. amit. c. obertus. § 1. col. 10.

c *Uniuerſitas.*] de iſta magna uniuerſitate, q̄ omnes fideles Imperij in ſe complectit tam præſentis ætatis, quam ſucceſſiuæ poſteritatis, hinc colligitur, ꝙ lex ſemper ſloquitur, ut C. de hær. l. Arriani.

d *Innata pietatis.*] pietas decet Principem, per quam ſola Dei ſeruatur imitatio. ut C. de nup. l. imperialis.

e *Eos & ſocietatem.*] id eſt, ligam, ſiue confęderationem tam factam, quàm fiendam inter eoſdem, ut ſ. e. §. item ſocietatem In hac autem ſocietate non continetur Ferraria, quia non fuit in concordia cum Lombardis ſecundum Oldra.

f *In plenitudinem.*] ille intelligitur receptus ad plenitudinem gratiæ, cui remittuntur culpæ, & recipitur ad fauores.

g *Ad indignationem.*] iniuriæ Principes, & dominos prouocant ad indignationem. fa. ff. de manuſ. teſtam. l. centurio. Item no. ꝙ inter offendentem, & offenſum præſumitur animi indignatio, & eſt præſumptio naturæ uulnerare propter offenſam. ff. de arb. licet. ff. de adim. leg. l. 3. in fi. C. fam. erc. l. in ipſius.

h *Recepturos.*] quando Princeps indulget beneficia, ſperat recipere grata ſeruitia, alias non facturus. & ideo non mirum, ſi ingrati perdunt gratias: nam oppoſitum diſſoluit propoſitum.

i *Sigillo communiri.*] dicit Odof. ꝙ in l. faciendum non eſt opus ſigillo Principis Adde, dicunt Doct. ꝙ contractus probatur per ſigilla ubi deficit tabel. ut no in c. 2. de for comp. in nouel lib. 6. fa. C. qui teſt. fac poſſ l. hac conſultiſſima §. fi. de teſt. l. ſi unus. Sigillum habet uim conſenſus, & confirmationis, ut not. C. de reb. alie. non ali. l. 2. per Accur. de fideiuſ. l. Lucius. de teſta. mili. l. tribunus. § ult. Sine literis tñ mutus, & incertus teſtis eſt ſigillum: ideo per ſolius ſigilli præſentationem non probatur commiſſio præſertim ſpecialis. ut no. in c. quamuis. de pact. lib. 6. in nouel quia ſigillum eſt res inanimata, & uide quod no de his, quæ fiunt à præl. c. quanto in nouel Sed aliud eſt ſigillum alterius fideicommittere, aliud in chartis imponere.

k NOs *Romanorum Imperator.*] uult iſtam pacem eſſe perpetuam, i. quandiu fides ſeruetur, ut C. lo l. quæro. § inter locatorem. inſt eo. §. adeo. uel per præſentē mundi ætatem, & futuram, & ſine præfinitione temporis, quia Imperator facit hanc pacem nomine ſedis, non nomine proprio tantum, & Imperium non moritur ut ff. de leg. 2. l. quod prin. & in auth quomo lo oportet epi. in fi. & no. per Cyn. qui teſt fac. poſſ l. ſi quis Imperatorem & in c. ſi gratioſe. de reſc. lib. 6. & hoc ex parte imperij Sed ex parte ciuitatis exponitur in perpetuum. i. uſque ad uitam ciuitatis. nam ciuitas mori poteſt ſi auctoritate ſuperioris damnetur ad aratrum, ut no. Inno. extra de oper. nou. nun. ca. cum ex iniuncto. Item ſi pereat alluuione, uel chaſmate, ut ff. quibus mo uſusfruct. amit. l. ſi ciuitati. & C. de le cum res. § fin. & quod no. in c. non poteſt. de præben. lib 6 in nouel. Item ſi fuerit poſita ciuitas in banno æternali Imperatoris, uel in banno domini Papæ ſecundum Hug. & Odof. nam cum perdat ea, quæ ſunt iuris ciuilis, æquiparatur deportato: quinimo ei, qui condemnatus eſt ad ultimum ſupplicium, qui efficitur ſeruus pœnæ, & ſententiæ ſtatum trahit ſecum ad executionē intellectualem, ut ff. de pę. l. qui ult. & no. in l. ult. C. ſi a non comp. iu. Sed hic dubitatur, an damnata ciuitate ad aratrum, intelligantur eius caſtra damnata, & dicendum, quod non, iuxta no. in c. felicis. extra de pœ. in noue. & in cap. ſi ciuitas. de ſen excō. lib. 6. Item deſtruitur ciuitas, ſi homines inde eo propoſito diſcedant, ne eo amplius reuertantur, ut ff. de col. l. pe. 1. reſp. & ar. ff. de leg. 2. l. pater. §. tuſculanus Item ſi incendio deuſta ſit, uel aliquo caſu in totum corruerit ſine ſpe reparationis. ar. ff. de ope. nouis nunc. l. 1. §. ſi quis ędificium. & ff. de iti. act. priu l. 3. §. reficere ff. de uerb obl. l. inter ſtip. §. ſacram. ff de ſol qui res. § aream. Sed ſi cum ſpe reparationis, durat ciuitas habitu, ſed non actu ar. eorum, quæ no. ff. quod cuiuſq; uni no. l. ſicut. §. ſi & ff. de pi. l. Paulus. §. donis. & in c. pleriſq;. ext de ele. in cle. His itaq; caſib priuilegia aut delenī, aut in ſuſpenſo retinentur: nam ſi eſt perpetuo deſolata ciuitas, priuilegia eius remouentur: quia ſublata perſona, & re, cui tributum eſt bñficium, deletur priuilegium eſt. ar. l. poſtquam. in prin. ut le. no ca ff. de cōd. & de. l. intercidit. de iur. cod. l. quidā. at uero ſi ſpes eſt reparationis, beneficiū non deletur, & ſi de facto nō excitaretur ad actum ſuum, ut no. ff de uer obl. l. 2. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. nam ſæpe priuilegium ſuſpenditur, & non annihilatur, ut no. in c. 1. de cle. coniu. lib 6. in nouel Quid ergo ſi huiuſmodi ciuitas ita diruta reædificetur, an his priuilegijs quibus prius potiebatur, modo potietur? ar. ꝙ non, quaſi ſit alia ciuitas, & non ea, quæ prius erat ff. de uſuf. l. qui uſumfr. & habes ar. ff. quibus mod uſusf amit l. quid tamen. §. pe. Sed ego contra puto ſecundum Odof. quia alias propter utilitatem cenſetur idem, quod non eſt idem. ff. de ſerui. ru præ l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. & nemo dubitet hāc publicam eſſe utilitatem, ſi talis ciuitas pacificè his priuilegijs potiatur, cum pax ſit utilitas publica, ut ff. de pac l. conuentionum & hic eſt quidam fauor: nō potiu uerò eſt quoddam odium: & fauores ſunt ampliandi, & odia ſunt reſtringēda ar. ſ. eo. in prin. ibi cauſam magis ſtudeat, &c. & ff. de li. & poſth. l. cum quidā. & hæc uera ſunt, ſi idem populus non tamen nunc damnatus a Principe ciuitatem reædificet. Quid autem ſi quondā ciuitas, quæ tempore huius pacis pro ciuitate non habebat, ſed pro loco, uilla uel caſtro reædificet, & ciuitas fiat: an huiuſmodi priuilegijs potietur? Rñ. non tanquam ciuitas, ſed tanquam caſtrum eius ciuitatis, ſub qua erat: cum de ea tanquam de ciuitate mentio facta non fuerit: & ideo omiſſa intelligatur ar. ff. ſol. mat. l. ſi cum dotem. & in c. literas. de reſc in cle. Idē crederē, ſi de nouo in territorio alicuius iſtarum ciuitatum ciuitas aliqua inſtrueretur: quia nouum cor-

nemoribus, & paſcuis, & pontibus, aquis & molendinis, ſicut ab antiquo [a] habere conſueuiſtis, vel habetis,

corpus, & noua vniuerſitas eſt, & eſt ſimilis poſthumo præterito, vt ff. de reuo. do. l. ſi unquam & caſui improuiſo, vt ff. de mil. eſt. l. milites codicillis. § miles. & rei quæ non apparet in rerum natura, vt ff. de contr. emp. l. Rutiua. & l. in lege & in c. vlt. de reſc. in gl. Sed videtur contra. ſi ſer. vin. l. ſi. ſed ibi fuit facta mẽtio de futuris. Pone, quædam ciuitas ſubmerſa eſt in mari, Papa ignorans fecit quẽdam Epiſcopum illius ciuitatis. Quæritur, an erit Epiſcopus ſaltem ratione diœce. & videtur, ꝙ non ar. extra de reſcr. ca. Rodulphus. & quia illa diœceſis eſt acephala, quia caput non hẽt, ar. ff. de leg. 3 l. 1. § his, quibus. Item quia non vr̃ Epiſcopus eſſe poſſe ſine ciuitate, vt no. in decr. 99. diſt. prouinciæ. nam etiam ſine Præſide proprio poteſt eſſe ciuitas, non tamen ſine Epiſcopo, ſuo caſu Epiſcopus erit dominus non ſolum ſpiritualis, ſed etiam temporalis, vt in auth. vt diſ iud. § 1. Contrarium credo, quia ſi non valet in totum, debet valere pro ea parte, pro qua valere poteſt. arg. ff. de ſerui. l. ſi tam anguſti. porro quandoque pars ponitur pro toto, vt ff. de leg. 3. l. vxori ſuæ. Quæro nunquid ciuitas durãs in nouis ciuibus non naturaliter, ſed aduentitijs, dicatur eadem ciuitas? Reſpon. ſic, nam hoc idem eſt capitibus ſubrogatis in locum mortuorum. ff. de leg. 1 grege. & l. ſi grege. & patriæ priuilegium videtur ipſis ciuibus eſſe conceſſum, ut C. de teſt. l. ſi non ſpeciali. & de for. comp. l. dilecti. Item quia quod vniuerſale eſt, non poteſt morte perire, ſicut homo in genere non moritur, vt ff. ad l. fal. in ratione. § incertæ. Item lex dicit, ciuitas noſtra populoſa eſt, quæ merito etiam aduenas comprehendit, vt in auth. de Quæſtore, poſt princ. col. 6. nam ciuitas vicæ perſonæ fungitur: cum talis eſt vniuerſitas, quæ vice unius perſonæ fungatur, omnia tranſeũt cum ipſa de fideiuſſ. l. mortuo. Quæro, quid ſi ex pluribus caſtris vnius ciuitatis, puta Bononiæ fiat vna congregatio, quę velit ſe in urgere nomine ciuitatis? Reſpondeo, hoc non poteſt fieri ſine conſenſu ſuperioris, i. rectoris illius ciuitatis, in cuius territorio ædificatur, vt ff. de coll. illici. l. 1. & arg. ff. de rer. diui. l. antep. § pen. ſecundum Odofr. & C. de fundis limi. l. quocunque caſtrorum. & in auth. quib. mo. na. eff. ſui. ſupra § ſi quis igitur ex quolibet. ibi, vel abbatis. præſentes ergo, & præteritas tantum hic conſuetudines concedit. Quid ergo de futuris? Reſpondeo. illæ non conceduntur per conſtitutionem iſtam. Odof. ar. ff. de legi. l. cum lex. & ſic eſt argu. ꝙ noua ſtatuta non poſſint fieri ſine ſcientia Principis ar. a contrario ſenſu iſtius literæ, & dic, vt in l. omnes populi. per Doctores. imo ſi pertinent ad bonum regimen per ea, quæ ſequuntur, ſtandum eſt antiquitati.

a *Sicut ab antiquo.*] arg. ꝙ ant. quæ conſuetudines ſunt ſeruandæ: vnde dicit lex, ne quid contra longam conſuetudinem fiat, ad ſolicitudinem ſuam reuocabit Præſes prouinciæ. C. quæ ſit lon. conſu. l. 1. ſimile habet. C. de off. rec. prouin. l. nullum. & C. de ſerui. & aqua. l. ſi manifeſte. & de of. procon. l. ſi in aliquam. Et no. hic expreſſum, quod in paſcuis, pontibus, aquis, & molendinis, ac etiam ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſt antiquitati. Verbum enim, habuiſtis, & habetis ſignat retro ſubſiſtentiam iure conſuetudinario, & quia illud erat amiſſum per rebellionem, hic recuperatur per gratiam, & reconciliationem. C. de ſen. paſ. l. fin. ſicut ſi poſtliminio ciuitas reuerſa eſſet. ff. de inof. teſt. l. ſi quis filio. § fin. Et ſcias, ꝙ in præſcribenda conſuetudine non eſt neceſſe allegare titulum, vt not. in c. 1. de reſcr. lib. 6. in nouel. & facit ad conſuetudinem obſeruandam. C. de agri. & cen. l. domini prædiorum. Item no. ꝙ interdum fit aquæ diſtributio arbitrio boni uiri. ff. de va. & extraor. cog. l. de vſu. & no. in Specu. de cau. poſſ. vbi uide. Imperator vult hic, quod aqua perpetua, & curſus eius, & commoditas perpetuo non tollatur nec alteretur. fa. C. de aquæd. l. ſi diligenter. lib. 11. & loquitur tam de aqua publica, quàm de aqua, quæ ſeruit commoditatibus priuatorum, vt hic in verbo perſonæ, & eſt expreſſum C. de aquæd. l. vſus aquæd. libro vndecimo. & extra de offi. dele. cum olim.

b *Munitionibus ciuitatum.*] Licet enim Lombardis ciuitatem munire, vt hic & inf. eo. § ciuitates. Adde quod non ſolum Lombardis, ſed etiam alijs C. de ſac. ſan. eccl. l. ad inſtructionem. Nunquid ergo ecclesiæ tenentur ad talem munitionem conferre? dic, quod aut fit ad ornatum, & non debent conferre, aut fit ad neceſſitatem, & debent conferre, quia eſt eadem ratio, quæ in via, & pontibus, nam refectionem itineris. & pontium agnoſcit eccleſia propter cõem Reip. neceſſitatem, in qua etiam eccleſiæ continentur. Idẽ & in gabella plauſtrorum, quæ ſoluitur ad portam: quia illud ſoluit, quia plauſtra deſtruunt ciuitatem, & vias, & oportet, ꝙ quotidie reficiantur viæ ex illa pecunia. & ideo ſicut ad refectionem viæ tenentur, ita ad ſolutionem illius gabellæ ex qua reficitur via. Ad expenſas ergo ſuperuacuas, vel honoris cauſa, ſicut eſſet, ſolitare plateã, non tenentur eccleſiæ, ſed ad alias neceſſarias expenſas põtium, uiarum, murorum tenentur, ſm Iaſ. de But. in d. l. ad inſtructionem. niſi forte ſint eccleſiæ mendicantium: quia nulla bona in ciuitate habent: ſicut dicimus in ſimili, de cadu. l. tutelas. § ſi libertate. & ff. de vulg. ſub. l. lex Cornelia. nam pauperes ad huiuſmodi ſumptus burſales conferre nõ tenentur, vt legitur, & notatur. C. de annonis & tri. l. indictiones. lib. 11. Quid de collectis, quæ pro alijs neceſſitatibus imponuntur? dic, ꝙ ſi poſſeſſio per eccleſiam acquiſita, erat adſcripta dare pro ſolido, & libra ad collectas: quia quandoque patrimonialia munera poſſeſſionibus inducuntur, vt ff. de mu. & ho. l. reſcripto. § vult. & l. munerum. § patrimonium. & tunc res illa eſt onerata, & cum illo onere tranſit: quare clericus, ad quem peruenit, pro illo ſoluere tenetur. ff. de ac. emp. & ven. l. alienatio. ff. de acqui. rer. do. l. traditum. C. ſine cenſu, vel reli. l. omnes. nam pro talibus collectis bona ſunt hypothecata, imo ſunt quodammodo ſuppoſita ſeruituti cuidam: & ideo ad quemcunque tranſeunt cum onere ſuo, vt ff. de act. empt. l. in venditione. & hoc verum, ſi talis deſcriptio, quæ fit pro ſolido, & libra, ſit perpetua, & certa. Secus ſi propter varietatem negotiorum imminentium immutatur. nam incertæ obligationi hypotheca accedere non poteſt. & ideo non videtur huiuſmodi onus durare, poſtquam peruenit ad perſonam priuilegiatam, vt in c. vnico de iure pat. lib. 6. & ita tenet Arch. in c. 1. de immu. eccle. lib. 6. & idem ibi Ioan. And. in nouel. Ex iis apparet, ꝙ collecta eſt munus mere patrimoniale, vt quando eſt perpetua, certa, & ordinaria. quandoque eſt munus mixtum, ut quando non eſt ordinaria, ſed ſecundum emergentes caſus imponitur perſonis pro rebus: quo caſu non tenetur eccleſia, quia non eſt ſubiecta communitatibus, vel dominis temporalibus, ſicut non tenetur ad ſuperindictum, ut C. de ſac. ſanct. eccle. l. placet. ad quæ etiam non tenetur clericus ad titulum ſui patrimonij perpetuo ordinatus, ut no. in c. epiſcopus. de præben. per Ber.

in exercitu, in munitionibus ciuitatum, [b] in iuriſdictione, [c] tam in cauſis criminalibus, [d] quam in cauſis pe-

c *In iuriſdictione.*] tam in criminalibus cauſis, quàm in ciuilibus hic aperte, apparet, quod merum imperium, & miſtum dicitur iuriſdictio, cum dicat, in criminalibus, & pecuniarijs ſic ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l. 1. § 1. & no. ff. de iuriſd. om. iudi. l. Imperium.

d *Criminalibus.*] ſed an & ſine hac prouiſione haberent iuriſdictionem in criminalibus, vidi ſæpius quæri. Ioann. & Azo dicunt. quod ſic. ff. de off. præſ. l. illicitas. § qui uniuerſas. & argu. ff. quod quiſque iur. l. 1. § 1. & ff. quibus ex cau. ma. l. ſed ſi per prætorem. § 1. Alij dicunt ſolo Principi merum imperium competere: nam populus ex lege Hortenſia ei, & in eum omne imperium, & omnem iuriſdictionem tranſtulit, vt inſt. de iu. na. § ſed quod. & ff. de conſt. prin. l. 1. in princ. argumen. validum. ff. de offic. præſ. præto. l. unica. ibi, regimentis. & argumen. C. de vete. iu. enucle. l. 1. § ſed hoc ſtudioſum. Item dixit expreſſè lex iſtius Imperatoris, omnis iuriſdictio, & omnis diſtrictus apud Principem eſt, ut ſup. quæ ſunt regalia. l. omnis iuriſdictio. Item & ſolus Princeps poteſt ſtatuere generalem æquitatem, vt C. de legi. & conſti. prin. l. 1. & ad hoc uidetur facere definitio iuriſdictionis. Eſt enim iuriſdictio poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ, ut no. do. Azo in ſumma. C. de iur. om. iud. circa princi. & nemo ſani capitis dubitat, merum imperium iuriſdictionem eſſe, ut ff. de off. eius, cui man. eſt iuri. ibi, & ideo. & l. 2. in princip. non obſtant leges in contrarium allegatæ: quia exercerentur authoritate Principis, ut C. de legi. & conſti. l. ſi & ſup. quæ ſunt regalia. c. omnis iuriſd. illud tamen non eſt, qui neget Magiſtratus municipales non habere merum imperium, ut ff. de iu. om. iu. l. Magiſtratibus.

Sed

Sed certè ego puto, pòteſtates, qui hodie eliguntur, eſſe municipales magiſtratus, vt C. de mag. mun. l. 1. vel defenſores ciuitatum, vt in auth. de Defen. ciui. §. nos igitur. col. 2. qui non habeat merum imperium, vt C. de defen. ciui. l. defenſores ita. & l. defenſores ciuitatis oblatos. & in auth. iuſiurādum, quod preſta. ab his, qui admi. ſuſci. §. & equus. col. 2. ſic non habebant ante hanc pacē iuriſdictionem in criminalibus, ſed hoc conceditur eis. Præterea ſi & ſine hac conceſſione haberent, ad quid ergo in modum priuilegij hoc eis concederetur, cum fruſtra precibus impetretur, quod iure communi conceditur, vt C. de theſau. l. unica. lib. 10. Odof. Item tenet Spec. dicens, quod poteſtates. terrarum non habēt merum imperium: & ideo nedum ad vltimum ſupplicium nequeunt condemnare, ſed etiam forbannire non valent: nimirum, quia non reperit hoc eis eſſe conceſſum ſpecialiter: huiuſmodi enim iuriſdictiones nominatim lege, vel ſenatuſconſulto, vel conſtitutione Principum conſtituuntur, vt ff. de eo, cui man eſt iuriſ. l. 1. Vnde cum Magiſtratibus municipalibus non videatur hoc attributum, tacitè videtur denegatum, vt C. de ſen. & interlo omn iu. in l. nulli. Præterea merum imperium competit in prouincia ſoli Præſidi prouinciæ, vt ff. de off. præſi. præſes. & l. illicitas. §. qui vniuerſas. Sed poteſt dici ſecundum Accur. quòd hoc iure cauetur, ſed conſuetudine non habetur in ciuitatibus, quæ populariter reguntur. nam poteſtas eligitur ab eis de conſuetudine inueſtituræ, & alium Præſidem non habent: vnde merum, & miſtum imperium, & omnimoda iuriſdictio apud eum eſt, qui loco præſidis habetur reſpectu illius ciuitatis, ut no. in aut. de defen. ciui. l. nulla. in glo. quæ incipit, ſcilicet. maior, id eſt in fin. & C. de præſcrip. longi temporis l. finali. Item in caſtris, ſeu terris, quæ alterius iuriſdictioni non ſubſunt, ſicut in inſulis multa ſunt, facit quod no. in c. 1. de re. iu. lib. 6. in nouel. C. de teſt. l. fin. An ergo damnati ad mortem à talibus poteſtatibus terrarum efficiantur ſerui pęnæ? Reſpond. quod ſic, ſi ponatur eos habere merum imperium. adeo. ut nec poſſit eis reſeruari teſtamenti factio, etiam nam cognita, quia teſtamenti factio publici iuris eſt, & in ſeruum non cadit, vt no. C. de teſta. mili. l. militibus noſtris. etiam ſi faciant teſtamentum ad pias cauſas. bene tamen poteſt ſe obligare inter viuos, antequam ſit condemnatus ad reſtitutionem male ablatorum: vt no. in c. quanquam de vſu. lib. 6. in nouel. Poſt ſententiam verò, ſi bona ſint confiſcata, nihil ſtatuere poteſt argumen. in l. ſi partem. §. fin. ff. quemadmodum ſerui. amit. & ff. de noua. l. quoties. §. finali. hic enim nulla bona in ciuitate reliquit, vt ff. de vulgari ſubſtitut. l. lex Corne. & ff. de ijs, quæ pro non ſcrip. ha. l. ſi is, qui in metallum. Sed hic dubitatur, an ſi quis pro furto, vel alio priuato delicto condemnatus ſit ad furcas, nunquid bona ſint tacite confiſcata, & glo. ſentit, quod non. in l. ſecunda. C. quemadmodum teſt. ape. Item & ſi pœna ſit furcarum, tamen crimen eſt priuatum, ut no. §. de cō. ſectio. ob cau. l. ſi ſeruus tuus. de quo crimen an poſſit inquiri, no. in cap. felicis. de pœnis. in nouel. l. & melius, & latius in l. ſecunda §. publico. de adulter. & per me. C. de proba. l. iubemus. Deinde quæro: pone quòd Princeps conceſſit ciuitati facere ſtatuta, uirtute cuius conceſſionis ciuitas fecit ſtatuta ſua: quæro nonquid poterit reuocare? & uidetur, quòd non, quia intelligitur de primo actu, vt ff. de verborum ſignificatio. l. boues. §. hoc ſermone. Contrarium eſt uerum. argumen. C. de teſt. l. omnium. & quod no. in cap. non poteſt de præben. lib. 6. in nouel. Ex his apparet, quòd ſtatuta potius accedunt vltimæ uoluntati, quam contractui. de hoc no. c. quia cunctis de conceſ. pręb. in 6. & no. ff. de leg. l. ſed & poſteriores. & no. per Per. & Cy. C. commu. de leg. l. fina. §. 1. Quæro vtrum ſtatutum iniquum teneat? Reſpon. ſic, ſi ſit ſolenniter factum, donec corrigatur per ſuperiorem: ſecus ſi ſit impoſſibile, vt no. in cap. ſi. de appe. lib. 6. in nouel. Et in cæteris, quæ ad commoditatem ſpectāt ciuitatum hic conceditur ciuitatibus, quòd olim erat commiſſum Præſidibus, vt in auth. de mand. prin. deinde competens. ibi, & quod omnino, &c. Et collige, ꝙ maleſactores punire ſpectat ad commoditatem ciuitatum, vt hic, & ff. de off. præſi. l. congruit. & ad ſalutem omniū. vt C. de feri. l. prouinciarū. Expedit enim Reipublicæ vt maleficia puniantur, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus: ne ad ad ea committenda temerè quiſquam proſiliat, vt C. de pœ. l. ſi operis. Ex hoc ergo. §. nos Romanorum, habes quædam vtilia, & neceſſaria ciuitatibus, quæ ſunt conceſſa, indulta, & confirmata per hunc Imperatorem Fridericum certis ciuitatib. Lombardiæ: non enim eſt conceſſio generalis, ita ꝙ ex vi ipſius cōceſſionis extendatur ad alias ciuitates: imo eſt localis terrarum ciuitatum inferius ſpecificatarum, licet quo ad ipſas ciuitates faciat ius commune, ut patet ſtatim in §. volumus. ſecundum Odofr. Porrò etiam locales conſuetudines, quo ad locum ipſum dicuntur ius commune, ut in c. cum veniſſet. de eo, qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan. & eſt ratio, quia iure communi confirmatur, ut ff. de iuſti. & iure. l. omnes populi. Porrò conſuetudines confirmatæ ſub certo modo, & forma non valent, niſi ſub illo modo, & forma. C. de teſt. l. ſi quas. Princeps tacitè confirmare uidetur, eo ipſo, quod ſunt tolerabiles C. de re militari. l. tam collatores. lib. 12. C. de agrico. & cenſi. l. domini prædiorum. C. de fundis limitrophis. l. prima. & l. quicunque. & l. fin. C. de iure fiſci. l. ſuper creandis. & C. de vendendis reb. ciui. l. prima. Contra malæ conſuetudines tanquam abortiua ſtatuta non conualeſcunt tempore, vt in auth. ut nulli iud. §. nulli uerò. Vnde dicit Imperator, conſuetudines tunc tenent, cum noſtris non repugnant. legibus. in auth. de vſuris nauti. §. fin. & ibi no. Et ideo contra concilia generalia, quæ ſaruanda ſunt, vt euangelia, non tenet conſuetudo, uel contraria conſtitutio, vt no. in c. cum laicis de rebus eccl. non alie. in nouel. & c. nulli. eod. titu. in nouella. Vnde non ualet ſtatutum, nec conſuetudo de præſtandis vſuris: quia eſt contra concilium, vt no. C. de vſur. auth. ad hæc. Sed nunquid ualet ſententia lata contra conſuetudinem? uidetur, quod ſic, quaſi contra factum lata: nam conſuetudines facti ſunt, tamen ius pñt appellari. Iſte videtur caſus no. in d. ca. cum veniſſet. nam cum de ea non conſtet ſine probationibus, merito dicitur in facto conſiſtere: articuli uero iuris dicunt illi, ſuper quibus ſine probationibus facti ſtatim poteſt pronunciari, vt no. c. ad decimas. de reſt. ſpo. in nouella. ſed ſuper facto non poteſt pronunciari, niſi examinetur factum, vt C. de ueteranis l. prouidendum. & C. de hæ. in vi. l. cum proponas.

cuniariis intus, & extra, [a] & in cæteris, quæ ad commoditatem ſpectant ciuitatum. Volumus, [b] vt regalia, quæ vobis non conceſſimus, * in hunc modum cognoſcātur per Epiſcopum loci. & homines tam de Epiſcopatu, quam de ciuitate eligātur viri bonæ opinionis,

* *Adde Fely. in c.a. non nemi nume. 6. de præſcr. p.*

a *Intus, & extra.*] Not. tam eandem, quàm aliam eſſe poſſe conſuetudinem intra ciuitatem, & extra, id eſt, in vrbe, & in comitatu, vt hic, & C. de teſta. l. fin. Ibi in priuilegio, id eſt, in conſuetudine priuilegiata. Conſuetudo priuilegiat aliquem ſicut Principis priuilegium: nam conſuetudo vice Principis fungitur. de verbo. ſignificatio. ca. ſuper quibuſdam. §. præterea. Et collige hic, quod ſicut per rebellionem contra Principem perdunt priuilegia: ita conſuetudines priuilegiatæ: quod tene menti.

b *Volumus, vt regalia.*] iſtud verbum, volumus, oſtendit hanc l. eſſe, quia quicquid Principi placet, legis habet uigorem. vt C. de conſti. Princ. l. prima. in princ. & inſti. de iure na. §. ſed quod Principi. & ff. de ori. iur. l. ſecunda, §. nouiſſima. & ſic contractus Principis tranſit ad ſtatutum legis. vt ff. de pub. l. Cæſar. Item probatur ex eo, quòd Imperator vult eam per vniuerſos populos diuulgari. vt ſup. eod. circa princ. ibi, ea propter, &c. quod quidem indicat, vt ſit lex, vt C. de legi. & conſti. prin. l. leges ſacratiſſimæ. quæ nobis conceſſa non ſunt: quia non omnia regalia fuerunt conceſſa, ſed demum ea, quę longa conſuetudine erant poſſeſſa, & illa nō in proprietate, ſed in fidelitate. Nota ergo, quòd ſi eſt quæſtio, quæ ſint conceſſa, & quæ remaneant conceſſori, debent eligi boni viri bonæ opinionis adhoc idonei, non ſuſpecti. qui iurent, quòd bona fide ſine fraude perquirent: & conſignabunt cuique quod ſe contingit. qui tex. eſt valde no. De iuramento facit quod no. C. de ſecundis nup. l. hac edictali. §. his illud. Et ad ſaluandum ipſos iurantes de periurio ſcias, quòd in omni iuramento ſufficit uerum dicere ſecundum conſcientiam, vt no. in c. præſentium. de teſti. in nouella. Nota quòd ſuper controuerſia inter Principem, & ſubditos eliguntur arbitri. & hoc per tuam pacem: alias poteſt princeps ubique citare ſubditum & ipſe cognoſcere, ut l. proximè. ff. de ijs, quæ in teſtamento delentur. & C. ne quis in ſua. l. 1. per Cyn. ff. de hæred. inſti.

l.& hæc Tyberius.per Cyn.

a *Idonei credantur.*]quo caſu ēt ſi malè fuerint verſati.nō eſt qđ imputetur eis,qui elegerunt,vt ff.comm.l.argētū.& ff.de rei uin.l.ſi a bonæ fidei.Odof. Ex hoc ſume arg.ꝙ iudex non facit litem ſuam ex eo, quod arbitri a ſe electi malè pronunciauerint, quia quod bona fide fit, bene fieri cenſet. ar.ff.de cōd.& dem.l.quamuis. & quod no.ff de iureiur.l.cū qui.§.popularib arg. contra.ff.manda.l.idemq; §.ſi procurator. Sed ibi mandatori non imminebat explicatio negotij, hic ſola electio perſonarum:quia nihil faciebant nomine eligentis, ſed nomine dominorum, & ſic non ob.

de act. §. ſic itaq; dummodo eis contemplatione eccleſiæ non detur,nam tūc eccleſiæ vř eſſe conceſſum. ut ff.de dote prælę.l.cum quis.uer nam & quis.

ADDITIO. De hoc habes tex. notabilem in c.fi.dē e.cortadi.colla.10.ubi omnino uide.& adde,ꝙ no.Inn.extra de teſt. c.cum in officijs. & hoc ſi talis eſt Ep̄s qui poſſit habere proprium: alias de neceſſitate acquirit Epiſcopatui. 18. q.2. ſtatutum.

& qui ad hoc idonei eſſe credantur:[a] tales qui nec contra ciuitatem,[b] nec noſtram Maieſtatem priuato, vel ſpeciali odio teneantur: qui iurent ꝙ bona fide, & ſine fraude perquirent, & inquiſita conſignabunt ea quæ ſpecialiter ad noſtram[c] Excellentiam ſpectant. Si autem huic inquiſitioni ſuperſedendum eſſe putauerint, cenſum duorum milium marcharum argenti per ſingulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem iſtam, ſi enormis uiſa fuerit.

¶ Si quis autem ſuper ijs, quæ uobis conceſſimus, uel permiſimus ſiue in ciuitate, uel extra ciuitatem, quærimoniam apud Maieſtatem ipſam depoſuerit, eius quærimoniam non admittemus,[d] & ſilētium ei imponemus. hoc quod nos,[e] uel noſter anteceſſor Rex,[f] uel Imperator Epiſcopis, eccleſijs,[g] uel ciuitatibus, uel alijs quibuſcunque perſonis clericis, uel laicis ante tempus guerræ dedit, uel quolibet conceſſionis titulo conceſſit, firmum, & ratum habemus, ſaluis ſuperioribus conceſſionibus, ut pro ea ſolita nobis ſeruitia exhibeantur, ſed cenſus non præſtetur. Commoditates, quas pro bono pacis[h] ciuitatibus conceſſimus in ciuitatibus, uel extra, illorum regalium nomine non intelligimus pro quibus cenſus debeat præſtari.

PRiuilegia omnia[i] & data, & conceſſiones, quæ in priuilegium, uel in damnum ciuitatum, uel locorū, uel perſonarum ſocietatis occaſione guerræ in alicuius iniuriam[k] prædictorum a nobis, uel nuncijs noſtris indulta ſunt, caſſentur,[l] & in irritum deducantur[m] In ciuitate[n] illa in qua Epiſcopus per priuilegium Imperato-

b *Contra ciuitatem.*] No.ar.ꝙ bonus ciuis eſt, qui patriæ iura tueatur, & ille ad regimen eligendus, nō autem qui eſt contra patriam Odof.

c *Ad noſtram.*] ſiue ratione imperij, ſiue ratione patrimonij. cum omnia Principis eſſe intelligant, ſiue fiſcalia, ſiue patrimonialia ſint, ut C.de quad. præ.l.bene a zenone. Odofr. quod dic, ut in prin. digeſtorum omnem.

d *Non admittimus*] No.ꝙ non debet qs audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa ſcientia, imo dēt repelli, & imponi ei perpetuum ſilentium. Nam dicit lex, quis tantæ ſuperbię faſtidio tumidius eſt, ut regalem cenſum rogaret, ut C.de leg.& conſt.l.fi & l.2.C.de cri.ſacr. Et no.hic de ſilentio imponendo, ēt lite non conteſtata. ſ.non audito petitore. ff.de alea.l.1.§.quod aūt. Si ſtatutum dicit, talis non audiatur, an ualeat ſnīa pro eo lata? dicit Iaco.de Are.ꝙ non:qđ verum eſt, ſi eſt talis, qui hēatur pro mortuo, ut bannitus, vel iudex dolo procedit, ut d.l.1.§ quod aūt de alea. quia ille, qui procedit in contemptum legum, vř procedere errore iuris expreſſo.& uide l.1.C.de hæt.inſt.per Cy Sed qualiter poteſt imponi ſilentium ei, qui non auditur? Rñ.ꝙ nō auditur pro ſe, ſed contra ſe ff de poſtu. l.quos prohibet.ff. de proc.l.filius.§ ueterani.& uide, quod no.de offi.deleg. cum ſuper abbatia.in nouellis.

e *Hoc quod nos.*] Hic dicit, ꝙ conceſſa priuilegia eccleſijs, Ep̄is, ciuitatibus, uel alijs quibuſcunq; perſonis clericis, uel laicis per anteceſſores ſuos, uel per ſe, uel per Henricum filium ſuum, & Regem Rom. firma, & rata permaneāt. Ac.

f *Rex.*] ſ.Henricus filius iſtius Friderici, ſm Odof.hic ergo eſt expreſſum, ꝙ Rex Romanorum ēt añ coronationē pt concedere priuilegia. Iſte.n.Henricus non erat coronatus Imperator, q a pater uiuebat, ꝑ hoc no. C.de quad.præſc.l.bñ a zenone.& ibi per Cy.dicit Hoſt. ꝙ uidit in Alemania ꝑ Principes iudicari, & teneri, ꝙ Rex Rom.poſt electionē concordem hēat omnem poteſtatem, quā Imperator: nec unctio aliquid addat, licet Hoſt. ſit in contraria opinione, vt no.ext de uer.ſign.ſuper qbuſdā.in nouella Sed quicqd dicat Hoſt.prima opinio ſeruat, & eſt ipſa ueritas. Opinio aūt Hoſt. poſſet hře locum, qñ eſſet electus in diſcordia.

g *Eccleſiis, vel Epiſcopis.*] Ex iſta alternatiua vř probari, ꝙ id, quod conceditur Ep̄is, ſit eorum proprium: quod ēt innuit uerbum, dedit quod eſt ĩ.per quod patet, dñium eſſe tranſlatum in Ep̄m, cum dare ſit accipientis facere, ut inſt.

h *Pro bono pacis.*] No. id, quod factum eſt pro bono pacis, ratum debet haberi, ut ff man.l creditor.§.j. Ita tñ, ꝙ non ſit contrarium iuri diuino, uel impoſſibile de iure, ut ext.de præbē.c.niſi eſſent.& ibi dicit tex.quod laudū arbitratorum ꝑꝑ bonum pacis tenetur l.æquitas naturalis. Etiam no.ꝙ in arbitris, & in arbitramentis bona conſuetudo eſt ſeruanda. ext.de cauſa poſſeſ.cum ueniſſet.

i *PRiuilegia omnia.*] No.ex iſto tex.ꝙ ſi bona rebellium * tempore rebellionis alijs ſunt cōceſſa perſonis, facta pace ſunt reddenda primis dominis.tex. eſt hic ualde notabilis, ita quod ipſa pax non hēt uim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum quod tene menti.

*Adde Iaſon, in l. Gallus. §. & quid ſi tantū. nu. 79. ff. de libe. & poſthu.

k *Iniuriam.*]Sed qſio poteſt Princeps concedere aliquid in iniuriā alterius, ut C.de precib.impe.offe.l.2.& l.reſcripta.& l.nec damnoſa. & ff de iuſt.& iu.l.iuſtitia.in prin.& § iuris pręcepta.& C.ſi contra ius, uel uti pub.l.fi.& C.de operib.publicis.l.præſcriptiones. Sol. hæc cauſa guerræ fuit conceſſa, & contra rebelles Imperij, nec eſt hoc nouum ſecundum Odof. Ex quo no.quod rebelles ſunt extra legis protectionem uide C.de natura.lib.l.1. per Cy.

l *Caſſentur.*] No.ꝙ ſublata guerra, tollitur omnis eius effectus ſecutus propter guerram, ſic infra eo.§.finem quoque Odof.

m *Deducantur.*] ꝙ dicit caſſentur, intellige, ipſo iure: quod aūt ſequitur, in irritum, intelligas, ipſo facto Odof. Et ſic no.ꝙ uerbum, caſſentur, iunctum cum uerbo, irritentur, ſignificat ipſo iure. non.n.requiritur hic alia ſententia, licet tex.utatur uerbo.futuri temporis, quod eſt notabile.

n *In ciuitate.*]hic dicitur, ꝙ ſi Ep̄s per priuilegium Imperatoris, uel Regis eſt Comes alicuius ciuitatis, ꝙ Conſules, ſiue Decuriones debent inueſtiri de ipſo Conſulatu per ipſum Epiſcopum, ſicut fuit hactenus obſeruatū: aliàs in qualibet Ciuitate Conſulatus recipitur auctoritate Imperatoris, & inueſtitur Conſul per nuncium ipſius Imperatoris. Item dicit, ꝙ de quinquennio in quinquennium quælibet ciuitas mittat ad Imperatorem pro inueſtitura iuriſdictionum renouanda, ac priuilegio eligendi ſibi Conſules, qui iurabant ipſi imperiali nuncio, & per Epiſcopum ingredientur officium: & idem dicit in ſucceſſorib. ſuis obſeruandū. No.ꝙ multi ſunt Epiſcopi, qui habent ciuitatem, & iuriſdictionem temporalem ab Imperatore, uel Rege. Quæro igitur, utrum iſti Epiſcopi teneantur coram Imperatore, uel Rege comparare non ſolum quo ad conſilium, ſed etiam, quo ad auxilium, ſi ſint conuocati? Reſpon. ſic, non tamen poſſunt perſonaliter diſtringi, ut no.in c.1.de cler.coniug. in nouella.Bald.

Conſu-

ris, vel Regis Communitatum habet, ſi Conſules [a] per ipſum Epiſcopum Conſulatum recipere ſolent, ab ipſo recipiant, ſicut conſueuerũt recipere: alioqui vnaquęque ciuitas à nobis Conſulatum recipiat. Conſequenter verò in ſingulis ciuitatibus Conſules conſtituentur à nuncio noſtro, qui ſit in ciuitate, vel Epiſcopatu: & inueſtituram recipient: & hoc vſque ad quinquennium, finito [b] quinquennio, vnaquæque ciuitas à nobis recipiat, & intra quinquennium a nuncio noſtro, ſicut dictum eſt, niſi in Lombardia fuerimus, tunc enim à nobis [c] recipiet. Eadem obſeruentur [d] in ſucceſſore noſtro. Et omnes inueſtituræ gratis fiant. Cum autẽ nos Imperator diuina uocatione [e] deceſſerimus, vel Regnum filio noſtro cõceſſerimus, [f] ſimili modo à filio noſtro, vel eius ſucceſſore

a *Conſules.*] de iuramento Conſulum dicitur extra de iureiur. c. uenientes. & no. in ſpe. de iureiu. ubi etiam no. de multiplicibus iuramentis.

b *Finito*] hoc hodie nõ ſeruatur: imò totum contrarium fit. ſed non eſt uis: cum ex priori inueſtitura perpetuo inueſtiti intelligũtur. & non ad tempus, ut ſup. eo. tit. §. nos Romanorum. in princ. in uerbo. in perpetuum. Odof.

c *Mittit ſcilicet nuntium.*] hic dicitur ſimplex nuntius, quem vulgo Italici appellãt ſyndicum, & habent concipere uerba hoc modo. Peto Domine Friderice Romanorũ Imperator à uobis inueſtituram fieri communi Bononien. & mihi recipienti noĩe, & uice cõis Bonon. l. teſtante. ff. de conſtitu. pecu. l. qui aũt. §. fi. & l. licet. & per hunc ſyndicum acquiritur ius inueſtituræ communi Bono. ut ff. de conſti. pecu. l. eum, qui. §. ſi actori municipium. Vniuerſis enim redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur ut C. de aduoc. diuer. iudi. l. reſtituendæ Odofr. Dicitur autem ſyndicus ſecundũ glo. quaſi ſingulorum cauſas uno complexiuo nomine dicens. vel ſecundum Nicolaum Furioſum, qui fuit diſcipulus Ioannis, dicitur ſyndicus, quaſi plurium ſimul cauſam dicens, & ſi plures ſunt creati ſyndici ab uniuerſitate, gerũt publicam perſonam, & uidetur, quod habeant mandatum inſolidum arg. ff. de admi tut. l. decreto etiam in ijs, quæ requirunt ſpeciale mandatum, ut ff. de iureiur. l. iuſiurandum. & ad pecunias § defenſor. & per Iac. de Are. C. etiam per procuratorem cauſam in integ. reſti. agi poſ. l. 1. Sed tutius eſt dicere, quod in requirentibus ſpeciale mandatum debeat ſyndicus ſpeciale mandatum habere, uel generale cum libera. ut no. in c. præſentium. de teſt. lib. 6. in nouella. Illud eſt no. dignum quod qui mittit nuncium, vult obligari per ſeipſum, non per alium; & ideo poteſt reuocare mandatum clam, ſed ille qui procuratorem mittit, vult obligari per alium, & non per ſeipſum, ut legitur, & no. C. ſi quis alteri, uel ſibi. l. multum. itaq; transfert conſenſum ſuum in procuratorem, nec ualet reuocatio, niſi in notitiã deducatur, ut no. in c. vlt. de procur. lib. 6. in nouella.

c *A nobis.*] & non à nuncio. & hoc ſi Princip. placuerit. ut inf. eo. & ſi qua. Odofr.

d *Eadem obſeruetur.*] hoc vult dicere litera iſta, quod idem ſeruetur in perſonam ſucceſſoris noſtri, quod in noſtram perſonam ordinamus. ſic C. de quadrien. præſcrip. l. bene à Zenone. ibi, ſiue ab alijs, qui poſtea. &c. & hæc forma datur ſubditis erga ſucceſſorem, ſalua ſemper auctoritate ſucceſſoris, cui non poteſt anteceſſor imponere legem, ut C. de legib. l. digna uox.

e *Diuina uocatione.*] Deus enim in hora mortis nos uocat de temporali ſeculo ad perpetuum. Odof. etiam ſi quis ſua morte moriatur, ſed gladio dicitur mors Dei iudicio prouenire, ut no. inſtit. de cap. dimi. poſt princip. & in euangelio. Sciens quæ uentura erant ſuper eum.

f *Conceſſerimus.*] hic primo attende, utrum Imperium iure hæreditario transferatur, uel non. Secundo quis eligat Principem, & quis poſſit eligi Princeps, & ex quibus debeat eligi. Circa primum pro, & contra allegabimus, deinde quod tutius uiſum fuerit nobis, eligemus. Videtur quidem primo imperium ſucceſſione deferri. hoc autem litera iſta manifeſte innuit. Nam iſte Fride. qui nunc uiuit, Henric filius fuit de quo Henrico hic loquitur, qui quidem Imperator fuit argu. de hoc. C. de fund. patri. l. 2. quibus & inſtitu. de donat. § ſed priuſquidem. & in auth. ut defun. funera. § ſi uero etiam moriente. & eſt argum. ad hoc, quod hic dicitur, in decretis. 63. diſt. c. in ſynodo congregata. & 23 diſt. in nomine domini. ubi dicitur, quod Princeps potuit ſibi eligere ſucceſſorem. vt & hic uidetur. Contra autem uidetur, ꝙ ex electione, non ex ſucceſſione imperium deferatur his rationibus. Primo quia Imperium habere in fortuna eſt, ut C. de vete iur. enu. l. 2. §. ſed quia diuinæ & in auth. de conſenſu in fi. Vnde dicit: Si fortuna uolet, fies de rhetore conſul: Si uolet hæc eadẽ, fies de conſule rhetor. & à Deo hominibus datur, ut C. de off. præfec. præt. afr. l. in nomine domini. in princ. & in aut. quo. op. Epiſcopos in princip. C. de quadr. præſcr. l. fina. in fi. & in auth. ut in medio. li. non fiant. § fin. C. de off. ma mi. l. vlt. in princip. & in auth. de fi inſti § 2. C. de vet. iur. enu. l. 1. in princ. & auth. de Conſul. in fi. & in Lombard. de prohibitis nupt. l. quoniam nobis. in prin. & ſup. de priua. eccl. l. fin. in princ. & quia Epiſcopus eligitur, ut in auth. de ſan. Epi. § 1. & 2. & 3. C. de Epiſco. & cler. l. ſi quenquam. & omnis dignitas, & omne officium, ut ff. de decr. ab or. fa. l. 1. Item & & aduocatio ſucceſſione non defertur, ſed electione, ut in Lomb. de aduo. & vice dominis. l. ſingulis Et remotis omnibus iuris ambagibus, ego puto imperium electione deferri, & non ſucceſſione. extra de elec. venerabilẽ. § inſuper ſi prædictus tex. ext. de pa. c. accepimus. Non obſt. quod hic dicitur: nam ſi quis rectè inſpiciat, nuſquam hic dicitur ſucceſſione deferri, ſed dicit poſſe concedi, & ſic concordat in decretis. 23. diſt. in nomine domini. & 63 diſt. in ſynodo congregata. Sed illi, qui ita eligunt, authoritatem eligendi ab apoſtolica ſede acceperunt. examinatio tamen, promotio, unctio, conſecratio, coronatio, manus impoſitio ad dominum Papam ſpectant, ut d. c. ext. de elec. venerabilem. §. 1 & 2. Vnde Dominus Papa ex cauſa poterit Principem deponere, vt in decr. 15. q. 6 c. alius. item Romanus Pontifex, &c. & in auth. de defen. ciui §. non habente. & in auth. de col. §. & cuſtodiri. & ar. ff. de reg iur. l. eius eſt nolle & ar. C. de off. præfec. l. ſi quos & in auth. de man princ. §. feſtinabit. & in Lombar. de off. vica. l ſi. cum Imperator iurat ei fidelitatẽ, ut in decr. 63. diſt. c. tibi domino. & quod non tranſmittat ad poſteros, habes ualidum ar. C de aduo. diuer. iud. l. petitionem. Quis aũt eliget Principem, poſſet quæri: ad quod dic, eliget Senatus. C de off. præſid. l. 2. & ex ſenatoribus, cum in numero eorum connumeretur, ut C. de dign. l. ius ſenatorum. lib. 12. cum ſenatores ſint pars corporis Principis, ut C. ad l. Iul. maie. quiſquis. quare & legem facere poſſunt, ut & Princeps, ut ff. de leg. l non ambigĩ. & quia Præſes creatus ab ordine, & in eorum ordine remanet, ut ff. q̃ ap. ſit l. 1 § ſolent. Vel dic, ꝙ à Principib. populi ſuffragio, vt inſtit. de iure nat. §. ſed & quod Princip. & ar. de e[...]. Quæſt. l. 2 in prinć. uel ab eis ſiue populi ſuffragio, authoritate ſibi apoſtolica electione eis conceſſa, ut ſup. notatu eſt. Vel dic, ꝙ eligitur ab eis, qui ſoliti ſunt eligere. Sunt enim certi nobiles, qui authoritatem, & priuilegium ab apoſtolica ſede hñt principem eligendi, & illi eligẽt, & nullus alius debet electioni intereſſe, ut in Lomb. de pontificibus l. 3. Poſſet autem dici, ꝙ quilibet poſſet in Principem eligi, in quem eligentes conſenſerunt: ſed tamen prius uidendum eſt, utrum electus Imperio ſit dignus, ut C. de quadr. præſc. l. bene à Zenone. ibi, ſiue ab alijs, &c. Qui enim indignus eſt inferiori ordine, indignior eſt ſuperiori, ut ff. de ſenatorib. l. qui indignus. Vnde de dignioribus eſt eligendus, nec dedignentur alij milites, Comites, & Barones, qui non ſedent in tam alto cubiculo: qm̃ potentiorib. pares eſſe non põt, ut ff. de alie. iu. mu. cauſa fa. l 2. circa prin. Vnum tamẽ non omitto, ꝙ Imperium ſemper eſt, licet deſit eſſe eius gubernator, ut in auth. quo. opor. Epiſcopos. & cæteros §. quæ igitur. C. de off. eius, qui uicem alteri ge. l. 2. Odofre. Dicit Iac. de domino Ardizo. Veroñ. in ſum. ſub rubricella de iu. Imperij, ꝙ olim Principes poterant ſibi eligere ſucceſſores, ut in decr. 63. diſt in ſynodo congregata. & 23. diſt in noĩe domini. in medio Sed hodie quidam principes eligunt Imperatorẽ, qui poteſtatem eligẽdi ab apoſtolica ſede acceperũt, ſed examinatio, promotio, unctio, coronatio, & manus impoſitio

ſtio ad dominum Papam ſpectat:ut extra de elec.c.venerabilis.§ 1.& 2 vnde Dominus Papa ex cauſa ipſum poterit deponere.vt in auth.de def.ciui.§ nō habente & de forma fide.c.alius.& ff.de re.iu.l.eius eſt nolle.arg. C.de offi. præf.præt.l.ſi quis.in aut.de cul.§.ſed hoc cuſtodiri. & in auth de man. prin.

inueſtituram [a] recipietis. ¶In cauſis [b] appellationum, ſi quantitas vigintiquinq; librarum imperialium ſummā exceſſerit, appellatio ad nos fiat: ſaluo iure, & moribus Brix. eccleſiæ in appellationibus: ita tamen, vt non cogātur in Alemaniam ire: ſed nos hēbimus proprium nuncium in ciuitatibus, vel Epiſcopatu, qui de ipſa appellatione cognoſcat, & iuret, ꝙ bona fide, & ſine fraude cau

§.feſtinabit.& in Lō. de off iu.l.ſi ꝙ ſucceſſione deferat,eſt arg. C.de fun patrim l.3. §.quibus. & inſti. de do §. ſed primus qui dem.& aut. vt defunſti,ſeu funera § ſi vero etiam.Nam & Imperator Carolus fuit pater Pipini: Imperator Pipinus fuit pater alterius Caroli Imperatoris, & iſte Carolus fuit pater Ludouici Imperatoris,& Ludouicus fuit pater Lotharij Imperatoris vt in Lombar. de fur.l.cuiuslibet de Epiſcop.& cler.vbi pro tempore & de capitulis per l. tenendis.l.j.Nam & Imperator Fridericus videtur innuere in pace Conſtantiæ in §.in ciuitate illa. in fi.ꝙ poteſt concedere Regnum eius filio,Henrico,& ꝙ eius filius ei in regno ſuccedat, ſicut de facto fuit. & iſte nūc Fridericus Rogerius Imperator fuit filius Hērici.Sed tu dicas,quod hoc contingit potius electione principum, quam ſucceſſione. iſta sūt formaliter verba Iac.de domino Ardiz. hoc vltimū verbum ſuum eſt ipſa veritas,& ita ſeruatur de facto de Rege Vuenesłao filio Caroli Imperatoris. Nomina electorū. Et nunquid Principes ſeculares,ad quos pertinet electio, poſſet Papa priuare poteſtate eligendi, & an propter eorū negligentiam Papa ſolus poſſet eligere Imperatorem? dic ut no.de re iud.c.apoſtolicæ.lib.6.& quod no ff.de le.l.non ambigitur per glo.& Cyn.

a *Inueſtituram recipietis.*] Certum eſt,ꝙ Regnum Siciliæ eſt eccleſiæ Romanæ. Pone ergo,ꝙ Regno vacante, Papa cōtulit plures Comitatus regni pluribus Comitibus in feudum: deinde creauit ibi regem,quæritur an illi Comites teneantur regi facere fidelitatem,tanquā ipſius uaſalli? & dicit Odof.quod eſt hic caſus quod ſic.uerba Odo.hæc ſunt: hic habes expreſsè, ꝙ in generali feudi alienatione, quam facit Princeps,continentur vaſalli: quod eſt contra id. qđ legitur ſi de feu.va.fuerit interpellatus c.in generali Sol.verum eſt,niſi dicatur expreſſim:& hic ſatis expreſsè dicitur. Vel ſolue.ꝙ non habet ſucceſſor ius iſtorum uaſal.ex conceſſione illa,ſed ideo,quia Princeps,& ſa.ff quib.mo pi.vel hypo ſol l ſicut.§.illud. & ius iſtorum vaſallorum acquiſitum eſt Imperio,& ea,quæ fiſcalia ſunt,Principis eſſe intelliguntur,vt C.de quadr.præſcrip.l.bene à zenone & ſic nō ob dictum c.in generali Odof. Ex hoc infero, ꝙ cum dicti Comitatus ſint de territorio Regni,ꝙ videntur intereſſe fidelitatem Papæ,tanquam regi, & ideo, Regno tranſlato, Regem ſequuntur, ſicut membra ſequuntur caput ſuum, à quo diſcedere nefas eſt. Item intentio particularium ſumitur pro uniuerſo.

b *In cauſis.*] no.hic,ꝙ appellans Italicus non tenetur ire in Alemaniam,ſm iſtam pacem:ſed Imperator debet habere iudicem appellationum in Lombardia à 25.l.imperialis,q̃ cognoſcat,& diffiniat,& iſte iudex debet præſtare iuramētum,ꝙ bona fide cauſas examinabit,& diffiniet, ſm mores,& leges illius ciuitatis intra duos menſes à conteſt litis, vel à tempore appellationis receptæ,niſi iuſto impedimento,vel conſenſu vtriuſque partis remanſerit.hæc ſunt verba literæ multum notabilia. Et primo no ꝙ ubi maior eſt quantitas,imperialis debet ſtatuere auctoritas, ut C.de ope.pub l.ſi quando. & dicitur hic maior quantitas à 25 libris imperialium ſupra, ſed iure communi aliter taxatur, ut C.de ap.l in offerendis.& l.præcipimus. Secundo no.de iuramento,quod debet præſtare iudex appellationum.Tertiò no.ꝙ iudex debet iurare, ꝙ feret ſententiam ſm ll. & conſuetudines illius ciuitatis.& alias dicit lex,iudex ſententiam proferat legibus & moribus conſonantem in auth.vt cum de ap.cog.§.1.C.de ædif.priua l.ſi is.C.quæ ſit long. conſu.l.1 & C.de feu.& inter.om.iu.l nemo Porro ſi eſt q̃ſtio de proceſſu,ſeruabitur conſuetudo primi fori:ſi de re, vel cauſa, ſeruabitur per iudices appellationis illud ius, qđ primus iudex debebat ſeruare,quia id,quod debebat ſecundum iuſtitiam cauſæ,& fori facere primus iudex,debet tenere ap.quia ei ſuccedat,vt confirmator,vel reformator:& ideo quia non eſt iniquum, ſed æquum iudici à quo, non grauat partem, & grauamine iniuſtè appellaretur. ut in d. aut ut cum de ap.cog.in princ.ſaluo, quod ex nouis actis nouam poteſt ferre ſententiam,& etiam ueterem cuſtodire.ff.quod dicum.eo.l. Titianus. Quartò no.ꝙ hic ſtatuitur tempus duorum mēſium ad cauſam appellationis decidendam,ſed de iure communi ſtatuit annos, vt C.de temp ap. auth.ei,qui.Sed quæro, nunquid elapſis duobus menſib. appellatio ſit deſerta? & uidetur,ꝙ nō,quia meta duorum mēſium videntur præfixa cognitori,non perſecutori,quia verba diriguntur iudici,& non appellatori,iuxta no.C.de iud.l.properandum.in prin. In contrarium dico,quia illi duo menſes ſuccedunt loco anni. Nam quia conſtitutio duorum menſium facit mentionem,tacitè videtur prohibere, ne ultra tempus fiat.argu.ff.de leg.2.l ſtatuliberum.§.ſtichum. Item tacite hoc colligitur ex litera.ubi cōſidera, quod aut tempus reponitur iudici cum pœna, & tunc debemus eſſe contenti pœna:aut ſine pœna,& tunc,ut aliquid operetur temporis appoſitio,videtur appoſitū ipſi liti,& cauſæ.Præterea quid diceret litera,niſi iuſto impedimento, uel conſenſu, &c. ſi duraret ipſa appellatio, & eius vigor etiam poſt duos menſes. Item ex eo, ꝙ dicitur de prorogatione temporis per conſenſum partium,apparet manifeſtè,ꝙ ſine prorogatione deſerta eſt appellatio & hoc tenet Odof. Sed quæro quare litera dicit a conteſtatione litis, vel tempore appellationis receptæ? Reſpon.vult dicere,quòd ſi appellatus, uel appellans nolit litem conteſtari, in ſex poteſt habere litem pro conteſt.ut C.de temp.app l.fin. §. illud,& ex tunc current tempora duorum menſium.de iure autem cōi, quando incipiunt currere tempora appellationis proſequendæ, dic vt in auth de iudicibus.§.adpellationes. Quinto nota, ꝙ tempora aſſignata per ſtatutum poſſint prorogari per litigantes,& hoc,quando tempus eſt breue, quia præſumitur appoſitum fauore litigantium, & ēt fauore ſententiæ. Et ideo poſt terminum legis vel prorogatum,ſententia,eſt rata,& appellatio eſt deſerta.quod eſt not. & idem in tempore ſtatuto ſuper ſuper reductione arbitramenti. Nam intelligitur ſtatutū fauore arbitramentalis ſententiæ latæ. ſed in lege, properandum,non eſt ita, quia ibi nulla procedit ſententia, cuius fauore videatur ſtatutum. Idem quod in ſententia,ſeruabo in inſtrīs guarentigiæ habentibus vim ſententiæ per ſtatuta Thuſciæ. Bal. ¶In tex.ibi,vel à tempore, hic alternatiue loquitur.nam in cauſa app.iudex poteſt ferre ſententiam, & ante litem cōteſta ſi vult,vt C.de temp.appel.l.fin.§. illud & no ꝙ non quicquid iudicis poteſtati permittitur, id iuris neceſſitati ſubijcitur,vt ff.de iud.non quicquid

¶Ibi,impedimento & hoc probatum fuerit,vt C.de temp. ap.l.fin.illud. Quid ergo, ſi non iudicet intra tempus ſtatutum.an poterit poſtea iudicare? Reſpondeo, non, & ſi iudex tulit poſtea ſententia, non ualet, & ex ea ſolutum repetitur.nam expirat iudicij inſtantia, vt C.de iudi l.properandum.§.huius.& § fi. vbi de hoc plenè.aduerte tamē tota die clamant quidam, perierunt acta, & expirauit iudicij inſtantia, vt C.de iud.l. properandum.Sed certè qui ita diffuſe allegat,idiota eſt.nam omnia acta pereunt. Dic ergo lapſu temporis ea acta perire. in quibus non imminet magnum periculum ſicut eſt de libelli oblatione:fortè enim vel ſine forte melius formabitur nunc, quàm primo fuerit formatus, vel ſaltem ita bene. Item denuo lis debebit conteſtari. & in hoc etiam non vertitur magnum periculum. Item perit ſacramentum calumniæ: vnde iterum iurabitur de calumnia.acta autem, in quibus vertitur magnum periculum. ut ſunt confeſſiones, & teſtium atteſtationes, non pereunt: non enim pereunt confeſſiones. quia poteſt eſſe, ꝙ confeſſus eſt litigator.in prima inſtantia iudicij aliqua, quæ ſunt contra eum, & non pœnitet:modo in alio iudicio non confiteretur, ꝙ ea confeſſio agnita ſibi præiudicium generaret. Item atteſtationes non pereunt: quia poteſt eſſe, quod teſtis non ita recordatur modo, ſicut & tunc: cum memoria hominum labilis ſit, ut ff.de prob l. ſi arbiter. & ff.de carbo.leg 3.§.

duæ.

ſas examinabit, & definiet ſecundum leges, & mores ipſius ciuitatis [a] intra duos méſes a conteſtatione litis, vel a tempore appellationis receptæ, niſi iuſto impedimento, uel conſenſu [b] vtriuſque partis remanſerit.

¶ Conſules [c] qui in ciuitatibus cóſtituentur, tales ſint, qui fidelitaté fecerint nobis, vel faciant antè, quàm Conſulatum recipiant.

Vaſalli tanquam vaſalli, & cæteri omnes tanquam ſubditi, iurare debent fidelitatẽ, principi, niſi ſint tales perſonæ, quibus iuramentum remittatur. Bald.

¶ Vaſalli noſtri [d] a nobis inueſtituram recipiant, & fidelitatem faciant ſicut [e] vaſalli, cęteri omnes ſicut ciues a 16. annis vſque ad 70. niſi tales perſonæ ſint, quib. debeant & poſſint ſine fraude

duæ. Vnde quia in his magnum eſt periculum: ideo dicendum eſt, quòd non pereunt. nam probationibus pinguius eſt ſubueniendum: vnde facultas probationum non eſt anguſtanda, vt C. de hær. & manichæis. l quoniam. in fi cum occaſione defectus probationum ius reddi non valeat. ff. de teſta. in l. duo sũt Titij. & quia acta vnius cauſę in alia valẽt, vt C. de arbi. l pe. in fi. & C. de re iud. l. fi. & de fi. cauſa. l. iubem⁹. & de teſti. l. fi. Odo. De citatione, an pereat? & videtur, quòd non: quia traxit executioné præſcriptioné interrumpentem, vt C. de præſcr. 30. an. l. ſicut. & l. fin. & malam fidẽ in poſſeſſore inducendo, ut ff. de peti. hær. l. item ueniunt. §. petit iam. cũ enim mala fides ſit facti, non poteſt pro infecto haberi: ut ff. de cap. l. in bello § factæ. In contrarium eſt glo ordinaria. C. de fru. & lit. expen l. litigator. Diſtingue ergo, aut citatio induxit ſuum effectum reſpectu actionis. præſcriptionem interrumpendo, & talis effectus durat: aut reſpectu officij mercenarij iudicis, & tunc in alia inſtantia non durat, quo ad acceſſiones, quæ officio mercenario ueniunt in iudicio. & ita loquitur glo. in d. l. litigator. vel dic, ut ibi dixi. Quid autem de vitio litigioſi, an duret? dic, ut no. in l. 1. C. de præſcrip. long temp. & l. cum lite mortua. ff iud. ſol. Quod autem dictum eſt de atteſtationibus, intellige, publicatis: ſecus ſi non eſſent publicatæ: quia non habent publicam authoritatem, antequam publicentur: vt no. ff quæ in frau. cre. l. 3. § geſta. Sed hoc videtur contra rónem ſup. aſſignatam per do. Odoſ. nam ex quo teſtes ſolẽniter depoſuerut in iudicio illud qđ eſt omiſſum de publicatione in primo iudicio: æquum eſt ſupleri in ſecũdo iudicio: ſicut teſtes, qui nõ eſſent publicati in cauſa prima, poſſent publicari in cauſa appellationis ad hoc facit extra ut lit. non conteſt. c. quoniam frequenter. Sed qui tenẽt primam opi. hac vtuntur ratione. quia publicatio teſtium fit officio iudicis mercenario, quòd petit, perempta inſtantia, quo ad ea, quæ non ſunt executa, ſed exequenda, ut d. l. cũ lite. mortua & ideo publicatio impoſſibilis videtur.

a *Secundum mores, & leges illius ciuitatis.*] No. ex eo, ꝙ dicit, mores, ꝙ licitum eſt cuilibet ciuitati habere conſuetudines proprias. Et ex eo, ꝙ dicit, leges, nota, quod licitum eſt ciuitati habere propria ſtatuta confirmata per præſidẽ prouinciæ. ſed ſi ciuitas ſit ſibi ipſi Præſes, ſufficit, quòd poteſtas ciuitatis cum decurionibus faciat ſtatuta, uel ciues eius, accedente authoritate ſuperioris: nam cum facere ſtatuta ſit iuriſdictionis, & illa, quantum actum exercitij ſit in Magiſtratibus, vt ff de ori. iuris l. 2. § poſt originem. merito requiritur Magiſtratus: niſi alia eſſet conſuetudo loci, quæ poteſt dare iuriſdictionem ipſius decurionibus ſine Magiſtratu. vt C. de diuer. offi. l. viros. lib. 12. Vel ſi ciuitas illa pro tempore illo careret Magiſtratu, ut ff. de tu. & cur. da. ab his. l. vbi abſunt. Ita intelligitur, quod no. in l. 1. §. ſi quis apud eum. ff quod quiſque iur. & ibi omnino vide per Iac Bu Bar. & me. Aduerte, tamen, quod ſi ſtatuta tangerent iuriſdictionem Principis, vt in cauſis appellationum: talia ſtatuta non valerent, vt hic, & extra de iuteiur. veniente. Et eſt no. quòd in cauſa appellationis ideo non habet locum prorogatio iuriſdictionis: quia cauſæ appellationum ſunt miſti imperij, & pertinent ad authoritatem ſuperioris, vnde vtraque conſentiente, non poſſunt ventilari apud iudices incompetentes, vt C. de iu. aut ad hoc. Sed nunquid tabellio de conſenſu partium ſi ne præſentia iudicis poſſit recipere teſtium iuramenta, & dicta, nulla ſibi facta per iudicem commiſſione? Reſp. non: quia non reperitur, quòd tabelliones poſſint recipere talia iuramenta, vt no. C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. pen. quod te ne menti.

b *Conſenſu.*] No conſenſu partium prorogari tempora appellationis ad quod l fa C. de temp. ap. l. vlt. Odoſ. etiam ſi cauſa appellationis ventiletur per priuilegium, vel ſpeciale ſtatutum Principis, vt hic, quod eſt notab. Bal.

c *Conſules.*] Conſules non poſſunt ingredi conſulatum. niſi iurauerint, vel iurent fidelitatem, antequam Conſulatum recipiant, hoc dicit. adde de conditio. & demonſtra. l. Publius.

d *Vaſalli noſtri.*] Recipiunt ergo hi inueſtituram tãquam vaſalli, & iurabunt tanquam vaſalli, & tale quidem erit eorum iuramentum, ut cauetur ſup. de forma fidelitatis c. 1. & de noua forma fide. c. j. Cæteri autem iurabunt tanq̃ ciues, ut habes in d. c. 1. de for. fidelitatis & inf. eod. ca. in nomine. cui quidẽ ſacramẽto adijcere debent, quod dicitur inf. e §. omnes. Sed an qui iurant tanquã vaſalli, iurare debent tanquam ciues? videtur, quòd non: quia hic dicit concluſiue. cæteri, tanquam ciues iurent. per quod videtur innui, quòd ſolum qui nunc ſunt vaſalli Principis, iurent tanquam ciues. Sed hoc non innuitur, imo diuerſum, ſcilicet, ꝙ qui vaſalli non ſunt, iurent tanquam ciues, & non tanq̃ vaſalli. Vnde poteſt dici, ꝙ vaſalli teneantur iurare, & vt vaſalli, & vt ciues, cum ſeparata ſint facta, ut ff. de calum. l. fi & C. de dona. inter vi & vxo. ſi maritus. Sed tamen vno ſacramento quis iurabit, & vt vaſallus, & vt ciuis ar ff. de auct. tut. l. accipientis. Odoſ No. ꝙ qui iurat ſimpliciter, videtur iurare in omnem cauſam: ex qua iurare tenetur. ff de fideiuſ l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. Sed hic quæro, an de periurio poſſit cognoſcere iudex laicus. & dico, quod ſic, vt no. in c. licet de iureiuran. in nouel. lib. 6. nam illud eſt crimen commune, vtriuſque fori, vt in auth. de mand. princ. §. ſi uero canonicum. Quæro, quid ſi iſti Conſules intrauerunt Conſulatum, prætermiſſo iuramento? Reſpon. quia malo ordine intrauerunt, ſunt extra mittendi, & etiam puniendi, ut in l. 1. §. neceſſario. ff. ſi mulier. ven. no. & ſup. de milite vaſal. qui contumax eſt. c. 1. §. ſi vero. vbi dicitur, quòd malo ordine factum debet reformari. certe nec in canonica poſſeſſione conſulatus poteſt eſſe. nam in poſſeſſione canonica concurrere debet iuris adminiculum, ut no in c. ad decimas. de reſt. ſpo. lib. 6. in nouel. & plenè no per Accur. in l. 1. in prin ff. de acquir. poſſ. in dubio tamen, ex quo ſunt publicè in poſſeſſione Conſulatus, præſumam canonicum ingreſſum, & omnia ſolemniter act. ff de offi. præto. l. Barbarius.

e *Sicut.*] Iſta dictio quandoque eſt aduerbium ſimilitudinis, quandoque aduerbium qualitatis, & quandoque ponitur pro tanquam, ut hic, & ff. de acce. l. ſi pater § quia domino. & C. de hæred. inſt. l. 1. no. ergo de tanquam. Sed nunquid rogatus, tanquam tabellio. videtur etiam rogatus, tanquã teſtis? videtur quod ſic. ff. de teſta. l Domitius. nam nomen teſtis eſt generale. & dic, ꝙ reſpectu ſuæ ſcripturæ eſt tanquam tabellio. ſed ſi ſcriptura non eſt ſolemnis, poterit recipi ad probationem negotij pro teſte, non ad ſuppletionem ſui inſtrumenti, ſed ad viuam vocem, tanquam teſtis vnius uicem gerens, vt C. qui teſta. fa poſſ l. hac conſultiſſima. §. fi. per Accur. Cyn. Iac. Butr. & alios ibi videas.

¶ In tex. ibi, 70. hi, qui ſupra hanc ætatem ſunt, merentur excuſationem à tutela, ut C. qui æta. l. vnica. vel a præſtatione munerum perſonalium. vt C. qui æta. l. fina lib. 10. Quibus autem perſonis debeat remitti iuſiurandum, quęritur? & videtur, quòd ſolis ſeruis, cum illi ſoli excipi uideantur, ut inf. eod. in nomine circa fina. Sed certè furioſi excipiuntur, cum pupillis ſimiles habeantur, ut ff. de acquir. hære. l. pupillus. & eſt ad hoc, quòd alias dicitur, furioſus loco quieſcentis, & dormientis habetur, ut ff. de iure codi. l. 2. §. furioſus. & C. ad Trebel. l fina. & ff. de iureiur. l. ubi non. §. furioſus. Sed nunquid fœminæ iurabunt? Reſpon. non, vt inf. eo. c. in nomine circa fina. Item nunquid unus tantum pro domo? Reſpon. imo omnes, qui intra hanc ætatem ſunt, ut inf. eo. c. in nomine circa fina. Item excipiuntur clerici, ut C. de epiſc. & clericis. & in Lombar. de ...

adu. & vicedo. l. quicunque. & l. quoniam. Sed tu dic, quòd immo iurabunt clerici, vt extra pe. iureiu. ca. fi. Monachi autem, & talium ordines non iurant, cum hoc ad eos nō ſpectet, ut C. de epiſc. & cler. l. decernimus. argu. l. omnes. & l. generaliter. Item quia pro mortuis reputantur, ut C. eod. l. fina. & in auth. de nup. §. diſtrahuntur. & in auth. de mona. §. illud. Odoſ. Extra quæro, nunquid ille, qui eſt in articulo mortis, poſſit, tanquam teſtis examinari? & uidetur quod non, quia mens mortis cogitatione turbata, non ita bene memorari poteſt, ut C. qui teſtam. fa. poſſunt. l. hac conſultiſſima §. at cum humana. & in teſte eſt opus ſcientia, & memoria, vt ff. de fur. l. quidam tabularum. Contrarium dico. nam cum poſſit facere teſtamentum, ut ff. de leg. 3. l. Pamphilo § propoſitum. ergo & eſſe teſtis, nam non minus eſt teſtari, quam teſtificari, vt ff. de teſtam. l. cum lex. & etiam nos videmus, quod ſi lingua ſit ingroſſata propter infirmitatem, non tamen omnino perdita, poteſt quis facere teſtamentum, vt C. de teſta. l. quoniam indignum. in verbo, ſeminecis. & no. eod. tit. & l. iubemus. & puto, quod interrogatoria debent breuiari, vt non interrogetur, niſi de ſubſtantialibus, & de his, de quibus lex iubet expreſſe teſtem interrogari, puta, an ſit odioſus. nam odioſo non creditur, quantumcunque in infirmitate acceperit corpus Chriſti. arg. ff. ad Syll. l. ſi quis in graui. dictum etiam ipſius poterit reprobari de falſo. quia non omnis, qui moritur, eſt Ioannes Euange. ut C. de teſta. l. uerba teſtamenti. De eo, qui moriens confeſſus fuit, ſe mutuum, uel dotem recepiſſe, utrum hæres eius poterit opponere exceptionem non numeratæ pecu. dicit glo. quod non, quia nequaquam moriens expectabat futuram numerationem. Ita eſt glo. ſingu. in l. 3. C. de fal. l. cauſa adiec. legato.

ſacramenta remitti. Vaſalli, qui tempore [a] guerræ, vel treguæ non poſtulauerint inueſtituram, uel debita ſeruitia nobis non exhibuerint, hac occaſione feudum non amittant. [b] Libellariæ, [c] & precariæ in ſuo ſtatu permaneant ſecundū cōſuetudinē uniuſcuiuſq; ciuitatis, nō obſtante lege noſtra, quæ dicat Imperat. Friderici damna [d] oīa, & ablata, etiam iniurias, quas nos ꝑ nos, & per nr̄os

a *Vaſalli qui tempore.*] Hic dicitur, quòd vaſalli, qui tēpore guerræ non poſtulant inueſtitum a domino, & non exhibent ſeruitia, eo ꝙ ciuitas eorum eſt in guerra cum illo domino, quod non propterea perdunt feudum, quod eſt not. dignum. Et not. ꝙ tregua magis accedit guerræ, quā paci, & quod de guerra, & tregua idem eſt iudicium. Item no. ꝙ tempore treguæ non eſt tutus acceſſus. facit c. paſtoralis. & de re iudic. in cle. & inf. eod. §. ſententiæ quoque.

b *Non amittant.*] Dicit Cato, Pugna pro patria. ſic C. de abolitionibus. l. fallaciter & ff. de iuſt. & iure. l. ueluti. Iuſta enim ſunt bella, quæ fiunt pro patria defendenda. ut in decretis 23. q. 7. c. ſi nulla. Odofr. Sed an guerra connumeretur inter caſus fortuitos? Reſpond. ſic, niſi tempore contractus potuerit prouideri, quia tunc culpæ connumeratur, ut ff. loc. l. ex conducto. §. ſi uis tempeſtatis. per Cyn. qui allegat eod. titu. l. habitatores. §. vltim. & ff. de dam. infect. l. qui bona. § de illo. quod tene menti verba Cyn. hæc ſunt in d. §. uis tempeſtatis. In uerbo, incurſus hoſtium. Hic quæritur de quæſtione facti, quidam conduxerant à communi Piſtori. certas poſſeſſiones per certum tempus, puta quinque annorum: exactor pro communi per penſionem: conductores dicunt ſe non debere teneri, quia non potuerunt colligere, uel colligi facere prædictas penſiones propter incurſus hoſtium, qui morantur in caſtro ſancti Lucæ: quæritur, quid iuris ſit. Ego diſtinguo, an superuenit guerra. & incurſus prædictorum hoſtium poſt contractum locationis, & tunc remittitur penſio, vt hic dic. ē. aut ante erat guerra, & tunc imputandum eſt eis, qui ſciuerunt conditionem, & ſtatum rei, & non præuiderunt. unde non excuſantur a penſione arg. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. de illo. & eius, quod no. d. l. habitatores. §. vlt. Cy. Sed quid ecce materia erat præparata ad guerram, tamen non dum erat mota guerra inter duos Principes, fecerunt inter ſe treguam, ſeu ſufferentiam duorum annorum. Quæro vtrum, lapſo tempore, ſit neceſſaria diffidatio ad hoc, ut ille, qui aggreditur territorium alterius, non dicatur eſſe latrunculator: & videtur, quòd non ſit neceſſaria diffidatio, arg. ff. de leg. ſecundo. l. ſtatuliberum. §. ſtichum. Sed contrarium eſt verum. quia ibi non procedit diſpoſitio, ubi lapſus temporis pro ſe non habet diſpoſitionem inducere. Item verba, quæ ſunt ordinata ad negandum vel priuandum, non diſponunt, ut ff. de manumiſſ. teſt. l. tertia §. fina. & ff. de hær. inſt. l. ex facto etiam agitatum. Sed ſi guerra præceſſiſſet ex priuato tempore ſufferentiæ: ipſo facto remanerent in guerra, nec eſſet noua diffidatione opus, ut ff. de pac. l. ſi vnus. §. ſi cum reo & uide quod no. in cap. pro humani. de hom. lib. 6. in nouella, &c.

c *Libellariæ.*] Dixit, ꝙ libellariæ, & precariæ de feudis factę per uaſallos in ſuo ſtatu permaneant. i. in eodem habitu, ut ff. de condi. ob cauſam. l. quod ſeruius. ſecundum conſuetudinem vniuſcuiuſque ciuitatis, ſ. de ſocietate Lombardiæ non obſtante lege, quæ diceret contrarium, & eſt Imperatoris Friderici. Extra no. quod libellariæ eccleſiarum, & emphyteuſis poſſunt per emphyteutam donari. & legari, ſaluo iure eccleſiæ, ut no. extra loca. cap. potuit in nouella. Sed Bart. conſuluit contrarium per legem vniuerſas. C. ne rei dominicæ, vel templorum. Sed ibi loquitur, quando proprietatis reſpectu, & non vtilis dominij contractus in fraudem celebrantur, & ſic non ob. & ea. C. de hær. inſt. l. hæreditas. in verb. annonæ ciuiles. ibi non obſtante. quæ eſt de prohi. cau. alie. per ſei. & ſic collige ar. Imperator dum concedit aliquod reſcriptum, quod ſit contra legem aliquam, debet ſpecificare legem, dicens non obſtante tali lege. & tunc ualet, vt hic al. as non uidetur ualere, ut ar. ff. de leg. 3. l. ſi quis in prin. & ff. de adop. l. nam ita. Quid ergo ſi dicat, generaliter non obſtan. l. aliqua, uel reſcripto ſuper hoc indulto: an teneat hoc? quod quidam dicunt. Alij dicunt, refert utrum Imperator reſcribat contra legem, an contra reſcriptum. Si contra legem, tunc dicit tali lege non obſtante. Si contra reſcriptum: tunc generaliter ſufficit dicere, non obſtante aliquo reſcripto, & ita tenetur. Ratio eſt illa, quia facilius tolluntur iura poſitiua, ſiue priuilegia, quàm iura communia, ut in Auth. de non alie. aut permut. §. illud. Sed quid, ſi ita dicat imperator, concedo tibi priuilegium hoc, non obſtante lege aliqua, & non obſtantibus illis ll. quæ dicunt generaliter dictum non ualere niſi in caſibus ſpecialiter nominatis & hoc dico per l. ſed & ſi quis. §. quæſitu ff. ſi quis cau. & C. ad Velle. l. iubemus? Reſpon. credo, quòd teneat ff. de lega. 3. l. ſi quis in princ. & C. de teſt. auth. hoc inter liberos. & C. de iure codicil. diuus. §. licet. Odof. Illud eſt conſideratione dignum, quod licet Princeps reſcribat contra proprium ſtatutum, & ſic ex certa ſcientia, tamen cum approbat factum damnatum, requiritur clauſula, non obſtante. Idem ſi factum non eſt damnatum, ſed eſt data ei forma, ut requiratur hæc clauſula. C. de teſt. auth. hoc inter liberos, & ibi no. & eodem titulo. l. ſi non ſpeciali. De clauſula ſuppletiua, de plenitudine poteſtatis, ſcias quod populus Romanus antequam transferret Imperium ad Cæſarem, hac clauſula nunquam fuit uſus: nec in iure ciuili inuenitur hæc forma, niſi dicatur. & bene, quod includitur ſub illis uerbis, quicquid Principi placet, legis habet uigorem ff. de conſt. prin. l. prima. & C. de legi. l. vlt. & adde, quod Spe. dicit, quod contractus feudalis emphyteuticarius, ſiue libellariæ conditionis eiuſdem naturæ ſunt, ut ipſe notat in Spe. de feu. §. quoniam uer. quadrageſimo circa fi. & ſic in ſolo nomine eſt diſcrimen. ut & aliàs dicit lex. C. de agr. & cenſi. l. definimus. Sed Spe. non dicit uerum, niſi fortè loquamur in feudo quarundam eccleſiarum Lombardiæ, pro quo non præſtatur ſeruitium, ſeu cenſus pecuniarius ad inſtar ficti, puta, certa quantitas pecuniæ, uel frumenti, uel aliud ſimile, ut una ſpalla porci, vel vnum par caponum quolibet anno: quia eccleſię Lombardiæ non curant de ſeruitijs armorum, ſed de redditibus burſarum. & ideo in talibus feudis puto, quòd ſuccederet mutus, & ſurdus etiam à natiuitate, & quilibet hæres, ut C. locatio. l. uiam ueritatis. niſi tenor inueſtituræ repugnaret. conſuetudine etiam eccleſiæ ſemper ſalua. Bald.

d *Damna.*] hic Imperator remittit omnia damna data in rebus. omnia ablata facta de rebus, & omnes iniurias factas in perſonis ab uniuerſitate ſocietatis, uel aliquo de ſocietate, uel à coadiutoribus. Et hic not. quòd Imperatori fit iniuria non ſolum per ſe, ſed per ſuos. facit. ff. de

relig.l.oſſa.in fi.& quod no. Bar.ff.de cap.l.hoſtes. & Inn. extra de app.c.dilectus.Item no ꝙ Imperator remittit omnia illa,licet non appareat de alio mandato. Et adde,quod habes extra de iniur.& dam.da.c.in noſtra. Item no.quod ligæ,& confœderationes faciunt vniuerſitatem.

ab vniuerſitate[a] ſocietatis, vel ab aliquo de ſocietate, vel coadiutoribus ſocietatis ſuſtinuimus,per nos cum noſtra parte remittimus gratis, & plenitudinem noſtræ gratiæ ei damus. Motam ſuperfluam[b] in ciuitate, vel Epiſcopatu pro damno ciuitatis nõ faciemus. Ciuitates[c] mutare,[d] vel extra munitiones facere eis licet. Item ſocietatẽ[e] quam nunc habent, tenere,

a *Ab vniuerſitate.*] Hic habes,ꝙ vniuerſitas damnum dare dicitur, & ſic per conſequens dolum committere. ut ff.de dolo.ſed ſi ex dolo.§ j. licet illa uideatur dicere contrarium.Metum df inferre. ut ff. quod me. cau. l.metum §. aduertendũ. quod .n. maior pars facit,tota uniuerſitas feciſſe uidetur, ut ff. de reg.iur.l. aliud. §. refert.& ff.ad muni. l.quod maior. Itẽ & ſi poteſtas cõſiliarij, & anciani hoc faciant:tota uniuerſitas feciſſe uidetur,arg.ff.de vi,& vi ar l.ſi uc à me. Et ideo nos videmus,quod uniuerſitas accuſatur, & reſpondet per ſyndicum habentem ſpeciale mandatum à ciuibus,ut C.de re mil.l.tam collatores lib 12.nec requiritur.quod illæ ſingulares perſonæ.quæ delinquerunt.nominentur in ſyndicatu:quia non conſtituitur ſyndicus nomine ipſorum,ſed nomine totius uniuerſitatis. ut l intãtum. §.vniuerſitas.ff.de rerum diui. Et no quod facilius fit inquiſitio contra uniuerſitatem,quam contra ſingulos, quia delictum magnæ uniuerſitatis non poteſt eſſe niſi notoriũ,& famoſum. Vnde quamuis fama, quæ ſemper apud acta eſt præſens, & clamoſa vox populi magis clamet in rebus notorijs,eſt uerum,quod in notorio actus tranſeuntis requirũtur poſtea probationes plenæ,ut C de offi. rect.prouin l.iuſtiſſimos,& ordo iudiciario.ar.extra de iu c.exhibita.ſaluo eo,quod no.inſtit.de publicis iud.in prin. & no in c.fin.de fo.compe in nouel lib.6 Si autem iudex vult inquirere cõtra ſingulares perſonas, oportet, quod fama ſpecialiter ſit contra eos.& non admittuntur per procuratorem,ſi cauſa exigat detentionem,ſeu carcerem perſonæ ut in c.eos,qui. de ſen.excom. lib.6.& aliquando iſta detentio eſt arbitraria,aliquando neceſſaria,ſi qualitas pęnæ ſit perſonalis.Sed nunquid fideiuſſores poſſunt ſe obligare ad pœnam corporalem?Et quid de obſidibus?dic, ut no.23.q.5.cum homo.& dic, ꝙ non de iure, ſed de conſuetudine in quibuſdam locis ſeruatur contrarium:quæ conſuetudo habet poteſtatem in ſanguine hominis ff.de extraordi.cri.l.Saccularij.§ ſunt quædam Bald

b *Moram ſuperfluam.*] Hic dicitur, quòd Imperator in ciuitate,uel epiſcopatu non debet facere ſuperfluam moram in damnum ciuitatis,vel Epiſcopatus,ſeu territorij,per quę tranſit. Et eſt ratio,quia ferè impoſſibile eſt, quin exercitus eius damna non inferat,ut ff.loc l.ex conducto.§.ſed ſi labes.ver idemque.

b *Superfluam.*] argu.C.de meta l.deuotum. & in auth.de Quæſtore.§.ſi uero forſan. Sed quando dicitur mora ſuperflua?Reſpon.iudicio eccleſiæ, populi.uel ſi ibi moretur ultra ſex menſes, arg.C.de cenſitus.l.fin.Odof.vel arbit.boni uiri,ut ff.de verb.oblig.l continuus.§.cùm ita. & ff.ad ter. l.2 §.ſi mater,& l.1.ff.de ſuperficiebus Bald.

c *Ciuitates.* hic dicitur,quòd licitum eſt uniuerſitati ſocietatis, ſeu ipſis ſocietatib. ciuitatis mutare,& extra ciuitatẽ munitiones,& fortalitia facere.

d *Mutare.*] hic eſt triplex litera aliàs murare,vel munire, uel mutare, & quælibet bona eſt & eſt ſimile ff.de operib. publicis.l.de operib.C.de ædifi.priuat.l per prouincias ff.de rerum diuiſ.l.ſacra.§. pen.in auth. quomodo oportet Epiſcopos.§ ſi quis apparuerit.in fi.alias autem niſi iuſſum haberent à Principe, hoc facere non poſſunt, arg.C.de oper. pub.l.ſi quando.& l nemo iudicum. & facit ad id. quod no ſup.eo.§ nos Romanorum Imperator, &c. in fin.illius glo 1.ſine præfinitione temporis, &c.Odof.C.de ſacroſan. eccle.l ad inſtructionem. Bald.

e *Item ſocietatem.*] Dicit, ꝙ ciuitates, quæ ueniunt in iſta pace, poſſunt fœdus,& ſocietatem,quam inter ſe habent, manu tenere, & etiam reuocare toties, quoties eis placuerit,& eis uidebitur expedire. Conuenticulæ hic conceduntur: de iure autem communi prohibentur, ut ſup.de pace tenen.§.conuenticulas.C dè epiſc.& cler.l.conuenticulam. C.de ijs,qui ad eccle.confu.l.denunciamus.de pa.ſacri.l 1. & in auth. de interd. col.hac. circa princ. C.de ſum tri.& fi ca tho.l.2. & de hære.l. cuncti. & hæc ſocietas à Principe approbata eſt hic. Ideoq; licitum eſt eis ſocietatem, ſeu conuenticulam tenere.& quoties voluerint renouare, ut hic,& arg.C.de Iudæis.l 2. Sed nunquid aliam ſocietatem poterunt contrahere cũ alijs ciuitatib.cum quibus nullam ſocietatem habebant? Reſpon.non,cum dicat iſte tex. quam nunc habent, &c.& facit inf.eod.§.pacta inter ciuitates. Odof. Quæro facta eſt liga inter duas ciuitates per quinquenniũ duratura, utrum ſi poſt quinquennium præſtant ſibi mutuos fauores,intelligatur liga tacite renouata? Videtur, ꝙ ſic:ſicut dicimus in contractib.uetum,ut ff.loc.l.item quæritur.§.qui impleto. Contrarium dico, niſi renouetur expreſſe,ut hic,& eſt arg.C.loca.l.ſi cum hermes pręſertim ſi fuit contracta prius per ſtipulationem, quia ſtipulationes verba deſiderant. Similiter in contractib in quib.requiritur ſcriptura,non fit tacita ita renouatio, ut in d.§ qui impleto.Item no quòd iſte tex.loquitur de renouatione uoluntaria,ſed aliquando fit renouatio neceſſaria, ut in contractibus emphyteuticis, & feudalibus, ut no.Cyn.C.de ſacroſ. eccleſ.auth.& quæ.

& quoties voluerint, remouere eis liceat. Pactiones[f] timore noſtro,vel per impreſſionem nunciorum factæ, caſſentur,[g] & pro infectis[h] habeantur, nec pro eis aliquid exigatur.

¶ Pacta[i] Placentinorum, ſcilicet, pactum pontis Padi, & fictum eiuſdem pontis,& regalium, & datium, & pactum quod Epiſcopus Hugo fecit de caſtro arquato, & ſi

f *Pactiones.*] hic dicitur,quòd pacta inita timore Imperatoris,uel per impreſſionem nunciorum ſuorum ſunt irrita,& caſſanda:ergo Imperator non poteſt inferre metum. ſicut nec quælibet priuata perſona. Item no.ꝙ illud,quod fit grauerum Principum,non ualet.dicit Spe quod induci nõ debet nouitas in homagijs,vel in actis fidelitatis,vt in Spe.de feu.§.quoniam ver.ego talis iuro dicit Io And. quod indebita ſeruitia præſumuntur à dominis per metum extorta. in cap.1.de præſcrip.li 6.in nouel Et contra poteſtates præſumitur C.de teſta.l.nolumus. C.de fundis lim.i.l.prima.li. vndecimo.C.de omni agro deſer.l.qui potentiam. præſertim erga ruſticos. C.ne ruſti. ad ullum officium deuo. l.2. no.tamen,quod niſi voluntas condeſcendat compulſioni, non poteſt cogi.C.de hære.inſti.l.3.

g *Caſſentur.*] Sed an ipſo iure.uel demũ oppoſita exceptione? Reſpõ.ipſo iure.ut ff.quod met cau l ſi mulier.§.ſi dos. Tu dic,ut no.ſup.de pace iur fir.§.item ſacramenta.

h *Pro infectis.*] factæ enim fuerunt contra legem, & quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur, ut C.de legat.l. non dubium. & C de ſacroſanc eccleſ.l. iubemus.§.ſanè. Odof.Sed an contractus Principis habeat uim legis, ut ff. de pu.l.Cæſar? Reſponde. ſic, quando caret uitio, ſed hic non caret uitio, quia eſt contra ius naturale, uel ſaltem contra bonos mores. Et nota hunc §.ualde ad contractus, qui tota die fiunt cum dominis terrarum. Sed nunquid debet proponi actio.quod metus cauſa ad reſcindendum? Reſpond.non,quia eſt coram quo agatur. Item quia metus Principis eſt quodam modo uis præciſa, quæ omnino tollit conſenſum. & adde quod no. Innocen. extra de renuncia. capit. ſuper hoc. & ibi ponitur quid quis habebit probare in huiuſmodi iudicijs. licet enim dixerim, quod non eſt, coram quo agatur de facto: tamen de iure, ſi Imperator facit iniuſtitiam, poteſt adiri Papa per ſupplicationem,uel denunciationem,ut extra de probat.capitul. primo.

i *Pacta.*] Dicit hic, quòd ex ſpeciali clauſula præmiſſa ſubijcitur generalis. ſic ff.ad leg Aquil. ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex.ſic contra. C. de ſacroſanct eccleſ.l generali. & l.illud. & l ſancimus. & d. lege ſi ſeruus ſeruum.§.rupiſſe. Odofred. & ff.de poſtulan.l.prima.§.hoc edicto.

a Com-

a *Communi.*] i. tota vniuerſitate, quia tota vniuerſitas commune appellatur. quod autem dicit, ab alijs, i. ſingularibus perſonis pro priuato facto ſuo Odof.
b *Ita tamen.*] Iſta dictio habet determinare præcedentia. Odof. ff. ad Treb. l. Lucius. §. quæ habebat.

aliqua facta ſunt ſimilia ab ipſo Epiſcopo, vel à communi,[a] vel ab alijs de ſocietate nobiſcum, vel noſtro nuncio, ipſo ponte remanente cũ omnibus ſuis vtilitatib. Placentis: ita tamen,[b] quòd teneantur perſoluere fictum[c] abbatiſſæ ſanctæ Iuliç de Brixia, & quæ ſunt ſimiles.

Dicit, ꝙ ſnīa per Imperatorem lata contra rebelles occaſione rebellionis, & partialitatis reſcinduntur, facta pace: ſecus, ſi nō occaſione rebellionis, ſi aliàs iuſtè ſunt latæ: putà ex cauſa mutui, vel depoſiti.

¶ Sententiæ quoque,[d] quæ de iure, & ſecundum leges,

c *Perſoluere fictum.*] Differentia eſt inter fictum, & ſeruitium, ſicut inter pecuniã, & cenſum, & operã, & aliqñ fictus appellatur cẽſus. C. de donat. l. cenſualis. de acquir. rer. domi. l. quæ quiſque. C. ſine cẽſu, vel reliquis. l. omnes. Et an quicunq; non ſoluens cenſum tpe à iure ſtatuto, perdat rei dñium? Dicẽdum eſt, ꝙ ſic, ſi ille, cui debet cenſus ſolui, hẽt directum dñium rei. ut C. de ſacroſan. eccleſ. auth. qui rem huiuſmodi. ſecus ſi præſtatur in ſignum alterius ſubiectionis de re propria vt no. Innoc. de relig. domi. c. conſtitutus. & facit optimè. C. de fundis patri. l. fundi poſſeſſionem. tamen nullus perdit, donec eijciatur foras, ut no. ff. pro ſocio. l. cum duob. §. idem reſpondit. Et quijnon renouat ab eccleſia, videtur iuri ſuo renũciare, vt no. in c. 1. de preca. in nouel. inf. eo. c. ego iuro, ſ. quando venit ex neceſſaria conſequentia præcedentis contractus.
d *Sententia quoque.*] Iſte § eſt valde no. ad exititios terrarum, vt ſciamus, qui proceſſus facti contra eos reſcindatur, eis ad ciuitatem reuerſis, & qui non. Adde quod no. in c. 1. de elec. non reſi. lib. 6. in nouella. & in c. ſtatutum. de reſcri. eo. lib tangitur de iſtis ex titijs. & ſi quidem licet non per ſe, tamen per procuratorem potuerunt comparere, citatio arctat eos, ſecus ſi nec per ſe, nec per procuratorem: quia nullus audebat tanquam procurator comparere. ut ff. ad Trebellia. l. de ætate. & in cap. paſtoralis. de re iud. in clem. & in cap. bonæ de elect. & ſi erant banniti, omnibus bonis ademptis, iudicia non tenent, ut l. ſi conſtante. §. ſi ff. ſoluto matrimo. quia nudi exularunt, ut ff. de capi. or. l. tutelas. §. ſi libertate. & compromiſſa ſoluuntur. ff. de noua. l. quoties. §. ſi. quia habentur pro mortuis. C. de hære. inſtit. l. 1. & facit quod no. in l. ad cognitionem ff. quibus ex cau. in poſſeſ ea. in glo. quæ dicit: nota hic pro bannito. Quod de ſententijs latis ex compromiſſo facto inter exititios, & intrinſecos? Reſpon. tales ſententiæ ualent pro rebus compromiſſis, ſed extra compromiſſum non ualent, etiam ſi poſt compromiſſum nominatim homologetur laudum: nam expreſſè dicit decretalis, quod non poteſt homologari laudum, ſuper quo non procedit compromiſſum. extra de confir. vti. vel inuti. c. examinata. ad quod facit. ff. de pecu. l. 3. §. ſi ſeruus. & quod ibi no. per Gui. de cu. & eſt ratio quia ordo ſubſtantialis peruerſus. nam ubi non procedit notio, ibi ſententia non procedit, nec valet auctoritate partium, ordine prætermiſſo, ut C. de ſenten. & interloc. omn. iud. l. prolatam.
e *Secundum leges, & conſuetudines.*] No. arg. quod ſi cauſa eſt commiſſa ſecundum leges, & conſuetudines terrarum terminanda, quod potius debet terminari ſecundum bonas conſuetudines, quàm ſecundum leges. Et dictio, &, ſignificat bonitatem arbitrij, & non merum ius commune, ut extra de eo, qui mitti in poſſeſ. cauſa rei ſer. cum veniſſet. & uide Cy. C. de teſta. mili. l. captatorias Cyn.
f *Inirritum*] ſic ſup eod. § priuilegia cauſa enim harum ſententiarum, ſeu diſcordia ſublata, ceſſare debet earum effectus. ſic. C. de epiſco. & clericis. l. generaliter ff. de exec. tut. l. cum ex oratione. ff. pro ſocio. l. exactione. §. alicuius. debent enim omnia pacis tempore in priſtinum ſtatum reſtitui. arg. eius, quod ne redhibitione dicitur ff. de ædil. edic. l. redhibere. & l. facta. & de alie. iud. mut. cau. fa. l. ga Odof.

g *Poſſeſſiones.*] poſſeſſiones amiſſæ tempore guerræ, quæ ante tempus guerræ poſſidebantur, debent reſtitui poſſeſſoribus, & ſi eas recuperaſſent, debent eis defendi, niſi eſſent poſſeſſiones, quæ pertinerent ad Imperium: de quibus debet ſtari dicto arbitrorum electorum. Et not. quod

& conſuetudines[e] contra aliquem, vel aliquos de ſocietate latæ ſunt, teneant, ſicut de iure contra eos tenerent, ſi gratiam noſtram non habuiſſent. Quæ verò contra aliquem, vel aliquos de ſocietate latæ ſũt occaſione guerræ, ſeu diſcordiæ, in irritum[f] deducantur. Poſſeſſiones[g] omnes, quas quiſque de ſocietate tempore guerræ tenebat iuſtè, ſi per vim ablatæ ſunt ab eis, qui de ſocietate non ſint, cum fructibus,[h] & ſine damno reſtituantur:[i] vel ſi eas recuperauerint,[k] quietè poſſideat: niſi per electos arbitros ad cogni

non dicit hic, de eligendis arbitratorib. quia nemo tranſigere. vel amicabiliter componere compellitur, quandoque tamen in arbitratorem poteſt compromitti, & non in arbitrum, ut ſuper decimis, & alijs ſpiritualibus, ut no. in c. ſi pater. de rerum permut. in nouella. Not. quod tempore guerræ licitum eſt recuperare ꝑ vim ablata. Not. de conſeruatorio poſſeſſionis. facit. C. de carb. edi. l. 1. Not. quod arbitri eliguntur in cauſa Imperatoris, qui habent cognoſcere de regalib. Nota de verbo, aſſignetur, quod ſignificat id eſt, declarentur pertinere, & de facto ponatur in poſſeſſione, ſi non eſt.
h *Cum fructibus, & ſine damno.*] No. quod fructus, & damna ponuntur, ut diuerſa, & ſic non dicitur damnum dare, qui tanquam poſſeſſor percipit fructus. quod tene menti.
i *Reſtituantur.*] hoc niſi ablator iure ſe poſſet tueri in cauſa proprietatis: tunc enim reſtitutio impeditur, ut inf. eo. §. ſi qui. & caue, quia hic, dicit de ablatoribus, ſeu ſuaſoribus, qui non ſunt de ſocietate. Sed ego idem puto, & de eis, qui ſunt de ſocietate, cum in d. §. ſi qui. generaliter loquatur, & non ſpecificet, an de ſocietate ſit. uel non. ſic ergo generaliter, & indiſtinctè debent intelligi, ut ff. de publi. l. de precio. & intelligendum eſt, Imperatorem in hoc caſu idem ſtatuiſſe in ſuis. quod in alijs, & idem in alijs, quod in ſuis, cauſa æqualitatis hincinde ſeruandæ, ut arg ff. de arbit. l. ſi cum dies §. ſi C. de fruct. & lit. expen. l. ſi. C. de proxi ſacroſacri. l. in ſacris. lib. 12. & ff mand. l 3. in ſi & C. commu. diu. l. pen. §. ſi & arg. ff. fam. ercis. l. in hoc iudicio. Odof. Et no. quod in iſtis reſtitutionibus, quæ fiunt uigore capitulorum pacis, obſtat exceptio. dolo facis. quod eſt no dignum. Sed quid. ſi quis neſciat dicere confines ſuarum poſſeſſionum? Reſpon. ſibi imputet: quia nemo ſibi incertus eſſe debet, quantum poſſideat, ut ff. de uerb. ſignif. l. ſubſignatum. §. ſi per Accur.
k *Recuperauerit.*] quoquomodo Odof. Et ſic no. ꝙ tempore guerræ licitum eſt recuperare qualitercunq;. Et quid ſi unus recuperat alij ablata? dic ut ff de capti. l. ſi quis in bello. Si quis perdidit bona culpa ſua damnabili. ut ſi miles perdidit arma, non recuperat: ſed ſi latrocinio, uel uirtuoſè pugnando, tunc recuperat à quolibet recuperare, ſalua conſuetudine armorum. eod. tit. l. 1. per Dyn. Sed qualiter probabitur poſſeſſio? Reſpon. probata detentione corporali: nam qui detinet, præſumitur poſſidere, ut no. cap. cum olim de priuileg. per Innoc. vlt. quæſtio. c pontifices. per Arch. & in cap 2. vt lit. penden in nouella. niſi conſtet alium poſſidere, ut ff. de fundo doc. l ſi fundum. Vnde non fruſtra hoc in modum priuilegij huic conceditur. Sed attende. quod ſi rectè inſpicias, non dicitur remittere niſi offenſas, quas fecit, poſtquam fuit in ſocietate. Et ſic puto, quod ſi feudum haberet à Principe, & antequam eſſet in ſocietate, culpam aliquam commiſiſſet, propter quã amittitur feudum, quod bene amiſerit feudum, & culpa illa non uideatur remiſſa per hanc pacem: licet uideatur contra id, quod dicam inf. proxi. ibi, pro præteritis. &c. quaſi uideantur remiſſæ omnes culpæ, & offenſæ factæ. ſiue antequam eſſet in ſocietate, ſiue poſt eſſent commiſſæ. Sed certè non eſt uerum: nam non ſic intelligitur in præteritis: nam idem vult dicere, ac ſi dixiſſet, prædictis.

tionem [a] regalium nobis aſſignentur, Opizoni Marchioni omnem offenſam, quam nobis, vel alicui partis noſtræ fecerit, poſtquam in ſocietate fuerit, vel per ſe, vel per aliquam perſonam cum ſocietate, vel defendendo aliquem de ſocietate, imperiali clementia per nos & noſtrã partem remittimus, & in plenitudinem noſtræ gratiæ eũ recipimus: nec per nos, nec per interpoſitam perſonam pro præteritis offenſis ſibi, vel parti ipſius aliquam inferemus iniuriam, læſionem, vel coercitionem.[b] Amplius eam iuriſdictionem, quam Mediolanẽſes exercere conſueuerunt [c] in communitatibus Seprij, & Martexanæ, & Burgariæ, & in alijs comitatibus, exceptis locis, quæ Pergamẽſes nomine noſtro tenent inter Alduã, & Oleũ, excepto Romano veteri, & Bariano, & eam, quã modo exercent, liberè, & quietè habeant, & poſſideant [d] ſine contradictione noſtra, & ſucceſſorum,[e] noſtrorum: ſaluis pactis, & datis, & conceſſionibus i ſuo robore durantibus, quæ Mediolanen. per commune fecerunt ciuitatibus Pergamo, Nouariæ, & Laudo, nec per hanc conceſſionem lædendis, nec ullum præiudicium fiat iuri, aut conſuetudini alicuius ciuitatis, & ſocietatis præter dictas conceſſiones. Pacta inter ciuitates, & ſocietates quódam facta, nihilominus firma, & illibata permaneãt: nec aliquid intelligitur acquiſitum Mediolanenſib. in Epiſcopatu Laudenſi, præter dictas conceſſiones, ſaluo [f] iure aquæ Lambri Mediolanẽſibus, [g] ſi quod habent, vel in pedagio. Omnes [h] de ſocietate, qui fidelitatem nobis iurabunt, in ſacramento fidelitatis adijcient, quòd poſſeſſiones, & iura, quæ nos habemus in Lombardia, & poſſidemus extra ſocietatem, iurabunt bona fide nos manu tenere, ſi opus fuerit, & cum ſuper hoc per nos, vel per certum nuncium noſtrũ fuerint requiſiti, & ſi amiſerimus, recuperare: ita videlicet, quod finitimæ [i] ciuitates obnoxiæ ſint principaliter ad hoc faciendum: & (ſi opus fuerit,) aliæ teneantur [k] ad competens auxilium præſtandum. Ciuitates, quæ ſunt extra Lombardiam, in ſuo confinio, ſimiliter teneantur [l]

Hoc ẽt indicat quod ibi ſtatim ſequitur, vel parti eius, &c. Odofre. Nec eſt nouum maleficium per perſeuerantiam delicti tempore guerræ remiſſum facinus videri. nam inſpicitur tempus, quo delictum naſcitur. ff. de iureiuran. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. & l. eum, qui. §. in popularibus. de furt. l. in faciando. §. infans. C. de teſtam. cum antiquitas. in princip. & arg. in c. 1. ſupra. de feu. guar. Quæro, qđ ſi teſtis dixit, quod fuit ante guerram, vtrum probet, quod fuit ante originem guerræ? & videtur, quod non: quia æquiuocus eſt ſermo iſte, cum poſſit intelligi ante guerram. ſcilicet, finitam. l. 2. ſi certum peta. per Bar.

¶ Truffa eſt: omnis intellectus eſt extraneus, qui non ſonat in auribus vulgi, ut extra de ſponſa. c. ex literis. & ideo intelligitur ante originem guerræ.

a *Ad cognitionem*] Not. quod arbitri electi ad cognitionem, videntur electi ad decidendum, & ſignandum, ut hic, & ff. de procu. l. qui procuratorem dat. ſecus in electis ad cognoſcendum, & referẽdum: quia nõ poſſunt cauſam decidere. C. de offic. præfect. Augu. l. ordinationem.

b *Coercitionem.*] vel coactionem, vel correctionem. Odofre. iſta tria ſunt quaſi ſynonyma.

c *Amplius conſueuerunt.*] facit illud, qđ eſt lõgè. inf. & eam, quã modo exercent.

d *Poſſideant.*] No. iuriſdictionem poſſideri, ut inf. eod. §. omnis. & non vitiat verbum impropriè poſitum, ut ff. de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi reum. quod debet intelligi ſecundum ſanum intellectum. & probatur poſſeſſio iuriſdictionis per exercitia, quibus quis eſt vſus libere, & quietè. tex. eſt hic notabilis.

e *Succeſſorum noſtrorum.*] dicunt quidam, hic uidetur Imperator iniungere ſucceſſori ſuo, ut hoc idem faciat: quod quidem eſſe non poteſt, ut ff. ad Trebel. l. ille. a quo. §. tempeſtiuum. & ff. de manu. l. apud eum. Sed certe non eſt uerum, ſed ita debetis intelligere literam iſtam, quod habeãt ſine contradictione ſucceſſorum noſtrorum. Si enim ſucceſſores noſtri contradicant, non habebunt. uel dic ſimpliciter, ut iacet argum. C. de ſenten. & interl. om. iud. l. poſt ſententiam & ſent. reſc. non poſ. l. 1. Placet: cum Imperator prædeceſſoris ſui factum abrogare poſſit, ut C. de ueteri iure enucl. l. 2. circa princip. Odof. & per hoc determinatur quæſtio, quam format Cyn. C. de legi. l. digna uox. & ſic nec per contractum, nec alio modo Princeps poteſt regalia concedere in præiudicium ſucceſſorum, quia ſicut non poteſt iura eorum ſubuertere: ita nec minuere, ut ff. qui & a qui. l. ſi optio. non enim debet uni in alterius damnum ſuccurri, ut ff. de mino. l. in cauſæ. c. 1. in princ. eodem titu. l. auxilium. in princ. Odof. nec eſt boni Principis unum altare coperire, & aliud diſcooperire, ut C. qui pot. in pign.

ha. l. aſſiduis. §. exceptis. nec priuilegia uni conceſſa alteri dare, ut C. de ſilentiariis. l. decurionibus lib. 12. Et ſi Princeps conceſſit alicui beneficium: prior tempore, potior eſt in iure. arg. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & ſupra qui ſuc. tene. c. 1. col. 10. Et hæc faciunt ad conceſſiones, quas faciunt Principes de aquis publicis, quod ſemper videantur reſeruata iura, & commoditates eius, cui prima conceſſio facta eſt.

f *Saluo.*] ff. fam. erc. l. item Labeo. §. 1.

g *Aqua. Lambri. Mediolanenſibus.*] pone. Inter duo caſtra erat quæſtio de ductu aquæ publicæ, & fuit inter ſe lata ſententia: demum Imperator conceſſit mihi unum de illis caſtris: nunquid teneor ſeruare illam ſniam? Et videtur, quod ſic, qa caſtrum trãſit in me cum ſuis uitiis, ſuaq; cauſa, præſertim cum ſit vniuerſitas quædam. ff. de act. empt. l. in uenditione. ff. de ſerui. ruſt. præd. l. Lucius à contrario ſenſu. ff. de condi. & demonſtra. l. ſi quis legata. §. fi. ff. de contr. empt. l. ſi aquæductus. Et quia Imperator non videtur velle præiudicare tranſactionib. & ſententiis, ſed tacitè reſeruare. argu. huius literæ. in contrarium uidetur: quia ſicut Princeps poſſet, ut ſup. in c. 1. quæ ſint regalia. ita & ego qui uice Principis fungor. Item pacta priuatorum non præiudicãt fiſco, nec tenetur fiſcus de illis pactis facere mentionem. ff. de pact. ius publicum & l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar & l. inter. C. ſine cenſu. uel reliquiis, l. omnis. dum tamen boni uiri fungar officio, ſicut ipſe Princeps induſiſſet, ſi certioratus fuiſſet. ff. de pac. taſe pactum. §. fina. quod maximè eſt ſi alium non lædo, ut l. 1. § item uarus. de aqua pluuia arcen. ff. de ſol. l. prima. & extra de re iud. cap. ſuborta. in fi. non obſtat iſta litera, quia hoc ius aquæ competit ex conſuetudine, quæ fortior eſt, quam pactum priuatorum, &c. Bal.

h *Omnes.*] hic dicitur, quod illi de ſocietate debent iuuare Imperatorem ad manutenendum iura ſua, & etiã conſeruandam, ſ. pro poſſe. & præſertim ciuitates finitimæ, & quæ ſint magis propriè iura, ut ſunt incorporales, quæ non dicuntur poſſideri, ſed quaſi poſſideri, ut ff. de acquirendo rerum dominio. lege ſeruitus. § incorporales. ff. de ſerui. urbano. prædio. l. ſi ædes. in fine. ff. de action. empt. lege datio. §. ſi iter. & hoc eſt quod iurat ciues, ut ciues. Odofredus.

i *Finitimæ.*] i. confines, ſeu propinquæ aliis locis, in quibus ſunt poſſeſſiones, quæ cœptæ ſunt turbari.

k *Teneantur.*] ſubaudi, ſi opus erit, quod dic, ut C. de ſacroſan. eccl. l. neminem.

l *Teneantur.*] ſubaudi, ſi opus fuerit. Odofr. Nota bonam gloſellam. Bald.

facere. Si qua verò[a] ciuitatũ ea, quæ in conuentione pacis ex parte noſtra ſtatuta ſunt, non obſeruauerit: cæteræ ciuitates eam ad id obſeruandũ, bona fide cõpellant:[b] pace nihilominus in ſuo robore permanente. Nobis autem intrantibus[c] Lombardiam ſodrium cõſuetum, & regale, quæ ſolent, & debẽt, præſtabunt: & vias, & pontes,[d] bona fide, & ſine fraude, & ſufficienter reficient, in eundo, & redeundo mercatum ſufficiens[e] nobis, & noſtris euntibus & redeuntibus bona fide, & ſine fraude præſtabunt: in omni decimo anno[f] fidelitates renouabunt[g] in ijs, quieas nobis non fecerunt, cum nos petierimus vel per nos, vel per noſtrum nuncium. Si qui ex parte noſtra[h] de ſuis iuſtis[i] poſſeſſionibus expulſi ſunt, reſtituantur ſine fructibus, & damno: niſi in cauſa principali ſuæ proprietatis iurę poſſit ſe tueri poſſeſſor: ſaluis prioribus conceſſionibus: & omnes offenſæ eis remittantur: eodem iure ſeruando ijs, qui ſunt ex parte noſtra circa reſtitutionem: niſi ciuitas adſtringatur iuramento,[k] vt non reſtituat: quo caſu arbitrium boni viri volumus pro reſtitutione ſuccedere.[l]

a *Si qua verò.*] Hic dicitur, ꝙ ſi aliqua ciuitas de dicta ſocietate Lombardiæ non ſeruat ſtatuta pacis: cæteræ ciuitates de ſocietate cõpellent illam ad obſeruandũ bona fide. ꝗ in tex. ibi, bona fide no. ꝙ bona fides debet ſeruari: cui interdum non congruit de iuris apicibus diſputare, ut ff. man ſi fideiuſſor. §. quæ iam. Et eſt arg. ꝙ omnes cõtractus, qui ſiunt cum Principe, habeant naturam bonæ fidei contractuum.

b *Compellant.*] Sed quomodo? faciendo guerram, vel obſidendo ciuitatem, uel dãdo repræſalia? Rñd. forte ſic. Sed contra per hunc tex. nã hic dicit bona fide compellant. hac bona fide non uidetur compellere aliquo præſictorum modorũ: nã bona fides eſt contraria dolo, & fraudi, ut ff. pro ſoc. l. 3. in fi. & in prędictis plerunq; hæc verſantur. & quia diſcordiæ ſunt ſedandæ, & remouendæ, ut ff. de lega. 2. l. cum pater. §. dulciſsimis. & quia omne beneficium decet eſſe perpetuum, ut C. de excu. mu. l. antepe. & quia per pacem diſcordiæ ſopiuntur, ut C. de cad. tol. § ita in princ. etiam ex pace uidetur naſci diſcordia, quod eſſe non debet, ut C. un de vi. l. meminerit. Sed fortè his non obſtantib. poſſunt prędictis modis compellerę, neç enim videtur dolo facere, cu alterius fraudem excludant, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. Titio. & quia pax fingitur ei non conceſſa, qui aduerſus pacis ſtatuta venire non timuit. arg. ff. de mino. l. auxiliũ in prin. Vel forte poſſet dici, quòd accipiantur hoc caſu obſides, ut arg. ff. de iur. fiſc. l. diuus ff. ex quibus cau. ma. l. necnon. §. j. & ff. de teſta. l. obſides. Odof. Dic, quòd procedit illis vijs, & modis, quibus uidebitur expedire argu extra ut lite non conte. quoniam frequenter. §. fin. adhiberi enim debent illa remedia, quæ magis timeantur, adhibito tamen diſcretionis moderamine.

c *Nobis intrantibus.*] hic dicitur, quòd quando Imperator intrat Lombardiam, debetur ei ſodrium regalem, & conſuetum, & uiæ, & pontes aptari, & aptatæ ſufficienter in eundo, & redeundo, quod debet habere mercatum ſufficiens pro ſe, & ſuis. Et hic determinatur quæſtio de guardana, formata per glo. C. de ſacroſ eccle. l. neminem. nam guardana Imperatoris non debet auferre res filiorum, ſed debet emere, niſi fortè deſideret ſibi pecunia, ut l. 2. ad leg. Rhodiam de iac. uel niſi ruſtici adeo forent tenaces, quod nollent eis vendere victualia. quod no.

d *Vias, & pontes.*] & ab horum refectionis onere nemo excuſatur, quod dic, ut C. de ſacroſ. eccle. l. ad inſtructionem.

e *Sufficiens.*] non dicit ſufficientiſsimum. ſic ergo ſufficit aliquid ſufficienter præſtari, licet non ſufficientiſsimę pręſtetur, ſic ff. de ædil. edic. l. ſi quid venditor. & l. ſciendum. § illud. Odof.

Reſtituantur hoc niſi in cauſa principali iure ſe tueri poſſit poſſeſſor, nam tunc impeditur reſtitutio, ut ſequitur. ꝙ quidem eſt contra alia iura: nam & ſi quod ius haberet per ingreſſum violentum amiſiſſet: attamen reſtituere tenetur ei, cui per vim abſtuliſſet, uel occupaſſet, ut C. unde ui. l. ſi quis in tantam & [illegible] nb. de inuaſionib. l. ſi. Et quòd in dationis reſtitutio [illegible] impedienda, probatur in Lomb. de of. iud. l legato. Sol. hoc eſt contra communia iura, & ſpeciale eſt cum in modum priuilegij conceditur hoc tñ hodie non ſeruatur. Vel dic aut inuaſor inuadit ſua auctoritate, aut cum iudicis auctoritate. Primo caſu forum non dicant ſibi contraria iura. Secundo caſu ſerua, quod hic dicitur, & hoc fortè loqui poteſt hæc lex, ſiue præcedens Odof. Adde quod ſpoliatus, ſi contra ius petit ſe reſtitui, ita quòd exceptio obſtet ipſi in poſſeſſorio, non eſt fienda reſtitutio, ut hic, & in cap. conſtitutus. de filijs presbyt. per Innoc. nam qui expreſsè iniuſtum petit, ineptè agit, ut no. in cap. primo. de offi. vic. per Innoc. Si vero non apparet de iniuſtitia petitoris: ſi quidem excipiens eſt per iudicem, & partem admiſſus ad excipiendum, uidetur per conſequens admiſſus ad probandũ, vt no. Innocen. in ca. cum veniſſet. de teſt. Si autem non eſt admiſſus, tunc refert, aut allegatur ſpoliatio, aut dolus ſine ſpoliatione. Primo caſu non admittitur exceptio, dolo facis. Secundo ſic, ut C. un de vi in l. cum quæreretur. & ita intelligitur, quod not. ff de iudic l. ſi de ui. & C. de agric & cenſi. l. ſi coloni. lib. xi. extra de reſtit. ſpo. c. 1.

f *In omni decimo anno.*] in omni decimo anno fidelitates ſunt renouandæ,

g *Renouabunt.*] hoc fit propter iuuenes, qui propter ætatem non debebant iurare, & modo peruenerunt aliqui ex eis ad eam ætatem, quia iurare tenentur, & propter ſenes etiam, qui iurauerunt pro tempore, & modo ratione ætatis iurare non debent. ſic ſup. de pa. iur. fir. circa princip. Sed hodie hoc non ſeruatur. Odof. No. ergo, quod propter mutationem ætatum fit renouatio fidelitatis, quia ætas naturaliter variatur, ut no. C. de in integ. reſtitut. min. l. ſi minorem te. & extra de proba. in pręſentia. unde ex pręterita minori ætate non præſumitur in præſenti, quia non eſt quid ſtabile, vt ff ad l. fal. hæreditatum. niſi tempus pręſens eſt coniũctum præterito. arg. huius literæ.

h *Si quis ex parte noſtra.*] not. quod expulſi ſunt reſtituendi ad ſuas iuſtas poſſeſſiones.

i *De iuſtis.*] ſecus ergo ſi iniuſtis. Odofe. hic cadit glo. ſignata ſup. in §. ſufficiens. quæ debet ſcribi ſuper verbo, reſtituantur.

k *Iuramento.*] Not. quod per iuramentum proceditur diſpenſatiue. Sed an hoc iuramentum teneat? puto, quod nõ, cum ſit contra diuinam, & humanam legem. Vnde diuina pagina dicit. Non concupiſces rem proximi tui. ad quod eſt ff. de iuſt. & iure. l. iuſtitia & iuramentum contra l. factum nullius eſt momenti, ut ff de pact. l. iuriſgentium. § & generaliter C. de legi. & conſti. l. non dubium. in fin. C. de nup. auth. quod ei. ar extra de iureiuran. cap. intelleximus. ff. de leg 1. l. ſi quis inquilinos. §. fin. Odof.

l *Succedere.*] vt ſoluatur rei æſtimatio. Odof. quod eſt contra ius commune, quod inuaſor, nolẽte domino, liberetur, rei æſtimationem ſoluendo, ut ff de rei venditio. l. nec quaſi. Et no. pulchra verba, arbitrium boni viri pro reſtitutione ſuccedere, ſcilicet vt ſatis feciſſe videatur ille, qui ſoluit æſtimationem arbitrio boni viri taxatam. Et not. quod in tota iſta pace non reſtituantur fructus: quod intellige, niſi eſſent extantes in fundo: quia tunc non reſtituuntur tanquã acceſſiones, ſed tanquam ipſum corpus fundi, ut l. ſi § penultimo. ff. quæ in fraud. cred. dicit. Accurſius, quod nunquam quis lucratur fructus, niſi rem habere videatur ff. de regulis iuris qui actionem. item ait quòd intra tempus reſtituendi, ſcilicet quando quis petit, quod non eſt, nec fuit ſuum. ff. de leg. 1. l. ſi quis bonorum. ff. ſoluto matrimonio. l. ſi mora. Debitor lucratur fructus niſi tempus ſit appoſitum cauſa cuſtodiæ. ff. de regulis iuris lege cum tempus. dicit Accurſius, quod ſpeciale eſt in Imperatore, quòd poſſit offerre rem alie. ius. ff. de regul. iur. l id, quod noſtrum

m *Niſi ciuitas aſtringatur iuramento.*] No. quòd ciuitas põt obligari per iuſiurandum, & ſub iureiurando paciſci, licet

& ſi qua controuerſia[a] fuerit orta de feudo inter nos, & alium, qui ſit de ſocietate, p pares illius ciuitatis, vel Epiſcopatus, in quo deſcendit, agetur, & ſecundum conſuetudinem [b] illius ciuitatis in eodem Epiſcopatu terminetur, niſi nos in Lōbardia fuerimus. tunc enim in audientia noſtra, ſi nobis placuerit, agitabitur. Item volentibus[c] venire contra pacta non per violentiam facta, & iuramēto firmata inter ciuitates, & ciuitates, ſocietates, & ſocietates, vel ciuitatem, & alias perſonas, nos audientiam denegabimus. Item nos reſtituimus ſtratam[d] Veronenſib. & nominatim recipimus Ozolinum in plenitudinem gratiæ noſtræ, & omnem offenſam remittimus.

HAnc igitur, ſecundum formam præſcriptam, & vt per mediatores pacis, videlicet, Gulielmum Epiſcopum Diſcenſem, Henricum Marchionem Sernenſem, fratrem Fridericum de ſylua benedicta, & Rodulphum camerarium noſtrum vnà cum iis bona fide intelleximus, & ſecundum tenorem, quo eandem pacem, & concordiam iurari fecimus, & ſecūdum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in pe petuum ratam haberi, & conſeruari ſtatuimus: & vt firma permaneat, & inconcuſſa præſentem paginam noſtri impreſſione ſigilli fecimus communiri.[e]

NOmina verò ciuitatū, quibus ſic, gratiam noſtram reddidimus, & pręſcriptam fecimus conceſſionē, ſeu promiſſionem, hæc sūt: Vercellę,* Nouaria, Mediolanum, Laude, Perganium, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Padua, Teruiſium, Bononia, Fauentia, Mutina, Rhegium, Parma, Placentia. Iſtis autē ciuitatibus, & locis pacem ſeruari volumus, & gratiam noſtram reddimus. Pręſcriptam autem [f] conceſſionem, ſeu promiſſionem his non facimus, videlicet Imolæ, Caſtro ſancti Caſſiani, Bobio, Pleti de Guarbadona Ferotræ, Belutiæ, Tenetę. Ferrariæ autem gratiam noſtram reddimus, & præſcriptā conceſſionem facimus, ſeu promiſſionem, ſi intra duos mēſes poſt reditum Lombardorum à curia noſtra de pace pręſcripta fuerint. Hanc itaque pacem, [g] & concordiā, ſicut pręſcriptum eſt, tam nos, quam filius noſter Henricus Romanorum Rex per camerarium noſtrum Rodulphum iurari fecimus in animam noſtram.[h]

¶Hi autem [i] ſunt Principes, & nobiles curię, qui pręſcriptam pacem, & concordiam

non habeat animam: vnde hoc iuramentum referendum eſt ad animam ciuium, per ea, quæ no. Inno. extra de ſenten excom. c grauem.

a *Si qua controuerſia.*] Dicitur hic, ꝙ controuerſia feudi inter Imperatorem, & alios de ſocietate debet dirimi per pares illius ciuitatis, vel per Epiſcopum illius ciuitatis, in qua diſcordia uertitur, & ſm conſuetudinē illius terræ: & ſic no ꝙ in feudis attenditur conſuetudo loci, ubi res eſt. Nota ꝙ ſi Imperator conceſſit mihi Thuſco feudū cuiuſdam caſtri Alemaniæ, uidetur mihi cōceſſum ſm conſuetudinem Alemaniæ, & ſi Alemanico concedit in Thuſcia, vr̄ conceſſum ſm conſuetudinē Thuſciæ, ut hic dr̄. & eſt ratio, quia conſuetudo pręſtatio nis, & rei præſtandæ intelligitur ſm locū illum, ubi dēt fieri traditio. & ſolutio corporalis, ut l. ſtem g in ſtipulationib. de reg. iur. quod eſt no. & facit quod no extra de teſt. cap. Raynutius ſuper glo. forte in nouel.

b *Conſuetudinem.*] Inſpicitur. n. regionis cōſuetudo, ut ff de fundo inſtr. l cum de lanionis. §. aſinā. & eſt ſic ſ̄. eo §. in cauſis. vincit de iure Romano etiam in eo loco in quo eſt, ut ff de legi. l. de quibus. licet contrarium ſit de iure Lombar. ut in Lōbar. qualiter in iudic. l. placuit Odofr. Et no. hic, cuius loci pares dēant cognoſcere de feudo, quia pares illius Epiſcopatus, vel terræ, ubi lis agitat̄, dēt autem agitari in terra, vel loco, vbi feudum exiſtit, quia reale iudicium eſt, uel quia iſte locus eſt cōmodior, & melius ſcitur ibi veritas. arg. ff. de fiu. l. f. §. 1. & C. de appel l. cum poſt & in c. 1. de reſcrip. in cle. Et ſi quæras, quæ intelligatur cauſa feudalis? R ñ d. ſi criminaliter agitur, vel ultra leges feudorum, non eſt cauſa feudalis: ſed ſi de inueſtitura facta, uel fienda, vel de poſſeſſione ablata, vel turbata per dominum uaſallo, uel per uaſallum uaſallo. de mili. uaſal. qui contu eſt ca. 1. & ubicunque fit commemoratio feudi ad intentionem fundandā, coadiuuandam, vel repellendam. Secus ſi non agatur, uel excipiatur ex hoc capite. ut extra de fo. compe. c. uerum. per Innocen. & dixi in c. 1. §. præterea. de prohib. feud. alie. per Fride. & hæc uera in petitorio, & poſſeſſorio. Et unū ſcias, quod ille, qui non vult inueſtigare vaſallum de recto feudo, & de alio feudo cognoſcere non poteſt, quia iniuſtus in vno. præſumitur, iniuſtus. & ſuſpectus in alio. de controuer. inter uaſal & Epiſc. c. 1. tex eſt notabilis.

c *Item volentibus.*] Hic dicit, qđ uolens uenire contra pacta, non auditur: ergo ſi de audientia denegatur exceptio pacti impedit litis conteſtationem: qđ verum eſt, ſi pactū eſt iuro firmatum, ut hic, ſecus ſi non ſit iuro firmatū, ſed ſit factum, lite pendente. arg. ff de pactis. l tale pactum. §. q. prouocauit. & C. de pact. l. poſtquam liti. & C. de fi. de inſtrumen. l. 3 nam cūm ſit renunciatum liti, non pōt denuo reſuſcitari, vt no. in c. 1. de li. conteſt. li 6. in nouella. Deinde no. hic, ꝙ ille, qui p metū vult, nihil vult qđ dic ut no. ff. de re. iu. l. velle non creditur.

d *Stratam.*] Not de verb. ſtratā Ozolinus nobilis quidā de Roma fuit, ex quo geniti fuerūt duo peſſimi tyranni, alter quorū eodē noīe potitus ē: alter verò Albericus fuit noīatus. Odof. ** Adde Fely. in rubri. de appellatione. 1.*

e *HAnc igitur. Communiri.*] ſic ſ̄. eo. §. pacē itaqꝫ. & dic ut ibi. Odof.

f *NOmina verò Præſcriptā autem.*] vt hic patet. & ſup. eo. in prin. §. nos Romanorum Imperator, &c. ſup. pro. §. noīa vero, &c. certis tm̄ ciuitatib⁹ hæc priuilegia concedūtur. Quid ergo ſi aliqs in aliqua harū ciuitatū habitet, & negetur eſſe de natione eius ciuitatis, uel alterius, q in hac pace comprehenſa ſunt? Reſpondeo, ꝓbare dēt ſe habuiſſe originē in aliqua harum ciuitatū, vt ff. de proba l. 1. ſm vnam lecturam. quā ibi dixi. Odofr. & ſm hoc nomen, & beneficium ciuitatis forēſibus, & extraneis nō prodeſt. C de teſtib. l. ſi non ſpeciali. quod tene menti. niſi eſſēt recepti in numero ciuium, ut ff de iu. fiſci. l. ſed ſi accepto. nam alteri paciſci nemo poteſt. cum ab eo mandatum non habeat, iuxta illud, nihil ad nos de ijs, qui foris ſunt.

g *Pacem.*] concordat. ff. de pactis l. 1. in princ & inſti. de iniur. § finali.

h *In animam noſtram.*] no. qualiter quis iurat pro alio in animam domini. 63 diſtin. c tibi domino. Odof. pone conſtitui procuratorem ad iurandum de calumnia in animā meam: aduerſarius dicit, quod ego compaream: quia melius noui factum. Reſpon. in iuramento calumniæ non debet hoc uentilari, vt no. in cap. vltim. de iura. calum. lib. 6. in nouel. Nunquid ille, qui habet poteſtatem faciendi, quicquid uiderit expedire, dicitur habere arbitrium uoluntatis? uidetur, quod ſic ff man. creditor. §. Lucius. & no. in ca. 2. de iura. cal. lib. 6. in nouel.

i *Hi autem.*] primò nominat Principes, Duces, Comites, & Barones, qui ex una parte Principis vnà cum iuramento pacem iurauerunt. Secundo nominat nuncios Lombardorum, & aliarum ciuitatum ſocietatis eorum, qui ex aduerſa parte iuramento ſuo pacem roborauerunt. Tertiò nominat ciuitates, quæ pacem ex parte Principis unà

cum

per ſe firmam tenere iurauerunt: Hermannus Monaſter Epiſcopus. Henricus Cirnenſis electus. Citalinus curienſis. Abbas Gotifredus imperialis aulæ cancellarius. Otto dux Bauariæ. Fridericus dux Sunormæ, filius noſter. Bertoldus dux Zaermonæ. Bertoldus Marchio hiſtorię. Hermannus Henricus dux Spleteñ. Comes Theopob⁹ de Lexcomiende. Comes Ludouicus, frater cancellarii de Olfeſtre. Rodulphus camerarius. Guarnerius de Lombardia. Cano de Minabere. Corradus Pincerna.

Hi ſunt nuncii, q̃ ex parte Longobardorũ pacem præſcriptam, & concordiam receperunt, & in pñtia noſtra iurõ confirmauerunt. De Mediolano Guido de Lãdriano, Pinamonte de Vicomercato, Adobatus Bultraffus, Gulielm⁹ Burrus, Guercius de Saxolla, Alderic⁹ de Bonate, Rogerius Marcellinus, Loterius medicus. De Brixia: Obrandus de Martinengo, Gozed de Turbiado, Deſyderius iudex, Rodulphus de Cõcipio, Boccatius de Manerbio, Albericus de Caprino. De Placentia: Girardus de Artizone, Iacob. Striƈtus, Hermannus de Carnocampo iudex. De Pergamo: Albertus de Mapello, Attoficianus, Ioãnes de Piterigo, Lanfrancus de Monacha, Albertus Attonis, Albertus Albertonis. De Verona: Corus iudex, Vbertinus de Carcere, Valerianus de Caſtello, Martius de Caſtello, Theobaldinus de Nicando, Theobaldinus de Naſcenguerra. De Vincentia: Pileus iudex, Vbertinus de Fonte viuo, Cardenarius Marcus de Paulian. De Padua: Ianfuxellinus iudex, Bugeleſcus de fõte Clina. De Teruiſio: Flori⁹ iudex Gumbertinus. De Mãtua: Alexandrinus, Iacobus de Amica, Angelus iudex, Henricus de Angelo. De Fauentia Bernardus iudex, Hugolin⁹ de Azo. De Bononia: Antonius Poteſtas, Rolãdus Guarini, Matthæ⁹ Rodulphi. De Mutina: Arlotus iudex, Reynerius de Buca cabara. De Rhegio: Albertus Cambiator, Rolandus de Charitate. De Parma: Iacob. Petri braui, Mallobatus iudex, Veltulus iudex, Corradus Banzoni. De Laude: Vincentius de Siſitaga, Anſelmus de sũma ripa. De Nouarra: Opizo de Briona, Tedixius Cabalacius Girardus de Bomprando. De Vercellis: Meardus, & Vercellinus.

Haec aũt ſunt ciuitates, & loca, quæ pacẽ præſcriptã ſub iurõ Lombar. nobiſcũ receperunt, & eandem ꝑ ſe iurauerũt: Papia, Cremona, Comiterdona, Aſta Cęſarea, Ianua Alba, & alię ciuitates, & loca, & ꝑſonæ, q̃ ſunt, & quæ fuerunt in pace nr̃a.

Haec aũt ſunt noĩa nunciorum, qui inueſtituram Cõſulatus à nobis noĩe ciuitatum receperũt. De Mediolano, Adobatus. De Placentia, Gaardus Attizonus. De Laude, Vincẽtius Corno. De Vincentia, Pileos. De Padua Ianſus. De Teruiſio, Florius. De Mantua, Alexandrinus. De Fauẽtia, Bernardus. De Bononia, Antonius. De Mutina, Arlot⁹. De Rhegio, Rolandus. De Parma, Iacob. Petri braui. De Nouaria, Opizo. De Vercellis Meardus. De Pergamo, Artoficiarius.

Signum dñi Friderici Romanorũ inclytiſſimi Imperatoris. Ego Gotifredus imperialis aulæ cancellarius vice Chriſtiani Maguntiæ ſedis Archiepiſcopi, & Germaniæ Archicancellarii recognoui.

Acta ſunt hæc anno incarnationis 1183. indiƈtione prima, regnante Domino Friderico Romano Imperatore glorioſiſſimo, an no regni eius 3 . Imperij verò 39. Data apud Conſtantiam in ſolenni curia. 7. Kalen. Iulij.

cum Principe cum Lombardis pacẽ habuerunt. Quarto nominat nuncios Lombardorum, quibus inueſtituram Conſulatus dedit. Quinto impreſſione ſigilli ſui pacem Princeps corroborat. Sextò apponitur tp̃s, & anni Domini, & indiƈtio, & anni Imperij, & locus, vt appareat ubi, & qñ data fuit hæc l. & hæc vſque ad l. illam. In Caſtit Odofred. & facit. C. de te. l. omnium. ibi, dum dr̃, inter tot nobiles, probataſq; perſonas.

Acta. hic habes arg. ꝙ anni Dñi, dies, menſis, & Conſul, & alia, quæ in inſtrumentis apponuntur, debeant poni in fine inſtrumẽti: a. (as) habes ꝯtrarium, vt ĩ de iure emphy. in princ. quod credo verius, vt in authen. vt præpo. nomẽ Impe. in prin. & §. 1 & 2. & in Lõbar. de epiſcopis. l. 1. Sed nunquid inſtr̃m viciatur, ſi in fine hęc apponantur. dico. ꝙ non. nam in inſtr̃is non apponitur hæc, niſi ut conſtet de tẽpore ꝯtctus: ſed ſiue in principio, ſiue in fine ponantur: nihilominus cũ conſtat de tp̃e, ex quo appoſita ſunt, de ſuis ordine non curatur. ff. de ſol. l. nec enim. O iof. Sed nunquid viciatur inſtr̃m, ſi nomen Imperatorum præpoſitum nõ fuit, vel non interceſſit tabellionis ſubſcriptio, vel ꝯhentis, vel aliqd defuit ex ijs, quæ debent interuenire? Reſpon. utique. argum. in authen. vt præpo. nomen Imper. argu. C. de ſi inſtr. l. ꝯtctus. C. de conue. fiſc. debi. l. fiſco. ff. de teſta. l. ad teſtium. §. ſi qs. ff. de tranſac. cũ hi. § ſi prætor ff. de coll. bo l. 1. arg. optimum. ff. de in integ. reſtitu. l. duos. C. qui teſta. fa poſ. l. furioſum. in fine. Si enim quæ ad rei ſubſtantiam, modum, ordinem, uel ſolennitatẽ pertinẽt, omittantur: quicqd geſtum fuerit, uitiat. arg. C. de ꝯhen. emp. l. emptio & l. pretiũ. ff. de ꝯhẽ emp. l. nec emptio. & l. ſi res. & ff. de act. & oblig. l. in oibus. ff. de ſol. l. q ad certum. & l. ſi tibi. de cen. & ff. de ver. obli. l. 1. in princ. ff. ſi certũ pet. l. rogaſti. C. de nõ num. pecu. l. cũ ultra. C. de iure emphy. l. 2. C. de fabricen. ſi qs. inſtit. de inuti. ſtipul. § ſi quis alium. & §. ſi quis alijs. C. de ſen. & interlo om. iudic. l. prolatam. & C. de excep. rei iudic. l. j. C. de app. l. nominationes. Et quia quoties plura interuenire debent, unum interueniſſe non ſufficit, ut ff. de diuort. l. fi. cũ ſiṭ. Vnde eſt arg. ꝯ. ꝙ ualeat inſtr̃m ita confeƈtũ. ff. de manu. uin. l. antep. ff. de appell. l. ſcio, ſed primũ uerius. Odofre. Sed qd, ſi apponuntur ſolemnitates, tñ erratur in una: utrum tabellio põt propria auƈtoritate emendare exemplum, ſi errauit in die vel in appoſitione loci? Reſpon. ſi eſt qõ ſuper die, uel loco, non põt emendare: nã raſura caderet in loco ſuſpeƈto. ſi autẽ alibi ubi non pendet qõ: tunc emendare põt, & radere verbũ erroneum, & ponere verbum verũ, ut no. C. de teſta ſi unus. Si aũt non errauit in ſolemnitate inſtr̃i, ſed in qualitate faƈti: tũc poſtq̃ inſtr̃m eſt redaƈtum in modũ & publicatum, nihil ſua auƈtoritate emendare põt, ſed dẽt facere errore comperto de mandato iudicis ſm Cyn. qui ita no. ff. de ſta. ho. l. Imperator. Vel dic, ſi eſt talis error, qui noceat, non poteſt emẽdare ſine iuſſu iudicis: ſecus ſi non officit parti: qa partis non intereſt, cum & ſine tali emẽdatione ualeat inſtrumentum, ut C. de teſta. l. ambiguitates & l. præpoſteri. & l. errore & ff. de reg. iur. l. ſi librarius. Illud conſtat, quod aliæ ſunt ſolennitates inſtr̃i, aliæ negotij, ut no. ff. de eden. l. 1 §. editiones. in fi. glo.

a In

IN Chriſti noīe iuro ego, quod à modo ero fidelis Domino Imperatori Friderico, & eius filio Regi Henrico: non ero in cōſil.o, vel facto, ꝙ ipſi perdāt vitam, vel membrum, [a] aut mentem, ſeu coronam [b] Imperii, vel Regni, vel caput, & ſi ſciuero aliquem feciſſe, vel facere volentem: per me, vel per aliū Domino Imperatori, vel Regi, vel nūcio eius ſine fraude manifeſtabo eis, & adiuuabo honorē coronæ tenere, & ſi perdiderit, recuperare bona fide in exercitu, & comitatu adiuuabo. Inſuper pacem Domini Imperatoris Friderici, & filii eius Regis Henrici, & ſuæ partis factam cum ſocietate Lombardiæ, & eius ſocietatis ſicut ſcriptum eſt inde, ſine fraude intra xv. dies poſt iurata bono intellectu, & ſigillo Imperatoris ſigillata obſeruabo bona fide, [c] & ſine fraude, & hoc iurare faciā omnes maſculos [d] mecum habitantes à 16. annis ſup. vſque ad 70. intra xv. dies poſtquam iuratū habuero, exceptis ſeruis, & qui per me iurare noluerint, intra tertiam diem Imperatori, vel Regi, vel ſuis nunciis manifeſtabo per breue. 1183. indictione prima. Ego iuro [e] omnibus ciuitatibus ſocietatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romanæ, & locis, & Domino Opizoni, Marchioni Malaſpinę, & omnibus perſonis prædictæ ſocietatis, cōceſſiones, & permiſſiones, atque pacta ſicut in ſcripto [f] pacis inter nuncios Domini Imperatoris, & rectores, & nuncios ciuitatum ſocietatis Lombardiæ facto continetur firmans tenore: nec ero in conſilio, vel facto, vbi aliquid prædictorum minuatur alicui de ſocietate, & ſi qua perſona, aut ciuitas vel locus alicui ciuitati, vel loco, aut pſonę prædictæ ſocietatis, aut iam dictō Marchioni auferre, vel deminuere voluerit, eos, vel eas manu tenere, & defendere bona fide, ſine fraude contra omnes adiuuabo, & omnia præcepta, [g] quæ rectores concorditer omnes, vel maior [h] pars mihi fecerint, ſine fraude obſeruabo, & omnia ſupradicta attendam à kalend. Maij, vſque ad triginta annos, [i] & in capite vniuſcuiuſque quinquennij, ſcilicet, ſi per maiorem partem rectorum requiſitus fuero, renouabo, & hoc totum ſine fraude iurare omnes homines meæ ciuitatis à decimooctauo anno vſque ad ſeptuageſimum faciam & hęc omnia faciam iurare Conſules, vel Poteſtates meæ ciuitatis, & credentias [k] vſque ad illum terminum, qui mihi conſtitutus fuerit per rectores Lombardiæ, & Marchiæ, & Romaniæ in hoc eloquio.

a *IN Chriſti nomine. Membrum.*] Ad hoc eſt ſup. de forma fi. c. 1. Odofred.

b *Coronam.*] Poteſt ergo Princeps deponi, ut hic quod dic, ut ſup. not. in §. cum aūt. de forma fideli. c. alius. Odofr. Sed ſi Papa deponit Imperatorem dolo, uel ambitione ſine legitima, & ardua cauſa: depoſitio ipſo iure eſt nulla. nam ad eſſe exercitij hui9 iuriſdictionis ſupremæ circa ſtatum temporalium, Papa dēt procedere tanquam Deus, qui eſt veritas, vnde requiritur cauſa: ergo nō ſubſiſtentē cauſa, ceſſat iuriſdictio. tenet conſequentia per doctrinā Inno. qui dicit, quod quando cauſa requiritur tanquam fundamentū iuriſdictionis, oportet cauſam eſſe ueram, & diſcuſſam: alias iudiciū eſt ipſo iure nullum, ut ipſe no. extra de for. compe. in nouel. cap. cum ſit. & de reſcrip. ſuper literis. per Innoc. de offic. delega. cum ſuper abbatia. per Innoc. Eſt & alia ratio, quia eccleſia debet uaſallo vicem, & de ſuo imperio nō poteſt eū lædere: imò Papa ſe fecit alienū à poteſtate, ſi talem iuſtitiam non reddit Imperatori, qui iurauit fidelitatem, ut in c. 1. de forma fidelit. coll. 10. & Imperator poteſt ſe defendere cum exercitu ſuo. de mil. vaſal. qui cont. eſt. c. 1. §. vlterius. Vnde cum Papa Io. 22. minaretur Regi Roberto de faciēdo mirabilia: Rex Robertus reſpondit vos facietis, & nos faciemus, & me iuuabo. hoc eſt, quod iurātes in ſacramento fidelitatis debent adiicere, ut ſup. in pace. §. omnes Odofr.

c *Bona fide.*] hoc ſufficiebat dixiſſe, & licet non dixiſſet ſine fraude. bona.n. fides contraria eſt dolo & fraudi, ut ff. pro ſocio l. 3. in fi. Odofr. ff. de pact. l. iur. gen. §. ſed ſi fraudandi. & ibi, bono intellectu. Nota, quod contractus debet intelligi ad bonum, & ſanum intellectum: quod tene menti.

d *Maſculos.*] excludit ergo ſexum fœmineum, certis tamen ciuitatibus hoc remittitur, quod ſuæ ciuitatis homines iurare non faciant, ut inf. eo. c. §. hæc nomina.

e *Ego iuro.*] Hic Imperator idem iurat, & ipſe in animam ſuam hic iurare facit, ut hic, & ſup. in pace. §. hanc itaque. ſimile. ſup. de forma fide. c. tibi domino. Vel dic non iurat idem, ſed alius in animam eius, ut d. §. hanc itaque. & hoc innuit. l. proxi. ibi inter nuncios. Vel dic, ꝙ hoc eſt ſacrm, quod fit per rectores ciuitatum, qui fuerunt in parte Principis. arg. ſup. eo. § hæ autem ſunt ciuitates & loca. ſuperius nocata, eſt iuramentum quod fit per ciues ciuitatum ſocietatis Lombardiæ: ſequentia uero ſunt ſacramenta rectorum ciuitatis Lombar. ſeu ſocietatis eorum.

f *Scriptos.*] ſecundum hoc habes etiam hic argumentum, quod hæc eſt lex ſcripta, quod dic. ut ſup. diximus. Odof.

g *Præcepta.*] Sed quō poſſunt præcepta iniungere Principi, cū maior ſit, & minor in maiorem non habeat imperium? Reſpon. ut no. ff de iur. om. iu. l. eſt receptū. & ſic Imperator pōt per actum obligatorium conferre iuriſdictionem contra ſe ipſum pro bono pacis, vel dic verius. ut modo dixi. Odof.

h *Maior pars.*] quod enim maior pars fecit, tota vniuerſitas feciſſe vř, ut ff ad municip. l. quod maior. Odof. No. ergo, ꝙ illud, quod facit maior pars collegiatorū, ſeu cōfœderatorum, minori parte contradicente: ratū quo ad omnes debet haberi, quia omnes collegiati rediguntur ad inſtar vnius corporis. quod eſt notandum ex his, ſ. quæ pertinēt ad totum corpus ligæ, & ille, qui eſt nobilior, & potentior in liga, ille intelligitur ſuperior ad cōuocandum alios. arg. ff. de fide inſtru. l. ſi in c. 1. de maiori. & obed. per Innoc.

i *Triginta annos.*] Quid ergo erit finitis xxx. annis? Reſpond. de neceſſitate ex integro eſt iurandum: licet hodie non ſeruentur. Non autem dicas, tempore hoc elapſo, pacē amplius non durare; cum perpetuo, non ad tēpus hęc pax concedatur, ut ſup. ea. l. §. hanc ergo pacem, uſque ad fi. & §. nos Romanorū Imperator. Odof. Imò ex hoc colligitur apertè, pacē hanc temporalem fuiſſe. nam perpetuum eſt, quod triginta annis durat, ut inſt. de perpe. & tempo. actio. Odofred. imo prima uenor, ut ſupra eodem. §. in omni decimo anno. nam hæc dictio, in omni, perpetuitatem temporis demonſtrat. Vel dic, quod tempus adijcitur hic iuramento Imperatoris, non conceſſionibus, & alijs capitulis pacis, & hoc teneas. tempus enim adiectum alicui determinabili determinat ſolum illud, & non aliud ad cuius determinationem non eſt appoſitum, ut ff. de contrahen. empt. l. qui fundum. C. quando di. leg. ceden. l. ex his verbis.

k *Credentias vſque ad illum terminum.*] Not. hic, ſi tenes, quod hic ſit iuramentum Imperatoris: quod Imperator iurat credentias Lombardorum, & ſocietates eorum. & quod eas non pandent ad eorum detrimentum. Idem,

puto

poto in Lombardis, & eorum fauoribus, quod hoc idem Principi iurent, cum magna ſecreta ab vniuerſis Imperio debeantur, ut C. de ope. publ. l. quicunque locus & ſecreta Regis abſcondere bonum eſt, ut in Lombar. de his, qui ſecreta Regis fraudulenter inquirunt. in fi. Secreta enim dñi ſubditis meritò committuntur, ut arg. C. de prox. ſac ſcri. l. pro ximos. & ꝙ iurent, habes arg ext. de iureiur. ego enim eps, & ĩ. de noua forma fidel circa fi. Sed quę dñr ſecreta. ſiue credentiæ? Rñd. ea, quæ vulgus ignorat, vt ar. ff. de his, qui deie. vel effu. l. 1. §. ſumma cũ utilitate. & ammodo ſi ꝯ faciant, vñr venire ꝯ pacem, & iuſtũ ſuum, & ita pace carere debent, ut & aſs de uaſallo dr̃, qui amittit feudum, ſi credentiam dñi manifeſtauerit: ut ſupra hic põt eſſe titulus, quibus mod. feud amit. c. 1. & fruſtra implorat legis auxiliũ, qui in eam committit, vt ff. de mino. l. auxiliũ. Odofr. Ex prædictis apparet, ꝙ ſi anciani alicuius ciuitatis iurauerunt tenere aliq̃ credentiã, & aliquis eorum reuelat eam in damnum cõitatis, ꝙ debet ab officio remoueri. Et nota hic, ꝙ quũcunque imponitur hæc pœna remotionis, durante officio, poteſt cognoſci de crimine: nam ſi expectaremus finem officij, fruſtra fieret amotio, ut C. ad leg. Iul. reper. l. iubemus.

Die Lunæ 11. Kalen. Ianuarij [a] in Placentia, in eccleſia ſanctæ Brigidæ, in præſentia Mirabelli, Guilielmi, Garoni notarii, ibique in eorum præſentia [b] rectores Lombardiæ, Marchiæ, & Romanæ, fecerunt prædictum ſacramentum: nomina quorum ſunt hæc. De Brixia, Aldericus de Salla. de Verona, Vozo iudex. de Bononia, Prendeparte Poteſtas. de Padua, Bazotus. de Nouaria: Rogerius Marcellinus Poteſtas. de Teruiſio, Oldericus de Montello. de Mantua, Gulielmus de Azo. de Placentia, Bonizo iudex. de Pergamo, Albertus de oſſa Poteſtas, de Plebe de Granatina, Petrus Collus iudex. de Fauentia, Gulielmus Butinus Poteſtas. de Mediolano, Petrus Vicecomes.

Haec ſunt nomina [c] eorum, qui iurauerunt (vt ſuperius legitur) vt dicti rectores iurauerunt: eo excepto, quod non fuerunt diſtricti facere iurare homines ſuæ ciuitatis. De Brixia, Deſiderius iudex; Martinꝰ de Potenalupis; Pax Cõfalonieriꝰ. de Padua, Guaniphus Achalaone. de Verona, Cancellarius Creſcenonum, & Viuianus aduocatorum. de Teruiſio, Trauiſius de Gualperto. de Pergamo, Lanfrancus de Monancha, Oprãdus iudex, Ioannes de Petengo. de Nouaria, Fridericus. de Bononia, Michael Capra, de Mutina, Rolandus de Baimonte. de Garino, Bunalellus de Garbonenſibus. de plebe de Granatoria, Gregorius Conſul ita iurauit ſuus rector. de Fauentia, Anteus iudex. Anno à Natiuitate Dñi Mclxxx indictione prima, & poſtea ſequen. die martis 12. kalen. Ian. Armanus de Parma rector idem ſacramentum fecit, & pridem rectores feceruntꝰ, & Albertus de Theobaldo ſimiliter.

Finis Libri de Pace Conſtantiæ.

a *Die Lunæ 11. Kalen. Ianuarij.*] No. quod olim notarij ita ſcribebant ratione maioris certitudinis: quia ſi non adiicitur intrante, uel exeunte, eſt dubium: quia qđ pluribus modis exponi poteſt, eſt æquiuocum, ut no. ff. de verb. oblig. l. quoties in ſtipulationibus ambigua. Quid ergo ſi inſtrumentum dicit, actum xi. die Ianuarij, & non dicit, intrante, uel exeunte menſe? Reſpondeo: ſi quidem apponit proprium nomen diei: puta, actum die Lunæ xi. Ianuarij: ſatis apparet ex ipſa ſcriptura, ut hic. Si autẽ non apponit nomen propriũ, poteſt dubitari. Pone enim, quod teſtes dicunt, xi. die intrante menſe Ianuarij, partes fuerunt alibi. Ex aduerſo reſpondetur, ꝙ iſta probatio non concludit de neceſſitate. Quæritur ergo, utrum dicti teſtes reprobent inſtrumentum? Et uidetur, quod non: quia ſicut debemus ſaluare teſtes, ne in falſum incidant: ita & inſtrumentum, & teſtes, ut extra de teſtibus cum ita filij. Item dicta teſtium debẽt interpretari in meliorem partem, ut no. Innoc. in c. dudum. 2. extra de elect. Item cum teſtes ſunt inducti ad probandum, & non probant: de neceſſitate debẽt interpretari contra producentem, ut ext. de proba. c. in præſentia & c. cum cauſam. de reſcrip. & in c. vlt. & conditione appoſita per Bar. niſi in cauſa fauorabili, ut ff. de manu. l. antepen. & in c. ex literis. de proba. & de reg. iur. in ambiguis. cum ſimilibus. In contrariũ uidetur: quia iſtud inſtrumentum ſecundum communem vſum tabellionum probat de xi. die intrante menſe. Cum ergo probatio reprobatur; ergo reprobatum eſt inſtrumentum. Non enim iſta eſt præſumptio. ſed communis intellectus vulgi, & ideo non obſtat, quod no. ff. de pact. l. iuriſgentiũ. §. quod ferè. & quod no. Innoc. in c. innotuit. de eo, qui furt. ord. receper. nõ enim dicitur incertum, quod certam interpretationem ſemper habuit, arg. ff. de fund. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam. Et eſt notandum, quod ad hoc, ut iſta æquiuocatio ceſſet, in literis Apoſtolicis apponitur nonas, idus, & kalendas, vbi talis dubitatio incidere non poteſt, ut inf. eo. §. fi.

b *In eorum præſentia.*] hic habes argumentum expreſſum, quod teſtes debent ſcribi, & imponi in prima parte inſtrumenti, & hoc hodie ſeruant tabelliones noſtri temporis. Alij, quod in fine, ut uideantur interfuiſſe contractui toti. Odofred. Tu dic, quod ſi debent ſe ſubſcribere, debent eorum nomina, & ſubſcriptiones poni in fi. ut C. qui teſt. fa. poſ. l. hac conſultiſſima. §. pen. ibi dum dicit, & in fine, &c. & hoc patet ex ipſo vocabulo, quod dicit ſubſcriptio, non præſcriptio. ſic & tabellio debet ſe ſubſcribere in fine, licet ſignum ſuum poſſit apponere tã in principio, quam in fi. Illud certum eſt, quod inſtrumenta debent habere ſuas proprietates, & per hoc dicunt quidam, quod imbreuiatura nõ probat: quia non eſt ibi ſubſcriptio, & ſignũ, ut not. Ioan. de Are. C. de fide inſtrumẽ. l. cõtractus. per Bart. ff. de teſtam. l. ad teſtium. §. ſi quis. & dic, ut extra de fide inſtru. c. cum per tabellionem & in authen, ut præponatur nomen Imperatoris. §. 1. & C. de tabu. l. generali. lib. 10. Et ſi inueniatur imbreuiatura, an præſumatur imbreuiatura teſtibus lecta, not. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. § 1. & facit. ff. de mil. teſtam. l. Lucius. Illud eſt certum, quod una ſcriptura iuuat, ꝙ interpretatur aliam, ut ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis. § ſi initium tabularum. & de petitio. hæred. l. utrum.


c *Haec ſunt nomina eorum.*] Dicit, ꝙ non ſunt diſtricti facere iurare homines. Iſte tex. facit ad quæſtionẽ, vtrum Comes, qui habet caſtrum quoddam in feudũ, aliſ tenẽtur facere ſuos homines iurare, nam aliqñ feudum ſic datur ut iurent ipſi, & faciant iurare ſuos nobiles, & uaſallos: aliqñ de ſuis nobilibus non fit mentio, & eſt hic argu. quod non teneatur ad hoc: niſi expreſſè caueatur in pactis: quia homo vaſalli mei non eſt propterea homo meus, niſi aliàs habeam iuriſdictionem generalem, & hoc no. in Spe. de feudo. §. quoniam. verſ. 14. quæritur. & verſ. ſeq. Idem ſacramentum facit, ut prædicti rectores fecerunt. per iſtum tex. probatur apertè, ꝙ ſi tabellio ſcripſit primo dicta vnius teſtis, & poſtea dixit, idẽ per omnia dixit, ut alius teſtis: ſiue ſub eadẽ die, ſiue ſub alia: non eſt, vis ꝙ talis ſcriptura probat teſtes in unam conſonantiam concordaſſe: licet aliqui dicant, ꝙ iſta ſcriptura nõ ualeat propter incertitudinem. Alij dicunt, ꝙ non ualet: quia proferunt unum, & eundem præmeditatum ſermonem, ſed nec prima ratio ualet, quia totum vr̃ repetitum: nec ſecunda, quia quod dr̃ de eodem meditato ſermone, habet locum, quãdo teſtes ſunt ſuſpecti ſecus ſi ſunt bonæ famæ. Vnde ſequitur, ꝙ per dictos teſtes fit probatio, ut no ext. de verb. ſignif. nihil obſtat. in nouel. In huius fœderis fine, ſeu circa fœderis obſeruationem notandum eſt: quia iſta eſt lex, ut dixi ſupra in §. volumus.

& lex eſt communè præceptum, &c. ut ff. de legib. l. 1. & in legibus duabus Græcis eo. tit. & inſti. de iure nat. §. lex. Vel lex eſt ſermo determinatus ſecundum communem concordiam ciuitatis, admonens, quomodo oporteat agere ſingula ſecundum Ariſtot. Vel lex eſt Principis placitum. ff. de conſtitu. princ. l. 1. & leges ſacratiſſimæ hominum uitas conſtringunt, & ab hominibus ſciri debent. ut C. de legibus. & conſtitu. l. leges unde quilibet leges obſeruare tenetur, ſiue volens, ſiue inuitus, ut in Lombard. de epiſc. & cler. l. uolumus, ut omnibus. Hanc igitur pacem ſcire debetis, & eam inter alia ciuilia tanquam pretioſum, & nobile ius veſtro ſtudio exornare. Pax enim multa bona inducit, diſcordias enim remouet, & tranquillam quietem inducit, ſtatum perſonarum, ac ciuitatum augmentat, honeſtatem affert, diuitias præparat, Dei, ac Regum gratiam tribuit. ſuperbiam vniuſcuiuſque excludit, auaritiam cuiuſque repellit, honorem honoratis adiungit, nondum honoratis præparat, ad Deu ſeruiendum animum cuiuſque incitat, fructum affectat expoſtulatum, uel affectum facit acquirere, ſeu nanciſci. arg. de cad. tol. in princ. C. de offic. præfect. prætorio afri. l. in nomine in princ. 2. col. & ſup. in prin. & C. de vete. iu. enu. l. 2. §. quantumcunque. & §. omnis igitur. & in Lombar. de ſeditio. contra iu. ciui. l. 1. in fi. extra de treuga. & pace. c. 1. in Lombar. ut epiſcopi ſint uniti. l. placuit. ff. de offic. præfect. urbis. l. 1. §. quies. ff. de adimen. leg. l. quod ſi iterum inſtitut. in proœm. in princ. inſtitut. de excu. tuto. §. inimicitias. Eſt enim pacis confirmatio ipſa uera iuſtitia, ut in Lombar. de fur. l. uindicta. Odofr. Quæſtio, utrum de iſta pace facta Conſtantiæ debeat gaudium, uel feſtiuitas celebrari? & videtur, quod non; quia iſta pax fuit adulterina ex parte Friderichi: & dato, quod Fridericus eſſet imperator, fuit nulla ex parte populorum, qui ſubtraxerant ſibi obedientiam. Venio ad primum: nam iſta pax fuit in feruore diſcordiæ, quæ erat inter eum, & eccleſiam, ut ſup. §. nos Romanor. verſiculo, ſententia quoque. in uerbo, occaſione guerræ, uel diſcordiæ eccleſiæ: tunc arguo ſic. Imperator erat anathematizatus: eſt enim anathema excommunicatio ſolemnis, nec poteſt eſſe occulta, & ideo iſte Fridericus tanquam notorie excommunicatus non potuit ſe gerere pro Imperatore: quia omnis auctoritas publica eſt anathematizatis interdicta, ut no. Innocentius de dolo & contumac. veritatis. & pleniſſimè no. in cap. pia de exceptio. in nouella. lib. 6. Sol. quia iſte Imperator fuit depoſitus, & ut ita dixerim, decoronatus ergo leges eius exoleuerunt, i. eſſe

Anathema quid ſit.

deſierunt, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. exactis deinde regib. Sed certe fortiſſima ratione iſte Fridericus leges condere non poterat; nec publica iura Imperij adminiſtrare: quia erat ſchiſmaticus, & reus læſæ maieſtatis eccleſiæ, & hoſtis dominæ ſuæ unde ipſo facto erat ſuſpenſus ab adminiſtratione, ut C. de hæret. auth. Gazaros. ad hæc. C. ad leg. Iuliã maieſta. l. quiſquis. & arg. ff. qui, & à quibus. l. quæ ſitum. & de accuſa. ex iudiciorum. de acq. hæred. l. Pantonius §. rei inſtit. de hære. quæ ab inteſta. §. per contrarium. & in c. domino guerram. ſup. hic finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiunt. de elect. venerabilis. §. ſi. Ex his ergo uidetur concludendum, quod neque capitula iſtius pacis, neque leges iſtius Friderichi poſſunt in iudicijs allegari, & ſi quodam fuerit Imperator. arg. C. de ſacroſan. eccle. l. decernimus. Io. And. tangit hoc dubium extra de ſecc. ex parte, & dicit, quod quidam hoc aſſerunt, cum iſte Imperator fuerit damnatus in Concilio Lugdunen. Sed ipſe Ioan. And. tranſit ſicco pede, & ſub ſilentio nolens opponere in cœlum, tamen poteſt dici illud verbum. Illa loquebatur, nauem ſoluebat Vlyſſes. Nam quicquid cantet eccleſia, etiam volunt bene diſponi: nec bonum eſt ſtare ſemper in guerra, & maledictione, & ideo quod populi acceptarunt: quia veriſimile eſt, quod nondum erat depoſitus, ratum, & gratum fuit hactenus habitum, & ſeruatum, quod in pace continetur. Item non reperitur quod Henricus ſextus Rex Romanorum, à quo fundamentum etiam ſumpſit iſta pax, fuerit depoſitus: ergo ualet. ff. quod fal. tuto. auth. l. 1. §. idẽ Pomponius. Secunda ratio, propter quam non uidetur ualere pax, erat quia non ualet tranſactio inter dominum, & ſeruum. ut C. de tranſact. l. interpoſitas. ſed ibi loquitur de ſeruo, dicto à ſeruando. nã illa ſeruitus ſuccedit loco mortis antiquæ, & ideo talis ſeruus pro mortuo habetur, ut ff. de condi. & demonſt. l. interdicit. ſed non loquimur in ſeruo ab obediendo, qui non habetur pro mortuo, cum ſit ingenuus, ut no. inſtit. de iu. perſo. per Accur. Ex quibus concluditur, quod iſta pax debuit eſſe læta, & feſtiua, ut l. 1. C. publi. lætitiæ, uel conſulum. lib. 12. Deus igitur pacem nobis tribuat lætam, & durabile nomen, & ſi non perfecti operis, ſaltem bonæ uoluntatis. Dicit enim Vegetius ſecundo de militari diſciplina. Vnius ætatis ſunt, quæ fortiter fiunt. Quæ uero pro utilitate Reipublicæ ſcribuntur, æterna ſunt. O quam magna, & indelebilis fama, cui militat honor. Amen.

Finis Libri de Pace Conſtantiæ.


Incurte domini 42
Aduocariæ 44
20
De tabula 45
Extra curtem 43
19
De camera 37
Gaſtaldiæ 39
18
Guardiæ 40
Quod ꝓ mercede datur 41
17
Ad oẽs herẽs trãſitorium 33
Corporale 35
16
Incorporale 36
De cauena 38
Purũ ſiue ſimplex 39
Francum 31
15
Nõ franeum 32
Nõ trãſitoriũ ad oẽs herẽs 34
14
Annale 25
Diuiſibile 27
13
Indiuiſibile 28
Nõ rectum 30
Iurabile 21
12
Ligium 23
Non ligium 24
Perpetuum 26
11
Reale 18
Perſonale 19
10
Perſonaliſſimũ 20
Non iurabile 22
Habẽs ꝓpriã naturã 16
9
Habẽs ꝓpriũ 17
Maſculinũ 14
8
Femininum 15
Paternum 12
7
Maternum 13
Paternum, et antiquũ 10
Nouum 11
6
Nobile 6
Ignobile 9
Minus nobile 7
5
Aliquã nobile 8
Eccleſiaſticũ 2
4
Seculare 3
Regale 4
3
Non regale 5
2
Feudũ 1
AR RVM OR FEVD

NOVA ARBOR FEVDORVM CVM EIVS SOLEMNI DECLARATIONE,

In qua multæ ponuntur correctiones, quæ contraria conſuetudine inualuerunt, maximè in hoc Christianiſſimo Franciæ Regno, compilata per ſpectabilem, ac egregium virum dominum Petrum Rebuffum de Monte Peſſulano, iuris vtriuſque Doctorem, Bituris regentem.

QVAMQVAM multa in hac materia feudorum ſcripta reperiantur, hincinde diſperſa, tamen quia, uariantibus tēporibus, iura, & conſuetudines variantur, in c. non debet, de conſangui. & affini. ita q̄ vix in iſta materia poteſt certa dari doctrina, uel regula in hoc regno, ſed ſecundum conſuetudines locorum, & ritus, variatur vſus, ut aſſerit conterraneus meus Ioan. Berber. in viator. iuris, in rubr. de feu in pen. quæſt. ideo decreui bonū ratus, diuiſiones colligere quaſdam, & conſuetudines, contra conſuetudines feudorum ſcriptas, nunc in uiridi obſeruantia in hoc regno exiſtentes, iuxta l. arriani. C. d de hæreti. & cum conſuetudines feudorum fuerint uſu hominum introductæ, contrario uſu poſſunt tolli §. ſed naturalia inſtitu de iure natura. & ibi Doct. & Ioan. Fab in §. j. in fi. inſtitu. de ijs, per quos agere poſſumus. Bart. in l 2. per illum text. ff. de vulg Dec. conſi. 269. conſultus, & conſ. 390. quoniam ex facto. verſic, quinto, quia ius. capit. unico. § filij nati. ibi, ex uſu. ſi de feudo conten. ſit inter do. & agna. uaſal. Et maxime dominatur in feudalibus conſuetudo c. obertus. de feu. cogn. glo. j in princ. in verb. de quibus. l. de quibus. ff de legib. Guido Papæ ſign. 494 Et etiam cū ſint conſuetudines locales, non habent nos in hoc adſtringere regno, vt inquit Petrus Iacob. in ſua practi. in rubr. de ſucceſſio. feud, & doctiſſimus ille dom. meus & conciuis d. Boer in lib. conſue Bitur. in §. 2. de conſue. feud. & cenſual. quod eſt verum in caſibus, in quibus reperitur contraria cō ſuetudo, alias ſeruabuntur conſuetudines feudorum, tanquam ius ſcriptum, ut concludunt communiter Docto. in præludijs feudo. & quia hæc materia eſt fructuoſior, & frequentior in Francia, & alijs regnis, quàm in Lombardia, quæ caret rege, ideo ſemper in paſſione, & anxietate erit, ſecundum Petrum de Ferra. in ſua pract. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in prin. ſeu dicit verum de facto. ſed iure Chriſtianiſſimus Rex noſter Franciæ eſt Rex, & Dux illorum, ſed væ illis, cum eum non admittant, ſed quotidie rebellent, ſunt etiam cauſę feudorum graues, & magni ponderis, magnoſq; ſolent præſtare prouentus, vt aſſerit modernorum facilè Princeps Iaſ. in proœ. feudo. in princ. & eſt hodie practicabilis, ex cuius ſcientia oriuntur nummi, & tranſeunt in burſas aduocatorum feudiſtarum, ſecundum Ioan. Sanxon in conſuetud. Turon. in titulo, [comment homege ſe doibt offrir à ſon Seigneur] in prin. eſt quæ lucroſa materia, ut uerbis utar Ioan. Pyrrhi in conſuet. Aurelia in rubr. de feud. ca. 3. & quandoque vnus caſus eſt ſufficiens ad dotandum hominem (ſi in hac materia accidat) per vitam. Videndum eſt ergo, quid ſit feudum. unde dicatur, quæ ſit eius natura, & demum ad diuiſiones, & arboris declarationem veniemus. Primò quæro quid ſit feudum? & reſpond. quod eſt beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capienſq; retribuendo, in id, quod facit, prona, & ſponte ſua parata. c. vnico. §. in primis. verſ. beneficium. in quib. cauſ. feud. amitta. & hanc diffinitionem poſuerunt communiter Sumiſtæ, quam ſequitur Soc conſi. 166. non inutilis. in princ. in 2. vol. & conſi 66. viſa donatione. in 3. vol. aliam definitionem citat Ioan. Raynand. in comprehen feudal. in princ. videlicet Feudum eſt beneuola, & libera rei immobilis, uel æquipolentis conceſſio cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta, ſub fidelitate, & exhibitione ſeruitiorum honeſtorum. Bene dicit, honeſtorum: quia ſi feudum concederetur ad ſeruitium inhoneſtum, non teneret feudi conceſſio. arg. tex. in l ſi remunerandi §. rei turpis & l. ſi mandauero. §. qui ædem. ff. manda & inſti eod § illud. Panor. in c. bonæ. col. 2. de poſtula. præla. nam generaliter nouimus turpes ſtipulationes. & conceſſiones nullius eſſe momenti. l. generaliter. ff. de verb. oblig. Petrus de Bellā. Pertica in ſuo tracta. de feud. in 1. quæſtio. Sequitur, & Franciſ. Curt. in ſuo trac. de feud in 1. parte. quæſt 7. ubi dicit, ſeptem eſſe requiſita, quæ latius extendit in magni conſilij dom. Ioan. le. Cirier in tract. de iure primogenituræ, q. 4. lib. 2. in verſicul. poſſeſſio. nec uaſallus in factis turpibus, tenetur domino obedire. argum. l. hæ demum. in princ. & l. eius. à contrar. ſenſ ff. de oper. liber. cap. domino guerram, ibi, iuſtè. in princ hic finitur lex, &c. idem tenet Petrus de Ferra. in ſua pract. in forma libelli, quo agitur ad reuoca feud. in princ. ponens ibi aliam definitionem. & Barba. aliam in rub. de feud. & Petrus de Bellapertica in d. tract. de feud. in princ. ponit tres. Sed Benedict. in repeti. c. Raynutius. in verbo & uxorem. in 3. deciſ nume. 54. extra de teſta. ſequitur definitionem Ioan. Raynand. licet Ioan. de Selua, in ſuo tract. de beneficio. in 1. quæſt. 1. partis alias definitiones ponat, tamen Iaſon. in præludijs feud. & nouiſſimè dom. Bartho. de Chaſſa. in conſue. Burgun in rubr. [Des fiedz.] ſequuntur definitionem dom. Rayn. & Io. Sanxon vbi ſupra in prin. dicit, eam eſſe veram in genere. ſed non in ſpecie pro feudo nouo, vel antiquo late tradit in omni cenſura doctiſſimus uir do. Claud. Aquen in Spec. feud. rub de definitione, & inuentione feudi, ubi ſic definit, Feudum eſt conceſſio rei habilis pro fidelitate: at quia periculoſa eſt omnis definitio. l. omnis definitio ff. de reg. iur. ideo ad alia tranſeo. Et hoc feudum uocatur beneficium. capitulo j §. ſi uaſallus. de beneficio. ſi de feud. defuncti conten. ſit inter do. agna. vaſalli. c. unico uerſ. ex hoc. de feudo fœminæ, cum ſimilibus, ſequitur Curt in d tract. de feu. in 1. parte q. 11. Et ſic infertur, quòd Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij prælati, pro eorum beneficijs poſſunt nominari vaſalli Papæ: nam ſuos epiſcopatus à Papa, quaſi in feudum habent, & eidem iurant fidelitatem in c. ego N. de iureiur. Alua. in prælud. feud. in 19 diuiſio. Hodie etiam iurant epiſcopi fidelitatem Regi Franciæ, qui in prædictis epiſcopatibus, & prælaturis ac dignitatibus electiuis habent nominationem in d. Regno, ut habetur in concordato. in rubr. de elect. & maximè ſi epiſcopatus ſit in partibus limitrophis, ut dico in auth. habita. C. ne fil. pro pa. vel de regalibus in c. generali. de elect ponit Ioan. Ferault. in tract de iuribus Franco. regis. in quinto priuilegio, & decimo. ubi limitat ratione rerum temporalium, & feudum habere uerum, ſecus in alijs. Item feudum poteſt gratia appellari, ut no. Bald. in prælud. feud. & Curt. conſi. 49. & hic contractus feudalis, quo ad nomen, erat incognitus ante lib. feud. ſed per conſuetudines fuit baptizatus, ut ſentit Lucas de penna in l. j. C. de peti. bonorum ſubla. lib. 10. Ang in conſ 110 incip. ſanctiſsima. in princ. & Benedict in d. verſic. & uxorem ubi ſup. Claud. Aquen. in Specu. feud. quæſt 3. Sed contrarium tenuit do. Vldari. Zaſius in ſua ſolemni repeti. l. 2. in verſ curias. ff. de orig. iur. Secundo quæritur unde dicatur feudum. & reſpond. ſecundum communem opinionem Doc. quod à fide ſeu fidelitate. c. unico. §. ſi. verſic. nulla. per quod fiat inueſtitu.

vel

vel dicitur à fidei datione: quia non debet aliqua inueſtitura fieri ei, qui fidelitatem recuſat facere. c. 2. extra eodem iuncta glo. fi. Pet. de Bellapertica, vbi ſup in 2. quæſt. Hoſt. in ſua ſumma ſub de feud. §. unde dicatur. Bolog. in addi. ad Io. de Ana. in conſil. 7. incip. Viſis Pan. in conſil. 86. quàquam. in his. in 1. vol. Cor. conſ. 16. aperta fronte. volum. 1. Claud. Aquen. in Spec. feud. in 2. q. dom. meus & conciuis dom. Boer. in conſue. Bitur. in §. 3. de conſuet. feud. Ioan. de terra rubea in tract. contra rebelles regni, artic. 2. tertij tracta. & iſta uocabula ſeu. locum inculta ſatis, ac barbara, reſtaurauit ling uæ Latinæ meritiſſimus dom. Budæus in an. not. in Pandect. in l. Herennius. ff de euict. & ſequutus eſt Ioan. Pyrrhus in conſuet. Aurel. rubr. de feu. §. 1. nec omiſit admodum ſubtilis vir. do. Vldaric. Zaſius in repet. l. ſecunde, in verſ. curias, ff. de orig. iur limita, niſi feudum eſſet eo modo acquiſitum, vt nulla fidel. tas præſtetur, ut ibi tenet Hoſtien. nam ex pacto poteſt contractus immutare naturam. l. naturalis. §. pen. ff. de præſcript. ver. l. contractus. ff de reg. iur. ſic & feudū. & licet in quolibet actu fides eſſe debeat, quando alienam fidem ſequimur. l. 1. ff ſi certum pet. In feudo tamen per excellentiam debet fides conſiſtere, cum dominus ſuo vaſallo quodammodo perſonam honorem, & bona committat. c. 1. de noua forma fidelitat. Bald. Aluar. & Iaſ. in prælud. feud. & ibi Ioan. Raynaud. in ſuo comprehen. 2. quæſt. Decius conſ. 413. conſuluit. in princip. ideo feudatarius a feudo dicitur, & vocatur fidelis, & valuaſor, quaſi dignus ſtare ad valuas domini, & eas intrare propter beneficium, quod à domino accepit, ut tenet Aluar. in c. vnico. §. 1. quis dica. Dux co. Bartho. de Chaſſan in conſuet. Burr. in rub. [Des ſucceſſiones des baſtardz.] §. 5. nu 66. Et quomodo ſit præſtanda fidelitas, ponit gl in d. c. in fi. in verb. à fidelitate per quos fiat inueſtit. Pet. de Bellapert. ubi ſup. q. 2. Spec eod. tit. §. quoniam. verſic. in pleriſq;. ſequitur Curtius in dicto ſuo tracta. feud. quæſtio 7. primæ partis, & dom. Boer. in conſuet. Bitur. in d. §. 3. ubi in cap. præſtanda ponit differentiam inter nobilem, & ignobilē: quia ignobilis in fidelitate non admittitur ad oſculum pacis à domino, ſed nobilis ſic, etiam ſi à Rege inueſtituram accipiat. idem Ioan. Sanxon. in conſue. Turon. in tit. [Comment homage ſe doyt offrir.] in princ. & Bonus de Curtili in tract. nobili. in 5. parte in 47. nobilium priuilegio. Corſe. in repet. c. grandi. in no. in uerbo, fidelitatem. nume. 68. & ſeq. de ſup. negl. præla. d. de Chaſſa. in conſuetu. Burgund. rubr. [Des fiedz.] §. 2. glo. [Faire recognoyſſance.] & in magno conſuet. rubr. [De ſerment de fidelite.] Eſt etiam differentia inter clericos, & laicos: quia laici tenent manus inter manus regis, quando iurant fidelitatem, uel inter manus cancellarij: epiſcopi uero iurant ſtola poſita ad collum, & manibus ad pectus, ut tenet Ioan Ferraul. in tracta. de iuribus Franco. Regis in decimo lilio. Et hæc fidelitas. in 30 conſtitu. quæ ponitur in c. ego N. de iureiur. ca. de noua forma fideli. c. de forma 22. q. 5. laté explicat Ioan. de terra rubea in ſuo tract. contra rebelles regum. art. 3. tertij tract. verſ. pro declaratione. Notandum eſt tamen. quod iſtud iuramentum fidelitatis eſt quadruplex. Primum fit ratione feudi, de quo per totum librum feud. Secundum præſtatur ratione familiaritatis, ſeu officij, ut ſi aliquis ſit magiſter hoſpitij, uel camerarius, aut aliud habeat officium uigore officij tria iurare tenetur: primum quod iuxta poſſe ſaluabit uitam, membrum, & tectum domini honorē, & eius mentem, ideſt, ſecretum non reuelabit. c. unico. §. ſi uero domeſticus. qualiter vaſal. iura. debeat fidel. domi. Tertium iuramentum præſtatur ratione habitationis, eo quod Hiſpanus, uel alius exterus habitat in Francia, tenetur Chriſtianiſſimo Regi noſtro Franciæ præſtare fidelitatē, poſtquam Rex illum permittit terram ſuam habitare, no. Lucas de Penna, in l. deuotum. 1. C. de meta. lib. 12. Alber. Bru. in conſil. 35. in cauſa, & hæc fidelitas eſt hodie in uſu, ut dicit ſe practicaſſe Guido Papa in ſuis deciſio. q. 307. & forma iuramenti proponitur in magno conſuetudina. lib. 3. rub. [Du ſerment des aulbains.] nam albini dicunt quaſi alibi, quam in Regno nati. inde ius albi nagij in Frācia eſt illud ius, quod Rex habet ad omnia bona in d. Regno acquiſita capiendum per d. exterum de quo gl. in uerbo, libertus. de collatio. in pragma. ſanctio. uide glo. in procœm in uerbo, exterum. & Benedic. in d. verſ. & uxorem. numero M. xlij. & d. Boer. in §. fi. de teſtamen. in conſuet Bitur. dom. Bartho. de Chaſſan. in d. conſuet. in rubr. [Des confiſcationis.] §. 1. nume. 37. Et non ſolum exterus debet fidelitatem præſtare, imo etiam quilibet ſubditus Regni. c. 1.

qualiter vaſal. iura. debeat fidelita. & in extrauag. ad reprimendum quomodo. in læſæ maieſt. crimi. & reuetentiam. c. regum. in fi. 23 q. 5. & primæ Petr. 2. τὸν βασιλέα τιμᾶτε, ideſt, Regem honorate. ſequitur Ioan. de terra rubea in tracta. contra rebelles regum. art. 1 tertij tract. & Io. Pyrrhus in glo. ad conſue. Aurelian. in rub. [Des ſucceſſions] c. 14. Quartum iuramentum eſt. quod tenetur præſtare illi, qui tenent, & poſſident prædia in territorio, ſeu iuriſdictione alicuius domini, & uocatur iuramentum fidelitatis, & aſſecurationis. c. 1. qualiter vaſal. iura. debeat fidelita. & ibi dicunt Doct. quo ad hoc iuramentum, conſuetudini ſtandum eſſe: ita tenet Iacob. de S. Georg. in tracta. de feud. in verſ. qui quidem inueſtit ubi latius ponit, vide. Et iſta fidelitas quatuor perſonis eſt ſeruanda, videlicet Imperatori cœleſti primo Deo, ſecūdo Imperatori terreſtri in ſuo Imperio, & Regi Franciæ in hoc Regno. tertio domino ſeculari. quarto proximo ſuo. ita no. Pet. de Ferra in ſua practi. in f. rma libel. quo agitur ad reuocatio. feudi in prin. Item alia eſt fidelitas, quæ habetur a coniuge c. debitum. de bigam alia quæ debetur a quolibet amico ad amicum. Ioan. de terra rubea ubi ſup art. 2. tertij tractatus. Notandum eſt tamen, quod hoc iuramentum fidelitatis non præſtatur per procuratorem. caſus ſing. cap. vnico. §. verum de teſtamen. regul. lib. 6 ſecundum Roma. ſingu. 98. quia hoc iuramentum debet præſtari per verbum, ego talis N. c. 1. de noua forma fidelita. & verbum. ego, importat induſtriam perſonæ. 2 quæſt. 5. cap de forma. & habetur Iob cap. 19. quem viſurus ſum ego, ſequitur Bald. in l. 1. ff. de rerum diuiſ. limita, niſi dominus conſentiat. d. §. verum. quia tunc reuerentia, quæ præſentialiter, & perſonaliter debet exhiberi. l ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. indeb. fiet per nuncium. Secundo limita, quando fidelitas eſſet præſtanda per vniuerſitatem: quia tunc per ſyndicum poteſt præſtari. not. in l. 2. ff de verborum oblig. Tertiò fallit in epiſcopis. cap. 1. §. epiſcopus. de ſtatu regula. ſup. allega. idem tenet Stephanus Maleretus in tracta. de elect. Quis poteſt infeudare, ſeu in feudum concedere? & dic quod omnis, qui non prohibetur iure. Petrus de Bellapertica in dicto tract. quæſtione 3. Hoſtienſis in ſumma de feud. §. quis poſſit. quod intellige ſi habeat liberam bonorum adminiſtrationem, vt no. in cap. primo. §. noui. per quos fiat inueſtitura. ſequitur dom. Ioan. Sanxon. ubi ſupra. ideo uaſallus non poteſt in re feudali imponere cenſum, ſeu annuam præſtationem, uel aliam ſeruitutem, ſine domini conſenſu: alioquin dominus feudum poterit reuocare, uaſallo etiam contradicente. Ioan. Manſuer. in rubr. de feud. verſiculo. Item uaſallus in re feudali. Per quæ iura debeat terminari quæſtio feudalis? & reſpond. quod ſi in inueſtitura iuramentum eſt interpoſitum, debet deciſionibus iuris canonici decidi, ut tenet Bald. in capitulo Imperialem. §. j. de prohib. feu. alien. per Fridericum. & hoc ſi ius ciuile, & canonicum inuicem contradicant, ſecundum eum. & Alexan. conſilio quinto. ſi uera ſunt. in quinto volum. argumen. cap. nouit. de iudic. Si iuramentum non erit interpoſitum. de iura ciuili, & conſuetudines feudorum decidetur, ſecundum Bald. in l liberti. verſic. ſed an iudex eccleſiaſticus. C. de oper. liberto. & in conſ. 183. factum ſic ſe habet. in tertio uolumine, & 181 factum tale. eodem libro, & refert Catellia. Cotta, in ſecunda parte memorabili. in verſic. feudi quæſtio. & confert ad deciſionem multarum quæſtionum, ſecundum Curt. in ſuo tractatu feud. in prima parte, quæſtione vltima. Quis ſit iudex in feudis ponunt Docto. in cap cæterum. de iud. Hoſtien. in ſumma huius tituli. §. apud quem. Doctor. in cap. vnico. apud quem, uel quos controuer. feudi terminari debeat. Ioan. Raynud. in comprehen. feud. in § præterea ſi inter duos. numero 5. & ſequen. & ibi alij Docto. Nico. de Milis, in repet. in uerb. feudum. quæſtione ſexta, & ibi in addit. & Curtius ubi ſupra in ſeptima parte. Plenè Soci. in cap. ex tranſmiſſa. de foro competen. Tertiò quæro, quæ ſit natura feudi? reſpon. quia dominus, qui concedit. retinet ſibi directum dominium, in c. unico, de natura feud. & in cap. primo. in fi. quibus mod. feud. amittatur. ſequitur plenè Curtius, in d. tracta. in prima parte. q. 6. Secundo utile dominium in uaſallū tranſit, quia poteſt uendicare rem feudalem. c. 1. §. rei autem. de inueſtitura. de reb. aliena facta, & ſic eſt quaſi dominus, aliàs non uindicaret. l. Quintus. 2. §. argento. in fi. ubi bonus tex. ff de auro & argento leg. Iaſ. notat in §. ſed iſte inſtitu. de actio. glo. in cap. vnico, in ver. de ſuis rebus. per quos fiat inueſtitu. idem tenet

Ioan.

Ioan. Berber. in uiato. iuris. in 10. quæſt. huius tituli. Bald. in Marga. in verſic. feudum. in 2. quæſt. cap. 1. §. præterea. De cap. Corra. Panormi. cap. ſi diligenti. in 3. notab. de præſcri. Pet. Iacob. in ſua pract. in libello de rei uendica. quæ competit ratione utilis dominij, in quinta poſitione. Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum. De conſtitu. Dec. conſil. 93. & pro tenui, & 269. conſultus ab Illuſtr. & conſil. 389. uiſa longa ſerie. Curtius ubi ſup. d. Io. Sanxon, ubi ſup. artic. 1. Io Pyrrhus in conſuet. Aurelian. c. 1. de feud. Quod intellige, ſi fiat inueſtitura realis, ideſt traditio, ſecus, ſi verbalis, quæ alias vocatur abuſiua, in c. 1. & ibi Doct. quid ſit inueſtitura & d. Io. Sanxon in d. cõſue. in rubr. [De pie de fied.] art. 5. & Alber. Brunus conſil. 1. & 2. col. 4. Tertio ſi vaſallus ſeruitium conſtitutum domino non exoluerit, cadit a feudo c. 1. in prin. quib. mod. feud. amittatur, intellige tamen ſi fuerit requiſitus: nam domino offerre ſe non tenetur: niſi illi magnum periculum uideat imminere c. 1. §. licèt. ibi, domino petenti. §. vaſallus. ſi de feu. defun. conten. ſit inter do. & agna. uaſall. Pet. Iacob. in rubr. quib. cauſis feudum amittatur ver. 10 ſi non ſeruiat. & c. unico. §. illud de prohibita feud. aliena per Fridericum. Item ſi uaſallus inimicos domini recipiat, dando eis tranſitũ per terras ſuas, quando poterat reſiſtere, & victualia. nam feudo priuatur. gl. in c. de forma. in verb. munitionib. 22. quæſt. 5. ſequitur Ioan. de Anania conſ. 7. viſis, & põderatis. Cauſas ob quas quis feudo priuatur, vide per Petrum de Bellapertica in d. ſuo tracta. de feud. q. 82. tradit Io. Raynand. in comprehen. feuda. in § ſi. cap. Imperialem. de prohibita feud. alie. per Frider. Pet. de Ferra. in ſua pract. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in verſ. nec ſuperſtitionis. Iacob. de S. Georg. in ſuo tract. de feud. in verbo, dictiq; vaſalli. d. Boeri. in §. 15. de conſuet. feu. & cenſua. in conſuetu. Bitur. & latè Curt. in 4. par. tract. de feu. vbi cumulat quadraginta cauſas priuationis feudi. Quintò feudum ſine domini uoluntate alienari non poteſt. in cap. Imperialem. in princ. de prohibita feud. alien. per Fridericum. quia ſeruitia poſſent ſubtrahi, ut ibi dicitur, & in ca. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. imo ſi alienet, perdit illud, ut ibi no. Aret. conſil. 24. incip. viſo, & diligenter. verſ. nec obſtant præmiſſæ, & pleniſſimè Albertus Brunus conſil. 111. incip. magnifice domine, &c. Intellige alienantem priuari feudo, ſi dominus voluerit: alias ſecus. Alex. conſil. 173. uiſo themate. in 3. vol. Dec. conſil. 185. vlterius. in 2. dub. & 138. & diligenter. vide tex. bene facientem in l. 1. §. ſed & quoties. ibi, ſi uelit alius fideicommiſſarius. ff. ad Trebel. l. cogi. §. Mœcianus. ibi, à præſente petant illo tit. l. 2. atteſtatione præmiſſa. C. de iure emphyt. & ibi Iaſ. Sed puto in hac materia quatuor tempora cõſideranda, antiquius, antiquum, nouum, & nouiſſimum. de iure antiquiori poterat mediam partem uaſallus alienare. cap. 1. §. aut ſi liuellario. & ſeq. & §. fi. quib. mod. feud. amit. & c. 1. de alien. feu. iure antiquo non poterat alienare, niſi per uiam libelli uſque ad medietatem, ut aliena. feud. in cap. 1. in princ. ſed iure nouo eſt prohibitio alienationis indiſtinctè, ut in d. c. 1. de prohibita feu. alien. per Frider. Iure tamen nouiſſimo, ſiue conſuetudinario, hæ conſuetudines feudorum in Regno Franciæ non ſunt allegandæ, cum contrarium obſeruetur. Pet. Iacob. in ſua pract. rubr. de ſucceſſio. feud. verſic. modo in ſumma, & ſic vaſalli licitè in hoc Regno Franciæ alienant feuda, conſuetudine dictante, & approbante, ſecundum eum in rubr. de condi. ex lege, imperialem. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Freder. & habetur in magno conſuetu. rubrica. [Des coſtumes des fiedz.] uerſ. de iure feud. Guido Papæ in deciſ. Delphinat. q. 59. & q. 297. ubi melius uerſ. quia feu. & hæc conſuetudo eſt hodie uniuerſalis in Regno, ut aſſerit dominus meus & cõciuis. d. Boer. in §. 2. & §. 23. de con ſuet. feud. & cenſual. & benedic. in repet. c. Rayn. in uerſ. & uxorem. nu. 161. de teſtamen. d. Ioan. Sanxon. in conſuetu. Turo. tit. [Comment homage ſe doit offrir aſon ſeigneur.] in 36. concluſ. & in tit. [De pie de fied.] articu. 2. quod talis conſuetudo ualeat, tenet Bald. conſil. 155. lib. 1. plenè, & conſil. 318. quidam lib. 2. Dec. conſil. 269. conſultus. nu. 8. & conſil. 203. ad clariorem nume. 10. Et non ſolum uaſallus priuati poteſt. feudũ alienare, ſed etiam eccleſiæ uaſallus, dummodo eccleſia non ſentiat damnum ex illa alienatione, uel lucrũ non amittat, puta laudemium: aut aliud commodum, ſecundum Ioan. Fab. §. 1. inſtit. de re. diuiſio & in §. 1. inſtit. de empt. d. Boer. in d. §. 2. etiam domino inuito, vel eccleſia. Io Raynand. in comprehenſor. iuris. q. 11. de feu. verſ. hodie tamen in iſta. & c. Pet. Iac. in ſua pract. rubr. de cauſ. ex quib. feud. amitta. uerſ. 36. ſi uaſallus. imò tenet idem Pet. Iacob. in forma libelli pro re feudali. in ſecunda forma dominũ poſſe cogi, ſi requiratur ad conſentiendum dictæ alienationi, & ſequitur dom. Bartho. de Chaſſan. in conſuetu. Burgundiæ, in rubr. [Des fiedz.] §. 8. habebit tamen ius prælationis, ſeu retentionis dominus, c. 1. §. porrò. qualiter olim feud. poterat alien. l. 3. C. de iu. emphy. & ibi no. & Pet. de Bellapertica in ſuo tract. de feud. q. 8. ſequitur dom. Boer. in § 1. de conſuetu. retentio. rerum feu. in gl. ad conſuet. Bitur. Eccleſia uero non habet retentionem ſm eum, quod eſt bene notandum, & ſæpius fui interrogatus. Intellige tamen ſupradicta procedere, quando ille, in quẽ fit alienatio, uellet ſubire omne ius feudi; alias ſecus. Bar. in l. murileguli. verſic. item eſt optimum. C. de murilegu. lib. 11. Felyn. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutionibus. item requiritur, quod ille, in quem alienatur, ſit eiuſdẽ conditionis, ſicut primus vaſallus alienans: & qui ſi eſt nobilis, non poteſt alienare in plẽbeium. l. veteris iuris. verſ. & quare. C. de commit. ſtipulatio l. 2. de fund. limit. lib. 11. c. r. j. ſimiliter de l. Corradi. Io Manſuet. in rub. de feud. verſ. idem dominus. maximè feudum ſuperius, uidelicet, feudũ Comitatus ſm Alber. Brunum conſil. 60. dilecte nepos. hodie de generali conſuetudine Regni Franciæ alienantur feuda habenti pecunias, ſiue ſit nobilis, ſiue uillanus, ut aſſerit d. meus in d. §. ſupra allegato & oculata fide uidemus; ideo non eſt opus probatione. Quod eſt uerum, ſi ſit feudum inferius: ſecus, ſi ſuperius, ut feudum Marchiæ, uel aliud ſimile; quia non poſſet in ruſticum ſine domini ſuperioris conſenſu alienari. Alber. conſil. 60. Sexto debet uaſallus intra annum, & diem petere inueſtituram à domino, niſi fuerit miles, quia habet & mẽſem. c. vnico. in prin. quo tpe miles inueſtitu. pete. debeat. & ibi Bal. & alij, & cap. unico, quæ fuit prima cauſa benefi. amittendi. & ſi intra illud tpſ non petierit feudũ perdit. c. Imperialem. § præterea. in primo, de prohibita feud. alienat. per Frider. c. unico, in princ. de cap. Corrad. Carder. conſil. 6. & 7. de feu. Dard. cõl. 164. Dec. conſil. 341. in fi incip. viſo. Guido Papæ, q. 141. cũ ſeq. in ſuis deciſio. quẽ uide q. 454. in princ. ponentem quatuor requiſita ad hoc. ut poſſit agi ad commiſſum. uide Albert. Brunum in conſilijs factis in materia feudali, conſil. 42. incip. cum quæritur, &c. hodie eſt conſuetudo generalis ferè in toto Regno, per quam nullus uaſallus ob inueſtituram non petitam feudo priuatur, ſed poteſt dominus ad manum ſuam ponere feudum. & fructus leuare, & ſuos facere, quouſque uaſallus præſtiterit fidelitatem; iſtius conſuetudinis non fuit neſcius dom. Boer. in titu. de conſuetud. feud. § 6. & 15. quem ſequitur dom. Ioan. Sanxon. in conſuetud. Turo. in titu. [Commeat homage ſe doit offerir à ſon ſeigneur.] in princ. & art. 3. & d. de Chaſſan. in rubri. [Des fiedz.] in princ. & glo. [Dedans l'an.] num. 12. ante tamen quadraginta dies non poterit dominus leuare fructus. uel ante proclamata facta ſecundum uarias conſuetudines. nam Pictauis requiritur proclama, ſtatuens tpſ vaſallus ad inueſtituram faciendam, ut uidi in conſuetud. Picta. rubr. [De la diſtinction de iuriſdictions] artic. 90. in alijs locis communiter ſtatuuntur quadraginta dies, uel plus, uel minus, ſecundum uarias conſuetudines, ut Ioan. Manſuet dicit eſſe in Aruernia, in rubr. de feudis. in verſic. item dominus feudi. & Pariſijs, ut continentur in magna conſuetu. rubr. [De ſayſine en fied.] uerſ. not. Bituri. in §. 6. de conſue. feu. Burgundiæ, in §. 1. in gl. [Dedans l'an.] & ita fuit prolatum arreſtum Toloſæ, ut in eius ſtylo patet in quarta parte arreſto 73. & idem Pariſijs, ut continetur. in quæſtio. per arreſta, quæſt. 118. arreſto primo, quod eſt notandum. Inoleuit præterea conſuetudo in hoc regno, ut recognitiones fiant tam in re feudali, quam in re emphyteuticaria in decennium; quod dicunt de decennio in decennium, ut aſſerit conterraneus meus Ioan. Berber. in uiato. iur. in d. titu. de feudor. quæſtio. 12. uerſi. & no. uerbum &c. Septimò fœmina feudo non ſuccedit ex conſuetudine libri feudorum cap. vni. §. filia de ſucceſ. feud. c. unico an mutus, uel aliàs imperfectus. in fine late Roman. conſil. 1. incip. uiſis in facto, ubi dat tres limitationes, & ibi aſſignat multas rationes. & Bald. in l. quoties. verſic. & ſicut. C. de ſuis, & legit. dicit eſſe rationem præcipuam, quia fœmina non ita bene poteſt defendere dominum in bello, uel alias ſeruire, ſicut uir: ergo nec feudum habebit, cum detur ob ſeruitium, cap. unico quibus mod. feudum amittat hanc rationem citat. Benedi. in repet. c. Raynutius. in verſic. duas habens. num. 4. & 15. de teſtamen. ſequitur

quitur

quitur d. de Chaſſ. in conſuet. Burgund. in §. 5. nume. 27 & ſeq. Soc. conſi. 19. pro deciſ. lib. j. & conſi. 257. utiſis inueſtituræ. in 2. vol. Corn. conſi. 16 aperta in 1. volu. idem tenet Dec. in regula, fœminæ. verſ. 39. fœmina repellitur ff. de re. iur. Iac. de S. Georg. in tract. de feudis, in verſ. & fœminis Curt. in d. tract. in 3. par. q. j. Ang. de claua. in ſua ſumma, in verbo, feudum. 1. nu. 7. verſ. vtrum fœmina. & Dec. conſ. 32. & pro tenui. & 85. & diligenter. 139 & diligenter, & 20. ad clariorem. & conſi. 309. quoniam. Alber. Brun. conſ. 4. refutationem. in fi. & 8. circa princ. & eſt conſilium Iaſonis. Hodie ex conſuetudine generali huius regn. ſicut maſculi ſuccedunt, auctore Pet. Iacob. in ſua pract. rubr. de ſucceſ. feud. verſ. in illis enim locis. & verſ. ſeq. idem tenet Bernard. de Buttis in ſuo matiali in 12. parte, ſermone primo, in princ. magnus ille ſcientiæ, & conſuetudinis theſaurus dom. Boer. in §. 2. de conſuet. feud. & §. 7. ſequitur dom. Io. Sanxon. in conſuetud. Turonen. in tit. [De ſucceſſiones des fiedz.] artic. 14. & rubr. [Coment homage.] art. 1. conclu. vlt. & in poſſeſſ. feudi per iudices ſunt manu tenendæ, ut pulchrè ſcribit Alber. Brunus conſi. 1. & dom. de Ripa, in lib. 1. reſpon. de legib. c. 1. num. 70. & idem in collateralibus cenſet integer conſuetudinarius dom. Boer. in d. § 6. & Benedict. ubi ſup. in verſ. & vxorem. nu. 563. & 606. quia in dicto regno feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonij ſecundũ prædictos, & Ioan. Fabr. in authent. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. Guido Papæ conſ. 18. ſuper caſu, & conſil. 214 circa materiam, & deciſ. 59. Ioan. Raynand. in ſexta diuiſio. in loco ſæpe alleg. Ioan. Sanxon in titulo. [De piedde fied.] art. 2. & Io. le Cirier in tract. de iure primogenituræ lib. 2. q. 4. in verſ. poſſeſ & ſup. dixi. Immo hodie contractus feudales ſunt redacti ad inſtar omnium aliorum contractuum, teſte Ioan. Berber. in d. tit. de feud. 3. q. imo etiam ſuccedunt ex mulieribus deſcendentes. Guido Papæ deciſ. Delphinat parlament. q. 59. & q. 297. ſequitur Benedictus in d. repet. c. Raynut. in verſi. & votum licet in aliquibus partibus, ut uidi, non ſuccedant fœminæ, extantibus maſculis ſed quod ſupra dixi, eſt cõſuuidi tñ unum caſum, in quo de conſuetudine feud. mulier ſuccedit, per Roman. ſingu. 177. & ſeptem caſus fallentiales, vide per eum conſil. 367. verſi. quo ad quintum. & octo per Iacobum in d. verſic. & fœminis. & Doct. in d. §. filia. 50. quæſt. in hac materia, uide per Bal. in l. j. ff. de rerum diuiſ. & Curt. in 3. parte. q. 1. Vltimò uaſallus tenetur ſeruire, quando eſt a dño requiſitus; alias non: & ideo fiunt hodie proclamata, ſiue [Cries au banc, & rierebanc.] & fundantur in c. vnico. §. fin. ibi. ſed cum nunciatum. an ille, qui interfe. fratrem dom. ſui feudum amittat, ſequitur dom. Ioan. Sanxon. in conſuetud. Turo. in rubrica. [Comment hommage.] & c. art. j. concl. 17 fol. 63. Et quando fiunt oſtenſiones, quas vulgari ſermone [Monſtres] appellamus, ſi vaſalli, & milites non recipiunt ſolutionem, quia recuſant, non poterunt poſtea petere, ſecundum Bart. & pattuum meum Rep. in l. fortiſſimi. per illum text. & ibi Barto. verſic. notari illum tex. C. de erogatio. milita. anno. argum. l. nulli. illo tit. citat dom. Barth. de Chaſſa. in conſuetud. Burgun. in §. 4. in glo. [Nouelle cheuallerie.] in nouis additio. ideo communiter ſolutiones fiunt in oſtenſionibus pro tribus menſibus, niſi fraudentur per theſaurarios, ut vidimus ſæpius fieri, quare multæ domus nobiliũ ſunt fere deſtructæ, & theſaurarij mali hodie ad furcas patent, ad quas oſtenſiones poteſt compellere ſuos milites, & armigeros Capitaneus, teſte Luca de penna in l. fi. C. de re milita. lib. 12. vide Iaſo. in l. Prætor. § ſi aliquando. ff. de noui oper. nuncia. Notandum eſt tamen, quòd hodie uaſalli, non tenentur ad aliquid dandum, uel faciendum domino ſuo, niſi ad expreſſa in ſacramento fidelitatis, quæ ſunt ſeptem in can. de forma. 22. q. 5. c. ego. N. de iureiur. c. unico. de forma fidelita. & pulchrè declarat do. de Chaſſa. in §. 4. in glo. j. rubr. [Des fiedz.] & Petrus Iacobum ſua prac. rubr. de feudo. ſucceſſio. verſic. dic ergo, quòd uaſallus alia, quæ ſunt de natura feudi, ponit text. & ibi Doct. in c. unico, de natura feu. & Silueſter de Prieno in ſua ſumma. in verſic. feudum. in prima quæſtio & in hac materia uide 35. regulas per Ioan. Baptiſtam in repet. c. unic. de feud. cognitio. & ibi ponit caſus, in quibus feudum ab emphyteuſi differat, & concordat ultra Iaſ. in l. j. C. de iu. emphyteu. & 36. concluſiones citat dom. Io. Sanxon. ubi ſupra, in rub. [Comment homage.] artic. j. vide Benedict. in repet. c. Raynu. in verſ. & uxorem. in 4. deciſ. num. 556. cum ſequ. de teſtam. non omittas uidere, quæ cumulatè licet quandoq; remiſſiue ponit d. Iacus in glo. ad conſuetud. Bitur. in rubr. de conſuetud. feud. & rubr. ſeq. Nunc ſe offert ultimum, videlicet, quotuplex ſit feudum, quod ſit tantum duplex ex dicto Philoſophi complectitur, dicentis, quod quælibet diuiſio debet eſſe bimembris, vel ad bimembrem reducibilis, citat Petrus de Beſutio. & Iaſo. in repet. l. re coniuncti ff. de leg. 3. & Lancelo. Polit. in tract. ſubſtitut. in princ. ideo Curt. hoc perpendens in ſuo tract. feud. q. 8. primæ partis, duplex dicit eſſe feudum, uidelicet, propriũ & impropriũ, ſ. d. vt iuuenes clarius intelligant, procedo per diuiſiones, in ſequendo doctrinam iuriſcon. in l. j. ff. de doli excep. Bal. & aliorum.

1 ¶Prima diuiſio eſt, quia feudum quoddam eſt eccleſiaſticum, aliud ſeculare: hanc diuiſionem ponit Raynand. & Alua. in procœ. feudo. & Petrus Iacob. in rub. de cauſis, ex quib. dom. debet admittere proprieta. in prima diuiſio. Pe. de Ferra in ſua pract. in forma libelli, quo agitur ad feudi reuocatio. in uerſ. ac nomine tecti, &c.

2 ¶Eccleſiaſticum eſt triplex, quod ab eccleſia datur, q᷑ ab eccleſia ſuſcipitur, aliud quod datur, uel ſuſcipitur à clerico non tanquam ab eccleſia. de hoc loquitur tex. in c. unico. de clerico, qui inueſt. fac. c. j. §. fi. de c. Corr. c. j. qui feudum dare poſſunt. Berbe. in 2 q. Aluar. in 5. diuiſio. & Iaſ. in 11. in præladijs feudorum.

3 ¶Seculare eſt quod a ſeculari Principe, uel domino recipitur c. j §. marchio. qui feudum da. poſſunt, ut ſi Chriſtianiſſimus Rex Francorum inueſtiat aliquem de marchia uel comitatu, & de hoc feudo maior pars lib. feudorũ loquitur, & pluſquam de eccleſiaſtico, & hæc probantur in prælud. feud. in vlt. diuiſio. per Bald. ſed quia nobiliora ſunt præmittenda. § fin. inſti. de iure perſona. c. ſedes. & ibi Do. de reſcrip. Dec. in c. auaritiæ. de præb. ideo præmiſi hanc diuiſionem, ſicut facit Obertus de orto. c. unico. qui feudum dare poſſunt, & quia eccleſiaſticum eſt nobilius arg. c. ſolitæ. de maio. & obed.

4 ¶Secunda diuiſio: quoddam eſt regale, aliud non regale eſt, quod à Rege, vel Imperatore recognoſcitur immediate, ut eſt feudum marchiæ, ducatus, comitatus, uel alterius dignitatis regalis; ideo vice comes Turenæ, uel comes Fuxi poſſunt dici habere feudum regale capit. unico. quis dica. Dux march. uel comes, uel poteſt imperiale dici, ut no. Ioan. Berber. in d. 2. q. de feudis, & duobus concurrentibus uocatur regale. Primo quod ſit dignitas, puta. regnum, marchia, comitatus, uel ducatus. Secundò, quod ab Imperatore, uel Rege noſtro concedatur, uel alio non recognoſcente ſuperiorem, tenet Curt. in tract. de feudo. in prima parte q. 8. Occaſione præmiſſorum quæro de quæſtione, an Rex Franciæ poſſit alienare ea, quæ ſunt Regni, & Bald. in procemio. C. verſiculo, nam Rex, & Imperator. & in prima conſtitu. concludit, ꝙ non, abdicando à ſe omnem iuriſdictionem, dignitatem, dñium, & nihil ſibi retinendo: quia eſſet principatum, ſeu Regnum deformare, quod non poteſt Rex facere, imò ſi retineret ſibi directum dominium, adhuc non ualeret, ſi in regni detrimentum, vel incommodum tenderet. arg. l. ſumma cum ratione ff. de pecul. Corſe. in c. grandi. de ſupplen. neglig. præl. li. 6. Panor. in c. intellecto. de iureiur. & in c. Abbate ſanè de re iud. li. 6. Ioan. Sanxon. in conſuetud. Turonen. in rubr. [De piedde fip.] art. 2. & in rubr. [Des donations entre gẽs nobles.] art. 6. d. Boer. in addit. ad Benedic. Plumb. in l. inutilis. ff. de fideic. liber. etiam cum iuramento, per tex. in d. c. intellecto. Bart. in l. prohibere. §. planè. verſ. ſed quid de rege. ff. quòd ui, aut clam. & ideo poſſet eis ſucceſſor reuocare Bal. in c. licet de proba. Feli. in c. ad audientiam, de præſcript. Dec. in c. j. de proba. imò fortius Rex non poſt. inuitis ciuibus ſuis, alienare unam de ciuitatibus ſui Regni Hoſtien. in cap. dilecti filij. de maior. & obed. & ibi Inno. & Felin. Oldra. conſ. 231. vt eius. Alex. in addi. ad Bar. in d. §. planè Ba. in c. ſi quis miles. quo t̃pe miles inueſtitu. petere debeat. c. vnico. §. in generali. ſi de feudo defuncti content. ſit inter do. & agna. uaſall. Ioan. de Plat. in l. fi. verſi. & hanc partem. C. de loca. prædio. ciuil. li. 11. Pan. conſ. 3. in 2. vol. Guido Papæ in deciſ. Delphinatus. q. 229. verſi. ſed an ceſſante Aufre. in deciſ. capel. Toloſa. q. 485. Iaſ. in §. item Seruiana inſtitu. de actio. nu. 103. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. l. debitorem. C. de pact. & in procem. feud. in prima diuiſio. Barba. & Felin. in c. j. de prob. vide dominum de Ripa. in conſ. 25. de reſcrip. in l. b. reſpon. & lib. j. de legibus conſ. j. nu. 3. Bald. conſ. 324 quæritur. vol. j. Barthol. de Chaſſa. in conſuetud. Burgund. in rubr. [Des fiedz.] §. 8. in verſic. an alienat. in fi. Curt. in tract. feud. in 6. parte.

quæſt. 1.

quæſt.2.Socin.conſ.40.in quæſt.nu.7.in 3 vol.Ioan. Lupus in repet.c.per veſtras de dona inter virum, & vxo.Gome. in §. item ſeruiana.nume.41.cum ſequ.vbi 6.modis limita. Inſti.de act.& in Spec.princip rubr.8.& nouiſſimè conterraneus meus d.Iacob.Bonaudi in add.ad Ioan.de terra rubea.tract.primo,articu.j conclu.13.Alber Brunus conſ.12 in 2 ratione,& hoc maximè, quando metu alienaret nam quod metus cauſa geſtum eſt,ratum non habet lex.l j.& per totum.ff.quod metus cau & quando alienaret voluntariè, hoc non eſſet ſine peccato. tenet Lucas de Penna in l.unica,C.de capita ciuiū cenſio eximend lib.x.& eſt notandū.

5 ¶Non regale eſt, quod ab inferioribus à Principe, Imperatore.vel Rege recognoſcitur,uel à Principe, ſed non conſiſtit in dignitatibus,ſed Princeps de aliqua plebe inueſtit. c.unico.qui feudum dare poſſunt.& rub.quis dicatur Dux, Comes, uel Marchio: ſi uero aliquis inueſtiatur à domino de claramonte,feudum dicetur non regale. ponit Baldus, & alij in proœmio feudorum infra, & ſequitur Iaſ. in prima diuiſione.

6 ¶Tertia diuiſio,feudum quoddam eſt nobile,alind minus nobile,aliud aliqualiter nobile,& ignobile. Nobile eſt quod poſſeſſorem nobilitat,ut quando à Rege Franciæ eſt conceſſum,vel Imperatore,vel Papa,vt ſi concederent Ducatum,uel Marchiam.c.unico quis dicatur Dux,uel Marchio. Berbe.in 2.q.Bal.& Iaſ.in 10.diuiſione.& Alua. in ſecunda.Bonus de curtili in tract nobilita.in 3 parte.nu.201. Alex conſ 30 quoniam.col pen.prima parte.

7 ¶Minus nobile eſt,quando Dux, Marchio, vel Comes alteri concedit in feudum, & ille propriè dicitur ualuaſor, ſiue vaſallus,vt no. Io.And.in addit.ad Spec.in tit. de præſcrip.& Bonus de curtili in tract. nobilita.in 3.par.nu.200. & iſtud de conſuetudine libri feudorum non poterat alienari in non nobilem, ſed in Regno Franciæ poteſt uendi, & in feudum dari,ſed non ſuper creditum accipere. dom. Boer.in conſuet. Bituricen.§.inde conſuetud. feud. & cenſiua.& ſup.latius dixi.

8 ¶Aliqualiter nobile ſiue mediocriter eſt,quando habētes a Duce, Marchione vel Comite alijs in feudum,& recipientes uocantur minores Valuaſores. Alua. in ſecunda diuiſione infra,& ibi communiter Doct.

9 ¶Ignobile eſt quando à minoribus valuaſoribus conceditur,& minimis,c.unico.qui feudum dare poſſunt, & ibi Bal.in d §.Marchio. dicit ruſticos poſſe in feudum concedere, dummodo ſuarum rerum adminiſtrationem hēant. c.j.§.uoui.per quos fiat inueſtitura. ſequitur Iaco. in ſuo tract.de feud verſiculo,in feudum in octaua diuiſione. Io. Raynauil.in ſeptima.Pet.Iacob in rubr.de cauſis in quibus do.debet, &c.in quinta diuiſ. Petrus de Ferra. in 8.diuiſio. ubi ſupra Iaſon in decima. Curt. ſecunda parte quæſt.4.ſecundæ partis.

10 ¶Quarta diuiſio. Feudum aliud eſt paternum, quoddam antiquum.aliud nouum.Paternum dicitur,qđ per patrem eſt acquiſitum, uel ab aliquo aſcendente cōis agnationis uſq; ad quartum gradum. text. in c.uno de ſucceſſ. fra.& gradib. ſucced in feu qui eſt melior de iure ſecundū Alex.conſ.30.quoniam in 1.uol In hoc,quod declarat feudum paternum qui ſit.uide tex.c.j.de natura ſucceſſionis feud.& Alex conſ.55.perſpectis. in 4.uol.& conſi.26.ponderatis in 5.vol.& Curt conſ 49.nume.3.Pet.Iacob. in ſua pract.de cauſis ex quibus do. debet amittere proprieta. in ſecunda diuiſ Alua. in 6.Dec. conſ.28.ad clariorem. nu.5. Alber Bru.conſ 72.tota uirtus. Socin conſ 67.uiſis. in fi & conſ. 65.viſis inueſtituris in 1 & 2. volum. & conſ 66.viſa donatione.in 3 vol.Bolog.conſ j Bal. conſi.337. imprimis in 1.uol.& conſi.351.in literis eod uol.& conſ.ſeq quomodo probetur,& quæ perſonę contineantur in hoc feudo,declarat Bal in c.1.§.hoc quoque de ſucceſ. feud.quod propriè contineantur hæ perſonæ ſupra patrem,uidelicet,auus, proauus,abauus,& atauus,& abinde ueto ſupra perdit nomen paterni, & antiquum appellatur. ex quo ſingulariter infert,quod ſi cuidam concedatur feudum paternum,non extenderetur ultra quartam generationem, & ſi cum miniſterio ponuntur illa verba,in inueſtituris cōcedimus in feudum paternum, & antiquum ſequitur Ioan. Raynand in comprahenſ feuda.in prima diuiſione, quod eſt perpetuò notandum,ſecundū eos Hodie notarij ponunt omnia verba hæc,& multò plura,& ideo extenditur uſque ad infinitum,& etiam ratione conſuetudinis,de qua ſupra.

11 ¶Nouum uero eſt,qđ fuit de nouo acquiſitum, & habet initium in perſona ipſius inueſti.nec prouenit à ſucceſſione progenitorum.c.1.quot teſtes ſunt neceſſ. ad probandum nouam inueſt.Oldr.conſ.178.factum tale Albe in dictio.in uerſ.nouum Iacob.de S.Geor in trac.de feud.in verſic.in feudum.in 6.diuiſio.Curt.conſ 50.in 3 dubio.& cōſ. ſeq.Io Raynandi.in prima diuiſio.Soc.conſi.252.viſis.in 2. vol.Dec.conſ.53.placet mihi.& conſ 319.quoniam ex nu. 4.Albertus Brunus conſi.68.ſi inſiſtamus.tres effectus ponit Curt.in ſuo tract.in prima parte q 8.Iaſ in l.2.C.de iure emphyt.& iſtud regulariter non nobilitat,niſi(vt ſupra dictum eſt in præcedenti diuiſione)quia nobilitas non naſcitur in ictu oculi,ſecundum Bald.in 10.diuiſio.inf. per tex. in l.ſtemmata.ff.de gradi.Pet.de Ferra.in ſua pract. in forma libelli.quo agitur ad reuocationem feudi. in uerſ.ac nomine in ſecunda diuiſio & in hoc non ſuccedunt aſcendētes,nec collaterales de conſuet.feudorum. c.1.de inueſtit. noua & cap.vnico.de ſucceſſio.fra. ſed hodie contrariū obſeruatur in Regno Franciæ.ut no.Benedic.ubi ſup.in verſ. & vxorem.nu.654.& dom.de Chaſſa.in d.§.5.nu.7.& rub. [Des ſucceſſions] in glo. [Et les enfans.] §.6. & ſup.latius extitit diſcuſſum.& ponit Alua.in ſexta diuiſ.& Iaſ.in tertia.Alber.in l j.§ ſi quis ædificium.ff.de noui oper. nunciatio.Imo.in c.ult.de feud.Oldra.conſ.178.tale factum.

12 ¶Quinta diuiſio. Feudum quoddam eſt paternū,aliud maternum.paternum in proxima cellula fuit declaratum.

13 ¶Maternum eſt,quod primò per fœminam eſt acquiſitum.c unico. de feudo fœminæ, & ſicut largè omne feudum,quod fuit ex ſuperioribus agnationis communis acquiſitum.paternum dicitur;ita quod ex quacunque fœmina ex ſuperioribus,quæ fuerit,ex cōi cognatione,fuit acquiſitum,maternum dicitur.ut hr̄ in tit.de feudo fœminæ. & Bal.in quinta diuiſio.Aluar.in ſeptima.Natura feudi paterni eſt,vt tantum deſcendentes maſculos reſpiciat.c. j.§.profecto inf.de lege Corra. Natura verò feudi materni hæc eſt,ut primò maſculos reſpiciat, ſecundò fœminas. dicto titulo de feudo fœminæ.& pulchrè no.Curt.in d.tract.feudorum in tertia parte.q j.2.limita.

14 ¶Sexta diuiſio. Feudum quoddam eſt maſculinum, quoddam fœmininum. Maſculinum eſt,quod ad maſculos tranſit, & non ad fœminas. c.unico.§.hoc autem.qui feudum dare poſſunt. imo fœminæ non ſuccedunt etiam ſi de eis ſit tacta mentio,niſi maſculis deficientibus.cap.unico.§.quin etiam.Epiſcopum,vel Abbatem.c.uno.de feudo fœminæ Iacob.in uerſ.& fœminis. Pet de Ferra.ubi ſ. in 3.diuiſio.niſi ut fuit dictum ſup.in nat.feud.uide.

15 ¶Fœmininum,ſeu fœmineum dicitur. quod ad fœminas tranſit,ſicut ſup.de materno diximus.c 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat Iacobus in tract.de feud. in verſic.in feudum in quinta diuiſio licet Ioan.Raynand. duas diuiſiones miſceat. Item ſi aliquis recepetit feudum pro ſe,& hæredibus tam maſculis, q̄ fœminis, extantibus maſculis fœminæ excludentur,c.j §.j Epiſc.vel Abbatem. Alex.conſ 9.in 5.vol. Albertus Brunus conſ.65.ſuper caſu. ſed hodie in Regno tene.quod ſupra dixi in natura feudorum.in uerſicu.7.vide tamen dom.Ioan.Lecirier. in dicto tract.de iure primogenituræ.lib.j.q.19.

16 ¶Septima diuiſio. Feudum aliud habet propriam naturam,aliud impropriam.Habens propriam eſt feudum ſimplex,rectum,purum,liberum.nam natura feudi, eſt quædā qualitas innata à principio generationis feudi ſiue tempore inueſtituræ, ex qua uirtus contractus perficitur, & ſemper uidetur ineſſe, niſi per pactum impropríetur, ut eſt tex.in rubr de feudo non haben. propriam naturam. & c. j.§ præterea. quid ſit inueſtitura. & ſup. late dictum eſt in 3 q princ.ſequitur Hoſt in ſumma huius titul de feud §. qualiter feudum.& Iaſon.in 4.diuiſ. & illa inueſtitura, ſeu eius tenor ſemper debet attendi c j in fin. de duobus fratri,& ibi Bal.c.accepimus. de priuileg Ioan. de Ana.conſi. 6.uiſis,&c.& conſi 37 Barbat.conſi.17.præclarè.in primo volu.Dec.conſi.263. in contractu. in princip & conſi.309. qui num.3.& conſi 395 in cauſa num.5 Roma.conſil 33. viſo inueſtituræ. verſ nunc ergo ad propoſitum. in fin Albertus Brunus conſi 8.colum.4.& ſequ.conſi. & conſil.39. colum 2 & conſi.41.

17 ¶Non habens propriam naturam, vel habens impropriam eſt feudum conditionatum,ut ad certum ſeruitium, vel conditionem ex pacto conceſſum. c.unico § fin. quid ſit inueſtitura.& c j.de capita qui curiam uendi.ut eſt feudum guardiæ, & caſtaldiæ, & quod pro mercede datur. de feudo guardiæ, c.j.Item feudum cameræ, uel cauenæ. c.ſi.de feud.cog & inf.dicam. Ioan. Raynand.in comprahenſo.

henſo. feuda. in quarta diuiſio. Aluar.in tertia Iacobus in ſuo tract.de feud.in verbo in feudum. in quarta diuiſione Bal.in quarta.de Ferra in ſeptima.Et impropriè dicitur feudum,quando pactum apponitur contra alterum ex requiſitis in feudo. vt latè concludit Curt. in d.ſuo tractatu de feudo in prima parte.q.6 cum ſeq.

18 ¶Octaua diuiſio ſequitur. Quoddam feudum eſt reale,perſonale,perſonaliſſimum,reale eſt, quod ad hæredes tranſit tam ex parte dantis,quam accipientis.cap.unico.§. cum verò Corradus.qui feudum dare poſſunt.c.vnico. de duobus fratrib.quia vnuſquiſq; in hoc ſibi præſumitur voluiſſe prouidere,& hæredibus.l.ſi pactum ff.de probat d.c. vnico,de duobus fratri.ſequitur Alex.conſi 204.conſideratis.in 2 vol.illum tex dicens ſingularem.

19 ¶Perſonale eſt, quod ad vitam alicuius conceditur, & non tranſit ad hæredes recipientis,ſed bene dantis, vt feudum guardiæ, & caſtaldiæ.c.j. de feud.guard.Iaſ.declarat in ſexta diuiſio vt quando feudum habitationis concederetur.quod morte finitur. Aluar.in 10.diuiſ.

20 ¶Perſonaliſſimum eſt,quod neque ex parte dantis,neque ex parte recipientis tranſit ad hæredes c.j.quis Dicatur Dux exemplum ponunt Docto.in ſoldata, vt ſi detur nobili in paupertatem redacto annua prouiſio, tunc ſoldata vocatur:de qua in d.tit.& ibi per Aluar & l.ſtipulatio iſta. §.ſi quis ita.ff de verb.oblig l.vt pomum.ff.de ſeruitu.Bal. in ſexta diuiſ.& Aluar.in decima. & non cenſetur proprie feudum,vt tenet Io.Berbe.in d.viator.rubr.de feud.q.2.Ia. in præludijs,& ab initio feudum erat perſonaliſſimum,q͞a ad nullum tranſmiſſibile l.j.§.ſi impuberi.ff.de collat.bono & militia vocabatur.l omnimodo.§ imputari C.de inoffi teſtam. Hodie vero factum eſt realiſſimum,& ad quẽlibet ſucceſſorem tranſitorium etiam particularem, ita ꝙ poteſt donari, vendi, & alio modo alienari, ſicut alia bona patrimonialia,& hoc in iſto regno,vt ſup.latè dixi,& tenet Benedict.in repet.c.Raynu.in verſ.& vxorem.in 3.deciſ.nume.525.& ſeq & in 5.deciſio.de teſt.

21 ¶Nona diuiſio feudorum eſt:quia quoddam eſt iurabile,aliud non. Iurabile eſt pro quo domino fidelitas iurat̃, vt fit regulariter ꝑ omni feudo,ut in c.vnico.de noua forma fidelita & iſtud expreſſe ponit Pet.Iacob in ſua practica in nona diuiſione.Pet.de Ferra.vbi ſupra in quarta diui. Et ſi plures in domini locum ſuccedant,vni iurandum erit nomine omnium dominorũ. Pet.Iacob.vbi ſupra. & Guido Papæ conſi 207.dominus.& Bal.ſibi contrarius in c.Imperialem.§.præterea ducatus de prohibita feud. alien. per Frider.dicens antiquiori præſtandum eſſe iuramentum.ac. l.procurator.C.de edend.Iac. plenè diſtinguit in dicto tra. de feudis, in verſ. qui quidem inueſti. præſtiterunt. coll.7. Aretin in l 2 §.ex his & ibi Doct ff.de verb.oblig. latè Iaſ. in l.de pupillo.§.pluribus.ff de operis noui nuncia. & hæc eſt communis,& in practica ſequenda, ſecundũ d.de Chaſſa in conſuetud. Burgund.in rubr.[Des fiedz. §.8.in prin. in tex.in c.vnico.§ omnes.ſi de feu.defun.conten ſit inter dom.& agna.vaſal.d. Ioan.Sanxon artic 8.rubr. [Des ſucceſſions des fiedz] Alber.Brun.conſi.107.quatuor rationibus, vbi vide latius, & per d.Ioan.le Cirier. in ſuo pulchro tract.de iure primogenituræ.q.2.lib.2.in 16 prærogatiua.

22 ¶Non iurabile eſt, quando illo pacto conceditur, ut non iuretur fidelitas.in §.nulla.per quos fiat inueſtitu.ca. vnico. in prin. de cap.Corrard.quod eſt ſingu.ſecundum Rom.ſingu. 216.ſequitur Alua. in 11. diuiſio. in præludijs feudorum Notandum eſt tamen,ꝙ licet feudum reperiat̃ ſine iuramento:non tamen erit ſine fidelitate ita Io.Raymund.in ſecunda diuiſ.feudo.Io.Berber.in 2.quæſt.titu. de feud.& Iaſ.in proœ.feud.nu.122.

23 ¶Decima diuiſio. feudum quoddam eſt ligium,quoddam non ligium. Ligium eſt, quando iuratur fidelitas contra omnem hominem mundi, nullo excepto. & iſtud non recipitur, niſi a principe non cognoſcente aliquem in ſuperiorem, ut eſt Imperator, & Rex Franciæ cap.per uenerabilem. qui filij ſint legitimi. ideo Dux Sabaudiæ: poteſt dici homo ligius Regis Franciæ, Vicecomes Turenæ, & alij magni feudatarij regni. Et dicitur homo ligius, quaſi illi legatus, & ſubditus, & legalitatem prædicto regi debens glo.ſing.in verb.homoq; ligius.in clem.paſtoralis,& ibi Card.de re iud.Spec.in tit.de feud.in §.quoniam. verſ.3.Ioan.Maſuer eod titu.verſ.ſi. Ioan. Berbe ubi ſupra quæſtione 2.Bal.conſi.291.ad euidentiam. in 2.lib. Guido Papæ conſi 213. & in ſuis deciſ quæſt. 309. & idem tenet Alex.conſilio 30.quoniam.in primo volum.& conſil.2 in princ.in 5.volum Panorm.in cap.ex diligenti. verſic.nota primo ex textu.de ſimo.Ioan.de Ana.in conſil.7.uiſis, & ponderatis.dom.de Chaſſa.in conſuetu. Burgund. in eod. titu.§.3.in glo. [Et hommage.] & tria requiruntur poſita per Curtius in ſuo tractatu feud.in prima parte. quæſtione octaua, quatuor effectus ponit Iaſ in ſeptimam diuiſione feud.ſequitur dom.Ioan.Sanxon.in conſuetu.Turonen. in rub.[Comment hommage.] &c.articulo primo in 23.concluſio.Catellia cotta in ſecunda parte memorabi. in verſi. feudum.

24 ¶Non ligium, quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur,ut titu.hic finitur tex c.j.in fi.& c.j.§.fi. de prohib.feud.alienatio per Frid.Ideo quando uaſalli, d. de Turena iurant ei fidelitatem debẽt iurare aduerſus omnem hominem, excepto Rege Franciæ, qui ſuper omnes Reges eſt, & tanquam quidam corporalis Deus in ſuo regno ita Bal.in d.§.fin.& in ſeptima diuiſio.Pet.Iaco.in nona Benedic.in repet.cap.Raynu.in verſ.& vxorem.nu.230. de teſta.quod notes.

25 ¶Vndecima diuiſio. Feudum aliud annale, aliud perpetuum. Annale eſt,ſiue temporale,quod poſt annum ſtatim auferri poteſt,vt eſt feudum guardiæ, & caſtaldiæ, & quod pro mercede alicuius rei datur. cap.vnico. de feud. guardiæ. ille tamen annus per pactum poteſt prolongari, & tunc potentior eſt conuentionalis prouiſio,quam legalis, qua ceſſante, ſibi locum vendicat legalis.l.quod ſi nolit.§.ſi quid ita ff.de ædil edicto. Bald. in proœmio feudorum,in nona diuiſione plus dicens poſſe paciſci, ut nullo tempore poſſit auferri:ſequitur Iacob. de Sancto Georgio in tractatu de feudis,in verſiculo in feudum.in nona diuiſione,& Petrus Iacobus.in quarta. Hoſtienſis in ſumma de feudis.§.qualiter feudum.verſiculo, perpetuum feudum. Ioannes Berber.in viato. iuris in rubr. de feud. in q.2.ſed hodie hoc in regno ſunt perpetua, ac officia. & quaſi pro patrimonio habentur,ut no.Benedic in verſic. & uxorem. nu.564.cum ſeq.de teſta & ſupra latius dictum eſt, ideò ui de, ſi liber.

26 ¶ Perpetuum erat regulariter omne feudum eo modo datum,capitulo primo § cum vero Corradus, qui feudum dare poſſunt, & ibi Doct.& illud quod eſt ſimplex. eſt perpetuum.cap.primo. in fine,in quibus cauſis feudũ amittatur.ita tenet Pet.de Ferra.in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi.in verſic.ac nomine fecti.in ſexta diuiſio.

27 ¶Duodecima diuiſio feudorum eſt,quia quoddam eſt diuiſibile,aliud indiuiſibile, & quodlibet feudũ regulariter eſt diuiſibile, quibuſdã exceptis,videlicet Regno Marchia, Ducatu, & Comitatu:ita atteſtatur Aluar.in noua diuiſio. in proœmio. per tex.in cap. vnico.§. omnes. ſi de feu defunct conten.ſi inter dñm. & agnatum vaſal.c. Imperialẽ.§. præterea ducatus de prohibita feud. aliena.per Frid. Berber. vbi ſup.in d.q.2. Iacob. in verſicu in feud in vndecima diuiſione facit.no. Bart.in l.inter tutores.ff de adminiſtr.tuto. & l.ideo.verſic.pro hoc.ff.de condi.furti. Bal.in l.j. de officio.conſul.facit, quod dicit Panor.in c. prudentiam.in princ.de officio de legat.& ibi hoc tenent alij poſt eum.Curt.in tractatu feudorum, in quarta parte. q.30. Alber. Brunus Aſten in conſ.60.incip.& iſta ideo diuidi non poſſunt: quia ab vno ſolo regitur melius, quàm à pluribus.arg.l. 3.§. apparet.verſ.ſanè enim ff de adminiſtr. tutorum.l.2.§. nouiſſimè ff. de origine iuris c.gaudemus. de diuor.§.quia uero.c. ualde neceſſarium 94.diſt inc.nam politia unius optima eſt, paucorum etiam bona, ſed plurimorum eſt difficile ut bona ſit: cum plures ad uirtutis meritum peruenire,difficile ſit.Ariſtot.in Politic.& Lucas de Penna in l.uiros.C.de diuer.offic. libro 12. & Philo.12. metaphi.ait,non capit regnum duos: quia multitudo principum eſt onerosa: cum in apibus unus ſit princeps cap.in apibus.ſeptima quæſt.prima, latè domi Iaco. Bonaud.in additio.ad Ioan.de terra rubea.in tractatu contra rebelles regum.artic.2. tractatus primi, & articulo tertio tractatus tertij.conclu.2.Felyn in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu. & Iaſ in 12. diuiſio Angel.conſilio 287. incip pro clariori. Curtius conſil.69.Panormitanus conſilio 82 in primo uolumine.Barbar. conſilio 14.clementiſſimi & conſilio 40. clementiſſimũ.in quarto uolumine. Chaſſa.in ultima parte Catel.in 55 conſiderat. & Alb Brunus tractatu de augmen. conſil.10. Hipo.ſingul.9. ſequitur Ioan.de Cirier in ſuo tractatu de iure primogenituræ q 7. primi libri,ubi pulchra uerba ponit uide dominum Bartholo.de Chaſſa.in

conſuetud. Burgund. in rubr. [Des fiedz] §. 6. Alex. conſil. 6o. viſis dubitationib. in 3. vol. & conſil. 45. & ſeq incip. attentis. in 5. volum. Petr. de Ferra. in 9. diuiſiq. & ideo in iſtis indiuiſibilibus primogenitus ſuccedit. cap. licet. & ibi Doct. de voto glo. in verb. interdicatur. in c. ſi hæredes. de teſta. Alb in proœ ff § diſcipuli. late Dec conſi. 389. viſa longa num. 6. & al js filijs debetur apanagium, i legitima, non per modum diuiſionis, ſed per modum prouiſionis, ſecundum Io. de Monteferrato in tract. de ſucceſ. regum. in primo dubio & ſecundo, & d Stephanus Burnardus in repe. l. quiſquis. C ad leg. Iul. maieſt & d Boer. in tract. de cuſto cla. porta ciuita. nec al qua iniuria fit vltimo genitis, nec conqueri poſſunt, vt expreſſe d. cit conterraneus meus d Ioan. de terra rubea, in tract contra rebelles Regum. ar. j tract primi. conclu 21 & ſeq immo conuenit legi diuinæ ſecun lum eum in prima conclu. hoc latius deducente: quẽm licet videre. Intellige tamen ſup. deducta, videlicet, feudum non poſſe diuidi, eſſe verum quo ad dignitatem, ſecus quo ad adminiſtrationem, vt vnus frater regat unã ciuitatem, alius aliam Benedict in repet. c. Raynut in ver. in eodem teſtamento in primo. nu 186. de teſtam & etiam bona mobilia, vel immobilia pertinentia a d dignitatẽ bene diuidantur, teſt. Albe in dicto in verb feud vers. alia etiam pulchra ibi, item quæro pulchram. & ibi addit ad Petr Iaco. in rubr. de cauſis, ex quib. do. debet amittere ꝓprieta. in 6 diuiſio ſe l poteſt fieri concordia reſpectu exercitij, ut vnus anno regat, alter altero anno arg l. Lucio. & ibi Bar ff de aqua quotidia. & æſtiua. melius probatur in l. cum conſtet in prin ff illo tit. ubi hoc expreſſe dicit Iuriſcon Iulianus, Prateius, & pulchrè Pyrrus in conſuet Aurelian in tit. de feud. c. j. & d. Vdalric. Zaſius in repet. l ſecundæ ff de orig iur.

28 ¶Hodie ex conſuetudine Regni Franciæ omnia feuda poſſunt diuidi præter Regnum, vt atteſtatur Fabia de giochis in repet autheut. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. q. fi. Ioan Raynand. in comprehenſorio feuda. in præludijs ad c Imperialem. in quinta diuiſ. de prohib. feu alien per Fed. & d. Boer. in conſuetud Bitur in §. 2. de conſue. feud. & ibi in additio. & in §. 2. de teſt. & in tract. de cuſt. claui. Idem Boer. in ſuis deciſ. 46. parte 1 ſed conſuetudo eſt, in dicto Regno, quod licet diuidatur feudum: primogenitus inter nobiles habet præcipuum manerium (vt verbo doctorum vtar) ſiue habitationem cũ galli, vel caponis volatu. iſtius conſuetudinis meminit Benedict vbi ſupra Guido Papę in deciſ. Delphina. q. 475. Io. Sanxon in conſuetudinib. Turõ. in rubr. [Des ſucceſſions des fiedz] art. 14. & latè d Ioan. le Cirier in tract. ſuo ſolenni de iure primogenituræ. lib. 2. q. 4 vbi latè refert conſuetudines. vide ibi & lib. j. q. 11 con cluſ 2. & ſeq & an conſuetudo diuidendi feuda valeat, uidetur text in d. §. præterea, qui conſuetudinem reprobat: ergo non videtur valere, ſed contrarium credo, & ita tenet Oldrad. conſ. 237 perlectis. in fi Bald. Aluar & alij in d. §. præterea. Bal & alij in c licet. de voto. & non obſtat ille §. reprobans conſuetudinem: nam debet intelligi, ſi non fuerit inducta, & ſeruata, ſciente ſuperiore, ſed in hoc Regno patiente ſuperiore, & ſciente, ſuit inducta, & ſeruata. ergo ſequitur, quod ualebit. hoc tenet Ioan And. in addi. ad Spe. in tit. de feud. in uer. non omittam. & Albet Brunus conſi. 6. ex themate, quod, &c. latè d. Io. le Cirier in ſuo tract. de iure primogenituræ q 11. primi lib. in 3. concl. & hæc conſuetudo eſt in Italia, teſte Alex conſi. 18. viſis. in 2. uol. De. conſi 329. Soc conſi 61. in primo volu. & conſi. 67 ſapienter num. 31. & conſi. 69. dominus Ioannes.

29 ¶Decimatertia diuiſio feudorum eſt: quia aliud eſt feudum purum, ſiue ſimplex, aliud vero conditionatum. ſeu non rectum. Purum ſiue rectum dicitur, quod non habet ſeruitia determinata §. penult. & vlt quid ſit inueſtitura. ſequitur Petrus Iacob. in ſua practica, tub de cauſis, ex quibus domi. debet amittere proprieta. in ſeptima diuiſione. Hoſtien. in ſumma huius tituli. §. qualiter feudum diſtinguatur. al js etiam modis dicitur rectum, ut habetur in tit. de conſuetud. recti feud per Doct & Curt. in ſuo tract. feudo in prima parte. q 8. Imo. in c. fi. de feud.

30 ¶Non rectum, ſiue conditionatum eſt, quando in conceſſione eſt certum ſeruitium determinatum, puta de aſſociando vxorem domini. de filia maritanda, aut de ſeruiendo domino in menſa, vel aliud ſimile. c j. §. fi. de capita. q curiam ven. l. c j. de notis feu & ibi no. & hoc caſu ad alia non aſſignata nec expreſſa ſeruitia non tenetur vaſallus. c j §. ſi conuenerat. ff. depoſi. l. legem. C. de pac. Ioan. Raynand. ubi ſup in §. firmiter. Iacob. vbi ſup. in 2. diuiſ Rectũ verò poteſt dici, quando de domini voluntate, & licentia adipiſcitur poſſeſſionem, præſente curia vaſallus: nam perinde eſt, ac ſi inueſtitura eſſet facta, & eſt hoc feudum tranſmiſſibile. c. unico, de conſuet. recti feu. ſecus, ſi data eſſet licentia ſine curia; nam tunc non rectum dicetur c. j. quib. mod. feu. conſtitui poteſt, vel dicitur rectum, id eſt, perpetuum. Aluar. in 12 diuiſ. Bald. & Iaſ. in ſecunda.

31 ¶Decimaquarta diuiſio eſt. Feudorum aliud eſt francum, aliud non francum. Francum eſt, quando vaſallus à ſeruitijs eſt immunis, & nullum ſeruitium debet: tamen non eſt francum à maleficijs conſiſtentibus in faciendo fraudem, vt quia non denunciauit inſidias domino, quas contra eum ſcit parari: ſiue in faciendo, ut ſi committat feloniam contra dominum priuatur feudo c. vnico, qui. mo. feu. amit Fely. late in c. cæterum. de iud alioquin eſſet quędam donatio. & non in feudum conceſſio, vt declarat In. in c. ad noſtram. de reb. eccl non alie imo tale feudum cõtineret repugnantiam, videlicet, quod ſit feudum, & prorſus liberum ab omni fidelitate, quæ in iure non eſt admittenda. l. vbi ff de reg iur. l. Titiæ ſi non nupſerit. ff. de cond. & demonſt c ſolicitudinem. de appel. Alua. in ſecunda diuiſio. Bal in octaua. Berberi. in d. viato. in rub de feud. in ſecunda q Benedict in repe c. Raynu. in verſic & uxorem. nu. 544. cum ſeq de teſta. Felyn. late in c quæ in eccleſiarũ. nu. 72 de conſtit. Dec. conſi 193 & pro tenui, nu. 4 Curt. in prima par. in q 8. Alex. conſi 3. in 1. vol & tres effectus huius feudi licet videre per Iaſ in 8. diuiſio. Et ideo ſi inueſtitura hoc modo dicatur. Titius conceſſit tale caſtrum in feudum liberum, & francum: hæc conceſſio importat feudũ omni libertate liberum, exceptis duobus ſupradictis. & etiã importat, omni ſeruitio francum, vt no. Io. And. in addi. ad Specula in titu. de præſcripto & Iacob. in d ſuo trac. de feudo. in verbo, in feudum. in 8. diuiſio. Bal in l. ſi plures. C. de conditio. inſer. c. vnico. de capita. qui curiam uend. illa tamen conceſſio non importat, quod faciat rem allodialẽ, quæ tunc dicitur, quando à nemine tenetur, nec recognoſcitur, niſi a ſolo Deo, & ſic dicitur francum: quia ſui iuris, & nulli ſubiacens ſeruituti. & nullum onus poteſt imponi ſine conſenſu poſſeſſoris. c. j. de allod & ibi Docto Guido Papæ ſing. 330. & Benedict. nu 293 cum ſeq. de teſta. & in iſtis bonis allodialibus non habet Rex, uel alius dominus, niſi protectionem, ut tenet Benedict. ubi ſupra, & in hoc Regno pauca ſunt, quæ non ſint feudalia uel emphyteuticaria ſecundum eum, nu 565. cum ſeq uide Corneum conſil. 16. aperta collat pen. in 1. uol. & an domini temporales habeant de iure communi intentionem fundatam, ꝙ non, excepto Rege. dom. Boer. in §. pen. de conſue. feud. in lib. conſue Bitur & Io. Sanxon rubr. 1. art. 3. in conſuet. Turoneſ uide, ſi libet.

32 ¶Aliud eſt non francum. & eſt, quando in conceſſione dominus retinet aliquod ſeruitium, prout fit regulariter. vt hĩ in libro feudo. & no. And. de Ifer. in rub. in quibus cau. feud. amitta & Bal. in 8. diuiſio. Notandum eſt tamen, ꝙ res, quo ad propoſitum, poteſt duobus modis franca, & libera vocari. primo quando à nemine tenetur, imò poſſidẽs habet & directum, & vtile dominium, & dicitur allodiũ, & non loquimur hic, ſed loquitur titulus de allodijs. Secũdo dicitur franca, ut hic; quia ad aliud ſeruitium non expreſſum non tenetur uaſallus, dabitur tamen laudemium domino directo pro inueſtitura, ut tenet Ioannes Raynand. in d. comprehenſo. in c. Imperialem. §. præterea. & primo. q 20 num. 16. ſup. alleg. & hoc quando alienatur: non vero qñ renouatur inſtar emphyteuſis. l. fi. C. de iure emphyteut. & dominus habebit ius retentionis in feudo, ſicut in emphyteuſi. Iac. in tract. de feud. in uerſic. qui quidem inueſtitu. colla. 16. pro quo facit text. in c. unico. in fi. ibi, aliquid propter feudum acceperint qui feud. dare poſſunt. in c. 1. §. Titius. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dom & agnat. vaſalli, doctor in c. ad noſtram de rebus eccleſ non alienand. dominus Boer. in §. 6 de conſuetudi. feudi ſatis lente pertranſit contra morem ſuum domin. de Chaſſa in conſuetudi. Burgundi. in rubr. [Des retraictz.] §. decimo. gl. prima, num. 7 in additio nouis. Quare galli vocentur franci, an a Francione capitaneo, vel quia liberi, ſatis explicat Guagninus in prin. ſui libri & Benedict. in repet. c. Raynutius in verſ. ſi abſque in 2 num. 29. & ſequ. de teſta. & do. de Chaſſa in conſuetud Burgund. in rubr [Des mains mortes] § 5. in princ. vbi vide. & per Pau. Aemiliũ. in princ. ſui libri, & hiſtoriæ gallorum.

33 ¶ Decimaquinta diuiſio. Feudum quoddam ad hæredes omnes eſt tranſitorium, aliud non. Tranſitorium ad omnes hæredes eſt regulariter quodlibet feudum: nam æqualiter ad omnes deſcendentes tranſit, cap. 1. §. fina. ibi, quod hodie ita ſtabilitum. qui feu. dare poſſunt. & iſtud declarat Iaſ. in præludi. ſi feudo. nu. 128.

34 ¶ Aliud eſt non tranſitorium ad omnes, ſed ſolum ad primogenitum, ut eſt regnum hoc Franciæ; quod ſolum primogenito maſculo defertur, & non aliis, eo ſuperſtite: & idem in Anglia, & Sicilia. tex. in c. licet. de uoto. & ibi plenè doctor Barto. in l. 1. verſ. ſed poſſet dubitari de tali quæſtione. C. de ſumma Trinit. Bald. in cap. unico in princip. ſi de feu. controuer. fuer. inter dom. & agnat. uaſalli. & l. cum in antiquioribus. 8 quæſt. C. de iure delibe. & Petrus Iacob in ſua pract. in titu. de ſucceſſio. regni Franciæ. Ioan. de terra rubea. in tract. contra rebelles regum. & ibi dom. Bonaudi in additioni. in tract. 1. conclu. 8. artic. 1. Iacob. in ſuo tract. de feudis, in uer. in feudum. in 12 diuiſio. & Aluar. in 10. & c. vnico, de ſucceſſio. feu. Petrus de Ferrar. vbi ſup. in vlt. diuiſio. do. Ioan. Sanxon in conſuetu. Turon. in rub. (Des ſucceſſion des fiedz.) artic. 3. & ſi ad plenum uelis uidere de hac materia primogenituræ, uide in d. tract. de iure primogenituræ, per do. Ioan. lecirier. uel quoddam eſt familiare: aliud eſt hæreditarium, ut no. Bald. in l. cum virum. C. de fideic. Familiare eſt, quod pro ſe, & familia recipitur, & in reſtitutione fideicommiſſi non uenit, niſi fideicommiſſarius ſit de familia. l. qui poterat. ff. ad Trebel. Hæreditarium, eſt, quod quis habet pro ſe, & hæredibus quibuſcunque. & ad omnes hæredes extenditur. ſiue ſint de familia, ſiue non & Deci. conſil. 390. quoniam ex nu. 5. & 395. in cauſa ſecus ſi pro ſe, & liberis. Andr. de Iſer. in §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. Alex. conſil. 19 ſuper eo in 5. volum. Dec. conſil. 185. in cauſa, & Curt. in ſuo trac. de feu. in prima parte. quæſt 8.

35 ¶ Decimaſexta diuiſio Feudorum eſt: nam aliud eſt corporale, aliud incorporale. Corporale eſt, quod in immobilibus conſiſtit, caſtro, manſo, & ſimilibus rebus tangibilibus. c. 1 §. item. & ſeq. & §. ſi quis de manſo. ſi de inuesti. feud. contr. fu. & Petrus Iacob. in forma libelli pro re emphyteuticaria, in fi. Iacob Aluar. in prælu. feud. in 22. diuiſio & in cap. unico, col 4. in quib. cau. feud. amit. Curtius in ſuo tract. feud. 6. q. in quarto requiſito. declarant docto. inſti. de reb. corpor.

36 ¶ Incorporale eſt, quod conſiſtit in iuribus decimalibus, uel iuriſdictionalibus, & ſimilibus, ut feudum guardiæ, & caſtaldiæ cap. unico. §. fi. de feu. cog. ſequitur Silueſter de prierio, in ſua ſumma, in uer. feudum. in princ. in ſecunda quæſtio. Alua. in ultima diuiſio in procemio feudorum Iaſ. in 14. diuiſio. Ideo laici poſſidentes decimas (quas ante Concilium Lateranenſe a Papa cauſa defenſionis eccleſiæ habuerunt) iuſtè nunc eas detinent, vt vult Panorm. in cap. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à prælato ſine conſen. cap. illas tamen non poſſent alteri laico in feudum dare, niſi loco religioſo, ut not. docto. in cap. prohibemus. de deci. ſequitur Pet. de Bella pertica, in 5. quæſtio. tractat. de feud. & hoc cum conſenſu capituli ſecundum eos & Berber. in uiato. iuris in rubri. de feud. quæſtio. quarta. & an ſine conſenſu, ponit Iaſon. in cap. 1. qui feudum dare poſſunt. Cardin. Andr. de Imol. in ſecundo, de feud. ubi plenè eos uide, ſi libet & latè ponit domi. Boeri. in conſuetud. Bituricen. in 11. de conſuetud. prædio. cum conſenſu tamen epiſcopi poterit dari in feudum decima alteri laico, conſuetudine dictante: licet contraria opinio ſit communior, ut atteſtatur Stephanus maleret. in tracta. de electio.

37 ¶ Decimaſeptima diuiſio. Feudum quoddam eſt de camera, aliud de cauena, probatur hæc diuiſio in c. unico, in fi. de feu. cognitio. Feudum de camera eſt, quando Princeps cuidam nobili concedit decem recipienda de camera communi, ubi theſaurus reponitur: hoc debet recipi ſingulis annis, & exemplum ponit Aluar. in d. cap. 1. in ciuitate Paduæ; ubi eſt locus, qui appellatur camera ad quam eſt deputatus officialis, qui camerarius appellatur, cuius officium eſt colligere, & diſtribuere omnes introitus ciuitatis. & de hoc uidetur not. in § & indicate uerſic. præcepta ubi bonus tex. ad hoc. in auth. de defen. ciui. col. 3. & tali uaſallo non debet fieri ſolutio de tali camera, uel cauena, niſi ibi, ſit, unde ſolui poſſit. nam ſi euacuata ſit ſine domini culpa, debet uaſallus expectare, donec ſolui poſſit. Solui autem poſſe intelligitur, deducto ære alieno: ut in titulo de notis feu. in princ. & Aluar. in d. c. unico. §. fi. de feud. cognit. & iſtud tranſit ad hæredes, & eſt feudum propriè. cap. 1. §. ſi uero uaſallus. quid ſit inueſtit. declarat Iaſ. in prælud. feud.

38 ¶ Feudum de cauena eſt, quando princeps concedit, ut decem ſextaria frumenti; uel uini ex cauena recipiantur: quæ dicitur locus, in quo frumentum, uinum, & huiuſmodi introitus colliguntur, conſeruantur, & diſtribuuntur. declarat Aluar. ponendo exemplum in eccleſia ſuæ ciuitatis. in qua eſt locus, qui uocatur Capina, ad quam eſt officialis conſtitutus, qui habet colligere, conſeruare, & diſtribuere tales introitus. & ille feudatarius nomine regio colliget, & recipiet quicquam in uino pro ſe, ſicut in ciuitate Burdegalenſi aduocatus regius, & procu. & uide Alua. in prooemio feud. in 17. diuiſio & Bald. in c. unico, de notis feud. & c. unico. §. ſi uero uaſallus quid ſit inueſtitura. & Aluar. ubi ſupra.

39 ¶ Decimaoctaua diuiſio Feudorum eſt: nam quoddã dicitur feudum guardiæ, aliud caſtaldiæ, & aliud quod pro mercede datur. Feudum guardiæ eſt, quod pro cuſtodia datur, ut quando Princeps deputat alicui caſtro guardiatorem, ſiue cuſtodem: nam propter cuſtodiam deſignatur tale feudum, uel guardia habet feudum annexum, ut declarant doct. in c. unico, de feudo guardiæ, & poteſt poni exemplum in capitaneo aquarum mortuarum, cui cuſtodia ciuitatis datur in feudum, & uocatur capitaneus aquarum mortuarum, & habet magnam turrim, in ſummitate cuius ſingulis in noctibus ponit lumen, ut reducat nauigantes ad portũ, ut ſæpius uidi, inſtar ciuitatis Ianuæ, cuius meminit Ioan. de Platea, in l. pen. uerſic. Ianua autem. C. de nauftra. lib. 11. & hoc feudum, anno finito, poteſt reuocari, niſi ad certum tempus fuerit conſtitutum. c. vnico. de feudo guardiæ: quia etiam officia olim non durabant, niſi anno. l. præſidis. cum ſim. ff. ſi cer. pet. & finito officio, finitum erat feudum, quia ceſſante cauſa, &c. c. cũ ceſſante. de appel. l. adigere § quamuis. ff. de iure patrona. l. quod dictum. de pact. & de iſto cuſtode ponit late domi. Boer. in ſuo eleganti tract. de cuſtodia clauium porta. ciui. per totum. Sed hodie communiter feuda, & officia ſunt in hoc regno perpetua, i. ad uitam recipientium duratura, & hoc quando emanant à rege, vel ab his, qui ſunt ex eius ſanguine, & hoc ex conſuetudine generali regni, vt ſæpius vidi obſeruari, & audiui; & ponit Bened. in repetitio. cap. Rayn. in verſ. duas. nu. 44. cum ſeq. de teſta. ſecus ab alijs dominis, quia ad uitam durant dominorum. Notandum eſt tamen, quod habens caſtri cuſtodiam, vel ciuitatis, ſi eam amiſerit, præſumitur culpa amiſiſſe l. cum ita. § ſpecies. ff. de leg. 2 & glo. refert Barb. in additio. ad Bald. in c. vnico. de feud. guardiæ: quod eſt menti tenendum contra cuſtodes fortaliciorum, qui in hoc regno cuſtodias caſtrorum relinquunt, ut nuper uidimus de ciuitate Rhodiorum. & alijs multis caſtris. & pro hoc poteſt allegari tex. in l. quicunque. & ibi hoc notat Bar. C. de fund. limitro. lib. 11. ubi nullus priuatus poteſt cuſtodiam caſtri recipere in limitibus regni exiſtentis, niſi ex conceſſione principis, & contra faciens capite plectitur, & hoc propter regni pericula dictum contingentia, nec aliquis in prædicto regno poteſt Epiſcopatum obtinere ſine Regis nominatione, & conſenſu: ut habetur in titu. de electi. in concordato. in § 1. late ponit Benedic. ubi ſup. nu. 405. cum ſeq. de teſta. & in ordina. reg. in rubr. (Du droyt de regale.)

40 ¶ Feudum caſtaldiæ eſt, quod datur propter procurationem: nam caſtaldus dr̃. cui res domini gubernanda mandatur. gl. in verb. ſi uero caſtaldi. in c. vnico. de feudo guardiæ. & in gloſſ. in uerb. feudo. l. ſi C. quod cum eo.

41 ¶ Feudum quod datur pro mercede dicitur illud, quod eſt alicui conceſſum propter laborem, & pro mercede. Aluar. ita tenet in d. c. unico. de feudo guardiæ. & ibi Barbar. in addit. ad Bald. dicit, quod communiter datur pro mercede alicuius uilis officij, ut pro officio coqui. l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de leg. 3. & coquus principis dr̃ habere dignitatem, ſecundum eum, nil allegat: ſed adduco tex. in l. nemo ibi, nobis iubentibus, ſuſtinetur C. de dignit. lib. 12. quem clamat ſin Roma. ſingu. 205. dicens, officium quantumcunque uile, mandante Principe, effici nobile ſequitur Feli. in c. fraternitatis. de hæret. docto. in l. 1. C. de mand. Prin. Iaſ. in l. omnium in primo nota C. de teſtam. idem dicit Aret. de ſecretarijs principis in §. ſi ad prin. ibi niſi ſit tabellio ad latus, & c. 1. inſtitu. de excep. ſequitur Bonus de curtili. in tract. nobilita. in 3 par. nu. 156.

42 ¶ Decimanona diuiſio feudorum eſt. Aliud eſt in curte domini, quoddam extra curtem: hæc diuiſio elicitur ex c.unico.de capita. qui curiam uendi, ub: tunc dicitur feudum in curte, quando dominus habet dominium poſſeſſionum, & feudorum totius uillæ: ita quod omnes ruſtici, & coloni dictæ uillæ recolligunt omnes fructus, & reditus domini, & portant illos ad domum dominicalem, ideſt, ipſius domini, exiſtentem in dicta uilla, & illa domus appellatur curia, ſeu curtis domini. ideo ſi dominus concederet in feudum unum manſum de dicta uilla, uel ut uaſallus haberet annuatim certum reditum de dicta curte, & omnes alij fructus eſſent domini: tunc ille uaſallus dicitur in curte, & eſt feudum in curte ponit idem Aluar. in procemio feudorum, in 14. diuiſione.

43 ¶ Feudum extra curtem eſt, quando dominus non habet dominium totius uillæ, ſed poſſeſſiones pro maiori parte ſunt ruſticorum, uel aliorum, & dominus modicum habet, puta duas, uel tres poſſeſſiones, & non eſt neceſſe, ꝙ teneat ibi domum dominicales: nam ſi dictas poſſeſſiones infeudaret, diceretur habere uaſallum extra curtem. c.unico.§.pen.& ſi.quibus mod feudum amittatur.

44 ¶ Vigeſima diuiſio feudorum eſt; quia feudum aliud eſt aduocatiæ, aliud de tabula, ſeu quaternata. Feudum aduocatiæ appellatur, quando eſt aliquis aduocatus fortè fiſci, & illi aduocatiæ eſt feudum annexum pro ſuis ſtipendijs exoluendis, & idem in iudicatura, uel procuratia, notaria, uel alio officio, cui feudum ſit annexum. probantur prædicta in c.unico. §.quicunque aduocatiam. de pace tenen.& eius uiola. & idem puto in feudo ſcutiferorum, ſecundum Alua. in proœ. feudorum in 18. diuiſio.& in tit. de feudo guardiæ.& Iaſ. in præludijs feudo.

45 ¶ Feudum de tabula, ſeu quaternata eſt, quando ſpectat ad collationem Regis, vel domini, & illa ſunt ſcripta in quaternis cameræ, ſicut in camera computorum Pariſijs declarat. And. de Iſer. in c.1.de controu.inueſtitu. apud pares terminan. Aluar. in 21. diuiſio. ſequitur Lucas de Penna in l.1.C.de vendi.rerum fiſcal lib.11.& l.quicunque.de omni agro deſert.lib eo.& l.1.de imponenda lucra.deſcriptio.lib 10.videto, ſi libet. Aliud eſt feudum empititium, ſeu mercenarium: ideſt, quod pecunia acquiritur. l.Titius puerum ff.de obſeq. Curt. conſ.50. Aliud eſt feudum edictale, quod quis habet ſtatim, quod eſt hæres uaſalli, cuius perſonam repræſentat, & onus homagij videtur ſubijſſe. no.Spec.in tit.de feudis, in §.quoniam. ver.27 & hoc habet ex edicto prætoris mortui, ut ibi no. Aliud decretale quaſi à domino decretum. nam, mortuo vaſallo, hæres. ſiue filius tenetur à domino petere inueſtituram, & dominum agnoſcere, & iuramẽtum fidelitatis præſtare, & idem dominus tenetur eundem recipere vaſallum. & recipiẽdo videtur ſibi decernere ius in feudo, ideo decretale feudum vocatur, vt declarat Iaſ. in præludijs feudorum in fi.& d. Boer.in §.6.de conſuet. feudi in conſue. Biturigum. Sicut dicitur de bonorum poſſeſſione: nam quædam eſt edictalis, quædam decretalis, de qua vltima eſt tex. in l.1.§ decretalis. ff.de ſucceſſ. edict. de vtraque loquitur glo. in l.3. §. à municipibus. ff de bonor. poſſeſ. Doctb. in l.fi. C.qui amit. declarat mirificè conſocius, ac conterraneus meus d. de Conradis in ſuo tracta. de bonor. poſſeſ. vbi potes videre. Aliud eſt feudum, quod ipſo iure amittitur, aliud per ſententiam ipſo iure tunc amittitur, quando vaſallus, iure prohibente, ſine domini permiſſione alienat: nam licet in aliũ transferre feudum non poſſit, tamen illud verè amittit de conſuetu. libri feudum. c.1.de l. Corrad. glo. in c.1 quib. mod feud. amit. c.Imperialem. §.callidis. iuncta glo.& 3.ſeq. de prohib. feud. aliena. per Frid. & ibi latè Ioan. Raynand. & pet. Iac. in ſua pract. in forma libelli pro re ſeu. in 2.& rubr. de feudo aperto. c.vnico. §.qui clericus. ſi de feud. defunc. conten. ſit inter dom. & agna. vaſal. Barb conſ.11. illud afferam. in 2. vol. d. Batho. de Chaſſa. in conſue. Burgund. in rub. (Des fiedz.) §.1 glo. (Commiſe na poim de lieu.) & d. Ioan. Sanxon. in conſuet. Turon in rubr. (Comment homage ſe doyt offrir.) art.1. in 1. concluſio. & vndecim caſus, in quibus ipſo iure perditur feudum: ponit Fran. Cur. in ſuo tracta. feudal. in 4 par. verſ. reſter. &c. & quod remedium poſſit dominus intentare, ponit Iaſ. late in l. vnica. poſt alios. ff de condict. ex lege, & in procemio feud. hodie alienatur nec perditur, vt ſup. dixi in 3. q. verſic.6. &c. Per ſententiam feudum vaſallus amittit, quando requiritur ſententia priuatiua, & lex non priuat. c.1. de feu. ſine culpa non amit. cap.1. quo tempore miles inueſtitu pete. debeat, & iuribus ſupra adductis. In dubio tamen, quando vaſallus amittit feudum, debet intelligi per ſententiam, non ipſo iure Pet. Iacob. in d. ſua pract. in forma libelli de condict. ex lege non ſcripta, & Curt. ubi ſupra. Quæro nunc finaliter, quæ ſit utilitas, quando ipſo iure amittatur, & an ſit maior, quam per ſententiam, & videtur, quod nulla, quia licet ſit priuatio ipſo iure ſiue per ſententiam, ſemper requiritur ſententia, ſaltem declaratoria. cap. cum ſecundum leges, & ibi Doct. de hæretici lib.6. Felyn. latè, in cap. Rodulphus. de reſcrip.& in cap cum non ab homine. de iud. Reſpon. tres eſſe utilitates præcipuas, quando ipſo iure non amittitur. Prima eſt, quia quando quis eſt ipſo iure priuatus, tenetur ad reſtitutionem fructuum, quos recepit a die, quo fuit priuatus, licet ex poſt interuenerit ſententia declaratoria ita tenet glo. mirabilis, & ſing. in auth. de inceſt. nupt. in uerb imminere. in fi. verb. ſecundum Bal. in marg. in verſic. priuatio. & Ang. in tract. in glo. & eius bona verb quæro licet accuſatio. & Iacob. in tract. ſæpè allegata de feud. in verbo, dictique vaſalli. col.15. probatur argum. l. eum, qui. in princ. ff. de his quib ut indig. textus, & ibi glo. in verb. prouentibus in cap. de multa. de præben. imo fructus recipiendo poſt priuationem, ipſo iure quis committit furtum, & atteſtatur Bald. in c.vnico §.iniuria. de pace iura. firman. ſequitur Iaſ. in l.2. num.17. C.de iure emphyt. plus dicens, quod ſi emphyteuta ſit priuatus, non ſoluendo canonem per triennium: ſi tamen perſeuerauerit in poſſeſſione, recipiendo fructus, ad reſtitutionem tenetur allegat Ang in §.ſi uerò. in authen. de non alien. col.2. Secunda utilitas eſt propter rei alienationem, quia ipſo iure priuatus non alienat. l. manichæos. C.de hæret. l. ſi ff. ad leg. Iul. maieſt.& ibi latius doctores. Tertia eſt utilitas, & vltima pro nunc propter modum agendi: nam alio modo agitur poſt priuationem ipſo iure ante ſententiam declaratoriam. & alio quando quis debet priuari per ſententiam, ut tenet Io. Ray in ſuo feuda. comprehenſor. in §.pęna. nume.14. de prohibita feud. aliena. per Fride. declarant docto. in d.c. cum ſecundum leges. Fel. in c.Rodulphus. de reſcr. & c.cum non ab homine. de iud. & hoc contra beneficiator hæreticos, ſiue Lutheranos, uel ſimoniacos, alias utilitates uide per Iac. de Belui. in ſua pract. rubr. de quæſt. ubi ponit multas feudorum diuiſiones, curioſus reperiet, quia tot ſunt feuda, ſeu ſpecies feudorum, quot ſunt qualitates perſonarum, & modi dandi, ut notat Io. Berber. in d. uiator. iuris, rubr. de feud. His tamen intellectis arbitror, alias diuiſiones feudorum rectè intelligi: in quibus omnib. ſubmitto me correctioni, charitatiuè cuiuſlibet melius ſentientis, iuxta tex. in l claudius felix. in fi. ff. qui potior in pignor. habean. gratias Deo, Virginique Mariæ, ac toti cœleſti curiæ agendo.

F I N I S.

LONGOBARDORVM LEGES.

Adiectæ ſunt gloſsæ Caroli Tocci, cum ſcholijs Nicolai Boerij, & alijs gloſſematis ex vetere manuſcripto indicio excerptis.

Poſtremò ſubiecimus Andreæ de Barulo Commentarios.

AD CHRISTIANISSIMVM ET SVPERILLVSTRISSIMVM & Francorum, & Italiæ Regem Lodouicum xij. inuictiſſimum, Nicolai Boerij I.V. interpretis, ſui ſacri magni Conſiliarij ordinarij Conſiliarij, & ſeruuli obſequentiſſimi præfatiuncula.

SATIS cogitaui Chriſtianiſſime, ac ſapiētiſſime Princeps, quo muneris genere erga tuam ſacram regiam Maieſtatem (pro eius tantis in me meritis ac pro mea ad illam ſeruili deuotione, & fide ſincera) his temporibus vti poſſem. Cum vetuſtiſſimi moris ſit: vt qui à liberalibus, & beneficis Principibus aliquo munere donantur, aut honoribus ornantur, ea econtra offerrē, quæ ſaltem gratitudinem, & memorem obſeruantiam in illos declaratura ſint. Nam aurum & argentum, ac cætera fortunæ dona tam ditiſſimo, & liberaliſſimo Cæſari à tenui, egenoq́ue homunculo elargiri admodū nephas, & penè ridiculum putaretur. Nec iter impediat illa Etheoclis Orchonieniorum Regis ſententia, qui dum prima gratiarum templum extrueret, dixiſſe fertur. Neminem in erogandis donis, aut in ſuperis venerandis ſine auri, & argenti, ac multarum rerum copia ſuo poſſe fungi officio: quaſi nulla, aut modica poſſidente multa poſſe reddere non exiſtimaret. certè vacuam ratione puto tanti Regis fuiſſe ſententiam: Cùm multi, licet vtiles opibus ſint, & diuitiarum effluentia careant, officioſiſſimi tamen, atq; à natura ad gratitudinem proni inſtituti gratos erga benefactores ſuos continue ſe præſtent. Flaccus enim Horatius vir ſapientiſſimus, licet patre libertinæ conditionis natus, ad Mecænatem pro ampliſſimis erga eum muneribus carmina dumtaxat mittere non erubuit. Idcirco, Princeps conſtantiſſime: dum anno ſuperiori mihi in prouinciam prouinciæ commiſſario à tua ſacra Regia Maieſtate deputato, vltra ſex legum volumina leges Longobardorum (quas capitulare Caroli magni Romanorum Imperatoris, & Franciæ Regis iura vocant) eadem in parte occurrerent: quorum vigor, & auctoritas nō modo in hoc tuo ſacratiſſimo Franciæ Regno, ac Italia ob hoc quod ab eodem Carolo, & diuis Ludouico, & Lothario ſucceſſiue Romanorum etiam Imperatoribus, & Franciæ Regibus, tuiſq́; anteceſſoribus pro parte maiori conditæ fuere, ſed in omni fere terrarum orbis parte (vt in hac noſtra pręfatiuncula demonſtrare intendo) ſeruari debet. Memor eius, quod inquit diuinarum literarum ſupremus antiſtes Hieronymus ſuper Malachiam iij. relatus à Gratiano in cap. reuertimini. 16. q. 1. Quod ſi intelligens largito-

rem Deum,& agens his gratias,per quos adeò eruditus eſt, in horreum domini attulerit cibos,hoc eſt ſcripturæ alimenta populis miniſtrauerit, ſtatim aperientur ſuper eum catharactæ cœli,& mandabit nubibus ſuis, vt pluant ſuper eum imbrem,& abundantia omnium rerum perfruetur. Et in inuentario vniuerſi orbis.lib.2.in 4.parte titu.de inuentione,commendatione,& diffinitione legis.ſic dicitur veneratione ampliori puto colendos viros illos accutiſſimis ingenijs præditos, qui vtcunq; ratiocinando inueſtigare conati, quid in rerum natura latitaret: quidve in minoribus appetendis, fugiendoque eſſet ipſis ratiocinandis regulis certa connexione traheretur:aut quid eſſet conſequens,vel potius repugnaret, licet humanitus impediti in multis errauerint: intereà tamen adiuti diuinitus leges temperatiſſimas inuenerunt, quæ homines ad fidei conſeruationem conſtringerent: eorumq; immoderatos impetus cohiberent:vt proindè humanę ſocietatis conciliatio tuta pacis tranquilitate ſub cuſtodia iuſtitiæ lætaretur. Igitur Longobardorum leges à tuis progenitoribus conditas, quæ ante ſemineces, & tanquam apes ſine duce in tenebris iacebant: quamuis à legislatoribus in multis iuris partibus allegentur. quorum allegationes infra (velut poſt terga metentium ſpicas colligens ſimul inſtar gregis recluſi) conglomeratas collegi. Celſitudini tuę pro munere dicare conſtitui: vt ſublimitatis tuæ ſplendore à ſtigio lacu, nigraque palude reuocentur, & tandem reuocatę ſurſum protendentes vitali ſpiritu condonatæ,lucem ſerenam aſſequantur. Nec profectò alius occurrere potuiſſet, ad quem aptius greſſus direxiſſem,quàm ad te Princeps Sacratiſſime, qui ſuprà omne genus hominum libros quotidie legis, & optas,& eorum præcepta veneraris,& colis. Et qui omnium rerum tui incliti Franciæ Regni,& Italiæ habenas pro illis tuis ampliſſimis cogitationibus diuiniſq; conſilijs piè continentur,iuſtè,intrepidè,atque feliciter. Et (quod admirabilius eſt) cum ſumma omnium nobilium,& plebeiorum gratia moderaris,& tenes: ac Regni vera gloria literarum ſpes vnica,ingeniorum culumen, & ereptor,oppreſſorũque patrocinium,ac æquitatis,& iuſtitiæ vera imago. Suſcipe igitur Princeps potentiſſime hilari vultu, & fronte placida hoc Capitulare Caroli Magni, quod obſequentiſſimus ſeruulus tuus tenui manu, ſed immenſa voluntate in tuo ſacratiſſimo laterculo conſeruandum offert. Memor ſis eius quod Arthaxerxes Perſarum Rex Sereniſſimus crebro ſermone vſurpabat, non minus regale,& humanum eſſe in Principe parua munera accipere, quàm ingentia elargiri: quod pro tua in omnes munificentia & humanitate facturum, te arbitror, & ſpero. Vale, Princeps Sereniſſime, decus militum, nobiliumque gloria.

PRAEFA-

PRAEFATIVNCVLA IN LEGES LONGOBARDORVM,

CHRISTI Saluatoris noſtri nomine inuocato. Præſuppono in primis, ne videar ſuper opere caduco, & ſuper ambagibus laborare, à quolibet liber iſte Longobardorum, ſiue Lombardorum fuerit factus. Secundo, an hæ leges Lombardorum (quæ pro maiori parte ab Imperatoribus, qui erant Reges Francorum, prout nunc, & Lombardorum) conditæ fuerunt: de quibus ſæpenumero in libro, & vſu feudorũ tam in tex. quàm glo. & alibi per diſcurſum iuris vtriuſque fit mentio; ſint authenticæ, & allegabiles ad deciſionem cauſarum, ac ligent omnes, aut ſolum Lombardos. Circa primum dicendum eſt ſecundum Aluaro. in prælud. feu. quòd leges Longobardorum fuerunt à quodam Carolo conditæ; & pro hoc allegat glo. c. 1. 31. q. 1. quam Felyn. in c. 2. verſ. diuerſorum librorum auctoritate, &c. de reſcrip. dicit reperire non potuiſſe; ſed fuit (vt credo) vitio impreſſorum: quia illa gl. eſt in c. 1. 33. q. 1. verſ. ſcriptum eſt primo lib. capitulari Caroli, ſ. in Lombardia. & nihil plus dicit. Et modo reperi ipſam ſic allegatam per Alex. in l. pro hærede. §. ſi ſepulchri. ff. de acquir. hæred & per Io. Bapt. de Cacialupis de ſancto Seuerino. in c. 1. verſ. adde, quod iſtæ leges Lombardo. &c. de feud. cog & per Franc. de Curte, in tract ſuo feud. in prima parte, quæſt. 5. Et ſic liber iſte appellatur Capitulare Caroli ſecundum glo & Doctor. ſup. alleg. & hoc dico probari per ſupraſcriptionem c. in memoriam. 19. diſt. ibi. Item ex capitulis 1 † Caroli Imperatoris, & etiam in ſupraſcriptione c. ſacrorũ canonum. 63. diſt. & inter omnes. in fi. 11. q. 1. ibi, ita inſerta per Carolum renouata cognoſcat, quę in ſuis capitularibus ait, & ibi glo. dicit, quod non inuenitur in Lombarda, quæ nunc eſt, ſed in ea, quæ in Gallia, & in cap. ſeq. incipiente, volumus ibi, & inter noſtra capitula pro lege tenenda, &c ut inf. de capi. pro leg. tenen. l. vna. & in l. 1. de epiſcop. & cler. ſic profectò appellat gl. in c. 1. §. iniuria. uel furtum. in ver. legitimè. de pa. iur. fir. ubi etiam dicit, quis fuerit iſte Carolus, & non fuit ſecundum glo. Carolus, qui dicitur filius Pipini, ſed fuit ille, qui fuit pater Pipini, ut conſtare dicit in c. ſuo. charta vlt. & inf. de epiſco. & cler l. & hoc ſtatuimus. Et idem Bald. in §. hoc, quod noſ. verſ. nam & Imperator, &c. de pace conſtan. ubi dicit, quod Carolus Imperator fuit pater Pipini, & Imperator Pipinus fuit pater alterius Caroli Imperatoris, & iſte Carolus fuit pater Ludouici Imperatoris, & Ludouicus fuit pater Lotharij Imperatoris. alleg. cuiuſlibet. inf. de fur. & l. ubi pro tempore. inf. de epiſco. & cler. & d. l. 1. inf. de capi. pro lege tenendis, & ſic patet, quod plures Franciæ Reges fuerunt Imperatores Romanorum, & præter prædictos fuerunt Ludouicus filius Lotharij, Carolus Caluus, Carolus Groſſus, & Aſtulphus, & ſic ſeptem Reges Franciæ fuerunt Imperatores, & tamen mihi uidetur, quod gloſſ. & Docto. ſupra allega. errauerunt. Quia bene verum eſt, quod fuit unus Pipinus, qui fuit principium generis, & poſteritatis ſuæ, nec habuit patrem Regem, aut Imperatorem, ſed fuit præfectus regalis Palatij tempore Theodorici regis, & deinde Clodouei. & Childeberti fratrum, & præfecti Theodorici, nec non etiam Dagoberti ſecundi, & filij Childeberti ſucceſſiuè Regum Franciæ, & iſte Pipinus habuit filium nomine Carolum, qui ex quadam victoria contra Regem Hiſpanum obtenta nominatus fuit Martellus Groſſus, & præfecturam Palatij obtinuit, & Regnum Franciæ gubernauit, & ipſum occupauit. Ex quo deſcenderunt Carolus magnus, & Pipinus, & per ordinationem, ſeu diuiſionem per Carolum Martellum factam Carolus magnus habuit Auſtrigiam, Sueuiam, Alamaniamque, & Lotharingiam. Et Pipinus Burgundiam, & Franciam. Et deinde totum Regnum poſt mortem fratris Caroli magni à Zacharia Papa primo conſecutus eſt, ſecundum Gaguy. in chronica ipſorum. & Platinam in chronica dicti Zachariæ, Childerico inutili Regno priuato, ſecundum Gaguy. & in c. alius. 15. quæſt. 6. (ſed ſecundum Platinam iſte inutilis priuatus Regno vocabatur Carolus: alij dicunt, quod vocabatur Ludouicus, ſed non refert, quo nomine appellabatur.) Et iſte Pipinus Rex Franciæ in Longobardos (quorum Aſtulphus Rex erat) exercitum duxit, & ipſum Regem Aſtulphum ad Rauennam vſque fugauit. Et omnes per eum receptas ciuitates Stephano Romano Pontifici ſecundo reſtituit. Cui Carolus magnus eius filius ſucceſſit, in quem tranſlatum fuit per ipſum Stephanum Papam Imperium Græcorum. cap. venerabilem. de elect. ut inf. dicam. Is Longobardos à ciuitatibus Venetiarum, Florentiæ, Ianuæ ac tota Italia expulit. Et maximè Papiam obſedit, & Regem Deſiderium accepit, & huic Carolo magnus Adrianus Papa I. in Synodo ſancta patritiatus dignitatem donauit, ac ius eligendi Pontificem conceſſit cap. Adrianus, in 2. 63. diſt. Et iſte Carolus magnus habuit Ludouicum Regem Franciæ, & Imperatorem, & Pipinum filios. huic Pipino filio ſuo pro parte, & ſucceſſione paterna dedit, & donauit totam Italiam, ut patet per Gaguy, & Platinam in geſtis eorum, & Anto in prima parte hyſt. titu. 4. cap. 5. in princ. probatur hoc in d. l una, de capitulis pro lege tenendis. ubi Imperator Lotharius dicit, [Placuit nobis, ut capitula, quæ exterſimus de capitulari bonæ memoriæ aui noſtri Caroli, ac genitoris noſtri Ludouici Imperatoris, &c.] Et ſic pater Pipini Regis Italiæ fuit Carolus magnus Imperator: qui leges (quibus Longobardi uiuunt) fecit, & Venetis permiſit ſuis uiuere legibus, ac moribus: quia ſi intelligeretur de patre primi Pipini, qui habuit Carolum Martellum, hoc non poteſt eſſe: quia (vt dixi) non habuit patrem Regem, aut Imperatorẽ; nec pariter fuit ipſe Rex. item nec de patre ſecundi Pipini Regis Franciæ, & patris Caroli magni: quia intelligeretur de Carolo Martello, qui licet ſtrenuus, & bellum in agro Narbonen. contra Lupardum Lombardorum Regem habuerit: tamen alpes non egreſſus eſt, nec Imperium habuit: nec profectò alius Rex Franciæ ante Carolum magnum: licèt in ſupraſcriptione plurium legum ſit, & contineatur Imperator Pipinus, ſed Pipinus filius Caroli magni fuit Rex Italiæ, qui fecit leges, prout hic reperiuntur, ut clarè per l. de aduenis, & peregrinis. inf. de homicid. liber. homi. ubi in fi. dicit. [Modo per Dei omnipotentis miſericordiam, & præceptum domini, & genitoris Caroli Regis Francorum, & Longobardorũ, ac patritij Romanorum ſimul, & per noſtram præceptionem, &c.] Et ſic non fuit Pipinus Imperator, aut alius ante Carolum magnum, & probatur inf. de offic. iudic. l. de vniuerſali populo, & l. ſequen. & l. placuit eo. & in l. placuit. & l. ſequen. inf. de epiſco. & cler. Vel dicamus ſecundum Odofr. quem ſequitur ibi Bald in auth. dos data. C. de dona. ante nupt. quod leges iſtæ fuerunt conditæ à quibuſdam Regibus, qui appellabantur Longobardi, ideſt Apuli: qui primo uenerunt de Sardinia, & Romania in Apuliam: qui ideo ſic appellati fuerunt propter longas barbas, quas deferebant, & idem dicit Alexand. in d. §. ſepulchri. & Franc. de Curte, ubi ſupra, in 5 quæſtio. & idem Platina in chronica Papæ Adriani.] Sed Gaguy. alio modo in dicti Caroli magni chronica Longobardorum ſcribit originem: quia cum ex Candinania inſula, quæ in Oceano Germanico eſt, nouas ſedes quærentes duobus, & 40. annis in Pannonia ſe collocaſſent, Narſes eunuchus. quem Iuſtinus Byzantius Imperator aduerſus Gotthos Italiæ præfecerat, offenſus Sophiæ Iuſtini uxoris verbo, Longobardos in Italiam accerſiuit ut ibi uide. Sed prima uerior eſt

1 † Concilio.

Circa uerò ſecundum, nunquid iſte liber ſit authenti-

tus, & allegabilis ad deciſionem cauſarum, ac ligent omnes. Archid. in c. quæcunque 11. quæſt. 1. uerſ. dicit Bald. ubi tex. & in ſecunda quæſt. ſe. fecit mentionem de hac l. Lombarda, & dicit ipſam eſſe inualidam, & Bald. in d. auth. dos data. dicit poſt Odofred. ibi, quod hodie ab aula receſſit, uolens fortius in l. ſi inuita. C. de nupt. quod de hoc iure Lombardorum non eſt curandum, & idem Lucas de Penna. in l. una. C. de gladiato. lib. 11. ubi dicit, quod hoc ius Lombardorum non meretur appellari lex, ſed fex: quia fæce turpium uerborum, & ſordidorum, quę nunquam deberent ſapientis linguæ adeſſe: ex eo, quod hoc ius Lombardorum admittit in multis caſibus duellum: quamuis Gregorius ipſam legem Lombardorum pro ſe inducat. 12. quæſt. ſecunda, cum deuotiſſimam, & alibi dicit Bal. quod liber iſte Longobardorum non eſt authenticus: quia extincto Regno ipſorum Longobardorum, extinctæ fuerunt leges eorum, ut ipſe no. in cap. tranſlato ſacerdotio, de conſtitu. & an abolitio titulo Regis, uideatur abolita lex Regis, uide per Gul. de Cugn. Bart. & alios. in l. ſi conuenerit. 2. §. ſi nuda. ff. de pigno. actio. & per Bart. in l. 1. §. cohæredem. ff. ad leg. Falcid. & in l. 1. C. de metrop. Beryt. lib. 11. & melius, & plenius. idem Bar. ſcripſit tract. Tyberia. in c. de inſula. q. quæ inc. p. ſed quæro. & plenè per Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de treuga & pace. in princ. q. Sic etiam dicit idem Bald. in cap. 1. §. hoc autem. qui feu. dare po. quod ſtatuta non debent interpretari ſecundum ius Lombardorum: quia locale eſt, & in ſolis Lombardis locum habet: ergo interpretari debent ſecundum ius commune: in illa quæſt. ſi ſtatuto cauetur, quod occidens non poſſit rebanniri, niſi habeat pacem cum hærede occ. ſi, quod non ſufficit habere pacem cum filia: quia de filia iure Lombardo non poteſt ſeuare faidam, ideſt, inimicitiam, ut inf. de homicid. liberi hominis. l. ſi quis Longobardus. & tenet glo. in dicto §. hoc autem in verbo, legibus. in fi. quod Bald. ibi non putat uerum de iure communi. de quo ibi per eum, & Card. Alexand. & per Bald. Roman. & utrunque Imol. in d. §. ſepulchri. & hanc opin. ſequitur Andr. de Iſer. in c. 1. §. item ſciendum ad fi. de notis feud. quod ius legis Lombardæ ſolum ſeruatur inter ipſos Lombardos. & fortius dicit in d. cap. 1. § fi. quod multi dicunt, iſtud ius eſſe aſininum. & carere ratione, & Archi. in d. c. cum deuotiſſimam vocat hanc legem vulgarem: quia vulgaribus verbis, uel à vulgaribus, & rudibus extitit compoſita, & Lucas de Penna. in dicta l. vna. de gladia. dicit, eam eſſe factam à beſtialibus, & etiam in l. 1. C. de conducto. & procur. lib. 11. dicit, quod Longobardorum ius latum fuit à Barbaris, ac hominibus ſæuis, & irrationalibus, qui ex coniuratione acta per Narſem patritium tempore Iuſtiniani filij maioris Iuſtiniani uocati ex Pannonia more prædonum Italiam velut nunc faciunt magnæ Campaniæ inuaſerunt, & in hanc partem ibi inclinat multum ſingulariter, & idem dicit And. de Iſer in d. c. 1. §. quia uidimus. qui feu. dare po. & glo. in d. § iniuria. in illa quæſt. an iniuria, uel furtum puniri debeat ſecundum leges Lombardorum, aut Romanorum, & concludit, quod non debet puniri ſecundum leges Lombardorum: quia dictus Carolus magnus pater Pipini Regis Italiæ non fuit Romanorum Imperator, & ideo iſtæ leges non ligant: quia qui Romana lege uiuit, ei ſubiacere debet, ut J. ut Roma. popul. interro. qual. uiuere uelit, & ſolum erat Rex Franciæ, & Lombardiæ. inf. qualiter diſſ. homi. ſuas res ſeru. deb. l. 1. in fi. nec inuenitur ſecundum glo. in hoc lib. quod fuiſſet Imperator: niſi per ſuprascriptiones ſuper leges eius factas ab his, qui compilauerunt hunc librum ſuper titu. competentibus, ſiue rubricellis: imò per legem, quam fecit, ſcilicet, primam appellatus Rex tantum, ut l. 1. inf. de epiſcopis, & clericis, & per multos annos (ut inquit glo.) ſtetit Rex Franciæ, & Lombardiæ, antequam haberet Imperium, & tunc fecit. l. ſi quis latro. infra de furt. & ita dicit apparere per capitulare ſuum, ſi quis bene ordinem inſpexerit in Lombardia confuſa, non intitulata. nec enim ſecundum glo. inuenitur, niſi 9. aut 10 feciſſe leges, poſtquam fuit Imperator, ut in ultima charta capitularis ſui reperitur, & probatur per gloſ. ſam in dicto cap. uenerabilem. in verbo, tranſtulit. in 1. q. de elect. dicit quod tranſlatum fuit Imperium ipſum ad Carolum magnum anno Domini DCCXXVI. & 15. anni. poſt fuit coronatus Imperator à Leone Papa iij. idem dicit Platina in chronica dicti Leonis Papæ, & glo. & Docto. in c. ſi Imperator. in uerſ. diuinitus. 90. diſt. & Anto. in 1. parte hiſtorialis ut. j. capitulo quinto, in princip. ubi dicit, quod Conſtantinus tranſtulit ſedem Imperij ab vrbe in Conſtantinopoli in Græcia, & poſtea ab Adriano, & Leone Pōtificibus a Græcis tranſlatum fuit in Francos, quorum primus fuit Carolus magnus: de quo vide in lib. dantis in parte, qui dicitur Paradiſus. capit. quod incipit [Poſcia che Cōſtantin commento.] In contrarium videtur: quia l. condita, non eſt de ea amplius diſputandum, ſed ſecundum eam iudicandum. c. ap. erit autem lex. in fin. quarta diſtinct. ſeruanda enim eſt lex. licet ſit dura. l. proſpexit. ff. qui. & a quibus ma. libe. non fiant, cum ip ſa lex Lombarda ſit approbata, & primo per textum iuris, qui eam approbat. text. in cap. primo, de feud. cogni. vbi dicit, quod omnes lites ſolēt dirimi, vel ſecundum ius commune, vel ſecundum ius Longobardorum, vel ſecundum conſuetudines feudales; ergo præſupponit, quod leges Lombardæ ſunt authenticæ: aliàs ſecundum eas non poſſent dirimi cauſæ, ad idem facit tex. in capit. primo, ibi, ut in Lombarda de his, qui ad palatium venire contempſerint. l. cuiuſcunque. &c. de milli. vaſal, qui contu eſt, & in capitulo primo. §. quid autem. cum §. ſequen. vſque ad fi cap. de no. feud. & in capit. primo, in fi. qui ſucceſſores teneantur. & in cap. primo, in princip. qua ſitet olim feu. ali. pote. ubi fit mentio de conſtitutione Lotharij poſita infra de beneficio, & etiam in fin fit mentio de l. Corradi, de qua in d. titu. de benefi. & etiam in ca. uno. in fin. de controuer. inter domi. & fidelem. quæ allegat l. quæ eſt. infra de acquiſi. actorum Regis, & etiam in capitu j. §. non eſt conſuetudo. ibi, quod præcepit lex Longobardorum, &c. de alie feud paterni. & in d. cap. ſi in memoriam. & d. cap. ſacrorum canonum. & etiam in d. c. quicunque cum 2. ſeq. 1 1. quæſt. 1. ubi conſtitutiones Longobardorum factæ per illum Carolum ſunt canonizatæ, & in d. c. cum deuotiſſimam. 12 quæſt. ſecunda, vbi canonizata eſt l. j. infra de aggreſſione in uico facta, de verbo ad verbum, quemadmodum videmus cæteras Imperatorum leges à canonibus, & conſtitutionibus Pontificum approbatas capit. in primis. cum ſequ. 2. quæſt. 1. & 11. quæſtio. 2. c. eadem enim, quæ. & in alijs multis eiuſdem decreti paſſibus, & in Concilio Conſtantien. fuit appro bata quædam conſtitutio Caroli quarti Imperatoris, quæ incipit Carolus Quartus, & inde Carolina vocata, vt patet in deci. 19 & ſequen. vbi etiam approbatur conſtitutio Friderichi Secundi. de ſtatutis contra. libert. quæ eſt. C. de ſacroſancta eccleſ. authent. priuilegia. & dicit lex canonizata, quæ inſeritur à canone: non quæ ſimpliciter inſeritur a Gratiano, ut dicit glo. in c. j. in verbo, tractatos. circa medium, de rebus eccl. non alie. lib. 6. & Fely. in c. cum cauſam. uerſic. ad illud de conſue. &c. de re iud. adeo quod poſteà Imperator in præiudicium ſubditorum eccleſiæ reprobare non poſſet ſecundum Abb. Sicu. quem ibi ſequitur Cardin. Alexan. in procem. decret. & idem Card. in prælud. feud. & etiam approbatur lex Lombarda per textum in cap. Raynutius. ibi iure Longobardorum. de teſtam. & non ſolum text. ſup. allegati, ſed etiam gloſ. ibidem, & Doct. ita etiam allegat glo. ſingularem pro deciſione ſucceſſionis feudi in capitulo j. §. hoc autem notandum. in uerbo legib. de his, qui feud. dare poſſunt. & etiam in dicto capi. j. §. cum verò Corradus in verſ. producere dignaretur de his, qui feud. dare, quæ dicit, quod Corradus Imperator fecit illam conſtitutionem, & legem, in qua continebatur, quod non ſolum filij, ſed etiam nepotes ſuccederent in feudo, ut probatur in dicto §. cum verò Corradus, & conſtituit multa alia, quæ habentur in hoc libro, ſeu in legibus Longobardorum: ergo ſicut. §. cum verò Corradus. eſt authenticus. idem erit in alijs legibus ab eo conditis, & etiam allega glo. in d. capit. j. §. notandum. in verbo, gradum, & in §. ſeq. in glo. vlt. & in cap. j. §. vlt. in verbo. feudum (Epiſcopum, vel Abbatem. Sic etiam allegat leges Longobardas, gloſ. in capitu j. in verbo conniuenti, quæ fuit cauſa beneficij amittendi. & in ca. 1. §. non eſt conſuetudo. in verbo, licet lex de alien. feud. pater. Sic etiam allegat gloſ. in c. j. qualiter autem. in verbo duellum. & in § ſi quis alium. in verbo, vitam. & in §. ſi ruſticus. in verbo, voluntate, & in §. ſimiles in verbo, diuino. de pace tenen. ad idem gloſ. in c. j in verbo, ſimilibus, an mutus, vel aliàs imperfec. & in ca. j. §. j in verſ. conſcientiæ. de conſue. recti feu. & gloſ. celebris in capit. primo, in princ. in verbo, à 18. & in §. receptatoribus. in verbo, receptatoribus cum glo. ſequen. & dicto §. iniuria, vel furtum. in verſ. furtum. de pace iuram. ſir. ad idem gloſ. j. de prohibi. feud. alie. per Frideric. & in d. cap. j. §. j. in verbo, tenebatur. in fin. de prohib. feu. alie. & per

& per Fride.& glo.in c.1.§.item ſi fidelis.in ver.cucurbitauerit.& in verbo, turpiter luſerit.& in verbo, amittere. quibus modis feud.amitta. & glo.in ca.vno.in verbo reuertitur.in fi.de aliena.;feud. & idem glo. 1. in vno. an maritus ſucce.vxori.in benefi. ad idem. gloſ.fi.in c. vno de benefi. fratris.& glo.1.2. & c.2. glo.vlt. in c.fi.quo tempore miles inueſti.pete.debe.& idem facit glo in c. vno. in verbo. vſq; ad annum.fi de inueſtitura inter domi.& vaſal. lis oritur. & glo.vlti in c.1.de feu.dato in uicem.l.commiſ. & glo. 2. in c.1.§.1.quid ſit inueſti.ad idem glo. ſingu.in c.1.§.fi.de inueſti.de re alie fac.& non ſolum in libro feudorum, ſed alibi glo.allegant hanc legem Longobardam. ita allegat glo.in auth.ſed nouo iure.C.de ſeruis fug.& in l.falſus. §. plerique.in verbo, menvtra dicunt.ff.de fur.& in l.ex conſenſu.in prin.in verb. adulterium.C.de repud. in l.velles. in verbo, mariti.C.de reuocan.donatio. & gloſ.in c.ſtatuimus.in verbo, bannum.16.q.1.& glo. vlt.in c.fi. de ſeruis non ordi & in cap.vbicunque.in glo.vlt.de pœnis. lib.6.& in l.ne diutius. in verbo uentrem. C.de agrico.& cenſit.li. 11.& in l.ſi in ver.tam eas,eo.titu.& in l.cura extruendi. §.fi.in glo.fi.ff.de muneri.& hono.& in l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.in verbo,niſi à domino.in fi.ff.ad legem Aqui.l.& in alijs pluribus locis, quæ cauſa breuitatis (ne tædio lectores afficiam) omitto, prout in commento ſuper ipſis legibus faciendo (Deo mihi auxilium præbēte) allegare intendo: licet pro nunc aliquas annotationes inſeram. Quid igitur in hoc paſſu dubitabili dicendum ſit, Ioan.de Ligna.in d.cap.Raynut.poſt Innocen.dicit,quòd iſte eſt ſpecialis liber, in quo ſpecialia iura ſuper dotibus ſtatuuntur. Et colligit ius Lombardorum approbari per canones, & eſſe ſeruandum: quod verum intelligit in his, quæ faciunt pro nobis,& non contra nos: quia iſta lex Lõbarda approbat duellum,vt infrà de homicid.liber homin. l.quæ verò intra treguam. ubi ſunt duo caſus, in quibus permittitur pugna.item in alio.ſi quis uocauerit alium argam,id eſt,cucurbitam ut l.vltima.infrà de purgat.rei. & l. prima.de conuicijs. & infrà qualiter quis ſe defende.deb. quaſi per totum. quod ius canonicum reprobat ut de tormen.cap.primo & ſecundo. & de cleric. pugnan. in duello,&c.ſic etiam permittit ius ciuile l.qua actione. § ſi quis in colluctatione.ff.ad legem Aquil.& conſtitu.Fride.in certis caſibus,de pace tenen.c.primo.§.primo.cum tribus ſequen.& Lucas de Penna. excipit duos caſus in l prima. de gladia.de quo ibi per Iaco. Rebuf. Ange. in conſil. 374 & Barbat.in conſi.62.volu.1.quod eſt amplum, & ſingulare & per Iaco.in titu.de duello. quem Bald.in dicto.§.ſi quis in colluctatione.alleg. & Ioan Fab.in §. per contrarium. inſtitu.de hæredi.qui ab inteſta.defer. ubi dicit, quòd per ſtatuta, ſeu ordinationes Philippi Pulchri Regis Franciæ toleratur duellum in Francia in omni caſu. cuius pęna eſt mors,& crimen eſt occultum,quod non poteſt probari clarè per teſtes, & quòd ſit præſumptio contra reum talis, quòd poſſet ſupponi torturæ,& quæſtioni ſi accuſator hoc requireret. alias non permittitur, nec etiam pro furto, tamen ſecundum eum quicquid ſit,prouocans,& ſponte recipiens, & iudex iudicans peccant per tex.in cap. monomachiam.2.q 5.de monachis eſt rubr.inſ.eodem. ubi in l.prima.uocat legem impiam, quæ permittit pugnam. & pro nunc non expedio, ne leges ſuis dotibus ſpoliem, ſed dicam in dicto titu. de homici. libe. homi.& in alijs titulo ſup. allega. & in conſilio uidi denegari duellum nobili Michaeli [de Chate au giron] reo accuſato per nobilem Catherinam [de Brie] vxorem fratris ipſius rei agentem actione iniuriarum. licet eſſent ex Britania, ubi duellum habet locum, pro quo erat textus infrà de iniurijs mulierum.l.2.ſed bene fuit proceſſum contra eum, de quo uide deciſ. Gratianopol. Papæ. q. 617. cum ſex ſequen. ubi inſerit illam conſtitutionem Philippi. nam de uerbo ad uerbum, & quid ſeruet parlamentea Pariſienſis curia, uide in ſtilo parlamenti in quarta parte. de arreſtis articulo 40.& arrien. 42.& 44 ſed ſecundum Andr.de Iſer. in prælu. feud. in legibus Imperatorum hic inſertis ſicut Caroli, Ludouici, Lotharij. & aliorum Imperatorum non eſt dubium quin pro legibus ſeruari debeant, ex quo ſunt leges Imperatorum l leges. C de legi. & quòd no.in l.prima. C de ſumma Trinita. licet in hoc ſacratiſſimo Franciæ Regno, ſeu in conſiſtorijs, & curijs ſupremis Franciæ leges Romanorum Imperatorum allegentur, non pro authoritate, ſed pro ratione. ut no.Bal.in l.nemo.in princ. C. de ſen.omnium iudi. & in d.§.iniuria. de pace iura.firm, pro hoc allego text. in cap.ſuper Specula. ibi, quia tamen in Francia,& nonnullis prouincijs laici Romanorum Imperatorum legibus non vtuntur, &c.de priuileg. hoc ideo quia leges non debent allegari in conſiſtorio Principis, ut dicit Paris de Puteo.in tracta. ſyndica. in verbo teſtis.cap. qui ſemel.per tex.in auth.de conſuli & licet hæc, ratio ſit bona, & quam ſeruant curiæ ſupremæ, dicendo aduocatis iura allegantibus. (Venite ad factum.curia ſatis illa intelligit:) tamen credo quod leges Imperatorum non allegantur in Francia, aut ex eo, quod Imperio, nec Imperatoribus eſt ſubdita,ut dixi de aucto magni regal. conſilij & ſolum ſubditis dantur,& traduntur leges, & non alijs, ut d. l.prima.de ſumma Trin.& per approbationem legum Imperatorum ſe Imperio ſubiacere, & reddere ſubditos uideātur,aut quia conſuetudinibus, & iure non ſcripto Francia vtitur,vt dixi li.conſue. Biturig. tamen propter ſacrā theologiam, quæ Pariſijs viget, leges ibi non leguntur d.ca.ſuper ſpe. ſed hic Carolus Magnus, Lodouicus Pius, & Lotharius eius filius fuerunt Romanorum Imperatores, & Reges Franciæ approbati ab eccleſia. De Carolo eſt tex.in d.c.Adrianes.& c.venerabilem.& alijs iuribus. ſup. alle.& de Ludo.in cap.Ego Lodoicus. & in c.Reatina eccleſia, & cap.inter nos. in ſupraſcriptione, ubi ſit etiam mentio de Lothario 64.diſtin.& quaſi per totum.& iſte Lotharius fecit plures leges.& conſtitutiones ad limen Beati Petri tēpore Eugenij Papæ,ut inf.de pontificibus, & in uſi.feudo. titu.conſti.feudal domini Lotharij quas ante ianuam Beati Petri,&c.quæ allegantur.per omnes,& qui maiorem partem harum Lombardorum legum condiderunt,ut inf.dicam ideo vbique terrarum debent, & magis ac etiam magis debent hic ſeruari pro legibus, & etiam quia plerunque in iſtis legibus dicitur, fiat punitio, & condemnatio ſecundum morem Francorum.ut inf.de exercital.quicunque liber homo. & l.ſequen. inf. de fur. l. qui poſt miſſam S.Ioan. Baptiſtæ. & in l.de illis.de his qui ad mortem condemnati fuerunt. & in l.fi.inf.de quanti. ſolido. ubi ponit de ſolutione facienda per Francos, Sanxones, & Frigiones.& in l.de uniuerſali. inf.de offic.iu. Sed de legib. Luprandi, Rotharis, & aliorum Regum Lombardorum, & maximè Aiſtulphi, qui ſecundum Platinam in Pauli I Papæ chronicæ fecit multas leges, & conſtitutiones in Lombardia,& tales non reperiuntur fuiſſe Imperatores Romanorum,ſed tantum Reges Lombardię,non debent ſecundum Ioan.de Iſernia ſeruari pro legib. quia Regno tātum potuerunt legem imponere.d.l.Et hoc caſu militare poteſt dictum Bal.in d.c.translato, quòd, extincto regno, extincta quoque fuerit lex regni. ſed tamen ratio ipſarum legum à præfatis Regibus Lombardiæ conditarum allegari poteſt ſecundum ipſum. cum ex legibus abrogatis, & correctis maneat ratio.l.ſecundæ. ff.ad Trebel. & l.1.& ibi Bart.ff.de coniungen.cum emancipa.libe. de quo per glo. & Sal.in l.1.C.de Latina liber tollen. & in c.damnamus. de ſumma Tri.& in c.nouit.de iudic.& glo.in d c.quicunque.11.q 3.& in c.cum deuotiſſimam. ſed hoc ultimum reprobat Iaco. Alua.in prælud.feu.col.5. dicens poſt Nicola.de Neapoli ibi,quòd iſtud de ratione legis correctę,intelligitur de legibus, quæ ſunt in 6. voluminibus iuris communis, quia ſi aliqua lex, ex dictis voluminibus ſit correcta, manet tamen ratio illius ex qua poteſt aſſumi argumentum: ſecus eſt ſi ex legibus, quæ non ſunt in dictis 6. voluminibus,vellet quis aſſumere argumentum,tunc non poteſt,vt no.glo C.de Iuſtinia C.confir. in verbo neceſſe. circa me.imò eas allegans punitur pœna falſi, ut ibi dicit tex.& per Cardin.Alexand.in cap. ſi Romanorum. 19.diſtin. & Barto. in l.fina. ff.de fal. & Paris. de Puteo in tracta.ſyndi.in verbo,probatio.c.2.in fi.& in verbo, teſtis. ca. qui ſemel.& Bald in l cum multis. C.de dona. Aluaro. tamen fatetur, quòd Imperator poſſet hodie facere nouas leges, vltra illa ſex uolumina librorum iuris ciuilis, ut uidemus de pace Conſtan.ad reprimendum. & in extrauag.qui ſint rebelles, de pace tenen. & de pace iura. firm. de prohi.feu.alien.per Lotharium & etiam per Federicū. & idem Bal.in c.1.§ fi.ver.venio ad primum.de pace Conſtan ubi dicit,ꝙ ll.Federichi, & capitula pacis Conſtantiæ poſſunt pro legibus allegari.& Bart.in tract.de Guelphis, & Gebellinis. cap.1. Finaliter concludit Felyn.eas valere, vt extrauagantes.ſed Alexan.de Imo. in d.§.ſepulchri ſequitur expreſsè diſtinctionem And.vbi dicit,ſe vidiſſe hoc ius Lombardorum.tamen non eſt memor,an ex inſpectione appareat, quæ fuerint ab Imperatoribus edita, & quæ

à Re-

à Regibus. ſed ego aſpiciens ſupraſcriptiones omnium ll. in vnum collegi, ut cognoſcatur, à quibus Imperatoribus conditæ fuerint, vt patet per ordinem, ut inf. pono. Et ipſum Andræam ſequutus eſt Cardina. Alexan. in præludijs feu. vet. mihi videtur dicendum, quòd ll Lombardorũ quatenus reperiuntur, vel ab Imperatoribus approbatæ, uel cõſuetudine obſeruatæ, poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum, & iſto caſu, poſſet habere locum dictum Bald. in d. l. inuita. dicentis, non eſſe curandum de hoc iure, niſi ubi hac l. utuntur ſecundum conſuet. loci, quia de iure Lombardo vxor eſt in poteſtate uiri. & non patris. ut inf. qualiter alien permiſ. l. una quod approbatur in hoc regno Frãciæ ex generali conſuetu. vt dixi in §. ſecundo. & tertio. in glo. prima de conſuetu ſtatus perſo. in conſu. Bitur. & pro hoc eſt glo. & ibi Bal in d. l. velles. C. de reuocan. dona dicens etiam Cardina. Alexand. ipſas ll. Lombardorum in multis locis ſeruari maximè in regno Siciliæ ex ordinatione Ludouici Imperatoris, & Regis Franciæ, qui illud conceſſit eccleſiæ. alle. d. cap. ego. Lodoicus. qui parum facit, licet mentionem facit de Longobardis. Poſteà verò ſecundum eum Fridericus aliqua addens, & reformans, uoluit ſuas conſtitutiones ſeruari, & illis deficientibus, leges Lombardorum. & idem dicit Lucas de Pena. in d. l. prima. uer. ſed quis in regno Siciliæ. C. de conducto. & procura. lib. un decimo. Et poſſent hic plures adduci rationes, & iura, quæ Docto. ad ducunt in ſimili dubio de uolumine decreti, de quo multi dubitauerunt, an ſit authenticum ut per Ioan. Andr. & Abb. Sicul. in cap. ſecundo. de præſcript. & Abb. & Felyn. & Cardina. Alexand. in procе. ipſius Decr. & per omnes in l. prima. ff. ſi certum petatur. Et ſimiliter de vſu, & libro feudorum, de quo per omnes in prælud. feu. & Ioan. And. & Abb. in cap. fi. de feud. & Franc. de Curte in dicto tract. feudo. in prima q. & iſta pars videtur verior per ſupradicta, quia quando dubium eſt, an aliqua conſtitutio ſit lex vel extrauagans, melius eſt pro lege accipienda, & tenenda, ut no. Bald. in cap. primo. quot teſtes ſunt neceſſa. ad proban. feudi ingratitu. alleg. tex. in cap. paſtoralis. de fide inſtru. licet Ludo. de Roma. teneat contrarium in conſilio 270. per d. cap. paſtoralis. niſi primum Princeps conſultus fuerit, ſed primum uerius, quia iſtæ ſunt notæ, & alleg. per tex. & glo. ſupra dictum eſt ita ſecundum Fely. in d. ca. paſtoralis ſed iſtæ ll. in eo ſolum, quòd pecuniariter homicidia, raptus, & alia delicta puniunt, & pugnam permittũt ſint ſeruandæ, & in condemnatione ſequendæ, inquãtum iuri communi non conueniunt: vide quæ no. Barto. in l. 1. ff. ui bo. rap. Bal. in l. prima. in 11. oppo. C. de ſumma Trini. & in l. prima. de ſacroſan. & in l. & ſi ſeuerior. de infamib. & ſingula. Pari. de Pute. in tracta. ſynd. in verb. pęna, c. quid ſi per ſtatutum pro homicidio imponitur pecuniaria, &c. Deo gratias. Amen.

Imperatorum, qui leges Longobardas condiderunt, nomina, eorumque elenchus.

CArolus Magnus fecit l. vltimam. de plagis & compoſi. Item l. qui ſubdiaconum. de homicid. lib. hominis. Item l. penultimam. de parric. Item l. fina. ne ad regem vehe. fiat iniu. Item l. ſi domum alienam. cum 6. ſequen. de exercita. & de his. qui in hoſtem ire contempſe. Item l. de ſacramentis. de aggreſ. in vico facta. Item l. ultimam. de uenato. item l. de latronibus. cum 11. ſequen. de fur. item l. ultimã. de eo, qui terminos. item l. de deſponſatis. de rapto. item l. penultimã, de fornica. item l. primam. & ſecunda. de ijs, qui ad mortem fuer. condemna. item l. ultimã. de culpis ſeruorum. item l. primã. & ſecundã. de fardiolis, & armis extra patriam non portand. Item l. de fœminis. inf. quod tempus permiſſum eſt uiduis uelum, &c. item l. ut epiſcopi. cum ſequen. de prohibi. nup. item l. penultimam. de coniug ſeruorum. item l. ut nec uxor. cum ſequen. de eo, qui uxorem ſuam dimiſit. item l. fina. de ſucceſ. item l. unicam. de adop. Item l. ſi quis Longobardus. cum l. ſequen. de ultima uoluntate. item l. penultimã. de debit. & guadi. item l. primã. & ſecundã. de quanti. ſolido. item l. ſi res intertiata. de rebus intertiatis. item l. primã. & ſecundam. qualiter ſeruorum uendi. item l. unicum, de prohi aliena. futuro. fructuum. item l. vltimã. de prohi. aliena. ſeruor. item l. primã. de his, qui ſe in alterius ſeruitio. item l. ſi quis per chartam de manumiſ. item l. ſecunda. cum tribus ſequentibus. de his, qui ad eccleſ. confug. item l. primã. & ſecundã. de his, qui ad palatium uenire coguntur. item l. ſecundã. & tertiã. de his, qui aldio defendere. item l. primã. de ſeruis. item l. primã. & ſecundam, apud quem potentio. item l. primam, & ſecundam de aduo. & uice dominis. item l. 2. cum 7. ſequen. de teſtibus. item l. 2 cum 11. ſequen. de officio iudic. item l. 1. ut epiſcopi. uel comites. item l. ut ſacramenta cum 5. ſequen. Item l. primam, & ſecundam, qualiter diuerſarum legum homines. item l. ſecundam de periurijs. item l. unicam, de his, qui cauſam iudi. reper. item 26. de epiſco. & cler. item uide decimis. item l. 3. & 4. de itinerantib. item l. primam, ſecundam & tertiam de cetarijs. item l. unicam, de cibanno. item l. 1. 2. & tertiam de beneficijs. item quartam ne liberi homines. item l. unicam, de bruncis extra regnum. item l. unicã, ubi mercatum habendum ſit. item l. unicam de eo. qui alium iniuſtè. Item l. unicam. qua lege aldio. item l. unam, de contempto. legum. item vnam, vt menſuræ æquales fiant. item l. unicam. de homine ad iudicium non mittendo. item l. unam, ne quis iudicem ſuum prætermittat. Item l. vnam, de excommunica. item l. unam, ſi quis ſanctum chriſma, item leg. unam, de eo, qui bonum denarium. Item l. vnam, ſi mulier filium ſuum.

Leges Lodouici Imperatoris, & Regis Franciæ.

L. vltima. de ſcanda. compoſit. ad regem pertinen. item l. ſi quis ex leui cauſa. de homicid liber hom. item l. vt nullus. de exercitali. & de his, qui in hoſtem ire contempſerint. item l. ſi ſerui. de aggreſſio. in uico facta. item l. vltima. de damno, & incendio. item l. ſi quis, liber homo. cum 4 ſequen. de fur. item l. ſecunda. de eo, qui falſam vel adult. monetam fece. item l. penultima, infra quod tempus. item l. penultima. de vltim. volunta. item l. vltim. de quantita. ſolidorum. item l. ſecunda, de his, qui in alterius ſeruitu. item l. finalem. de manumiſ. item l. ſi quis ad eccleſiam Dei. cum tribus ſequen. de his, qui ad eccl. confug. item l. vltim. de his. qui ad placi. venire coguntur. item l. penultima, de præſcrip. item l. vltima, qualiter iudic. iudicare debeant. item l. penultima, & fi. de his, qui ad palatium uenire contempſerint. item l. 4. & 5. de aduoc. & vicedominis. item l. 2. quibus de aucto. dandi ſunt. item l. decima. cum 2. ſequen. de teſtibus. item l. 18. cum 2. ſeq. de offic. iud. item octo de epiſco. & cleric. item l. 1. & 2. ſi quis literas noſtras inſpexerit. item l. vt Imperatoris foreſtes cuſtodiantur.

Lotharij Imperatoris, & Regis Franciæ leges.

L. de homicidijs in eccleſiis, cum duabus ſequentibus. de homic. liber. homi. item l. vlt. de exercitali. de his, qui in hoſtem ire contempſe. item l. volumus. cum duabus ſequen. de aggreſſio. in vico facta. item l. de fugitiuis. cum 2. vlt. de furt. item l. de rebus eccleſiarum. de inuaſionibus. item l. penultima, & fin. de raptu. Item l. finalis. de fornicatio. item l. vltima, ſi auctor regis regias per fraudem alie. item l. vltima. de fardiolis, & armis. item l. vltima infra quod tempus promiſſum eſt uiduis. item l. vlt. vt mulieres lege mariti viuant. item l. conſobrinam. & l. ſequen. de prohibi nuptia. item l. vltimam, ſi ſeruus liberam puellam. item l. vltima, & penultima, de eo, qui uxorem ſuam dimiſit. item l. ultima, de acquiſi. acto. regis. item l. ultima, de ultima uoluntate. item l. unica, de eo, qui res alij poſt delegatio. item l. ult. de debi. guadimo. item l. ultima. de non fue rei uendicati. item l. penultima. & fi. de his, qui ſe in alterius ſeruitio. item l. ultima, de præſcr. item l. penultima, & ultima, de ſanctimonialibus. item omnes leges, quæ ſunt ſex titu. de ſcabinis, & cancellariis. item l. ultima, de his, qui aldio defendere. item l. ſecunda. de armis. item l. ſexta. cum tribus ſequen. de aduocat. & uicedominis. item l. ultima. quibus per aucto. danda ſunt. item l. 1. 2. & 3. de præiudicia actio. item l. 13. cum 5. ſeq. de teſtibus. item l. 1. 2. & 3. de contento. item l. ubi ſacramenta. cum 7. ſequen. qualiter quiſque ſe defendere. item l. unica, ut interrogetur populus Romanum. item 9. l. ultimas, de epiſco. & cler. item l. ſexta. cum quatuor ſequen. de decimis. item l. 2. 3. & 4. facta reſcindere, quali-

ter

res liceat. Item l. 1. 2. & 3. de pontificibus, quas fecit ad limen beati Petri Apoſtoli iuxta Romam tempore Eugenij. Item l. 1. de his, qui ad patriam defendendam. Item l. 2. vt Imperatoris foreſtæ. Item l. unicam, de capitulis pro lege tenendis. Item l. unam, de ſcripturis ſine menſe. Item l. vnicam, de ſuſpect. tuto. Item in l. vlt. quibus honoribus filij diaconorum.

Leges Pipini, qui Imperator intitulatur: licet (vt dixi ſuprà) non fuerit Imperator.

Lege penultima. de ſcanda. & compoſi. ad legem pertinen. Item l de aduenis cum 6. ſequen. de homic. liberi hominis. Item l. de ſeruis. & ancillis, cum 2. ſequen. de furt. Item l. vt nullas de inuaſionibus. Item l. penult. qualiter mulier. lib. aliena. permiſ. Item l. vltima. de coniug. ſeruorum. Item l. ſi cuiuſcunque res. de vltimis volunta. Item l. vlt. de eo, quod pater filijs, vel filiabus neceſſe hab. relinq. Item l. penult. de rebus intercidiatis. Item l. penult. de manumiſ. Item l. 1. de his qui aldiones defende. Item l. prima. de armis. Item l. tertia. de aduoc. & vicedominis. Item l. prima. de quibus per aucto. dandi. Item l. decimam quarta cum duabus ſequen. de offic. iudi. Item l. 20. cum 6. ſequen. eodem titulo. Item l. ut eccleſiæ baptiſmales, cum 13. ſequen. de epiſco. & cler. item l. 2. & 3. quando liceat alterius cleri. Item l. vltima, deiterantibus. Item ſeptem primas ll. de his, qui ſe in poteſtate alterius. Item l. vnam, qualiter iudicium inter epiſcopum, & priuatum. Item l. vnam, de rebus forfactis. Item l. vnicam, de hominibus Placentinis.

Leges Guidonis Imperatoris.

L. 2. de conuitijs. Item l. de chartis, de inuaſionibus. Item l. vlt. qualiter mulier alien. Item l penult de ſucceſſ. Item l. 2. vt epiſcopi, & comites. Item l. 2. & 3. de his, qui ad patriam defendendam.

Leges Otthonis Imperatoris.

L. vlt. de rebus intertiatis. Item l. 1. de aduo. & vicedominis. Item l. 2. de ſeruis. Item l. antiquis, vſque ad finem. tit. qualiter quis ſe defende. debeat. Item l. 1. quibus honoribus filij diaconorum.

Henrici Imperatoris leges.

L. decet imperialem. cum 2. ſequen. de homicid. liberi hominis. Item l. fi. de parricidijs. Item l. fi. de prohibi. nup. Item l. vlt. de aduo. & vicedominis. Item l. 1. quando liceat alterius clericum.

Leges Corradi Imperatoris.

L. vltima. de beneficijs.

Leges Caroli Quarti Imperatoris.

L. vltima. de epiſc. & cler.

F I N I S.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI,

Cum Gloſſis antiquiſſimi Doctoris Domini Caroli Cotti Siculi,

LIBER PRIMVS.

Nunc primum in lucem editus, cunctisque mendis, & erroribus expurgatus, feliciter [illegible]pit.

COMPOSITORES huius Libri, quorum nomina ignoramus, ad doctrinam facultatis boni, & æqui operam dantes, leges Longobardas à Regibus, & Imperatoribus propterea traditas, & in ordine poſitas congruo, & meliori ordine adinuento, eas ordinauerunt, & ſub certis titulis eas poſuerunt, ponentes primum leges Regis Rotharij, qui fuit primus Rex Longobardorũ, qui leges condidit: & poſteà leges aliorũ Regũ recto ordine ſuccedẽtium, & vltimo leges Imperatorum, prout regnarunt. Annectentes primo libro leges propriè ad delicta, & ad eorum pœnam ſpectantes. Secundo libro leges ad contractus pertinentes. Tertio uerò leges de epiſc. & cle. & de eccleſiarũ ordine loquentes. Sed contrarium ordinem ſecutus eſt Iuſtinianus optimus, & Chriſtianiſſimus Imperator, qui licet fuiſſet vltimus, tamen vocatis iuris prudentibus, quorum ſtudio, & ſolertia ſuam intentionem adimpleuit: cum ſtatuiſſet leges decenter, & congruè ordinatas, de tribus Codicibus ſuum Codicem compoſuit: tractans primo libro de Fide catholica. de Sacroſan. eccl. & de Epiſc. & cler. Et vlt. lib. de Delictis, & ſeorum pœnis. Eundem ordinem in Inſtitutionibus obſeruauit.

¶ Ideo primo de eis: quia generalius eſt nomen Maleficiorum, quàm Criminum. nam omne publicum crimen maleficium eſt, ſed non econuerſo, ut ff. eo l. 1. in prin. & ff. de vi. & vi ar. in glo. rub. Nam vis armata uis eſt, ſed non conuertitur: quandoque enim contrarium inueniunt, ut ff. de dona. cau. mor. & capio. Nam omnis donatio cauſâ mortis, eſt capio cau. mortis, ſed non econtra. Poſuerunt itaque nomen Maleficiorum, tanquam generale: ſed quia inter cætera crimina maius, & enormius eſt crimen Maieſtatis: ideo primitius de Criminibus publicis intitulatur, vt in ſimili, in quarto libro Cod. cuius primus titulus eſt de Rebus creditis. ſecundus, Si certum peta. quia in toto illo libro tractatur de Rebus creditis, ſed primitius de Mutuo, quod frequentius accidit.

¶ Publica autem crimina ſunt iure Roma. Iulia. maieſta. Iulia. de adult. Iulia. de vi publia, de vi priua. Iulia repetun. Iulia de anno. Iulia pecu. Iulia de ambi. Corn. de ſica. Pompeia de parricid. Flauia de plagiar. & dicuntur publica. quia ex publicis legibus, & ordinarijs deſcendunt, & puniunt. Quandoque autem dicitur crimen quaſi publicum, ut eſt crimen ſuſpecti, ut Inſti. de ſuſpec. tuto. §. conſequens. non tamen deſcendit ex l. publica ordinaria.

¶ Sciendum eſt tamen, ꝙ quãq; commiſſo publico crimine ciuiliter, & criminaliter agi poteſt, ut contingit, ſi quis uiolenter rem mobilem rapuerit: nam põt agi vi bono. rapto. & actione furti non manifeſti. l. 1. ff. vi bon. rapt. poterit tã publicè coerceri. l. Iulia de vi publica, ſiue priuata. Si autem res immobilis ſit, poterit criminaliter accuſari uiolentia, & ciuiliter agi interdicto, Vnde vi. uel Condictione l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Vel ſi quis ſeruum interficiat, tenetur l. Aquilia ciuiliter, & poterit l. Corn. de ſicar. criminaliter accuſari, ut ff. ad l. Aquil. l. idem Neratius. §. ſi dolo. Idem in l. Iulia repetun. per quam criminaliter coercetur delinquẽs, & idẽ ciuil. teneẽ, ut ff. ad l. Iul. repet. l. 2. & in multis alijs ſimilib. hoc idẽ cõtingit, ut C. quan. ciui. ac. cri. p̃iu. l. 4.

¶ Quæritur autem. Si quis conueniatur interdicto vnde vi, & condemnatus fuerit ad reſtituendam poſſeſſionem, poſtea criminaliter accuſetur lege Iulia, de ui publica, uel priuata, utrum ſint aliæ probationes neceſſariæ in criminali iudicio, quam quæ fuerunt exhibitæ in ciuili? Idem dico omnibus cauſis, quibus poteſt agi ciuiliter, & criminaliter: uidetur, quod non. Nam ſi libertus uocauerit patronum in ius ſine venia, & ciuiliter conuentus, ad pœnam quinquaginta aureorum condemnetur: ſi non habebit vnde ſoluat, condemnabitur criminaliter, vt ff. de in ius vocan. l. ſi & in ſimili. ff. de admin. tut. l. ob fœnus. ff. de iniur. l. ſi quis iniuriam. & ff. de pœn. l. 1. §. ſi & l. in ſeruorũ. §. ſi. Sed dic contra, vt libellus accuſatorius ſit neceſſarius, & aliæ probationes. Quid enim ſi iudex, qui in ciuili cauſa cognoſcebat, putauit plenè probatum, quod non erat, uel quia fortè reus erat inimicis oppreſſus, vel falſis argumentis, teſtibusque ſubornatis, apud iudicem grauatus: qui aut nocuit, aut non potuit prouocare, & ita eum in ciuili condemnauit, in ſecundo iudicio ante iudicem rectũ, & miſericordem, cũ plenè probari nõ potuit, itaque abſolui poterit, ut ff ad l. Iul. de adul. l. denunciaſſe. §. ſi. Item in ciuili plena cauſæ cognitio ſufficit, ſed in criminali pleniſſima requirit, ut C. de iud. l. iudices & facit, quod habetur. C. ad l. Iul. de ui publ. l. ſi quis ad ſe in glo. In uerb. deſtinatus. incip. qualiquali.

¶ Item quæro, ſi in iudicio ciuili fuerit reus abſolutus, num quid obiiciet exceptionem rei iudicatæ, ſi criminaliter poſtea conueniatur? uidetur, quod non. per rationem ſuperius dictam. Sed contrariũ uerius eſt. nam eandem quæſtionem reuocat accuſator in iudicio, licet alia uia, ut ff. de except. rei iud. l. an eadem. ubi obſtat exceptio rei iudicatæ, ubi eadem res eſt, licet alio genere actionis utatur actor. Præterea, reo abſoluto uidetur actor calumnioſè egiſſe, & qui ſemel calumniatus eſt, remouetur ab accuſando. l. ſi cui. in prin. ff. de accuſa. & ff. de ſuſpect. tut. l. tutor. §. quæri poteſt. & l. 1. §. ſi quis & l. unica. C. quan. ciui. act. cri. præiu. loquitur quando reus fuit condemnatus. Contrarium not. Doc. C. ad l. Aquil. l. 3. & ad l. Faui. de plag. l. 1.

¶ Item quæro, an idem ſit in priuatis delictis, ut poſſit reus ciuiliter conueniri, & poſtea criminaliter accuſari? Placen. præceptor meus negauit, ut ff. de fur. l. interdum fur. §. qui furem. & C. ne tuto. uel cura. uectig. condu. l. 1. Idem, ſecundum eum, ſi quis ciuiliter egerit iniuriarum, non poterit iterum ciuiliter agere. §. in ſumma. inſtitu. de iniur. ſed contraria ſententia magis placet, ut poſſit utraq; uia experiri, ut ff. de fur. l. ſi. pro qua opin. facit, inf. de furt. l. ſi quis latro ibi, mors illius furta excludat. q. d. pro primo, & ſecundo furto poterit ciuiliter, & criminaliter conueniri. pro tertio (quia mori debet) actio furti excluditur. aut (quod melius eſt) mors illius furta excludat. i. de cætero non poterit accuſari, ſed actio furti non perit, cum facta ſit tranſitoria per lit. conteſt. Sed contra hoc facit. nam non debet ſæpius de eiuſdem hominis delicto agi. l. licet. §. ſi ff. nau. cau. ſtab. Sol. ibi reus fuit abſolutus, uel non debet ſæpius agi, &c. eſt uerum per unam, eandemque uiam. Cum igitur de publicis criminibus dicendum ſit, primo loco ponitur de crimine Maieſtatis, quod inter cætera enormius eſt, & proximum ſacrilegio. l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. Voluit itaq; Rothar. prouidere regiæ Maieſtati, quæ eſt caput, ſalus, & tuitio totius Regni eius.

TITVLVS I.

De maleficijs, & publicis criminibus.

Rex Rothar.

LEX I.

SI quis [a] contra animam Regis [b]

a SI quis.] Verbum, ſi quis, generale eſt, & utrumque ſexum continet, ut ff. de verb. ſignif. l. 1. quia maſculinus ſexus fœmininum continet. l. qui duos. ff. de lega. 3. non idem contra, ut ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcriptum. quandoq; tamen aliter ſe habet, ut ff. de arbit. l. 3. §. ait prætor. ubi maſculinus ſexus non continet fœmininum, quia mulieres arbitrium ſumere nequeunt. l. ſi. C. de recep. arbi. & inf. de homic. in cur. ali. l. 3. & ſeq. ibi, mulier rupturam facere non poteſt.

b *Regis.*] Idem ſi contra animam aliorum, qui ſunt pars corporis regis, ut C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis.

a Cogi-

a *Cogitauerit.*] ſ. ſolus: vnde vi dicere, quod de ſola cogitatioce quis teneatur. idem C. ad l. Iul maieſt. l. quiſquis. & l. præſent. in princ. C. de his, qui ad eccle. confu. arg. ꝗ. ff. de pœn. l. cogitationis. Sol. illa cogitatio non excedit terminũ cogitationis, quia ſecreta fuit. Cæterum ſi aliquibus indicijs ſit declarata, quæ quoquo modo prorumpit in actum, pro iniqua cogitatione punietur.

1 † conſiliarius.

cogitauerit, [a] aut conſiliatus [1] † fuerit, [b] animæ ſuæ incurrat periculum, & res eius infiſcentur. [c]

Idem. LEX II.

SI quis foris prouinciam [d] fugere tẽtauerit, & mortis incurrat periculũ, & res eius infiſcentur.

Idem. LEX III.

SI quis inimicum [f] intra

b *Conſiliatus fuerit.*] ſcilicet cum alijs: nemo enim dr̃ ſecum conſiliari, ut ff. quod vi, aut clam. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro.

c *Infiſcentur.*] Infiſcantur tñ cum onere creditorum, ut inf. de offi. iud. l. hoc quoque. & inf. de his, qui ad placi. ve. l. ſi cuiuſcunque. Infiſcantur quidem, ſi Principi placuerit, & rerũ qualitas, & quantitas ad Principis notitiam debet deferri, & ſic ad ærarium applicari, ut C. de bon. uacan. l. 3. & fin. lib. 10. Veruntamen procurator Principis ſi iuſſerit ſeruum Principis adire hæreditatem, uel hæreditati opulenta ſe immiſcuit, Principem facit hæredem, quod ſi hæreditas ſoluendo non ſit, Principi conſulitur, ut ff. de off. proc. Cæſa. l. 1. & 2. Et crimen iſtud etiam poſt mortem incipit delinquentem non habet, niſi purgata fuerit innocentia eius, ut ff. ad l. Iul. maie. l. fi. licet fere omnia crimina morte extinguantur. Multa quidem ſpecialia & ſingularia iura poſſent adduci in crimine Maieſtatis. ut C. eodem l. finali, & ff. eodem l. in quæſtionibus. & l. famoſi. & ff. de quæſtio. l. de minore.

d SI quis. *Prouinciam.*] Nomen prouinciæ, hic ponitur pro Regno.

e *Tentauerit.*] Non enim ex ſola animi propoſitione, ſed cum aliquo effectu debet intelligi. nã & fur dici poteſt, qui nunquam rem, inuito domino, contrectauit, & ad alterũ. qui nunquam matremfamiliàs corrupit, ſi modo eius mentis & propoſiti fuerit, ut opportunitate loci, & temporis adinuenta, ea ſit commiſſurus crimina, ut ff. de uerbo. ſignifi. l. fugitiuus. & l. ſi quis ſit fugitiuus. in princ. ff. de edi. edic. vnde hac lege intelligendum eſt de eo, qui fugam tentauerit ad hoſtes: ideoque Maieſtatis crimen committit, quare capite puniendus eſt, ut ff. de pœn. l. ſi quis aliquid ex metallo. §. transfugæ. & ff. ad l. Cor. de ſica. l. 3 in fi. & quicunque eos inuenerit, ubique poterit trucidare, & transfuga ad hoſtes crimen Maieſtatis committit, vt ff. ad l. iul. Maie. l. 2. arg. contra. C. de ſer. fug. l. 3. Solut. dicunt quidam, ſuperiores leges loqui de delicto conſummato: contrarium verò de inchoato tantum. Vel ibi, quando hoſtili animo, ſed vt dominos euitaret, ad barbaros tranſibant, in ff. loquitur, quando ad hoſtes hoſtili animo fugerunt, quod hic intelligendum eſt, quando extra Regnum hoſtili animo fugere quis tentauerit, vel (vt alij dicunt) præliatores ſemper ad Regni tuitionem erant neceſſarij: & ideo legum lator prouoluit, ne aliquis Regnum animo perpetuitatis exiret. nam is dicitur fugitiuus, qui eo animo fugit, ut ad dominum nunquam redeat. d. l. quis ſit fugitiuus. in princip. & erro eſt puſillus fugitiuus, ut d. l. erronem. Miles uerò, ſi hoc uitio laboret, dicitur emanſor. ſi verò non redeundi animo dimittat exercitum, dicitur deſertor, ut ff. de re mili. l. qui cum uno. §. edictum nam & intra Regnum non licet alicui ſine licentia Regis migrare, vt inf. qualiter cum famil. ſua l. 1.

f SI quis inimicum.] ſ. publicum, qui hoſtis dicitur. Hoſtes enim ſunt, quibus populus Romanus, aut Rex bellum indicit: aut ipſi hoſtes Regis, cæteri autem latrones dicuntur, aut prædones, ut ff. de verb. ſignifi. l. hoſtes. ff. de capti. & poſtlim. reue. l. hoſtes. & ideò crimen Maieſtatis committit, qui hoſtes inuitat in Regno, aut inuitatos ab alio introducit, vt ff. ad leg. Iul. Maieſt. l. prima. circa fi.

g *Inuitauerit.*] ſcilicet per literas, vel per nuncium.

h *Introduxerit.*] Ipſo præbente aditum, vel per ſe, uel per alium.

i *Periculum.*] id mori debet, ut furca ſuſpendi, aut viuus comburi. ut ff. de pœn. l. ſi quis aliquid ex metallo. §. tranſfugæ uerum hi, qui pro criminibus iudicantur ad mortẽ, debent occidi gladio, non telo, fuſte, uel ſecuri, nec Præſides prouinciæ liberam habent poteſtatem, quam mortem eis infligant: multo magis nec ueneno necandi, ut ff. de pœnis. l. aut damnũ. in prin. nec de ſaxo præcipitandi, ut ff. de pœn. l. ſi diutino. in fi. damnum debemus accipere, & pœnas pati, qui non prouocauit. Cæterum ſi prouocet, nondum damnatus videtur. Idem ſi ab eo damnetur, qui ius damnandi nõ habet. ff. de pœn. l. 2. §. fi. & ff. ad ſenatuſconſ. Turpil. l. 1. in fi. quod ſi Magiſtratus appellationem non receperit, pœna ſuſpendenda eſt, quouſque Rex conſulatur. ff. de iniu. rup. teſt. l. ſi quis filio. §. hi autem. ver quid tamen. niſi talis ſit, cuius pœna differri non debeat, ſicut latro manifeſtus, ut ibi. Quid ſi condemnatus, qui non prouocauit, dicat ſe habere quo ad commodum principis ſpectat, nunquid pœna eſt differenda, quoad Princeps conſulatur? Reſpon. minimè. Caſus eſt in l. ſi quis forte ff. de pœn. Quid ſi condemnatus ex pluribus criminibus, quorum quædam ſint grauiora, & quædam leuiora, appellat ſuper quibuſdã? Reſpon. Si quidem appellat ſuper leuioribus, non eſt differenda pœna ſuper grauioribus, ſecus econtra. l. 1. in fi. ff. nil no. appel. pend. nam poteſt quis accuſari de plurib. criminibus ex diuerſis factis deſcendentibus: cum ex vno eodemque facto plura crimina deſcendant, ut ſi quis cognouerit vxorem alienam, conſanguineamque ſuam, poteſt accuſari de inceſtu, & de adulterio. l. qui de crimine. C. de accu. l. ſi quis uiduam. ff. de quæſtioni. Item quandoq; unũ, & idem crimen pluribus legibus punitur, ut ſi quis ſcripſerit teſtamentum in tabulis publicis, tenetur l. Cornelia. de fal. & l. Iul. de reſi. ut ff. ad l. Corn. de fal. l. Paulus. & ff. ad l. Iul. pe. l. hac lege. Item ſi frater fratrem interfecerit, utiq; tenetur l. Pompeia. de parrici. & l. Corn. de ſicar. l. 1. ff. ibid. non tamen debet his caſibus à pluribus quis accuſari. l. ſenatus. ff. de accu.

prouinciam inuitauerit, [g] aut introduxerit, [h] animæ ſuæ incurrat periculum, [i] & res eius infiſcentur. [2] †

2 † fiſco ſociatur.

Idem. LEX IIII.

SI quis [3] † ſcameras [k] intra prouinciam [l] celauerit, [m] aut annonam dederit, [n] animæ ſuæ incurrat periculum, aut certè componat regi ſolidos noningentos. [o]

3 † Scarã. Scamurã. No. de recelantibus. ſcamerã .i. exploratorem, ſiue ſpionem: de quo vid. gl. in c. 1. §. receptatores. de pa. iur. fir. & c. 1. §. recedentes. de ſta. & conſuet. contra lib. ceiu. & l. ſar to. ad tepri. ſupra ver. tigat. & ff. de recept. l. 1. & inſ. de fur. l. ſi quis ſuere. & nunc pendet proceſſus in cõſiſtorio principis cõtra quẽdam exploratorẽ, Io. Baptiſt. de Pedemõtium, qui fuit liberatus, & auditus.

k SI quis ſcameras.] Scameræ dicuntur ſcrutatores ſecretorum Regni, qui vulgo dicuntur ſpiones.

l *Prouinciam*] i. Regnum, ut not. ſup. eo. l. 2.

m *Celauerit.*] Per literas, aut per nuncium, ſuadendo eis aduentum, & ſuadere plus eſt, quàm compellere. l. prima. §. perſuadere ff. de ſer. corrup. pluſquam conſiliari, cum in conſilio liberum ſit explorare, an ſibi expediat. §. tua tantum. inſti. manda.

n *Dederit.*] Vel ſi fuerint ab alio introducti, uel per ſe venerunt, & aliquis ſubminiſtrauit eis neceſſaria.

o *Noningentos.*] Quam compoſitionem præſtando liberat animam ſuam: vnde ſola mors eſt in obligatione: compoſitio verò in ſolutione. Iudex aũt condemnare dẽt reum ad mortem, aut ad compoſitionem, non ut pœna compoſitionis ſit de ſnĩa, ſed ne videatur adempta facultas reo eã præſtandi, ut liberaret animam ſuam: econtra contingit in noxalibus actionibus, ut ff. de re iud. l. miles. §. decem. Erit itaque electio rei liberandi animam, non Regis. ſed contra inf. eo. l. ſi. ver. & ſi probatum. Sol. ibi ſpeciale. Item contra inf. de his, qui ſecre. reg. l. 1. Sol. fortè iſta per illam corrigitur, vtpotè per poſteriorem. Vel dici poteſt, ꝙ plus delinquit qui in palatio Regis per hoſtiarios, uel per ſecretarios inquirit ſecreta Regis fraudulenter, quam qui in Regno hoc facit: utrobique tamen crimen Maieſtatis committitur: quia contra rempublicam faciunt. l. 1. ff. ad l. Iuliam maieſta. Non autem omnium, qui crimen tale committunt, eſt par conditio. l. eorum. & l. fi. ff. ibid. Vel dic, quod plus delinquat qui fraudulenter ſubmittit cõſiliorum Regis inquiſitores, quàm qui annonam dat venientibus in Regnum. Ideo bona eius infiſcantur. Quid ſi ſeruus hoc crimen commiſerit? dicunt quidam idem eſſe, per l. ſi ſeruus

talem.

talem inf.de cul.ſer.quod non placet,quia ibi præciſè nomingenti ſunt in obligatione, vtpotè de antellatu liberæ mulieris, & de raptu animalis, ſi aut obligatio eſſet alternatiua. Nam altero mortuo, ſuperſtes peti poteſt.l.Stichũ, aut Pamphilum.in prin.ff.de ſolu.& de lega 2. l.ſtatuliberum. §.Stichum.

Idem. LEX V.

SI quis foris in exercitu [a] ſeditionem leuauerit contra Ducem ſuum aut contra eum, qui ordinatus eſt à Rege [b] ad exercitum gubernandum, aut aliquam partem [c] exercitus ſeduxerit, animæ ſuæ [1] † incurrat periculum. [d]

Idem. LEX VI.

SI quis contra inimicum [e] pugnando collegam [f] ſuum dimiſerit, aut aſtaliũ [*] fecerit, id eum deceperit, [g] & cum eo non laborauerit, [h] animæ ſuæ incurrat periculum.

Idem. LEX VII.

SI quis qualemcunque [i] hominem ad Regem accuſauerit, [k] quod ad animæ ſuę [l] pertineat periculum, liceat [m] ei, qui accuſatus fuerit cum ſacramento ſatisfacere, & ſe idoneare: & ſi ta-

1 † ſanguinis ſui.

* No. quid ſit aſtaliũ, & deſcendit ab aſto id eſt dolo, vel malo.

a SI quis in exercitu.] Loquitur in caſu vbi exercitus ad Regni limites cuſtodiendos conuenerat cõtra hoſtes, aut utilitatem publicam exercendam, uel Regis mandatum exequendum.

b A Rege.] Et ſic de Regis exercitu loquitur.

c Partem] Siue magnam, ſiue minimã: licet nomine partis ſine adiectione, de dimidia intelligatur. l.rectè.§.1.ff.de verb. ſign.cum ſi.arg. contra inſtitu.de vulga. & pupil.l.§.etſi.vbi appellatione partis continetur quarta. Sed quid ſi duos, uel tres quis de exercitu ſeduxerit? Reſpon.eandem pœnam patietur, quia de ea ſeditione intelligendum eſt, ne exerceatur Regis utilitas, & mandatum, ſed potius contradicatur, & impediatur.

d Periculum] id eſt moriatur. Sed nunquid res infiſcantur? Reſpondent quidam, quod non. arg l Arrianus.ff.de actio.& oblig.nam pœnæ potius ſunt molliendæ, quàm exaſperandæ.l.pen ff de pœn. & ff.de reg.iur.l.factum.in fi. & quia res infiſcantur tantummodo ubi lex præcepit nam ſi de rerum infiſcatione placuiſſet Regi, facile fuiſſet ei dicere.arg l vnicæ.§.ſi uero.C.de cadu.tollen & quia non ſemper pro crimine maieſtatis res debent infiſcari. l.eorum.ff. ad l. Iul.Maieſt. Alij dicunt, quod ubi aliquis pro crimine, & in maximè Maieſtatis accuſatur, & moritur, licet lex non dicat, ut res eius infiſcentur, debent tamen infiſcari, ut inf.de his, qui ad mor ſunt l.2. Præterea ſi quis ſeditionem leuauerit, mori debet, & res eius infiſcari. l.1.infra de ſedi.contra iu leua. l.1. multo fortius bona eius debent infiſcari, qui contra Ducem ſuum ſeditionem leuauerit, & hoc uerius. de ea tamen ſeditione intelligendum eſt, quæ Regem reſpicit. ſiquidem in pœnis irrogandis inſpiciendum eſt, ne quid durius, aut ſæuius ſtatuat, quàm cauſa depoſcat.l.reſpiciendum.ff. de pœn.

e SI quis. Inimicum.] ſ.ſui Regis, ſiue Regni, qui hoſti dicitur: ſecus de inimico priuati hominis: quia non incurreret mortem, qui ſocios non iuuaret.ſed ſi vult, nunquid poſſit? dic, ut no ff.de iuſti & iu l.ut uim.

f Collegam.] Cum quo certare debuit, & in prælio non adiuuare: is ergo crimen Maieſtatis committit, ut ff ad l. Iul.Maieſt.l.3.Vnde ſi ſolus pugnet, & fraudulenter cędat, in idem crimen incidit, ut ibi

g Deceperit.] Subtrahendo ei opem, quam commiſit, ſed obſt.inf.ut epi.& communi.l.2. in fi.Sol.ibi non de inimico publico: ſed de latronibus, & prædonibus. nam iubet eis dari neceſſaria.

h Laborauerit.] Sed quid, ſi quis citatus fuerit ab eo, qui præeſt exercitui, ut hoſtib.occurreret, nec occurrerit, quo puniatur? Rñdeo, periurij crimen committit: nam in ſacro fidelitatis continetur ſecundum Regni conſuetudinem, vt iuratus dñm, & terram, quam tenet, tenere, & defendere, & aliam acquirere debet, & adiuuare: unde ſm Regiam uoluntatem condemnandus eſt.arg.inf.ſi actor Regis res tegi.per fra.alie.l 1. Sed iudicio meo, licet omnibus, qui taliter iurant, una, eademque forma iuſiurandi ſit, tamẽ uaria eſt interpretatio facienda: alia in his, qui ex bono, & æquo ſeruiunt. Nec tenentur, qui vulgò franchi appellant.nã qui coacti p p feuda ſeruiunt, tenentur ſm conditionẽ feudorum ſeruire. Alij uerò, qui franchi dñr, ſi citentur ad terrã, quia tenet dñs, defendendam tenentur. Si vãr in ſacri tenore contineri: uidetur prima facie, ut de caſtello in caſtellum, de ciuitate in ciuitatem ad defendendum cogniĩ ire. Eſſet enim ridiculũ. ut qui extra ciuitatem, aut prouinciã tenent caſtella, uel ciuitates, poſſent ſubiectos cogere ad defendendum, uel ad eas accedere, quæ ſunt in longinq partibus conſtitutæ. Nam qui iurat terram, quam dñs tenet, defendere, non de omni terra debet intelligi, cum ſequeretur abſurdum, ſi de prouincia in prouinciam ire cogeretur, ut in ſimili, ſiquis bona ſua obligauerit, non intelligitur ea obligaſſe, quæ ſpecialiter non fuerat obligaturus, utpotè, tunicam, ſupellectilem, uel ſi ex ancilla filias habeat naturales. l. obligatione.cum ſeq ff. de pign.& de pecu.l.qui peculij. Nam quædã in ſermone tacitè excipiuntur, ut ff.de ſeruit.l.ſi cui.§.1. Econuerſo dici poteſt, q indefinita in l. æquipollet uniuerſali. Nã cum prætor ait actionem non dabo, uniuerſaliter de omni actione intelligendũ eſt, ut ff de alęę luſu. l.1.§.prætor.& de leg.3.l ſi plures.& de iur.& fac.igno l regula.§.fi. Et ſi aliquis promittit periculum, tenetur de omni periculo, quod cura, aut diligentia hominis poterit euitari.argum.ff.loca.l.opus. Præterea qui iurat.terram domini defendere bona fide, non minorem defenſionem debet in ea quam in propria.argu.l.quod Nerua. ff.depoſi. Cum ergo in longinquis partibus pro terra propria defenſurus incederet, ergo & pro terra domini.ar.ff.de oper lib.l.quod niſi.§ fina.& ff.de condi.& demon.l.ſi quis eum. Nos autem ſentimus, vt talis iurator terram, in qua habitat, ſine diſtinctione defendere teneatur. de alijs verò ſi vicinæ, & breui ſpatio fuerint longinquæ, ire teneantur. ſi abſque ſui periculo ire poteſt arg. l Mæuia.§.uxore. ff.de annu. lega. quod de æquitate procedit: inſpecto autem iuris rigore ire tenetur.

i SI quis qualemcunque.] Siue maiorem ſiue minorem. Minor enim ex quo capax doli eſt, crimen committere poteſt, & etiam ex quo in ſeruitutẽ redigitur, vt Inſt.qui.mo. tu. ſi. §.item ſi in ſeruitutem Nã malitia ſupplet ætatem, vt C.ſi mi.ſe ma dix.l.2.& 3 & C.ſi adu.delic.l.1. Prȩterea omne crimen cadit in impuberẽ, præter delictũ carnis.l.ſi minor.ff de adulte.ſecus ſi capax doli nõ ſit, vt ff.ad l. Cor.de fal.l.impuberẽ.in prin.& ff.ad leg.Cor.de ſicar.l. infans.verum ſi accuſatur, & conuincitur, ei parcitur, quatenus miſeratio ætatis duxerit iudicem ad mediocrem pœnam proferendam.l auxilium § in delictis.ff.de mino.

K Accuſauerit.] Quod debet per ſe facere, non per nuncium, nec per epiſtolam, nec per procuratorem. Nam ad crimen publici iudicij fruſtra procurator interuenit, vt ff. de publ.iudi.l accuſatore §.ad crimen. Item ſi in priuatis delictis criminaliter agatur, quàm iniuria. C. de iniu l.fi.quia ſententia datur in procuratorem, & procurator condẽnari non poteſt, vel abſolui pro crimine.l.1.C.de ſen.& interlo.

l Animæ ſuæ] id eſt accuſati: alij dicũt, id eſt, Regis: quod perperam dicitur, cum in lege illa dicatur, aut qualiter Regi placuerit, & in l. 1. ſup. diſpoſitum eſt, quid fieri debeat de eo, qui contra animam Regis cogitauerit.

m Liceat.] id eſt, neceſſe habeat (actore tamen uolente) probare teſtibus, vel pugna. Nam cum pugna modus probandi ſit, in electione actoris eſt quo genere probationis vti uelit, ut eum conuincat. Quid ſi actor teſtibus uti non poterit, nec pugnare vult: utitur tamen indubitatis iudicijs, & conjecturis? Reſpondeo, vti poteſt, ut C.de probat. l.fina.damnatur autem aliquis de crimine ex præſumptione vt C.de adul.l ſi hi, qui. Prætereà ſi quis habeat quem ſuſpectum de eius vxore, & tres denunciationes ex reſcripto miſerit, & poſteà inueniat eum loquentem cum ea, ea, poterit eum perimere, vel iudici tradere condemnandum, & nulla probatio neceſſaria eſt.aut ſi quis.C.de adulter. Item quod ſi citatus de crimine non ueniat, ſed fugiat fortè damnari poteſt præſumptione commiſſi criminis. l. ſi in libertinum. ff. de bon. liber. Quid ſi non fugerit, ſed peremptoriè citatus non uenerit? Reſpond. bona eius occupabuntur, & annotantur.l.prima.ff.de requiren. reis.

Quid

Quid ſi non venerit accuſator ad diem ſtatutum? videtur renunciaſſe accuſationi. C. de his, qui accuſa. non poſſ. l. ſi ea. & ff. ad Senatuſcon. Turp. l. ab accuſatione. §. deſtitiſſe. Deficientibus autem indicijs indubitatis, & actore nolente pugnare, tunc reus ſacramento ſe defendet.

lis cauſa emerſerit, [1] †vt adſit homo in præſentia, [a] qui crimen immittit, liceat ei per campionem, id eſt, per pugnam, crimen ipſum deſuper ſe (ſi potuerit) eijcere. Et ſi probatum [b] fuerit ei, aut de anima ſua aut qualiter Regi placuerit, componat. [c] Et [2] †ſi probare non potuerit, & cognoſcitur doloſè accuſaſſe, tunc ipſe, qui accuſauerit ſi [3] †probare nō potuerit, guidrigild ſuum componat, medietatē Regi, & medietatem ei, cui crimen iniecerit. [4]†

1† Cauſam cōmiſerit, & quod.

2† Quod.

3† Et.

4† Iniectū ſuit.

TITVLVS II.

De ſcandalis, [d] & compoſitionibus ad Regem pertinentibus.

a *In præſentia.*] volens pugnare, & tunc pugna iudicatur, & quandoque dabunt campiones hincinde: quandoque non, vt inf. quali. quis ſe def. deb. Sed tamen in regno iſto iudicari ſolet, vt ſi accuſatus reſpondeat: me defendo de hoc crimine, vel per me, vel per bona mea: tunc per ſe poterit campionē dare. Sciendum tamen eſt, quod iure Longobardorum actor in pugna iurare debet, quod reum non aſto animo per pugnam quærit fatigare: ſed quia certam habet ſuſpicionem, ut infra quali. quis ſe defen. deb. l. ſi quis alium aſto. an autem reus iurare debet, & qualiter. not. inf. illo eod. tit. l. mentio. Sed intelligenda ſunt, quando cauſa principaliter ſpectat ad accuſatorem, vt ſi diceret furtum, vel incendium commiſſum, alioquin actor iurabit ſic eſſe, reo primo loco iurante, ſe non commiſiſſe crimen, ut dicto caſu: quia accuſatur reus de crimine publico. Nam primo reus, ſecundo accuſator debet iurare: quæ procedūt ſecundum eos, qui dicunt, reum debere iurare in pugna: & hac conſuetudine vtimur hodie in regno Siciliæ.

b *Et ſi probatum.*] intelligendum eſt de his criminibus, quorum pœna non continet bonorum infiſcationem: alioquin fruſtra dicitur, qualiter regi placuerit.

c *Componat.*] lex iſta (meo iudicio) non eſt correcta, imò accuſator victus debet dari in manus accuſati, ut infra de ſedi. con. iud. leg. l. 3. quod concordat iuri Ro. cum calumniantes ad vindictam depoſcat ſimilitudo ſupplicij. l. fina. C. de acc. Et nota, quod niſi reus & accuſator fideiuſſores dederint, ambo debent detineri. d. l. fin. Et quicunque eorum conuictus fuerit in pugna, appellare non poterit, ſiue alia lege paribili conuincatur, ut iudicio aquæ, aut ferri ardentis: ſi autem alijs indicijs reus fuerit conuictus, appellatio ei regulariter non denegatur, niſi ſpontè fuerit confeſſus, ut C. quo ap. non re. l. 2. Si quis autem per diſtrictionem à publico factam fuerit confeſſus, & in ea perſeuerauerit, rectè poterit condemnari: & carebit appellationis remedio argum. infra de fur. l. ſi quis alium. de fur. Si uero per tormenta confeſſus fuerit, confeſſionem poſtea immutare poterit, ut ff. de quæſtio. l. prima. §. diuus Seuerus. & § quoniam. ſed in regno iſto ſtatur confeſſioni, etiam per diſtrictionem factam à publico. Quæritur autem ubi conuictus appellare poteſt: & ſi appellat, quid de bonis eius faciendum, ſi pendente appellatione, moriatur? Reſpondeo, multum intereſſe, an ſententia obtinuerit expreſſe infiſcationem bonorum, an tacitè: quia primo caſu licet reus moriatur pendente appellatione, cauſa adhuc agitabitur, ſecundo, morte finitur crimen, ut C. ſi pen. ap. l. 3. niſi tale ſit, ut poſt mortem poſſit inchoari, ut not. ſupra l. prima, & quæ diximus in publico crimine: idem in priuato: ſed qualiter uolens probare condemnatur? Reſpondeo extraordinariè, ut ff. ad Senatuſc. Turp. l. & in priuatis. Quid ſi ſeruus ſit accuſatus? Reſpondeo, fortè per pugnam ſe defendet, actore uolente: aut (& melius) ad iudicium mittetur, & apparebit an ſit innocens, necne, ut infra de ho. li. ho. l. ſi. ſi uero accuſator fuerit, pugnare poterit, ut in ſimili de cri. Maieſt. cum admittatur ad accuſationem: ſerui enim non facilè admittuntur ad pugnandum, niſi de ſtatu ſit quæſtio: & infra 30. annos. l. 3. j. de præſcr. mulier aut ſiue agat, ſiue conueniat, non pugnabit per ſe, propter ſexus fragilitatem, ſed per campionem.

d DE SCANDALIS, &c.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis in cōſilio, [e] vel in quolibet cōuentu [f] ſcandalum cōmiſerit, noningentorum ſolidorū ſit culpabilis [g] Regi.

Idem. LEX II.

SI quis [h] in eccleſia ſcandalum perpetrauerit, quadraginta ſolidorum ſit culpabilis ipſi venerabili loco, exceptis plagis, & feritis, cui fecerit, & prædicti quadraginta ſolid. per Scandaſium [5]† ſuum, aut iudicem, [6]† qui in loco ordinatus fuerit, exigantur, & in ſacro altari, vbi iniuria facta fuerit, ponantur.

5† Scaldaſium.

6† Scilicet ordinariū.

Iure Romanorū poſt ti. le. Iul. maie. ponitur ti. le. Iul. de adul. tam in digeſt. quàm in Cod. & meritò. vnde ſcriptū eſt adulterium obtinet ſecundum locum in pœnis. Super hoc articulo audiui Cyn. dicentem, imò adulterium ſecundum obtinet in lib. pœnarum: quia primo, l. e Iul. Ma. ſecundò, de adul. Vel cum de adul. & ſtup. loquimur, maior pœna eſt, cum vir nubit in feminam. ſecundo adulterium: tertio ſtuprum: & ideo ſecundum locum obtinet inter ſtuprum, & illū illicitiſſimum coitum: at huius libri compoſitores alium ordinē ſtatuere, quia adulterium non eſt crimen publicū ſed tantum marito datur accuſatio, vt no. in fraude adul. ſed poſt publica crimina poſuerūt hunc titu. quia crimen Maieſtatis principaliter aduerſus regem, meritò ſequitur ti. de ſcandalis. in quo principaliter rex offenditur.

e SI *quis in conſilio.*] ſ. regali, tantum, cui rex præeſt: non idem ſi alius magiſtratus.

f *Conuentu.*] ſcilicet, regali tantum, quia iſta compoſitio maxima eſt, & præſtatur regi, & ſciendum eſt, quod conciliū, & conuentus ſe habent, ut genus, & ſpecies. Nam omne concilium conuentus eſt, non econtra. Concilium itaque (vt à Pla. audiui) eſt conuentus hominum, quo voluntaria iuriſdictio exercetur: ut manumiſſio, arrogatio, adoptio, & emancipatio, & dicitur concilium, quia in eo mentes conciliant, & in vnum conſonant, & conueniunt. nam dominus vult manumittere, & ſeruus manumitti: arrogator arrogare, & arrogatus arrogari, vt C. de vin. lib. in rubr. & l. j. & ff. de ma. vin. Vel (ut alij dicunt) concilium eſt conuentus archiepiſcoporum, & aliorum religioſorum virorum cauſa religionis factum: & ſi rex in eo interſit (quod eſſe poteſt) ut infra qua. quis ſed. de l. antiquis. pro ſcandalo præſtatur dicta compoſitio: ſed prima verior. Conuentus generalis eſt, & eſt adunatio virorum ad utilitatem regis, uel publicam exercendam: ſed cum omne concilium ſit conuentus, quare poſuit utrunque? Reſpon. contingit quandoque primo poni ſpeciale, & poſt generale, ut ff. de mo. cau. do. & capi. nam generalior eſt mortis cauſa capio, quàm donatio.

g *Culpabilis.*] exceptis plagis, & feritis, ut infra l. proxi. & hæc in libero procedunt: ſecus in ſeruis, ut infra de cul. ſer. l. ſi ſeruus talem.

h SI *quis.*] lex ſuperior loquitur, cum per ſcandalum fit iniuria perſonæ: iſta uero loco: ſed quomodo fieri poteſt iniuria loco, cum ſit inſenſibilis? uel quomodo locum habet in dominijs rerum, & poſſeſſionibus, & actionibus: & an locus iſte poſſideat, an conuentus clericorum? aliqui dicunt res eſſe uniuerſales clericorum, & non loci: quia quælibet uniuerſitas non interdicta poteſt poſſidere, ut uniuerſitas decurionum, & aliæ, uel collegia licita, vt ff. quod cuiuſ. uni. l. j. & C. de ſacroſan. eccle. l. j. & ff. de in ius uoc. l. ſed ſi. §. qui manumittimur. quod non placet per tex. in aut. quas actiones C. de epiſc. & cler. ubi, ſi loco religioſo competant, &c. & per tex. in l. annua § j ff. de an. le. & de reb. dub. l. 2. Ciuitas enim inſenſibilis eſt, & inanimata cum ſit res, & non homo: nam tantum ualet ſecundum Ariſt. negare finitum, quantum approbare infinitū. Nam cum dicitur quod ciuitas non ſit homo, probatur

quod

quòd non ſit res animata reperitur tamen in iure, quòd ciuitas poſſidere poteſt. & de mutuo tenetur. l. ciuitas. ff ſi cer. pet. licet quidam dicant, quod vniuerſitas per ſe nihil poteſt poſſidere, ut ff de acq poſſ. l. 1. §. fi. ſed per ſeruum poſſidere, & vſucapere poteſt. l. ſed hoc. eo. titu. quod non placet per d. §. fi. & l. ſequen. nā municipes poſſunt poſſidere per ſeruum propriū, vel ab eis poſſeſſum: & quod dicit, eos poſſidere non poſſe, ſcilicet, de facili. nam vniuerſitas poteſt metū incutere, ergo poteſt dolum committere. l. metum. §. animaduert ndum. ff. quod me. cau. Non ob. tex. in l. ſed ſi. §. 1. ff. de dolo. ibi, quid. n. &c. quia intelligitur de facili, & raritatē continet talis ſermo, ut ille, ſi ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? alioquin ſequeretur, quod finita uniuerſitate clericorum ruina, vel naufragio, res non eſſent eccleſiæ verum nullius: unde dicendum eſt ad eccleſiā pertinere dominia rerum ſuarū, & ſuſtinere uicem perſonæ, ut hæreditas iure Romano ff de inter. act. l. ſi anto & ff. de acq. re. do. l. hæreditas vnde ſeruus hereditarius hæreditati acquirit l. ſeruus hæredi. ff. de ſtip. ſer. quod probatur per d. l annua. §. 1 ff. de an l. & l 2 ff de reb. dub. imo plus dicimus eſſe in eccleſia, quam in hæreditate nā hæc ſuſtinet vicem perſonæ in his, quæ iuris ſunt: non in poſſeſſione acquirenda: Eccleſia tamen tam in dominio acquirendo, quam in poſſeſſione, & concordat lex iſta iuri Romano, quo cauetur iniuriam fieri loco venerabili, ut C. de epiſco & cler. l. ſi quis in hoc genus. huic legi videtur contra inf. de re. ecc. deb. l ſi quis in immunitate vbi ſi damnū factum ſit in immunitate compo. di. ſo. Sol. quidam dicūt, quod lex illa addit huic q. d. qui ſcandalum commiſerit, non teneatur in ſolu. 40. ſed inde vel ibi de eccleſia, quę habet immunitatem, hic de ea, quæ non habet. Vel ibi ponit immunitatem pro eccleſia conſecrata, hic de non conſecrata, & ideo magis punitur. Nam homicidium in eccleſia conſecrata durius punitur, quam ſi factum ſit in non conſecrata, ut inſ. de ho. libe no. l. ſi quis ex leui cauſa vel fortè quia ſcandalum in immunitate frequentius contingit fieri, quam in eccleſia: ideo durius punitur. argu. l aut facta. §. fi. & l. capitalium. §. olent ff de pœn.

Idem. LEX III.

SI quis intra palatiū,[a] vbi præeſt[1] † Rex, ſcandalū[b] perpetrare preſumpſerit, animæ ſuæ incurrat periculum: aut animam ſuam redimat,[c] ſi obtinere potuerit à Rege.

Idem. LEX IIII.

SI quis liber homo[d] in eadem ciuitate, vbi præeſt Rex, &[2] † tunc inueniatur eſſe, ſcandalum * perpetrare præſumpſerit:[e] id eſt, ſi incitauerit,[f] & non percuſſerit, ſit culpabilis in palatio Regis ſolid. 12. Nam ſi percuſſerit, ſit culpabilis in palatio Regis ſolid. 24. exceptis plagis, & feritis, ſi fecerit, ſicut ſubter annexum eſt, componat.

Idem. LEX V.

SI quis ſeruus in eadem ciuitate in qua Rex præeſt, ſcandalum incitauerit, & nō percuſſerit, ſit culpabilis in palatio Regis ſoli. 6. & ſi percuſſerit, ſit culpabilis ſol. 12. exceptis plagis, & feritis, ſi fecerit, ſicut[3] † ſubter annexum eſt, componat.

Idem. LEX VI.

SI quis liber homo in alia ciuitate[g] ſcandalum incitauerit, & non percuſſerit, ſit culpabilis in palatio regis ſolid. 6. & ſi percuſſerit, ſit culpabilis ſolid. 12. exceptis plagis, & feritis, cui fecerit: ſicut ſubter eſt annexum, computat.

Idem. LEX VII.

SI ſeruus in alia ciuitate ſcādalum commiſerit, ſit culpabilis in palatio Regis ſoli. 4. & ſi percuſſerit[4] † ſoli. 6. exceptis plagis &[5] † feritis: cui fecerit componat.

Idem. LEX VIII.

OMnes[h] verò regales cauſæ[i] quæ ad manum Regis pertinent[k] vnde compoſitio expectatur,[l] aut culpa quæritur,[m] dupliciter

a SI quis intra palatium] Ex hac lege & ſuperiori colligi poteſt, quòd locus auget delictum, & concordat iuri Romano ut ff de Iunio. eſt & argu. C. de epiſc. & cler. l. ſi quis in hoc genus.

b *Scandalum.*] Scandalum eſt verborum offenſio, ex qua plerunque peruenitur ad verbera. & ſm hoc ſcandalū verbis tm̄ committitur: ſed certè etiam per incitationem in facto cōſiſtentem: puta ſi manus leuauerit quis, & percuſſit, aut non, vt inf. l. proxi. vbi exponitur, quid ſcandalum, ibi. id eſt, ſi incitauerit, & percuſſerit: aut non. q. in facto conſiſtit ſcandalū, non in dicto. Nā vbicunq; ponitur pęna ſcandali punitur, exceptis plagis & feritis d. l proxi. Si verò fieret per verba iniurioſa vtiq; diceret, exceptis verbis iniurioſis: cum itaq; iniuriarum ſcandalum non committatur, & quandoque contingit maiorem compoſitionem pręſtari de verbis iniurioſis, quàm de plagis, & feritis, quia de illis comp. ſoli. 12. vt inf. de conui. l. 1. De iſtis vero quandoque minus, ut inf. de pla. & comp. l. 1. Sed verum ſcandalum committatur, ſi fiat in congregatione hominum, aut etiam ſi duo tantū ſibi obueniunt in ciuitate & vnus contra alium incitationem faciat? Reſpon. vtroque caſu l. 1. ſup. eo. l. ſi mulier. in princ. inf. de iniu. mu. & ar. l. ſi ſeruus intra prouinciam. inf. de fur.

c *Redimat.*] ſcilicet cum guidrigild, 200. ſolid. vel qualiter potuerit et amiſsis omnibus bonis cum qua ſi in maieſtatem deliquerit.

d SI quis liber homo.] Not. quòd ex iſta lege, & tribus ſe. pœna, quam præſtat dn̄s pro ſeruo in compoſitionibus, eſt medietas pœnæ, qua pręſtat liber pro ſe, niſi lex qualiter aliud ſpecialiter dicat, ut in furto ubi componit liber, & ſeruus. vt no. inf. de furt.

e *Præſumpſerint.*] Nō in eccleſia, nec in palatio, nec in conſilio, nec in conuentu.

f *Incitauerit.*] Hinc colligis, quòd ſcandalum poteſt committi verbis tantum, & facto tantum.

g SI quis alia ciuitate.] quam in qua eſt Imperator.

h OMnes.] Huc uſque de prima parte rubricæ: hic incipit ſecunda, videlicet, de compoſitionibus.

i *Regales cauſæ.*] quia ſi priuatorum ſunt, licet tota compoſitio, vel pars ad Regem pertineat, non duplicantur.

k *Pertinent.*] Verbum pertinet, multis modis capitur: nam dicitur aliquid ad me pertinere, ſi res mea eſt, vel eius vſus fructus, vel ſi in eam ius pignoris habeam, vel ſi bona fide poſſideam, licet non ſim dominus, ut ff de adul. l. ſi poſtulauerit. § cum quoque. ſic ergo ſiue Rex dominus ſit alicuius rei, in qua delictum perpetratum eſt, ſiue fructuarius, ſiue ius pignoris habeat in ea re: vnde compoſitio, quæ præſtanda eſſet priuato, in regis perſona duplicabitur.

l *Expectatur.*] Vt quia res iam iudicata eſt.

m *Quæritur*] Vt quia res adhuc eſt in quæſtione: vel econtra. vel dic, expectatur, ſcilicet, de præteritis: quæritur, ſcilicet, de futuris. ſed poſſet dici, quòd lex iſta loquatur de caſibus emergentibus à tempore, quo fuit lata ſententia. nā ſi promiſtis mihi quicquid te dare, facere oportet, pręſentia non futura continentur ſed ſi verbum futuri temporis inſeratur, vt quicquid te dare, facere oportet, oportebitve, tūc futura continentur, ut ff de verb. obligatio. l. ſi ſtipulatus fuerim §. cum ſtipulamur ſed non valet, quia leges futuris negotijs formam tribuunt l. leges ſecunda. C. de leg. & hoc inducat lex ſequen. Aſtulphi, qui fuit Rex vltimus, & compoſitiones cauſarum regalium duplicauit unde eccleſiæ ad Regnum ſimilitudinem duplicem uolebant exigere compoſitionem, quod ipſe Aſtulphus remouit. Item Liutprandus adduxit ad præſcriptionem contra Regem, ut duplicata tempora exigantur. l. de poſſeſsione. inf. de pręſcrip. ſed hæc intellige de compoſitionibus ſpectantibus ad Regem, non ad priuatam perſonam facit tex. l. ſi mancipium cuiuſcunque. 1. & 2. inf. de fur.

Conſuetudinem.] No. arg. quòd conſuetudo valeat, ſed hic loquitur de ea, quæ fuit ab eodem approbata, & tranſlata in legis neceſsitate.

Compenatur.] Regis ergo compoſitio duplicatur. Comitum autem, & Baronum ſimpla præſtatur. Priuilegia enim regalia non tranſeunt cum Comitibus, &c. nam commoda,

1 † *ſcilicet principaliter. Not. ex hac. l. qua pœna puniatur ſcandalum faciens in palatio regis & ego vidi plures nobiles, & dominos per regem, & conſilium banniri a curia ob percuſſiones iniurioſas factas intra domum regalem.*

2 † *vel.*

* *Quid ſit ſcandalum, vide extra de homi. c. ex literis. & per Arch. & Do. in c. ordinarij. de off. or. lib. 6. & Hoſtien. in ſum. de renuncia. §. vtrū. verſi. graue ſcandalum. & Fely. in c. nihil cū ſcandalo. de præſcript.*

3 † *In hoc codice legitur.*

4 † *Si aut fecerit plagas aut feritas ſit culpabilis in palatio regis.*

5 † *Aut.*

moda, & onera rerum cum rebus tranſeunt, ut in hæreditate, ut C de hære. uel act. uend. per totũ. & ſeruitutes prædiorum actiuè, & paſſiuè cum prædijs tranſeunt. l. uix ff. de ſer. ruſt. pr&d & C. de ſeruitu. l. & in prouinciali. cæterum priuilegia perſonalia cum prædijs non tranſeunt. nam res fiſci uſucapi non poſſunt, ut in inſti. de uſuca. § res fiſci. & C de qua tri. præſcri. l. bene a Zenone. ſed ſi fiſcus eas alienauerit, itaq; uſucapi poſſet. & prę ſcribi. Item ſi Rex iuſſerit aliquem occidi, mors eius ſine pœna erit, ut inf. de conſ. mort. l. prima. quod in Comitibus, & Baronibus locum non habet. Item ſi Rex ſuccedit alicui, debita hæreditaris extinguuntur, ut infra de ſucceſ. l. ſi quis ſine hæredibus. quod in alijs locum non habet. Item ſi quis cogitauerit prodere caſtrum Comitis, & illud aſſignare non Regi ſed inimico ipſius Comitis, uel perſonam eius occidere, crimē maieſtatis nō cōmittit, in quo crimine omnes admittuntur ad accuſationem, ut ff. ad l. Iul. ma. l. famoſi. & par omniũ conditio eſt. l. de minore. ff. de quæſt. ſed ab accuſatione aliorum criminum remouentur. l. qui accuſare ff. de accu. Præterea in l. Iul. Maie. bona auferuntur hæredibus, licet contra defunctũ iudiciũ non fuerit inchoatum, ut C. ad l. Iul. Maie. l. meminiſſe. quod in cæteris criminibus locũ non habet. & hæc diſtin. in ciuilibus & criminalibus rectè notatur.

ſecundum antiquam cõſuetudinem componantur: excepto mundo[a] de libera, aut morte,[b] aut alijs quæ ſimiles ſunt: vnde noningenti ſolidi iudicantur: quas in ſuo vigore conſtituimus permanere. Reliquæ verò omnes (vt ſupra diximus) in duplum exigantur.

Rex Aſtulphus. LEX IX.

RElatum eſt nobis quod vſque nunc fuiſſet talis conſuetudo,[c] vt monaſteria, vel xenodochia, ſeu venerabilia * loca, quæ in defenſione ſacri noſtri palatij eſſe noſcuntur: compoſitionem duplicem exigebant ab hominibus, qui cum ipſis venerabilibus locis componere debebant: ſicut curtis Regia exigere videtur. Nunc autem conſtituimus, vt monaſteria baſilica, vel xenodochia, quæ ſub palatii defenſione eſſe videntur, compoſitionem exigere ſi debuerit, nõ exigant duplum, ſicut de cauſa Regis: ſed [1] † ſicut alia venerabilia loca, quæ ad palatium non pertinent.

* Not. eccleſias eſſe in defenſione principis, vt in prœm. pra. ſanc. & ibi gloſ. in ver. obliſ. amur & c. quando. 23. q. 4. & ca. cau. q. 5. c. princeps ſeculi. & c. in res omnes. & in cle. vna de iureiur. & l. 1. o. Reb. in l. vniuerſ. C. de ſun. rei priu. lib. 11. vbi dicit, quod eo de cauſa princeps poteſt cognoſcere de re eccleſiaſtica: qđ eſt ſecundũ eum multis incognitũ.

1 † ſimplũ.

Imperator Pipinus.

LEX X.

DE compoſitionibus,[d] quæ ad palatiũ noſtrũ ptinent, ſi Comes ipſas cauſas commouerit [2] † ad requirendum, ille tertiam partẽ[e] ad ſuum recipiat opus: duas verò ad palatium, & ſi per eius negligentiam remanſerit, & miſſus dominicus ipſas cauſas reqrat, tunc volumus, vt ille Comes illam tertiam partem non habeat, ſed cum integritate ad palatium perueniat.

2 † commouerit.

Imperator Lodoicus.

LEX XI.

VT de debito,[f] quod ad noſtrũ opꝰ fuerit guadianum [3] † alis conſideratio[g] fiat, vt is, qui ignoranter peccauerit, non totum ſecundùm legem componere cogantur, ſed iuxta quod viſum fuerit poſſibile:[h] is verò, qui tantum malum volũtarie perpetrauerit, totam legis compoſitionem cogatur exoluere.

3 † guadiatum.

TITVLVS III.

De c nſilio mortis.[i]

Rex Rhotar. LEX I.

SI quis[k] cum Rege de morte alterius fuerit conſiliatus, aut hominem per ipſius iuſſionem occiderit, in nullo ſit

a *Mundio.*] id eſt, iniuria libertæ mulieris, quæ eſt in mundo Regis.

b *Morte.*] id eſt homicidio in abſconſo, cum ſerui Regis clam occiſi ſunt.

c R*Elatum. Conſuetudo.*] Lex iſta infirmat conſuetudinem, quæ legi inuenitur contraria, & concordat iuri Romano, quo cauetur, vt ſi quid ſpecialiter ſit alicui conceſſum, cæteris videtur denegatum, ut Inſtit. de iur. nat. §. plane. cum ergo ſit regium priuilegium, exigere compoſitiones, eccleſijs denegatur ar. l. cum prætor. ff. de iud. & C. de procu. l. maritus. verumtamen conſuetudo, quæ reprobanda non eſt, iuriſdictionem præbet arg. l. fi. C. de emancip. l. b. an autem lex ſit præponenda conſuetudini, no. inf. qualiter iud. deb. l. placuit.

d D*E compoſitionibus.*] Ex hac lege ſumpta eſt conſuetudo, ut aduocati monaſteriorum hanc tertiam partem in monaſterij placitis acquirant, niſi ſint negligentes.

e *Partem.*] quam Luitprandus dedit.

f V*T de debito.*] Nota, quod mitius agitur cum eo, qui culpa deliquit, quam cum dolo, & concor. iuri Roma. quo cauetur, ſi filiusfa. dolo malo aliquid iudicauerit, totum ſoluere cogitur: ſi uero per ignorantiam, tenetur inquantum facere poteſt, ut inſti. de obli. quæ ex qua. deli. na. in princip. & ff. de iu. l. ſi filiusfam. & dum dicitur, vt liceat iudici ratione paupertatis rei condemnati a ſententia ſua recedere, ut C. de mo. mul. l. fina. in fin. & ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. fina. argumen l. prima inf. de quantita. ſolid.

f *Debito.*] ueluti banno, vel de alia cõpoſitione ex delicto deſcendente, quod ad Imperatorem ſpectat.

g *Conſideratio.*] multo magis in priuato, ut j. de debit. & guadimo. l. penul.

h *Poſſibile.*] Habita ratione, ne egeat: nã ſunt, qui condemnãtur, inquantum facere poſſunt, id eſt, habita ratione, ut ſupra niſi redarguatur de dolo, ut ff de regu. iur. l. in condemnatione. ſed ſi quis promiſit ſoluere dotẽ, cum potuerit, debet primo deducere æs alienum, & ſalua remanere dignitas promittentis. lege nepos Proculo. ff de verb. ſignificatio. Si quis autem dixerit, ut primo detrahatur æs alienum: & de reſiduo exigatur compoſitio culpæ, fortè nõ errabit nam fiſcus ultimus eſt ſucceſſor in pœnis, ut C. de pœn. fiſc. l. 1 lib. 10 & tamen de hæreditate delata in eum debet ſolui æs alienum, ut inf. de his, qui ad pla. ve. con. l. pen. ſed intellige de fiſcali debito præſtãdo ex cauſa delicti: aliter ſi ex cõtractu: quia fiſcus præfertur cæteris creditoribus.

i DE CONSILIO MORTIS.

Dictum eſt ſup. de compo. ad Reg. perti. nunc de delict. pertinentib. ad priua. & ab eis comm. ſſ. & cum deberet primò tractare de homicidio, præmittit de conſilio mortis: quia conſilia plerunque præcedunt homicidia.

k S*I quis*] Caſus incidens dedit occaſionem huic legi cõdendæ, ut ſi conſiliatus fuerit cum Rege de morte alterius, non tenetur: ſecus ſi cum alio, quia conſiliator, & hęredes eius tenentur: ſed in hæredes diſtingue. nam aut lis fuerit conteſtata contra defunctum, & erit actio contra hæredes: aut non, & tunc ſecus, ut ff de act. & obl. l. conſtitutionibus. Vel niſi ad hæredem aliquid peruenerit, tunc enim turpia lucra ſunt ab hæredibus extorquenda l. in hæredem ff de calu. & hoc uerum, ſi actio ſit criminalis, & contineat ſolam pœnam. ſi uero ſit mixta, quia perſecutoria rei, & pœnæ, tunc quantum ad rei perſecutionem tenẽtur hæredes, ſi quid ad eos peruenerit, ut in actione ui bono. rap. quæ eſt in quadruplum, re computata, quamuis prætor non fuerit pollicitus actionem ui bono. rapt contra hæredes dari, quia putauit ſufficere conditionem furtiuã, ut ff vi bo. rapt. l. 2. in §. ſi uero delictum ſit commiſſum, ut quia commodatarius deliquit in re ſibi commodata,

tunc hæredes tenentur etiam lite non conteſtata, ut ff de act. & obl. l. ex contractib. ſed hoc verum, ſi conueniatur actione ex contractu, non autem ex delicto ex eo deſcendente, vt ff ad l. Iul. repe. l. 2. vbi hæredes tenentur intra annum, & perpetuò ſi lis eſſet conteſtata, vel ſi quid peruenerit ad eos, & ad hæredē tranſit actio ex delicto, lite non conteſtata, vt ſi defunctus citatus moram fecerit in excipiendo iudicium: & maxime, ſi poſt longum tempus deceſſerit, ut ff. ſi qs cau. l. ſi eum. §. fin. & de noxa act. l. ſi is. nam libelli oblatio ſiue per exequutorē conuentio, ſi datum ſit in ſuis finibus, actionem facit perpetuam, non tranſitoriā contra hæredes, vt C. de præſcri. 30 ann. l. ſicut. & C. de annali excep. l. ſi. licet quandoque libellus principi datus facit litis conteſtationem, vt C. quando lib. princip. da. l. prima.

culpabilis: ne ille nec hęrdes eius quoquo tp̄e ab illio, f † aut ab hęredibus eius requiſitionem, aut moleſtiā patiatur: q̄a cor Regis a poſtquàm in manu Dei eſſe credimus, non poſſibile b eſt, vt homo poſſit idoneare quem Rex occidere iuſſit. c

† vide.

f *Cum Rege.*] Sed nunquid, quando conuenitur, debebit dicere, ſe hoc feciſſe conſilio Regis, an non debebit hoc allegare, ſed ſufficiens ſit, ſi dicat ſe non teneri, ut per hoc iudex ſuo officio debeat de hoc indagare. & hoc quidam dicunt. alij ſunt in contraria opinione.

a *Cor Regis.*] Facit C. de ſum. trinita. & fid. catho. l. inter claras.

b *Non poſſibile.*] Verbum, impoſſibile, accipitur quandoque ſecundum naturam, ut ſi cœlum digito tetigeris, & tunc vitiatur contractus l. impoſſibilis ff de verb. obl. & l. non ſolum de act. & oblig. & l. impoſſibilium. de regu. iur. quandoque pro difficili, vt ff. de his, qui deie vel eff. l. cum ſanè quandoque pro eo quod eſt contra leges, & bonos mores, vt ff. de cond. inſtit. l. fil us. & hoc modo accipitur hic. Sed quid de actionibus, quæ oriuntur ex contractu, nunquid intendi poſſunt contra principem, ut teneatur ſatisfacere ſecundum actionis naturam? Reſpond. vtique. nam & ſi legibus ſit princeps ſolutus, legibus tamen uiuere debet. l. ex imperfecto. C. de teſt. cum omnis imperialis maieſtas, & eius auctoritas à lege pendeat, & ab ea ſit inducta. l. digna vox. C. de legi. nam cum ipſe ſit lex animata in terris, ut in auth. de conſul. collat. 4. non debet in legem committere. arg. d. l. ex imperfecto. quia fruſtra legis inuocat auxilium, qui contra legem committit, ut ff. de mino. l. auxilium. in h. cùm iuſtitia ſit conſtans, & perpetua voluntas, u. inſti. de iuſti. & iu. in princ. In quo enim vrgebit iuſtitia, ſi ab Imperiali maieſtate recedas? quis habebit conſtantem circa iuſtitiam voluntatem, ſi variabilis, & inconſtans ſit Imperator? Et ſi ipſe conuentiones non ſeruat, nec alij ei ſeruare debentur, ut ff. quod quiſ. iur. per totum. & ar. l. 2. C de ind. uid. toll. & C. ſi adu. vect. l. 1. multo fortius non debet princeps periurij auctor exiſtere, in cuius pectoris ſcrinio omnia iura ſunt conſtituta. l. hac conſultiſſima. C. de teſt. Præterea ſi Princeps emat, vel uendat, quomodo pretium exiget, niſi rem tradat, & traditio rei ſibi fieri, niſi pretium ſoluat, & nunquid dicemus contrahentes cum Principe obligari, Princeps autem non. l. Iulianus. ff. de act. emp. & ven. Sed iure Longobardorum princeps admittit actionem creditoribus, & hæredibus obligata n: unde ipſe obligatus non tenetur, & liberat uenditorem à nexu euictionis, ut inf. de ſuc. l. ſi quis ſine hæredibus, & inf. de euict. l. 1. Idem de iure Rom. nam rerum dominia admittit Imperator domino, & permittit actiones hypothecarias, & alias quaſcunque non ſecundum naturam ſuam, ſed vſque ad quadriennium, vt C. de quad. præſcri. l. bene à Zenone. Ex his liquet, quod ſe, & alios liberare poteſt pro beneplacito ſuo, & ſeruum alienum natalibus reſtituere, vt ff. de nat. reſt. l. prima. & patriam poteſtatem adimere, dum filiumfa. eligit in patrem. §. ſi filiusfa. inſti. quib. mod. ius pa. pot. ſol. Et filiusfa. tranſit in poteſtatem, ut inſti. de adop. § illud proprium, pro quo facit tex. in l. Princeps. ff. de legibus iuncto princ. inſtit. de obliga. per quæ probatur, quod cum Princeps ſit lege ſolutus, non adſtringitur aliqua neceſſitate. Præterea par in pare non habet imperium. argu. l. quarta. §. fina cum l. ſequen. ff de arbi. & l. ille, à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad treb. Nec poteſt quis ſibi imperare, & legem ponere. l. penult. ff. de arbi. & de legat. 3. l. ſi quis in princip. teſtamenti. & de codi. l. diuus. § licet. Nam Iuſtinianus veteres Imperatores correxit, & eorum leges abrogauit, & poſtea ſuas proprias per nouas conſtitutiones ad nihil deduxit. Ex quibus patet, quod dum Imperator abrogat leges, per conſequentiam obligationes ex lege deſcendentes, & talia faciendo, vt dictum eſt, nemini iniuriam facit, ſed ſuo iure utitur: quæ procedunt de rigore, inſpecto eius dominio, & poteſtate: debet tamen uiuere legibus à quibus omnem auctoritatem, & poteſtatem conſequutus eſt.

Idem. LEX II.

SI quis liber d homo in morte alterius e conſiliatus fuerit, f & ex ipſo conſilio mortuus nō fuerit: tunc ipſe cōſiliator cōponat ſolidos vigīti.

Idem. LEX III.

SI homines g liberi inter ſe de morte alterius h conſi-

c *Iuſſit.*] quaſi dicat, præſumptio iuris & de iure eſt, ut morte ſit dignus, quem Rex iuſſit occidi.

d *SI quis liber.*] Quia ſi de ſeruo intelligeretur, aliquando plus de cōſilio, quàm de morte componeretur, & iniquum eſſet. liberum teneri de conſilio mortis ſerui: ſeruum vero de conſilio mortis liberi minimè, cùm nulla lege ſpecialiter dicatur.

e *Alterius.*] ſcilicet, liberi. quid in morte ſerui, nulla lege cauetur, ſed quia maleficia impunita remanere non debent, puniri debet extra ordinem, quo caſu licet iudici quandoque augere pœnam, ut ſit metus multorum, ut ff. de pœn. l. hodie quandoque diminuetur, ut ſi ratio ætatis minorem pœnam popoſcit, aut (vt aliqui dixerunt) fiat computatio proportionabiliter de conſilio mortis liberi, uel ſerui, ut iudex inſpiciat, unde liberi hominis conſilium ſumptum ſit, & qualis proportio eſt 20. ſol. aduerſus liberi hominis, eadem proportionabiliter præſtaretur de conſilio mortis ſerui, quantum ad æſtimationem ipſius. ſi verò ſeruus de morte ſerui, aut liberi conſilium fecerit, tenetur ad dimidium eius, ad quod liber tenetur l. ſi quis liber homo. iunctis ſequen. ſupra. de ſcanda. & coniugo.

f *Conſiliatus fuerit.*] ſcilicet cum ſeruo, uel ancilla.

g *SI homines.*] An ſit unum conſilium, ſi plures conſiliantur uidetur, quod ſic, ut ff. de iur. ſid. omn. iud. l. ſi familia. in fin. & hoc uerum per interpretationem legis. ſed rei ueritate plura ſunt, quia plura ſunt facta. & diſcreta, dum quilibet ſuum conſilium impartitur: licet in uno perpetrando conueniant. Et quidem ubi pœna conſilij continet intereſſe, ut quia plurium conſilio terra combuſta eſt, uel damnum datum, uno ſoluente, cæteri liberantur, cùm ex parte actoris ſolum intereſſe continea ur. Si uero continet meram pœnam, tunc ſecus. arg. l. tempeſt. §. ſi in ſepulchro ff. quod ui, aut clam. & ff ad lege Aquil. lege item Mela §. ſed ſi ſeruum, & ſic unuſquiſque componat ſolid. uiginti. Sed an poſſint ſe adunare, & unam compoſitionem facere pro conſilio? uidetur, quod ſic. Nam poſſunt ſe adunare homicidæ in compoſitionem, qui magis delinquerunt. nam maius delictum eſt homicidium, quam mortis conſilium, ut inf. de ho. l. prima. & infra de fur. l. ſi plures. & ff de publi. lege ſi multi, & de iu. fin. l. lauſertur. §. fina. Sed contrarium uerius uidetur. Nec obſt. dicta l. prima. & d. l. ſi plures, quia ibi ut poſſint ſe adunare clementer, & benigne leges agunt cum homicidis, nam quilibet tenetur in ſolidum utroque iure. Iure enim Longobardorum, ſi quis ſe ſubtraxerit, & pœnam punſicare non potuerit, componat, ſicut alij, qui fuerunt homicidium: unde quilibet homicidiarum tenetur inſolidum, dicta lege ſi plures. Licentiam autem adunandi tunc habent contra iuris rigorem, cum lex permittat: in conſilio autem nulla lege permittitur, imo diſponitur, ut unuſquiſque componat ſolidos uiginti. Et concordat iuri Romano. Nam ſi plures trabem ſurripuerint, licet nullus eam portare poſſit de per ſe, tamen quilibet tenetur inſolidum, ut ff ad legem Aquil. l. ita vulneratus. in §. & l. item Mela. §. ſi plures. & ff. de iuriſd. l. auſe. tur. §. fina. Aliud enim eſt fraudem facere, & aliud committere crimen.

h *Alterius.*] ſcilicet, liberi.

h Alter-

a *Mortuus non fuerit.*] Si ergo mortuus fuerit, tenetur de homicidio, & à pœna conſilij releuatur, quod quidam de plano concedunt, quia maior compoſitio trahit ad ſe minorem arg. l. 1. inf. de ho. lib. ho. Ibi, ſi interfuit a contrario, ergo releuatur à pœna conſilij: poteſt tñ dici, quod ſi conſilium de morte alicuius fuerit factũ, & ex eo mortuus ſ. non teneatur de conſilio, ſed de morte. Si uero diſiunctis temporibus conſiliũ, & homicidiũ patrata fuerunt (quia delicta impunita remanere non debent. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aql.) tunc tenetur de utroque, ut ff. ad l. Aquil. l. illud quæſitum. §. ſi. & ff. de mil. teſta. l. quod dicitur. propè fi. Sed prima ſentẽtia benignior eſt. d. l. 1. & d. l. ſi plures.

1† tracta-tu.

liati fuerint ſine Regis conſilio, & ex ipſo conſilio [1] † mortuus non fuerit, [a] componat vnuſquiſque, vt ſupra ſolid. 20. Et ſi ex ipſo conſilio mortuus fuerit, tunc ille, qui homicida [b] eſt, componat ipſum mortuum ſicut appreciatus [c] fuerit.

Idem. LEX IIII.

SI quis [d] liber homo, aut mulier [e] venenum temperauerit, & alij [f] adhibendum dare uoluerit, componat ſolid. 20. ſicut ille, qui in morte alterius conſiliatus fuerit.

Idem. LEX V.

SI liber, aut libera uenenum alij [g] ad bibendum dederit, & qui accepit ex ipſo ueneno, mortuus non fuerit, componat, qui uenenum dederit, medium pretij ipſius, ac ſi eum occidiſſet. [2] †

b *Homicida*] ſ. ſi certum fuerit, ne ſit contrarium inf. l. 1. de homic. lib. homi.

c *Appretiatus*] ideſt guidrigild.

d SI *quis.*] Hęc lex non loquitur, quod quis de nuda uoluntate teneatur; ſed quia proceſſum fuit in factum dum uenenum temperauit.

e *Mulier.*] ſ. libera.

f *Alij*] ſ. libero.

g SI *liber Alij.*] ſ. libero, uel liberæ.

h SI *mulier. Per ſe.*] Poteſt ergo aliquis ſecum conſiliari, ſed ſecundum proprietatem uerbi conſilium ſemper inter plures eſt: ideo dicas, quod mulier iſta cum alio ſumpſit conſilium de morte perpetranda per ſe, uel per ſuppoſitam perſonam.

i *Facere.*] ergo & ipſam dimittere, ſed contra inf. ſi quis uxo. ſuam dim. ſ. l. penult. Dic, quod hic eſt fornicatio præſumpta. unde bene poterit ipſam dimittere, & aliam accipere, ut extra de diuor. c. 1.

k *Quod voluerit.*] Ergo poterit eam dimittere, ſed obſt. inf. de eo, qui uxo. ſu. dim. l. nulli liceat. 1. Sol. dum ibi dicitur, excepta cauſa fornicationis, ſubauditur, & aliis ſimilib. Nam ſi inuenerit eam turpiter conuerſari, poterit eam uendere ut inf. qua. quis ſe defen. deb. l. ſi quis amodo. ergo & dimittere. Vel dum ibi dicit, nulli licet &c. proprium arbitrium tollit marito, ne de facili uxorem dimittat.

l *Rebus.*] ſiue ſint dotales, ſiue paraphernales, ſiue tertij generis, ut quia mulier ſucceſſerat patri. Quid ſi iudex nil dixerit in ſententia de rebus uxoris? fortè tacitè ſequitur ademptio bonorum ar. l. 1. inf. de his, qui ad mor. ſue. iud. ibi quia omnes res ſuę. & concordat iuri Romano, ut ff. de bon. dam. l. 1. (ut alij dicunt) in ſententia debet hoc exprimi. Nam ſi maritus eam occiderit, & ſententia nihil de bonis contineat, habebit tamen maritus bona iure ſucceſſionis. Si uero eam uendiderit, domina rerum perſeuerabit, & hæc procedunt, ſi mulier confeſſa fuerit.

m *Parentibus.*] Sed quid, ſi mulier parentes non habeat? Reſpon. iurabit cum gamallis, ideſt, confabulatis. ut j. qua quis ſe defen. deb. l. ſi contigerit. Et parentes non iurabunt de credulitate. Nam qui iurat ſe credere, uel non credere, hoc ad ueritatem rei non pertinet. Debent enim iurare, mulierem facinus, quo conuenitur, non commiſiſſe. Mulier enim iurabit per ſe. arg. l. ſi. inf. de dam. in uia da. Muliere purificata ſi maritus cõuentus fuerit, quod doloſe eam accuſaſſet. debet iurare cum duodecim ſacramentalibus, quod ſi calumnioſè accuſationem inſtituiſſet: ſed certam habuiſſet ſuſpicionem, & hic eſt ſpecialis caſus, ubi iuratur de aſto cum duodecim ſacramentalibus: ſimiliter, ſi maritus uxorem per pugnam impetit, & amiſerit, de aſto iurare debet, licet regulariter, quãdo actor per pugnam elegit probare, ſolus debet iurare ipſe de aſto ante pugnam, ut j. qua. quis ſe defen. deb. l. ſi quis alium aſto. Not. quod de aſto conſilio non ſit pugna, niſi de conſilio mortis: non idem è contra, ut ſi maritus conſiliatus fuerit in morte uxoris, quod poſſit ad pugnam prouocari. nã ſi conueniatur de morte, non habet locum pugna: multo minus de conſilio, ſed in lege iſta locum habet pugna propter priuilegium maritale.

2† quod appreciatus fuerit.

Idem. LEX VI.

SI mulier in morte mariti ſui conſiliata fuerit per ſe, [h] aut per ſuppoſitam perſonam, ſit in poteſtate mariti ſui de ea facere, [i] quod uoluerit: [k] ſimiliter, & de rebus [l] ipſius mulieris. Et ſi illa negauerit, liceat parentibus [m] eam purgare aut per ſacramentum, [n] aut per campionem, [o] ideſt, per pugnam. [p]

TITVLVS IIII.

De illicito conſilio.

Rex Lutprandus.

LEX I.

SI quis liber homo [q] ad alium liberum hominem conſilium * dederit de periurare, aut caſam alienam incendere, ubi homo cum rebus ſuis inhabitat, aut mulie

n *Sacramentum.*] Si mulier non per ſacramentum, ſed per pugnam purificata fuerit, iurabit maritus ſacramentũ de aſto, per leg. Lutprandi, incip. ſi quis alium aſto animo compellauerit inf. qua. ſe defen. de.

o *Aut per campionem.*] In electione accuſatoris erit, quo genere probationis uti uelit, pugna enim eſt genus probationis.

p *Pugnam.*] Nota quod pugna fieri nõ debet, niſi, ubi lex dicit.

*Nota quem ex conſilio fraudulento teneri, ut in reg. nullus ex eo ſi eo. & ibi poſt Dy. dixi in addi. de regu. iur. lib. 6. ubi in ſi. al lego illud ſup. 37. à malo conſiliario ſerua animã tuam, & plenè per Iaſ. in l. 1. ff. C. de ſeruo. fug.

DE ILLICITO CONSILIO.

Dictum eſt ſupra de ſpeciali conſilio mortis, quod illicitum eſt: modo ponit titulum generale de illicito conſilio.

q SI *quis liber homo.*] Lex iſta in tribus caſibus loquitur, vbi conſilium datur de periurio, de incendio domus, & de raptu, & loquitur tñ de homine: idem de muliere. ſi ergo ſeruus ſeruo, uel liber ſeruo, uel ſeruus libero, nihil lege iſta cauetur: vnde quidam dñt extraordinariam pœnam eſſe præſtandam: ſed tñ dici põt, quod ſi ſeruus illicitum conſilium dederit libero, uel ſeruo, tenetur dñs immediatè arg. l. ſi quis liber homo. cum ſeq. ſup. de ſcan. & compo. ſi autẽ liber ſeruo, tenetur, ac libero dediſſet. Sed huic ob. quod di. hic, cum ſeruus nil habeat, quod componat: ergo non vr loqui, ubi a ſeruo illicitum conſiliũ datur: ſe l. certè, attenta hac rõne, dici poſſet, quod non loquitur, ubi illicitũ conſilium datur pauperi: ſed dum dicit, ubi compoſitio datur, l. dari dẽt: vnde pauper tenetur, & ſi nil habeat, ſerui aũt ex delictis obligantur, & noxalis actio ſit directa, & cõ, ut inſtit. de nox. act. §. oĩs. ſed an lex iſta ſit ſpecialis in his trib. caſibus? quidam dñt, quod ſic, per hunc tex. ibi, inter iſta capitula. & dum dicit, quod conſiliator punitur in ſol. 40. Si enim porrigeretur ad alia, conſiliator teneretur pluſquàm maleſactor: quod eſſet abſurdum. Aliorum ſñia æquior eſt, ut porrigatur ad alia conſilia illicita: per hunc tex. in ſi. ibi, qualis cã fuerit gñalis: ergo eſt lex iſta nam qñque deberet iurare cum duodecim, quandoq; cum paucioribus, ſed illi reſpondent, qualis cauſa fuerit: ergo cum duodecim. Qualiter autem puniatur conſiliator in aliis capitulis, quæ in expreſſis hic? Reſpon. in nonam partem compoſitionis, inſpecta pœna delicti, ut ſi compoſitio ſit in ducatis 900. punitur in ducatis centum, & hoc, quia pœnę moliendæ ſunt. l. penult. ff. de pœn. ſed iure Roma. peræquè tenetur maleſactor, & conſiliator l. qui ſeruo. ff. de fur. Nam qui conſilium dat, uidetur opem præſtare, & econtra. vnde unũ alteri ineſſe uidetur, ut ff. de uerb. ſignif. l. ſæpè in fine. ſed iure

Longobardorum ſeous. De ope autem præſtita tenetur conſiliator, quãtum ipſe maleſactor, ut inf. de eo, qui cum aun. alt. l. i. licet contrarium multoties inueniatur: vnde alter punitur, qui in capite eſt, quàm ſequaces eius. Item an teneatur aliquis de conſilio, ſi delictum nõ ſit ſequutum? vtique. nam ſup. tit. i. tenetur conſiliator, ſiue mors fuerit ſequuta, ſiue non. & eſt tex. inſti. de oblig. quę ex delic naſcun. §. vnde illud. ſed in contrariũ vi. tex. hic, ibi, qui ipſum malũ fecit nam ſi nullum fecerit non tenetur conſiliator: concor dat in. ro. ut Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcun. §. ope in fi. & ff. quod quiſq; iuris. l. i. in fi. An ſi quis de dent conſilium vxori, ut furtum marito faciat, uel filiofamilias patri, cum uxor, & filius nõ teneatur furti marito, & patri. l. ſi quis uxori. in prin cip. ff. de furtis? vtiq; ut ibi dicitur. ſed cõtra hanc l. facit infra de prohi. nupt. l. aduenientc. in fi. ſol. ibi non fuit conſilium, ſed ſuaſio, quæ plus eſt. l. i. §. perſuadere. ff. de ſer. corrup. Item contra inf. de dam. in uia da. l. i. ubi de domo incenſa fit compoſitio in triplum: hic ſecus, ſed ibi de domo habitata, uel ibi domus valebat centum ſolidos, & facta cõputatione tripli fit compoſitio in ſolid. 300. Item contra inf. de prohibit. nupt. l. 2. ſol. ibi Munduałdus autem præſtitit illicitis nuptiis, quod plus eſt, quàm conſiliari.

rem alienam,[a] aut puellam tollere,[b] aut rapere,[c] & cauſa approbata fuerit, componat pro illicito conſilio, quod contra rationem miniſtrauit, ſolidos centum. Ita ſanè inter iſta capitula,[d] quæ diximus, vnde compoſitio per ipſum datur. qui ipſum malum fecit ſolidos 900. ipſe conſiliator componat ſolidos centum, & vnde compoſitio fit de ſolu. 300. conſiliator componat ſoli. 30.[1] † & ſi minus de ſoli. 300. fuerit compoſitio ipſa, conſiliator componat ſolid. quadraginta, minus non: medium ex iſtis capiat palatiũ Regis, medium is, cuius cauſa fuerit, & ſi ipſe, de quo dicitur, qui iſta mala conſiliatus fuerit, negare[2] † voluerit, quod tale conſilium non dediſſet, præbeat ſacramentum cum legitimis ſacramẽtalibus ſuis, iuxta qualis cauſa fuerit, & ſit ſolutus à culpa.[3] † Nam per pugnam non fatigetur: nam ſi rei veritas manifeſta fuerit, componat, vt ſupra.

1 † aliis.

2 † vetare.

3 † poena.

a *Alienam.*] ſ. liberam.
b *Tollere.*] ſ. cum conſenſu.
c *Rapere.*] ſ. ſine conſenſu.
d *Capitula.*] ſ. de periurio, de incenſa caſa, de raptu.

e DE CONSILIIS:

Plerunque poſt illicitum conſilium conuitia inter ſe homines dicunt. Ideo ſequitur de conuitijs. Dicitur conuitium, quaſi conuocinium a concitatione, vel a conuentu: hoc eſt, à collatione uocum, vel conuociferatione, vt ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. conuitium. Si autem non in cœtu dictum ſit, nec cum vociferatione, non propriè conuitium dicitur, ſed contumelia cauſa dictum, vt d. §. conuitium. in fi. Sed hoc generaliter eſt accipiendum: nam ad ea iura adaptantur, quæ frequentius contingunt, ut ff. de leg. l. nam ad ea. Plerunque enim contingit, ut iniurioſa verba cœtu, & cum vociferatione dicuntur, ne remaneant impunita, hic puniuntur.

f *Si quis.*] ſcilicet, liber homo, uel mulier, quid ſi ſeruus, aut ancilla? dic, ut uo. ſup. de ſeru. & compo. l. ſi quis ſeruus.
g *Alium.*] ſcilicet, liberum. Quid ſi ſeruo dictum ſit, arga? Reſpon. minori pœna tenetur, cum minus delictum ſit commiſſum.
h *Per furorem.*] non quod uerè ſit furioſus, quia non puniretur, ut infra, de dam. in uia da. l. ſi quis peccatis. & concordat iuri Romano, ut ff. ad legem Corn. de ſicar. l. infans. vnde dic per furorem, ideſt per calorem, & iracundiam, quia in ore prudentis turpia uerba non inueniuntur, ſic ille, qui filium exhæredat ſine iuſta cauſa, dicitur quaſi furioſus, ſi rectè ſaperet, filium utique non exhæredar. ut inſtit. de inoffic. teſtamen. in princ. & ff. de inoffic. teſtam. l. 3.
IN compoſitione guidrigild, volumus vt ea dent[c] quæ in lege continentur, excepto[d] ancipitre, & ſpata: q̃a propter illa duo aliquotiens periurium committitur, quã do maioris pretij, quàm illa ſint, iuratur.

Idem. LEX XXXII.

SI quis, [e]aliqua neceſſitate cogente, homicidium commiſerit, Comes, in cuius miniſterio res ꝑpetrata eſt, compoſitionem ſoluere, & faidam per ſacramentum pacificare faciat; quòd ſi vna pars conſentire ei ad hoc noluerit, id eſt, aut ille, qui homicidium commiſit, aut is, qui compoſitionem accipere dẽt, tunc Comes illum, q̃ contumax fuerit, ad præſentiam noſtrã venire faciat, vt eum ad tempus, quod nobis placuerit, in exilium mittamus, donec ibi caſtigetur, vt Comiti ſuo inobediens eſſe vltra non audeat, & maius damnum inde non acreſcat.

Imperator[1] †Lotharius. LEX XXXIII.

SI quis ex leui cauſa, [f]aut ſine cauſa hominem in eccleſia interfecerit, de vita ſua componat. [g]Si verò foris rixati ſunt, & vnus poſt alterum in eccleſiam fugerit, & eum ibi ſe defendendo interfecerit; ſi huius facti teſtes non habuerit, cum 12 iuratoribus legitimis per ſacramẽtum affirmet, quòd ſe defendendo eum interfecerit, & poſt hoc de ſol. ad partem ipſius eccleſiæ componat, quã illo homicidio polluit, & ſi ipſe auctor commotæ rixæ inter eos extiterit, leudũ interfecti, & inſuper bannũ noſtrum ſoluere cogatur, & publicam agat pœnitentiam. Sin autem nõ ille, qui alterũ interfecerit, ſed is, qui interfectus eſt: eandem rixam cõmouerit abſque compoſitione[h] iaceat, & is, qui eum interfecerit, ſecundũ canonũ iudicium publicam agat [2]† pœnitentiam. Si cuiuslibet verò ſeruus proprius hoc cõmiſerit iudicio aquę feruentis* examinetur, [i]vtrum hoc ſponte, an ſe defendendo feciſſet, & ſi manus ei exuſta fuerit, interficiatur: [k]ſi autẽ non fuerit, publica pœnitentia mulctetur, niſi fortè ipſe auctor commotæ rixæ inter eos fuerit inuentus: tunc eñ eius dominus, [l] iuxta quòd guidrigild illius eſt, ad eccleſiam perſoluat, aut ſi voluerit eidem eccleſiæ tradat.

Idem. LEX XXXIIII.

DE eccleſiaſtico, & fiſcalino, & beneficiario volumus, vt pro vna vice guidrigild eius pro eo cõpo. pro altera verò vice ipſe ſeruus ad ſupplicium tradatur: hr̃ditas tñ liberi hoĩs, [m]qui ꝑ tale facinus ad mortẽ fuerit iudicatus: [n]ad legitimos hr̃des illius perueniat: [o]ſi verò in atrio ipſius eccleſiæ, cuius portæ reliquijs ſanctorum ſunt conſecratæ, huiuſmodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo cõponatur: ſi verò portæ eccleſiæ conſecratæ non ſunt, eo modo cõponat, quod in atrio committitur, ſicut componi debet, quod in immunitate violenter cõmiſſum eſt.

Idem. LEX XXXV.

DE homicidio, vñ lex[p] pro ſimplicitate probationem trium teſtium quærit: & ſi teſtes habere non potuerit, concedimus, [q] vt

m DE *eccleſiaſtico. Liberi hominis.*] ſcilicet, qui in eccleſia interfecerit aliquem; propter quod debet interfici. & tamen ideo dixit, quamuis lex Caroli aliter præcipiebat de illis hominibus, ut eorum bona publica efficiantur.
n *Iudicatus.*] ſ. quia in eccleſia occidit.
o *Perueniat.*] quia ut dictum eſt, defunctus non fuit occiſus, ſimpliciter ſtando, ſed in rixa, ut ſupra in prin.
p DE *homicidio. Lex.*] Sed iſte ponens certũ numerũ teſtiũ, per quos homicida debet probare ſe defendendo feciſſe, vt no. ſup. Et ſciendum, quod ubi lex numerum teſtiũ ponit, pauciores non ſufficiunt, ut ff. de teſtib. l. vbi. hic n. probare dẽt exceptionẽ ſuã tribus teſtibus, uel cum ſacramentalibus: q̃d ſi non probauerit, totã ſubſtantiã dẽt amittere, habita ꝑſumptione ſup eum, ut hic in fi. a cõtrario ſenſu colligit, quod non dẽt abſolui a ſimplicitate, ſi teſtibus, & ſacramẽtis caret. Sed quid ſi teſtes nihil de homicidio dixerint, utrũ uiderunt rixam motã? uel quid ſi ſacramentales nõ p̃nt habere de homicidio ſeſe defendendo facto. ſed de mota rixa? Dicendũ eſt, q̃d ſi auctor commotæ rixæ occidit, leudum interfecti cogitur ſoluere: quia uerum eſt rixantẽ occidiſſe, uñ inter eſt inter actorẽ commotæ rixæ, & eum, qui commouit ut ſi auctor cõmotæ rixæ occidat, iaceat abſque compoſitione: ſi uero ipſe occidat, pretium interfecti præſtetur, ut ſupra lege proxima in princ.
q *Concedimus.*] ſuperior lex non permiſit eũ defendere cum duodecim ſacramentalibus, niſi cum

1 †Lodouicus.

2 †congruũ facinoris quod admiſſit accipiat.

* No. de tortura, ſiue diciis aquæ feruentis, vt inf. de eo, q mali. vel ſeruũ. l. 2. tamen non videtur permiſſum tale iudiciũ aquæ bullientis, & ferri candentis can. ... nã & can. conſuluiſti. 2. q. 5. & c. vlt. de purga. vulg. in quo tt. Alber. de Roſ. in d. ſuo. in verſ. ... lum. & in verb. miraculum. & ben. text. c. ex tuarum. de purga. can. vbi legitur de iudicio aquæ frigidæ, q̃d ſublatum eſt, vt inf. quali. quiſque ſe defend. l. vt examen. & hac ... tur immo peregrina, vt ibi, & vade infra titu. proxi. l. ſi quis de libertate.

cum homicidium fecerit in eccleſia: hæc uerò generaliter permittit.

a *Ab eadem ſimplicitate.*] i. à pęna ſimplicitatis, quia dēt amittere omnia bona, licet non probaſſet trib. teſtibus. Vel aliter expone, ab eadem ſimplicitate i. pp illam ſimplicitatem, quia ſimpliciter ſtabat, ut abſolutus à pęna.

b *Proprium.*] hęc lex rumpit legem Caroli per ſuum, de armis intra patriā non portandis, & leg Papini, de aduenis, & pereg, & Lothar. j. l. quicunque homine, &c. & affirmat leg. Lutprandi, licet non probaſſet tribus teſtibus.

c *Qui vi. Treugam.*] ſ. iuratam.

d *Dictum eſt.*] ut j. qua. quis ſe defend. de l. quacunque. ubi tribus caſibus datur campio, ut cum iuuenilis ætas, aut decrepita, aut infirmitas litigantē pugnare prohibuerit.

e *Amittat.*] Hic ſumitur arg. ſecundum quoſdam, quod reus in pugna dēt iurare, cum vī, quod pp periurium amittat manum. Pap. vero contrarium dicunt: hic aūt amittit manum, quia in treuga, & pacē iurauit, & deierauit, non pp periuriū. Vel expone, amittat, & compoſitionem in duplum reddat, ſi acceperit, ut ſup. eo. l. ſi homo occiſus. & inſuper guidrigild, ſi iuret, ut j de periu. l. 2. Et intellige pp periurium, non pp homicidium. ut inf. de ſaidoſis. l. 2. & arg. iſtius legis dicunt quidam, ꝙ reus debet iurare, ubi per pugnam aliquid ei probatur, qđ id, de quo accuſatur, non admiſit: licet dominus Va. contra, ut dictum eſt ſup. eod. l. recolimus. Nam ſi verum eſt, quod illi dicunt, nunquam ſuper homicidio, vel alio quolibet crimine principaliter fieret duellum, ſed dumtaxat ſuper periurio.

* *Caſus in quo principales perſonæ debent per ſe pugnare, niſi iuuenilis ætas, aut decrepita, aut infirmitas eos pugnare prohibeat. & in aliis caſibus quos notat glo. in c. 1. §. Similiter in verb. an diuino. circa med. de pac. ten. & eius viola. qua alleg. hunc tex. & l. fi. & l. quicūque. infra qualit. quis ſe defen.*

* *No. virtutū præmia meritis tribuere dēre, & impiis dignam vltionē. l. & virtutū p. mia. C. de ſta. & ima. & gl. in c. eccleſia. 12. q. 2.*

cum duodecim iuratoribus iuret, & ab eadem ſimplicitate[a] ſit abſolutus, propriū[b] tamen non amittat.

Imp. Henricus. LEX xxxvi.

QVi verò intra treugā[c] * poſt datum oſculū pacis aliquem hominem interfecerit, & negare voluerit, pugnā per ſe faciat, nec campionem pro ſe dabit, niſi ſicut dictum eſt[d] ſupra: ſi verò conuictus fuerit, manum, quæ homicidium fecit, amittat.[e]

Idem Henricus diuina pietate 2. Romanorum Imperator.

LEX XXXVII.

DEcet imperialem ſolertiam Reipublicæ curā ita agere, vt ſic ſolicitetur erga præſentiam, quatenus ca quoq; diligenter prouideat, quæ poſteris ſunt utilia, atq; profutura: id autem ſatis cōpetenter agitur, cum bonis virtutis præmium, * impiis autē digna vltio ſibi ad vindictam, aliis ad exemplum recompenſatur: ſed & de humani generis ſalute tāto præcipuè curandum eſt, quanto manifeſtius eſſe cōſtat, quod omnipotens quoque Deus pro redemptione eius, vnigenitum ab æterna ſede diuinitatis ſuæ in terrā miſit. quapropter, quoniam plæroſq;, proh dolor, veneficio, ac diuerſo genere furtiuæ mortis[f] perire audiuimus, ſuper hoc; dum in Regno vniuerſali conuentu Longobardorū ſederemus, huiuſmodi legē Epiſcoporum, Marchionum, Comitum, aliorumq; multorum noſtrorum Fidelium conſenſu,[g] & auctoritate probatam ſancimus. Quicunque[h] veneficio, ſeu quolibet modo furtiuæ mortis aliquem peremerit, vel conſentiens fuerit, mortis ſententiam, incurrat, omniumq; ſuarum rerum mobilium, & immobilium facultatem amittat, ita tamen, vt pretiū x. librarum[i] auri pro legitimo guidrigild[k] propinquis parentibus perempti primum detur, reliqua rurſus medietas eius[1] † propinquis obueniat: altera autem medietas ad fiſcum accedat: ſi quis verò prædicti criminis, aut de facto, aut de conſenſu accuſatus,[l] negare voluerit, aut per duellum * ſi liber eſt:[m] ſi vero ſeruus, per iudicium[n] defendat[o] ſe, aut ſimilem ſententiam incurrat. Ad hoc autem volumus, noſtraq; imperiali auctoritate ſancim*, vt quicunque hominib. prædicti reatus noxiis, refugiū, aut ſubſidium[p] aliquod præbuerit, omnis poſſeſſio eius in publicum perueniat, ipſe verò noſtram, omniumque noſtrorum indignationem incurrat.

f DEcet. *Furtiua mortis.*] quænam eſt mors furtiua, ſecundum Ro. homicidium dicebatur abſconsè factum, ſi fiebat ab uno, aut duobus, ut ſup. eo. l. 3. cæterum, ſi fiebat à pluribus, & ideo aliam induxit pœnam, ut eo. l. arg. inf. de aggreſ. in vi. fa. l. 1. ubi Ro. uocauit exercitū coadunationem quatuor hominū: tu dic, ſi homicidium fiat nocte, erit mors furtiua arg. inſti. de obli. quæ ex deli. naſc. in prin & ff. de fur. l. 1. & ſecundum hoc quatuor, uel plures poſſunt furtiuam mentem inducere, ſi occulte faciant: nam & duo poſſunt palam facere: erit igitur furtiua mors ex mente perpetrantium, ex tempore, & ex loco, ut fiat in fundo remoto, uel in ſylua, furtiua erit.

g *Conſenſu.*] Conſentire dicitur, qui poteſt prohibere, & non prohibet, ut dominus in ſeruo, & pati dicitur, ut ff. ad leg. Aquil. l. ſcientiam. & de noxa. l. in omnibus. quid ſi qs videat homicidium pattari, ad quem prohibitio pertineat: nam rectè dī conſentire, ut ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi extraneus. conſiliator uero non dī conſentire, quia non hēt ius prohibendi, ſed alia ratione pōt dici conſentire, qa ſuadet, & inducit hominem ad occidendū.

h *Quicunque.*] ſiue liber, ſiue ſeruus.

i *Decem librarum.*] poſuit hoc inter vtrūque: ſ. quia qñque poteſt eſſe plus, qñque minus, & hoc ſecundum generoſitatem eius, qui interfectus eſt. Et nota, ꝙ guidrigild x. librarū eſt medium quantū ad illa duo guidrigild, & ſic per mediū intelligit extrema, ſicut per extrema intelligit medium, ut ſup. eod. l. recolimus enim. Vel loquitur hic, qñ aliquis de caſindijs mortuus fuerat, quo facto, fuerat compoſitio in 200. ſoli. Vel ſpeciale eſt hoc in furtiua morte, ut tunc ſemper ſit legitimū guidrigild pretium x librarū.

k *Guidrigild.*] primo igitur debet applicari hæredib. defuncti, & licet hic fiat mentio x. librarum, intellige tamē, ut ſup. eod. l. recolimus. ſed quid ſi plures ſunt? R. ñ. quilibet amittit omnia bona: non tñ de cuiuſlibet ſubſtantia dantur 5. quia ſufficere debet unum, quod ſi exceſſerit, dēt diuidi inter curtem Regis, & hæredes defuncti: homicida tñ propter hoc non euadet mortis periculum, ut ſupra Lutprā. ſtatuit in l ſi defendendo. ſed lex illa non loquitur de morte furtiua, vel forte trahitur ad iſtā, vel iſta ſecūdum illam. arg. l. ſed & poſteriores. ff. de legi.

1 † *eiſdem*

* *No. ſeruū non p duellū, ſed per iudiciū ſe defendere debere, vt in c. 1. §. ſi ruſtic* & ibi gl. in ver. voluntatem. & in § ſimiliter. de pa. ten. vbi gl. alleg iſtum tex. in ver. aut diuino.*

l *Accuſatus.*] conuictus etiam per elect. actionis ſimilem ſententiam incurreret.

m *Si liber eſt.*] generale, quando liber homo defendit ſe per pugnam ſeruus defendit ſe per iudicium. Item vbi liber defendit ſe per ſacramentum, dominus iurat per animam ſuam, non per animam ſerui, vel ſi iurare noluerit, faciat ſeruum facere iudicium.

n *Per iudicium.*] ſ aquæ feruentis.

o *Se defendat.*] Sed contra. infra qualit quis ſe defen. l. 3. Soluo, illa trahitur ad iſtam. ſecundum Va. quia ſemper dicitur mors furtiua, vbi aduerſarius inficiatur, ſe feciſſe homicidium.

p *Subſidium*] ideſt, ſi ei latebras abſcondendi, aut auxilium cum violentia præſtiterit, aduocatus autem extra pœnam eſt. Sed nunquid de auxilio præſtito tempore criminis, aut tempore poſteriori? Reſpondeo, poſterior

opis ad hanc pœnam tenetur, & hoc indicat verbum, refugium, ſed ſi opis præſtita ſit ad damnum faciendum, colliga ear, ut inf. de eo, qui cum arg al. dam. infe. l. 1.

a DE PARRICIDIIS.

Supra de homici. in genere: modo in ſpecie, quod ſpecialem pœnam ſortitur; ideo de eo ſubnectitur.

TITVLVS X.

De parricidiis. [a]

Rex Rhotar. LEX I.

SI quis [b] in morte parentis [c] ſui inſidiatus fuerit, ideſt, ſi frater in morte fratris ſui, aut barbani, quod eſt patronus, † ſeu conſobrini inſidiatus fuerit, & ille, cui inſidiatus fuerit, filium [d] non reliquerit, non ſit illi hæres, [e] de cuius anima tractauit: ſed alij parentes proximi. [f] & ſi alios parêtes proximos non habuerit, tunc illi curtis Regia ſuccedat: de anima autem illius homicidæ ſit in poteſtate Regis iudicare, quod illi placuerit: res verò, quas homicida reliquerit, parentes proximi, & legitimi habeant: [g] & ſi parentes proximos non habuerit tûc curti Regiæ ſocientur. [h]

Rex Lutprandus.

LEX II.

SI frater fratrem occiderit [i] in peccatis, [k] quanquam anterius edictum contineat, vt proximi parentes homicidæ ſuccedant, nos tamen proximos fratres appellamus, [l] ſi frater relictus fuerit, in res homicidæ fratris ſuccedat, * ita, vt ſecundum qualitatem perſonæ de ipſa ſubſtantia homicidæ, ſi ille, qui occiſus eſt, filios reliquerit, compoſitionem illis dare debeant: [m] reliquum autem, quod ſuperfuerit, ſibi habeat, & ſi pecunia ipſius homicidæ in tantû fuerit ſub æſtimatione, quantum compoſitio eſt, aut fortè minus, habeant eam filij ipſius, qui occiſus eſt: quod ſi non reliquerit fratres, vnum aut plures, is, qui occiſus eſt, quantacunq; fuerit ſubſtantia homicidæ, filius ipſius, qui occiſus eſt, in ea ſuccedere [n] debeat: quod ſi non habuerit filios legitimos, proximi ſuccedant parentes per gradû: quod ſi nec parêtes fuerint, qui ei legitimè ſuccedere poſſint, ſuccedat ei curtis Regia: de anima verò homicidæ illius ſit in poteſtate Regis, ſicut in anteriori edicto legitur.

Imp. Carolus. LEX III.

SI quis de libertate ſua interpellatus [o] fuerit, timês ne in ſeruitium cadat: aliquê de propinquis, per quem in occiderit, ideſt patrem, vel matrem, patruum, vel auunculum, vel quamlibet huiuſmodi propinquitatis perſonam: ipſe, qui hoc perpetrauerit, moriatur: [p] cognatio [a] † eius, & conſanguinitas [q] in ſeruitutem cadat, [r] & ſi negauerit ipſum occidiſſe, ad nouem vomeres * ignitos ad iudicium Dei examinandum accedat.

a † agnatio

b *SI quis in morte.*] Hæc lex. & lex Lutprandi inf. eo. incip. ſi frater fratrem, rumpuntur a leg. Lotharij, quæ incipit, quicunque p.p. cupiditatem, quia quantacunque ſit ſubſtantia homicidæ ad fiſcum defertur ſine aliqua diſtinctione, non ad filios interfecti nec ad ꝓpinquos interfectoris. quod tamen non placet. Vel intelligas legê illam, qſi propter cupiditatem rerum hoc fecit; vbi dr. Similiter hæc, & illa ab eadê rumpuntur, & quia perſona homicidæ non eſt ſubdita in manu Regis, ut illa, & illa præcipit. Sed ordinauit Epiſcopo, publicê aget pœnitentiam ſecundû illam legem. Et quod hic ſubijcit, niſi alij parentes, intellige, qđ ideo filij homicidæ ſuccedant, ſi proximiores ſunt occiſo, licet poſſet dici, qđ cum pater expellit, filius quoq; expellit.

c *Parentis.*] Hoc nomen large accipitur, & loquitur de homicidio facto in linea collaterali.

d *Filium.*] Idem ſi filiam; qui pro Lutprand. ſunt inſtituti hæredes in omnem patris, aut matris hæreditatem. Idem de omnibus deſcendentibus.

e *Hæres.*] ut homicida excludatur à ſucceſſione eius, quem occidit. Sed quid de filio homicida, qui vult venire ad ſucceſſionem Barbani, ſiue patrui ſui. Dicût quidam eum excludendum: nam ex quo pater excludit, meritò filius, ut inf. de ſucceſ. l. de eo. & concordat iuri Romano. C. de quæſtio, l. diuo Marco. Alij dicunt, filium non debere excludi propter delictum patris, ut ſup. tit. 1. l. ſi maritus. & inf. de adult. l. ſi quis dixerit & facit. ff. de ritu nupt. l. generali. §. fi. & ff. de ſenat. l. filiam. & de in ius voc. l. adoptiuum. §. fi. de interdi. l. 3.

f *Proximi.*] proximus eſt, quem nullus in gradu præcedit, ut inſti. de leg. agn. ſuc. §. utrum. vnde nepos ſuccedit patruo, licet ſit filius homicidæ.

g *Habeant.*] detracto prius v. quod habere debent hæredes occiſi. & no. quod hoc non diuiditur, quod eſt ultra v. inter hæredes defuncti, & Regem, imo parentes proximi habeant.

h *Socientur.*] Ergo ſi filij defuncti ſunt proximi, habebunt omnia bona homicidæ, alia alij proximiores: ex q. dic namque filios defuncti agere de parricidio, quia omnia bona eis applicabuntur: quandoque de ſimplici homicidio, quia venirent ad medietatem ſubſtantiæ, quæ excedit

i *SI frater. Occiderit.*] i. nec nolendo, nec ſe defendendo, quia huiuſmodi homicida non amittet omnem ſubſtantiam: non tamen ideo uidetur rumpere ſuper eum ambulando, quia etiam moritur.

k *In peccatis.*] ideſt, in inſidijs.

l *Appellamus.*] In collaterali linea loquitur, ſed deſcendês præfertur collaterali, ut aſcendens iure Longobardorum, vt inf. de ſuc. l. item. ubi nô licet filio patrem exhæredare, cum liceret omnia bona ſua, cui uoluerit, relinquere, etiam inuito fratre; ex quo ſequitur, quod frater ſororem excludit, qa licet ſit in eodê gradu, tamen quia maſculinus ſexus dignior eſt, præfertur fœminino. Alij contra, ût ſorores fratres excludant, ut inf. de ſuc. l. ſi quis Longobardus: quia ſoror in capillo ſuccedit cum filia: ergo per ſororê excluditur frater. Tu dic, quod pariter ſuccedunt, cum eodem gradu ſint.

m *Debeant.*] Hinc no. quod ſemper occiſi debent habere v. de bonis occiſoris, ſi quid ſuperfuerit, nô curti Regiæ, ſed ſibi habeat.

n *Succedere.*] fortè excluſis parentibus, qui ſunt in pari gradu. Tu dic, quod pariter ſuccedunt, parentib. aût deficientibus ad curtô Regis deuoluuntur bona.

o *SI quis. Interpellatus.*] Quia erat in libertatis poſſeſſione, & fiebat ei quæſtio ſeruitutis; ideo patrem, aut matrem, aut propinquum occidit, ut inf. de præſcript. l. ſi quicunque homo.

p *Moriatur.*] Intellige, niſi Regi placuerit concedere uitam.

q *Conſanguinitas.*] i. filij homicidæ, & deſcendentes ex eo, uel ab eo: alioquin iniquum eſſet inter parentes, & conſanguineos eius qui nihil peccauerunt, ut in ſeruitutem caderent ſecundum Va.

r *Cadat.*] Licet uerè libera eſſet. Alij quod uerè erat ſeruus: ſed erat in poſſeſſione libertatis, à qua cadere debet, ut qui hominem occidit, quem dicebat aldium, uel ſeruû ſuum, admittit filios eius, ut ſupra titu. 1. l. ſi quis Longobardus: non enim debet intelligi de fratre, & ſorore, & de ſororis filijs, ſed de ſolis filijs. Alij, & melius, ut ita demum cadat in ſeruitutem, ſi qua defenſio eius erat, quam admittant, ut non poſſint eam ex perſona homicida prætendere, dum propinquum occidunt: ungu-

ſum

* *Argu. q nepos non ſuccedat, patruo exiſtente contrarium de iure cõi. ſ. verum, ut §. reliquũ. in authẽ. de hære. ab inteſt. veniẽt. & ſuccedit in ſtirpes, ut ibi per Bar. Iac. de Beluiſ. & Ang. & alijs conſulũ, q conſil. in ſi. operis Dy. de reg. iur lib. 6. reperitur.*

* *Not. ad lx. vomeres ignitos iudiciũ fieri, quod de iure prohibitum eſt c. monnã & c. conſuluiſti. 2. q. 5. & vide ſupra tit. pro xi. in l. ſi quis ex lo. m. de quo vide glo. in l. 1. § ſi miles ruſticũ. ver. aut diuinas de pa. ten. quae ala. iſtũ tex.*

Imp. Henricus. L. IIII.

QVicunque[a] propter cupiditatem rerũ patrẽ, aut matrem, aut fratres, aut ſorores, vel nepotem, aut aliquem ſuum propinquũ, per ſe, aut per alium interfecerit, hæreditas interfecti ad alios ſuos legitimos hæredes [b] perueniat: hæreditas verò interfectoris in fiſcũ redigatur:[c] ipſe verò, ordinante Epiſcopo, publica pœnitentia ſubdatur: [a] † quòd ſi ille, cui crimen mittitur, negare voluerit, per ſe pugnam faciat: nec liceat campionẽ prò ſe dare; niſi decrepita ętas, aut iuuenilis, [d] aut infirmitas pugnare prohibuerit.

TITVLVS XI.

De homicidijs ſeruorum [e] miniſterialium, vel aldiorum.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis aldiũ alienũ occiderit, cõponat ſolidos lx.

Idem. LEX II.

SI quis ſeruum alienum miniſterialem probatum, ut ſupra, aut doctum domi occiderit: domino componat ſolid. quinquaginta. De alio uerò ſeruo miniſteriali, qui ſecundus ei inuenitur eſſe, tantum ut nomen miniſteriale habet, ſi quis occiderit, cõponat ſolid. xxv.

Idem. LEX III.

SI quis ſeruum alienum ruſticanum, qui ſub maſſario eſt, occiderit, componat ſolid. xvj.

Idem. LEX IIII.

SI quis ſeruum alienum bubulcum de ſala occiderit, componat ſolid. xx.

Idem. LEX V.

SI quis ſeruũ alienum maſſarium occiderit, componat ſolid. xx.

Idem. LEX VI.

SI quis pecorariũ alienũ, aut caprarium, ſeu armẽtarium occiderit, magiſtrũ tamẽ, componat ſol. xx. pro diſcipulis autem, qui ſequentes ſunt, ſi quis occiderit, cõponat ſolid. xvj. De illis uerò paſtoribus dicimus, q ad liberos homines ſeruierunt, & de ſala propria exeunt.

Idem. LEX VII.

SI quis porcarium alienũ occiderit, magiſtrum tñ, illum, qui ſub ſe diſcipulos habet duos, aut tres, aut amplius, componat ſolid. quinquaginta. De inferioribus autem porcarijs ſi quis occiderit, componat ſolid. xxv.

Idem. LEX VIII.

SI quis infantem paruulũ de ſeruo maſſario, caſu faciente, occiderit nolendo, arbitrentur a iudice [f] ſecundũ qualem habuerit ætatẽ, aut quale lucrum facere poterat, ita componat.

Idem. LEX IX.

NVllus pſumat aldiã alienã, aut ancillã quaſi ſtrigam* (quæ vulgò dr̃ maſea) occidere: qa Chriſtianis mẽtibus nullatenus eſt credẽdum: nec poſſibile eſt, ut hominem mulier viuũ intrinſecus poſſit comedere. Si quis deinceps talẽ illicitã, & nefandam rem perpetrare præſumpſerit, ſi aldiã occiderit, cõponat pro ſtatu eius ſolid. lx.[g] & inſuper addat pro culpa ſolid. centum, mediũ Regis, & mediũ cuius aldia fuerit. Si autem ancilla fuerit, componat pro ſtatu eius, ſicut ſupra conſtitutum eſt. Si autem miniſterialis, aut ruſticana fuerit, componat inſuper pro culpa ſolid. lx. medi. Regi, & medi. cuius ancilla fuerit. Si uerò iudex hoc malum perpetrare iuſſus fuerit, de ſuo proprio pœnam ſupraſcriptam componat.

TITVLVS XII.

De ſepulchro violato; [h] & de eo, qui hominem mortuum expoliauerit.

Rex Rothar. LEX PRIMA.

SI quis hominem mortuum in flumine, aut foris inuenerit, & eum expoliauerit, aut celauerit,[i] componat parẽtibus mortui ſolid. xx. quòd ſi eum inuenerit, & expoliauerit, & mox uicinis patefecerit, [k] & cognoſcitur, quia pro mercedis cauſa fecerit, non furandi animo, reddat ſpolia, [l] quæ ſuper eum inuenerit, & amplius in calumniam non generetur.

rum ſi alijs legitimis probationibus ſe defendere poſſint, eas admittunt: ſed ſi cõuictus de homicidio neq uerit ad, nouem uomeres ignitos ſe defendat, bona autẽ homicidæ, & filiorum, qui propter hoc ſerui iudicantur, deueniant in poteſtatẽ domini, qui eos acquirit, ut ff de capit. dimi l. tutelas. §. in libertate.

a QVicunque.] Not. quod ſi propinquus propinquum, cui ſe putabat ſuccedere, occiderit, carebit ſucceſſione illa.

b Haredes.] & ſic ad filios, ut no. ſup l. j.

c Redigatur.] Dummodo detrahant. ſ. & dentur legitimis hæredibus defuncti, & interfector mori debet.

d Iuuenilis.] Niſi alius, qui homicidam per pugnam impetit, per campionem pugnet: quo caſu & ipſe homicida campionem dabit: ſæpè enim ex alterius perſona conſequimur, quod ex noſtra non poſſumus ff. quæ res pignori obliga. non poſſ l. Attio. in fi. & de pignoratitia actione l. ſi pignore. §. ſi prædo. & de tranſactionibus. l. & poſt. §. j. & C. de tempo. in integrum reſtitu. l. petendæ. ubi litigator habet inducias ex perſona aduerſarij arg inf. de ſucceſſionibus. l ſi ſorores. quia ſoror in capillo ſuccedit fratri ex perſona filiæ, excluſo fratre: ſic vbi ſoror habet pronepotẽm. Sed an iuuenilem ętatem accipiemus uſque ad 18. annum, quod tempus eſt legitimum ad alienandum, an uſq; ad 25. ut iure Romano cauetur? Reſpondeo vtique l. non aliter. §. j. ff. de lega. 3. & iſta ætas 25. an. legitima eſt ad pugnandum.

e DE HOMICIdijs ſeruorum. Tanquam in ma. le, & in ſtructu uſum emit timus hunc titu.

f SI quis. Arbitrētur a iudice.] Hic eſt caſus, in quo ſit compoſitio iudicis arbitrio.

g NVllus. Solidos lx.] In hoc, quod dicit hæc lex, componat ſolid. 60. & inſuper ſolid. centum, rumpitur à lege Lutprandi, ſi quis commendauerit res ſuas: quia non debemus ex una cauſa duas imponere calumnias.

h DE SEPVLchro viola. &c. Supra de homic. quoniam mortui ſepeliuntur, & veſtimentorum cauſa expoliãtur: ideo ſubdit hanc rubr.

i SI quis, Celauerit.] animo lucrandi: hoc enim eſt celare, cum tu ſcias id alios ignorare emolumenti tui cauſa, quorum intereſt.

k Patefecerit.] ex hoc cognoſcitur, q non animo furandi ſpoliauit, ſiue pãtefecit iudici, ſiue conuẽtui in eccleſia, vt inf. de eo, qui pecun. in dam. inue. l. j.

l Reddat ſpolia.] Quid ſi non reddat, licet patefecerit uicinis? Reſpondeo, deliquit, ſed uidetur contra infra de eo, qui pec. in dam. inue. l. ſi quis porcos. ubi debet componi tãquam, qui res alienas malo ordine cõtrectat: at hic ſolid. lxxx. Sol. quidam dicũt, eſſe in electione actoris exigere compoſi-

† publica pœnitentia mulctetur.

* Not. non licere occidere ſtrigã i. maſcam, ſeu ſortilegã, vt inf. de iniur. mu. l. 2. & de hoc inf. qualiter mund. l. ſi quis mundium. ext. de ſortt. & 26. q. 1. & q. 2. & ibi bona glo. in ſumma; & vſq; ad 6. q. & vide per med. in tract. ſortil. leg. & ego vidi plures remiſſiones per defunctum domi num cancellarium Frãcia de Ganey. denegare pluribus, qui interfecerant nonnullas pauperes mulieres, quas credebant maſcas, Concordãt inf. de itinerand. l. 3.

Idem. LEX II.

SI quis [a] ſepulturam [b] hominis mortui ruperit, & corp⁹ expoliauerit, aut foris iactauerit, noningentorum ſoli. ſit culpabilis parentibus defuncti. Et ſi parentes proximi non fuerint, tunc caſtaldius Regis, aut ſculdaſius requirat culpam ipſam, & ad curtem Regis exigat.

TITVLVS XIII.

Ne ad regem venientibus [c] iniuria fiat.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis ex Baronibus noſtris ad nos venire voluerit, ſecurus veniat, & illæſus ad ſuos reuertatur, & nullus de aduerſarijs illius illi aliquam iniuriã in itinere, aut moleſtiam facere præſumat: tantum eſt, vt ille, qui ad regem venire feſtinat, honeſtè veniat: * & nullam læſioné, aut damnum cuicunque in ipſo itinere ad regem veniẽdo, aut redeundo faciat. Nã ſi fecerit, [d] ſicut ſubter in hoc edicto dictũ [1] † eſt, cõponat.

Idem. LEX II.

SI quis ex aduerſarijs noſtris manum armatam ſuper quemcunque hominẽ [e] ad regem venientem iniecerit pro ſua iniuria, aut propter qualemcunque culpam vindicandam, noningentos ſolidos ſit culpabilis: mediũ regi, & medium cui iniuria illata fuerit.

Imp. Carolus. LEX III.

SI quis [f] liber [2] † ſuper miſſum dominicum cum collecta, & armis venerit, & miſſaticum illi iniunctum contradixerit, aut contradicere voluerit, & hoc ei approbatum fuerit, quòd ſe ſciente, eſſe [3] † miſſum dominicum, ad reſiſtendum veniſſet, de vita componat & ſi negauerit, [g] cum duodecim ſacramẽtalibus [h] ſuis ſe idoneum faciat & pro eo quòd cum collecta [i] [4] † contra miſſum dominicum armatus venerit ad reſiſtendum, bannum dominicum componat; ſimili modo Dominus Imperator de ſuis vaſſis [k] iudicauit, & ſi ſeruus hoc fecerit, [l] diſciplinæ corporali ſubiceat.

TITVLVS XIIII.

De exercitalibus, [m] & his, qui in hoſtem ire contempſerint.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis de exercitalibus Ducem ſuum contempſerit ad iuſtitiam faciendam viginti ſoli. [n] Duci ſuo, & regi componat.

poſitionem pecuniæ, an octogild. Alij, quia ſpolia erant iam quaſi religioſa; ideo debet ceſſare actio furti, & habebit locum alia pœna pecuniaria Mihi autem neutrum iſtorum placet; quia veſtimenta religioſa non ſunt, ſed ceſſare debet actio furti, quæ pro re hæreditaria non datur, ſed crimen expilatæ hæreditatis, ut ff de cri. exp. hær. l. 2. & ñ niſi defunctus eam locauerit, vel commodauerit: tunc enim hæres habebit actionẽ furti, ut ff de fur. l. his enim. Si igitur ñ reddere denegat, & denegando cõtrectat, de expilata hæreditate tenet: ſecus ſi non contrectat, cum ſola denegatio, neq; crimen expilatæ hæreditatis, neque actionem furti inducit. ff. de fur. l. j § ſola.

a SI *quis.*]Hæc lex rumpitur à lege Grimoaldi, ſi ſeruus talem culpam. ĩ. de cul. ſeruo. quia nõ dabit 900. ſed 60. ſolid. & ipſum ſeruum, ſimiliter rumpitur ꝑ legem Caroli, ſi quis in immunitate ĩ. de his, qui ad eccleſ. con fug. 600. ſolid. componit.

b *Sepulturam.*] prohibet ſepulchrũ violari ſub pœna 900 ſoli Non minus prҫſtabuntur eccleſiæ, ut inf. de cri. vend. hær. l ſi qs immunitate. Sed nunquid hẽt locum in ſepulchro, qđ eſt iuxta eccleſiã, an in alio? puto vbicunque ſiue in agro ſit, ſiue in ædificio, maximè ſi locus ſit factus religioſus per traditionem corporis ſepulturæ perpetuæ: cæterum ſi ad tempus, vt ff. de rel. & ſump fune. l. ſi qs eo animo, & debet tradi corpus ſepulturæ cum capite. l. cum diuerſis. ff de religio &c. Sciendum, quòd ornamenta, & prætioſæ veſtes, ut multi ſimpliciores faciunt, non debent cum corporibus condi. ut ff. de rel. l. ar. ſi quis, §. non autẽ; Sed quid. ſi ſepulchrum tantum ruperit, corpus tamen nõ expoliauerit? Reſpondeo, tenetur pro ſola ruptura ad hanc pœnam, vt hic, iure autem Romano, pœna eſt irrogata. ut C eo. per totum. in Digeſt. tamen ineſt pҫna centum aureorum, ut ff. eod. l. prҫtor ait. & eſt popularis actio, vt ff. eo. l. 3. Iure autem Longobardorum datur parentibus defuncti. Aliqui tamen dicunt, hanc legem habere locum, ſi utrunque fecerit, & tunc datur extraordinaria pœna in violatorem, qui non vtrunque fecerit. Nec mirum. cum perſona hæredis, & defuncti vna, & eadem videatur, ut in auth. de iureiur. à mo. præſti. Quid ſi ſeruus tale delictum patrauerit? locum habet inf de cui. ſer l. ſi ſeruus talem.

c NE AD REGEM VENIENTIBVS, &c.

Supra ne mortuis fiat iniuria, nec vllis impunè debet fieri, ſed illa potiſſimum eſt vendicanda, quæ ad Regem euntibus fit, ideo ſubnectit hanc rubricam.

d SI *quis. Nam ſi fecerit.*] Quaſi dicat, licet Baro alterius ſit fori. & iuriſdictionis. illic debet iuri ſubiacere, vbi deliquit; & concordat iur. Romano, quo cauetur, qua in prouincia quis deliquit, vel de re qualibet reus eſt, & ꝓcedit etiam ſi priuilegio gaudeat, ne conueniatur, niſi in patria, uel aliquo certo loco, ut in auth. ut omnes obed. iud. Si vero quis vtatur, cõuenietur etiam ſi cõtradixerit, uel ubi alium cõuenerit ff. de iud. l. 2. §. legatis.

e SI *quis. Hominem.*] Non imperialem nec regiũ, tunc enim alia pœna tenetur.

f SI *quis.*] Hac lege cauetur de iniuria facta miſſo Principis ad dedecus, vel ad damnũ, quæ ſibi ſint, ſi ſcienter delinquet, & iõ mori debet. Superiores uero leges inducentes pœnam 900. ſolid. loquuntur, quã do ex alia cauſa inferebatur iniuria.

g *Et ſi negauerit.*]dicendo, ſe neſciſſe miſſum eſſe dominicũ. Vel antequam probatum eſſet, quod, ſe ſciente ueniſſet contra miſſum dominicum.

h *Sacramentalibus.*] Quod ſpeciali cenſura dicitur; quia generale eſt, ut de conſcientia quis iuret ſolus: ſ. e. infra qualit. quis ſe defen. deb. lege ſi quis uxorem ſuam.

i *Cum coll. &c.*]Quaſi dicat, præſtito ſacramento, non moritur. ſed bannum ſoluere cogitur: ſed quid fiet de bonis eius, ſi mori cogitur? Dicunt quidam, quod debent redigi in fiſcum, tanquam pro crimine Maieſtatis, ut inf. de his, qui ad mor fue. iud. l j, & in tit. j. l. ſi quis contumax.

k *Vaſſis.*] ſ. qui ueniunt contra miſſum dominicum.

l *Hoc fecerit.*] Idem, ne ſciente, uenerit ſuper miſſum dominicum.

m DE EXERCITALIBVS, &c.

Quia pro iniuria facta miſſo Principis ſolet exercitus congregari, ideo, &c.

n SI *quis xx. ſolid.*] No argum. quòd ſi quis citatus ad iuſtitiam non uenerit, punietur ſolid. xx. ſed contrario iure utimur, ut in pignoribus captis cogatur; diſtinguimus tamen, quòd ſi de proprietate rei conuentus, contempſerit quis uenire, mittetur aduerſarius in poſſeſſionem: quod ſi infra annum comparuerit, reſtitutis ſumptibus, poterit poſſeſſionem recuperare, præſtita cautione de iudicio ſiſti, ut C. de præſcrip. 30. ann l. pen. Si uerò in perſonali actione conuentus non comparuerit, mittetur creditor in poſſeſſionem, iuxta modum declarati debiti, ut in auth & qui. C. de bo auct. iud. poſſ quod ſi debitor ſe defendere uoluerit, creditor de poſſeſſione expellatur, ſi cauſa ex delicto, vel quaſi, non fuerit mota: tunc

* *Not. pro conſiliarijs & alijs officiarijs ad latus principis exiſtẽtibus, quod honeſti induti eſſe debent, vt dici de autoritate ag. conſilij.*

1 † *ſcriptũ*

2 † *quiſlibet.*

3 † *contra.*

4 † *ſuper ipſum.*

Idem. LEX II.

SI quis de ipſo exercitu Duci ſuo ad iuſtam cauſam [a] perſequendam denegauerit ſolatium, vnuſquiſque componat Regi, & Duci ſuo ſolid. 20.

Idem. LEX III.

SI Dux exercitalem ſuum moleſtauerit iniuſtè: gaſtaldius eum ſolatiet: dū vſque ad præſentiā Regis, aut certè apud ſuum iudicem [1] † eum ad iuſtitiam perducat.

Idem. LEX IIII.

SI quis res ſuas [b] ab alio in exercitu requiſierit, & noluerit ille reddere, tunc ambulet ad Ducem: [c] & ſi Dux ille, aut iudex, qui in loco ordinatus eſt à rege veritatē, aut iuſtitiam non conſeruauerit: [2] † componat * tam regi, quàm ei, cuius cauſa eſt ſolid. xx. [d] cauſa manente.

Idem. LEX V.

SI Caſtaldus exercitalem ſuum contra rationem moleſtauerit, Dux enim ſolatiet, [e] quouſque veritatem ſuam inueniat.

Idem. LEX VI.

SI quis in exercitum, aut ſculſcaram ambulare cōtempſerit in ſculſcam: det Regi, [3] † & Duci ſuo ſolid. xx.

Rex Lutprandus. LEX VII.

DE omnibus iudicibus, qn̄ in exercitum ambulandi cauſa [4] † neceſſitas fuerit, non dimittant alios homines: niſi tantummodo, qui vnum caballū habeant: hoc eſt: hoīes ſex, & tollant ad ſaumas ſuas ipſos caballos ſex, & de minorib. hominibus: qui nec caſas, nec [5] † terram habeant: dimittant homines 10. & ipſi hoīes ad ipſum iudicem faciant per hebdomadam vnam operas 3. vſque dum ipſe iudex de exercitu reuertatur; ſculdaſius [6] † verò dimittat tres homines, qui caballos habeāt: vt tollant ad ſaumas ſuas ipſos caballos tres, & de minoribus hominibus dimittant quinque hoīes, qui faciant ei operas, dum ipſe reuerſus fuerit, ſicut ad iudicem diximus per hebdomadas operas. 3. ſaltarius * quidem caballum vnum tollat, & de hominibus minimis, qui ei operas faciant, & tollāt hominem vnum, & faciant operas ſicut ſupra legitur, & ſi amplius iudex aut ſculdahis, & ſaltarius dimittere præſumpſerit homines ſine Regis permiſſu, aut iuſſione, qui ad exercitum ambulare deberet, componat guidrigild ſuum in ſacro palatio. P. hæc autem omnia ſuperius cōpregenſa, quæ antea per iudicem [7] † finita & ſtatuta ſunt, & terminus poſitus eſt; ſic maneant, ſicut iam anteà ſunt ſtatuta. Quæ aūt modo [8] † emerſerint, ſic terminentur, ſicut nunc in præſenti pagina affiximus.

Rex Aſtulphus. LEX VIII.

ET hoc diffinimus, vt poſtquam iuſſio regis fuerit in exercitum ambulandi, & conſtituto poſito, ad monitionem faciendam, nullus præſumat fideiuſſorem, aut debitorem pro quacunque cauſa pignorare, & ſi de vna iudiciaria, fuerint ad dies 12. * antequam erant ad exercitum, & [9] † ſit quietus, & [10] † 12. dies anteà, & ad 12. dies poſtea, quàm de exercitu fuerit reuerſus. Si autem de aliis iudiciariis fuerit ſpatium, ſit ad dies 24. nam ſi quis quem inter iſta ſpatia pignorauerit, componat ipſa pignora, ſicut qui contra rationem pignus abſtulit.

Imperator Carolus. LEX IX.

SI quis domum alienam cuiuſlibet fregerit, quicquid exinde per virtutē [11] † abſtulerit, aut rapuerit furatus fuerit, totum illud ſecundum legem det, & totum ei, cuius domus fuerit facta, aut ſpoliata in triplo componat, & inſuper bannum dominicum ſoluat. Si ſeruus hoc fecerit, ſententiam ſuperiorem [f] accipiat, & inſuper ſecundum legem componat.

Idem. LEX X.

SI quis liber homo aliquod tale damnum cuilibet fecerit, pro quo plenam compoſitionem facere non valeat, ſemetipſum inguadiare ſtudeat, vſque dum plenam compoſitionem adimpleat.

Idem. LEX XI.

SI quis meſſem, aut annonam in hoſte ſuper bannum [g] dominicum rapuerit, aut furatus fuerit, vel vſurpauerit, aut cum caballis vaſtauerit: æſtimato damno ſecundum hanc legem, & in triplo componat, & ſi liber homo hoc fecerit bannum dominicum pro hac re componere cogatur, ſeruus vero ſecundum legem triplum [12] † componat; damnum in loco reſtituat, & pro banno diſciplinæ corporali ſubiaceat.

Idem. LEX XII.

SI quilibet pſona de hoc, ꝙ interpellata fuerit, aut præſentialiter emendet, aut ſacrm reddat ſolus, quòd nec ipſe fecerit: * nec qui feciſſe ſciat; accuſator verò prius iuret, quòd non eum iniuſtè ſe ſciente interpellaſſet.

1 † Ducem.

2 † ſeruauerit.

* No. quod licet quis pro emenda compoſuerit, tamen non eſt liberat' ab actione, & petitione partis. de quo vide, quæ dixi in §. 16. de ſu. omn. iud. in glo. 2. & P. a. de l'Puteo in trac. ſyn. in uer. inquiſitio. & dicit conſtitutio. ante p. et Spe. in 1 par. ii tu. de accuſa. verſ. qd ſi vulneratum.

3 † iudici.

4 † ambulauerint.

5 † terras ſuas.

6 † ſculdaſius.

* No. de ſaltario alias de ſaltuario. de quo in l. ꝗſtum. §. ſaltuariū ꝟ & l. inſtrumēto. in ſi. ff. de fun. inſtru. leg. et qua dixi in qua. de cuſtodia clauiū. col. 3.

7 † iudiciū.

8 † à modo.

* No. dies duodecim ante, et 12. poſt indulgeri euntibus, & redeuntibus ab exercitu, ꝙ not. pro literis ſtatus, quæ p Regem, & Cancellariā euntib. ad bellū cōceduntur. de quo tu. Iac. Rebu. in l. vna. C. negotia. ne mi. li. lib. 12.

9 † ſed

10 † ad

11 † vim

12 † tripla compoſitione.

* No. ſolū iurare debere, ꝙ nec ipſe fecit, nec qui fecerit ſciat.

enim captis pignoribus cogitur uenire, vt ff. de ven. inſp. l. 1. §. cogenda.

a SI quis. Cauſam.] Hoc quia Ducis Magiſtratui erat ſubiectus, cuius mandatis obedire tenebat. quid, ſi nō ad iuſtam cauſam? Rn̄. non tenetur, cū nec ſeruus dn̄o obedire dēt in oīb. l. ſeruus. ꝟ. ff. de act. & oblig. l. ad ea. ff. de reg. iu. maximè in atrociorib. ut hic à ꝯno ſenſu: ſi tn̄ Magiſtratus de iure publico aliquid faciat, nō vr iniuſtè facere. Iuris n. executio nullā habet iniuriam. ff. de iniur. l. iniuriarum.

b SI quis res ſuas.] Hæc ſumpitur à Rege Rachis, quæ incipit, cognouimus. ꝟ. de ſeditione, &c. quia non dēt 30. ſoli. componere, ſed tm̄ guidrigild, & honorē amittet, ſi attenderit a i galindium, vel ad parentes, vel amicū, uel proximum. Vel dicas, ꝙ hæc tm̄ loquitur in exercitu; illa veto non in exercitu.

c Ad Ducem.] Non ergo auctoritate propria dēt quis res ab alio poſſeſſas auferre, cum alioquin ēt ſi ſit aliquis ſcelerib. impeditus, &c. l. nullus C. de Iudæ. l. extat. ff. ꝙ met. cau. intellige de ꝯctu, uel maleficio in exercitu patrato, ut ꝟ. ea. l. & hic eo. l. fi.

d Sol. xx.] Videtur ꝯ inf. de ſedi. contra ind. leua. l. cognouimus. vbi ſi Iudex neglexerit iudicare cō ponat 5. ſiue amittat honorem. Sol ibi, accedebat ad primum, uel ad galindium, & doloſe differebat iudicare, hic minimè.

e SI Caſtaldus. Solatiet] ſ. cū 12. ſoli. ut inf. qualiter iudic. iud. deb.

f SI quis domum. Superiorem.] i. eam, quam dicit lex, ſi quis ſuper miſſum dominicum. ſup. ne ad reg. uenientibus.

g SI quis. ſuper bannum] i. voce ñ. conia prohiberi, ne ſegetes tutentur, aut damnum animalib. fiat: tenetur. n. in triplum, & damnū dominicum ſoluere.

a Qui-

Idem. LEX XIII.

QVicunque[a] liber homo in hoſte bannitus fuerit, & venire contempſerit, p'enum eribannū cōponat ſecundum leg. Francorum, j. lx. ſol. ſoluatur, aut ſi non habuerit, vnde illam ſummā perſoluat, * ſemetipſum per guadiam in ſeruitio Principis tradat, donec per tpa ipſum bānum ab eo fiat perſolutum, & tunc iterū ad ſtatum ſuæ libertatis reuertatur, & ſi ille homo, qui propter eribannum in ſeruitio ſe tradiderit, & in ſeruitio illo defunctus fuerit, hæredes eius hæreditatem, quæ ad illos pertinet, non perdant,[b] nec libertatem, nec de ipſo eribanno obnoxii fiant.

Idem. LEX XIIII.

SI quis liber homo, contempta noſtra iuſſione, cæteris in exercitu pergentibus, domi reſidere præſumpſerit, plenum eribannum * ſecūdum leg. Francorū. i. lx. ſoli. ſciat ſe debere componere; ſimiliter & pro contemptu ſingulorū capitulorum, quibus per noſtram regalem auctoritatem bannum promulgauimus, i. quod pacem eccleſiarum Dei, & viduarū, & orphanorū, & pupillorū, pauperum, ac minus potentum irrupuerit, aut raptum intra patriam fecerit, aut alienas domos incenderit, vel cū collecta multitudine vim cuilibet intulerit. lx. ſol. pœna mulctetur.

Idem. LEX XV.

SI quis contumax[c] adeo, aut ſuperbus extiterit, vt dimiſſo exercitu abſq; iuſſu, & [1] † licentia Regis domum reuertatur, & quod nos Tendiſca[2] † lingua[3] † dicimus, erilim fecerit, vt ipſe ſit reus Maieſtatis, vitæ periculum incurrat, & res eius[d] fiſco noſtro ſocientur.

Imp. Lodouicus. LEX XVI.

VT nullus ad palatium, vel in hoſtem pergēs, vel de palatio, vel hoſte rediens, tributū, qđ tranſitoriū vocatur,[4] † ſoluere cogatur.

Imp. Lotharius. L. XVII.

POſtquām Comes, & Pāgenſes[5] † de qualibet expeditione hoſtili reuerſi fuerint, ex ea die ſuper 40.[6] † noctes ſit bannū reſciſſum,[e] quod Tendiſca[7] † lingua erilim, ideſt, armorum depoſitio vocatur.

TITVLVS XV.

De eo, qui alij anteſterit in via, vel aliquem de caballo iactauerit, & gaulapaug.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis[f] homini libero in via anteſterit,[g] 20. ſol. ei componat; ſic tñ, vel aliq̄ læſionem in carne ipſius non faciat: nam ſi fecerit, & 20. ſol. componat pro eo, quod anteſterit in via, & feritas, aut plagas ſi fecerit, ſicut ſubter annexum eſt,[h] in hoc edicto, componat.

Idem. LEX II.

SI quis ſeruo alieno, aut ancillæ, ſeu aldio, vel aldiæ,[i] aut liberto, vel libertæ viam anteſterit, domino[8] † eius componat ſoli. 20.

Idem. LEX III.

SI quis meſſem ſuam, aut pratū, ſeu quālibet clauſurā vindicādo prohibuerit homini, vt non ingrediatur,

---

a QVicunque.] Not. contumaces contemnentes in exercitium venire, debent bannum præſtare; alias ſerui ſe tenentur, non quod ſerui fiant, ſed loco pignoris detinentur, ut inf. de his, qui in ſer. al. l. 1. & liberam mulierem ducere in matrimonium non poſſunt. d. l. 1. & inf. ſi ſer. li. put. & concordat iuri Romanorum, quia inter ſeruum, & liberam matrimoniū eſſe nō poteſt, propter diuerſitatem conditionum.

b Non perdant.] Nō loquitur de hæredit. paterna: cum pater propter inopiam in ſeruitiū ſit datus, ſed de hæreditate, agnato um. vel quæ aliunde ad filios peruenerit, ut ff. de interdi. l. eū, qui ubi filios deportati id ſolū amittit, quod per patrem habiturus eſſet. Sed vi contra ſup. eod. l. ſi quis in exercitū. vbi cōtumax tenetur in ſol. xx. hæc addit illi. Item contra ꝫ. de eo qui res ali. poſt dele. l. 1. in fi. Sed ſpeciale eſt in exercitu, quod non verberetur. Item contra inf. de his, qui ad defen. pat. l. 1. Sol. ibi, citatus neglexit venire ꝫ hoſtes Regis: ideo ſubiacet capitali ſniæ, ſ. hic, qñ non fiebat exercitus contra hoſtes.

c SI quis cōtumax.] No. quid de redeunte de exercitu abſque licentia, ſed videtur ꝫ. ſup. l. proxi. & ſuperius ubi præſtatur bannum. Solu. Si quidem exercitus fiat ꝫ hoſtes publicos (hoſtes autem appellamus, quibus Rex bellum indixit, vel ipſi Regi l. hoſtes. ff. de verb. ſig.) tūc contumax capitali ſubiacet ſniæ, ut inf. de his, qui appel. l. 1. Si vero fiat ꝫ prædones, uel contumaces, uel contra ſimile, habet locum. inf. de his, qui ad def. pa. l. 1. Præterea illa pœna addit, ut bannum præſtet; nec ſunt paria delicta in exercitum nō ire, & de exercitu illicentiatus redire argumento de iure Romano, ſi quis non patiatur honorem decerni, nō tenetur iniuriarum: licet contumeliæ cauſā id faciat; ſecus, ſi honore iam quæſito me eo contumeliæ cauſa deiiciat, ut ff. de iniu. l. iniuriarum. la prima. §. ſi quis in honoribus. & arg. ff. quæ in frau. credi. l. qui autem. in prin. no. ex hac l. & inf. de his, qui ad mortē fue. in l. 1. quod ubicunque aliquis pro crimine læſæ Maieſtat. moritur, bona eius ad fiſcum perueniunt ſi lex Iulia hoc dicat, licet aliqui contra, ut ggħ. huius lib. plurimos il. con. t. & inf. de furt. l. ſi portunarius hominem. ubi tam fugax extra Regnum, quam illi, qui tranſponit crimen Maieſtatis committit; & tñ portunarius guidrigild ſuum pręſtat.

d Res eius.] hinc colige, qđ ubi aliquis eſt reus maieſtatis, ibi & bona debent ſociari. ut inf. de iis, qui ad mortem fu. in d. l. 1. & inf. de ſedit. cont. iud. uel ciuita. leua. l. 1.

e POſtquā. Reſciſſum.] i. ut bannum non extinguatur per xl noctes. Cæterum ſi intra hæc tempora aliquis ſic delinquat, ut in bannum incidat, tenebitur ad damnum poſt tempora enumerata ad ſoluendum, uel ſit bannū reſciſſum, quia quædam perſonæ ad palatium uenire coguntur, ut infra de his, qui ad pal. ve. conten. quæ locum non habent, cū Comes, aut Pagenſes de exercitu redierint: niſi tranſactis xl. noctibus.

f SI quis.] Id eſt, ingenu', de libertis autem inf. l ſeq.

g Anteſterit.] ſ. euntiin via, non tantum in agro, uel in rure, puta, per iter, uel per actum, idem uolenti in flumine, uel in marnpitam. Nam tunc iure Roma. iniuriarū tenetur l. iniuriarū. j. §. ſi quis me, ff. de iniur. nam nomen viæ potiſſimū eſt, quia leges ad ea adaptantur, &c. l. nam ad ea. ff. de leg. Item intellige, ubi nulla cauſa fuit anteſtandi. Cæterum ſi peculiū alienum in damnum inuentum dicebatur, quia tūc ſi dominus peculij anteſterit, componat ſolid. i. ut infra de eo. qui pec. in dam. inu. l. 1. item ſi anteſterit creditori pignorare uolenti, ut inf. de debi. & gua.

h Annexum eſt.] ſupra de plag. & feri. & hoc ſi poſt rixam interuenientem plagæ, aut feritæ factæ ſint: cæterum, ſi ſimpliciter ambulanti anteſterit, ut ſup. de his, qui infi. l. 1.

i SI quis. Aldio, vel aldia.] Nato, nataeve. quia aldij alij naſcuntur, alij fiunt, ut inf. de manumiſ. & no. iuncta l. 1. ſup. eod. quod tantum præſtatur pro pœna ſi anteſterit libero, quantum ſi liberto, licet ſit abſonum.

---

* Ad hanc l. vide glo. in c. ſtatuimus. 16. q. 1. & p Hoſtien. in cap. tua. 2. de decimis. qui alleg. iſtam legē.

* Deſcribāmo. vide ſupra no. l. proxi.

1 † vel

2 † Tendiſca lingua, erilim, eſt depoſitio armorum, vt inf. eod. l. fi.

3 † tendiſca

4 † tranſitoras.

5 † Pagenſes.

6 † lx.

7 † Tendiſca.

8 † dominus.

non ſit culpabilis, [a] ſicut ille, qui homini ſimpliciter ambulanti, viam anteſterit, eo quod laborem ſuum vindicauerit.

Idem. LEX IIII.

SI quis hominem liberú de caballo [b]* in terra per quodlibet ingenium iniquo animo [c] iactauerit, octoginta ſolid. ei componat, & ſi aliquam læſionem ei fecerit, ſicut in hoc edicto ſubter annexum eſt, componat.

Idem. LEX V.

SI quis [d] homini libero violentiam iniuſtè fecerit, ideſt, gualapur, [1] † componat ei octuaginta ſoli. Gualapur, [e] eſt dum quis ſe furtiuũ veſtimentũ induerit: [f] [2] † aut ſibi caput latrocinandi animo, aut faciem transfiguraverit. [g]

*No. pœnam, qua punitur ꝓ trahẽs quẽ in terra de caballo ſuo.

1 † valapaus.

2 † cũ quis ſe furtim veſtimentum alium induerit.

a SI quis. Culpabilis.] Per hoc quidam male dixerunt, ꝙ uno debet eſſe culpabilis, in aliquo. ſed nõ eſt ita, quia nemini fecit iniuriam, ſed tantum rem ſuam uindicauit, & hanc legem intellige, ubi qui ingredi prohibetur nullam habet ingrediendi cauſam. ſed quid, ſi habeat, ut uenator, qui feram ſagittatam de clauſura alterius tollere uelit, aut ſperauerit, nunquid dñs clauſuræ tenetur de anteſtatu, ſi non permiſerit eum ingredi? Prima facie vr̃, quod ſic. nam tenetur debitor, ſi creditori pignorare uolenti anteſterit, ut ĩ. de deb. & gua. l. ſi qs alij gua. & inf. de rap. l. ſi quis raptu ſed forte venus eſt, cum non teneri, niſi ſperauerit, aut accipiter fugerit, vel feram vulneratam ſequi uoluerit. ar. l. ſi ſeruus intra prouinciam ĩ. de fur. quid ſi dñs curtis nullam habenti cauſam ingrediẽdi prohibuerit, & non obſtante prohibitione, ingreſſus fuerit? Reſpon. ſi ingrediendo damnũ dederit, utique tenetur, uel forte tenebitur actione iniuriarum, aut de vi accuſabitur, ſi per vim intrauerit, ut ff. de furt. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de iniur. l. is, qui in domum.

b SI quis. Caballo.] Siue æquitantis, ſiue alterius, & intereſt utrum cum ſella, vel ſine. idem de aſino.

c Iniquo animo.] i. contumeliæ cauſa, & de hoc, ſi deiecto nullum ius ſibi adſcribebat in equo, aliàs ſecus. nam prius deberet terminari quæſtio proprietatis, vel de iure pignoris, quàm maleficij, ut inf. de damno in uia. da. l. ſi quis caſinam. & inf. de inuaſori l. 3. & 4. & ſeq. quod ſi cum in ſimplicitate, nulla rixa mediante, percuſſerit, procedit. inf. de his, qui inſidi. l. 1. ut no. ſup. l. 1. in fi.

d SI quis.] Contingit, ut aliquis iuſtè uiolentiam patiatur, ut actor commotæ rixæ, ut ſup. de homicid. libe. homi. l. ſi quis ex leui cauſa. & inf. de aggreſſ. in vi. fac. l. ſi homines. & l. relatum. Item ſi fuerit detentus in furto. Præterea ſi poſſeſſionem rei meæ uiolenter abſtulero, uiolentia illa iacet impunita, ſi probauero rem meam eſſe, ut inf. de inua. l. 3. cũ ſeq. & inf. de dam. in vi. dat. l. ſi quis caſinã.

e Gualapus.] ſecundum interpretationem huius ſermonis exempla poſita nullam continent uiolentiam, quia ſiue quis induat furtiuum ueſtimentum, ſiue ſe disfigurauerit, hæc fiunt ſine aliqua uiolentia, & ſine alterius læſione. per qđ non inducunt totã pœnam, unde intelligenda ſunt qñ uiolentia cõmiſſa eſt ab eo, qui ueſtimentũ furtiuũ induit.

f Induerit.] i. ne cognoſcatur.

g Transfigurauerit.] Ideſt, ſi aliquid fecit circa vultũ ſuũ, ne cognoſcatur, ſecus ſi ex his damnũ ſequutum ſit, ſicut legitur de eo, qui cum panno rubeo fugabat armenta, quo caſu, ſi damnum ſequutum eſt, qñque furti, qñque actione in factum tenetur, ut Inſti. de oblig. quæ ex deli. naſcun. §. interdum. & ff. de furtis. l. in actione. §. ſi. uerũ ſi aliqua res ſit uiolenter ablata, licet modica, vt agnus, uel pecus, locus erit huic legi. Sed nunquid tenebitur de utroque, ut rem uiolenter ablatam in octogild reſtituat, & ad pœnã huius legis? Reſpondeo, exiſtimo, eum utroque teneri, argu. ſupra eo. per totum, ubi tenetur de anteſtatu, & de corporis læſione, & leges ſunt, quæ inducunt pœnam propter præſumptionem, licet uideatur contra in depoſito, aut dicas in electione actoris eſſe, uel furti, uel præſumptione conſequi pœnam.

TITVLVS XV.

De iniuriis mulierum.

h SI quis mulieri Libera.] Nam de liberta ſiue nata, ſiue facta cautum eſt ſup. tit. 1. l. 2. Et intellige, quando mulier habet mundualdum extraneũ, tunc ipſa cum ſuo mundualdo hẽt medietatem dictorum, 900. Sed cum pater, uel frater, uel maritus eius mũdualdus, tunc ſolus mundualdus abſque muliere habebit medietatẽ.

Rex Rhotar. LEX I.

SI quis mulieri, [h] aut puellæ, [i] in via [k] ſe antepoſuerit, [l] aut aliquam iniuriam intulerit, [m] noningentos ſolid. [n] componat, medietatem ei, cui ipſa iniuria illata fuerit, aut ad quem mundium [o] de ea pertinuerit.

Idem. LEX II.

SI quis puellam, aut mulierem liberam, quæ in alterius mundio eſt, fornicariam aut ſtrigam [3] † clamauerit & pulſatus pœnitens manifeſtauerit ſe per furorem [p] dixiſſe, tunc præbeat ſacramentum cum duodecim ſacramentalibus ſuis, quod per furorem ipſum nephandum crimen dixiſſet, & non de certa cauſa cognouiſſet, tunc pro ipſo vano improperii ſermone, quod non conuenerat loqui, componat ſolid. viginti, & amplius non calumnietur: nam

3 † ſtricam ſtringam.

i Aut puella.] uiro carentes, ſ. ſimpliciter, & honeſtè euntes, ut euitentur contraria legum loquentium, quæ minorem pœnam inducunt.

K In via.] Idem ſi in domo nam leges ad ea &c. ff. de legibus. l. nam ad ea.

l Antepoſuerit.] dolo malo, & ſine cauſa, ut not. ſup. titu. 1.

m Intulerit.] ſ. de facto, non dicto, ut inf. l. ſeq. & intellige, ubi nullam læſionẽ fecit in corpus mulieris, alioquin de utraque tenetur, ut ſ. tit. 1. l. 1. quia ſi mulieri illata ſit iniuria: puta quia lapidem poſt eam iactauerit, & percuſſerit, habet locum pœna noningentorum ſolidorũ: licet anteſtatum non fuerit.

n Neulngentos ſolidos.] Propter ſexus fragilitatem maior pœna eſt ſtatuta in perſona mulieris, quæ ſi aliquo modo fuerit, & uindicari non poteſt, quam uiri. Nec diſtinguitur modica, uel magna fiat iniuria: de hac autem compoſitione mundualdus extraneus poteſt ad ſuum cõmodum percipere 60 ſoli. ut inf. de raptoribus. l. ſi qualemcunque.

o Ad quem mundium.] Nam ſolutio mulieri facta ſine mundualdi auctoritate, non liberat ſoluentem: ſicut ea, quæ fit pupillo, uel adulto ſine tutoris, uel curatoris auctoritate, ſi curatorem habeat. argu. l. ſi curatorem. C. de reſtitu. in integ. & hoc procedit in libero, non in ſeruo. l. ſi. ſeruus talem inf. de culp ſer.

p SI quis. Per furorem.] ideſt, irato animo, non ſi furioſus eſſet, ut inf de dam. in uia. da. l. ſi peccatis. & concordat iuri Rom. ut ff. ad l. Corn. de ſicar. l. infans, uel furioſus. licet uideatur contra ff. de regu. iuris. l. quicquid calore. ſed loquitur in his, quæ deſiderant iuris effectum, ut contractus, hic in delictis, quæ pœnam merentur: quid ſi conuentus dicat, ſe non per furorem dixiſſe, ſed quia dici audiuit? adhuc locus eſt ſacramento, quia dubitans pro ignorante habetur. lege fina. C. de condi. indeb. & ff. de lib. ho. exh. l. 3. §. is, qui. vnde iurabit, quod non de certa ſcientia cognoſcit. quid, ſi conuentus dicat, audiui, & credo uerum eſſe? adhuc iurare poterit, ſi in credulitate perſeuerat, quod non de certa cauſa cognoſcit. quid, ſi non ſemel, ſed bis, aut ter uocauit eam fornicariam? Reſpondeo, ut not. ſupra de conu. ſed quid prodeſt ei iurare cum duodecim? Reſpondeo, ut euitet maiorem pœnam, ſcilicet, guidrigild ipſius mulieris ſecundum rationem eius: ideo debet probare, mulierem fornicariam teſtibus, uel per pugnam, ut ipſe elegerit, nec iurabit de aſto, ut infra qua. quis ſe defen. de. l. ſi quis alium aſto, ſed de ueritate, quia non ſufficit dicere, eam credo fornicariam. Quid ſi conuentus alleget fa-

mam

mam, nunquid ſufficiat eam probare? R̃ñdet Ioan. etc. prçceptor meus, quod ſic, quia ſolet dici, quod fama confirmat, i. affirmat, ſicut teſtium numerus: alijs præceptoribus meis ɔ̃trium placuit, & dicebant, cõfirmat, i. ſimul cũ alijs affirmat, & hoc placet, ut ff. de excuſa. tuto. l. 2. circa princ.

Quæritur, ſi mulier extitat fornicaria, deinde agat honeſtam vitam, an ſi vocetur fornicaria, puniat̃ iniurias? Nequaquam. non .n. aboletur turpitudo iam intermiſſa, ut ff. de ritu nupt. l. palam 1. reſponſ. Quid ſi fornicaria fuerit, modo conuicta, & vitã ducit honeſtam? vr̃ abſoluendus: nam iniuriãs intuitus eſt potius tp̃s præteritũ, quam præſens, & ſ̃m intentionem proferentis aſſumi dẽt l. in ambiguis orationib. ff. de regu. iur. & quia pœnæ potius ſunt molliendæ. l. pen. ff. de pœn. ɔ̃, facit l. Imperialis. §. prçſenti. C. de nup. Item quia ſermonũ obſcuritas nocere dẽt proferenti, quia eius poteſtati fuit legẽ apertius dicere, ut ff. de cõtrahen. empt. l. cũ in lege. & ff. de pac. l. veteribus. mihi autem vr̃ eum abſoluendũ: quia (ut Dialectici aiunt) quod ſemel verum, ſemper verũ, & cõcor. diuina ſcriptura, qua cauet, vt Apoſtolus Matthæus ſit publicanus. Is autẽ, qui fornicariã vocat mulierem honeſtam punitur. quod ſi probare poteſt deducit in periculum pœnæ mulierem: merito ergo, ſi in probatione defecerit, punit̃. No. tñ eſt, quod probatio pugnæ non refertur ad ſtrigam, ſed fornicariam, ne ɔ̃ dicat, l. nullus ſup. de ho. ſer.

a *Per campionem.*] In hoc rũpitur per l. nullus præſumat aldiã. quia ſtriga non faciet pugnam cũ eſſe non poteſt, uel dicas, qđ hæc probatio ad fornicatiã referenda eſt.

1 † *natiuit.*

2 † *alia.*

* *Inhoneſtũ eſt mulieri i ſcandalum currere, capi. mulieres de iud. lib. 6.*

probare poſſe, tunc per campionem [a] cauſa, ideſt per pugnam [b] ad Dei iudicium decernatur: & ſi probatum fuerit, quòd illa de ipſo crimine [c] ſit culpabilis, cõponat, ſicut in hoc edicto legitur: & ſi ille, qui in hoc crimen mittit, probare nõ potuerit, guidrigild ipſius mulieris, ſecundum natiuitatem [1] † ſuam componere compellatur.

Idem. LEX III.

SI mulier libera in ſcandalum cucurrerit, [d] vbi viri [e] litigant, ſi plagas, aut feritas factas habuerit, aut forſitan impicta, aut occiſa fuerit, appretietur ſecundũ nobilitatem ſuam, & ſic componatur, tanquam ſit in fratrem [f] ipſius mulieris perpetratum fuiſſet: nam altera [2] † culpa pro iniuria ſua non requiratur, vnde 900. ſolid. iudicatur, eo quod ipſa mulier ad litem cucurrerit, quod inhoneſtum * eſt mulieribus facere.

Rex Lutprandus. LEX IIII.

SI quis [g] furore accepto battiderit hominem liberum, vel mulierem liberam, aut puellam, quæ in ſcandalum, vbi viri litigant, venerit, & per ipſas feritas ponderoſi, aut ponderoſæ effecti fuerint, ſicut & modo factũ audiuimus, componat medietatem pretij ipſius maſculi, tanquam ſi eũ occidiſſet, & de fœmina ſimili modo medietatem pretij tanquam ſi fratrem eius occidiſſet, excepto ſi plagas, aut feritas fecerit, componat ſicut anterius edictum continet.

Idem. LEX V.

SI quis [h] doloſè, [3] † aut per ſuperbiam, ſicut & modo factũ eſſe cognouimus, mulierem, aut puellam liberam ſedentem ad neceſſitatẽ corporis ſui, vel in alio loco, vbi ipſa fęmina pro ſua neceſſitate nuda eſſe videatur, pungere, aut percutere præſumpſerit, componat ad mundualdum eius ſolidos octuaginta ſi aldius, aut ſeruus fuerit, qui hoc facere præſumpſerit, componat dominus eius ſolidos quadraginta, & ipſam perſonam, quæ hoc malum fecerit, tradere debet in manus mundualdi eiuſdem fœminæ.

Idem. LEX VI.

ANnunciatũ eſt nobis, q̃ aliquis pperſus homo dum ſe quædam fęmina in fluuio lauaret, pãnos eiꝰ * quos ibi habuerit, totos tuliſſet [i] & ipſa remanſiſſet nuda, & qui ibant, & trãſibant per locum illum pro peccatis videbant turpitudinem eius, ipſa autem in ipſo fluuio ſemper ſtare non poterat, reuerti autem ad caſam ſuam nuda rubeſcebat, prouide [4] † ſtatuimus, quòd qui talem illicitam præſumptionem fecerit, componat eidẽ fœminæ, cui talem turpitudinem illicitam fecerit,

b *Per pugnam.*] Sed nunquid iurabit de aſtu? videtur quod ſic, ut ɔ̃. qualiter quis ſe defendere debet l. ſi quis aliũ aſto, ſed dicas, non eſſe iurandum, & intelligas legem illam, quando ipſe actor obiiciebat pugnam.

c *Crimine.*] i. de fornicatione. nam de hoc crimine legitur in hoc edicto, & non de ſtriga.

d *SI mulier. Cucurrerit.*] Vindicandi cauſa, non nocendi: nam tunc talis iniuria impunita remaneret, ut inf. de aggreſſ. in ui. ſa l. relatum.

e *Vbi viri.*] idem ſi mulieres. quid, ſi iuit cã ſedandi ſcandalum idem eſt, quia mulieres ſe talibus interponere non debent, quia dr̃, quod nõ eſt facta iniuria ſimplr̃, & honeſtè.

f *In fratrem*] l. ſi fratrem in ſcandalum currentem: vnde datur intelligi, q̃ idem eſt, guidrigild maſculi, & fœminæ. quid, ſi mulier cucurrit cum cauſa nocendi animo, ut quia videbat matrem, vel filium verberari? R̃ñdeo talis iniuria remanet impunita, nam non debet arma aſſumere, niſi ſe defendendo argum. l. ſi quis Longobard. ſup. de hom. libe. ho. quia nihil debet habere de compoſitione mortui parentis, & quia tantam litigare non poſſunt.

g *SI quis.*] Iam no. ſup. l. prox. de muliere, hic repeti poſſunt. De viro autẽ diſtinguitur, an nocendi, vel ſedendi cã iuerit, quia eadem compoſitio præſtat, cum non poteſt reddi ratio inhoneſtatis in viro. Sed nunc vr̃ ſimpliciter ſtare, qui videndi cauſa acceſſit? Reſpondeo, ubi ſcandalum committitur, & homines rixantur, feritæ, & plagæ fiunt, ſimplicitas ſupta vr̃. & culpa poteſt adſcribi: dum in locum acceſſit, ubi ſimplicitas abeſſe vr̃.

h *SI quis.*] No. hic rationem, quare iniuria magis punitur hic, quam in l. 1. ſup. eo. quia inhoneſtum eſt mulieri in loco nuda ſtare, ubi a maſculis videri poſſit. q̃d. ſi veſtita erat? idem erit, cum ratio inhoneſtatis eadem eſt. quid, ſi ſtabat, vbi mulieres ſtare cõſueuerant, nunquid præſtatur compoſitio, ut ĩ eo l. 1. Reſpondeo, nequaquam eadem ratione, nec excuſatur mulier, qđ aliæ mulieres honeſtæ ibi ſedent, quia ſcire debet. Idem iure Romanorum arg. ff. de act. empt. l. ſi ſeruus tuus. 1. reſpon. vbi nõ inſpicitur, quid venditor conſueuerat imperare, ita nec quid mulier facere conſueuerat, ſed an inhoneſtè faciebat.

i *ANnunciatum. Tuliſſet.*] Quare non tenetur in ſolidos 900. quia inhoneſtum erat mulieri ſe in flumine lauare. Sed nunquid furti tenetur, qui pannos abſtulit? Reſpondeo ſi furandi animo, magna pœna punitur, quia poſſet inde contingere mors alterius, ſi parens ſuperueniret, & concordat iuri Romano, ut procedat ſententia iudicis, non ex eo, quod nunc eſt. ſed quod fieri poſſet, ut C. de vſufruc. lege ambiguitatem. & lege. ſi ea lege. C. de uſur. & ff. de fur. lege eum, qui emit. §. damnatus. Item not. quod licet iure Romano fiat iniuria marito iſto caſu, ut inſtitu. de iniur. §. patitur & agere poſſet nomine ſuo, & uxoris: tamen ſecus eſt iure Longobard.

3 † *proinde.*

* *Nec quæ pœna puni tur ſubtrahẽs veſtes mulierum ſinnio ſe lauantis, de quo vide tex. & do. in l. 3. in fi. ff. de offic. præfe. ui. tamẽ eſt tex. in arg. contra hoies. qui more beſtiarũ ſe inuerecunde lauãt in flumine. ut per glo. & oẽs in ſuper lac. Reuoſ. C. de remi. lib. 12. l. cũ ſupra.*

ipſe guidrigild ſuū; ideoque hoc dicimus, [a] quia ſi inueniſſet eam frater, aut vir, propinquus, aut parens eiuſdem fœminæ ſcandalum cōmitteret, [1] † & qui ſuperare potuiſſet, vnus alterum interficeret, propterea melius eſt, vt ſe viuo, componat guidrigild ſuum, quàm de morte creſcat faida inter parentes, & compoſitio maior fiat.

Idem. LEX VII.

SI quis inuenerit liberam puellam, aut mulierē per campum ſuum ſeminatum [b] ambulantē, & viā vindicantem pignoret eā, [c] & parētes, aut mundualdus componāt ꝓ ipſa puella ſolidos ſex, [d] ſicut lex eſt nā ſi ipſam comp̄hendere præſumpſerit, & ad caſam ſuam ligatam, aut ſub manicatā [e] adduxerit, cōponat ſolidos centū, medietatē Regi, & medietatem, cuius cā eſt, ſic tñ, vt illa compoſitio de ſex ſolid. in illa cōpoſitione cōputetur. [f] Et ſi pulſatus fuerit ille, in cui⁹ mūdio fuerit mulier, aut puella; ꝙ aſto animo, & iniquo fœminam ipſam ambulare ꝑ laborem alterius feciſſet, vt ei componeret, tunc præbeat ſacramentū, [g] ꝙ cupiditatē habēdo de compoſitione iſta, & aſto animo ꝑ laborem ipſius, ipſam fœminam ambulare nō feciſſet, nec dñm aſto animo faciēdo, & iurauerit, tunc ipſe, q eam cōprehēdere præſumpſerit, componat ſolidos centū. Et ſi iurare non potuerit, potentes, aut mūdualdus ipſius fœminæ, vt ſupra dictum eſt, componāt ſolidos ſex ꝓ via indicata. Et ille, qui eam compræhēderit, ſit abſolut⁹ à culpa.

Rex Aſtluphus. LEX VIII.

PEruenit [h] ad nos, ꝙ quidam, dum ad ſuſcipiēdā ſponſam cuiuſdā ſponſi, cū paranymphis, [i] aut [2] † trotingis [k] ambularent, ꝙ peruerſi homines aquā ſordidam, & ſtercora * ſuper ipsā iactaſſent. Sed qa cognouimus malum hoc ꝑ ſingula loca fieri, præuidimus, ne ꝓ hac rā ſcādala, & homicidia ſurgant, ſi quicunq; liberæ mulieri talē rē facere præſumpſerit, [3] † cōponat ſolidos. 900. mediū Regi, & mediū mundualdo. Nā ſi homines ꝑtinentes [l] ſine voluntate domini ſui hoc fecerint, & dominus per ſacramentum ſe purificauerit, quod per eius conſilium [4] † non fuiſſet factum, ſerui ipſi tradantur [m] in manus de mundualdo eius, & ipſe faciat de eis, quod ei placuerit, & amplius patronus non calumnietur, quòd ſi iurare non poterit, componat, vt ſuprà dictum eſt, ſolid 900.

TITVLVS XVII.

De aggreſſione [n] in vico facta, & de collectionibus.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis [o] pro iniuria ſua vindicanda, [p] ſuper quemcunque hominem manu armata, [q] aut cum exercitu vſque ad quatuor homines [r] in vicum intrauerit, ille [5] † pro illicita præſumptione moriatur, [s] aut com-

a *Hoc dicimus.*] Per hanc legem, & ſeq dicunt quidam primam legem huius tit. corrigi, quia hic minor pœna præſtatur, quam ibi, ſed malè dicunt, quia in his legibus mulier fuit in culpa.

b *SI quis. Seminatum.*] Quid, ſi ſeminatus non ſit? Reſpō deo nō hēt locū hæc pœna, ſed puniet arbitrio iudicis.

c *Pignoret eam*] nō erit ergo opus denūciatione, ut intra de deb. & qua. l. 1. ſecus in debito, pro quo non licet boues pignorare, quod licitū eſt, ſi in damno inueniantur, ut inf. de eo, qui pec in dam. l. 1.

d *Solidos ſex.*] de rebus mulieris, nō mūdualdi, cum nec maritus pro delicto mulieris dēt puniri, & hoc qñ mulier viam facere volebat, cæterum, ſi alia erat cūdi vtilitas, ut colligere herbas, & ſimilia.

e *Submanicatam.*] quid, ſi eam apprehendit tantum, & ligauit, & poſt modicum ſoluit? Reſpon. Iniuria eſt, ſed minor, & debet puniri ſecundum qualitatē iniuriæ, cum hoc delictum nō aboleatur pœnitentia. ar. l qui ea mente. ff. de fur.

f *Computetur.*] Nota hic in delictis fieri compenſationem, ut inf. de tut. l. ſi mulier. & inf. de eo, qui pſcul. in dam. l. 2.

g *Sacramentum.*] Ne ex dolo, & calliditate ſua lucrū ſentiat. ut C. de ſer. fug l. quicunque. ver. ſane. Sed cum compoſitio debeatur mulieri, cui illata eſt iniuria, quare dolus mūdualdi nocet ei, ut non ualeat de ſua iniuria agere? Reſpond. quia ſicut ex dolo tutoris non debet damnū interre pupillo, ita nec lucrum, & ſicut exceptio doli opponitur pupillo agēti ꝑ ꝑ dolum tutoris, vt ff q b. ex cau. in poſſ eat. l. apud Iulianum. ita & mulieri agenti ꝑ ꝑ dolum mundualdi. locus huic legi, ſed fiet compoſitio 20. ſol. ut ar. ſup. de eo, qui alij anteſſet. l. 1. alij contra argu. ſup. de ijs, qui inſidiando, vel ſub. &c. l. 1.

h *PEruenit.*] Hæc lex concordat cum l. 1. ſup. eo. quo ad pœnam: nam iſto caſu inhoneſtas reddi non poteſt, ſi quidem honeſtum eſt ſponſum ire ad ſponſam.

i *Paranymphis.*] id eſt, pediſequis.

k *Trotingis.*] id eſt, ioculatoribus, qui nouerunt ſaltare.

l *Homines pertinentes.*] id eſt, ſerui. Et not ꝙ hæc lex rumpit legem Grimoaldi, ſi ſeruus talem culpam inf. de culp. ſer. quia non quadraginta ſol. & ſeruum, ſed ſeruum tantum dabit dominus. & hoc quidam dicunt, ſed alij contra, & dicunt ſpeciale eſſe in caſu iſto. Sed quid ſi maſculo tale quid factum fuerit? Reſpond. quidam, quod non erit

m *Tradantur*] Nota dominum liberari tradendo ſeruum pro noxa: quod uide: ut contra l. ſi ſeruus talem inf. de cul. ſer. Sed hæc tanquā poſterior eſt exceptio illius. Quæritur ſi iniuria facta fuerit ſpōſæ, antequam tradat ſponſo, an exactio compoſitionis remaneat penes mundualdum, an tranſeat cū muliere ad ſponſum iā effectū mundualdi? Reſpon. utique: nā ſi mulier debeat, vel ei debeatur, cum perſona tranſeunt, vt in pupillo, cum quo tranſeunt, & remanent onera, & credita. ar. l. 1. inf. de ſponſa. & l. ſi quando. & inf. de rap. l. ſi quis rapu. Licet enī actio iniuriarum in bonis non ſit ante litis conteſtationem, ut ff. de iniur. l. iniuriarum 1. reſpon. cum muliere tranſit.

n DE AGGRESſione, &c.

Supra de eo, qui alij in via ante ſteterit, & de eo, qui proiecit ſtercora ſup ſponſam. ſed quia multi volentes iniuriam vendicare, colligūt homines, & aliēnum vicum intrant, ideo &c.

o *SI quis.*] Licet hoc verbum ſit generale, non tñ continet ſeruos, de quibus ī. eod. nec mulieres, de quibus inf. eod. l. relatum.

p *Vindicanda.*] Fortius ergo, ſi ſine cauſa in uicum manu armata intrauerit.

q *Manu armata*] Armorum appellatione, gladij, tela, lapides, & fuſtes continentur, ut inſtitu. de public. iudic. §. telū. ſed ſecundum regni conſuetudinem non continētur lapides, & fuſtes, unde ſi accuſatio fiat de inſultu cum armis prohibitis, & accuſatus negauerit, poterit per pugnam probare, ſecus ſi cum armis non prohibitis.

r *Homines.*] Not. argu. ꝙ homicidium patratum à quatuor hominibus, nō dicitur abſconsè factum, ſed palam, ut not. ſup. de homi. lib. hom. l decret in glo. 1. Iure autem Romano collectio duorum, uel trium, uel quatuor, cœtus dicitur, ut ff. ui bo, rapto. l prætor ait 2. §. 1.

ſ *Moriatur.*] Mors ergo erit in obligatione, compoſitio vero in ſolutione, aut quod ſequitur de compoſitione, corrigit. quod dictum eſt de morte, quod non credo: imo licet ſit pauper, & impotens compoſitionem ſoluere, non tradetur ſeruus, ſed morietur.

1 † commitere haberet.

2 † trutingis.

* No. cōtra facientes le charinary. de quo per Ioann. fab. §. iniuria inſt. de iniu. & dixi in quodam conſi. inci. ſi quis animo iniuriandi, &c. poſito in §. conſue. Biturig.

3 † tentauerit.

4 † conſenſerit.

5 † prior.

a Solid.

ponat ſoli. 900. medietatem Regi, & medietatem ei, qui iniuriam paſſus eſt, & illi, qui cũ ipſo fuerint, ſi liberi ſunt, vnuſquiſque componat ſoli. octuaginta,[a] medietatem Regi, & medietatem ei, qui vico caſam incenderint,[b] aut hominem occiderint, ſecundum quod appretiatus[c] fuerit, ita componatur illi, cuius caſa fuerit incẽſa,[d] aut parentes, aut ſeruus occiſus fuerit.

Idem. LEX II.

SI ſerui ꝑ conſiliũ ruſticanorũ, manu armata in vicũ intrauerint ad malũ faciẽdũ, & quicunq; hõ liber ſub Regni nr̃i ditione poſitus, cũ illis conſiliatus in capite fuerit, aĩæ ſuæ ĩcurrat periculũ,[e] aut certè[f] cõponat ſoli. 900. medium Regi, & mediũ ei, cui iniuria illata fuerit. ſerui eñ, qui cũ ipſo fuerint, ex eo dẽ conſilio, vnuſquiſq; cõponat ſoli. 40.[g] mediũ Regi, & mediũ, cui ſupra diximus: & ſi liber hõ in capite non fuerit, ille prior ſeruus, qui eos conducit, moriat̃: ſerui verò reliqui, qui cũ eo fuerint ex eodem conſilio, vnuſquiſq; ſeruus quadraginta ſolid. ꝓ eo cõponat, mediũ Regi, & medium cui malũ fecerit. 1†

1† vt ſup.

Idem. LEX III.

SI pro quacunque[h] cauſa

a *Solid. 80.*] Nec poterant ſe adunare, ſicut in furto, & homicidio, vt inf. de furt. l. ſi plures. & ſup. de homi. libero. hom. l. 1. Hæc enim pœna pro præſumptione tantum præſtatur: quia etiam ad emendãdam damnationẽ damni tenetur. Quid, ſi duo ex quatuor damnum dederint, an omnes teneantur? vtique. Ope enim iſtorum damnum dicitur datum: quia duo non præſumpſiſſent id facere. arg. l. 2. §. homines ff. vi bono. rap.

b *Caſas incenderint.*] de caſa habita eſt cõpoſitio 300. ſolid. uel in triplũ pœ̃ſerit agere ille, cuius caſa fuerit incẽſa. Et hoc ita eſt, ſi nolendo incenſa fuerit, vt ĩ. de dã. iniu. da. l. 1. l. 4. & l. ſi quis caballos. & ſup. de illic. conſi. de caſa habitata in duplum pretium eſt præſtandum. hoc ita eſt, ſi incenſa eſt volẽdo, ſed ſi nolendo in ſimplum ſiet compoſitio, tã de habitata, quàm de inhabitata, & quod ſubijcit, ꝙ appretiata fuerit, compoſitio fiat, intellige ſicut. l. 1. huius tituli præcipit. & affirmatur l. Lutprã, ſi quis liber homo ſe defendendo. ſup. de homicid. lib. ho.

c *Appreciatus.*] Hoc ſi ſe defendendo homicidium ſit patratum. cæterum ſi ſuperambulando, quia tunc amittit totam ſubſtantiam. l. ſi quis ſe defendendo ſup. de homici. lib. hom.

d *Incenſa.*] id eſt, ut in triplo debeat emẽdari, ut inf. de dam. iniu. da. l. 1. & l. ſi qs molinũ. & no. quod hæc lex nõ loquitur de collatione facta ꝑ dextram, uel per ſacramentum: ſed de facta ſimpliciter. qd ſi collectio fuerit facta manu armata, & in vicum intrauerit, ſed nulli iniuria illata, an habeat locum pœna capitis, vel 900. ſolid. an alia? Reſpon. lex iſta vult præſtari compoſitionem 900. ſoli. & diuidi inter regem, & iniuriam paſſum, vnde principaliter non ad Regem pertinet, quia alia ſecus Sed dic, quod erit pœna extraordinaria arbitrio iudicis: ſi ergo aggreſſio facta eſt ſuper quemcunque, ſiue læſus ſit, ſiue non, locus eſt huic pœnæ, quia non modicam iniuriam patitur, qui aggreſſus eſt.

e *SI ſerui. Periculum.*] Sed ar. contra inf. de cul. ſer. l. ſi ſeruus talem. Sol. ibi loquitur, quando eſt pęna 900. ſol. præciſè, hic verò loquitur, quando ſub alternatione.

f *Aut certè.*] Quæ notantur ſup. l. proxi. hic repeti poſſunt, ſcilicet, de pœna capitis, & de compoſitione 900. ſolidorum.

g *Solid. 40.*] Nota, quòd dominus ſerui tenetur pro medietate compoſitionis, in qua teneretur, ſi liber eſſet, ut not. ſup. de ſcan. & compoſi. l. ſi quis liber homo. & l. ſeq quæ regula non habet locum in compoſitione 900. ſolido. ut hic nec in pœna furti, ut inf. de cul. ſeru. l. ſi ſeruus talem. & diſtinguit, an ruſtici fuerint domini ſerui, an extranei,

homines ruſticani ſe collegerint, id eſt, conſilium & ſeditionẽ facere præſumpſerint, & cuicunq; ſe añ poſuerint, aut mancipiũ, aut peculiũ de manu tulerint, qđ de caſa ſerui ſui dñs tollere voluerit: tunc ille, qui in capite fuerit ex ipſis ruſticis moriat̃: aut aĩam ſuam redimat,[i] quantum appretiatus fuerit, & vnuſquiſque quòd 2† in ipſam ſeditionẽ cucurrerit ad malũ faciendum, componat ſolid. 12. medium Regi, & mediũ, cui iniuria illata fuerit, aut ſe anteponere præſumpſerit: & ſi ille, qui rẽ ſuam quærere, aut exigere videat̃, ab ipſis ruſticis feritas, aut plagas factas habuerit, ſicut ſuperius ſtatutum eſt, ei cõponat̃. Nã pro pręſumptione tm̃ pœnã ſupraſcriptam patiatur, & ſi aliquis ex ipſis ruſticis occiſus fuerit,[k] non requiratur, quia ille, qui eum occiderit, ſe defendendo, & res ſuas[l] vindicando, hoc egerit.

Rex Lutprandus. LEX IIII.

SI hoĩes in vno vico habitãtes aliquam intentionẽ inter ſe habuerint de terra, vinea, prato, aut ſylua, vel de alia re, & collegerit[m] ſe vna pars cum virtute, & dixerit, eamus, & expellamus eos đ ipſo loco[n] per virtutem fo-

primo caſu, quia cum ſeruus voluntate dominorum delinquit, perinde tenentur domini, ac ſi ipſi delinquerent, ſecũdo caſu ruſticanus conſiliator in capite debet præſtare ſolid. 900. Reliqua dic, ut no. ſup. l. proxi. Quid ſi quis ex ſeruis liber efficiatur, pro quo dominus nihil compoſuit, utrũ liber factus teneat̃, & in quantum? quæſtio generalis eſt, ubicunq; dominus pręſtare debet pro ſuo. Reſpond. ſine dubio ſeruus liber factus tenebitur: nec excuſatur, ſi conſilio, vel voluntate domini deliquit, quia in atrocioribus non debẽt ſerui dominis obedire, ut ff. de ac. & oblig. l. ſeruus. & tempus iudicij nõ inſpicimus, ſed delicti. Si ergo tẽpore delicti mori debuit ſeruus, morieẽ liber factus. ut ff. de pœ. l. 1. in princ.

2† qui.

h *SI pro quacunque.* Superiores leges loquuntur, quando de uno uico in aliũ facta fuit aggreſſio, & collectio ad malũ faciendum, hic quando in eodem vico.

i *Redimat.*] Sed ſoluendo. v. iuxta qualitatem perſonæ non debet præſtare 900. ſoli pro redemptione perſonæ, ut in ſuperioribus legibus, quia iſta non loquitur de ſeditione facta cum armis, nec de uico in uicũ. Sed videtur contra. l. 1. ſupra de eo, qui in uia anſte. ubi præſtantur ſolid 20. Sed ibi quã do ſine cauſa fuit factus anteſtatus, hic, cauſa interueniente, quia peculium dominus abſtulerat de caſa ſerui ſui, & portabat. Item cõtra. ĩ. de eo, qui pœn. in dam. inue l. hu. ubi in octog. ſd, tanquã qui res alienas mãlo ordine tollit. Solu. ibi tulerat animo lucrandi, hic non, ſed voluit domino contradicere, & hæ pœnæ pro præſumptione præſtantur, quia ſi plagas aut feritas fecerint ruſticani, uel furtum, aut uiolentiam commiſerint, pro qualitate delicti puniantur.

k *Occiſus fuerit.*] Hic ponit caſum qualiter iacere debet, ſine compoſitione, ſi ipſi iniuriam paſſi ſunt; quia ille, qui occidit, &c. multò fortius iacere debet impunitus ſi plagas, aut feritas, uel alias iniurias paſſi ſunt, & concor. ſup. de ho. li ho. l. ſi quis ex leui.

l *Et res ſuas.*] Nota argu. quòd tam pro defenſione rerũ, quàm perſonæ licet occidere, quod intellige, ut no. in d. l. ſi quis ex leui & in l. ſi quis liber homo ſe defendendo. eo. tit. & hic repete, quæ not. ibi. eſt ſciendum, quòd hęc lex loquitur de collectione facta ſimpliciter, non per dexterã, uel per ſacramentum, uel per obligationem.

m *SI homines. Collegerit.*] Non dicit de collectione. quæ ſit per dexteram, uel per ſacramentum, uel per aliam obligationem, ſed quæ ſimpliciter fit.

n *De ipſo loco.*] Fuerunt ergo auctores commotæ rixæ, unde ſi plagæ, aut feritæ factæ fuerunt, uel homo occiſus; præſtan

per uirtutem foras, & ambulauerint, & ſcandalū ibi commiſſum fuerit, & plagæ, vel feritæ factæ, aut homo occiſus fuerit, ita decernimus, vt plagas, aut feritas, & hoiem mortuum ſecundū anterius ædictū, quod glorioſiſſimus Rex Rothar, vel nos inſtituimus, componat, ſed pro illicita p̄ſumptione de ipſa collectione componat ſolid. 20. ad illam partem, quæ in campo, aut in vinea, vel prato, aut in ſylua ſuum laborē faciebat. Hoc autem ideo ſtatuimus, vt nullus præſumat malas cauſas in quolibet loco excitare, aut facere, & nō potuimus cauſam iſtam aſſimilare ad araſcild [a] [1] †nec ad conſiliū ruſticanorum, [b] vel ad ſeditionem, [c] & plus nobis congruum paruit eſſe de conſilio malo, i. conſilio mortis, quia quando ſe colligunt, & ſuper alios vadunt pro peccatis, ad id ipſum vadunt, vt faciant malum, aut ſi cauſa [2] †euenerit, vt hominem occidant, & plagas, aut feritas faciant, ideo (vt diximus) adſimilauimus cauſam iſtam ad conſilium mortis, quod eſt, ſicut ſupra dixim⁹, ſolid. viginti. [d]

1 †alias araſceild.

2 †caſus.

Idem. LEX V.

Relatú [e] eſt nobis, quod alibi perfidi homines, & in malitia aſtuti, dum per ſe, vt præſumpſiſſent, manu forti, aut violēto ordine intrare in vicum, aut in caſas alienas, timentes illas compoſitiones, quę in edicto antiquo compoſitæ ſunt, fecerūt colligere mulieres ſuas, quaſcunque habuerunt, ſiue liberas, vel ancillas, & miſerunt eas ſuper homines, qui minorem habebant virtutē, & apprehendētes homines de ipſo loco, & plagas fecerunt, & aliqua mala violento ordine plus crudeliter, q̄ viri exercuerint: dum autem hoc ad nos perueniſſet, & homines ipſi pro ſua violentia, qui minus poterāt interpellabant; ita proſpeximus in hoc edicto eodem modo affigere, vt ſi amodo mulieres hoc facere in qualicunq; loco pręſumpſerint, primum omnium decernimus, ſi aliquam iniuriam, aut opprobrium, vel plagas, aut feritas, aut mortem ibi acceperit, nihil ad ipſas [f] mulieres, * vel ad viros, aut ad mūdualdos earum, componant illi, qui ſe defendendo aliquām eis fecerunt læſionem, aut interemptionēm: inſuper & publicus, qui eſt in loco, ubi factum fuerit, comprehendat ipſas mulieres, & faciat eas declauere, & fruſtare per vicos ciuitatis ipſius loci, vt

* Not. mulieres puniri, qua inſultū in loco fecerūt, quia tonſa capillis, debent per uicos verberari, quod nota, quia ego ſemel vidi in prouincia mulieres cuiuſdam oppidi, quæ, præſentib⁹ meritis, irruerunt in porcos domini loci. & illos occiderūt: nā ſtatutū puniens violentiam factam cum armis, vel ſine armis cōprehēdit mulieres, vt no. Bal. Angel. & Imo. in l. ſi conſtante. §. ſi. ꝑ illū tex. cū glo. ff. ſol. mat. & Ange. Are. ī tract. malef. ī ver. dictus Andr. & Alexan. in conſ. 135. Vide Cap. in cōſ 25 ...

præſtari debet compoſitio ſecundum anterius edictum Rotharis, & Lutprandi, conſtituit enim Rothar. ut pro homine occiſo, ſi non furtiue occidatur, guidrigild præſtetur, iuxta qualitatem perſonæ, quod Lutprandus affirmat, & præcipit, quod ſi quis ſe defendendo occidat, non tenetur, ſecus ſi ſuperambulando, quia amittit totam ſubſtantiam ſuā, ut ſup. de homic. liberorum hominum. l. ſi quis ſe defendendo cum diſtinctione tamen, ut ſi auctor commiſſæ rixæ ſe defendendo, occidat, & ſi iuſtum ſit, præſtabit guidrigild: ſi uero occidatur, abſq; compoſitione iaceat, vt nota ſup. l. proxima. & ſup. de homic. liberorum homi. l. ſi quis ex leui. Idem diſtinguitur de plagis, & feritis. Et nota, ꝙ hic non dr̄, qui in capite fuerit, quia oēs pariter conſilium inierūt eundi, dum dicit, eamus. & expellamus, ad oēs enim pariter litigium pertinebat, & præter ſupradictas pœnas plagarum, vel feritarum pro aſſumptione debet componere pars, quæ ita ſe collegit, alteri parti ſoluat 20. quæ compoſitio diuidi debet pro numero perſonarum proportionabiliter, cum omnes pariter præſumpſerint, non pro portione tertij, licet unus maiorem, alius minorem portionem ſe dicit habere.

a *Ad araſcild.*] i. ad aggreſſionem in vico factam, ut l. 1. ſupra eodem.

b *Nec ad conſilium ruſticanorum.*] ut ſ. eo. l. 2. cum illa maiora fuerint delicta, maior erat compoſitio præſtanda.

c *Ad ſeditionem.*] vt ſup. l. proxi.

d *Solidos viginti.*] Aſſimilatur ergo conſilio mortis, quod punitur ſolid. 20. & hic nota, quod debemus de ſimilibus ad ſimilia procedere, ut ff. de legi. l. non poſſunt, & probatur, dum dicit, plus nobis congruum, &c. quæ ſimilitudo non ſit, inſpectis initijs, ſed quod contingere poteſt, dum dicit, aut ſi caſus euenerit, & licet dicat Lutprandus in hoc eſſe ſimilia, tamen non ſunt, quia & ſi de conſilio mortis præſtantur ſoli. 20 & pro unoquoque homicidio par compoſitio præſtatur, iſto tamen caſu tota uniuerſitas componat ſolid. 20. & ſi plures occidantur, non augetur compoſitio. quid ſi prædia, de quibus agebatur, pertinebant ad partem, quæ ſe collegit, nunquid eam excuſat, ſi poſſidentes erant inuaſores? Reſpondeo, ſi uiolentia committatur incontinenti, licet eam propulſare, ſi ex interuallo non licet l. idem eſt. §. uti. fru. ff. de vi, & vi armata. & pars, quæ hæc præſumpſerit, componi debet, cum non debebat præſumere, quod autem iudiciali præſumere debebat. l. extat. ff quod metus cauſa. & C. de ſuffrag. l. 1. & ff. de eden. l. 1. primo reſpon.

e *Relatum*] Loquitur de collectione mulierum mandato maritorum, & mundualdorum facta, propter quam tenentur ad pœnam pecuniariam, ſequuto inſultu: nam ſi mariti plagas, aut feritas fecerint, debent componi, ut ſup. de his, qui inſidian. l. 1. ſi uero poſt rixam motā, plagas, aut feritas fecerint, procedit edictum ſup. de plagis, & feritis. Punientur quoque dictæ mulieres in perſonis, cum non exercuerint naturam muliebris ſexus, qui fragilis eſt. Inſultus enim, & aggreſſiones uiri facere conſueuerunt, mariti autem componi reales pœnas non patientur, niſi ſit in capite, & actor malitię, tunc enim ciuilem, & corporalē pœnam patietur, ut ſuperioribus legib⁹ cautum eſt. Ex hoc nota, qđ in maleficiis auctor laudari non poteſt, cū non excuſetur delinquens de mandato, & concordat iuri Romano. l. non ſolū. § Proculus. ff de iniurijs. & ff. quod ui, aut clam. l. ſi ego tibi. Non enim debebant obedire maritis. & mūdualdis cum nec ſeruus domino in atrocioribus. l. ſeruus. ff. de action. & obliga. Sed, an qui paſſus eſt plagas, aut feritas, poſſit eligere, quem conueniat, mulierē, ſcilicet, uel maritos, uel mundualdos mādatores ꝗ ſoluerint, an mulieres ex hoc ſe tuentur? Reſpondeo, iure quidem Romano, uterque tenetur cum effectu, ut d. §. Proculus. & ff. ad l. Aquiliam. l. ſi item Mela. §. ſi plures. Iure autem Longobardorum cauetur, ut mariti componantur de rebus ſuis, ſi conueniantur propter illicitum mandatum. Si uerò propter delictum mulieris, tunc ſoluunt de rebus mulierum: quæ ſolutio fortè prodeſſet mandatoribus, ut de cætero non teneantur. Vel dic, non prodeſſe, quia licet puniatur homicida in rebus ſuis: non tamen prodeſt conſiliatori. ut ſupra de homicid. liberorum hominum. l. fina. ita nec mandatori, qui plus eſt, quàm conſiliator. Si autem mulier in ſcandalum cucurrerit cauſa uidendi, & nemini nocuit: ſi plagas, aut feritas acceperit, fiet compoſitio, tanquam ſi in fratre de ſimili ſanguine facta fuiſſet, ut ſupra de iniur. mulie. l. 3. Quid ſi Magiſtratus iuſſit collectionem fieri? Si quidem imperandi ius habuit, Actio legis Aquiliæ, eſt cum eo, qui iuſſit, alioquin uterque tenetur, ut ff. ad l. Aquil. l. liber homo. 2. & inſ. de damno in uia dato. l. ſi quis molinum.

f *Nihil ad ipſas.*] Iacebunt ergo ſine compoſitione, & facit. lege ſi pro quacunque. ſupra eodem. & ſupra de hom. lib. hom. l. ſi quis ex leui. quia ipſæ mulieres auctrices rixæ fuerunt.

a *Mulieres talem malitiam.*] ſcilicet, vt vnius pœna ſit metus multorum.

b DE *ſacramentis.*] Superiores leges loquuntur de collectione ſimpliciter facta: hic vero incipit, prohibendo collectiones fieri per ſacrm̃, per dexteram, vel per aliam obligationem, & primo per ſacramentũ.

cæteræ mulieres talem malitiam [a] facere non præſumãt: & ſi in ipſa caſa feritas, aut plagas ipſæ mulieres cuicunque homini fecerint, mar ti componant ipſas plagas, aut feritas, quas ipſæ fecerint, ſecũdum tenorem edicti. Hoc autẽ ideo proſpeximus, tam de diſciplina, quàm de compoſitione: quia nõ poſſumus mulierum collectionem ad araſcild adſimilare, neq; ad ſeditionem ruſticanorũ quia viri iſtam cauſam faciũt, non autem mulieres: & ideo de ipſis mulieribus fiat, ſicut ſupra ſtatuimus.

Idem. LEX VI.

SI quidẽ ſimpliciter in ſcandalum qualiſcunque mulier cucurrerit, & mortẽ, aut feritas, vel plagas ibi acceperit, ſic fiat iuſtitia, ſicut deceſſor noſter Rothar Rex inſtituit, vel iudicauit.

Imp. Carolus. LEX VII.

DE ſacramentis [b] per guildoniam [c] * adinuicem [1] † coniurandis, vt nemo facere præſumat, alio verò modo [d] de illorum alimoniis, [e] aut incendio, [f] aut de naufragio, quamuis conuenientiam faciant, nemo in hoc iurare præſumat.

Imperator Lodoicus.

SI ſerui per contumaciã, [g] collecta multitudine, vim intulerint alicui, i. aut homicidium, aut incendium, aut qualecunque damnum fecerint, domini eorũ, [h] quorum

c *Guildoniam.*] i. per adunationẽ, ut nullus faciat: permittitur tñ conuentiones fieri inter duos, pluresve.

d *Alia vero modo.*] Vr̃ permittere ſi alio modo fiant. quid ſi per dexteram fiant? puto eſſe ꝑmiſſum. vt inf. eo. l. collectam ad malum à ꝯtio. Et licet dexterare non propriè ſit iurare, tñ propè iurm̃ eſt, vt inficiari depoſitũ propè furtum eſt, ut ff. de fur. l. inficiando. Et quod aliud ſit fiduciam facere, quàm iurare, probatur ĩ de offic. iud. l. ut iudex. ibi, & ſi credentes homines, &c. Iſto etiam caſu diſtinguitur, ꝙ alia pœna irrogatur, ſi collectio fiat per dexteram, alia ſi per ſacrm̃. Iure autẽ Ro. delato iureiurando, per dexteram iurare debet: hodie vtimur, ut iuret per euangelia, quod longè aliud eſt, quàm fiduciã facere. Sed cum prohibeantur ſacra fieri ſuper licitis pactionib⁹, an patiatur pœnam, qui iurauit? non inuenio pęnam à lege ſtatutam. tñ ex quo prohibetur, vr̃ delictum, quod uenit extra ordinem puniendum.

* *Quid ſit guildonia, & eſt adunatio, vt l. volumus. inf. eo.*

1 † *coniurantium.*

e *Alimonijs.*] i. qualiter unus alteri ſubueniat, ſi ad paupertatẽ deuenerit. Idem ſi domus eorum fuerint incenſę, uel ſi paterentur naufragium eundo per mercantias. & licet hę pactiones licitæ ſint, ſuper eis tamen ſacramẽta fieri prohibentur.

f *Incendio,*] i. ſi alterius caſa fuerit incenſa, ut cæteri ſocij dãnum participent, & ſic de naufragio.

g SI *ſerui per contumaciam.*] Sed contra. ſ̃ ne ad regem uenientib. l. vlt. Sol. hic potuit prohibere, aliàs enim cum liber, dat bannum, ſeruus verberatur.

h *Domini eorum.*] qui prohibere potuerunt, & non prohibuerunt, per quod iure Rom. tenentur i ſolidum, ut ff de noxalib l ſi plurium. & in l. delictis. & ff. ad l. Aquil l. ſcientiam. Iure autem Longobar. debent bannum componere, nec pœnæ per alias leges impoſitæ. vel refectio damni domino permittitur.

i VOlumus.] Prohibet adunationem fieri per ſacramentum, per dexteram, vel per aliam obligationem.

k *Facere.*] ſ. per obligationem tantum. nam ſi per ſacramentum interfieri debet, ſiue aliquod malum perpetratum ſit, ſiue non, vt l. vlt. inf. eod. tit.

l *Præſumpſerit.*] Intellige, ut pœna exilij non referatur ad caſum, qñ collectio eſt facta per ſacrm̃, quia diuerſa pœna, ſed qñ per dexteram: ſæpe.n. contingit, ut duo prohibeantur, & unum proſequatur, ut ſup. de ini muli e. l. 2. ubi de ſtriga, & fornicaria, & tantum de fornicaria proſequitur. Idem inf. de manumiſ. l. 4. ubi de ſeruo, & ancilla, & de ancilla tantũ proſequitur.

negligẽtia euenerit hoc, pro eo, quod conſtringere eos noluerint, vt talia facere non auderent, bannum noſtrum componant, i. 60. ſoli. ſoluere cogantur.

Imperator Lotharius. LEX IX.

VOlumus [i] de obligationibus, vt nullus homo per ſacrm̃, nec per aliam obligationem adunationem faciat, & ſi hoc facere [k] præſumpſerit, [l] tũc ille, qui prius conſilium inchoauit, & hoc factum habeat, [m] in exilio ab ipſo Comite in Corſicã mittatur, & illi alij bannũ componant, & ſi talis fuerit, qui nõ habeat, vnde componat, ſexaginta ictus [n] accipiat. [o]

Idem. LEX X.

COllectam ad malum [p] faciendum, omnib. modis ꝓhibemus [q] fieri, & vbicunq; hmôi præſumptiones factæ fuerint, digna emendatione corrigantur: [r] & ſi per negligẽtiam Comitis vel factæ ſint, vel non emendatæ remãſerint, hoc ad noſtram notitiam perferatur: auctor verò facti, ſi fuerit aduocatus, vel præpoſitus, ſiue ſculdius, vel qualibet alia dignitate præditus, libera perſona poſt legalem emẽdationem in loco factam, ſub fideiuſſorib. ad noſtram præſentiam [s] veniat, multitudo verò ſiue liberi, ſiue ſerui ſint, legitima emendatione [t] mulctetur. [u]

Idem. LEX XI.

DE conſpirationib. [x] cõ-

m *Habeat.*] Nõ vnus præſtabit pœnã. 900. ſoli. quia ſi præſtatur in cõpoſitione facta ſimpliciter, fortius in facta per dexteram, ſi de uico in uicum intrauerit. Vel fortè hic loquitur, quando collectio facta eſt ꝑ dexteram ad malum peragendum, licet nullum malum ſit patratum.

n *Sexaginta ictus.*] ſ. electione Principi reſeruata, utrum illo ſemetipſum per guadiam in ſeruitio Principis tradat, donec per tempora ipſum bannum ab eo fuerit perſolutũ, an ut 60. ictus accipiat, ut hic ſecundum quoſdã.

o *Accipiat.*] Contra ſup. de exercita. lib. l. quicunque. ubi dicit, ꝙ ſe guadiauit ꝓ ſeruo, ſed illa locum habet in exercitu. Et no. quod hæc loquitur in compoſitione dãni, licet aliæ ſint, quæ loquãt in alijs compoſitionibus.

p COllectã ad malum.] Ad bonum ergo permittitur, ut ſup. eo. l. de ſacramentis.

q *Prohibemus.*] Tam ſimpliciter, q̃ per ſacramentum, uel per dexteram.

r *Corrigantur.*] Reſpexit legem ſuperiorem, & alias, imponentes pœnam pro collectionibus.

s *Ad noſtram præſentiam.*] Imò mittendus eſt in exilium, ut ſup. l. proxi. Solu. ibi in perſona, quæ non eſt in dignitate, hic ſecus.

t *Emendatione* Reſpexit leges ſup. quæ pro uarietate adunantiu ſine collectione, & locorũ, nouas inducunt pœnas.

u *Mulctetur.*] ſ. liber quiſque componat 80 ſoli. ſeruus quadraginta ſecundum leges Rotharis. l. ſi quis pro iniuria. & l. ſi ſerui per conſilium. ſup. eod.

x DE *conſpirationibus.*] Eſt autem conſpiratio ſimul ſpiratio, quaſi eundem ſpiritu, & propoſitum habeant ad malum faciendum. Et nota hanc legem rumpere omnes ſupraſcriptas leges Rotharis, Luitprandi, Caroli, & Lodoici,

Lodoici, vel duas non rumpere; imo quæ dicta erant de pœna ciuili confirmauit Lodoicus in l. ſi ſerui per contumaciam ſup. eo. Lotharius verò alias ſubiungit in hac lege de pœna corporali.

a *Quicunque.*] Vtrunque ſexum complectitur: quia ſi contigerit mulieres conſpirationem facere, hac pœna ferientur.

b *Quamcunque.*] ſcilicet ad malu faciendum: ſecus ſi ad bonum. ut ſup. eo. l. de ſacramentis.

* Not. quo pœna puniantur cõſpiratores. C. de monop. & l. vnd. & per Arch. lo. An. & De cio. in c. conſtitutiones. de verb. ſigni. lib. 6. & xi. q. 1. conſpirationum. & c. ſtatuimus.

c *Iudicetur.*] id eſt triplici modo, uel uindicta punietur & no. hic modo pœnę.

d *Flagellentur.*] Ille tamen, qui author fuerit, interficietur, nec erit vlla excuſatio de morte eius, ex eo quod nihil mali perpetratum fuerit.

e *Detondeant.*] Au ctori autem non parcitur: quia vtrobique parcit, & nullo modo liberat ſuam animam, niſi Regi placuerit: vñ prima. & ſecunda lex huius tituli corriguntur in hac parte: & licet pœnas criminales patiatur, præſtabuntur tñ pœnæ pecuniariæ his, q damnũ, aut iniuriã paſſi sũt: vt ſi domũ incenderint, in triplũ fiet cõpoſitio. Quid ſi hoiem occiderint ſe defendendo? Reſpondeo. guidrigild præſtatur hæredibus defuncti: ſi ſuperam bulando, totam ſubſtantiam amittent, ſi plagas, aut feritas fecerint, component ſm tenorem edicti: nam cũ maius ſit delictum, conſpirationem facere per ſacramentum, q̃ ſimpliciter: iõ magis puniuntur in perſonis ſuis, & pœnæ pecuniariæ debitę iniuriam paſſis minui non dẽnt, præterquàm in compoſitione noningentorum ſolidorum.

1 † vindicetur.

2 † ſi non iuraſſent.

3 † &.

...ſideràdũm eſt, vt quicunq; [a] facere præſumpſerit, & per ſacramentum quamcunque [b] conſpirationem * confirmauerit, triplici ratione iudicet. [c] 1 † Primo, vt vbicunque tale malum perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur, adiutores verò eorũ ſinguli alter ab altero flagellentur, [d] & capillos ſuos viciſſim, & nares ſibi inuicẽ precidant: vbi verò nihil mali perpetratũ eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, & capillos ſuos viciſſim detondeant. [e] Si verò per dexteram [f] aliqua conſpiratio firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut iurent cum idoneis iurationibus hoc per malum non feciſſe, aut ſi facere non potuerunt, 2 † ſuam legem [g] componant. [h] Si verò ſerui fuerint, flagellenẽ, vt de cætero in Regno noſtro nulla hmõi conſpiratio [i] fiat nec p ſacramentũ, nec ſine ſacramento.

TITVLVS XVIII.

De ſeditione cõtra iudicem vel ciuitatem leuata.

Rex Lutprandus. LEX I.

SI quis ſine voluntate [k] Regis, in qualicunque ciuitate contra iudicem ſuum [l] ſeditionem leuauerit, [m] aut 3 † aliquod malum fecerit: [n] vel eum ſine iuſſione [o] expellere quæſierit, aut alteri homines de altera ciuitate contra aliam ciuitatem, aut alium iudicem, [p] vt ſuprà ſine Regis iuſſione ſeditionem fecerint, aut eum expellere, ſine Regis uoluntate quæſierint, tunc is, qui in capite fuerit, animæ ſuæ incurrat periculum, & omnes res [q] ſuæ ad palatium 4 † deueniant; reliqui vero homines, qui cum illo in malo cõſentientes fuerint, vnuſquiſque cõponat in palatio guidrigild ſuum, & ſi caſam cuiuſcunque bructauerint, 5 † aut ſi res eorum tulerint, qui cum palatio, & cum Rege tenent, aut ipſis, qui fidem in palatio obſeruant, 6 † componat oẽs res ſuas, cui eas tulerit ĩ octogild, & guidrigild ſuum, vt diximus, cõponat in palatio: hoc autem ideo præuidimus in præſentis edicti pagina ſcribere, vt malũ vitiũ non creſcat, ſed amputetur, vt oẽs ĩ pace, & gratia Dei, & Regis viuere valeant.

Rex Rachis. LEX II.

COgnouimus [r] enim, q̃ p ſingulas ciuitates mali homines, & ronas, 7 † id eſt, adunationes contra iudicem ſuum agẽtes, faciunt, ſed ita ſtatuimus, vt ſi amodo quicunque homo adunationem cũ quatuor, vel quinque, aut amplius hominibus

conſilio mortis l. 2. & hic repete, quæ ibi no. & dic uoluntate, ſcilicet expreſſa. quid de tacita? dic, ſiue tacita, ſiue expreſſa, pœnam non meretur, ſi uoluntate Regis factum ſit.

l *Contra iudicem ſuum.*] Iudex ſuus dicitur, quem Rex, uel alius Magiſtratus, habens poteſtatẽ legis condendæ cõſtituit.

m *Seditionem leuauerit.*] Aut aliquod malum, &c. Seditio, eſt ſeparata ditio, quia vult ſeparare ſe a iuriſdictiõe iudicis ſui: hic tamen q̃ non ſolus, ſed tumultuoſa adunatio facta, iudicem ſuũ contemnit.

n *Malum fecerit.*] Vel cum ſine iuſſione, &c. Cum ſeditione in contemptũ iuriſdictionis, ſiue eat contra iudicem, ſiue contra ciuitatẽ aliã.

o *Sine iuſſione.*] Nã ſi, iubente Rege, tale quid factum fuerit, impunitum erit. l. p̃ima ſup. de conſilio mortis.

p *Alium iudicem.*] Id eſt, alterius ciuitatis, ut quaſi ſic. facta ſeditione, iudicẽ ſuũ, ſiue alterius ciuitatis expellere quærit.

q *Omnes res ſuæ.*] ad palatium deueniãt. Videtur ergo crimen maieſtatis, & ſic concordat. ff. ad l. Iu. maie. l. 1. ibi, ad ſeditionem conuocent, &c. ſed ibi, quando ſeditio leuata erat contra Remp. vel Principem: licet lex iſta loquatur de ſeditione facta contra Magiſtratum per Principẽ conſtitutum: prout eſt proximum ſeditioni contra Principem factæ: unde pœnæ in lege iſta ſtatutæ ad regẽ pertinẽt, quia & ſequẽtes guidrigild component ad palatium Regis: videtur itaq; per ſeditionem contra iudicem factam, crimen publicum commiſſum, ut ſup. de publ. crim. l. ſi quis foris. & conuerſum in conceptum Regiæ Maieſtatis, ut in tex. ibi. aut ſi res eorum tulerit, &c. nulla enim præſtatur compoſitio iudici de ſeditione contra eum facta: ergo ſaltẽ ſecundario contra regem eſt facta, & concordat iuri Romano, in quo cauetur, ut inſtar ſacrilegij ſit dubitare, an dignus ſit, quem Princeps elegerit, quia in ll. ſuperioris titu. pars compoſitionis defertur iniuriam paſſo, hic autem tota præſtatur Regi, ut dictum eſt.

4 † publicũ.

5 † bluſtauerint.

6 † conſeruant.

7 † bannas.

f *Si verò per dexteram.*] Aliqua conſpiratio firmata fuerit, &c. id eſt ſi conueniuntur quod per dexteram fecerint obligationem, purgare debent ignorantiam ſuam cum idoneis iuratoribus.

g *Suam legem.*] ut ſup. eo. l. volumus.

h *Componant.*] Id eſt, bannum ſoluant. quod uideri poteſt per id, quod dicit, ſerui flagellentur, quia ubi liberi bannum ſoluunt, ſerui flagellari debent.

i *In regno noſtro nulla huiuſmodi conſpiratio. &c.*] ſup. eo. l. 1. ubi auctor, qui in capite eſt, componat ſolidos noningentos, & ſequaces, ſolidos octuaginta. Sed cum bannum ſemper debeat Principi præſtari, quis in exactione præfertur? Reſpondeo, iure Romano, & Longobardo priuatus præfertur, ut inf. de officio iudicis. & l. ut iudices. & l. de uniuerſali. & C. de pen. fiſca. l. 1. lib. 10. & ff. de iure fiſci. l. in ſumma. & intellige de conſpiratione ad malum faciendum, ut ſuprà not.

k *SI quis ſine voluntate.*] Cum voluntate ergo Regis nõ reputatur pro delicto, ut ſup. de his, qui in ſin. l. 2. & de

r *COgnouimus.*] Quicunque homo ſiue maior, ſiue minor, dummodo ſit doli capax: in criminibus enim minores non iuuantur, ut C. ſi aduer. deli. l. prima. niſi miſeratio ætatis, &c ut ff. de mi lege auxilium. §. in delictis. Et nota, quod hæc lex rumpit legem Rotharis. l. ſi quis qualemcunque hominem ad Regem accuſauerit ſupra de malefic. & publ. criminibus in hoc, q̃ ipſa dicit, ſi probare non potuerit, guidrigild componat: iſta uerò facit eum tradere in manus accuſati, ut faciat de eo, quod uoluerit. Et etiam rumpit legem Rotharis. l. ſi quis ab alio res ſuas de exer-

de exercitalibus, quia per illam 20. ſol debet componere, p illam vero guidrigild, & honorem amittere. Et rumpit legem Lutprandi. l. ſi quis habuerit cauſam, & Sculdaſio eſt dixerit. & l. ſi homines de ſub vna iudiciaria & l. ſi quis in vnam ciuitatem cauſam habuerit, & alias quamplures.

fecerit, dicendo, ꝙ voluntatem[a] iudicis ſui non faciant, & ꝙ ille rectè[b] dixerit, aut ad eius iudicium non vadāt cōfidentes in alicuius patrocinio, & alios circa ſe aggregare voluerint, vt ipſi ſimiliter faciant compoſitionē, ſicut anterius edictum de ſeditione contra iudicem leuata continere videtur: ſi verò de cā Regis[c] aliq̄d dicere voluerit, ſit ei licentia veniendi ad palatium, & ſi ſupra, q̄ dixerit, veritatem approbauerit, ſuſcipiat ſniam ſm qualitatē cauſæ,[d] ſicut anterius edictū continet, & ſi veritatem approbare non potuerit,[e] ſit[1] † ei datus in manibus cum rebus ſuis: & faciat de eo, qđ voluerit. Violentiā quidem ſi ſuſtinuerit aliquis à iudice ſuo, aut ab alio homine: & iudex neglexerit[f] iudicare: aut forſitan attenderit ad gaſindium, *aut ad parentes, aut ad amicum ſuum, vel ad pręmium,[g] & legem non iudicauerit, tunc veniat ad palatium, & reclamet ſuam violentiam: & ſi probatum fuerit, non computetur in adunationem ei, qui proclamauerit: ſed ipſe iudex componat guidrigild ſuum mediū Regis, & medium, cui iuſtitiam denegauit, & honorem ſuum amittat. Arimanus ille quidem ſi mentitus fuerit, et doloſè hoc egerit, ſi antè venerit ad palatium, quam ad iudicis ſui vadat iudicium, ſi habuerit, vnde componere poſſit, cōponat ſolidos quinquaginta, medium Regi, & medium iudici ſuo: & ſi talis homo fuerit, qui nō habeat, vnde componere poſſit, accipiat diſciplinam,[h] vt emendatus * fiat, & ut alij facere non præſumant.

TITVLVS XIX.

De damno[i] iniuria dato, & de incendio.

Rex Rhotar. LEX I.

SI quis caſam alienam[k] aſto animo * quod eſt voluntariè, incenderit,[l] in triplum eam, quod eſt [2] † tertia æſtimatione[m] pretij, cum omnibus, quæ ibi cremata fuerint, ſecundū quòd vicini homines bonæ fidei appretiauerint,[n] reſtauret: & ſi aliqua de eo,[o] quod intrinſecus crematum eſt, orta fuerit intentio, [3] † tunc ille, qui damnum protulit,

1 † *fiat.*

* *Gaſindiū pro ſeruitio ponitur*

g *Recipere.*] Ergo a contrario alius cogitur in gratiam recipere, ſ. non præciſè, ſed cauſatiuè. Quid ſi dñs nolit remittere? non per hoc amittit dñium, etiam ſi offenſam nolit ei remittere; verum ſi alibi tranſmigrauerit, aut moriatur, periculum dño verſatur, & non ei, qui in gratiam reddere voluerit. Sed iure Roma. etiam cum ſacramenti religioni recipitur in grata, vt C. de his, qui ad eccle confug. l. ſi. ſed lex iſta videtur contra inf. de reueren. Epiſco. l. 1. Solu. ibi pro reuerentia eccleſiæ; uel hic quando dominus fugitiuum ſequebatur: ibi iam fugerat, & in eccleſiam ſe receptauerat. Item contra ſup. de cur. rup. l. fin. ubi compo. ſolid. 20. Sol. ibi dominus peculij ad iniuriam domini curtis tulit; hic licitè ſequebatur ſeruum fugientem.

Idem. LEX XXIII.

SI quis mancipium[h] fugax in caſa[i] ſua, neſciente[k] domino ſuo, ſuper nouem noctes[l] habuerit, & cōtigerit ipſum mancipium aliquid mali perpetrare; aut mori, aut oberrare, ille, qui id ſuſceperit, & celauerit, & mandare neglexerit, reddat ipſum mancipium, aut pretium eius, & damnū, quod fecerit, ipſe componat, qui id apud ſe[m] habuerit.

Idem. LEX XXIIII.

SI mancipium alienū poſt alium hominem confugium fecerit, id eſt, in faida,[n] mox[o] mandet domino ipſius quàm citius poterit, aut per ſcriptum, aut per certū hominem, quatenus id in gratia recipiat, & ſi noluerit[p] id recipere, & dilatauerit, & contigerit id alibi trāſmigrare,[q] nulla culpa illi ſit,[r] qui prius ipſum in caſa ſua habuerit: nam qui ſuſceperit, & non mandauerit,[s] reddat ipſum mancipium & damnum, cui fecerit, ſimul & operas.[t]

h *SI quis mancipium.*] Hæc lex vr̄ cōtra legem ſequētem, quia mox dēt mandare domino, ſed dicas, quod non contrariantur, quia ibi fugerat in faida; hic non.

i *In caſa.*] idē ſi alibi.

k *Neſciente.*] Si aūt ſciente, non tenetur denuntiare; cum nō debet certiorari, qui non ignorat, ut ff. de actio. empt. l. 1.

l *Nouem noctes.*] Ergo ſi non ſuper 9. noctes, non erit periculo illius: ad cuius aūt periculum ſpectat, ſi damnum dederit, no. ſupra.

m *Apud ſe.*] Hoc verū, ſi cuſtodia ſerui ad eum pertinebat, qui apud ſe habuit, alioquin ſecus, ut inf. de debi & gua l. ſi q̄s ſeruum. Item non loquitur lex iſta, ubi in faida fugerat ſeruus, quia debet mox dño denunciari, ut infra l. ſequē. ſed loquitur, ubi ſeruus præter caſus p̄dictos apud aliquem erat: nec anne xam ſuſcipiebat à detentore; nec uiam ei oſtendit, ſi alio tranſmigrauerit. Iure autē Roma. eſt ſpatium, ut denuncietur dñis, vel ante Magiſtratū deducantur fugitiui ſpatio uiginti dierū, ut ff. de furtis. l. Quid ergo, ſi inf. 9. noctes moriatur ſeruus? Reſpon. ſi ſine culpa eius, apud quem morabatur, non tenebitur. Idem ſi aliò tranſmigrauerit, vel facta domino denunciatione neglexerit ſeruum recipere.

n *SI mancipium. In faida.*] Specialem caſum ponit.

o *Mox.*] Ideſt, non minimo tempore, nec maximo, ſed arbitrio boni viri, quod magis intellectu, quam elocutione exprimi poteſt, vt ff. rem rat ha. l. quo enim. §. Iulianus. Sed quis agnoſcere debet ſumptus denunciationis factæ, vel faciendæ? forte denūcians, ut ſe à periculo liberet; ex quo denunciare tenetur, vel dic, quod dominus ſerui, cuius negotium geritur.

p *Noluerit.*] Per hoc verbum, videtur attendenda prima domini voluntas, qui tractum non habet, verbum autem, volet, tractum habet argum. ff. de verb. obli. l. ſi quis ſtipulatus ſit.

q *Tranſmigrare.*] Sine dolo, & culpa eius, apud quem erat.

r *Nulla culpa illi ſit.*] ſ. quia per eum non ſtetit, quo minus illum haberet.

s *Non mandauerit.*] ſcilicet, ideo, quia fortè id lucrari cupiebat.

t *Et operas.*] Sed vſque ad quod tempus operas reddet? quamdiu dominus non recuperabit ſeruum. Idem quæritur, quamdiu tenebitur iſte, qui nondum mandauit damnum reſtituere? Reſpon. quia culpa denunciatoris uidetur domino ſeruus abeſſe, tenetur quamdiu dominus ſeruum recuperat.

a Si

Idem. LEX XXV.

SI quis mãcipium alienum ſciens fugax, neſciente domino, ſuſceperit,[a] aut annonam dederit, aut ei oſtenderit viam, [b] aut tranſpoſuerit, & mancipium ipſum fuga lapſum in antea fugerit, ipſe id perquirat, qui ei annonam dederit, aut viam oſtendere præſumpſerit, & ſi id non inuenerit, reddat pretium mancipij, ſimiliter & res,[c] quas ſecum portauit: & ſi inuentum fuerit, reddat ipſum mancipiũ, ſimul & operas[d] eius.

Idem. LEX XXVI.

SI quis de lignario alterius lignum furatus fuerit, cõponat ei, cuius lignariũ fuerit, ſolidos 6.[e]

Idem. LEX XXVII.

SI quis de caſa erecta, lignum quodlibet, aut ſcandalas[1] † furatus fuerit, componat ſolid. 6.

Idem. LEX XXVIII.

SI quis de lignamine adunato in curte, aut in platea, ad caſam faciendam lignum furatus fuerit, componat ſolid. 6. ſi autem in ſylua diſperſum fuerit, & furatus fuerit, componat in octogild.[f]

Idem. LEX XXIX.

SI quis in hortum alterius intrauerit, aut ſalierit ad furtum faciendum,[g] componat ſol. 6. nam ſi pro ſua re ingreditur, & damnum non fecerit, non ſit culpabilis.[h]

Idem. LEX XXX.

SI quis[2] † ſepem alienam ruperit, id eſt, iderzon: cõponat ſolid. 6.

Idem. LEX XXXI.

SI quis aſſem de ſepe aſiara vnam, aut plures tulerit, componat ſolid. 6.

Idem. LEX XXXII.

SI quis de ſepe ſtataria facta vnam tulerit, componat ſolid 1. ſi autem perticas tranſuerſarias tulerit, componat ſolid. 2.

Idem. LEX XXXIII.

SI quis plonum,[3] † aut aratrum atenum iniquo animo capellauerit, componat ſol. 3. ſi autem furatus fuerit, in octogild reddat.

Idem. LEX XXXIV.

SI quis tintinnum[4] † alterius deſuper caballo, aut boue furatus fuerit, componat ſolid. 6.

Idem. LEX XXXV.

SI quis iugum furatus fuerit, componat ſolid. 6.

Idem. LEX XXXVI.

SI quis fogas furat[9] fuerit de bene vinitoris, componat ſolid. 6. & ſi qualemcunque rem mediocrem furatus fuerit, vnde 6. ſolid. aut minus in hoc edicto iudicatur, ſi fur ipſe ſupra furtum tentus fuerit non ſit fengangi,[i] ſed tantum componat, ſicut ſupra conſtitutum eſt.

Idem. LEX XXXVII.

SI quis vitem alienã expoliauerit, id eſt, adminiculã tulerit ſuper 3. & 4. ſit culpabilis ſolid. 6.

Idem. LEX XXXVIII.

SI quis palũ[k] de vite aliena tulerit, cõponat ſol. 6.

Idem. LEX XXXIX.

SI quis ſuper tres * vuas de vinea aliena tulerit, componat ſol. 6. nam ſi vſque 3. tulerit, nulla ſit ei culpa.

Idem. LEX XL.

SI qs capiſtrũ de capite caballi tulerit cõponat ſ. 6.

Idem. LEX XLI.

SI quis paſtorium[5] † de caballo alieno tulerit, cõponat ſolidos 6.

Idem. LEX XLII.

SI qs rete alienum, aut naſſam leuauerit, aut de piſceria aliena piſces tulerit, cõponat ſolid. 6.

Idem. LEX XLIII.

SI qs de apiculari vas cũ apibus[6] † furat[9] fuerit vnũ aut plura, cõponat ſo. 12.

Idem. LEX XLIV.

SI quis de arbore ſignata[l] in ſyluam alterius apes *

[a] SI quis. Suſceperit.] In domo ſua, vel in agro manendi cã, dummodo nõ celauerit: alioqn ipſius mãcipij furtũ. l. j. ff. de fur. & C. de ſer. fugiti. l. aduerſus. Ergo furti tenetur ipſum. n. mancipiũ cũ fugax eſt, ſui furtum facere conſtat, & qui furẽ ſciẽs ſuſceperit, ſimilis eſt illi, ut lege, quicunque poſt miſſam inf. eo. tit.

[b] Viam.] Præſtat opẽ, qui uiã fugitiuo oñdit, & iõ dẽt perquirere illum. Iure autẽ Romano qui ſeruũ fugitiuũ ſuſceperit, dẽt ipſum reddere, & aliũ peræquè bonũ, ut C. de fug. l. 4. cũq; eandẽ pœnam dẽnt pati tutores, ut ibi, & mũdualdus, ſi in domo ſeruũ ſuſceperit.

[c] Res.] Quod pretiũ, & res veniat æſtimãdæ ſm dñi æſtimationẽ, qui iurauit, ut s. eo. l. ſi portunarius. Sed nunquid dẽt reddere operas mãcipij, & quanto tpe eis caruit? Rñ. minimè: qa nõ dẽt haberi rõ operarum, ut integram reddat æſtimationẽ. Sed nũquid dñs dẽt ei cedere actionem? No. ſup. eo. l. ſi ſeruus intra prouinciam.

[d] Et operas.] Meritò hic in ſolis operis punitur; quia nullum aliud damnum patitur dominus.

[e] SI quis. Solid 6.] Quare non tenetur in octogild, tã quam ille, qui res alienas tollit, ut ſup. de eo, q pecu. in dã. inue. l. ſi. Respond. ſine dubio pœna furti eſt octogild? Sed cũ lex iſta, & ſe. ponant pœnam 6. ſolid. uel plurium in odiũ delinquentis fecerunt) eſt enim in electione agẽtis velit octogild. aut pœnam pecuniariam inſtitutam. Iniquum eſt enim dicere, quod pro præſumptione componat ſolid. 6 & pœnam furti pro octogild. unde licet malefactor fur ſit, tamen duas pœnas pro uno delicto pati non debet.

[f] SI quis In octogild.] Hoc qñ lignamina erant diſperſa, unde datur intelligi, q duas pœnas pati nõ dẽt, ſed unã tm̃ pro electione agentis; pœnæ aũt pecuniariæ iõ maiores impoſitæ ſunt, ut hoies eis perteriti, a dlictis magis abſtineant: frequentius. n. maioribus rebus furtum committitur, & vt pœna vnius ſit metus multorũ: qñque eñi exacerbãtur pœnæ, ut ff. de pœnis. l. aut facta. in fi.

[g] SI quis. Faciendum] Et fecerit. alioquin de ſolo interitu non tenetur hac pœna.

[h] Culpabilis] Arg. ad id. ſup. eod. l. ſi ſeruus intra prouinciam. & inf. eo. l. ſi quis de arbore. & ſup. de aggre. in ui. fa. l. ſi quis pro quacunque.

[i] SI quis fog. Fengangi.] Id eſt nõ componat octogild pro pœna, quæ cõpetit aduerſus fures compr̃henſos ſup. furtũ 10. ſiliquarũ, vel vltra.

[k] SI quis palum.] Mirum, q maior cõpoſitio ſit de palo extracto, quã de uite ſuccisa, ut hic. & ſup. de damn. iniu. dat. l. ſi quis uitem. idem in ſurripiẽte iugum: quia maiorem pœnam patitur fur, quam ſi totum aratrum ſcapellaret.

[l] SI quis. Signata.] Sſ a dño directo, ſiue utili, qui hẽat uindicationem contra poſſeſſorẽ, ut puta, publicia. ſec[9] ſi ab extraneo, q nihil per lignum acquirit. Quid de fructa noſtra iure Romano licet ſibi venari in ſyluis; & facit apes ſuas, qñq; iure naturali, qñq; iure ciuili, ut ſi fructus in venatione conſiſtat, ut ff. de vſuf. l. vſufructuarium. vñ non pt arborẽ ſignare, vt aliquod ius ſibi acquirat quia nec theſaurus inuentus in fundo, in quo vſumfructũ hẽt, ad eũ ptinet, niſi inuentoris iure. qñque medium, ſi ipſe inueniat. Si apes ergo conſedent, vel aues nidũ fecerint in arbore, in qua vſumfr. hẽt. licet fructus ad eum pertineant, non tamen mel, apes, & aues: quia hæc in fructu non ſunt, & ſi alius

mel

[1] † ſcandelas.

[2] † In manuſcripto vacat.

[3] † pradeng

[4] † tintinnũ, aliàs gintinnum.

[5] † paſtinda

[6] † Vaſculũ apium.

* No. q hic citum eſt, transeunti tres in manu capere racemos; de quo vide glo. & doc. in c. 1. in verbo, fas eſt 1. diſtin.

* Facit § apũ quoq; inſt. de rerum diui.

tulerit: componat ſol. 6. nam ſi ſignata non fuerit, tūc ille, quicunque inuenerit, iure naturali[a] habeat ſibi, excepto de [1]†Gaio regis, & ſi contigerit, vt dominus, cuius ſylua eſt, ſuperuenerit, tollat mel,[b] & amplius aduerſus eum non requirat.[2]†

Idem. LEX XLVI.

SI qs accipitres de ſylua alterius tulerit, excepto de Gaio regis, hēat ſibi: nam ſi dominus ſyluę ſuperuenerit, tollat accipitres, & amplius culpa aduerſus eū non requiratur, & hoc idē iubemus, vt ſi quis de Gaio Rege accipitrem tulerit, ſit culpabilis ſol. 12.

Idem. LEX XLVII.

SI qs de arbore ſignata in ſylua alterius accipitrem de nido tulerit, compo. ſo. 6.

Idem. LEX XLVIII.

SI quis canē alienū furatus fuerit, nonū ſibi reddat.

Idem. LEX XLIX.

SI lupus animal cuiuſcunque occiderit, & aliquis id, neſciēte dño ſuo, excoriauerit, & celauerit, & per proditorem ſuum inuentum fuerit, componat ſol. 12.

Idem. LEX L.

SI in flumine animal cuiuſcunq; mortuum fuerit, aut vbicunque, & alius homo, cuius nō fuerit, excoriauerit, componat ſol. 12.

Idem. LEX LI.

SI quis caballum[c] alienū aſcenderit, & intra viciniam tantum cabalicauerit, id eſt, per ipſum vicum, componat ſolid. 2.[d] Nam ſi in antea eum caballicauerit,[3]† & dñm eius non rogauerit, in octogild eum reddat.[e]

Idem. LEX LII.

SI quis caballum alienum apprehenderit, ipſumq; diffigurauerit, aut circinauerit, furti pœna ſit culpabilis [4]†in octogild.

Idem. LEX LIII.

SI quis caballum alienū, aut quodlibet peculium credens ſuū eſſe,[f] apprehenderit, & dñs eius[5]† eum cognouerit, & calumniam generare voluerit; ita decernimus, vt præbeat[6]† ſacramentū[g] illi, qui eum tenuit: quia non aſto aīo, nec aliqua cauſa faciente, eum apprehēdiſſet, ſed credens ſuum fuiſſe, ſit abſolutus à pęna[h] furti, & reddat ipſum caballum proprio dño illæſum.[i] Si aūt nō præſumpſerit iurare, reddat eum in octogild:[k] quia poſt quàm cognouit, ꝙ ſeruus non fuiſſet, mox debuit proprio dño innoteſcere: nam ſi eum poſtquam cognouit, ꝙ ſuus non fuerit, & aſcendit, ſit culpabilis ſolidorum duorum, vt ſupra.

Idem. LEX LIIII.

SI hoīem iterantem caballum, aut quodlibet peculium ſecutum fuerit, & ille, quem ſequitur in ligamē, aut in clauſuram miſerit, ipſe id ſaluū faciat, ſicut ſupra cōſtitutū eſt,[l] vt venienti proprio dño reſtituat.[m] nam ſi ſequi cœperit, & ſe de via tornauerit, nulla ſit ei culpa, quē ſequi cœperat. Nam ſi ille, q ſequitur, eū abſconſè habuerit, aut eū vēdiderit, cōponat ipſum caballum in octogild.

---

mel acceperint, & ipſe ſuperuenerit, non poteſt ei mel tollere, quod ſi tulerit, & dominus ſuperuenerit, poteſt ei mel, & aues tollere. Dominus autem arboris per ſignum poſitum uidetur acquirere dominium, & poſſeſſionem mellis, & auium. inde eſt, quod ſibi præſtatur pecuniaria pœna, ſi quis de arbore ſignata mel, & aues tulerit.

a *Iure naturali.*] id eſt, gentium, & facit mel ſuum, occupando; cum quod in nullius bonis eſt, occupantis fiat. Inſtit. de rer. diui. §. feræ.

b *Tollat mel.*] Sed quare lice domino, q nunquā fuit dñs, mel tollere ei, q factus eſt dñs, & poſſeſſor? Reſpon. quia mel occupans nō eſt dñs antequam exportet, & licet domino, ſi in ſuo inuenerit. Item quid, ſi in montibus dominorum uniuerſitas ius habeat incidendi arbores, & omnem utilitatem de arborib. faciendi, apes conſederint, uel aues nidū fecerint, & aliquis de populo hanc arborem ſignauerit? Reſpond. licet publica ſit, tamen proprietas arboris quandiu tenetur, domini eſt, & ſignum poſitum pro imponepte nil operatur.

c *Si quis caballū.*] Scilicet, paſcentem, vel aliàs ubicunque inuenerit.

d *Sol. ij.*] Tunc enim non præſumitur habuiſſe animū furandi. ſecus ſi extra uicum, quia tunc præſumeretur, & iō reddit in octogild, & eſt præſumptio hoīs, & non legis, quæ alijs preſumptionibus tolli poſſet. Sed ſi iure familiaritatis amici equū equitauerint, & aſcenderint, non erit locus huic pœnæ, quia furtum ſine affectu furandi non committitur: & quia dominum permiſſurum putauerit. Et licet quæſtio ſit iure Romano, utrum furti teneatur de vſu, vel de ipſo equo: iure tamen Longobardorum tollitur per iſtam legem.

e *Eum reddat.*] ſcilicet, equum. & ſecundum hoc componat rem ipſam, & non intereſſe.

f *Si quis. Suum eſſe.*] ſcilicet, ſi probabiliter probauerit, cum uerisimile non ſit, quod aliquis erret in cognitione rerum ſuarum, uel uitium, & emolumentorum earum, ut C. de reſcin. uend. l. quiſquis. Sed ſi craſſa, & ſupina ignorantia laborauerit, nunquid excuſatur à furto, cum non ſoleat aliquem excuſare, ut ff. de iu. & fa igno. l. regula. & ridiculum uidetur, quòd equum alienum, quaſi proprium quis apprehendit, ut C. unde ui. l. ſi. Reſpond. quantumcunque ignorantia ſit irrationabilis; tamen à furto excuſare debet: quia licet lata culpa prope dolum ſit, tamen dolus non eſt: nec inficiatio furtum eſt, licet propè furtum ſit i. inficiando. ff. de fur. cum non fuerit affectus furandi; excuſatur ergo a furto.

g *Sacramentum.*] ſcilicet, ſolus, uel cum iuratoribus debet iurare? Reſpond. ſolus: quia de conſcientia iurat; licet ſupra ne ad reg. uenien. iniu. ſi. l. fin. & iuſ eod. l. quicunque poſt miſſam & intra quali. quis ſe defen. deb. l. ſi quis uxorē. cum 12. iuratur de conſcientia.

h *A pœna.*] Quia (ut dictum eſt) non fuit affectus furandi. Sed nunquid debet reſtituere operas, uel quæſita per operas? Reſpon. bonæ fidei poſſeſſor, licet fructus faciat ſuos, tamen extantes tempore ſententiæ cogitur reſtituere officio iudicis, quæſita tamen per operas non reſtituet: quia operæ quodammodo ex re bonæ fidei poſſeſſoris eſſe videntur. ut ff. de acq. re. do. l. qui bona fide. & ff. de ædil. edic. l. item ſi ſerui. §. fin. De æquitate forte, ſi uecturæ ſupſint, cogitur eas reſtituere, non autem ſi conſumptæ ſint.

i *Illæſum.*] niſi naturalis ſit læſio. Sed quid ſi facto eius læſus ſit? uidetur, quod non tenetur: non. n. eſt in culpa bonæ fidei poſſeſſor, ſi negligat rem, quam putauit ſuam, ut ff. de peti hæred. l. ſi quid. §. ſicut dum ergo dicit, illæſum, forte excluditur, quando culpabilis eſſet in ſuis rebus, ut in multis contingit, qui in ſuis rebus ſunt effrenati. argum. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. matrim. Sed nunquid repetet pabula? Reſpon. nō: quia nec ab eo exigitur. nam opera eius fuit. l. item ſi ſerui. in ſi ff de ædil. edic.

k *In octogild.*] quia non excuſatur à uitio furti. Et quæ infra ſequuntur in text. diſtingue, ut in l. ſi quis caballus. ſup. eodem.

l *Si hominem. Supra conſtitutum eſt.*] id eſt, ducendo ad iudicem, vel ad eccleſiam.

m *Domino reſtituat.*] qui per vſum iurare debet, quod ſuus proprius ſit: idem eſt, & de omnibus rebus.

1 † in gegis.

2 † requiratur ei calumnia.

3 † caballicare præſumpſerit.

4 † id eſt.

5 † proprius.

6 † præbeatur.

a Si quis

Idem. LEX LV.

SI quis ab alio[a] homine rogatus fuerit caballum aut quodlibet peculium perditum quærere, ſignaque ei dictauerit: & ille, qui rogatus fuerit, forſitan caballum alienum, aut peculium per errorem comprehenderit,[b] ſi venerit[c] proprius dominus, & calumniam generare voluerit, ita proſpeximus, vt ille, qui per errorem comprehenderit, præbeat * ſacramentum, quod credidit ipſum eſſe, vnde [1] † rogatus fuerit: & tunc reddat caballum, & amplius non calumnietur, ſi eũ male non tractauerit: & ſi non venerit proprius dominus, reddat eum illi, per quẽ ipsũ tulit: & ipſe iterum iuxta legem conſeruet: ſicut ſupradictum eſt.

Idem. LEX LVI.

SI quis verrem[d] alienum furatus fuerit, componat ſolidos duodecim Ipſe dicitur ſonorpair,[2] † qui omnes alios verres in grege battit, & vincit: tamen vno grege, quamuis multitudo porcorum ſit, vnus computetur ſonorpiar. Nam ſi minor grex xxx. capitibus fuerit, non cõputetur ſonorpair: niſi xxx. vel ſupra fuerint: & ſi i dam no ipſe ſonorpair occiſus fuerit, aut ſimilem, aut meliorem, ille, qui occiderit, reſtituat, & damnum componat. Nam ſi ſimilem, aut meliorem alios verres, aut porcos furatus fuerit, in octogild[e] reddat.

Rex Grimoaldus.

LEX LVII.

SI ancilla furtum fecerit, compobat dominus eius ipſum furtum ſibi nonum tãtum. Nam quadraginta ſol. vnde in hoc edicto legi ur, pro culpa, quod eſt fengangi, non requiratur à domino ſuo.

Rex Lutprandus.

LEX LVIII.

SI ſeruus * dum in fuga eſt, furtum fecerit, & in ipſa fuga foris prouinciam exierit, ſic exinde procedat iudicium, ſicut Rex Rotharis inſtituit:[f] & ſi ipſe ſeruus intra [3] † prouinciam ſe dilatauerit, tunc dominus eius habeat ſpatium requirendi per menſes tres: & ſi eum inuenerit, aut non inuenerit, & cauſa furti manifeſta [4] † fuerit, quòd ſeruus ille furtũ ipſum feciſſet, tunc dñs eius componat furtũ ipſum ſicut lex eſt: & ſi forſitã manifeſtum [5] † non fuerit, [g] & dñs eiuſdem ſerui negauerit [6] † ꝙ ipſum furtũ non feciſſet ſeruus eius, tunc per pugnã, aut per ſacramẽtum ſe defendat, [h] ſi poterit.

Idem. LEX LIX.

DE ſeruo fugace, & aduena homine, ſi in alia iudiciaria inuentus fuerit, tunc decanus, aut ſaltarius, qui in loco ordinatus fuerit, comprehẽdere eum debeat & ad ſculdaſium ſuum perducat, & ipſe ſculdaſius iudici ſuo conſignet; & ipſe iudex poteſtatem habeat eũ inquirendi, unde ipſe eſt; & ſi inuentus fuerit, quòd ſeruus ſit, aut fur, mox mandet ad iudicẽ, aut ad dominum eius, unde ipſe fugerit, & habeat pro prehẽſura de ſeruo, per compoſitionẽ [7] † ſolid. ij. ſi uerò poſt inquiſitam * cauſam, ipſe homo, qui comprehenſus eſt, aut inquiſitus fuerit, liber apparuerit, nulla ſit ei culpa, qui eum comprehendit, aut inquiſiuit; ſi uerò decanus, aut ſaltarius [i] hoc facere di ſtulerit, componat ſolidos iiij. medium ſculdaſio ſuo, & medium cuius cauſa fuerit; & ſi ſculdaſius hoc neglexerit facere, componat ſolidos octo, medium iudici ſuo, & medium cuius eſt cauſa. Si uerò iudex ad eum inquirendum, uel mandatum faciendum, unde ipſe homo eſt diſtulerit, componat ſolidos duodecim in palatio Regis; & ſi ille iudex, cui mandatum fuerit, neglectum fecerit ad ipſum hominem recolligendum aut arimano ſuo faciendum mandatũ

a *SI quis ab alio.*] An dñs caballi, uel alterius peculij oberrantis amittat eius poſſeſſionẽ? Rñ. vtique. l. poſſiden. §. Nerua. ff. de acq. poſ.

b *Per errorem comprehenderit.*] i. credẽs illum eſſe, de quo rogatus eſt.

c *Si venerit.*] Quid ſi mandator noluit recipere, & cuſtodire, ꝗ ſigna prædicta nõ hẽat, an cogatur recipere? minime mãdatarius. n. non ſeruauit fines mãdati, nec cuſtodiuit. Sed quid, ſi equus apprehẽſus reductus ad paſcua amittatur, an conueniri dẽt mandator, uel qui fines mãdati nõ ſeruauit? Rñ vr, quòd mãdator ſit abſoluẽdus, qui non fuit in culpa, ꝗ de ſuo equo mãdauit, & ſigna dedit: ſed illi vr adſcribi, qui nõ ſeruauit fines mandati, ſed aliũ equum accepit: & ex alio vr abſoluendus; quia fecit, qđ dñs erat factur[9], ad paſcua reducendo equum. arg. ff. de vſur. l. qui ſe miſſes. in fi. Sed dic, ꝙ cum equum alienũ ligauit, accepit. & penes ſe habuit ſciẽs alienũ, & ſic dño ſe obligauit, & non liberatur, ſed cuſtodiat quouſq; domino reſtituat.

d *SI quis verrem.*] Sed contra ſup. de eo. qui pecul. in dam. &c. l. ſi quis porcos. Sol. hic credebat porcos eſſe miſſos aſtu; ibi minimè Et ex hac lege. & oĩbus ſuperioribus. ꝗ pœnam conſtituũt vj. ſoli. vel amplius, aut minus notari põt, agi poſſe & in octogild. ſi melius eſt ei, qui agit.

e *Octogild*] no. ꝙ qui furatur ſonorpair, cõponat ſolid. xij & qui alios porcos, octogild: ex quo apparet, ꝙ lex iſta eſt in fauorẽ dñi, & ſonorpair, & in odium furis: vñ erit in electione agẽtis. an eligat pœnam xij. ſoli. aut octogild: cũ non dẽat vtranq; pœnã pari, ut not. in ſuperioribus legibus inducentib. pœnã vj. ſoli Sed nunquid fur retinebit uerrẽ, prẹſtita pẹna? Rñ. minimè.

f *SI ſeruus. Inſtituit.*] vt ſup eo. l. ſi ſeruus dũ in fuga. quę ponit vtrunq; caſum, ſ. ſi non redierit, & ſi redierit, ut dñs teneat reſtituere, quãque medietatẽ, quãq; integram rem ſurreptam, ſed à pẹna furti excuſabitur. hodie lex iſta in parte corrigitur; nã ſi intra prouinciam ſe dilatauerit, ſiue redeat, ſiue non, fit cã manifeſti furti; & dñs pro eo rẽ ſurreptã, & pẹnã octogild pſtat: aut fortè nõ corrigitur, ſed potius confirmatur: q̃a loquit tñ in caſu, vbi ſeruus extra prouinciã fugerat Lutprandus inducit pœnam, vbi non extra, ſed intra fugerat, tunc ſiue redeat, ſiue non, tenetur pẹnam præſtare, quod idem erit in dãno dato.

g *Et ſi forſitan manifeſtum non fuerit.*] cũ alias iudicio ſeruetis æquæ dẽat ſe purgare l. de homicidijs. §. ſi ſeruus ſup. de homi. libe homi Et inquantum loquitur de pugna ſi ultra vj. ſolid. fuerit, affirmatur per legem Ottonis.

h *Se defendat.*] Q̃d locum hẽt ſeruo abſente; ꝙ, eo præſente, dñs nec iurare, nec pugnare cogit, ſed ſolus ſeruus pugnabit, ut ſup. de ho. libe ho. l. ſi quis ex leui cã, aut fortè ſi dño placuerit, iurabit pro eo, ut ſup de dam iniu. l. ſi. ex hac lege Papi. ſumunt ar ꝙ in pugna reus iurare nõ debet ꝑ ꝑ diſiunctionem, aut. hic poſitam. ſed de hoc no. inf qua qs ſe defend. deb. l. illa mentio.

i *Si verò decanus, aut ſaltarius.*] quos ſeruientes Cõſulum appellamus.

Si quis

* *No. ſacramentum de credulitate.*

1 † *de quo.*

2 † *No. verrem ſonorpair.*

* *Ad iſtam l. vide, quæ dixi in §. 1. de ſtatu iuri perſonali. conſue. biturgium. & l. ubicunque. inſ. cod.*

3 † *vltro.*

4 † *manifeſtata.*

5 † *manifeſtatum.*

6 † *vetauerit.*

7 † *caput.*

* *No. à quibus debet iudex inquirens incipere, & in quibus interrogare perſonarum. vide Ta. de put. in tracta. ſyndi. in ver. iuſtitia. & Ang. Are. in trac. maleſi. in glo. hæc eſt, quadam inquiſitio. in q. ad 5. ꝗ.*

ꝙ in tali loco homo tutus comprehenſus eſt, & ſi hoc neglexerit, componat in palatio Regis ſolidos duodecim: & ſit ſpatium de ipſo mandato faciendo in his partibus in menſe vno, trans alpes verò in partibus Thuſciæ menſibus 2.

Idem. LEX LX.

SI q̃d aliud[1] †de furto pulſauerit, & per pugnam[a] eum vicerit, aut fortè per diſtrictionem à publico factã manifeſtauerit, & compoſitio facta fuerit, & poſtea* ipſum furtum apud alium hominem inuentum fuerit, & certa veritas apparuerit, ꝙ ipſe, qui prius compoſuerat, rem ipſam non furatus fuerit, omnia, quicquid ipſe cõpoſuerat, recipiat[b] ab eo, cui compoſuerat, & ipſe componat, apud quem furtum ipſum poſtea inuentum fuerit: nam ſi aliquid per ſacramentum[c] ſuum dederit, habeat ipſe, cui dederit: nam ſi certa veritas nõ apparuerit, quòd alter homo furtum ipſum feciſſet, & per diſtrictionem[2]† manifeſtauerit & compoſuerit, habeat ſibi ipſam compoſitionem, cui eam compoſuerit.

Idem. LEX LXI.

HOc nobis rectum apparuit eſſe de his ſeruis, qui in furto comprehenduntur, vt in anteriori edicto cõtinetur, ꝙ aut occidantur, aut redimat eos dominus eorum ſolid. xl. vt [3]†ſi à modo cuiuſcunque ſeruus comprehenſus fuerit in eo tenore, vt mori debeat, aut redimat eum dominus ſuus cum ſolidis xl. ſicut dictum eſt: & ſi minimè eũ redimere voluerit, ipſe dominus eius occidat eum: & ſi dominus eius eum occidere noluerit, occidat eum ille, qui eum comprehenderit:[4]† & ſi nec iſte voluerit, tunc accipiat curtis noſtra, & quomodo iuſſio noſtra fuerit, de eo debeat ordinare: ipſe verò dominus eius componat ipſum furtũ, ſicut edictum continet, ei cui ipſum factum fuerit furtum.

Idem. LEX LXII.

SI aldius cuiuſcunque in caſam alterius, neſciente domino ſuo, fugerit, cum inuentus fuerit, ſic debeat dare homo ipſe, qui eũ habuerit, operas quomodo de ſeruo.[d]

Idem. LEX LXIII.

DE furibus[5] †vnuſquiſque iudex in ciuitate ſua, faciat carcerem ſub terra, & cum inuentus fuerit cum ipſo furto, componat,[6] † & comprehendat eum, & mittat in ipſum carcerem ad annos duos, vel tres, & poſtea dimittat eum ſanum; & ſi talis perſona fuerit, vt non habeat, vnde ipſum furtum componere debeat, iudex debet eum dare in manibus illius, cui furtum fecerit, & ipſe de eo faciat, quod voluerit: & ſi poſtea ipſe iterum in furto tentus fuerit, decaluet eum, & cedat per diſciplinam, ſicut decet furem,[7]† & ponat in eo ſignum in frontem, [8]†& in facie: & ſi nec emendare ſe voluerit, & poſt ipſas diſtrictiones in furto tentus fuerit, vẽdat eum foris prouinciam, & habeat ſibi[9] †pretium ipſius; veruntamen, vt probata cauſa ſit, & non eum ſine vera probatione debeat vendere.

Idem. LEX LXIIII.

SI quis liber homo caballum perdiderit, aut aliam qualemcunque rem, vadat ad iudicẽ, qui in loco poſitus eſt, vbi ipſum furtum factũ fuerit, & dicat ei omnia qualiter ei contigerint: & ſi iudex neglectum fecerit ad inquirendum ipſum furem, componat de ſuo proprio:[e] & ſi dixerit, quòd neglectum* non feciſſet, præbeat ſacramentum,[f] ꝙ ad inquirendum neglectum non feciſſet, niſi quod inuenire non potuiſſet, & ſi iurauerit, ſit abſolutus: ꝙ ſi iurare auſus non fuerit, componat ipſum furtum de ſuo proprio.

Idem. LEX LXV.

DE ſeruis fugacibus, vnde quidem[10] †antea capitulum iſtud affiximus, ſed non eſt ſpecialiter dictum, in quo ſpatio dominus eius perquirere debeat, vt ei iuſtitiam faciat, qui eũ de ſeruo ſuo compellat: modo verò, ita proſpeximus, vt ſi fuerit in Beneuento, aut in Spoleto, habeat ſpatium dominus eius mẽſes tres: quòd ſi fuerit intra Thuſciam, habeat ſpatium per mẽſes duos: & ſi fuerit de iſta parte alpium habeat ſpatium ad eum perquirendum in menſem unum, & faciat iuſtitiam ei, qui eum de ſeruo cõpellat.

Idem. LEX LXVI.

SI quis ſeruum, aut aldium alterius per colluſium[g] comprehendere præſumpſerit, dicendo, quòd ſuper furtum ſuum comprehendiſſet, aut tacitè in curte ſua noctis tẽpore inueniſſet,

a SI quis per pugnam.] Hic no. poteſt, ꝙ pugna incerta eſt probatio, ut ſup. de ho. lib. ho. vbi d̃r, multos ſub uno ſcuto iuſtam cauſam amittere. idem ſi re* per diſtrictionem, i. per tormenta confeſſus fuerit, nã his confeſſionibus non ſemper cred tur, confeſſiones enim reorum pro exploratio. facinoribus hẽri nõ oportet, ſi nulla probatio religionẽ cognoſcentis inſtruat, ut ff. de quæſt. l. j. §. diuus Seuerus. nec poterit appellare confeſſus per tormenta, ut C. quo. ap. non rec. l. obſeruare. & q̃d dicimus in pugna, & in confeſſione, idem ſi falſis teſtibus vel inſtrumẽtis quis fuerit conuictus, ut C. ſi ex falſ. inſtru per totum.

b Recipiat.] apertè dicit, ꝙ ſi ſolutio ſit facta, & ſnia per falſas probationes lata, dat̃ ſoluti repetitio; vt hic. Tu diſtingue, ſi ſnia robur ſumpſit ex falſo: tunc. n. irritatur: alias ſecus. ut C. ſi ex fal. inſt. falſam.

c Per ſacramentum.] Vt ſi reus negare paratus ſit ſolus, uel cũ ſacramentalibus, & aliq̃d dedit, vt ſacr̃m ei remittat̃, illud nõ repetitur; quia non timore falſi inſtrumẽti, vel falſorum teſtiũ aliquid dedit, ſed fortè reuerẽtia tanti ſacramẽti (vt multi faciunt) vñ uerſus. Iure vocare potes repeti quodcunque dediſti. Si condemnatus falſo quãque fuiſti. Non repetes per q̃d fuit tranſactio facta. Seruari enim debẽt ſemp̃ legalia pacta, ſi non conſtet, ꝙ p̃ dolum, & calumnioſè eſſet extorta tranſactio: tũc. n. irritatur, ut ff. de condi. indeb. l. in ſumma. in prin.

d SI aldius. Quomodo de ſeruo.] Ex lege iſta collige, ꝙ idem dẽt ſtatui in aldio, q̃d & in ſeruo, & ſi contrariũ alicubi reperitur, dicas, illud eſſe ſpeciale ibi.

e SI quis. De ſuo proprio.] i. ſolũ quod oblatum eſt.

f Sacramentum.] ſed qualiter iurabitur? Reſp quidam ꝙ ſm qualitatem cauſæ, vt inf. quali. quis ſe de f. deb. l. ſi qualiſcunq;. ſecundum alios iurabit tantum per ſe.

g SI quis ſeruum. Per colludium.] ſ. factum quaſi ſeruo ad hoc, ut cum ſeruo diuideret compoſitionem.

Si quis.]

1 †aldium.

* Et poſteà. hac l. in hoc canonizata eſt. in c. 2. de pur. vul.

2 † diſtrictum.

3 †arg.

4 †comprehenſum tenet.

5 † & cum inuentum fuerit ipſum furtũ componat.

6 † furonibus.

7 †debet furonem.

8 † In fronte & c. contra l. ſi quis C. de pœn. ſer. fug. & in cæteris contra verſic. nemo in re. C. de ſe. fug. & inf. eod. l. de latronib.

9 †eidem.

* Nota contra iudices negligentes: de quo in l. ſi quis. C. de offic. praſe. Africa. & Par. de pu. in tra. ſyn. de off. iu. §. ſ. dicantur. & in verb. ius. ſup. eod. l. ſi ſeruus. dum in fuga eſt.

10 † quod iam.

& colludium ipſum apparuerit, & certa veritas fuerit approbata, componat ipſe, qui eum per tale ingenium[1] † apprehendere preſumpſerit, ei, cuius fuerit ſeruus, aut aldius, quantum ipſe cōponere debuerat,[2] † ſi abſq; colludio, & fraude eum comprehendiſſet, i. furtum ipſum, quod quærebat, in octogild componat, & pro illicita prę ſumptione componat ſol. xl. & ſi furtum non reperierit, niſi tanquam in curte ſua cōprehenſum dixerit, componat ſolid. xl. ſi ipſum colludium apparuerit.

1 † colludium.

2 † debeat.

Idem. LEX LXVII.

SI quis[a] liber homo ſciens aldium, aut aldiam, ſeruū, aut ancillam ſuam in caſa cuiuſcunque eſſe, aut copulatos, aut aliter, & non eum requiſierit, aut per iudicē, aut per publicum,[b] & non eū retulerit, & dimiſerit eū apud alium hoīem diutius permanere, nō requirat operas eorum, quia ſciens neglexit requirere ſeruum ſuum, aut aldium, aut ancillam, aut aldiā ſuam. nam ſi requiſierit dn̄s illorum, & ille, qui eos habuerit, neglexerit reddere, aut anteſteterit, reddat operas eorum, ſicut lex eſt.

Idem. LEX LXVIII.

SI cuiuſcunque ſeruus,[c] aut aldius, aut ancilla, aut aldia in furto compræhēſi fuerint, & dominus eorū neglexerit eos liberare,[d] & vſque ad dies 30. eos dimiſerit, ſint fengangi,[e] & habeat eos in tranſactum, cui furtū fecerint: & componāt poſtea ipſum furtū ſicut lex eſt, & edictum continet.

Idem. LEX LXIX.

SI quicunque[f] homo, qui eſt pauper aut[3] † naufragus, qui vendidit, aut diſſipauit ſubſtātiam ſuā, & non habet, vnde cōpoſitionem faciat, & fecerit furtum, aut adulterium, aut ſcandalum, aut plagas alij homini intulerit, & fuerit ipſa compoſitio 20. ſolid. aut ſupra, dare debeat eam publicus in manu eius, cui talem fecerit culpam, vel illicitas iſtas cauſas egit, & ipſe eum habeat pro ſeruo. Si aūt minor 20. ſolid. fuerit iſta compoſitio, ſicut ſolet fieri vſque ad ſex, aut 12. ſoli. tunc debeat eum publicus dare in manu eius, cui talem culpam fecer t pro ſeruo, in eo ordine, ut ſeruiat ei tot annis, vt ipſam culpam redimere poſſit, & vadat poſtea, vbi voluerit.

3 † &.

Imperator Carolus.

LEX LXX.

DE latronibus ita præcipimus* obſeruandum, vt pro prima culpa[4] † nō moriantur, ſed oculum[g] perdant, de ſecunda naſus eorum ſcapelletur:[5] † de tertia vero, ſi ſe non emendauerint, moriantur.

* *Vide ſupra eo. l. 6. quis latro. quidē continet.*

4 † *vice.*

5 † *abſcindatur.*

a *SI quis.*] Deciſio iſtius legis eſt eadem cum ſuperioribus, dicentibus, operas ſeruorum reſtitui, ut no. ſupra eo. l. ſi quis mancipium fugax.

b *Per publicum*] q. d. denunciatio facta per iudicem, aut per publicum trahit ad ſe periculum, quod verū eſt. Quid ergo, ſi denunciauit per ſe tm̄ coram teſtibus, aut per interpoſitas perſonas? Rn̄ illa denunciatio ſufficit, ut ſup. eo. l. ſi ille. & j. depo. l. 1. quid ſi non denunciauit ei, qui eum ſuſcepit? forte non ſufficit, niſi peruenerit ad notitiam eius, ut ff. de pe ti. hære. l. itē ueniut. §. petitam. Item, q̄d ſi ſeruus fuerit minoris ętatis lapſus neglexerit ipſum requirere? Reſpon. in perſonis minorum non eſt opus denunciatione ar. l. minoribus. C. de in inte. reſt. ſed ſi ex utraque parte interueniat maiorum perſona, ſufficit interpellatio per dn̄m ſerui facta.

c *SI cuiuſcunque ſeruus.*] no. ſeruū tātum in furto poſſe retineri pignori, quod idem in libero. qui in curte aliena noctis tempore depræhenſus dare debet manus ad ligandum. l. j. ſup. tit. 1. Vel occidatur, multò fortius ergo captiuus retinetē. idem iure Romano, ſi eum in adulterio maritus inuenerit, ut ff. de adult. l. capite. Item licet furē cum furto apprehendere, ut ff. ad leg. Aquiliā. l. ſed & ſi.

d *Liberare.*] ſoluendo pœnam furti, ſiue ſit manifeſtum, ut ſup. eo. l 3. ſiue non.

e *Fengangi.*] Quidā dicunt, ſi ſunt fures manifeſti, quod dn̄s teneatur nomine ſeruorum, tanquam de furto manifeſto. alij dicūt, fingandi, i. ſunt commiſſi, & tranſacti, ut tranſactantur pignora debitoris negligentis ſoluere debitum per 30. dies: & ſicuti tranſactio temporum, & pignorum non liberat debitorem, ſed poteſt creditor debitum petere, ita tranſactio ſerui non liberat dominum à pœna furti.

f *SI quicunque.*] De iure Romano, qui ad pœnam pecuniariam tenetur, ſi laborat inopia, punitur corporaliter. l. quicunque. C. de ſer. fug. & ff. de pœn. l. . in ſi. de in ius vocan. l. ſi. & ff. de iur. om iud. l. ſi quis ſecus iure Longobardorum, ut hic. Sed uidetur contra ſup. de exercitalibus. l. quicunque liber homo. & l ſi quis liber homo aliquid damnum. Sol. illæ locum habent in exercitu, ubi multa ſunt ſpecialia. Item contra ſup. de homic. liberorum hom. l. ſi quis liber ſe. ubi datur in manus hæredum defuncti. Sol lex illa condita eſt in odium delinquentis. Si ergo ſit alia lex, quæ maiorem, uel minorem inducat pœnam, non corrigitur per iſtam, ſicut illæ, quę in fauorē alicuius ſunt, non debent in eius odium retorqueri. Item contra de his, qui ad eccl. confugi. l. ſanguinis. ubi ſemper ad tp̄s traditur pro ſeruo. Sol. ibi ſpeciale in eccleſia, hic loquitur de compoſitione priuati. Item j. inf. de teſti. l. 1. illa diſtinguitur ſm iſtam. Item contra ſup. de ag. in vi. fac. l. uolumus. Solu. illa loquitur de debito banni: & in bāno regula eſt. v: qui non habet, unde illud cō ponat, uerberatur, ut j de eo, qui pec. l. de porcis. ubi verberatur defectu compoſitionis banni & ſupra ne ad regemve. l. fin. Sed utrum, qui non habet, unde compoſitionem faciat, & minor 20. ſol. ſit compoſitio, permanet liber, ut hic dr̄? quod vr̄, ut inf. de his, qui in alte. ſer. ſe ſub. l. 1 per quā datur intelligi, quod qui detinetur, nō eſt ſeruus: quia tunc dn̄s cogeretur emēdare: & ſi dicamus eū manere liberum, nō eſt locus querelę. Si vero damnum ſit pro maiori pœna, tūc ſeruus efficitur, ut hic. Item contra inf. de his, qui in ſerui alte. l. fin. ubi filij nati in ſeruiturē ſubduntur; uerum vxor propria libera permanet, & matrimonium perſeuerat: non n. corrumpi, uel immutari pōt. quod legitime factum eſt, ſuperueniēte delicto: ut ff de itin. actuque pri l nec enim. at q̄d de eo, qui cum alio conuenit, alas me, & tribuas mihi neceſſaria, quouſque vixero, & ſeruiam tibi, an talis conuentio teneat? Rn̄d. minime. Item quid de locante operas per xij. annos, uel ſingulis annis quamdiu uixero? Reſpon nec iſta conuentio tenet: quia quodammodo ſpeciem ſeruitutis continet, ut ff. de libe. ho exhi. l. 2. & l. ſi ff. quæ res pi. & de condi. & demonſt. l. Titio. §. 2. & C. loca. l. ſi hi. qui fil. diſtra filium, propter famis egeſtatem à patre uenditum, ſeruum fieri, licet quidam contra ſenſerint.

g *DE latronibus. Oculum.*] Per hoc corrigitur ſup. eo. l. 2. & ſm hanc non debet fur mori, niſi in compoſitionis defectu ſm quoſdam. Alij dicunt, quod lex iſta generaliter loquitur, ſiue furtum ſit uſque ad x. ſiliquas, ſiue non: ſed ponit pœnam pecuniariā intereſt ergo, utrum agens furti ciuiliter, uel criminaliter aget, ut ſi ciuiliter iudex condemnabit eum in pœnam pecu. ſi criminaliter in corporalem ſecundum hanc legem. Sed nunquid debet utranque pati? Reſpondeo utique, ut ff. de fur. l fina quidam (vt d. Placen.) dicunt hoc in criminibus publicis, ut licet quis ciuiliter conueniatur, nō minus pōt criminaliter conueniri, ſecus in priuatis. Tu dic, utranq; locum habere.

Idem. LEX LXXI.

DE latrone [a] forbannito, ſi liber homo ſuſceperit eum, xv. [1] † ſol. componat, & ſi ſeruus fuerit, cxxv. ictuũ percuſſionib. vapulet.

Idem. LEX LXXII.

VT Comes, qui latronẽ in forbanno miſerit, vicinis ſuis, & alijs Comitibus notum faciat, eundem latronem à ſe forbannitum eſſe, vt illi eum non recipiant.

Idem. LEX LXXIII.

SEd & hoc volumus, vt omnes de latronibus plenam iuſtitiam faciant per [2] † eorum miniſteria, [3] † vt & fures, & malefactores non patiantur quietè reſidere, ſed ſemper eos, inquantum valeant, infeſtent.

Idem. LEX LXXIIII.

VT mancipia aduẽtitia, & fugitiua nullus præſumat recipere.

Idem. LEX LXXV.

DE vindicta, & iudicio facto in latronibus, teſtimonio Epiſcoporũ abſque peccato Comites facere poſſunt, ita tñ vt abſq; inuidia, aut alia occaſione mala faciant, & nihil aliud interponatur, niſi vera iuſtitia ad pficiendam, & pacem confirmandam.[*] Et ſi per odiũ aut malum ingenium, niſi pro iuſtitia facienda, hoiem diſfecerint, honorem ſuũ perdãt, & legibus, contra quẽ iniuſtè fecerunt, ſecũdum pœnam, quam intulerunt, emendent.

Idem. LEX LXXVI.

SI quis [b] latro de vno[*] furto [*] probatus fuerit, perdat oculum, & ſi de duobus furtis probatus fuerit, naſus ei ſcapelletur, & ſi de tribus furtis, moriatur.

Idem. LEX LXXVII.

DE duobus [c] furtis vnde oculum, & naſum perdere debet, conſtituimus, vt dominus ſerui illius, ſecundum legem, cui furta facta fuerint, ſoluere debeat; de tertio verò furto, vnde mori debet, mors illius furta illa excludat, [d] & ſi Comes ſine culpa per inuidiam, aut occaſionem [4] † iniuſtam, niſi per iuſtitiã, & pacem faciendam hominem diſfecerit, [*] honorem [e] ſuum perdat, & legibus [f] illi, contra quem iniuſtè fecerit, ſecundum pœnam, quam intulerit, emendet.

Idem. LEX LXXVIII.

SI quis latronem morte dignum ſibi ad occidendũ traditum [g] ſeruauerit, & vitã indigno concesserit, [h] medium damni propter quod traditus eſt, componat: & ſi ipſe latro rurſus in latrocinio comprehenſus fuerit, quod prius debuit, capitali ſententia perſoluat debitum.

Idem. LEX LXXIX.

SI quis furem, [i] vel latronem comprehenderit, & eum indemnem dimiſerit, neque illum ad præſentiam iudicis, aut Comitis, qui in loco præeſt, vel loci ſeruatoris, qui miſſus Comitis eſt, adduxerit; & de hoc facto, ſiue de hac nequitia, poſthac in præſentia iudicis conuictus fuerit, ipſius damni æſtimatione, pro qua fur, vel latro comprehenſus eſt, cõponere cogatur.

Idem. LEX LXXX.

VBicunque [k] intra Italiam, ſiue Regis, ſiue eccleſiaſticus, vel cuiuſlibet alterius ſeruus fugitiuus inuentus fuerit, à domino ſuo ſine vlla annorum præſcriptione vendicetur; ea tamen ratione, ſi dominus Francus, ſiue Almanus, [5] † aut alterius cuiuſlibet natione ſit. Si verò Longobardus, aut Romanus fuerit, ea lege ſeruos ſuos acquirat, vel amittat, quæ inter eos antiquitus eſt conſtituta.

Idem. LEX LXXXI.

DE fugitiuis ſeruis, & ancillis fugacib. aduenis, ac peregrinis, vt diſtinguantur, vt ſcire poſſimus, qui ſint, & vnde veniant.

Imperator Pipinus.

Idem. LEX LXXXII.

DE ſeruis, & ancillis fugacibus, vnuſquiſque iudex ſtudium ponat ad perquirendum, iuxta, vt edictum continet: & hoc damus in mandatis, ut tã in Auſtria, quàm in ſuſtria, [6] † quamq; in Emilia, & Tuſcia, & littore maris per omnia loca perquirantur ſupraſcripti fugaces, & apud locum iurent [7] † ſculdaſii, & decani, & ſaltarii, uel loco præpoſiti, vt nullus eos concelet, & vbicunq; inuenti fuerint, ipſe, apud quem inuenti fuerint vna cum miſſo Comitis, de ipſo loco ad nos perducantur, vt iurare valeant, ꝙ neminem celaſſent.

Idem. LEX LXXXIII.

DE fugacibus, [8] † qui in partibus Beneuenti, & Spoleti, ſiue Romanæ, vel Pentapoli confugium faciunt, vt reddantur, & ſint reuerſi ad propria loca.

---

a DE latrone. xv. ſol.] Contra, ĩ. eo l. quicunq; poſt miſſam. Solu. præter pœnam in l. illa poſt tam dẽt iſtam pati; & illa ſicut iſta loquitur in latrone forbannito. & intellige. ſ. in publico patefacto à iudice. & hæc pœna tñ de forbannito ſuſcepto vr̃ conſtitui.

b SI quis.] Loquit̃ in criminalib. vt not ſup. eod.

c DE duobus.] Hic no. ꝙ vtranq; pœnã pati dẽt fur, pecuniariam ſ. & ciuilem, licet quidã ſpeciale dicant in ſeruo, ut hic, dum dicit, ut dñs ſerui illius. &c. ſed locum habet ẽt in liberis.

d Excludat.] Dicunt quidã, licet in duob. furtis utranq; pœnã patiantur, in tertio tñ ſolam patitur criminalem, & hoc eſt, ꝙ dicit, mors illius furta excludat, i. furtorũ compoſitionẽ. Alij, ꝙ etiã in tertio dẽt pœnam ſoluere ciui. & mors illi9, &c. ideſt, de cætero furari non poterit, & imputet ſibi, quia non emẽdauit ſe poſt duo furta cõmiſſa.

e Honorem.] Concor. ſupra de ſedi. contra iud. leg l. ſi.

f Legibus.] Si iudex iniuſte naſum alicuius ſcapellauerit, uel ſcapellare fecerit, medium pretij, ac ſi occiſus ſit, ei componere dẽt. per l. ſi qs alij naſum. ſup de plag. & compo. lib. hom.

g SI quis. Traditum.] Non erat traditum ei, qui furtum paſſus eſt in defectu compoſitionis: quia hic non occidit: ſed reſeruauit, tenet̃ in medietatem damni: ergo alij traditus erat.

h Conceſſerit.] ſ. ab extraneo, qui ſententias exequebatur, non à Rege.

i SI quis furem.] Scilicet, alius, ꝙ ille, cui furtum factũ eſt, forte ſi in ipſo furto, uel clamore facto poſt turẽ ex concurrentibus aliquis eum apprehenderit: alioquin, ſi temporis intercapedo interuenit, non credo licere extraneo homine apprehendere.

k Vbicunque.] Non loquitur

---

[1] † xij.

[2] † Pro.

[3] † Miniſterij.

[*] No. quod pacis cõfirmatio eſt, ipſa vera iuſtitia: ad hoc allegat Bal. iſtum tex. i c ſin. cir. med. de pace Cõſtã.

[*] No. qũo furtũ iure Lombardo. puniatur. de quo per gl. in c. i. § in iuria, ſeu furtum. in verbo. furtum. de pacem. firm. qua alleg. iſtum tex. vide Alb. de Gandi. ſup. eo. l. de latronibus. alle. ver. ſ. quæro.

[*] Furto. vide ſup. l. de latronibus huic ꝑ eiã ſimilem.

[4] † Accuſancem.

[*] Si iudex hominẽ iniuſtè diſfecerit, qua pœna puniatur. vide ſup. de conuen. l. ſi. & quæ no. Bar. in tractatu. de quæſtio. & in l. itẽ apud Labeone. § quinas, & Par. de Pu. in tra. ſ. n. in ver. tortura. c. an ſi officialis. col 2. ver. & vide, ꝙ tu. & deci. capel. Tholoſ. q. 140. et an teneatur actione iniuriarum, vide Ludou. de Re. cõſ. 208

[5] † Alamanicus.

[6] † Neuſtria.

[7] † Contanircus.

[8] † Fugitiui.

loquitur lex iſta de iudicio habendo inter ſeruum, & dominum: quia etiam iure Lombardorum non poſſet ſe tueri ſeruus præſcr. 30 anno a domino Longo'ar. vt infra de præſcriptio. l. pen. & fin. ſed loquitur inter dominum, & poſſeſſorem ſerui.

furtum fecerit: quia uidetur opem, & conſilium præbuiſſet, de furtis autem prædictis ſuſceptorem, quo ad pœnam ciuilem excuſo: quia nec furem, nec opem præbuit: criminaliter tamen puto eum teneri; nam deliquit, qui furem ſuſcepit. & delicta impunita eſſe non debent, cum ſit magna iuſtitię portio punire delicta. Sed nunquid ſi ſuſcepit eum in primo furto, debet oculum perdere; in ſecundo naſum; in tertio debet mori, vt ſup. eod. l. de latronibus? Reſpondeo, utique per legem iſtam, dum dicit, ſimilis ſit illi, & concordat, ff. de recepta l. 1.

Idem. LEX LXXXIIII.

QVicunque [a] poſt miſſam * Sancti Ioannis Baptiſtæ latroni manſioné [b] dederit, ſi francus eſt, cum xij. [c] ſimiliter [1] † francis iuret, quòd latronem eum fuiſſe neſciſſet, [d] licet pater [e] eius ſit, aut frater, aut propinquus, & ſi hoc iurare non potuerit, aut [2] † ab alio conuictus fuerit, & latronem in hoſpitio ſuſceperit, quaſi latro, [f] & infidelis [g] iudicetur: quia qui latro eſt, infidelis eſt in noſtro Regno francorum: & qui illum ſuſceperit, ſimilis [h] eſt illi. * Si autem audiuit, [i] quòd latro fuiſſet, & ipſe tamen neſcit firmiter, aut iuret ſolus quòd nunquam eum audiſſet, nec per veritatem, nec per mendacium [k] eum latronem eſſe: aut ſit paratus, ſi ille poſteà de latrocinio conuictus fuerit, vt ſimiliter damnetur.

Imperator Lodoicus. [3] †

LEX LXXXV.

SI quis liber homo de furto accuſatus fuerit, & res proprias hebuerit, in mallo ad præſentiam Comitis ſe aramiet: & ſi res non habuerit, fideiuſſorem donet, qui eum aramiet, & in palatium adduci faciat, & liceat ei in prima vice per ſacramentú, ſecundum legem ſe idoniare, ſi potuerit: & ſi alia vice duo, vel tres eum de furto accuſaueriit, liceat ei contra vnum ex his cum ſcuto, & fuſte in campo contendere. Quòd ſi ſeruus de furto accuſatus fuerit, dominus eius pro eo emendet, aut eum ſacramento excuſet, ſe [4] † tale furtum perpetratum non habere, [5] † propter quod ad ſupplicium tradi debeat.

Idem. LEX LXXXI.

SI mancipia à domino ſuo fugerint in alienam poteſtatem, [l] propter hoc nullum præmium recipiat ipſe, in cuius poteſtate inuenta fuerint pro eo quòd ea reddiderit, vel foras eiecerit: & non ſolum hoc, ſed etiam ſi ea nec reddere, nec foras eijcere voluerit, & legitimo domino ea contradixerit: & illa poſtea fugerint: ſecundum legem ſoluere cogatur ea. [m]

Idem. LEX LXXXVII.

SI cuiuslibet mancipium in villam noſtram confugerit, [n] actor eiuſdem villæ quærenti domino id non contradicat: ſed ſtatim id foras de eadem villa eijciat: & ſi ſe putat ad id repetendum iuſtitiam habere, [o] * petat, & ſecundum legem acquirat. Si verò tempore domini Caroli geni

a QVicunque.] ideo exprimit miſſam, quia tépore iſtius Imperatoris magna hominum multitudo conueniebat in loco Sancti Ioannis, & ibi fuit lecta lex iſta, ut omnibus innoteſceret.

b *Manſionem*]vt ibi lateret, cum ſuſceptor publicus, aut priuatus eſſet, ſiue ad modicum tépus manſurus, ſiue non, ſed de hoc conueniebatur.

c *Cum xij.*] in regno Francorum forté cú paucioribus: ſed lex iſta certum numerú ponit.

d *Neſciſſet.*] ſcilicet, de præterito furto tantum, non etiam de futuro intelligendum eſt, quod hic dicitur.

e *Pater.*] ſeorſum ſcilicet habitans à filio; quia tunc hoſpitium non filius ſuſciperet patrem. Vel expone, pater, ſcilicet, qui eum emancipauerat, ſecus ſi eſſet in patris poteſtate: nam tunc excuſaretur, ſecundum Val.

f *Quaſi latro.*] ſcilicet, Regni, & non Regis: quia ſi Regis, alia eſſet pœna. Sed à quo condemnari debet? Reſpondeo furtum eſt priuatum delictum, non autem eſt publica eius accuſatio: ideo dic, ſi conuictus fuerit ab eo, cui furti actio competebat.

g *Infidelis.*] Nunquid de infidelitate, ſacramento rupto, poterit accuſari? Reſpondeo, minimè: quia fures non recipere, ſub ſacramento fidelitatis non continetur: ſed quia diuina natura quadam cognatione inter homines conſtituit, nephas eſſe hominem homini inſidiari; ſimiliter & capere res alienas contra naturalem fidem eſt.

h *Similis.*] Sed qua pœna erit ſimilis? Reſpondeo, ciuili, ſi ſuſceperit eum cum re furtiua. l. prima. ff. de recepta. quidam indiſtinctè dixerunt, ſiue etiam non ſuſceperit, ſi tamen eius rei, quæ petebatur, ſciebat eum eſſe furem: ſecus, ſi neſciebat. Alij dicunt, nihil referre, aut ſit ſuſceptus cum re furtiua, uel non: & an ſciebat eius rei furem, vel non: ſed ſatis eſt, quia eum furem ſciuit, & tenebatur pœna pecuniaria, & de furto, ſcilicet paruum antea uel poſtea facto. Mihi videtur, quod ſi fur ſuſceptus ſit cum re furtiua, ſimilis illi ſit ſuſceptor. Item, ſi fur ibat ad furtum faciendum, & aliquis in hoſpitio eum ſuſceperit, ſciens eum furem, & hoc caſu ſimilis ſit illi; ſi

i *Si autem audiuit.*] hic mutat caſum, q̃a ſupra cõueniebatur de conſcientia, & ſuſceptor ſe excuſabat: hic autem conuenitur de ſolo auditu; per quem non firmiter ſciebat eum latronem, ut hic; & ſi conuincatur, pœna furti feriatur: ergo ubi conſcientiã purgare non poteſt, ſiue conuincatur fur, ſiue non (quia fortè mortuus, aut inueniri non poteſt) ſuſceptor condemnatur: ubi autem de ſolo auditu conuenitur, licet neſcierit firmiter eſſe furem, condemnabitur, ſed differtur, ut prius fur condemnetur. Sed nunquid pugna habet locum contra ſuſcipientem in primo caſu, uel in ultimo? Reſpondeo, nequaquam: quia ubi conuenitur de furto, ſi fuerit ultra ſex ſolidos, pugna locum habet ex negotiatione: ſed in lege iſta cõueniebatur de conſcientia, vel auditu.

k *Nec per mendacium.*] id eſt, iurare debet ſe nullo modo audiuiſſe, quod ſi p̃ mendacium audiuiſſet, excuſaretur omnino.

l SI *mancipia poteſtatem.*] ſcilicet, & non foris prouinciam.

m *Ea.*] id eſt, illa, aut alia ſimilia. l. ſi mancipium cuiuſcunque fugerit. ſup. eod.

n SI *cuiuslibet. Confugerit.*] Si quis fuerit dominus, & poſſeſſor ſerui, non amittit poſſeſſionem per fugã eius, licet faciat furtum, ſed ſui, ut C. de ſeruis fugit. l. 1. aliud eñ eſt in pecude oberrante, ut ff. de acqu. poſſeſſ. l. poſſideri. §. Nerua filius & l. ſi rem, in fine. & l. rem, quæ nobis. ſunt nãque plura ſpecialia in hoc furto ſerui: nam idem eſt, qui ſurripuit, & qui ſurripitur. Item retinemus poſſeſſioné per fugam eius, quandiu alius non apprehendat, ut ff. de furt. l. ſerui. §. illud. meritò dicitur hic quærenti domino non cõtradicat, ne poſſeſſori poſſeſſio adimatur.

o *Habere.*] No quod fiſcus, vel Imperator non debet alienam poſſeſſionem iniuſtè capere, ſed debet agere contra poſſeſſorem. & ſecundum l. acquirere.

** Hæc lex facta fuit ante feſtũ B. Ioannis Bapt. ſed poſt eiuſdẽ miſſam valere voluit Papi.*

1 † *ſimilibus.*

2 † *&.*

** No. prius eſſe conuenendũ furem, quam ſuſcipere damnum.*

3 † *Carolus.*

4 † *niſi.*

5 † *habeat.*

** No. quòd quis non tenetur iure retẽtionis, licet res p̃ uenerit ad eum ſine uitio, q̃d eſt contra glo. in l. ſi non fortem. §. ſi centum, ff. de cond. indeb. cum ſimil.*

a *Aut legitimè.*] Quia iam dominus amiſerat poſſeſſionem, ex quo ad aliū peruenit aliqua ratione: poteſt n. actor, ſiue procurator legitimè contendere opponendo ſeruū fuiſſe Principis, aut aliā legitimam exceptionē; & per hoc oſtendit dominū amiſiſſe poſſeſſio. & cauſam proprietatis tractare; aliàs ſi pateat peritorem iuſtam cām habere, & eius iura ſunt liquida, debet ei actor ſeruum reddere: cauſa autē proprietatis poteſt cognoſci per teſtes, ſiue per iniria, & ſi non ſufficerent, ſeruus torquetur l. fin. C. de ſer. fug. & C. de quæſtio. l. quoties. & C. de rei ven. cum ſuper. Sed videtur contra. infra de offi in l. legatio. ibi, ad noſtrum reuertatur iudiciū; p quod oſtendit, quod ſine iudice Principis res reſtitui non debet. Sol. illa loquitur de reb. immobilib. ſic ſolue ī. ſi actor. reg l. ſi. & ēt iura actoris non erāt manifeſta. Vltimo not. quòd ſi fugitiu' in uocē libertatis clamauerit, non debet liberalis cauſa agi, ubi fugitiuus inuenitur, ſed ubi remanſit. l. j. C. ubi cauſa ſta. agi. opor.

b *Propter inueſtituram.*] i. præſcriptionem temporis.

c V*idetur. Aldionibus*] qa obedientiam debet præſtare patrono, ſicut per 30. annos fecit.

DE EO, QVI terminum, &c.

d S*I quis liber homo.*] Idem de muliere: de ſeruo autem inf. dicēt.

e *Antiquum.*] ex tempore, vel quia ſine æſtimatione antiquus erat.

f *Corruperit.*] i. fregerit, ne uideretur. Quid, ſi corruperit: & vltra fines trāſcenderit? quia duplex delictum eſt, de inuaſione, & termino moto tenetur.

g *Exterminauerit.*] ideſt, terminum de

toris noſtri in villam confugerit, & dominus eius id quærit, actor eiuſdem villę, aut legitimè[a] id contendat, aut quærenti domino reddat, & actor propter inueſtituram [b]Domini Caroli genitoris noſtri idem mancipium contradicere non audeat: etſi illius proprium eſſe cognouerit.

Idem. LEX LXXXVIII.

VT clerici, & monachi, & ſerui fugitiui ad loca ſua reuerti iubeantur.

Idem. LEX LXXXIX.

VT Vicarij, & centenarij, qui furones, & latrones celauerint, vel defenderint, ſecundum dictam ſententiam iudicentur.

Imperator Lotharius.

LEX XC.

DE fugitiuis præcipimus, vt miniſtri Reipublicę à domino fugitiui nihil accipiant, cum reddiderint eos.

Idem. LEX XCI.

VIdetur nobis de aldionibus,[c] vt, ſicut lex habet, ita fiat.

Idem. LEX XCII.

PRæcipimus, vt noua conditio aldioni à domino ſuo non imponatur.

TITVLVS XXVI.

De eo, qui terminum antiquum corruperit, vel nouum fecerit.

Rex Rotharis.

LEX PRIMA.

SI quis liber homo[d] terminum antiquum[e] corruperit,[f] aut exterminauerit,[g] & probatum fuerit, ſit culpabilis lxxx. ſoli. medium Regi, & medium ei, in cuius ſine fuerit terminus.

Idem. LEX II.

SI quis ſeruus alienus terminum antiquum ruperit, aut exterminauerit, mortis incurrat periculum, aut ſolid. xl. redimatur.

Idem. LEX III.

SI quis liber homo arborem, vbi theclatura facta eſt, inter fines diſcernendos inciderit aut deleuerit, lxxx. ſolid. ſit culpabilis. medium Regi, & medium ei, cuius arbor fuerit: & ſi ſeruus per iuſſionem[h] domini ſui fecerit, dominus eius componat, vt ſupra ſolid. lxxx.

Idem. LEX IIII.

SI ſeruus * ſua auctoritate arborem, vbi theclatura facta eſt inter fines diſcernēdos inciderit, aut deleuerit, aut moriatur, aut liberet ſe ſolid. lx.

Idem. LEX V.

SI quis[i] propter intentionem ſigna noua, aut theclaturam, aut ſinaidam in ſylua alterius fecerit, & ſuam non comprobauerit, componat ſolid. xl. medium Regi, & medium ei, cuius ſylua fuerit.

Idem. LEX VI.

SI ſeruus[k] extra iuſſionem domini ſui theclaturam, aut ſinaidam in ſylua alterius fecerit, manus eius incidatur: & ſi cum iuſſione domini ſui theclaturam, aut ſinaidam in ſylua alterius fecerit, reputetur culpa domino, vt ſupra.

Imperator Carolus.

LEX VII.

VT nullus alienos fines vſurpet, aut terminos patrum tranſcendat.

TITVLVS XXVII.

De inuaſionibus.[l]

Rex Rotharis.

LEX PRIMA.

SI quis molinum in terra aliena[m] ædificauerit,[n] & ſuam probare nō potuerit,[o] amittat ipſum molinū, & omnem operam; & ille habeat, cuius terra, aut ripa eſſe inuenitur:[p] quia omnes ſcire debet, quod ſuum non eſt, id ad alium pertinere.

nouo poſuerit.

h S*I quis. Per iuſſionem.*] no. q iubens pariter tenet, ac ſi feciſſet; ſic ī de homi. l. homi. l. hæc adit. & ſup. titu 3. l. ſi quis liber hō. & inf. de deb. & guad. l. ſi quis gregem. & ſup. de aggre. in uic. fac. l. relatum.

i S*I quis*] hic no. minus delictū eſſe ſigna noua facere, q̄ noua corrūpere.

k S*I ſeruus.*] ut ſupra. i. cōponat. xl. dās, ac ſi fec. ſiet ipſe. l. ſi ſeruus cum uoluntate. ſup. de homici. liber. homi.

* *Similis eſt l. 3 ſup. eod.*

DE INVASIONIBUS.

Diximus ſupra de furtis, quæ ſunt tantū in rebus mobilib. nunc de occupatione rerum immobilium, quæ dicitur inuaſio. Et qa plerunq; ſit termino moto: ideo præmiſſum eſt de eo, qui ter. cor.

m S*I quis. aliena.*] i. ab alio poſſeſſa, uel quam alius dicebat eſſe ſui.

n *Aedificauerit.*] ex nouo; ſecus ſi refecerit: quia malæ fidei poſſeſſor non amittit quoſcunque ſumptus neceſſarios; utiles autem ſine læſione prioris ſtatus non potent auferre, ut C. de rei uendi. l. donū. in fin.

o *Non potuerit.*] quare ædificanti incumbit onus probandi, cum debeat ſufficere poſſeſſori? R ñ non poſſidebat ædificator, ut hic: quia ædificauit, poſſeſſore ignorante: q ſi probauerit ſuam, nec molinum amittit, nec operas: nam qđ ædificatur, ſolo cedit: uel hic erat malæ fidei poſſeſſor, ut hic in fi. & C. unde ui. l. cum quærebatur: ideo probare debet: non enim intereſt (quo ad probationis onus) poſſidebat, uel ne, ut C. de probat. l. uis eius. & facit C. de libera. cauſa. lege eam.

p *Inuenitur.*] Si agendo contra malæ fidei poſſeſſorem terram, aut ripam ſuam eſſe

eſſe probauerit: nam res alienas poſſidens, &c. ut C. de rei vendi. l. ti.

a **S**I quis.] Repete hic, quæ no. ſup. l. proxi. Sciendum tamen eſt, ꝙ iure Roman. malæfidei poſſeſſor deducit ſumptus factos in fructibus colligendis, quia non datur caſus, qui hoc genus deductionis impediat, ut ff. fam. ercisc. l. fundus. in princ. & fructus intelliguntur deductis ſumptibus, ff. de peti. hære. l. ſi à domino §. ti. & ff. de vſur. l. quod in fructus. & ff. de ope. ſer. l. fructus. Sed hic ſtatuitur, ꝙ amittat operas, & fruges, & de fructibus reſtituẽdis non meminit. Iure autem Ro. pluribus legibus cauetur: ut malæfidei poſſeſſores fructus reſtituãt: nec aliqd detrahũt, alibi habetur, deductis ſumptib. qui fiũt in colendis, & colligendis fructibus: unde merito hic agitur: ſecus in expenſis circa molendinum ædificandum factis: quia, qui malafide ædificauit, uidetur uelle dare, ut inſtit. de rerum diui.

b **S**I quis. Non potuerit.] ergo ſi ſuũ probauerit, non tenetur: quia ſibi uidetur damnum dediſſe, & non alij.

c Frugum.] ſed qũo æſtimantur? Reſpon. quantum paterfami. cõſueuit recipere de fructib. deductis ſumptibus faciendis uſq; ad prouentum fructuũ in cultura. Sed incertum eſt, cũ pro varietate temporum qñque plures, qñque pauciores fructus prouenire ſolent, ſtabitur ſacro patrisfa. cum iudicis taxatione l. ſi quando. C. vnde vi. Item an ſtabitur maiori, uel minori æſtimationi, quod uidetur, cũ pœnæ molliendæ ſint potius, quàm exaſperandæ: ſed hoc locum non habet, quia hæc pœna eſt quo ad ſolutionem: tamen quo ad accipientem eſt intereſſe? Reſpon. in dubio accipiendum, quod frequentius euenire conſueuit. l. in obſcuris. ff. de reg. iu. quia amiſiſſe dicimur, quod conſequi potuimus, aut erogare cogimur, ut ff. ſi quad. pau. feciſſe dica.] ex hac l. & ſe. ubi pęna pecuniaria ſtatuiť pro dãno dato.

* Idem, ſi palum ſixum tantũ, ut infra eo. l. ſi quis ſua.

Idem. LEX II.

SI quis [a] campũ alienum arauerit, ſciens non ſuũ eſſe, aut ſementem ſpargere præſumpſerit, ꝑdat operas, & fruges, & ille, qui cãpum ſuum probauerit eſſe, habeat fruges.

Idem. LEX III.

SI quis campum alienum exarauerit ſeminatum, aut deuaſtauerit, & ſuũ non potuerit [b] probare, aliud tantum frugum, [c] quantum deuaſtauerit, proprio domino reddat, & pro incauta præſumptione componat ſol. 6.

Idem. LEX IIII.

SI quis foſſatum [d] in terra aliena fecerit, & ſuã non potuerit probare, cõponat ei, cuius terra eſt, ſolid. 6.

Idem. LEX V.

SI quis pratum alienum ſecuerit, aut exarauerit, & fœnum reddat, & pro incauta præſumptione componat ſolid. 6.

Idem. LEX VI.

SI quis in terram alienam miſerit [e] ſepem, * & ſuam non potuerit probare, componat ei, cuius terra eſt, ſolid. 6.

Rex Lutprandus.

LEX VII.

SI quis res alienas, caſas, aut terras, vel pecuniã, aut familiam malo ordine [f] poſſederit, & per legem [g], & iuſtitiam, & per iudiciũ [h] exinde conuictus, [i] & expulſus fuerit, aliud exinde non componat, [k] niſi de retro tempore [l] reddat fruges, & labores ſub ſacramento, ab illo die, quo exinde compellatio facta, & manifeſtata eſt.

Rex Rachis.

LEX VIII.

SI quis ſua auctoritate terram alienam [m] ſine iuſſu [n] publico guiffauerit, † dicendo, quod ſua debeat eſſe, & poſtea non potuerit probare, quod ſua ſit, componat ſoli. 6. quomodo qui pallum in terra aliena fingit.

† gensfabuera.

LEX IX.

SI quis foſſatum in terra, vel via [o] fecerit, & ipſum locum ſuum probare nõ potuerit, cõponat ſolid. 6 & ipſum foſſatum cauando damnum in vite, aut arbore fecerit.

d **S**I quis foſſatum.] Quod de foſſato hic hť, & de ſepe. ĩ. eo l. ſi quis in terram, eſt uerum, qñ ſuam eſſe dicebat, & ut ſuam occupabat, ut ĩ. eo. l. ſi quis ſua auctoritate.

e **S**I quis. Miſerit.] Eſt uerum, ubi animo dandi damnum fecit, ſecus ſi ſecum exportauerit, furti tenetur: erit itaque in electione actoris, utrum uelit pœnam pecuniariam, uel octogild.

f **S**I quis. Malo ordine.] i. malafide. & ſine inuaſione, & quia alij ſucceſſit; & ſcienter rem retinet alienam; vel forte iacente hæreditate ante, quam ab hærede apprehenderetur poſſeſſio, uel quia per negligentiam domini vacat, & ita malafide poſſedit, & ſine uiolentia.

g Per legem.] i. iure ſcripto: per iuſtitiam, i. per vſum.

h Iudicium.] i. iuſtum. Similis expoſitio, inſti. de vſufru. in prin. ibi, per modum. & tempus, i. per moderatum tempus, vel per iudicium, ideſt per ſententiam.

i Conuictus.] Sic conſtrue, ab illo die, quo compel. fac & manifeſte eſt, reddat fruges, & labores de retro tempore ſub ſacramento: nam de tempore poſt compellationem, non dubitatur, quin fructus debeant reſtitui, & con. or. ff. quod vi, aut clam. l. 1. §. ex die. ſed qui fructus, intelligitur de cõſis? Rñ. penſio accepta, uel ſi non locauit, quantũ poſſet locari. fructus aut de familia intelligũtur, cum nomen famil. ę accipiatur pro ſubſtãtia alicuius, & pro ſeruis tantum: ſi pro ſubſtantia, planũ eſt: ſi pro ſeruis, operæ debentur. vel lex iſta põt intelligi de bonæfidei poſſeſſore, & erit caſus: conueniebať poſſeſſor de rebus poſſeſſis, qđ eas malafide tenebat, conuictus fuit de rebus, non tamen de malafide, propterea reſtituere non debet fructus de retro tempore ab illo die, à quo compel. fac & maniſe. eſt, ut talis ſenſus ſit, reddat fructus ab illo die, ex quo lis in iudicium deducta eſt. qui fructus reſtitui debent, vt iure Romano cautum eſt.

k Non componat.] nõ enim tenetur ad pœnam ſex ſolidorum, cum ſecundum utranque lecturam non inuaſerat.

l De retro tempore.] ideſt, quicquid habuerit inde ante conteſtationem.

m **S**I quis. Alienam.] i. ab alio poſſeſſam.

n Sine iuſſu.] ſi enim cum iuſſu, non tenetur: quia nec ſua auctoritate, nec præſumptiua facit, ut ſup. de fur. l. 1. & ſupra de dam. iniur. l. ſi quis molinum. iure autem Romano, ſi quis iuſſu alterius habentis poteſtatem imperandi dãnum dederit, tenetur imperans: ſin autem poteſtatem non habebat, tenetur qui fecit. l. liber homo. ff ad leg. Aquil.

o **S**I quis. Vel via.] ſ. publica, & publico vſui deſtinata, cuius tuitio ad principem ſpectat, merito ſibi pœna delicti præſtatur: publicarum autem viarum ſolum publicum eſt, ut ff ne quid in loco publico. l. 2. viam publicam, cuius vſu populus non vtitur, amittere non poteſt. l. 2. ff. de via publ. l. præſcr. C. de operi. publ. verum iure Rom. cauetur, ut littora maris ſint populi Romani. ſ. quo ad iuriſdictionem: quo autem ad proprietatem ſunt Principis: via autem publica ſi caſmate pereat, vicinus proximus eam dare debeat l. ſi locus. §. ſi. ff. quemadmodum ſer. amit. Sed qua actione agitur ad dandum? Reſpon. offic. iudic. Nunquid gratis? Reſpon. utique ſm Placen. & Octo. Aliqui dixerũt, aliquid dandum eſſe argum. ff. de reli. l. ſi quis ſepulchrum. viam publicam intellige, quæ ducit ad ciuitatem, uel ad flumen, uel ad alia loca publica; etiam ſi utrunque caput ad loca publica teneat: ſi quis autem in his delinquet, quilibet de populo, poteſt eum deferre, & contra eum agere, ut reſtituat, & ut pęna præſtetur Regi: ſi autem uia ſit uicinalis, & ex colatione uicinorum ſit facta, ſi in eo foſſa non fiat, non debetur compoſitio Regi: ſed ipſis, qui ex ſuis prædijs, viam fecerunt.

rit. componat ſicut anterius edictum [a] continet.

Imperator Pipinus.

Idem. LEX X.

VT nullus alteri præſumat res ſuas, [b] aut alienam cauſam, [c] ſine iudicio legali tollere, aut inuadere; & qui hoc facere præſumpſerit, ad partem noſtram exinde bannum componat.

Imperator Lotharius.

Idem. LEX XI.

DE rebus eccleſiarum iniuſtè inuaſis, ſub occaſione, quaſi licent a accepta à Pontifice, & de his, quę necdum redditæ ſunt, & tamen fuerũt à poteſtate Pontificum iniuſtè inuaſæ; volumus, vt per miſſos noſtros fiant emendatæ.

Imperator Guido.

Idem. LEX XII.

DE chartis [d] verò interdicimus, vt nemini liceat alienas res [e] præſumptiuè inuadere, occaſione chartulæ ab eo factæ, quæ inueſtituram non legitimam habens, dignoſcitur inuaſiſſe: ſed ſi quis acquiſitor extiterit, [f] non antea inuadere alienas res eccleſiæ, vel cuiuſpiá liberi hominis præſumat, antequam auctor chartulæ [g] legali, & iudiciali diffinitione [h]

a *Componat ſicut anterius edictum.*] ſup. de dam. iniur. dat. l. ſi quis vitem. & l. ſi quis roborem, aut certum.

b *VT nullus. Suas.*] Reſpectu proprietatis: nam per leges excuſabatur inuaſor a pœna 6. ſoli. ſi rem ſuam probare poterat, & hoc prohibetur hac l.

c *Cauſam.*] puta, occaſione iuris pignorum, & non occaſione dominij, nec alterius cauſæ, puta, pignoris uſusfructus, uel iuris emphyteutici, licet alicui inuadere rem ab alio poſſeſſam: alioquin bannũ præſtabit: iure autem Romano, occupans rẽ poſſeſſam ab alio, ſi ut ſuam, licet ſit ſua, dominium amittit: ſi uero aliena, amittit æſtimationẽ. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. ſi uero, ut ſibi debita ius crediti amittit. l. extat. ff. qđ met. cau. de iure ergo Longobardo, & Romano illo caſu reſtitui debet poſſeſſio, & ſi de pœna ſex ſolido. conuenietur, uentilabitur prius iudicium proprietatis, per qđ apparebit, ſi de pęna teneri debeat. vel ne. iu. autem Rom. ſi pęnaliter conueniẽ inuaſor, prius ſciri dẽt, an res ſua ſit, an aliena, ut ſi ſua, amittit dominiũ: ſi autem æſtimationem: uel (& melius.) omnia in eo iudicio tam poſſeſſionis, quàm proprietatis. & pœna terminari debent.

d *DE chartis.*] CASVS. Quidam ſe dominũ dicebat cuiuſdam prædij, & erat: non aũt poſſidebat. uẽdidit illud, & tradidit imaginarie, quia corporalem poſſeſſionem tradere non potuit occaſione chartulæ à venditore factæ, quod inueſtituram legitimam non habuit, i. poſſeſſionem dignoſcitur inuaſiſſe; eſt enim uera, inuaſorem ab alio poſſeſſam occupare. Sed contra infra de epiſcopis & cler. l. ut omnis ordo. hæc enim poſt inuaſionem uendicare permittit: illa uero ſecundum leg. Romanam.

e *Alienas res.*] poſſeſſas ab alio.

f *Extiterit.*] ideſt, ſi quis uoluerit acquirere, non antea alienas res poſſeſſas ab alio cuiuſcunque fuerint, præſumat inuadere.

g *Auctor chartulæ.*] i. uenditor, uel primus inuaſor. Et no. quod reſpexit ad l. legatio miſſorum noſtrorum. inf. de off. iud. quæ eſt Lodoici.

h *Legali definitione*] i. ſententia definitiua.

i *Tunc demum.*] i. re uendita.

k *Liberam habeat*] i. illi, cui uendiderat.

l *Si quis.*] ſ. inuaſor.

m *Sine lege*] i. extra præceptum huius legis.

n *Componat.*] quæritur, an emptor ſit dominus per talem traditionem? Minimè, quia iuris diſpoſitio eſt, ut emptori tradatur poſſeſſio, & per poſſeſſionis tranſlationem dominium l. traditio § h ff. de acq. rer. dom. §. non ſolum. inſtit. per quas perſ. nob. acqui. ſed contra. ff. de fun. dot. l. ſi fundum. Pla. dicebat, quod mulier, quæ habebat fundum petendum, dedit marito, ſ. actionem, non autem fundũ. Ego autem audiui Iacob. Bur. dicentem, quod mulier uirum per ſe, vel per procuratorẽ induxit in naturalẽ poſſeſſionem fundi, quam alius poſſidebat, & ita miſſus, talem etiã dñium maritus acquiſiuit: contingit enim in multis dominium acquiri ſine poſſeſſione, ut in ultimis uoluntatibus, & in alijs.

eas uendicet, & tunc demũ [i] cui vult, liberam habeat [k] tradendi facultatem. & ſi quis [l] ipſas res ſine lege [m] inuaſerit, non ſolum res amittat, ſed inſuper bãnum noſtrum componat.

TITVLVS XXVIII.

De eo, [o] qui falſam, vel adulterinam monetam fecerit, vel conſenſerit.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis [p] ſine iuſſione Regis aurũ figurauerit, aut monetam confinxerit, manus eius incidatur.

Imperator Lodouicus.

Idem. LEX II.

DE falſa moneta iubemus, vt qui eam percuſſerit, & probatum fuerit, manus eius amputetur, & qui hoc conſenſerit, ſi liber eſt, 60. ſolidos componat: ſi ſeruus eſt, ſexaginta ictus accipiat.

TITVLVS XXIX.

De his, qui chartam [q] falſam contra legem ſcripſerunt.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis chartam falſam [r] ſcripſerit, aut quodlibet membranum, manus eius incidatur.

o DE EO QVI, falſam, &c.

Supra quòd nemini licet rem ab alio poſſeſſam ſua auctoritate inuadere: modo quod nemini liceat ſua auctoritate figurare aurum, vel argentũ, vel monetam condere.

p *SI quis.*] Monetam auream, uel argenteã, ſeu alterius materiæ, ſi in totum complotient: ſecus ſi inſtrumenta ad eam condendam adhibuerit. l. qui falſam. ff. ad l. Corn. de falſ. & non tm̃ cudens monetam huius criminis reus eſt, ſed & qui incidit, uel tingit. Item emptores, & venditores falſæ monetæ tenentur l. lege Corne. caueturff. ad l. Cor. de fal. & qui falſas ſtateras, vel menſuras, pœna falſi coercetur, vt ff. de extraor. cri. l. annona § fin. & ff. ad l. Corn. de fal. l. hodie. § ſi uenditor. ſed in his pœna extraordinaria locum habet, non manus inciſio.

q DE HIS QVI CHARTAM, &c.

Supra de cudente falſam monetam: modo de ſcribente fal. char. falſum eſt enim immutatio veritatis, vt in authen. de inſtrum.

r *SI quis falſam.*] Falſa erit, vt ſi addatur, uel detrahatur: tunc enim immutatur veritas. & aliud ius ſtatuitur: quid ſi indictio non concordat cum annis Dñi, fortè inſtrm̃ falſum; nam cum duorũ alterum eſt falſum, tota oratio redditur falſa. l. ſi quis ducenta § utrum. ff. de reb. dub. ſed iudices Capuæ contradicunt, quod ſi contractus ſit verè ſcriptus, licet in anno, menſe uel indictione errauerit, non debet inſtrm̃ falſum iudicari. Sed quam pœnam notarius componet, certè manum debet amittere propter periurium commiſſum; nam quilibet notarius iurat ſe falſam ſcripturam non ſcribere? Reſpon. debet in pecunia componi. ut inf. de teſti. l. i.

Rex Lutprandus.

LEX II.

DE ſcribis hoc proſpeximus, vt qui chartã ſcripſerit, ſiue ad leg. Longobardorum,[a] quę apertiſſima, & penè omnibus nota eſt, ſiue ad leg Romanorum, non aliter faciant, niſi quomodo in illis legibus[b] continetur: * nam contra Longobardorũ legem, aut Romanorum non ſcribant: q; ſi neſciuerint,[c] interrogent alios, & ſi non potuerint ipſas leges plenè ſcire, non ſcribãt[d] ipſas chartas, & qui aliter præſumpſerit[e] facere, componat guidrigild ſuum, excepto, ſi aliquid inter conlibertos conuenerit, & ſi vnuſquiſque de lege ſua ſubdiſcedere[f] voluerit, & pactiones, atq; conuentiones inter ſe fecerint, & ambæ partes conſenſerint, iſtud non reputetur contra legẽ,[g] quod ambæ partes[h] voluntariè faciunt, & illi, qui tales chartas ſcripſerint, culpabiles non inueniantur eſſe: nã quod ad hæreditandum[i] 1 † pertinet,[k] per legẽ ſcribant: & quod de charta falſa in anteriori edicto[l] annexum eſt, ſic permaneat.

1 † Exhæredandum.

* Adde ad iſtam l. no. g. ſ. o. Bar. lo. de Plac. Luc. de Pe. & Iac. Rebuf. s. l. fin. de tab. lib. 10. & quæ dixi in §. vi. de tur. om. iud. li. conſuet. biturigum. et inf. de offic. iud. l. vlt.

a DE ſcribis. Longobardorum,] idest, inter Longobardos, & Romanorum, idest, inter Romanos: ſcribenda ſunt enim instrumenta, ſecundum leges contrahentium.

b *Niſi quomodo in illis legibus.*] ſcilicet, de chartis, quomodo fieri debeant.

c *Neſciuerint.*] contra. C. de legi. l. leges ſacratiſſimæ ſolu. leges ab omnibus ſciri debent, vel per ſe, vel per alium, & quod dicit, interroget alios, cum ius meum certũ ſit, & finitum, quia certos fines hẽt, nocet his, qui iura ſcire debent, l. 2. ff. de iu. & fac. igno.

d *Non ſcribant.*] quid ſi notarius prudẽtiores conſuluit, & ſcripſit, ut ſibi fuit conſultum. nunquid tenetur? R ñ. vř excuſandus, ut ff. quis or. in bon poſſeſ ſer. l. 2. §. fi. fecit enim. qđ debuit: ſed forte dici poſſet ut non excuſetur: quia licet durum ſit, lex tamen ita eſt ſcripta.

e *Præſumpſerit.*] i. ſi notarius neſciebat leges, nec alios interrogauit, componat guidrigild ſuum. uel ſi non ſcripſit ſecũdum l. componit.

f *Diſcedere*] facit C. de pac. l. ſi quis in cõſcribendo. verſi. cum alia iure autem Longobard. inſtantia inter liberos homines ſtare dẽt, multo magis, eã, quæ per guadiam eſt firmata.

g *Contra legem.*] ſed contra inf. quali. mul. lib. al permiſſi. l. ſi qua mulier. Sol. ibi loquitur, quod qui contra leg. chartam ſcripſerit, eadem pęna punitur, qua qui chartam falſam ſcribit. Sed hic de ignorante, ibi de ſciente loquitur.

h *Ambæ partes.*] ex hoc no. arg. quod voluntate contrahentium aliquid de iure laxatur.

i *Ad hæreditandum.*] i. ad hæreditatem diuidendam, uel vendendam faciat ſecundum legem. ueluti ſi maior eſt, qui diuidat, uel uendit. hæreditatem, faciat tamen chartã: ſed ſi minor ſit, non faciat. Vel ad hæreditandum, ut ſi minor cõueniatur de hæreditate, & componat, vel eius tutor, uel curator aliquod pactum inde fecerit, non faciat tamen chartam: quia non tenet quandiu minor ſit: ergo expectetur, donec ſit maior. Vel eſt alia litera, ad exhæredandum, ut ſi pater filium exhæredauerit contra legem, charta, quæ inde fuerit facta, contra legem erit. Et quod ſubiicit, per legem ſcribant, intelligit de lege, nulli liceat inf. de ſucceſ. in qua quatuor iuſtæ exhæredandi cauſæ de iure Longobardorum exprimuntur.

k *Pertinet.*] ut ultimas uoluntates debeat ſcribere ſecundum legem, ſiue filius hæres inſtituatur, ſiue exhæredetur: nam ſi filios ſcripſit hæredes, non debet unum meliorare niſi ſit certa cauſa meliorationis. nec filium exhæredare, niſi cauſa expreſſa, quæ ab hærede eſt probanda. Item dẽt ſcribere ultimas uoluntates ſm legem teſtatoris, non hæredis, & int. q. ra. diuer. ſt ho. l.. huic l. vř contra. inf. qual. mu lib permiſſi ſit alie, l. 2. in ſi. Sol. ibi dixit, mundualdum conſenſiſſe, qui non conſenſerat. & ideo falſum commiſit.

l *Edicto.*] ut ſup. tit. 1. l. 1. inciditur ergo manus eius quia ſcripſit falſum, & componit guidrigild, quæ eſt pœna pecuniaria, uel reſpexit ad pœnam pecuniariam, non ad corporalem: quia nomen compoſitionis corporalem pęnam non denotat.

TITVLVS XXX.

De raptu mulierum.[m]

Rex Rotharius.

LEX I.

SI vir[n] mulieri[o] violentiam fecerit,[p] & inuitam eam tulerit ad vxorẽ,[q] ſit culpabilis 900. ſolidorũ, medietatem regi, & medietatem parentibus[r] mulieris, & ſi parentes[s] non habuerit, ipſi 900. ſolidi ad curtem regis exigantur, & mulier ipſa habeat licentiam cum omnibus reb. ſuis propriis, quæ ei per legem competunt,[t] eligendi, qui mundium eius in poteſtatem[u] habeat, vel patrem, ſi habuerit, vel fratrem,[x] vel barbanum, aut ad manum regis, & in ipſius mulieris ſit poteſtate, quem ipſa elegerit.[2] †

2 † Vbi ſibi ipſa elegerit.

m DE RAPTV MVLIERVM.

Diximus de furt. & inuaſio. quæ violentia ſunt: nunc de alia violentia, quæ propter raptum ſit: & locum habet in mulieribus: pro raptina autem in rebus mobilibus, competit actio vi bo. rapt.

n SI vir.] adultus, & pubes factus: nam hoc delictum in pupillos non cadit. l. filium. ff. de adul. licet alia delicta cadãt in eos, ex quo doli capaces ſunt: nec poſſunt delinquere, ut ſerui fiant, ſeu deportentur. ut inſti. quib. mo. tu. ſi. §. ſed & capitis.

o *Mulieri.*] ſ. liberæ, ſiue ſit puella, ſiue nupta, ſiue uidua: nã de utraq; põt hic intelligi. Subiicit, & ſi parentes non habuerit: & præterea inf. denotat eam hře patrẽ, uel matrem, uel barbanũ, qui re uera parentes ſunt, & ſic vř ſibi ɔdicere. Sed ne ɔtrium uideatur, ſic exponatur litera, & ſi puella non habuerit parentes, i. ſi ipſa in eius mundio non ſit quia ipſa oſtenderat patrem, & ſic exierat de eius mundio, & ſic non erat in mũdio alicuius, quorum ipſa ſit. nam cum maritus eſſet eius mũdualdus, eo mortuo, remanſit vidua in mundo parentis mariti, qui mundualdus fuit in conſilio raptus, & ſic exiuit illa uidua de mundio illius, & ſic licet haberet parentes, in quorum mundio eſſet.

p *Fecerit.*] ſciendum, quod raptus, muliere uolente fieri poteſt: quia hoc ipſum uelle mulieris per inſidias, & dolum nequiſſimi hominis inuentum eſt, ut C. de rapto. l. unica.

q *Ad vxorem.*] de facto, non de iure: quia matrimonia libera eſſe debent in contrahendo, & diſtrahendo. l. ſi. in ñ. C. de ſpon. & ff. de uerb. obl. l. Titia. in ſi. prin.

r *Parentibus.*] i. mundualdis: cuius cõpoſitionis c. ſo. debent hře mundualdi pro ſatigio ſuo, ut j. eo. l. ſi qs qualẽcunq;.

ſ *Et ſi parentes.*] i. mundualdos, q; ſi mulier rapta eſt ſine mundio, ut dũ ſibi mundiũ eligit, uel ſi habuerit, & cõſenſit, non dẽt pars cõpoſitionis, quæ mulieri contingit, ad eũ pertinere: ſed tota exigiř à curte regis. Nunqd & pęna? R ñ. non, ẽt ſi mũdualdus conſenſerat, & hoc ex bono, & ęquo. Sed ſi mulier nõ deligit, reſtituiř pars cõpoſitionis mundualdus, retentis ſibi 100. ſoli. ut j. eo. l. ſi quis qualemcunque.

t *Rebus ſuis proprijs quæ ei per legem competunt.*] fortè, quia ſucceſſerat patri, & fratri, aut alij parenti, aut morgincap, habebat ex parte uiri: ſi uidua erat.

u *Mundium eius in poteſtate.*] habet enim hic mundualdus mundium: quia mulier ſeipſam ei tradidit: & ex hac traditione etiam mulier mundium habuit.

x *Vel fratrem.*] hoc qñ ab eorum mundio liberata erat: & licet poteſtatem habeat eligendi: tamen ſequi dẽt ordinem illius regis. Et ſecundum ſupra dicta poterit mulier raptorem deſerere, & cum eo remanere, ut inf. proxi.

Idem. LEX II.

SI quis violento [a] nomine tulerit vxorem [1] † comp. vt ſup. 900. & poſtea mundium eius faciat. [b] Nā ſi contigerit caſus, ut antequam [c] mundiū eius faciat, mortua fuerit, res eius parentib. reddantur: & ille vir, qui eā violento nomine [2] † tulerit vxorem, componat eā pro mortua, tanquam ſi vnum [d] [3] † de ſimili ſanguine, i. fratrē eius occidiſſet, & ita apprecietˀ, & parentib. pro mortua cōponere cogatur, aut cui mūdium de ea pertinuerit. [e]

Idem. LEX III.

SI quis puellā, aut viduam alteri ſponſatam, illa tamē conſentiente, tulerit vxorē, componat parentibus mulieris, ad quos mundium de ea pertinuerit, anagrip ſoli. 20. & faida alios 20. & mundiū eius qualiter ſteterit, faciat. Sponſo autem, cui ſponſata fuit, omnia, quæ in meta dicta fuerunt, qñ eam ſponſauit, in duplum ei componantur ab illo, qui deſponſatam ſuam turpē fecit. Et poſtea ſi ſponſus poſt acceptā duplicis compoſitionis pœnam, ſit ſibi cōtentus, & amplius ex cā aduerſus fideiuſſorem calumniā non regrat.

Idem. LEX IIII.

SI quis [f] puellā, aut viduā alteri ſponſatam [g] rapuerit (illa tñ conſentiente) & tulerit vxorē, [4] † componat parentibus mulieris, i. patri, aut fratri: vel cui mundiū de ea pertinuerit, 900. ſol. medium regi, & mediū parentibus mulieris, vel puellæ, i. patri, vel fratri, aut qui ſunt proximi, & mundium eius (ſicut conuenerit) faciat. [h] Sponſo autē (cui turpe, aut deridiculum eſt heſtū) componat duplum metum: [i] [5] † quātum edictum in die illa, qūo [6] † fabula firmatā fuerit, & amplius fideiuſſori, aut raptori ab ipſo ſponſo ſuo calumnia non generetur: [k] ſed ſit ſibi contentus in ipſa dupla compoſitione.

Idem. LEX V.

SI pater, aut frater, aut aliquis ex parentib. puellæ eam alij ſponſauerit: [l] & poſtea cum alio extraneo colludium fecerit, aut fraudem commiſerit [7] † cum illo, qui eam violenter, [m] aut ipſa cōſentiente, ducat vxorē: tunc illi parentes, qui hmōi colludiū fecerint, aut fraudi conſenſerint, componant ſpōſo, qui eam ſponſatam habuit, ſimilem pœnam, vt ſup. duplam [8] † metam [9] † quæ dicta fuerant tpe [10] † ſponſaliorū: poſtea ſponſus amplius aduerſus eos, aut fideiuſſores eorum calumniam non requirat.

Idem. LEX VI.

SI quis aldiæ alienę, i. quę de libera matre nata eſt [n] violentiam fecerit, componat ſoli. 40.

Idem. LEX VII.

SI quis libertę alienę, i. per ſonę, quę libera dimiſſa eſt, violentiam fecerit, componat ſol. 20.

Idem. LEX VIII.

SI quis ancillę alienę uiolentiam [o] fecerit, componat ſol. 20.

Idem. LEX IX.

SI quis rapuerit aldiam alienam, & in curte alterius duxerit, & ſequutus dñs fuerit, aut parentes eius: & ille, cuius curtis fuerit, anteſteterit, & nō permiſerit vindicare, aut foras extrahere, componat ſoli. 40 medietatem regi, & medietatem ei, cuius aldia fuerit.

Idem. LEX X.

SI quis ancillam alienā rapuerit, & in curtem alienā duxerit, & ſequutus fuerit dñs, aut parentes eius: & ille, cuius curtis fuerit, anteſteterit, componat ſoli. 20. qui anteſterit, medietatē regi, & medietatem ei, cuius ancilla fuerit.

Idem. LEX XI.

SI quis aldiam alienam, aut ancillā rapuerit, & in curtem regis duxerit, & ſequutus eam dñs fuerit, aut quicunq; ex amicis eius, aut ſeruiſſ, & gaſtaldius, aut actor regis anteſteterit, pro aldia de ſuis propriis cōponat illi, cuius aldia fuerit, ſoli. 40. pro ancilla uiginti.

Rex Lutprandus. LEX XII.

SI quis rapuerit qualemcunque fœminam liberam ſecularem, [q] unde in anteriori edicto

a *SI quis violento.*] ideſt, violenter, ea poſtea conſentiente.

b *Faciat.*] ex quo. n. raptor uoluit eam in uxorem habere, & mulier eum in uirū, tenetur iſte medium redimere a parentib.

c *Antequam.*] ſ. raptor reconciliet ſibi mundualdos mulieris, qđ fit faciendo mundium ex ipſis, non ſuccedit ei raptor, qui mundualdo caret.

d *Si vnum.*] hoc uerum, ſi mulier patrē, aut fratrē, mundualdum habuiſſet, ut in gl. ſeq.

e *Mundium de ea pertinuerit.*] nam extraneus mūdualdus remouetur, cū non debeat accipere pretiū mortuæ perſonæ. Ex ſupradictis igitur nō prohibetur matrimonium inter raptam, & raptorem: ſed cū hodie non poſſit eſſe matrimoniū inter eos per l. 1. de raptu. unde cogitur mundium facere, quærit, an raptor dēat præſtare guidrigild parentibus? dicunt quidam, quod ſic, ne raptor remaneat impunitus: nam ea rōne, qua eximeretˀ à præſtatione guidrigild, eadem ratione à pręſtatione 900. ſoli. Et abſurdum vř, ubi eā pōt hře uxorem, & non præſtat eā utrobique, cum ſit vnum debitū, ſ. raptus. Alij dñt, ꝙ utrobiq; præſtetur, ubi contēpſit reconciliare parētes, faciendo mundium: quę negligentia non interuenit hodie, dū non poſſunt in matrimonio iniungi.

f *SI quis.*] ſup. no. hic repeti pōt.

g *Sponſatam.*] ſ. per verba de futuro: alioquin non poſſet alij nubere, nec alius de ea mundium facere: quia antequā ſponſo traderetur, interuenit raptus.

h *Faciat.*] per quod demonſtratur, quod non eſt certum pretiū mundij, licet aliqui ꝫ: non tñ eſſet abſurdum, ut cū mulier fortè nō habeat in ſubſtantia ſua uſque ad 20. ſoli. mundiū eius ualeret 20.

i *Metum.*] i. pœnam poſitam die ſponſaliorū inter ſponſam, & mundualdum.

k *Generetur.*] à patre ſponſi. nā guidrigild ſuum præſtet, præter pęnā duplam, quam præſtat ſponſo, dēt præſtare regi, ut inf. de ſpon. l. fi. & loquitˀ lex iſta quando mundualdi mulieris non conſenſerunt.

l *SI pater. Sponſauerit.*] p verba de futuro, ut ſup. proxi.

m *Violenter.*] non uidetur puniēdus pater, aut frater, ſi extraneo conſenſerint: nam eam inuitā pōt dare in uxorem, cui uoluerint, ut inf. de prohi. nup. l. 2. & inf. qualit. mu. ami. l. 2. Sed illæ ll. obtinent, qñ frater, aut př nulli filiam, aut ſororē deſpōſarunt. nā poſt ſponſalia facta non.

n *SI quis. Nata eſt.*] ſcilicet. Aldia dicitur, et ſi de matre libera nata eſt, ſi cōditione pris vti velit.

o *SI quis. Violentiam.*] ſcilicet rapiendo.

p *SI quis. Aldiam. Pro ancilla viginti.*] & raptor ſimiliter puniatur.

q *SI quis Secularē.*] ſi monacha, aut alia

1 † *Liberā.*

2 † *Ordine.*

3 † *Virum.*

4 † *Aliàs deeſt: illa tamē conſentiēte tulerit: & loco verbi, tulerit, eſt rapuerit.*

5 † *Duplā metam.*

6 † *Quādo.*

7 † *Fraudi conſenſerit.*

8 † *In duplum.*

9 † *Meta.*

10 † *In die*

legi‸, cōponat ſolidos quingentos: [1] † Ita volumus, vt de illis quadringentis quinquaginta ſolid. qui pertinent ad parentes, vel ad mundualdos earum, vt accipiant ex ipſis ſoll. mundualdi, qui fuerint ꝑ tempore, pro fatigio ſuo, & exactione de ipſa pœna [2] † ſolidos centum, & quinquaginta: reliquos verò trecētum habeat ipſa fœmina, cui talis iniuria, aut detractio facta eſt. Si autem pater, aut frater fuerit, & ipſæ fœminę in eorū mundio fuerint, tunc pater, aut frater de ipſa compoſitione, quæ eſt ſolidorum quadringentorum, & quinquaginta, faciant cū filia aut ſorore ſua, qualr voluerint: nā aliter mundualdus, [a] aut parentes ſic diuidant ipſam compoſitionem, ſicut ſupra ſtatuimus.

1 † 900.

2 † In pœnam.

Imp. Carolus. LEX XIII.

DE deſponſatis puellis, & poſtea ab alijs raptis placuit nobis erui, & poſtea eis reddi, [b] quibus ante fuerint deſponſatæ, etiam ſi eis a raptoribus vis illata conſtiterit: & proinde ſtatutum eſt à ſacro conuentu, vt raptor publica pęnitentia mulctetur. [c] Raptæ verò, ſi ſponſus eam recipere noluerit, & ipſa eius dē criminis conſentiens non fuerit, licentia alii nubendi non denegetur: quòd ſi ipſa conſenſerit, ſimili ſententiæ ſubiaceat: quòd ſi poſt hæc per conſenſum coniungere præſumpſerit, vterque anathematizetur.

Idem. [3] † LEX XIIII. 3 † Imp. Lotarius.

SI quis alienam ſponſam rapuerit, aut patri eius, aut ei, qui legibus defenſor eiuſdem eſſe debet, cum lege ſua [d] eam reddat, quicquid cum ea tulerit, ſemotim [e] vnamquamque rem ſecundum legem reddat, [f] & ſi hoc defenſor [g] eius perpetrare cōſenſerit: & ideo ſi raptor nihil quærere voluerit, comes [h] ſingulariter de vnaquaque re freddam [i]* noſtram ab eo exactare faciat: [k] ſponſo verò legem ſuam [l] componat, & inſuper bannum [m] noſtrum: ideſt, 60. ſol. perſoluat, aut in præſentia noſtra comes eum venire faciat, & quanto tempore nobis placuerit in exilio [n] maneat, & illam fœminam ei habere non liceat. [o]

* No. freddam bannum dici.

Idem. LEX XV.

QVi ſponſam alienam rapuerit, illa non conſentiente, licet cum ea concubuerit, reddatur ei, cuius ſponſa [p] eſt, & ducat eam, ſi velit: [q] quia vim paſſa * potius quam violata eſſe videtur: quòd ſi eam ducere noluerit: aliam accipiat ſibi fœminam: [r] tamen ſi ipſa nubere voluerit, excepto raptore, alteri, cui voluerit, legitimè copuletur: * raptor verò adulterii criminis reus tenetur. [s] Quòd ſi ipſa conſenſerit, ſimiliter vt raptor, [t] à nuptiis alterius prohibeatur: & is, qui eam accepturus erat, aliam, qualē voluerit, aut potuerit, accipiat.

* No. raptā vim paſſā potius q̄ violatam dici.

* Raptor vero & c. ad hoc vide glo. in l. vnica. C. eod.

alia mulier Romana, ſiue poſtea ſit facta Romana: ut quia Romano nupſit, non præſtatur iſta compoſitio, ut infra quali diuer. le. homi. l. prima, vbi pœna infligenda eſt ſecundum legem illius, cuius negligentia committitur. Ex hac lege notari poteſt. quòd ſicut mundualdus percepit lucrum de iſta compoſitione ſoluenda per iniuriā mulieris: ſic & in minoribus compoſitionibus aliquam partem arbitrio iudicis taxandam conſequi debet, licet in illis legibus nihil contineatur, ſed optimum eſt arg. de ſimilibus ad ſimilia. l. nam Imperator. ff. de legi.

a *Nam aliter mundualdus.*] fortè extraneꝰ, quem pater in teſtamento filiæ dedit, qui eſt paris conditionis cum mundualdo parente.

b *DE deſponſatis. Reddi.*] contra ſ. l. ſeq. Sol redditur ſponſo, ſi ipſe mūdualdus erat, alioqꝫ redditur parentibus, & mundualdo.

c *Mulctetur.*] ſcilicet, ut nūquam amplius accipiat uxorem donec uixerit, & nunquam moretur in aliquo loco, niſi per unum diem.

d *SI quis. Cum lege ſua.*] ideſt, in ſolidos 900. in octogild: & res eum ea exportatas debet reddere ſecundum legē: qꝛ malo ordine eas tulit, & quia lucrandi animum habuit, reſtituendæ ſunt res mūdualdo mulieris, qui eas in adminiſtratione debet habere, ſicut tutori res pupilli. quòd ſi mundualdus abſens ſit, alij parentes mulieris, ſiue mundualdi, qui præbent cautionem de rato, contra raptorē agere poſſunt: nam coniunctæ perſonæ etiam ſine mandato agunt, ut C. de proc. l. exigendi ff. iud. ſol. l. 3. §. ſed & ſi.

d *Cum lege ſua.*] ideſt, duplam metam: vel, quod melius eſt cum pœna 900. ſoll.

e *Semotim.*] ideſt, communiter.

f *Reddat.*] ideſt, in octogild.

g *Defenſor.*] ideſt, mundualdus extraneus: alioqui nō erit raptus.

h *Comes.*] qui adminiſtrator eſt regis.

i *Freddam.*] ideſt, bannum, ſeu compoſitionem ad regem pertinentem.

k *Faciat.*] ideſt, exigat ipſe comes: pertinet enim ad regem medietas ſolido 900. & inſuper bannum. & ſecundum hoc legitur, ab eo, ideſt, à raptore. præterea debet raptor componere guidrigild in palatio regis. l. finali, infra de ſpon. Alij legunt, ab eo, ideſt, à mundualdo, qui conſenſit, & ſecundum hoc compoſitio nulla inuenitur ad regem pertinere, niſi guidrigild, quod debet præſtari in palatio regis. d. l. fin.

l *Legem ſuam.*] ideſt, metam.

m *Inſuper bannum.*] quē mundualdus cōſentiens debet præſtare.

n *In exilio.*] illud nūquam legitur: iō dic, ab eo, i. a raptore.

o *Non liceat.*] rectè dr̄ de raptore: qꝛ ſm leges Imperatorū rapta non pōt nubere raptori, licet ſecus, ſm aliam legem: qꝛ tenetur, & pot de ea mundium facere: ſed ſm aliam expoſitionem literam iſtā exponunt, ꝙ non liceat mundualdo fęminā illā habere ſub mundio, cuius raptui conſenſit: unde ſciendū eſt, ꝙ ubi mundualdus conſenſit, & ſpōſalia rumpere quęrit, dēt pręſtare duplam metam. l. 3. ſup eo. & l. fin. inf. de ſpon. & tunc à raptore mundium exigit ſponſus. eſſet. n. abſurdum, ut à raptore duplā exigeret pœnam: qꝛ ſic haberet quatuor metas: quę abſurditas induxit quoſdā ad exponendum, ab eo, i. mundualdo: ſed certè uterque delinquēs teneī de delicto ſuo: nam mūdualdus deliquit, quia conſenſit raptui, & raptor, qꝛ turpe, & ridiculū facit ſponſo, ut ſ. e. l. 4.

p *QVi ſponſam. Cuius ſponſa.*] hoc quando ſponſus mundium habebat: alioquin reddenda eſſet parentibus, uel mundualdo.

q *Si velit.*] quando ſponſalia contracta non erant per uerba de præſenti: alioquin non poſſet ab eo ſeparari: quia matrimonium eſſet ruptum: nec dicenda eſt mulier adultera: imò potius vim paſſa. l. fœdiſſimam. C. de adul. quod obtinet, etiam ſi erubuit dicere iniuriam ſuam. l. vim paſſam. ff. de adult.

r *Fœminam.*] fortè pœna non committitur in ſponſalibus promiſſa: quia nihil eſt, quod imputetur mulieri.

s *Teneatur.*] licet commiſſum non ſit adulterium, quod ꝓpriè dicitur in nuptam: ſtuprum in virginem, vel in puerū, ut ff. de adult. l. ſtuprum. & eſt ſpeciale. Vel expone, ut non liceat ei aliam accipere: & publicam pœnitentiam agat, & 900. ſolid. præſtet, ſecundum quoſdam.

t *Vt raptor.*] vterq; ergo prohibetur ab alterius nuptijs, tā raptor, quàm rapta: hodie tamen quantum ad matrimonium iſta non obtinent: quia poteſt mulier nubere raptori.

a DE raptoribus. Proprijs ſponſis.] & non parentibus, quod alias fieret, ſi non eſſent ita initiatæ. Et nota, quod hoc caſu pœna 900. ſolid. ſoli patri, vel mundualdo non datur: ſed ſponſo: quia quaſi uxor eſt: ſed hic duplam metam non exiget: quia maiorem compoſitionem habet.

b DE FORNICAtione.

Quia raptus plerunque fornicationis contemplatione fit: ideo ſequitur de fornicatione. Sciendum eſt, quòd coitus matrimonialis admittitur per legem diuinam. & humanã, & coitus cõcubinarius: et concubina eſſe poteſt tam liberta, quàm ingenua, maximè, ſi nata ſit loco obſcuro, & extra pœnam eſt: quia concubinatus per leges nomen aſſumpſit, ut ff. de concub. l. in concubinatu: & debet hoc cũ proteſtatione facere, ut ibi, alioquin erit ſtuprum, quod vulgò dicitur fornicatio, niſi talis ſit mulier, quæ facta comparatione nobilitatis, & diuitiarum, matrimonium præſumatur: tunc enim ſi dubitetur, qualis ſit, verum matrimoniũ præſumitur, ut ff. de ritu nup. l. ſi in libero.

Idem. LEX XVI.

DE raptoribus verò antiquorum patrũ ſtatuta ſequentes, hoc tenendum cẽſemus, vt ſi eas rapuerit, quę cum ſponſo pariter benedictione ſacerdotali initiatæ ſunt, licet eas corruperit, tamen abſtrahantur ab his, & proprijs ſponſis[a] reddantur: quæ verò vel viduæ ſunt, vel adhuc ſponſatę non fuerunt, & abſque ipſarum, & parentum voluntate rapiuntur, nihilominus parentibus, vel propinquis reſtituantur, & aliis, quibus voluerint, nubant: nã ipſis, a quibus raptæ ſunt, legitimæ demum vxores nullatenus eſſe poſſunt: ipſos autem raptores, eisq; auxilium præbentes, quanquam anathematizandos antiqui canones præcipiant, in vltimo tamen conſt tuti, ſi deuotè poſtulauerint ſacram communionem in viatico pro miſericordia non denegamus: quod ſi aliquis de ordine clericali huiuſmodi tranſgreſſor, aut cooperator extiterit, proprii gradus honore carebit.

TITVLVS XXXI.

De fornicatione.[b]

Rex Rothar. LEX I.

SI puella, aut mulier[c] libera voluntariè fornicata fuerit, cum libero[d] tamẽ homine, poteſtatem habeât parentes eius in eam dare vindictam:[e] & ſi fortè ambabus partibus ſteterit,[f*] vt ille, qui fornicatus fuerit, eam tollat vxorem, componat pro culpa, id eſt, anagrip* ſol. 20.[g] & ſi non conuenerit,[h] vt eam habeat vxorem, componat ſolid. centum, medium regi, & medium ad quem mundium de ea pertinuerit: & ſi parentes neglexerint,[i] aut noluerint in ipſam dare vindictam, tunc liceat gaſtaldo regi, aut ſculdai ipſam ad manum regis tollere, & iudicare de ipſa, quòd regi placuerit.

Idem. LEX II.

SI quis cum ancilla gentili fornicatus fuerit, componat domino eius ſolid. 20. & ſi cum Romana, ſolid. 12.[k]

Rex Lutprandus. LEX III.

SI aldius cuiuſcunque cum libera muliere, aut puella fornicatus * fuerit, componat ſolid. quinquaginta ei, in cuius mundio fuerit, & illa reputet vitium ſuum pro eo, quòd aldio conſenſerit.

TITVLVS XXXII.

De adulterio.[l]

Rex Rothar. LEX I.

SI liber, aut ſeruus vxorem[m] alterius[n] tulérit, eamque ſibi in coniugio[o] ſociauerit, ambo

i Neglexerint.] is uidetur negligere, qui ſcit, & poteſt prohibere: ergo ſi mundualdus neſcit fornicationem, negligere non uidetur: ſed a tempore ſcientiæ debet uindictam dare uſque ad annum ſecundum quoſdam, ut infra li. ſec. libe pue. l. pen. & argumen. l. primæ, infra de his, quæ ob cau. dan. & int. quali. quis ſe defendere debet l. ſi quis alij per quacunq; cauſa. ubi quicunque litigatorum neglexerit, amittat cauſam ſuam: ſi per annum neglexerit, ſicut mundiũ debet amittere, ita cõmodum, quod ex eo defertur: & tota compoſitio regi defertur, ſi actor regis manũ iniecerit. & ad mundium regis mulierẽ reuocauerit, non poterit eligere mulier, ad quem parentum reuerti uelit: cum propter delictum ſuum amittat electionem. Sed quid ſi adminiſtrator regis non utitur iure ſuo? manebit in ſuo ſtatu: nam lex dicit, liceat caſtaldo ad manus regis eam tollere: hoc eſt, ſi mundualdus conuictus fuerit, & condemnatus, vel confeſſus, alias non peruenit mũdium ad manus regis: quia licet lege caueatur, vt malefactor componat, tamen eſt ſententia. Sed an mundualdus poſſit in eam dare uindictam, fornicatore mortuo? Reſpõ. non datur uindicta, quia fornicator uiuit: ſed quia delictum commiſit. Itẽ an poſſit dare uindictam, poſtquam eſt facta monacha? Reſpond. mundium eſt quædam poteſtas in ſexu fœmineo conſtituta, quæ perit, muliere in monaſteriũ ingrediente. Idem reſpondendum, ſi per mundualdum ſit nuptui tradita.

** Expone verbum ſteterit. pro. placuerit.*

** No. anagrip culpã dici.*

** No. pro dicto gloſ. Bernar. ponus adulterio turpis adulter ob eſt, ut c. cũ quidam. de iureiur.*

c SI puella, aut mulier.] honeſtè uiuens: ſecus ſi quæſtum corpore faciat, vel ſi miniſtra fuerit dñæ cauponæ, l. quę adulterium. C. de adult. Quid ſi habeat amaſium, deinde agit cum alio? dicimus hanc non honeſtè uiuere: unde huic legi locus non eſt.

d Cum libero.] aliud, ſi cum ſeruo.

e Vindictam.] quam patitur mulier, ſi coniugio ſerui adhæſit. ſ. in quoſdam, ut inf. ſi ſer. lib. mul. l. 2. quod non credo: quia grauius delictum eſt adhęrere ſeruo per matrimonium, quàm fornicari cum libero: pater autem poteſtatem habet exhæredandi, & frater denegare ſibi maritagium, & iudicare bona cui voluerit, ut inf. de ſucceſ. l. ſi filiæ. ſed hic de uindicta corporali: vnde poteſtatem hẽt ẽt extraneus mundualdus capere eam, & litigare, & percutere nõ mortalibus ictibus.

f Steterit.] i. placuerit: nam delinquentes patresfamil. uitia, & reatus mulierum compenſare debent.

g Sol. 20.] præter culpam præteritam, & pro tollenda inimicitia. hoc per faidam alios 20. ſoluit, ut inf. de ea, quæ ſine uolunt. mund. ad ma. ambulan. l. j. matrimonium autem eſſe poteſt præter mundualdi auctoritatem, quia conſenſus, & uoluntas matrimonium faciunt: ſuperiores autẽ compoſitiones debet lucrari mundualdus: nec ſpectat ad mulierem: quia indigna eſt, ex quo conſenſit facinorib.

h Non conuenerit.] forte quia in ſacris ordinibus eſt fornicator: vel quia dedignatur eam vxorem habere.

k SI quis. Solid. 12.] ſed tamen idem erit ſecundum legem Romanam: licet rex iſte ita fieri præcipiat.

l DE ADVLTERIO.

l *Supra de fornicatione, quæ fit in non nuptis: nunc de ea, quæ fit in nupta, quæ propriè adulterium dicitur: ſtuprum vero in virginem, vel viduam: & dicitur adulterium, quaſi accedens ad alterius thorum. Sed quid eſt, quod alibi dicitur adulterium ſecundum locum obtinet in pœnis? dic ut no. de ſcan. & compoſitioni. in rubrica.*

m SI liber. Uxorem.] ſcilicet, legitimam.

n Alterius.] ſ. liberi, uel etiam ſerui, qui legitimas habent vxores. l. pen. inf. de coniug. ſeruorũ. & dic, ſerui, ſ. non ſui, quia tunc non hẽt locum l. de libero inf. eod.

o In coniugio.] ſcilicet, de facto, cum primum fuerit legitimum: & una non poteſt eſſe nupta duobus.

Occi-

occidantur:[a] ſic tamen,[b] ſi ambo conſenſerint.[c]

Idem. LEX II.

SI quis cum vxore[d] ſua liberum, aut ſeruum fornicantem inuenerit,[e] poteſtatem habeat eos ambos occidendi:[f] & ſi eos occiderit,[g] non requiratur.

Idem. LEX III.

SI quis alij crimen de vxore ſua miſerit,[1] † quod cũ ea fornicatus eſſet, liceat ei, cui crimen* mittitur, aut per ſacramentum, aut per campionem[h] ſe purificare:[i] & ſi ei probatum fuerit, animæ ſuæ incurrat periculum.[k]

Rex Lutprandus.

LEX IIII.

DE libero homine,[l] qui vxorem de ſeruo, aut aldio ſuo, viuente ipſo marito, tulerit: & filij, aut filię exinde nati fuerint, nullatenus ei ſuccedant, ſed nec libertatem[m] ſuam habeant, nec per vllum ingenium eis de reb. ſuis aliquid facere poſſit, qa in dubium venit cauſa ipſa, cuius filii, aut filiæ ſunt, quando ambo viuunt, & dominus, & ſeruus, & qui ante habuit, & poſtea tulit.

Idem. LEX V.

SI quis liber homo habuerit ſeruum, vel ancillam, aldium, vel aldiam coniugatos, & inſtigante inimico humani generis, cũ ipſa ancilla, quæ ſeruum eius in maritum habuit, aut cum aldia, quę cũ aldione eius copulata eſt, adulterium perpetrauerit: ita ſtatuimus, vt perdat[n] ipſum ſeruum, aut aldionem, cuius vxorem adulterauerit, & ipſam mulierem: & ſimul vadãt liberi, & abſoluti fulfreales, tanquam ſi thingati fuiſſent, vbi voluerint, quia non eſt placitum Deo, vt aliquis homo cum vxore aliena debeat fornicari: tamen de ipſa libertate ita dicimus, quia nõ *poſſunt ſic ſine vera abſolutione liberi eſſe, niſi ſicut edictũ cõtinet, aut perthinx, aut circa altare, ſicut nos inſtituimus: ideoque veniant ad palatium ad nos, & qui pro tempore princeps iſtius terræ fuerit, ipſe eos abſoluat, & faciat eis præceptum ſuum, & ſint poſtea certiſſimè liberi, & abſoluti.

Idem. LEX VI.

SI quis[o] dixerit cõiugi ſuæ malam licentiam dando: Vade, & concumbe cum tali homine, aut ſi dixit alicui homini, veni, & fac cum muliere mea carnis cõmixtionẽ, & tale malum factũ fuerit, & cauſa ꝓbata fuerit, quod per ipſum maritum factum ſit,[2] † ita ſtatuim[us] [ut] illa mulier, quæ hoc malum fecerit, & cõſenſerit, moriatur, ſecũdũ anterius edictum,[p] quia

a *Occidantur.*] ſi in ſcelere inueniantur. Sed ſi ipſe voluerit, ſibi eos tradi, ut eos vendat, uel quid aliud faciat, bene poteſt facere.

b *Sic tamen.*] quia ſi illa non conſenſit, non morietur.

c *Conſenſerint.*] nam ſi in tota muliere ſit potius vim paſſa, quã adultera dici põt. l. 3. ſup. de raptu. & l. vim paſſam. ff. e. Sed ꝯ inf. de prohibi. nup. l. ſi qs miſer homo. vbi nõ pęna mortis, ſed pecuniaria imponitur. Solu. hic qñ vtrunque factũ eſt ſ. coniugium de facto, & adulterium.

d *SI quis cum vxore.*] ſ. legitima.

e *Inuenerit.*] ſcilicet, in actu

f *Occidendi.*] etiam ſi eam nondũ mundiotã habuerit, ut ĩ. de cõiu ſer. l antepe.

a SI quis. Sine traditione.] Certè multi ſunt iuris caſus, quibus ſine traditione dominia rerum tranſeunt, vt ſi in eccleſia ſit collocata venditio, vt C. de ſacroſan. eccle. l. vt inter. Itẽ res legata recta via tranſit ad legatariũ, ut ff. de fur. l. a Titio. cũ ſimilibus, idõ dñt q̃dã, legẽ iſtã ſpecialiter locũ hic in mũdio, licet verba ſint generalia. Tu dic regulam gnalé eſſe: nã cũ lex iſta loquatur de contractu inter viuos, ꝑ quẽ hæres prioris mariti mundiu alienat, & a ſe transfert, regulariter dñiũ nõ transfertur ſine traditione; nec ꝑ donationé, nec ꝑ permutationẽ: ideo in contractibus neceſſaria eſt traditio, uel pro traditione hr̃. nam obligationum natura nõ facit quid noſtrum, ſed nobis debitum, vt. ff de act. & oblig. l. 3. in prin. ſed quandoq; fit traditio de re ad rẽ, vt tradendo inſtrumenta intelliguntur res tradite quæ in eis continentur, vt C. de doa. l. prima. Itẽ traditione clauium intelliguntur merces traditæ. l. clauibus. ff. de cõtrahen. emptio quandoque de perſona ad rem, ut ſi quis fiat monachus intelligitur omnia bona ſua monaſterio tradidiſſe auth. ingreſſi. C. ſacroſ. eccleſi. ergo mulier per manum tradatur, & mundium transfertur, quod cum ſit res incorporalis non poteſt per ſeipſum tradi, iure autem Romano regula prædicta recipit fallentiã.

b SI quando Exenio.] ideſt, a muliere ſeruitio, & inde dederit ipſi mulieri tertãtum fortè, quàm ipſa ſeruiſſet, vnde in eo, quod plus eſt, tenetur maritus ad ſilannechild.

c De ea fecit.] quia ipſe debet pro ea ſiſilannechil ſoluere, conuentus ab eo qui donationẽ fecit, maritus enim nomine ſuo ad ſilannechil conueniri non poteſt; quia ipſi non eſt facta donatio, conuenitur ex perſona mulieris, quæ donataria eſt, vnde not. quòd obligationes, quibus mulier tenebatur, cum ea tranſeunt. & primus mundualdus ex ei non conuenitur; ſed ille qui tempore cõuentionis mundualdus inuenitur, ut in tutore, & curatore, vt C. quando ex fac. tut. & cura. l. fi. Sed quando mulier poterit obligari ad ſilannechil, donationem recipiendo? Reſpon ſi cum auctoritate mundualdi, quæ eſt neceſſaria recipit, non eſt opus querela. Si uero ſine auctoritate non potuit obligari, & pupillo recipienti pignus neceſſaria eſt tutoris auctoritas propter metum pignoratitiæ actionis. l. de pupillo. ff de pigno actio. Vel forte ei conſenſerat, frater vel pater, ſed nolebat illud marito tradere, qđ hæc lex ꝑcipit: q̃a ipſe conueniendus eſt ſilannechil, uel muliere ſine mũdualdi auctoritate donationes accepit & facta locupletior teneĩ ad ſilannechil, vt in pupillo. l. j. ff. de auctorita. tut. Mulier aũt dũ acquirit, marito vr̃ acquirere, ut Cyn. dicebat. ar. ff de oper. liberto. l. ſi cut. vbi mulier debet eſſe i officio mariti, qđ nõ placet, cũ libera ſit ꝑſona, licet bona mulieris ꝑſumanĩ eſſe de bonis mariti. l. Quintus Mutius. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & l. etiam. C. de donationibus inter vir. & vxo.

d SI quis puellam] Si ſponſus ſimpliciter, & ex mera liberalitate ſpõſæ donet, licet mr̃imoniũ non ſequatur, mulieris morte ſpõſo non eſt reſtituendũ. l. cũ veterum. C de dona. ante nup. ſi autẽ dubitetur, quõ donauerit ſpõſus, præſumendũ ẽ ꝑ futuro matrimonio, quo non ſequuto, repetitio competit. d. l. cũ ueterum.

e SI quis aldiam. Guiderboram.] Id eſt abſolutum ab oĩ cõditione. & per hoc poſſumus ſcire, ꝙ propriè aldia dĩ illa fœmina, quæ manumiſſa eſt cum aliqua conditione.

f SI quis. Cui voluerit.] Sed nunquid poterit mulier contradicere, ſi eam hoĩ ĩferioris gradus dare uoluerit? Reſp. iure Romano bene põt. l. ſed ea. ff eod. ſecus iu. Longob. ut in t. de prohi. nu. l. ſecunda. in fi. ſed hic, quòd etiam in Longob. quia ideo lex talem poteſtatem patri, aut fratri conceſſit, quia credẽdum, eos paterna vel fraterna charitate filiã, & ſororem tractare, quod & de auo præſumendum eſt, ut ff. de ri. nupt. l. aduenientẽ. quod ſi contrariũ manifeſtè liquet, eſt aliud dicendum: nam ſi pater, cogente neceſſitate, induxit filiam peccare, cogitur ꝑ Epiſcopũ. eam emãcipare. Idẽ in ancilla. C. de epiſ. Idem in patre malè tractante filium. l. fi. ff. ſi quis a par. & maritus, qui filijs ꝑferĩ in ſucceſſione ꝑꝑ mundium illud amittit, ſi uxorem aliam ſuperinducat, cum etiam poſſet pater filium exhæredare, ſi eam in uxorem ducat, quę dedecori ſit patri. l. § emancipatus ff. de bon. poſ. contrata quibus nihil ob. uidetur: nam licet extraneus mund. amittat mundium, ſi inſidietur mulieris animæ, except. tamen patre & fratre. vt inf qual. mund. l. 3. hoc eſt uerum, muliere nolente ſe nubere, ad quod pater, & frater eam inuitam cogere poſſunt. nec mundium amittit: aliàs puto ſic.

1 † & conuenit ut ei tradatur ad uxorẽ.

* l. traditionibus. C. de pact.

2 † ſilannegild. No. ſilannechil, ꝙ eſt remuneratio, vt infra de dona. qua cũ thingatione uel ſannechil ſint.

* C. de donat. ante nup. l. ſi a ſponſo.

* No. quid ſit guiderbora, ꝙ eſt res libera & garathinx, i. legitima.

* Inſti de nupt & infra de prohib. nupt. l. 2. & c. puberes. de deſponſ. impub.

3 † nuno

alteri homini eam ad maritum dandi, ante biennij tempus, & ſi dare cuilibet præſumpſerit, aut ipſa ſponſalia irrumpere voluerit, cõponat ſpõſo ipſius, ſicut inter ſe pœnam [a] firmauerint: qualiter in anterioris edicti continetur pagina: & inſuper in palatio Regis guidrigild ſuũ cõponat, & q eam tollere præſumpſerit, componat ſimiliter in palatio Regis guidrigild ſuum: ſi verò ſine voluntate patris & fratris* eã tollere præſumpſerit, quæ iam alteri eſt deſponſata, componat ſponſo eius duplam metam, ſicut edictum anterius continet, & in palatio Regis componat guidrigild ſuum: pater verò, & frater, qui in tali cauſa non conſenſerint, ſint abſoluti; puella verò ipſa, quæ hoc ſua voluntate facere præſumpſerit, ſi aliqua ei portio ex parentum ſucceſſione [b] debetur, amittat ipſam portionem, & nuda, & vacua de rebus parẽtum ſuorum vadat, & ipſi ſuccedant qui per legẽ ſuccedere poſſunt: nec poſſit [c] ei pater, aut frater per quodlibet ingenium aliquid dare, uel hæreditatem relinquere: quia excreuerit uitium hoc in gentem noſtram propter cupiditatem pecuniæ, & ideo reſecare uolumus hoc, ut ceſſẽt inimicitiæ, & faidas non habeant: ſin autem, quòd abſit, poſt ſponſalia facta tales inter parẽtes ipſius tale exercuerint [1] † inimicitiæ, qualicunque cauſa interueniente, vt homicidiũ de parentibus [2] † eorum perueniat, vnde duritiam inter ſe teneant, ſi dare aut tollere nouerint, componat pars, quæ neglexerit ſicut inter ſe ſtatutum habuerint, & ſint abſoluti: quia nõ eſt bonum, [d] vt ibi quiſpiam debeat dare filiam ſuam, aut ſororem, vel parẽtem ſuam, vbi veſtra inimicitia homicidij eſſe probatur.

TITVLVS II.

De his, q̃ ſine volũtate mundualdi ad maritũ ambulãt.

Rex Rothar LEX I.

SI puella libera, aut vidua ſine voluntate parentum ad maritum ambulauerit liberum tamen; tunc maritus, q eam accepit vxorem, cõponat pro anagrip * ſolid. 20. & propter faidam alios 20 & ſi cõtigerit caſu, eam ante mori, quàm mundium eius faciat, [e] res ipſius mulieris ad eũ reuertant̃, [f] q mundium eius in poteſtate hẽt: nam amplius calumnia præſumptori nõ generatur; & ideo perdat maritus res mulieris; eo q mũdium eius de ea facere neglexerit.

a *Pœnam.*] Non ergo ſunt libera matrimonia ſecundum leges iſtas, ſed aliud per leges Romanas, & canones obtinet. l. Titia. ff. de verborum oblig. c. requiſiuit. extra de ſponſalibus.

b *Succeſſione.*] Quod procedit eo caſu vbi ſoror, vel filia nondũ acquiſiuerãt, hæreditatẽ paternã, ut hic, ibi & ipſi ſuccedant, qui ſuccedere per legẽ poſſent.

c *Nec poſſit.*] Scilicet, ſi nolit, idest nõ habeat neceſſe aliquid ei relinquere, q alias contra eſt, filio legitimo non exiſtẽte, ut infra de eo, q. pater neceſſ. hab. ihl. & c l. j. & ult ſecundum Va. Sed hoc nõ uidetur uerum; quia ſecundum hoc nulla pœna afficeretur, quantum ad patrem filio legitimo exiſtẽte: quia tunc non habet neceſſe filiæ aliquid relinquere, ſed poteſt ei relinquere quartam. l. 4. infra, de eo quod pat. neceſſ. hab. &c.

* Nam ut ſupra ſi de rapt. pater nuſſ. ar.

d *Non eſt bonum.*] A contrario, quod licet pœna ſit præſtita a parte negligentis, cogitur tamen ſponſalia perficere, niſi interceſſiſſent inimicitiæ. quod uidetur cõtra j ſup eod. ſed illa loquitur poſt completum bienniũ, & ſponſa nolebat alij nubere, & pœnam accipendo contenta eſſe, q ſi ſpõſa vellet ſpõſalia proſequi, negligentia ſponſi ſibi lucroſa eſſe non debet: ergo poſt ſponſalia diſſoluta, hic autem loquitur intra biennium, quo caſu nulla partiu volens præſtare pœnã, poſſet ſe a ſponſalibus liberare, niſi ſuperueniſſẽt inimicitiæ, unde erit videndum, qũo obligatio ſponſaliorũ erat, ut ſi pœna eſſet ſoluenda, rato manente pacto, habebit locũ q hic, dr, ut ſuperuenientes inimicitiæ præbeant exceptionẽ a ſponſalibus perficiendis; alioquin ad pœnã præſtandã. & ad ſponſalitia perficienda cogentur. q ſi ita fuerit concepta, ut plerunq, fieri ſolet pars negligens praſtet pœnã tantummodo, non cogetur ad ſponſalia perficienda. arg. de arbi. l. Celſus & ff. de pac. l. reſcriptũ, & de doli exceptio l apud. § Labeo. quibus contrarijs rñdetur a quibuſdam. ſpeciale eſſe in hoc caſu, pp matrimonij fauorem, ut licet concepta ſit ſtipulatio ad vtrum, vtrunque tñ poteſt exigi. Tu dic, legem iſtam loqui, biennio completo, cum ante pœnam exigi non poſſet: nam cum biennij tempus ſit a lege ſtatutum, peteretur plus tempore, ſi ante tempus exigeretur pœna, quæ committitur ex parte negligentis: pars autem non negligens in poteſtate habet exigere pœnam, ſi voluerit, & cogere negligentem ad ſponſalia perficienda, ſecundum tenorem firmatæ tabulæ: verum quia iſto caſu inimicitiæ interuenerunt, pars negligens debet ſola pœna puniri; quia non eſt bonum. & c nec debet pars negligens nolendo ſoluere pœnam, a ſponſalibus liberari, ne eius negligentia ſit ei lucroſa. & pars non negligens electionem habet petendi, qđ uelit arg. l. ſi quis a ſocio. & ſequen ff. pro ſocio. & l. prædia ff. de act. empt. Quid ſi contractus ſpõſaliorum talis ſit, ut actionẽ nõ patiat, ẽt ſi ſtipulatio nõ interueniat? Rñ. Pil. negauit quaſi ex hoc contractu agi non poſſe ad intereſſe: ſed iure Longob contradicẽdũ eſt, q̃a ſñia, quę fit inter liberos, ſtare dẽt, ut inf. de deb. & gua. Et quia certæ ſunt cauſæ quæ excuſant a ſponſalibus pficiendis, ut cæcitas, & ſi ſponſa leproſa fuerit, vel dæmoniaca, ut ſupra eod. l. 3. maximè q̃a hic loqtur de ſuperuenientibus inimicitijs, quibus excuſationibus ceſſantibus, cogi debent. Sed pone pœnã nõ appoſitam, ad quid aget, altera parte ceſſante? Rñ. officio iudicis fiet cautio, capis pignorib⁹; nam ſimili mõ tutor cogitur tutelã adminiſtrare, ut inſti. de ſatiſda. tut § ſubſidiaria. aut cẽſura eccleſiaſtica interueniẽte. Item quid ſi recõciliantur, an cogantur adimplere ſponſalia? Reſp vtique, nam & tutor cogiẽ ad tutelam, reconciliatione facta, & legatum factum irritũ propter inimicitias reintegratur. l. 3. in fine. & l. ſequẽ ff. de adim leg & Inſti de adim. leg § inimicitiæ.

1 † exercuerint. 2 † parentes

e *SI puella. Mundium eius faciat*] Et hoc probatũ fuerit, ſcilicet, ſi obtinere uelit, alioquin poterit maritus ille cũ. 12. iurare, q de cætero dño mũdiũ ipſius feciſſet, &c. ut inf. qualiter quis ſe defendere debet l. 2.

* Ne. anagrip pena ſeu pro ſumptione.

f *Reuertantur.*] Punitur ergo maritus in ſolid. 40. & excluditur a ſucceſſione uxoris pp negligentiã ſuã, qđ eſt cõtra inf. de ſucceſ. ibi maritus habebat mundium, hic autẽ non. Item contra ſup. de rapto. l. 1. & 2. ubi maiorẽ pœnam præſtat, quam hic Solu. ibi mulier fuit ducta inuita; hic autem uolens, ſed an mundualdus tali marito cogitur reddere mũdium, an (ſi denegauerit) ipſum amittat, ut ſupra titu. primo. l. ſi pater filiã? Reſpon. nequaq̃ ibi .n. mundualdus a principio requiſitus fuit, ut conſentiret; hic autem maritus noluit mundualdum requirere, quod ſibi imputatur? nam ſi emphyteuta uoluerit vendere emponemata ſua, debet dominum certiorare, quo emere recuſante, poterit uendere, quod ſi non certiorauerit, non cogitur dominus recipere talem emptorem in poſſeſſionem, l. fi. C. de iure emphy. Item quid ſi maritus fecerit mundium ab alio qui ſe mundualdum dicebat, cum non eſſet, an debeat uxori ſuccedere, cum in eo nulla deprehendatur negli-

Idem. LEX II.

SI quis puellam,[a] aut viduam alteri ſponſatam, illa tamen conſentiente, tulerit vxorem, componat parentibus mulieris, id eſt, patri, uel fratri eius, vel ad quem mundiū pertinuerit pro anagrip. ſolid. 20. & propter faidam alios 20. & mundium eius qualiter ſteterit, faciat,[b] ſpōſo autem, cui ſponſata fuerit, omnia, quæ in meta ſunt dicta, quando eam ſponſauerit, in duplum ei componat ab illo, qui ei de ſponſa ſua turpe fecit, & poſtea ſponſus poſt acceptam duplam compoſitionem ſit ſibi contētus, & amplius ex hac cauſa aduerſus fideiuſſorem calumnia non requiratur.[c]

Idem. LEX III.

SI quis liberam[d] puellam abſque conſilio, vel volūtate parentū duxerit ad uxorem, componat vt ſupra, pro anagrip. ſolid. 20. & propter faidam alios 20. de mundio autem qualiter conuenerit, & lex habeat, faciant: ſic tamen ſi ambo liberi ſunt.[e]

Rex Lutprandus. L. IIII.

SI qs fream alienam ſine volūtate mūdualdi eius, mouere de caſa ubi habitat, præſumpſerit, & alibi adduxerit, componat ille, qui in caput eſt, pro illicita præſumptione ad mūdualdum eius ſoli. 80.[f] & ſi liberi homines cum ipſo fuerint, componat vnuſquiſque per caput ſolid. 20. Serui autem in compoſitione domini[g] ſui computentur: nam ſi forſitan ipſe homo liber eſt, qui ipſam fream de caſa, vbi eſt, tulerit, & ſibi uxorem duxerit, ſic componat, ſicut Rex Rotharis inſtituit in anteriori edicto.

Idem. LEX V.

SI puella ſine uoluntate[h] parentum ad maritū ambulauerit, & ei meta[i] nec promiſſa, nec data fuerit, & contingerit, ut maritus ipſe moriatur, antequàm de ea mundium faciat, contenta ſit ipſa mulier, nec poſſit poſtea metam quęrere ab hęredibus eius, qui defunctus eſt, pro eo quòd negligenter ſine voluntate parentū ſuorū ad maritū ambulauerit; nec ſint, q iuſtitiā eius exqrant.[k]

TITVLVS III.

De his, qui extra patriā per triennium morantur.

Idem. LEX I.

SI quis negotiū peragundum, vel pro qualicunque artificio intra * prouinciam, uel extra ambulauerit, & intra tres annos regreſſus non fuerit, & forſitan infirmitas ei emerſerit, faciat ſcire per iudicē, aut per miſſum ſuum: nam ſi hoc diſtulerit mandare, & filios reliquerit, habeant res ipſius in ſuo iure, & quicunque filij poſt tranſactum cōſtitutum tempus cautiones, uel uenditiones, aut qualeſcunq; obligationes de rebus patris fecerint, ſtabiles permaneant, & debita patris, & ſua perſoluant. Et ſi ipſe poſtea reuerſus fuerit, iubemus ut nec à filiis ſuis recipiatur, nec res ſuas in poteſtate habeat. Quòd ſi filii ipſius ſine notitia, aut iuſſione regis, eum recolligere præſumpſerint, omnes res ipſorū, & patris ſubſtantia ad curtem regis reuoluantur. Et ſi filios non habuerit, ſed fratres, ipſi res eius habeant. Et ſi nec fratres habuerit, habeant proximi parentes. Et ſi nec proximi parentes inuenti fuerint, qui legibus ſuccedere poſſint, poſt prædictos tres annos curtis regia ei ſuccedat. Quòd ſi habuerit uxorē, & intra ſupradictum conſtitu-

---

negligentia? Reſpond. eum, qui in ueritate mundium habet, ad ſucceſſionem admittendum: nam mundium eſt cauſa ſucceſſionis. adeo quod plerunque à mundualdo repelluntur agnati, unde ſi quæſtio ſit inter maritum, qui à non domino mundium fecit, & extraneos rerum mulieris detentatores, fortè ad inſtar eius qui habet publi actionem: talis maritus, licet mundium in ueritate nō habeat, præfertur, non autem ei, qui verè mundium habet: cum Publiciana non detur contra dominum, niſi certis caſibus, & exceptio iuſti dominii ob. publicianæ. Item quid ſi mundualdus contra maritum qui mundium non habet, per 30. annos quæſtionē nō mouit; an ſi poſt dictum tempus mulier ſine liberis moriatur, poſſit hæres exiſtere, & ſucceſſionē petere? Reſpond. nequaquam imputet ſibi, qui per 30. annos ſiluit. Quis ergo ſuccedet? Reſpond. mundualdo, & marito excluſo, ut dixi, agnati admittuntur, quod ſi infra dictum tempus moriatur, & filios habeat, ipſi admittunt, omnibus excluſis.

a *SI quis puellā.*] Contra ſup de rap. mulier. l. deſponſatis vbi debet ſponſa reddi proprio ſpōſo. Solut. ibi mulier deſpōſata rapta fuit: hic raptus non interceſſit, ſed libera uoluntate ad maritum acceſſit. Vel forte hic poſt ſponſalia prima ſoluta; ibi ſecus, qd non credo. nam hic dicit, duplam metam ſponſo præſtandam: ergo non finitis ſponſalibus: quia compoſitio duplæ non deberetur.

b *Faciat.*] Imò iurare debet cum duodecim ſacramentali buc. l. 2. inf. qualiter quis ſe defen. deb. Et hoc ſi res, unde quæſtio eſt, valeat ad minus 20. ſol. vt dicto titu. l. ſi qualiſcunque cauſa. 1. reſpon. ibi ideo iurat cum 12. quia uolebat euitare compoſitionem faidæ, & anagrip. ſed pro ſolo mundio, & eius pretio non ſemper iuratur cū 12. nam multæ ſunt mulieres, quarum ſubſtantia non ualet ſolid. 3. quomodo mundium ualeret ſolid. 10. cum eius ſucceſſio non ualet ultra duos. Præterea dicitur hic, & alibi, mundium qualiter ſteterit, faciet: ergo non eſt certum, & à lege ſtatutum pretium mundij, imo aliud plus, ut in diuite muliere, aliud minus ualet, ut in paupertima, ut inf. eo. l. ſeq.

c *Non requiratur.*] ſ. à ſponſo, cæterorum a fiſco peti poteſt guidrigild. l fin. ſup. de ſponſa.

d *SI quis liberam.*] Hæc lex facit, ut nō ſit certum pretium mundij, ut no. ſup. l. proxi.

e *Liberi ſunt.*] Ergo inter liberum, & ancillam, uel ſeruum, & liberum matrimonium eſſe nō debet.

f *SI quis fream. Solid. 80.*] loquitur in caſu, ubi mulier non erat alibi dicta per raptum, ſed propter raptum animo fornicandi, & fornicatio nō fuerit ſecuta: alioquin teneretur in ſolidos 900. ut ſup. de rapt. l. 1. & 2. quæ ſi ſecuta eſſet, teneretur in ſolid. centum, ut l. j. ſup. de forn.

g *Domini.*] qui eos tulerit. ſimile infra de debi. & guad. l. ſi greges.

h *SI puella ſine voluntate*] Quod ſi cum uoluntate, licet meta nec data, nec permiſſa fuerit, peti poſſet, ut hic pro eo, quod negligenter, &c.

i *Meta.*] pro quarta hic ponitur.

k *Exquirant.*] quod ſi eſſent, peti poſſet, licet nec data, nec permiſſa fuerit. Sed quid ſi ſponſalia celebrata ſunt, & uxor longo tempore cum uiro morata ſit, dubitatur tamen, an meta data, uel promiſſa fuerit, nunquid peti poterit? Reſpond. ſi coram iudice ſponſalia facta fuerint, præſumuntur omnia ſolemniter acta, ut Inſtitu. de fideiuſſ. § fina. & id præſumendum eſt, quod ſæpius contingit, ut ff. de regu. iur. l. ea, quæ ſecus ſi coram idiotis. argumen infra titu ſecundo, l. 2. in fin. ubi debet fieri probatio per ſcripturam, ut in futurum probatur, & cauſam periurii non incurrat,

* *Iniqua lex, qđ quis pſumitur mortuus, q ſtat extra puinciā p triennium, cū de iure quis præſumatur viuus, niſi pbetur mortuus. l. nec nos. C. de poſtl. reu. & l. ſed ſi mors. §. 1. ibi, expectāda eſt, &c. ff. de don. inter vi. & uxo. & Luc. de Pē. i l prim e pes verſ. 75. præſumitur quis minus, &c. de princip. agen. in re. lib. 12 vbi dicit, quod non eſt hac prima beſtialitas fecis Longobarda.*

tum, hoc eſt tres annos, minimè reuerſus fuerit, veniat ipſa mulier ad Regem, [2] † qui in tempore fuerit, & qualiter ei ipſe maritandi licentiã dederit, aut de cauſa ipſius ordinauerit, vel tractauerit, ita facere debeat: nam ſine permiſſione regis non præſumat maritum ducere, & ſi ipſe poſt tres annos inuentus fuerit, poteſtatem habeat rex de eo iudicare, qualiter voluerit.

2 † *ad palatiũ regis.*

TITVLVS IIII.

De his, quæ à viro in mulierem [2] † dantur,[a] uel relinquuntur.[b]

Rex Lutprandus. LEX I.

SI quis Longobardus morgincap.[c] coniugi ſuæ dare uoluerit, quando ſibi eam in coniugio ſociauerit: ita decernimus, ut alia die[d] ante [3] † parentes, & amicos ſuos oſtendat per ſcriptum,[e] à teſtibus roboratum, & dicat, quia ecce, quòd

3 † *uxorem*

3 † *inter*

currat, ſcriptura autem ceſſante, & teſtibus, hæres mariti iuraret metam nec datam, nec promiſſam eſſe, vnde non uidetur præſumptio talis, quæ hæredes mariti remoueret a iureiurando. Quod ſi tempore ſpõſaliorũ promiſſa fuerit meta, & conſtante matrimonio, tradidit, nunquid valet talis donatio? Rñdeo, vt q non, vt inf. de his quæ à vi. in uxo. dan. li. maxime in donationibus inter virũ, & vxorẽ, ut ff. de donationibus inter ui. & uxor. l. j. ſed in caſu iſto ualet. non enĩ ex nouo fit donatio, ſed iã facta confirmatũ. l. ſi donationes. §. fi. ff. de do. inter uir. & vxo. & l. j § ſi quis. ff. de no. ope. nun.

DE HIS QVAE à viro, &c.

a *Dantur*.] ſcilicet, inter uiuos.

b *Relinquuntur*.] ſ. in vltima uoluntate.

c *SI quis Morgincap.*] i. maritalis donatio, ut aliqui dicunt: vel (ut alludamus uocabulo) q quaſi poſt mortẽ capiĩ: quia ſtatim poſt mortẽ debeĩ, ut hic, & eſt donatio, q̃ fit honore primi oſculi, quo ſecuto ẽt in uita mariti eſt uxoris, ut C. de do. ante nup. l. ſi à ſponſo.

d *Alia die*.] i. ſecunda, quæcũque ſequitur poſt diẽ nuptiarũ: nam & ſecundæ nuptię dñr quęcũque ſequuntur primas, vt C. de ſe. nu. per totũ.

e *Per ſcriptum*.] Quidã dixerunt, hãc ſolennitatem ſemper requiri, quæ ſi prætermittatur, inutile eſt, qđ agitur, ut de ſtipulatione dicitur. Item ſicut contractus, qui in ſcriptis debet celebrari, niſi totum mundium ſit completum, & partibus abſolutum, non parit actionem; adeo vt ſi in ſcheda conſcripta ſit (quæ uulgo breuiatura dicitur) inutiliter omnia procedunt. l. contractus. C. de fide inſtru. & C. de ſuffra. Tu dic, quòd non eſt ſolẽnitas, ſed ad probationem requiritur; ut hic, pro hac cauſa periurium non incurrat. Quæritur, an mulier ſit domina, quaſi uiuente marito? Reſpond. vtique; ut hic; dum dicit, ecce quod coniugi meæ morgincap. dedi, cum dare ſit accipientis facere, ut ff de dona. l. in ædibus. § fin. & quia maritus ei aſſignat inſtrumentum quartæ, & per conſequens dominiũ quartæ. argum. l. j C. de do. Sed an maritus per dictam traditionem transfert dominium rerum, quæ tempore traditionis non erant in rerum natura, ſed mortis tempore. ut armenta equorum, greges porcorum, & ſimil. Reſpond. utique: nam in obligatione omnium bonorum etiam ea intelliguntur obligata, quæ tpe obligationis non erant, ut C. quæ res pigno. oblig. poſ. l fin. Item an cogatur mulier creditoribus mariti proportionaliter reſpõdere? Reſp. utique, ſi hæreditas onerata erat ęre alieno tempore traditionis: nam is, cui reſtituitur hæreditas. uel eius portio per Treb. ſena. con. cum ſuo onere, tranſit, uel cogatur creditoribus reſpondere, & contra debitores habeat actiones, ut Inſti. de fideicommiſ. hæred. § reſtituta. Et eſt ratio, quia onus ęris alieni hæreditatem onerat, ut ff. de iudic. l fideicommiſſum. §. tractatum ideo tranſit cum commodo, & onere. Præterea iure Longobard. ſi cui donatio uniuerſitatis facta ſit, creditoribus ſoluere debet, & a debitoribus exigere debita, ut infra, de dona. quæ cum thin. l. Iuli. quòd

coniugi meæ morgicap. dedi, ut in futuro pro hac cauſa periurium non incurrat: tamen ipſum morgicap. noluimus, ut non ſit amplius, niſi quarta pars de eius ſubſtantia, qui ipſum morgicap. dedit, [4] † quid minus dare uoluerit, de rebus, quàm quarta pars ſit, habeat in omnibus licentiam dandi, quantum uoluerit: nam ſuper ipſam quartam partem dare nullatenus poſſet.

Idem. LEX II.

SI quis coniugi ſuæ metã* dare uoluerit, ita nobis iuſtũ eſſe comparuit, ut ille, qui eſt iudex * dare debeat, ſi uoluerit, ſol. 400. amplius nõ minus quomodo placuerit: reliqui nobiles homines debeant dare ſolid. 300 amplius non: & ſi quicunque alter homo minus dare uoluerit, det, quomodo conuenit; & ipſa [5] † ſub æſtimatione fiat, data & appretiata ut nullo tẽpore exinde intẽtiones, aut cauſationes procedant.

iure Roma. non procedit, ut C. de don. l. cum res. ſicut nec emptor hæreditatis. l. ſecunda. C. de hær. vel actio. uend. creditores itaque non poterunt uxorem conuenire, ſed maritus, qui ſe obligauit; poſt mortem autem mariti mulier quartam bonorum habens debitores conueniet, & fortè à creditoribus conuenietur. Si autem poſt quartam datã maritus creditores ſortietur, ſe ſolum onerat. Itẽ ſi maritus hẽns c. in bonis uelit uxori quartam cõſtituere, & promittat l. utrũ talis promiſſio excedens quartã teneat? Reſpon. vtique: quia iſta quarta de futuris etiam bonis cõſtituitur propter futurorũ ſpẽ: maxime ſi iudex ſit, uel talis pſona de qua ſpes ſit, ut in futurũ bona acquirat: de quibus nõ minus vxori, quàm id, quod quartam ſuperat accedit: tutius tamen erit, ſi quis uelit ultra pmittere, ut promittat pro meta, & mephio. arg. ff. de contrahen. emp. nec emptio, & de actio. emp. l. ſi factũ. nam & propter fructuum incertitudinem promiſſio conceditur, quæ aliàs non concederetur. l. ſi ea lege. C. de uſuris. Item an uxor, uiuẽte marito, poſſit petere quartã, ſi maritus ad inopiã urgeat? Reſp. utique, l. ubi. C. de iure dot. Itẽ ſi maritus prędia emat, & facta traditione, ante pretium ſolutũ decedat, utrum mulier dẽat proportionaliter conferre ad pretij ſolutionem? utique: nã ſi haberet quartam ſine onere, onus non eam, ſed mariti hæredes oneraret; & ipſa ultra quartam haberet, & ſolum emolumentum ſentiret, quia illa dicũtur bona, quæ ſuperſunt, ęre alieno deducto. l. ſubſignatum. §. primo, & l. propriè. ff. de uerborum ſignifica. hæc non eſt bona ratio; quia non poſſet dici in debitis contractis poſt traditionem quartæ. Vnde poteſt alia ratio aſſignari, ſi res fuerit uendita, & tradita, pretio non ſoluto, cum dominium non ſit quęſitum marito emptori, niſi fuerit ei fides habita de pretio; ergo nec uxori quartæ. l. procuratoris. §. ſed & ſi. ff. de tribu. & Inſtitut. de rerum diuiſione. §. uenditæ. Nec obſtat, quod dicit Azo, quod in dubio præſumitur habita fides de pretio; quia fortè uenditor credit, ut ſtatim ſibi pecunia ſolueretur, & emptor ſecum portauit rem, inuito uenditore, ut ff. de pigno. actio. l. ſi quaſi. & nota. in ſumma de rerum diuiſione. §. acquiritur. Vel ſi dicas, dominium eſſe translatum: dico, quod ſi uenditor agat contra hæredes emptoris & illi excipiunt, rem eſſe traditam, poteſt uenditor replicare de pretio non ſoluto, ut ff. de exceptio. rei iudica. l. j §. fina. cum ergo hæres mariti emptoris non habeat irreuocabiliter dominium rei emptæ pretio non ſoluto, nec uxor quartam. l. nemo plus iuris. & l. aliud. §. fina. ff. de regulis iuris. contra hoc tamen facit, quod perſonalis obligatio fundum non ſequitur, ut ff. ad Trebellia. l. prima. §. ſi hæres. Quid ſi pater habuerit filios ex primo matrimonio, deinde ad ſecundas nuptias conuolauerit? nunquid poterit omnium bonorum ſuorum, ſecundæ uxori conſtituere quartam? Reſpond. poteſt: quia pater perſeuerat in dominio bonorum, niſi ſit filijs obligatus de hæreditate

4 † *facit*

* *Per hanc corrigi uidetur l. fin. C. ſi quis alt. teſt. prohib. q no. pro conſue. Franciæ, ut §. 1. de conſue. matre.*

* *No. iudices plus dare poſſe uxoribus, q nobiles, quia de iure cõi donatio facta uxori per iudicẽ valet. l. 1. ff. ad leg. Iul. repetun. quàm nobiles pl' diligant uxores. l. ſi uxor. §. 1. ff. de adu.*

5 † *metal.*

reditate cum eis diuidenda, vt in quibuſdam regionibus mos eſt. Iure autem Roman mulier his nubens non poterat ſecundo viro magis in dotem dare, niſi quantũ vni ex filijs prioris matrimonij reliquerit. Idem contra ex parte patris. l. hac edictali. §. primo. C. de ſecund. nup. Verum iure Longobar. (quia ſuper his nil cautum reperitur) dico, vt poſſit dare morgincap. ſecundæ vxori de tota ſubſtãtia ſua, ſicut filios ſecundæ vxoris bene ſib. ſeruientes, mortua matre, poteſt meliorare in parte totius ſubſtantiæ pro numero filiorum, ut infra de eo, quod pater fil. uel filiab. habeat, l. quarta. Item cum inſtrumentum morgincap, quod maritus tradit uxori, contineat quartã præſentium, & futurorum, certe pro tribus partibus acquirit ſibi, & pro quarta uxori, ergo æquiparatur ſeruo, qui ꝓ dominicis partibus acquirit, quod uidetur abſurdum, cum de iure quis ſibi, & non alteri acquirat? Reſpon. maritus nõ acquirit uxori, ſed ſibi, ſed illico deſinit dominium, & tranſit in uxorẽ, ut ſi teſtator tibi legauerit rem ſuam, & uoluit, ut eam Titio reſtituas, tibi dominium acquiritur, & ſtatim te deſerit, & tranſit in fideicommiſſarium, l. 1. C. communia de lega. & fideicommiſſarius habet actionem in rem ex fideicommiſſo, ut tibi, quia cum maritus emit, uel alio titulo habuit, & res eſt ſibi tradita, dominium per traditionem acquiritur, ſed illico eũ deſerit, & trãsfertur in uxorẽ ex traditione, q̃ ei fecit alia die nuptiarũ. Cum. n. uxor habeat quartã in ſubſtãtia mariti, neceſſe eſt, ut dominium prius fiat uiri, deinde tranſeat in uxorẽ.

* *Morgin. cap. nõ plꝰ quarta ſubſtantia mariti eſſe poteſt & dicitur morgincap. a murgin. id eſt, mane.*

Idem. LEX III.

NVlli [a] ſit licentia coniugi ſuæ de rebus ſuis [b] dare amplius per qualecunque ingenium, niſi quod ei in uotorum in mephio, & morgincap dederit, ſecundũ anterius edictum, & quod ſuper dederit, non ſit ſtabile.

Rex Aſtulphus.

LEX IIII.

SI qs Longobardus decedens uoluerit uxori ſuæ uſumfructum de reb' ſuis iudicare, & filios, & filias ex ea reliquerit, nõ amplius ei per uſum fructum [c] iudicare poſſit, dum medium de ſua ſubſtantia, ſuper illud, quod ei in morgincap, * & in meta, ſecundum legem data fuerit. Et ſi filios, aut filias ex alia uxore reliquerit, unum aut duos, poſſit uxori ſuæ tertiã partem ad uſumfructum relinquere, & ſi fuerint tres, quartam portionem: ſi fuerunt plures, per hunc numerum cõputentur, & morgincap, & metam, quæ ei data eſt legibus, habeat in antea. Si quidem nupſerit, [d] poſtea autẽ mortua fuerit, uſuſfructus integer ad hæredes reuertatur: [e] de meta uerò, & morgincap fiat ſecundum anterius edictum.

a N*Vlli.*] Loquitur de ſimplicibus dona quæ prohibitæ ſunt inter uirum, & uxorem ne mutuis amplexibus ſeſe ſpoliarent, & ne uenalis eſſet dilectio inter eos. l. 1. & 3. de don. inter uirum, & uxorem, ſed morgincap. & mephiũ nõ ſimplices donationes sũt, ſed cũ matrimonio fiũt, Quæritur, ſi uir die uotorum metam non dedit, nec promiſit, an in tpe poſſit eum dare. uel teſtã relinquere? Reſpon. dare põt, non autem teſtã relinquere, cum hic fiat mentio datorũ, non relictorum, & facit, quia maritus, ante, & poſt matrimonium põt dona. p p nup. in uxorem conferre. §. eſt & aliud, inſt. de don. & l. ſi conſtante. C. de don. ante nup. nec iſta l. prohibet, cum loquatur, qñ maritus ſemel dederat, ideo non poteſt iterum dare, unde ſi maritus aſcẽdentes, uel deſcendentes non habeat, quos exhæredare nõ licet, ut inf. de ſuc. l. nulli liceat. §. item. & inſt. de inoffic. teſta. §. non aũt. licet frater ſit in tranſuerſali, põt uxorem hæredem inſtituere, & ecõtra. ut ff. ad legem Falcidiam. l. maritus. & concor. iuri Roma. ut C. ſi quis ali. teſta. prohi. l. fin.

b *De rebus ſuis.*] Scilicet, ut proprietatem transferat in ipſam coniugem; nam uſumfructum poteſt ei relinquere, ut infra. l. ſequen. Vel lex iſta loquitur. ut de rebus ſuis non poſſit dare inter uiuos; illa in ultima uoluntate. & hoc probatur ex hac rubrica. quæ dicit dantur, uel relinquũtur.

c S*I quis uſumfructum.*] Hic no. argu. ſecundum quoſdã, maritum uſumfruct. tantum poſſe relinquere uxori. Sed loquitur in caſu, quo maritus habeat filios. Quærit. ſi maritus medietatem uſusfru. uxori reliquerit, nec dicat bonorum meorum, utrum præter quartam habebit medietatem uſufr. an ea computata? Reſpon. præter quartã. ut legatũ teneat, alias deterioriam, quia relinqueret domino, quod ſuum eſt.

d *Nupſerit.*] Id eſt, ad ſecunda uota conuolauerit.

e *Reuertatur.*] Hoc uerum, ſi ſimpliciter relictus ſit, cæterum ſi ſub certo tẽpore, quia tunc etiam conuolando ad ſecunda uota, uſumfruc. non amittit irrecuperabiliter, quia temporis præfinitio inducit repetitionẽ quatenus amiſſus eſt, ut ff. qui. mo. uſusf. ami. l. 3. in princ. Et hoc caſu uxor nõ conuenietur a creditoribus, quia non eſt hæres, nec loco hæredis. Sed nunquid iſto caſu uxor conueniſſet debitores hæreditarios? Otto Papien. cuius auditor extiti per multos ann. dixit utique ad inſtar creditoris, qui actiones habet obligatas, l. grege. §. ſed poteſt. ff. de pig. & l. nomẽ. ff. quæ res pig. obl. poſ. Ego tamen contrarium ſentio, ꝙ uxor cõueniet hæredes actione ex teſtamento, ut ipſi cõueniant debitores à qbus exacta pecunia tribuãt ea uxori, qua finito uſufruc. ipſa debet hæredibus reſtituere.

TITVLVS V.

Vt filij lege patris uiuant.

Rex Luitprandus.

LEX PRIMA

SI Longobardus uxorem habens, filios, aut filias procreauerit, & poſtea inſpiratione Dei compulſus clericus effectus fuerit, tunc filij, aut filiæ, qui ante [f] eius cõuerſionem nati fuerint, ipſa lege uiuant, qua lege ille uiuebat, quando eos genuit, & cauſam ſuam per legem ipſam finire debeat.

VT FILII LEGE PATRIS, &c.

f S*I Longobardus. Ante.*] Ergo ſi poſt cõuerſionem nati uiuãt eadem lege. qua & clerici, ſic & iure Ro. nã oĩs ordo eccleſiarũ ſm ius Ro. uiuit. l. 2. C. de epiſc. & clericorum tñ iure Ro. ſic pr̃ adeptus eſt dignitatem, filijs antea natis prodeſt illa dignitas, ut ff. de pœnis. l. moris. §. parẽtes. uerſic. ſed utrum. & ff. de decur. l. 2. §. in filijs. Quid de filijs naturalibus, quorũ mrẽm poſt eorum natiuitatem ſibi matrimoniauit? Reſp. hi quidẽ legitimi ſunt, & dotalib. inſtrũs compoſitis in poteſtate patris erunt, ut inſti. de nup. §. fin. ideoque credo eos lege patris uiuere. Quid de his, qui naturales remanſerunt? Rñ idem, ſi ex unica concubina nati ſint, & in domo: quia concubinatus per legem nomen aſſumpſit, ut ff. de concu. l. in concubinato. et quo ad ſucceſſionem. & alimenta. auth. ſi quis. C. de na. lib. quo uero ad patriam poteſtatem, dignitatẽ, & agnationẽ, nõ hñt prẽm nec eius ſequuntur domicilium. quia agnatio eſt nomen iuris, ut inſt. de legi. agna. tu. §. fi. nec ſequuntur municipiũ patris. ut ff. ad mu. l. 1. nec dñt ei reuerentiam, ut ff. de in ius uo. l. quique. §. fi. & l. ſeq. ſuccedit tñ pater filio naturali, quia fratres legitimi ſuccedũt fratri naturali, ut inf. de ſuc. l. ſi fuerint. 2. & quia filia naturalis eſt in mũdio prĩs, ut filij naturales, non tñ illiciti, ſed ex ea nati, quam pater poſſet hr̃e uxorem, lege patris uiuant. Quid ſi quis genuit filiũ ex muliere Long deinde francus factus eſt, ut l. francorum uiuat, & filium ſuſcepit ex ea. uel ex ſecundo matrimonio, quis præfert in ſucceſſione? Rñ. quia ſucceſſores ea lege uiuere dñt, qua uiuebat is, cui ſuccedit, dicimus filiũ primogenitũ admittẽdũ in totũ ſm frãcorum cõſuetudinẽ ut J. quali diuer. le. ho. l. j. Quid ſi Lõg. legitimã hẽat uxorẽ, poſtea clericus factus genuit filiũ ex uxore, qua lege uiuet talis filius? Rñ. ſi uxor cõſenſit, q a presbyteratus ſuſceptio hẽt uotũ annexũ, mr̃monĩũ, quãtũ ad eius exercitiũ, & ſeruitutẽ, ſolutũ eſt, licet eius uinculũ nõ ſit ſolutũ. filius ille illicitus eſt, & eo iure uiuit, quo tota ciuitas: Qđ dicimus de

omni-

omnibus illicitis, q non viuant lege patris, vel matris, nec lege, qua ciuitas viuit, illi nec filij ſunt nominandi, nec alendi à parente, auth ex cõplexu. C. de ince. nu. Quid de adoptiuo? Reſpõ. quia adoptio tantum ius ſucceſſionis ab inteſtato præbet, quantum ad adoptiuum patrẽ & omnia iura patris naturalis remanent integra l. fi. C. de ado. viuet lege, qua naturalis viuebat pater, in ſucc. patris adoptiui, & quemadmodũ pater, qui eum adoptauit. Quid de arrogato? Rñ. licet tranſeat in poteſtatem arrogatoris, & in eius familiam, ſecundum ius ciuile, quia tamen non corrumpit naturale, viuet lege, qua & pr naturalis, vt inſti. de leg. agn. tu. § fi.

INFRA QVOD tempus, &c.

a NVlli. *Ante anni ſpatium.* Cõtra inf. eo. l. pen. & fi. Sol. infra triginta dies matrimonij contractus non valet, cum contrahenti imponatur pœna tripli, vt d. l. pe. poſt autem valet, ſed infra anni ſpatium punitur nimia feſtinatio, vt & iure Ro. qui viduam ducit infra tẽpus luctus, vterque infamatur, vt ff. ex quib. cauſa in fa. irro. l. 1. & l. liberorum. quo caſu matrimonium valet, ſed feſtinatio nimia facit infamem.

b QVi viduã. *Primos 30. dies*] Ergo ſi poſt triginta dies non punitur. ſed do. Va. annuit contrarium ſenſum legis, volens concordare has leges legib. Roman.

1† Lotharius.

VT MVLIERES lege, &c.

c SI Romanus. *Fecerit.*] id eſt eam à mundo liberauerit, non vt ipſe mundiũ habeat.

d *Effecta.*] viuit enim iure Rom ex quo vxor eſſe cepit. nam ex eo tempore ſortitur forum mariti. l. cum quædam. ff. de iuriſ. om. iu. & l. Im-

2† raptu.

TITVLVS VI.

Infra quod tempus permiſſum eſt viduis, velum, vel maritum accipere.

Rex Lutprandus.

LEX I.

NVlli ſit licentia quamlibet mulierem, etiam mundium eius habenti in poteſtate, poſt mortẽ mariti, ante anni ſpatium[a] velare aut monaſtico habitu induere, & ſi ipſa ſua volũtate ante anni ſpatiũ hoc facere diſpoſuerit, veniat ipſa ad palatiũ Regis, & dicat clemẽtiæ eius volũtatẽ ſuã, & interrogata, vel inq ſita diligenter à Rege permiſſu eius accipiat religionis velamẽ. ſi verò ante anni ſpatiũ ſine permiſſione legis hoc facere præſumpſerit, cõponat Regi guidrigild ſuũ: mundiũ verò mulieris, vel res ꝓpriæ eius ſint in poteſtate palatij, quia qui hoc ante anni ſpatiũ facere quærit, pro lucro pecuniæ, vel ſeculi huius cupiditate hoc facere quærit, & nõ ob amorẽ Dei, aut animã eius ſaluandam: quia poſt mortẽ viri ſui, dũ dolor recens eſt, in qualem partem voluerit, animũ eius inclinare poteſt: nam cum in ſe reuertitur, & carnis delectatio ei obuenerit quod eſt peius, in adulterium cadit, nec monacha eſſe iuenitur, nec laica eſſe poterit, & ſi aliter quicunq; homo in cuius mundio nõ eſt, hoc facere præſumpſerit, cõpo. guidrigild ſuum in ſacro palatio, & ipſa cum reb. ſuis ſit in poteſtate mũdualdi ſui.

Imperator Carolus. 1†

LEX II.

DE fœminis, quas, defunctis viris, lex Longob. ꝓhibet ante anni ſpatiũ veſtẽ religionis mutare, velũque ſuſcipere petũt nr̃am licentiã, vt mox dũ diuina pietas Dei inſpirauit eas indemnes licere ſuſcipere: nos aũt conſiderantes. quia præterito tp̃e ꝓ ipſo dilatione, multæ ẽt captæ 2 † intra idẽ ſpatium ad aliã partẽ diſtractæ fuerunt, ideo petitionem earum (quam cenſemus eſſe iuſtam) ſuſcepimus, & eis fieri ita concedimus.

Imperator Lodoicus.

LEX III.

QVi viduã intra primos triginta dies[b] viduitatis ſuæ, ſciẽs vel inuitam, vel volentẽ ſibi copulauerit, bãnum noſtrũ ſcilicet 40. ſol. in triplum cõponat, & ſi inuitam eam duxerit vxorem, legem ſuam ei compo illam verò vlterius non attingat.

Imperator Lotharius. 3 †

3† Carolus.

LEX IIII.

DE fœminis, quæ viros amittũt, placet nobis, ne ſe. ſicut hacten⁹, indiſcretè velent, ſed vt per 30. dies poſt deceſſum viri ſui expectẽt, et poſt 30. dies ꝑ cõſiliũ Epiſcopi ſui, vel ſi Epiſcopus abſens fuerit, cũ cõſilio aliorũ ſuorum ſacerdotũ, ſuorũque parentũ, atque amicorũ id, qđ, gerere debent eligãt.

TITVLVS VII.

Vt mulieres lege mariti viuant.

Rex Lutprandus.

LEX PRIMA.

SI Romanus homo mulierem Longobardã tulerit, & mũdiũ ex ea fecerit, [c] & poſt eius deceſſum ad alium maritum ambulauerit, ſine voluntate hr̃dum prioris mariti faida, & anagri nõ requiratur: quia poſtquam marito Romano ſe copulauerit, & ipſe ex ea mundiũ fecerit, Romana effecta[d] eſt, & filij, qui de eo matrimonio naſcuntur, ſm̃ legem patris Romani ſint, 4 † & ideo faidã, & anagri minimè cõponere[e] dẽt, qui eam poſteà tulit: ſicut nec de alia Romana.

4† ſunt.

Imperator Lotharius.

LEX II.

VT mulieres[f] Romanæ, q̃ viros habuerũt Longobardos, eis defunctis, à lege viri ſui ſint abſolutæ, & ad ſuam reuertantur legem, & hoc ſtatuimus, vt ſimili

peratores. ff. ad mu. illuſtratur enim dignitate mariti. vt C. de dig lib. 12. mulieres. & ff. de ſe. l. fœminæ.

e *Minimè cõponere.*] ſicut nec de alia Romana. Quid ergo, ſi maritus Roman. mũdium non fecit? Rñ. ſub mũdio remanet, nec erat præiudiciũ mundualdo, vt mundium ſuum amittat; nunquid ergo præſtabit faidam, & anagrio? Rñ. damnabit ſecundum legem illius, cuius negligentiam cõmiſit, ut inf. qua. di. l. ho. l. 2. quia uidetur iniuriã mundualdo feciſſe: aut (& melius) pœnam non præſtabit: quia ſuo iure ſe tuebatur: ius enim Ro. iſto caſu nullã ſtatuit pœnam, ſed tunc debet eam præſtare, ſi utroque iure delinquit: nam clericus ſi ſub ſeculari iudice conueniatur, utetur ſuo priuilegio. auth. clericus. C. de Epiſcop. & cle. prædicta namq; mulier, licet de patria ſit Romana, de rebus tamen ſui patrimonij uiuet iure Longo. ſm̃ l. eius, cui ſucceſſit, ut infr. qua. di. le hod l. 1. nam & iure Ro. filiusfa. miles de peculio caſtrenſi uiuit, tamquam paterfa. § fi. inſt. de mil. teſta & ff. de caſt. pe. l. miles. in peculio autem profectitio & aduentitio alio iure uiuit: nã in aduentitio patri quærit uſumfru ſibi proprietatem in profectitio omnia pr̃i, ut inſti. per quas perſo. no. acq. § 1 & C. de bo. quæ lib. l. penul. & fin.

f VT *mulieres.*] ab ſolutè ergo ſoluitur a mundio, ſed nunquid idẽ in Longobarda, ut ſup. eod. l. 1. quæ ſecundum legem illã debet ſub mundio reuerti? Reſpond. Romana ſub mundio non eſt, ſed matrimonium facit eam ſub mũdio, quo ſoluto, ſoluitur mundium, ut de arrogato dicitur, qui ante arrogationem ſui iuris eſt, poſtea ſub poteſtate. §. cum autẽ. Inſti. de ado. nam eadem

modo ſeruetur in cæterarū natione mulierum.

TITVLVS VIII.

De prohibitis nuptijs.

Rex Rothar. LEX I.

NVlli liceat nouercam ſuā, i.matrinā,[1] † quę fuit vxor pr̄is, neq; priuignā, i.filiaſtram, neq; cognatam, quæ fuit vxor fratris ducere vxorē, & ſi ipſa conſenſerit, vir, qui eā duxerit vxorē, cō ponat ꝓ culpa ī curte Regis ſol.centū,[a] & mox ſeparetur ab ea, diſtrictus[2] † à Rege. Et ipſa mulier hēat medium de oī re ſua, & mediū amittat, & curtis regia ſuſcipiat, eo ꝙ cōtra mandatum Regis [3] † cōſenſerit celebrare nuptias & pęnā ſuſtineat, & mox, vt dictum eſt, ſeparentur.

Rex Lutprandus. LEX II.

SI quis[b] puellam ante annos duodecim ſpōſauerit, aut tulerit, tunc ille, qui eam tulerit, aut ſpōſauerit,[c] componat, ſicut edictū de raptu continet, id eſt nonningētos ſolidos, medietatē Regi, & medietatem eidem infantulæ, & ipſa reuertatur in caſā, & in pecuniam ſuam, & ſit quieta vſque ad iuſtum tempus: poſtea autem eligat ſibi virum, & nubat, cui voluerit. Si autē mundualdus eius conſentiens fuerit, aut tradiderit[d] ante duodecim ann. componat ī ſacro palatio ſolid. trecentos, & mundium eius amittatur, & ſit ipſa cū rebus ſuis in mundio palatij: pater verò, aut frater ptātem habeant cui: aut in qualitate voluerit ad dandum, aut ſponſandū filiam ſuā, aut ſororem ſuam: q̄a non eſt credibile,[e] ut pater* filiā ſuam, aut frater ſororē ſuā doloſo animo, aut contra rationem cuiquam homini dare debeat.

Idem. LEX III.

DE his,[f] q̄ de illicito matrimonio nati ſunt, uel naſcūtur, id eſt, de matrina, aut filiaſtra, uel cognata, quę fuit uxor fratris, aut ſoror uxoris: q̄a canones ſic habēt de duabus ſororibꝰ, ſicut de duobus fratribꝰ: & q̄ de tali m̄rimonio[g] natus fuerit, h̄rs legitimus patri ſuo nō ſit: ſed ipsā rē habeant parētes ꝓximi, & ſi parētes ꝓpinqui nō fuerit, ſuccedat curtis Regia.

Idem. LEX IIII.

HOc autē Deo adiuuante ſtatuere præuidimꝰ, ut à modo nullus præſumat relictam de conſobrino, aut ſobrino[h] ſuo uxore * du-

dem eſt cauſa obligandi, & ſoluendi in contrarium adducta. l. nihil tam.ff.de reg.iur. uerum cum Romanus Longobardam accipit, quia diſſoluta morte, vel emancipatione poteſtas perijt, & ſui iuris efficitur, mundiu ex ea faciens, vt quia emit, ſi perijt, licet morte ſoluatur matrimonium, quis reſuſcitabit? certè nemo, cum iā ſublata ſit obligatio. Idē dr̄ de adoptiuo, qui tranſibat in ptātem patris adoptantis, ut inſt.de ado §. ſed hodie.& C.de ado. l. ſi. quæ patria ptās emācipatione tollebatur, vel morte, nec redibat in ptātem patris naturalis, l. qui liberatus.ff. de ado.& inſti. de ſu.cogn. §. liberi quoq; & hæc procedunt in muliere Longobarda, quæ accepit Francū in uirum, vt ſoluto mat. non redeat ſub mundio mūdualdi, ſicut nec Romana effecta, vt ſup. not. Si igitur mulier franca, uel Romana effecta per matrimonium Longo moriatur, quis ei ſuccedit? Rñ mulier, quæ pp matrimonium legē mutat de pſona ſua, & uiuit lege mariti: cæterum ſi feudum teneat, quia ne iure Francorū uiuere debet, vt no. ſup. l. 2 vt fil.leg.pa. vi

DE PROHIBITIS nuptijs.

a NVlli sol. centum.] Quidā dicunt legem hanc corrigi per inferiores pœnam maiorem irrogantes, ſed illæ nō pertinent ad ea quibus ſpecialis pœna hic impoſita eſt, vt in doli clauſula, quæ non pertinet ad ea, de quibus ſpecialiter eſt cautum. l. doli.ff. de verb.oblig. l cohęredi. §. qui patrem ff. de vulga.& pu l alimentā. §. Baſilicæ ff de ali. & cib. leg. cum ſi. puto tamen, ut corrigatur.

b SI quis.] ſ liber, cum de ſeruo ſpecialiter cautum ſit.inf. tit.1. Item ꝙ ſi maior: nam l. aduenieńte. inf eo loquitur, qn̄ mulier maioris ætatis copulat ſibi puerum, hic econtra, dum dicit, ſicut edictum, &c. in quo continetur, ſi vir mulieri uiolentiam fecerit, ſpecialiter fratri, & patri permittitur, ergo alijs dicitur prohibitum, ar l. cum prætor.ff. de iudi.& de minore loquitur. l. illud. inf.eo. vbi duo inconueniētia ſunt, qn̄ ſociantur diſſimiles ætatis perſonæ, ſ maior fœmina, & puer paruulus, uel econtra. vbi autem minor minorem deſponſat, non timetur animarum ruina: quia ibi matrimonium inter minores prohibetur, non ſponſalia. quod probatur. inf.eo l. ſi. ibi, ſiue in ætatem legitimam: nec ob. ꝙ ea lege dr̄, ibi, quali ætate uoluerint. quia; corrigitur, uel (ut alij) non corrigitur, ſed excepto patre, vel fratre, intelligitur, ut no. inf. eo. l. illud, ſi autem dicere uolueris, ꝙ etiam inter minores ſponſalia prohibeantur, & quod de minoribus loquatur lex iſta, dicas, ꝙ minor doli capax omne delictum poteſt committere, præter adulterium]. l. ſi minor. ff. de adul. & inſt. qui mo. tu. fin. ubi poſſunt minores propter delictum deportari, & in ſeruitutem redigi. Item ſponſalia puniuntur: ergo ſunt prohibita, quia quod licitum eſt, nullam pœnam meretur. l. Grachus. C. de adul.& ff. de ni. act priu. l. nec en m. ſed reſpon. poteſt, q̄a multa ꝓhibentur fieri, tn̄ facta nō reſcinduntur, ut ſup. de ea, quæ ſi uo. l. 1. ut in ff. de ſententia dr̄ in l. 1. §. biduum. ff. quando app ſit & l. relegatorum. §. ad tempus ff. de interdi. & releg.

c Aut ſponſauerit.] quidam dicunt, ꝙ ad hoc, ut pœna imponatur, utrunque debet interuenire, deſponſatio ſcilicet, & aſportatio, & tunc ſtat, aut pro, &c: ut C. de uerbo. ſignifica. l. pen. & pro eis facit litera ſeq. ibi, ipſa reuertatur, &c. Alij, ꝙ ſufficit alterutrū interuenire, ut hic, non alterando coniunctionem, ut ſup. de rapt. & ff. de leg. 1. l. ſi ex toto. §. primo.

d Tradiderit.) Contra ſup. de illic. cōſil. Sol hic non tantum conſilium dedit ſed etiam cōſenſit, & tradidit: & ideo magis punitur. Item cōtra inf. eo. l. illud præterea. non enim licet patri, uel fratri intra ætatem filiam uel ſororem marito ſociare, licet ſponſare eā poſſit. Vel aliter, non licet mūdualdo ſpōſare minorem maiori, ſed tantum in ætate cōſimili: quod eſt melius, cum pater, & frater hæc omnia facere poſſint.

e Non eſt credibile.] No. præſumptionem induci hominis, ſcilicet, non legis, ut ſuprà de rapt. l. ſi quis rapuerit. ff. de ritu nup l. pen. §. de uno. inſt. de adop. §. ſi uerò pater. in fi. capit enim pater conſilium pro filijs, ut ff. de adult l. nec in ea. cir. fin & torquentur magis in liberos, quam in ſemetipſos. l. iſti quidem. in fine. ff. quod metus cauſa. ſed arg. contra C. ubi pu. edu. deb. l ſi. & de excu. tu. l. humanitatis. Sed quid ſi pater conuincatur, quod filium male tractauerit. ff ſi quis à pa fue ma l. ſi. C. de epi. aud. l. ſi lenones: iſti præſumptioni non ſtatur: contingit aliquando, ut ſit pater ſuſpectæ uitæ, ut ff de procu. filiusfamil. ſed ſtatur, donec contrarium probetur, ſecus ſi eſſet præſumptio legis. l ſi. C. ad Maced.

f DE his.] quia ſicut prohibetur quis ducere ſorores uxoris, ac fratriſſa duci ab alio fratre.

g De tali matrimonio.] i. de prædicto uel de ſimili, ut ſic lex illa prohibeat ſupradicta, & ſimilia Nec eſt contrarium, alias legitimi naturales poſſunt ſuccedere, quia illud eſt intelligendum de naturalibus filijs, qui ex concubina, & indubitato affectu nati ſunt: hic autem de naturalibus, qui ex inceſto coitu nati ſunt.

h HOc autem. Sobrino.] qui ſint ſobrini. inſti. de gra. cogn. §. ſexto gradu. & quis ſit propior ſobrinus habeatur. C. unde legiti. l. 2.

1 † matrineam.

2 † conſtrictus.

3 † Dei.

* Not. quod pietas paterni nominis plerunque conſilium pro liberis capit. l. hac, in ea. l. ff. de adul.

* Not. matrimonium eſſe inter cōſobrinos, & vxorē eorum prohibitum. at de in. ci. eſt permiſſū. l. celebrandis inter cōſobrinos. C. de nup. glo. vlt. ibi, ſolms dicens, ius ciuile procedere iure fori, ſed nō iure poli. vt 25 q 1. c. cum igitur. vnde hac lex procedit iure poli.

a *Amittat.*] ſ. ipſo iure, & incontinenti, vel (vt alij) amittit, quo ad proprietatem, non quo ad adminiſtrationem, quā cum moritur amittit: & ideo dicit, illiciti filij excludantur à ſucceſſione, & habeant eam propinqui parentes.

b *De tali.*] i. ſupradicto, vel ſimili.

bo. poſ. cenſendi ſunt. Sed vbi opponitur error iuris, vſucapionem non parit. §. error. inſtitut. de vſucapio. Sed ibi de vſucapione triennij, vel longi tp̄is: hic de præſcriptione triginta annorum. Et ex hoc tex. notari poteſt in poſſeſſione 30. annorum titulum non eſſe neceſſarium, ſed poteſt hoc ideo eſſe, quia parentes legitimi int. hoc tempus non adierūt hæreditatem.

c ITem hoc. *Spirituales.*] i. omnes filij intelligūtur ſpirituales germani, cum eo, vel cum ea, quæ à ſacro fonte à patre ſuſcepta eſt: & hoc, ſiue antea nati ſint, ſiue poſtea, & dictorum patrum filij, vel filiæ contrahere poſſunt matrimonium inter ſe præter quam cum illis, qui de fonte ſunt ſuſcepti.

d DE his. *Ante hoc tempus.*] ſ. huius conſtōnis. Alij. ſ. ante tp̄s ſeptem, vel nouem menſiū. quo caſu certū eſt, eum, q naſcitur, ante iſtos menſes non eſſe filiū eius: & ideo quaſi de illicito matrimonio ſuſceptus. nō venit ad eius hæreditatem.

e *Partem dederint.*] ſ. poſt mortē patris, vt inf. de ſucceſſio. l. 9. Sed contrariū hic dicitur. Sol. ibi de filijs naturalibus eius, cu qua pater potuiſſet habere cōiugium: hic verò de omnino illicitis.

f SI autem. *Triginta annos.*] contra dicit inf. de præſcri. l. ſi inter fratres. Solut. ibi de fratribus legitimis, vt inter eos ſit neceſſaria 40. annorū præſcriptio: ſecus iter iſtos illicitos, qui ſunt tanquā extranei. Itē contra. inf. de præſcr. l. ſi qs poſſederit. Sol. aliud eſt per falſam chartam poſſidere, aliud falſo titu. nā ſi quis iuſto errore motus putat ſe habere titu. quem nō habet vſucapiet: putatiuus. n. error habetur pro titu. vt inſti. de vſuca. §. alijs quoque. & ff. pro empto. l. quod vulgo. Quid ergo ſi iſti errabant in iure, non autem in facto, vt quia ſciebant ſenatos de coitu, quē habuit pater cum ſorore quarti, vel quinti gradus, & putabāt matrimoniū tenuiſſe? Reſpon. error iuris facit bon. poſſ. l. ſed & ſi lege §. ſcire. ff. de pet. hæ. & ideo

cere', ſi quis autē, hoc quod illicitum eſt, à mō facere præſumpſerit, amittat[a] oēm ſubſtantiam ſuā, & qui de tali[b] coniugio nati fuerunt, legitimi hæredes nō exiſtant: niſi parētes ꝓpinqui, & ſi parentes propinqui nō fuerint, curtis Regia ſuccedat: hoc autē ideo affiximus, quia Deo teſte, Papa vrbis Romæ, qui in oī mundo capud eccleſiarū Dei, & ſacerdotum eſt, per ſuam epiſtolam nos adhortatus eſt, vt tale coniugium fieri nullatenus ꝑmitteremus.

Idem. LEX V.

ITem hoc cenſemus atque præcipimus, vt nullus pręſumat commatrem ſuam ducere vxorem, ſed nec filiam, quam de ſacro fonte leuauerit, neque filius eius præſumat filiam illius vxorem ducere, qui eum de fonte ſuſcepit: quia ſpirituales[c] germani eſſe noſcuntur: & qui hoc malum facere tentauerit, ꝑdat oēm ſubſtantiā ſuā. & filij, qui de tali illicito mr̄imonio naſcunē, hr̄des eſſe non dēnt: niſi ꝓpinqui parentes, & ſi ꝓpinq parētes non fuerit, curtis Regia ſuccedat ei: vbi aūt inuenti fuerint, q ſupraſcripta cōiūgia contraxerint, de p̄ſenti ſeparentur & pęnę ſupraſcriptę ſubiaceāt.

Idem. LEX VI.

DE his, q de illicito mr̄imonio nati sūt, uel ante hoc tēpus[d] naſcunē, & eis legitimi fratres ſui uolūtariè partē dederint,[e] ita ſtatuim᷒, ut ſi eis fratres ſui legitimi uoluntariè partē dederint, ī ipsā dēant ꝑmanere, & eos exhr̄dare minimè deberēt. Nā pater nō poſſit illos illicitos, neq; perthinx, neque ꝑ qualecunque colludium hr̄des inſtituere. hoc aūt iō cōſtituimus, ut oīs hō, q uult, accipiat ltimam vxorem: nā nō illicitas cōtrahat nuptias.

Idem. LEX VII.

SI autē fratres non ſint, & parētes legitimi fuerint, q legitimè potuerunt ad hæreditatem peruenire, & vſq; mō tacuerunt, taceant, & in antea, & nullam habeant facundiam, nec ptātem contra eos, q poſſident ꝑ 30. annos,[f] loquendi, dicendo, ꝙ hæredes eſſe non debeant,[1] † niſi per triginta annos poſſederunt, poſſideant, & in antea.

1 † et in antea.

Idem. LEX VIII.

SI quis miſer, & inſipiens homo præſumpſerit[g] ſpōſare mulierem habentem virum ſuum, ſiue vir eius ipſe ægrotus fuerit, ſiue ſanus, ſicut & mō nobis talis cā annunciata eſt, & probatū eſt, cōponat ipſe, qui hoc fecerit, guidrigild ſuum ad maritū eius, & ipſa ſuſcipiat in ſe talem condemnationē, qualē ſu.dixim᷒[h] de illa muliere, q̄ turpiter attractare ꝑmittit.

Idem. LEX IV.

ADueniēte vaniſſima, & ſuperſtitioſa, vel cupida ſuaſione, ne, ex puerſione apparuit mō in his temporib᷒ quæ illicita nobis, & cunctis noſtris iudicibus cōiunctio eſſe cōparuit: quoniam adultæ, & maturæ ætatis fœminæ copulabāt ſibi pueros paruulos[i] inter ætatem illegitimam, & dicebant quòd uiri legitimi eſſe debēt, dum adhuc ipſi ſecùm minime cōmiſceri ualerent: tunc itaque ſtatuere præuidim᷒, ut nulla à modo fœmina hoc facere præſumat, niſi pater,[k] aut auus pueri cum legitimis parentib. puella hoc facere pręuiderint, nā ſiue poſt mortem patris, aut aui intra ætatem remanſerit, & ei ſe qualiſcumque fœmina antequā ipſe ꝑ quatuordecim annū[l] completū, copulare præſum

g SI quis. *Præſumpſerit.*] ſ. ſciens mulierem eſſe coniugatam: nam præſumere ſcientis: alioquin ſi falsò rumore probato, putauit maritū mortuum eſſe per abſentiam longi tēporis, non erit puniēdus. l. miles. §. mulier. ff. de adul. Item intelligas qn̄ adulterium cōmiſſum non eſſet cum cōiugata, ſed cum ſponſata tātum, alioquin adulterū puniret in eo.

h *Diximus.*] ſ. in l. ſi quis à modo infra quali. quis ſe defende. de. Quæritur an debeat cōponere duplam metā, qui mulierem deſponſauit coniugatā, ſicut ſup. de ſponſa l. ſi. Reſpō. nequaquā: quia lex illa loquitur, quando ſteterat in finibus ſponſaliorum, & dupla meta præſtatur ſpōſo guidrigild autem curti regiæ, at hic marito pręſtatur.

i ADueniente. *Paruulos.*] Ex hoc ſumi poteſt argu. q̄ſ l. 2. ſup. eo. de minore loquitur, & ſicut minor hic reſtat impunitus, qui copulatus eſt mulieri adulteræ, ſic debet impunitus remanere, qui minorem deſponſauit.

k *Niſi pater.*] De fratre nullam facit mentionem: ſed in muliere maritanda bene fit mentio de eo, qui aſſimilaē patri: hoc ideo, quia frater licet quādoque tutor ſit fratris, non habet eandem poteſtatem in fratre quam in ſorore.

l *Quatuordecim annum.*] Eſt ergo legitima ætas, quantū ad matrimonium cōtrahendum in maſculo 14. anni. in fœmina vero duodecim ann. vt ſup. eo l. 2. & ſup. de ſponſa. l. de puella. aliter porrò accipitur ætas, quantum ad conſentiendum. item aliter, quantum ad

pſerit, dicendo, ꝙ legitimus eius maritus eſſe debeat, irrita ſit ipſa coniunctio, & ſeparentur abinuicem, * fœmina verò ipſa reuertaẽ vacua, cũ opprobrio ſuo, & nõ hẽat poteſtatẽ alii uiro ſe copulare, dum ipſe puer in ætate ſupra dicta peruenerit, ſiquidem impleta ætate, puer ipſe ſibi eam ad vxorem hr̃e voluerit, hẽat licentiam, & ſi eam noluerit, tollat vxorem aliã, qualẽ voluerit, & potuerit: illa verò, ſi ad alium maritũ ambulauerit, & ipſe puerulus eam hr̃e noluerit, non ei poſſit vir ſuus, qui eam tulerit, pleniter mephium [a] *dare, ſicut ad aliã puellã, [b] ſed tãtum modo medium, ſicut ad viduam mulierem.[1] † Qui verò puero ipſi ſuaſerit, ſiue parens eius ſit, ſiue extrane[9] homo, compo. ſoli. centum [c] medietatem Regi, & medietatem ad ipſum puerum.

Imperator Carolus.

LEX X.

Ut epiſcopi [d] de inceſtuoſis hominib. emendandi licentiam habeant, ſeu & de viduis infra ſuorũ parochiã poteſtatẽ habeant corrigẽdi, & ſi de ipſis inceſtuoſis aliquis poſt iudicium Epiſcopi in ipſo inceſtu ſe iterũ commiſerit, ſi prædiũ, i. allodium habuerit, ipſum in fiſcum [e] Regis recipiatur.

Idem. LEX XI.

Illud præterea per omnia precauentes, nos prohibere decreuimus, vt nullus pre ſumat ante annos pubertatis puerũ, vel puellã in mr̃imonio ſociare ĩ diſſimili ętate*, ſed coætaneos, [f] & ſibi conſentientes, quia multas ex huiuſmodi contractu nuptiali ruinas animarũ factas audiuimus, & tales fornicationes perpetratas, quales inter gentes eſſe non debent: ita planè, vt ſi contigerit, puerũ adultũ eſſe, & puellã paruulã, & econtrario, ſi puella maturæ ætatis ſit, & puer teneræ, & per virũ adultũ cognata, aut ſocrus deprehendatur adultera, & propter puellã adultã, & puerũ paruulũ, pater & frater pueri tanti peccati flagitio, pereunt irretiti: vnde qui hæc prohibita de cætero uſurpare præſumpſerit, ab omni conſortio eccleſiaſtico ſit alienus, ſed nec à publicis [g] ſit immunis iudiciis.

Imperator Lotharius.

LEX XII.

Conſobrinam, neptem, nouercã, fratris uxorẽ, uel etiã de propria cognatione, aut quã cognatus habuerit, nullus audeat in coniugio copulare: ſi quis huic tali nephario coniugio ſe coniunxerit, & in eo permãſerit, ſciat Epiſcopali auctoritate anathematis uinculo eſſe innodatũ, ut nullus Sacerdos ei tribuat cõionem: ſi uerò conuerſus, diuiſusque fuerit ab illicita copulatiõe, digne pœnitentiæ ſubmittatur, vt ſacerdos loci cõſiderauerit.

Imperator Lotharius.

LEX XIII.

De cõiunctionibus, quæ ſecundũ canones, & eccleſiæ edictũ copulatæ eſſe non poſſunt, præcipimus, ut ab inuicẽ ſeparentur, & qui de noſtris iudicibus neglexerit cauſam iſtam ad iudicandum, aut diſtringẽdum, componat guidrigild ſuum.

Idem. LEX XIIII.

De inceſtis coniunctionibus hoc præcipitur, ut nullus deinceps propinquam, nec quam propinquus hubuerit, uxorẽ ducat in coniugio, & uxoris parentela ita ſit uiro, ſicut propria parentela. [h]

Imperator Pipinus.

LEX XV.

Ut ſponſam alterius nemo accipiat. [i]

Imperator Henricus.

LEX XVI.

Henricus diuina pietate ſecundus Romanorũ Imperator Auguſtus oĩbus

ad alienationẽ. &c.

a *Mephium.*] intelligunt quidam nomẽ mempiii ſumentes ar. ſup. de ſponſ. l. ſi quis nuam. 1. §. ſecundus. quod nõ placet, cum prætiu pro mundio non detur mulieri, ſed mũdualdo: at hic loquitur de eo, quod datum eſt mulieri. Vnde ponitũ hic pro ſpõſalitia donatione. Notari poteſt ex iſta l. ꝙ ſponſalia, ſiue matrimonium ratũ eſt ex parte eius, qui plenæ ætatis eſt, concor. l. 2. ſup. eod. nec poteſt alij adhærere vſque ad tẽpora minoris, de cuius matrimonio tractatur. minoris autẽ perſona quieta eſt vſque ad tempus legitimum: quia cum non poteſt conſentire, vt ſit matrimoniũ nec diſſentire. quod etiã in ciuilibus contractibus contingit, vt ſi quis contrahat cum pupillo obligatur ei, non autem pupillus ipſi, & id ex vna parte tm̃ contractus tenet, vt inſti. de aucto. tut. in princ. & ff. de act. empt. l. Iulianus. §. ſi quis a pupillo.

b *Puellam.*] i. vt cum alicui puellę 40. ſol. danẽ inter mundiũ, & ſponſalitium, illi mulieri, quaſi viduæ non dabunẽ niſi 20.

c *Solid. centum.*] contra. ſup. de illi. conſi. l. 1. vbi cõſiliator maiorẽ præſtat pœnam. Sol. aliud eſt conſilium dare, aliud ſuadere: nam vbi quis conſilium dat, liberũ eſt explorare, an expediat ſibi. l. 2. in fi. ff. mãda. at perſuadere eſt plus, quam compellere. l. 1. § per ſuadere. ff. de ſer. cor. Quidam dicunt itẽ demũ de conſilio quem puniri, ſi aliàs facturus non erat, vt ſup. de illi. conſi. l. 1. & ff. de fur. l. in furti. §. conſilium. & ff. de ver. ſig. l. ſæpe. in fi. vbi conſilium debet eſſe malignũ ad hoc, vt puniaẽ, alioquin de ope tantum præſtita nõ tenetur, niſi factum fuerit ſecutum. verba. n. cum effectu ſunt accipienda. quid. n. obfuit conatus, ſi iniuria nullum habuit effectũ. l. 1. §. ſi ff. qđ quiſq; iur. Alij dicũt vtroq; caſu puniri conſiliũ, ſiue erat facturus, ſiue nõ, vt hic, & ff. de ſer. corrup. l. 1. & de fur. l. qui ſeruo & C. de fur. l. ſi qs quod autẽ dr̃. ff. de iniu. l. non ſolu. §. ſi mãdato ſubaudi maximè. Sed tenẽtes primam ſententiã, dicunt ſpeciale eſſe, cũ ſint alia ſpecialia. d. l. ſi quis.

d *Ut epiſcopi.*] No. ꝙ Epiſcopi poſſunt corrigere, & abſoluere inceſta matrimonia per cenſuram eccleſiaſticam.

e *In fiſcum.*] Vr̃ ſuperiorib. contradicere, vbi patrimonium cõmittentis inceſtũ deferẽ ad legitimos parentes. Sol. hic de acquiſitis poſt ſeparationem, quæ non deferuntur ad parentes legitimos, ſed ad fiſcũ, ſi poſtea in eodẽ inceſtu reperiaẽ.

f *Illud. Coætaneos.*] No perſonas ætate diſſimiles non ſociari in matrimonio: vñ quidã dixerũt. l. 2. ſup. eo. corrigi per iſtã: vbi dicit, pater, aut frater. Alij dñt, non corrigi, ſed patrẽ, & fratrẽ eſſe excipiendos, & loquiẽ lex iſta ĩ mr̃imonio: ſpõſalia autẽ nõ prohibentur inter tales perſonas. quia ex ipſis non contingit animarum ruina. quæ hic habetur.

g *A publicis.*] id eſt, vt non debeat remanere impunitus, ſed puniaẽ amiſſione patrimonij, ſicut in ſuperioribus dictũ eſt, vel ad atrium Regis mittetur, tãquam legis contemptor puniendus, vt ĩ. lege fi.

h *De inceſtis. Parentela.*] Acquè enim (vt canones dicunt) & à proprijs, & a conſanguineis vxoris abſtinendum eſt, vt de conſan. & affinita. c. vlt. in antiquis.

i *Ut ſponſam. Nemo accipiat.*] Quia hoc vetitum eſt ſecundum canones. Vel poteſt dici, nemo recipiat, ſcilicet inuitis parentibus. ne raptum committat.

* Facit. ea. de illis in al. de ſponſalibus.

* Not. mephium non poſſe viduæ pleniter dari, ſed medietatem.

1 † Qui verò. alias eſt lex.

* Nam non poteſt vidua nupta quæ uirum pati non poteſt. l. pen. ff. quando dies leg.

*No. quòd imperium a fortuna eſt: & à Deo hominib. datur. ad hoc alleg. Bald. hunc tex. i §. hoc quod nos.ver.cōceſſerimus. de pa. con. ſtã. & alia ſimilia ad ducit iura &c.

a HEnricus. Quoniam &c.] No. hic argumentum, ꝙ ſponſalia inter minores valent: nam ſponſo priore mortuo prohibetur eius propinquus deſponſare eã: quæ prohibitio ideo videtur inducta, quia ſponſalia tenuerunt. Item dicunt quidã per hanc legem, corrig. ſuperiores, quæ minorem pœnam irrogauerunt, vt ſup. eo l. 1. Item corriguntur aliæ, quæ deferebant amiſſum patrimonium ad legitimos parentes: at hic medietas ad curtem Regiam.

SI SERVVS, &c.

b SI puella. Secuta fuerit] Non matrimonij cauſa: quia tunc ſuccedit lex ſequens. Sed vr̃, ꝙ plus punitur per matrimoniũ, q̃ per ſtuprũ, qd eſt verum, cũ matrimonium fiat cum perpetuitate, ſtuprũ vero ad tempus. & facit ſup. de for. l. fi. & ſup. de adul. l. 2.

c Non requiratur.] hoc verum, ſi ſeruus non fornicatus eſt, aliàs componit l. ſol. fi. ſup. de for. Sed nũquid dominus, dando ſeruum pro noxa liberatur à pœna, vt Inſtitu. de nox. in princ. Rñ non iure iſto, imò eo inuito, prædicta compoſitio exigeretur, uel (vt quidã diſtinguunt) aut habuit ſeruum diſciplinatum, aut indiſciplinatum, primo caſu non tenẽ, ſecundo ſic: nam tenetur quis qui vſus eſt ſecum malis hominibus l. fi. ff. nau. cau. ſta. Sed ſi bis fornicatus fuerit, tenetur inſoli. ca. ut ſup. de for. l. 1. & ſic no. ꝙ vbicunque liber homo punitur in pœna pecuniaria, ſeruus in dimidium punitur, uiſi lex aliud dicat l. 1. & fin. ſup. de for. & ſup. de ſcan. & comp. l. 4. & ſic melioris conditionis eſt ſeruus, quàm liber. vel dicamus hanc legem loqui, quando ſeruus ſtuprum commiſit. vt hic, dum dicit, pœnam luxuriæ. ſed quare dominus non conuenitur pœna, l. ſol. Rñ. quia ſeruus fuit extra prouinciã, non in poteſtate dñi.

hominibus. Quoniam[a] nobis diuinæ pietatis prouidentia Imperialis* officij, curam commiſſam credimus. Nos quoque erga ea, quæ ad religiones ꝑtinent Chriſtianas & ad cultum iuſtitiæ, iugiter ſolicitare debemus. Quapropter cum in regni vniuerſali conuentu noſtrorum fideliũ principum Italicorum ſederemus, orta quæſtio eſt de illicitis coniugijs, conſilio noſtrorum principum, Archiepiſcoporum, Marchionũ, Comitum, ac iudicio iudicum, ſeu couſenſu omnium iudicãtium, hmói ſnĩam diffinimus. Omnia ſcilicet, quæ ſancti canones, & ſacræ leges noſtrorum prædeceſſorum inſtituerunt, ſũma auctoritate confirmamus, & inſuper & in noſtro Imperiali Iure addimus, vt quicunque ſeu in legitima ætate, ſiue infra ætatem legitimam vxorem duxerit, vel deſponſauerit, ſi morte præuentus fuerit, nulli propinquorum ſuorum liceat viduam vel deſponſatã vxorẽ ducere: qđ ſi qs hoc fecerit, tam mulier, quã vir ea hac lege exhæredati ſint: oĩumque bonorũ eorũ amittant facultatem, & medietas ꝓpinquis parentibus, & altera medietas ad fiſcum deueniat, & q-cunq; ex huiuſmodi coniugio natus fuerit, ipſe quoque, ſicut & parentes ſui, ex hac lege exhæredatus ſit.

TITVLVS IX.

Si ſeruus liberã puellam, vel mulierẽ ĩ cõiugio acceperit.

Rex Rothar. LEX I.

SI puella libera ſeruum alienum foris prouinciam ſecuta fuerit,[b] requiret eos pariter dñs ſerui, & parentes puellæ. Et ſi eos inuenerint, ambo pœnam luxuriæ iuxta legem ſuſtineant. Nam culpa ad dominum, cuius ſeruus fuerit, non requiratur.[c]

Idem. LEX II.

SI ſeruus liberam mulierẽ, aut puellam auſus fuerit ſibi coniugio ſociare, animæ ſuæ incurrat periculum, * & illam, quæ ſeruo fuerit conſentiens, habeãt parentes poteſtatem occidendi,[d] aut foris prouinciam tranſuendendi, & de rebus ipſius mulieris faciendi, quod voluerint. Et ſi parentes eius hoc facere diſtulerint, tunc liceat gaſtaldio Regis, aut actori, aut ſculdaſio ipſam in curte Regis ducere, & intra penſiles ancillas conſtituere.

Rex Luitprandus.

LEX III.

SI mulier[e] libera ſeruum tulerit, & parẽtes eius intra anni ſpatium in eam vindictam dare neglexerint, ſicut in anteriori edicto continetur, tunc quandocunque poſt ipſum anni ſpatium inuenta fuerit, ſit ancilla palatij,[f] & ipſe ſeruus ſimiliter ad palatium replicetur. Et filij, qui ex eis nati fuerint, curti Regiæ omnimodo ſeruiant. Nam ſi parentes ipſius mulieris, vel dominus, compleuerint intra ſupradictum anni ſpatium, ꝙ anterius edictum continet, ſic permaneat.

Imperator Lotharius.

LEX IV.

IVbemus, vt ſi cuiuſcunq; ſeruus liberam fœminam ſibi, ea conſentiente, in coniugio ſociauerit, & intra anni ſpatium ſecundum legem ad vindictam traditi non fuerint: ſicut lex tales perſonas noſtro fiſco ſociat, ita noſtra liberalitate concedimus, vt in poteſtate, & in ſeruitio domini illius, cuius ſeruus fuerit, ambo reuertantur.

TITVLVS X.

Qualiter mulieri liberæ ſit alienare permiſſum.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

NVlli mulieri liberæ ſub Regni noſtri ditione, lege Longobardorum viuenti, liceat in ſuæ poteſtatis arbitrio, id eſt, ſine mundio[g] † viuere, niſi ſemper ſub poteſtate viri,[h] aut

d SI ſeruus. Occidendi.] Si à curia fuerit ſibi traditus, vel tradita. alioquin ſecus, vt inf. eo. l. fin. & ſup. de fur. l. ſi quiſcunque. & ſupra de adop. l. ſi quis dixerit. § ille autem & eſt ratio, quia debet primo de maleficio cõſtare, & demum puniri.

e SI mulier.] Intellige ſecundum legem ſeq. quæ ſtatum ampliat.

f Ancilla palatij.] In hoc quod lex dicit, ancillam fieri palatij, & ſeruum publicari, emendatur per legem ſeq. Et not. ꝙ hic eſt vnus de caſibus in quib. annalis præſcriptio obſtat, vt inf. de his, quæ ob cauſ. deme. & inf. de benefi. & terr. l. 1. & inf. quali quis ſe de ſen. deb. l. ſi quis alij pro quacunque. & inf. de his, qui ad pala. vene. contem. l. 1. & tertia.

g NVlli. Sine mundio.] Hoc videtur falſum, vt in pupillo, qui poteſt eſſe ſine tutela: ita mulier ſine mundio. & præterea inf. tit. 1. habetur ꝙ mundualdo mundium amittẽte, mulier poteſt ad patrem reuerti, vel ad curtem Regis: quandiu ergo eligat, eſt ſine mundio. Sed dic ſine mundio viuere id eſt ſine mund. vitam ducere: nã cum mulieri neceſſarium ſit emere, vendere, locare & ſimul uerũ eſt, ꝙ nõ poteſt ſine mund. vitam ducere cum tunc facta per eum irritentur.

h Poteſtate viri.] Ex hoc uideẽ prima facie dicendum, quod pupillus non poſſit, nec debeat habere mundiũ mulieris & maxime cũ pupillus non ſit ſufficiens in ſua adminiſtratione minus in alterius, quæ per mundium debẽt adminiſtrari, ut inf. tit. 1. l. fi. & hoc ne eſſet hominũ, & rerũ fœda confuſio ut qui eget alterius gubernatione, ualeat alterum gubernare.

l. fi.

Hæc l. corrigitur per l. ſeq. Lotharij.

* Not. ſeruum mori debere, ſi liberam in coniugio ſibi copulauerit. ſup. de forn. l. ultim.

potestate curtis Regiæ debeat permanere, nec aliquid de rebus mobilibus,[a] aut immobilibus, ſine voluntate ipſius, in cuius mundio fuerit, habeat poteſtatem donandi,[b] aut alienandi.

Rex Liuprandus.

LEX II.

SI qua[c] mulier res ſuas,[d] conſentiente viro ſuo, aut communiter[e] venundare voluerit, ipſe, qui emere vult, vel illi, qui vendunt, faciant notitiam ad duos, uel tres[f] parentes ipſius mulieris, qui propinquiores ſunt. Et ſi in præſentia de ipſis parentib. ſuis, mulier illa violentiam ſe pati dixerit, non ſit ſtabile,[g] quod vendiderit. Nam ſi in præſentia ipſorum ſuorum parentum, uel iudicis, qui in loco præfuerit violentiam ſe pati non reclamauerit, niſi ſua uoluntate ipſas res ſe dixerit venundare, tunc ab illo die, omni tẽpore ſtabile debeat permanere.

l. fin. C. de leg. tu. Sed contrarium eſt verius, ut alius ſit in mundio, aut in tutela, cum tutela ſit onus, & labor tutoris: non enim tutor commodum conſequitur ex tutela, ſicut mundualdus ex mundio: nam per mundium ſuccedit mulieri, vt ſupra in pluribus legibus, & partem habet compoſitionis, quæ propter illarum iniuriam mulieri componitur, ut ſup. de raptu. l. ſi quis qualecunq; Item cũ minor ætas fauorabilis ſit, ad eius læſionẽ uidetur inductum, ſi non poſſet mundium habere. Quis interim adminiſtrabit res mulieris? Reſpon. tutor pupilli ſupplebit officium incumbens pupillo, ut ff. de acq. poſ. l. quamuis pupillus. § infans. non ob. quod hic dicitur, quia nomen uiri, non ponitur ad differentiam ætatis, ſed ſexus, vt j. de epiſco. & cle. l. monaſteria. Item ſi quæritur, ſi vir decedit relicta vxore prægnante, in cuius mundio remanet vxor? Reſpon. audiui quoſdam dicentes, mundium eſſe in pendenti. quia ignoratur, cuius ſit, vſq; ad partum, vt ſi maſculum pariat, ſit ſub mundio filij, vt tota patris hæreditas, ſi fœminam, mundium perueniat ad agnatos: interim ergo nullius eſt. non n. ſuſtinere debemus rerum naturam, in qua omnia certa ſunt, ſed noſtram inſcientiam ſpectare. l. ſed & ſi reſtituatur, §. ſi vxore prægnante. ff. de iud. quod placet, quia ſicuti ſucceſſio hæreditatis, quo ad pariat mulier, nulli defertur, ita nec mundium, quæ eſt res hæreditaria, ſed curator auctoritate Regis bonis datus adminiſtrabit mundium, ſicut cætera hæreditaria. Alij dixerunt, q; remanebit mulier ſub mundio uentris quia qui in vtero eſt. cum de eius commodo agitur, habetur pro nato. l. qui in vtero. ff. de ſta. ho. nec videtur ſine liberis decedere, qui vxorem prægnantem reliquit. l. ſi quis prægnantem ff de reg. iuris. Mihi non placet. quia debet expectari, quoad pariat mulier, vt ſciatur, an declinet ad monſtrum, vel ad prodigium. & an ſit maſculus. vel fœmina. & an vnum, vel plures pariat. enim partus non editus nondum homo rectè intelligitur, vt l. Falcidia. ff. ad legem Falc. Item quid ſi plures ſint mundualdi, an ſufficiat vnius auctoritas in alienatione rerum mulieris? vtiq; ſm ius Romanum, ſi alter præſens ſit, & non contradicat. l. conſilio. §. fin. ff de curatore furioſ. cum ſi. quidam tamẽ dicunt, & bene, q; aliud ſit in tutela, aliud in mundio: quia alienatio tenet ex parte mundualdi conſentientis, licet mũdium ſit q.d corporale, & ſicut tutela cuiuslibet tutoris ſit, ita & mundium cuiuslibet mundualdi: res. n. incorporeæ indiuiduæ ſunt, præter vſumfructũm. l. 1. §. ſi uſusfruct. ff. ad legem Falcidiam. tamen quia commoda ex mundio prouenientia diuiduntur, ideo pro parte mundualdi conſentientis alienationi, alienatio tenet. Item retento ſuperiori themate, quis reuocabit partes alias? Reſpon. quia eadem mulier admittitur ad reuocandum, cæteris mundualdis auctoritatem præſtantib. mulieri agenti uel ipſi poterunt reuocare, non tamen ſuo nomine agendo, ſed mulieris, & hoc ipſa uiuente: alioquin ſuo nomine, tanquàm legitimi ſucceſſores, reuocabunt, fuit enim alienatio contra leges: & ideo cum de facto proceſſerit, tanquam irrita non irritanda eſt. Quid ſi mulier ſine mundualdo contrahens conditionem ſuam faciat meliorem, an contractus irritent? Reſpon. cum mulier in caſu alium ſibi obligat, quia capax eſt obligationis, ſe autem alij non obligat, ad inſtar iuris Rom. ut inſt. de auct. tut. in princ. & ff. de actio. emp. l. Iulianus § ſi quis à pupillo. & C. de procu. l. non eo. poteſt itaque mulier conditionem ſuam facere meliorem etiam ſine mundualdo, ne quod fauore eſt introductum, retorqueatur in odium. l. plures. in fi. C. de fid. inſtrumentorum. & ff. de legi. l. nulla. Et intellige ubi mulier alij non obligatur. ſ. quo ad promiſſionem per eam factę, ſed bene ut poſſit conueniri, ut aut ſtetur contractui, aut diſcedat ab eo. d. l. Iulianus. §. ſi quis colludente. & ſequen. ff. de actio. empt. Item intellige, mulierem ſine mũdualdo non obligari, ſi ipſa cõuematur: ſed ſi ipſa agere uelit, neceſſe eſt, ut ſolidũ ſoluat, ar. l. ſi cum filiofam. ff. de compen. & l. 3. §. pupillus. ff. de neg. geſt. Item an mundualdus poſſit poſt tps ratum hře, ut contractus ualeat? Rñ. nequaquã, ut ad inſtar iuris Romani de tutore, ut hř inſt. de auctori. tut. §. tutor. & ff. de aucto. tut. l. obligari. § ſi. qđ eſt uerum poſt longũ tps: ſed non ſi ſtatim, q̃a ualebit, ut ff. de acq. hære. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & hoc placet, licet non debuit in dubium reuocari, quia de hoc eſt tex. expreſſus in l. nũquam. 1. reſpon. ff. de uſuca.

a *De rebus mobilib.*] Sed in ultima uoluntate uidetur, q; poſſit alienare, etiam ſine uoluntate mundualdi: cum cogatur mundualdus ei conſentire, ut infra de ſanctimonialib.

b *Donandi.*] Nec ergo teſtandi: nam per hæc duo potes intelligere omnes caſus, in quibus mulier damnum pati poteſt. Sed nunquid poterit obligare? uidetur, q; ſic, quia non eſt prohibitum. l. ab ea parte. ff. de proba. nec obſtat uerbũ hic poſitum, alienandi, ſi propriè accipiatur, & ſtrictè, ut C. de fun. dot. l. ſed tamen contrarium uidetur. quia lex inhibet alienationem. l. ult. C. de reb. alie. non alen.

c *SI qua.*] hæc lex tantum loquitur de Longobarda coniugata, & ea ſolum cum alie. irrogabitur non uiduæ ſed puellæ.

d *Res ſuas.*] i. dotales: idem eſſet de ſuis proprijs. Vel res ſuas, i. uiri, in quibus quarta ei debetur, uel etiam res, quas ipſe dedit in dotem.

e *Communiter.*] quia res communes erant inter uirum, & uxorem. Vel dic. quia mulier eſt domina quartæ. & ſic in uẽditione illa uẽdebat ꝓ quarta, & maritus pro trib. partib.

f *Vel tres.*] ſcilicet ad eos, qui eam ad maritũ dederunt: nã plerunq;, mundualdo mundium amittente ad eos reuertitur, ut ſ. de ſponſa. lib. l. ſi quis filiam. 1. Sed pone eos mortuos eſſe, non debet fortè fieri notitia ad eos, qui proximè uenturi ſunt ad ſucceſſionem, ne alienationem impediãt: nam cum de nuptijs emancipatæ mulieris tractatur, cuius uolũtas patri uoluntati repugnat, debet interuenire arbitriũ ſuorum propinquorum, ſ. qui non proxime ſunt uenturi ad ſucceſſionem eius, ſi non impediant matrimonium. l. uiduæ. C. de nuptijs. Ex hoc loco ſumi poteſt arg. ut confeſſioni factæ coram duobus, aut trib. teſtib. rogatis ſtandũ ſit ſicut ſi coram iudice facta fuerit: quia non licet mulieri mutare confeſſionem: ſecus iure Romano, quo quinque rogati teſtes debent ſtare confeſſioni. l. teſtium. & auth. rogati. C. de teſt. Item ex hoc no. argumentum contra ſententiam Beneuentanorum, dicentium duobus non eſſe credendum, ubi guadia non datur: uerum ſupra l. proxima, dicitur auctoritate mundualdi ſufficere in mulieris alienationibus: unde uidentur contrarię. ſolutio. hęc addit illi, uel uel (& melius) hic de coniugata, quam facilè maritus inducit ad alienandum precibus. uel minis: ideo parentes debent intereſſe, ne mulieres timeant maritorum uiolentias, qui timor in extraneis mundualdis ceſſat.

g *Non ſit ſtabile.*] Quæritur, quando mulier debeat, & poſſit reuocare? Reſpondeo, ſi quidem pro quarta ſua alienauit, licet talis alienatio ſit contra hanc legem. tamen uxor, uiuente marito, non aget, cum non detur ſibi actio de quarta, conſtante matrimonio, licet ſit domina, niſi fortè ad inopiam uergente marito, ut C. de iure do. l. ubi. ſi uerò de alijs rebus alienatio facta ſit, in qua mulier pati uiolentiam reclamauit, illico poterit reuocare, uel auctoritate mariti, ſi uoluerit, uel adiutoris, qui a Rege dabitur: ſed quomodo præſtabit maritus auctoritatem ad irritandum, cum ipſe ad alienandum præſtiterit? Reſpond. quia

ipſe non agit nomine ſuo, ſed vxoris : nam & œconomus, qui rem eccleſiaſticā alienauit, ipſe reuocabit: venit.n. contra factum ſuum noie eccleſiæ, non ſuo. l. iubemus. la ſeconda. § prædia. C. de ſacroſan. eccl. nam cum eodem tutore, cum quo pupillus contraxit, impetrabit in integ. reſt. vt C. de in inte. reſt. per totum.

beat permanere, quod uēdiderit: * ita tamen, ut ipſi parentes, qui interſuerint, aut iudex in charta ipſa manum ponant, & ſi contigerit caſus, vt ille maritus moriatur, & ad alium maritum ambulauerit, ſtabilis permaneat ipſa uenditio : ſcriba autem, qui chartam [a] ipſam ſcripſerit, non aliter præſumat facere [1] † niſi cum notitia parentum, uel iudicum, ſicut ſupra dictum eſt, & ſi aliter fecerit, ſit ipſa uenditio uacua, & præfatus ſcriba ſit culpabilis, [b] ſicut, qui chartam falſam ſcripſerit.

Imperator Pipinus.

LEX III.

PLacuit nobis etiam, vt ſicut quæq; fœmina poteſtatem habet cum licentiā viri ſui res ſuas vendere, ita habeat poteſtatem donare.

Imperator Guido.

LEX IIII.

COncedimus, vt ſicut mulieres cū uiris ſuis res ſuas donare, aut uenūdare poſſunt, ita & cōmutare

a *Qui chartam.*] i. vt manus ei incidatur, vt ſ. de his qui fal. char. l. 1. at qui ſcribit contra legem, aliter punitur: ſed forte hic falsū immiſcuit, ſcribendo mulierē, aut parētes interrogatos fuiſſe, qui nō fuerūt. & ideo dicit, qui aliter ſcribere præſumpſerit. Vel intelligas de compoſitione pecuniaria, non de pœna corporali, quia manum non debet amittere, qui tm̄ contra legem ſcribit, ſed cōp. guidrigild. l. 2. ſ. de his qui fal. char. diſtingue, ad hoc ut mulier poſſit hēre mundium, utrum ſit maior ſeptennio, uel ne: ſi minor, tunc cum tutoris auctoritate cōſentiet mundualdo ſuo. C. de iur. del. l. potuit. & l. ſi infanti. ff. ad Tre. l. reſtituta. ſi maior, tunc cum ſua, & tutoris auctoritate mulier contrahet. Itē nunquid mūdualda poſſit mūdium emere auctoritate alteri*, ut ff. de auct. tu. l. pupillus. Item quid ſi mundualdus contra mundualdum uelit agere? R ñ. utiq;, ſed interim dabit̄ alius a curia in locū ipſius, ut inſt. de auct. tu. in fi. Item an per fideiuſ. per mundualdum factum in contractu uideatur pſtare auctoritatem in eo? R ñ. non ar. l. primæ § quod iuſſu. nec ſufficit tutorem præſentem eſſe, niſi ſe approbare dicat. l. 1. in fi & l. 3. ff de auct. tut. Item nunquid pater poſſit legare mundium uxoris ſuæ, uiuente filio? Dicunt quidam, ꝙ non: q a ſic filium ab hæreditate paterna exhæredaret, cum ſibi extraneus ſuccederet. Sed alij contra, & melius, quia quilibet maritus poteſt mundium ſuæ uxoris donare, & filius tamē ſuccederet, non tanquam mūdualdus, ſed tanquam filius. ar. l. ſi ſorores. ȷ̄. de ſuc. & de ſanctimo. l ſi qua mulier. & cum ſorore, excludatur mundualdum extraneum, dato pretio pro mundio, multo fortius, & filius.

* No. parentes, aut iudices in inſtrumento vdditionis rerum mulierum ſubſcribere debere ad ualiditatē ipſius contractus: quia præſentia propinquorum tollit metū. l. trāſactione. C. de tranſ. et etiam præſentia iudicis text. in l. 1. C. de præd. decu. l. 10. & dictā de aut. mag. cōnſi. & parlam. regni.

1 † ſcribere.

b *Sit culpabilis.*] Sed non intantum, quia non debet amittere manum, ſed componat guidrigild, & amittit honorē, ut ȷ̄. de offi. iud. l. de uniuerſali quidem, quia chartam falſam non fecit, licet contra legem fecerit, & hoc ita intelligendum, ne ſit contra ſ. de his, qui char. fal. l 2.

c QVALITER MVNDVALDVS AMITtat mundium.

Diximus qualiter acquiratur mūdium: nunc qualiter amittatur. Videamus primo, quid ſit mundium, vnde dicatur, & quib. modis amittatur, & qualiter deferatur. Mundium eſt poteſtas in capite mulieris libera ad defendendum eam, quæ pp fragilitatem ſexus ſe defendere nequit: dicitur a munio, munis, inde mundualdus, quaſi munialdus: ſic tutores, quaſi tuitores. Amittatur quandoq; facto, quandoq; iure, quandoq; ex ſnīa. Facto, vt ſi facit non facienda, eā forte adulterando, vel fame necādo, vel ſibi denegando uoluntatē maritādi, ut ſ. de ſpon. l. ſi quis filiam. 3. uel ſi facit facienda eam maritādo; ſed indigno. Amittit & morte naturali: vel ciuili, ut deportatione, ſed tunc propriè dicitur finiri, defertur aūt iure na. gen. & ciuili. Iure nat. ut patri, & fratri, & uiro : ſed quare viro, cum non ſit pater, aut frater? Reſ quia ab eo deſcēdit maris, atq; fœmina cōiugatio, quā nos matrimoniū appellamus. inſt. de nupt. in prin. iure g. ut patrono. eo. n. iure orta ſunt bella captiuitates & ſeruitutes, inde ſequutū eſt manumiſſionis remedium. l. manumiſſiones. & ſeq ff. de iuſt. & iu. ponitur. n. mundiū quādoq; pro poteſtate, pro pretio, pro compoſitione, & quandoque pro ſucceſſione. Sed nunqd mundualdus poſſit cōmouere actione iniuriarum prater eam ſicut mundij? Reſp vtiq; d. l. 2. ſup. de iniu. mul. & inf. eo. l. ſi. quia amittit mundium, ſi eam turpa battiderit, & faciant compoſitionem de plagis, & ſeruis, vt ſup. de ſcan. et comp. per to. ſed obſt. l. 1. inf. depo. & l. licet. in fi. ff. de na. ca. ſta. Sol. amittere mundium non eſt compoſitio, ſed aliud eſt pœna, vt de tutore in. Ro. quia ſi alimenta pupillo denegauerit tute ā amittit, & fuſtigabitur. l. necare. ff. de lib. ag no.

valeant, ac familiam ſuam liberam facere.

TITVLVS XI.

Qualiter mundualdus [c] amittat mundium.

Rex Rotharius.

LEX I.

SI quis de puella libera * aut muliere, mundium * in poteſtate habens, excepto patre, aut fratre, [d] & ei crimē iniecerit, [e] quod adulterata ſit, tunc amittat [f] mundium ipſius puellæ, & illa poteſtatem habeat cum rebus ſuis proprijs, ſi vult ad parentes reuerti, uel ad curtem Regis ſe commendare, qui mundium eius debeat habere, & ſi uir ille hoc crimen dixiſſe negauerit, liceat eiſe purificare, [g] ſi potuerit, & mundiū ipſius, ſicut habuit, habere liceat.

Idem. LEX II.

SI quis mundium de muliere libera, aut puella in poteſtate habēs, excepto patre, [h] aut fratre, & in ani-

* No. de mūdio mulieris, quòd hoc capitur pro omnē patrimonio competentē puellæ, aut mulieri, & mūdualdus eſt tutor ſiue baliſter, ꝙ habet in poteſtate ſua mūdiū mulieris, id in patris poteſtate exiſtentis, ſup. tit. prox. l. 1. quod eſt contra diſpoſitionem iuris ciu. de bo. mat. & bo. quæ lib. C. Sed mūdium mulieris de iure eſt, quo mulier ſit mūdior, in qua continētur ſpeculum, neſa, unguenta, & alia ſimilia, ut l. 1. & l. argēto. § mūdi mulieris. ff. de au. & arg. leg.

d *SI quis. Aut fratre.*] Vel marito, ſed tñ debebit ſe purificare mundualdus ſi crimen dixiſſe negauerit: in uno. n. ſolo caſu ſtatim amittit mundium. ut. inf. de eo, qui uxor. ſuam dimiſ. l. 1.

e *Crimen intecerit.*] ſ. uerbotenus, ut hic in fi. ibi, hoc crimē dixiſſe negauerit.

f *Tunc amittat.*] Sed quomodo iudicium retractabitur inter mundualdum, & mulierem? R ñ adiutore dato ipſi mulieri a Præſide: ſicut datur curator ad litem pupillo, ſi inter eum & tutorem uertatur iudicium. § ſi. inſt de auct. tut.

g *Purificare.*] l. cum duodecim ſacramentalibus numerata ſua perſona, cum de iniurioſo uerbo teneatur ad pœnam uiginti ſolidos. ut ſupra de iniu mu. l ſecunda & infra qualiter quis ſe defen debet. l. ſi qualiſcunque 1. Item ſi mundualdus iurare non potuerit, an amittat mundium pro iniurioſo uerbo, & pœnam legitimam patietur? utique, ut in eadem l. fina. in fine, quod ſi probare uoluerit per teſtes, poterit, aut per pugnam, ut ſupra de iniur. mu. l. 2. & ſupra de conuic. l. 1.

h *SI quis. Excepto patre*] refertur ad caſum tantum, ut ſi eam inuitam alij dederint ad uxorem, aut ad maritū, quo caſu propter naturalem ſanguinis affectionem, pater, aut frater mundium non amitterent, ut no. ſupra de prohib. nupt. l ſecunda in fi. ſecus in alijs caſibus, ut ſi pater, aut frater inſidiati fuerint in eius animam, aut ad facien-

in animam ipſius puellæ,[a] aut mulieris inſidiatus fuerit, aut alij inuitam ad maritum tradiderit, aut volentibus ad eius violentiã faciendam conſenſum prębuit, aut conſilium dederit, & probatum fuerit, amittat mũdium ipſius, & illa ptãtem hẽat de duabus his eligendi, ſi vult, ad parẽtes reuerti, aut ad curtẽ[b] regis cũ rebus ſuis ,pprijs, quæ ad eam per legẽ ptinẽt, ſe cõmẽdare, q̃ mũdiũ eius ĩ ptãte habere dẽt. Et ſi ille vir hoc crimẽ negauerit, liceat ei ſe purificare, & mũd. ſicut habuit, ſi ſe purificauerit, hẽat.

Idem. LEX III.

SI quis mundium de puella libera, aut mulierẽ habens eã ſtrigã,[c] quod eſt maſca, clamauerit, excepto patre, aut fratre, amittat mũdiũ ipſius, ut ſupra. & illa ptãtem hẽat, ſi vult, ad parentes, aut ad curtẽ regis, cũ rebus ſuis propriis, ſe commẽdare, qui mundium eius debeat habere. Et ſi uir ille negauerit dixiſſe hoc crimẽ, liceat ei ſe purificare, & mũdium habere, ut ſupra, ſi ſe purificauerit.

Rex Lutprandus.

LEX IIII.

COntinet autẽ anterius edictũ[d] de frea ſua, qui eã malè tractauerit, ut amittat mundium ipſius, & non dicat, qualis ſit ipſa mala tractatio, *proinde ſtatuere prę uidimus, qualis ſit ipſa mala tractatio. Mala tractatio eſt: ſi eam fame, aut ſiti necauerit: aut veſtimentum, aut calciamentum ſecundum qualitatem pecuniæ mulieri non dederit, aut ſi ſeruo, uel ad aldionem alterius eam uxorem dare præſumpſerit, aut turpiter battiderit eam, excepto ſi infans fuerit, pro honeſta diſciplina oſtendenda, aut propter muliebria opera, ut vitium malum[e] emendandũ, ſicut de propria filia ſua: & ſi eam ad indecibilem[1] †operam coactam minauerit, aut ſi cũ ea adulteratus[f] fuerit: omnia hæc qui facere pręſumpſerit, malè tractatam eſſe dicimus:[2] †Et inſuper addimus, vt nec ad liberum hominem eam ad maritũ dare præſumat, abſque eius volũtate, quia peius tractata eſſe non poteſt, quam ſi illum virum tollat, quẽ ipſa non vult. Ideo ſtatuimus, ut ,ppter plagas, aut feritas, ſi fecerit, uel de adulterio, componat eidẽ fœminæ, ſicut edictum continet, & mundium eius amittat, excepto patre, fratre, uel marito.

TITVLVS XII.

De coniugijs ſeruorum, uel aldiorum.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SI aldius cuiuſcunque liberam vxorem[g] tulerit, ideſt, ſulfreal: & mundium de ea fecerit, poſteaque de ea filium habens, maritus eius mortuus fuerit, ſi mulier in caſa ipſa noluerit permanere, & parentes eius eam ad ſe recolligere noluerint, pretium reddant, quod pro mũdio mulieris datum eſt illi, cuius aldius fuerit, tunc illa abſque morgincap,[h] aut aliquid de rebus mariti reuertatur ad parentes ſuos cum rebus ſuis: & ſi aliquas res de parentibus adduxit, & ſi filii de ipſa muliere fuerint, & noluerint ĩ caſa patris ſedere,[3] †res paternas dimittãt, & mũdium pro ſe reddant, quantũ pro matre eorum datum eſt, & vadãt, ubi uoluerit liberi.

Idem. LEX II.

SI aldia, aut libera[4] †in caſa habens ad maritum intrauerit, & ſeruum maritũ tulerit, libertatem[k] ſuam amittat:[l]

Ciendam violentiam, &c. quia nullus excipitur mundualdus, nec etiam maritus, qui ſi vxorem poſtpoſuerit, debet ſimiliter eius mundium amittere, ut infra de eo, qui uxo. ſu. di. l. j. cum longè maius delictum ſit occidere, quam uxorem ſuperinducere, de quo no. inf. eod. l. cognouimus. Quid ſi mundualdus accuſatur de cauſis, ex quibus mundium amittere dẽt, an pendente iudicio ab adminiſtratione ceſſabit? utiq; eſt. n. omnino ſuſpectus ex omnibus cauſis, ex quibus per legem dicitur remouendus: vnde quęritur, ſi mulieri ſit neceſſe interim prædiũ emere, uel uendere, locare, uel conducere, cuius auctoritate hoc fiet? Reſpõ alius mundualdus in eius locum ſuccedet, uel conſtituetur, ut C de ſuſpe. tut. l. cum. quẽ.

a *Puella.*] quantum ad hunc caſum non excipitur pater, aut frater, ſed ab alijs ſequentibus.

b *Aut ad curtem*] ex hoc quidam dicunt, mulierem neceſſe habere ordinem ſeruaſſe at l. j. ti. de ſol. Alij mulierem poſſe eligere, ut expedire ſibi uidebitur, & hoc uerius. Sed nunquid mulier poſſit eligere mũdualdum ad certuñ contractum, ut eo finito, deſinat mundualdus? & illa q ſimilis eſt illi, ubi maritus decedens, poteſtatem dat uxori eligendi mundualdum, quem voluerit: Reſp. iure quidem Ro. ad certam cauſam dari poteſt, qua finita, deſinit curator, ut in inſt. de auct. tut. § ſi. alio qñ tutor, & curator, cũ perpetuitate a iudice eliguntur: cæterum à teſtatore rectè ad tempus datur, ut inſti. qui tu. da. poſſ. §. ad certum. idem de mundualdo, qui cũ perpetuitate eligi debet: [illegible] non liberam electionem habet in ſingulis contractib. ſingulos mũdualdos eligere.

c SI *quis. Strigam.*] hic no. q mundualdus de infamoſo uerbo debet mundiũ amittere, ut no. ſupra eodem, lege prima. licet ibi dicatur, crimẽ iniecerit quod intelligitur uerbotenus, ut ibi in principio no.

d COntinet. *Edictum.*] vt l. ſi pater filiam. prope fi. ſupr. de ſponſa.

e *Aut vitium malum.*] hic no. mundualdum correptionẽ mulieris habere, & morum emendationem, pro qualitate delicti, quam componere poteſt uſque ad modum paternę affectionis, quam ſi exceſſerit ſæuiendo, culpæ cõnumeratur, etiam ſi ſeruus ſit in familia: nam non debet ſæuire in mundualdam cum culpabilis erit in ſuos, & ĩ extraneos, ut ff ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. ſi maritus unde eſt modus in rebus, ſũt certi deniq; fines, quos ultra, citraq; nequit conſiſtere rectũ. Hor. l. j ſerm. ſat. j.

f *Cũ ea adulteratus.*] ſ. ea uolente, & centũ ſolid. præſtabit, ut ſupra de fornic. l. j ſed ſi ea inuita, de raptu tenebitur.

DE CONIVGIIS ſeruorum, &c.

g SI *aldius. Vxorem.*] quod ſeruus facere non poteſt, & in hoc differt aldius a ſeruo. & quia maior compoſitio de aldio præſtatur.

h *Morgincap.*] i. quarta, quam aldius, uel ſeruus, ſiue dominus pro eo facere non cogitur.

i *Suis.*] argu. q filius ſequatur conditionẽ matris, ut & ĩ. l. pro. & l. ſi aldius. ſed contra ĩ. e. l. 4. Sed ſoluũtur per l. ſi aldius cuiuſcunque. inf. eo.

K SI *aldia. Libertatẽ.*] ſcilicet, poſt annum ad inſtar liberæ mulieris ſeruo nubentis.

l *Amittat.*] hæc lex duobus modis leg. ſ. ſi aldia, uel alia liberta tulit ſeruum p marito amittit libertatem ſuam, ſ. ſtatim & fit ancilla illius, cui liberta erat. quia ſi ex ingratitudine, & ſi dñs eius ancillæ negiexerit reuocare eam ad ſeruitiũ, tunc quando mortuus eſt maritus, fit libera cũ liberis ſuis. Vel aliter ſic, qñ accepit ſeruũ pro marito, amittit libertatẽ, ſcilicet, poſt annum, ſi parentes non dederint vindictam in eã, & fit ancilla illius, cuius eſt ſeruus, & ſi quando tũc maritus mortuus eſt,

* *Mala tractatio, quid ſit, & not. contra donatarios, q malè tractant donatores a qb. bona donata recipiũt ea contemplatione, et pacto, q bene & honeſtè tractarent eos.*

1 † *Indecentem.*

2 † *Decernimus.*

3 † *Parentes reſidere.*

4 † *Liberta.*

& ſi dominus[a] eius neglexerit eam replicare ad ſeruitiũ: mortuo tamen marito, vadat vbi voluerit libera vna cum liberis ſuis, & cum omnibus rebus ſuis, quantas in illo tempore ſecũ adduxit, quando ad maritũ intrauit: nam amplius nullam ré conſequatur: ſed vitium ſuum ſibi reputet, eo quòd ſeruo cóſenſerit voluntariè.

Idem. LEX III.

SI aldius ancillam ſuam, aut alterius tulerit vxorem: filij, qui ex ipſa ancilla naſcuntur, [b] ſint ſerui eius, cuius mater ancilla eſt.

Idem. LEX IIII.

SI aldius cuiuſcunque[c] aldiam, aut liberam[†] talem vxorem tulerit, ſi filios ex ipſo coitu habuerit, patré ſequentur, [d] ſint aldii eius, cuius pater eſt.

Idem. LEX V.

SI ancilla [e] cuiuſcunque in caſam alterius ad maritũ intrauerit, & ſeruum tulerit, nihil de ipſa caſa, marito mortuo, cõſequatur, niſi quantum ipſa ſecum adduxit.

Idem. LEX VI.

SI ſeruus[f] cuiuſcunque ancillam alterius tulerit, & dominus ancillæ eam liberauerit, [g] & admond fecerit[h] a ſe: aut ſi eam vendiderit, & quis eam emerit doloſo animo, & liberauerit, & ſeruus ipſe in ſeruitio permanſerit, amittat ipſa libertaté ſuam, & ſit ancilla regis, & ipſe, q̃ eam liberauit, componat in curte regia aliam talem, aut pretium, quãtum ipſa voluerit, pro eo, quòd colludium fecit: ſeruus vero ipſe ſit in poteſtate domini ſui & ancillã ipſam faciat dominus ſerui ſuam cum pretio, aut qualiter à rege obtinere poterit.

Idem. LEX VII.

SI ſeruus * cuiuſcunq; legitimam habuerit vxorem, & aliam ancillam ſuper eam duxerit, componat domin⁹ ipſius ſerui, ſicut in edicto de adulterio continetur ei, cuius poſtea ancillã tulerit: ancilla vero ipſa pro illicita pręſumptione accipiat talem diſciplinam a dño ſuo, in dñi ſerui præſentia, vt alia ancilla facere non præſumat.

Rex Lutprandus. LEX VIII.

SI aldius cuiuſcũq; aldiam alterius tulerit vxorem, & filios ex ea procreauerit, & mundium ex ea non fecerit, ſint filii eius aldiones, cuius & mater fuerit. Nam ſi poſtquam ex ea mundiũ fecerit, & ſi ii nati fuerint, ſicut in anteriori edicto cótinetur, patrem ſequãtur. Et talẽ legẽ cũ patrono ſuo habeant, qualem & pater eorum habuerit.

Idem. LEX IX.

SI quis fraudulẽter[i] ancillam alienam tulerit, & dixerit, quod eam ſeruus, aut aldius ipſius tuliſſet vxorem, & poſtea veritas clare facta fuerit, quòd nõ eam ipſe ſeruus, aut aldius tuliſſet: tunc primum omnium reddat ipſum mancipiũ, cuius fuerit, & ſit eius ancilla, cuius antea fuit, & ille, qui hanc fraudem facere præſumpſerit, det inſuper[k] aliam talem ancillam, aut aldiam eidem homini, cui fraudem fecerit, & reddat operas de ipſa ancilla, quam fraudulenter tulit, quãdiu eam apud ſe habuerit.

Idem. LEX X.

SI aldius cuiuſcunq; aldiam alienam tulerit in vxoré, aut ſeruus ancillã, & antequã de ipſo coniugio aliquam conuenientiã dñis eorũ inter ſe facere contigerit, q̃ſpiam miſer homo cũ ipſa aldia, aut ancilla, q̃ eſt vxor alterius fornicat⁹ fuerit: ita præuidimus, vt eidem, cuius vxorem adulterauerit, de ipſa culpa dẽat ſubiacere, qui hoc malũ perpetrauerit. Nam dñs eiuſdẽ mulieris tm̃ mũdiũ de eã ſuſcipiat, ſi aldia fuerit, ſicut lex eſt.[l] Et ſi fuerit ancilla, accipiat exinde pretiũ, aut vicariam, ſicut conuenerit. Hoc aũt ideo proſpeximus de vxore ſerui, vel aldionis: quia ſi de libero hoĩe quiſpiã miſer hõ mulieré adulterauerit, ad maritũ eius componat, [m] et ſi non habeat eam mundiatam: nam non ad parentes.

Imperator Carolus.

LEX XI.

VT coniugia ſeruorũ non dirimantur, ſi diuerſos dños habuerint: ſed ĩ vno cõiugio ſerui permanentes dñis ſuis ſeruiant. Sic tamen vt ipſum coniugium legale ſit, & per voluntatem[n] dominorum ſuorum, iuxta Euangelium,* quos Deus[o] coniunxit, homo non ſeparet.

Imperator Pipinus.

LEX XII.

DE mancipiis palatii noſtri, & eccleſiarum noſtrarum nolumus mundium recipere,[p] ſed noſtra mancipia habere.

---

2 † Libertam.

* Reſpectũ habuit ad l. Lutprandi. ſup. de fornic. l. ſi qui cũ ancilla gentile.

* Gen. 2. Matthæi 19. Marci 10.

---

eſt, dominus ſerui neglexerit reuocare eã in ſeruitutem, ſit libera cum liberis ſuis.

a *Et ſi dominus.* i patronus, qui dominus fuit ancillæ.

b *SI aldius. Naſcuntur.*] quia non fecit mundium.

c *SI aldius cuiuſcunque.*] ſecus ſi ingenuus ſit: nam prius debet eam facere uniderboram, ut ſupra de ſpon. l. ſi quis aldium. Idem eſſet de ſeruo. licet lex iſta tãtum de aldio, & aldia, uel liberta loquatur.

d *Patrem ſequentur.* quia fecit mundium.

e *SI ancilla.*] vtriuſque proprio domino conſentiente: alioquin non eſſet legitimum matrimonium.

f *SI ſeruus.*] contra ſupra ſi ſeruus liber puella, uel mulier in coniug. accep. l. vlt. Solu. hæc corrigitur ab illa. Vel illa loquitur, quando ab initio libera erat mulier, & cum ſeruo ſe copulauit: hic autem loquitur, quando illo tempore erat ancilla, ſed poſtea fuit à ſeruitute liberata.

g *Liberauerit.*] in fraudẽ, vt matrimonium dirimere, quod uetatur, ut inf. eod. titulo, l. ut coniugia.

h *Et admond fecerit.*] ſcilicet, ut diuortium fieret inter eos.

i *SI quis fraudulenter.*] vſu. & exẽplo huius legis dicimus, quod quicunq; de aliqua re colludiũ fecerit, in duplum debet eam componere.

k *Inſuper.*] hic uidetur innui, quod id, qđ fraudulenter cõmiſſum eſt, in duplũ cõponi debet: quod tamen non ſemper verum eſt.

l *SI aldius. Sicut lex eſt.*] ut infra de manumiſſ. l. j. 2. & 3. & infra qualit. quis ſe defe. deb. l. ſi quis animo.

m *Componat.*] ſed ambo occidi poſſũt, ſi inuenti fuerint: alioqui traduntur in manus mariti, ut ſupra de adult. l. ſi quis dixerit. l. ſi quis cum vxore. & l. penult. & vlum.

n *VT coniugia. Per voluntatem.*] imò idem, & ſi contra uoluntatem dominorum, ut extra de coniug. ſeruor. capit. j.

o *Quos Deus.*] ergo matrimonium eſt à Deo inſtitutũ, vt de offi. deleg. ca. cauſam matrimonij & infra de prohi. alien. min.

p *DE mancipijs. Recipere.*] cũ noluerint recedere, ut in l. j. huius tit. dicitur.

DE

TITVLVS XIII.

De eo, qui vxorem ſuam dimiſerit, & aliam ſuper eam duxerit.

Rex Grimoaldus.

LEX PRIMA.

SI quis vxorem ſuam, abſque culpa [a] legitima poſtpoſuerit, & aliam in domum ſuper eum duxerit, componat ſol. 500. medium regi, & mediũ parentibus [b] mulieris, quam poſtpoſuerit: mundiũ verò mulieris eiuſdem, quã poſt poſuerit amittat. Et ſi noluerit ad maritum ſuum reuerti, reuertatur ad parẽtes [c] ſuos cum rebus ſuis, & mundio.

Rex Rotharius.

LEX II.

SI mulier, [d] aut puella, nõ tum habuerit quemcunque hominem vxorem hr̃e, & ſuper ipſam introierit, & tulerit maritum non ſuum, ſancimus, vt omnes res ſuas perdat [e] ipſa mulier, quæ, ſe ſciente alterius marito volũtariè conſenſit, & medium de rebus ſuis accipiat curtis regia: & medium parentes mulieris prioris: & illa prior mulier [f] recipiet maritum ſuum, & ille colat eum, vt decet vxorem legitimã: & illa virum ſuũ ſibi reputet, quæ ſuper aliam vxorem introire præſumpſerit: & nihil ei componatur, [g] nec faida requiratur.

Rex Lutprandus.

LEX III.

SI ſeruus cuiuſcunque habens legitimam vxorem, & aliam ancillam ſuper eam duxerit, cõponat dominus ſerui ſicut edictũ de adulterio continet, ei, cuius ancillam poſtea tulit: ancilla vero ipſa pro illicita præſumptione accipiat talem diſciplinã [1] † in præſentia domini ſerui, & domini ſui: ut alia ancilla hæc facere non præſumas.

Imperator Carolus.

LEX IIII.

VT nec uxor a uiro dimiſſa alium accipiat uirũ, uiuente uiro: nec uir aliam accipiat [h] vxorem, uiuente priore vxore.

Idem. LEX V.

QUicunque [i] propria vxore derelicta, vel ſine culpa interfecta, aliam duxerit, armis depoſitis, [k] publicã habeat [2] † pœnitentiam: & ſi contumax fuerit, comprehẽdatur a comite, & ferro uinciatur: & in cuſtodiam mittatur, donec res ad noſtram notitiam perducatur.

Imperator Lotharius.

LEX VI.

NVlli [l] liceat, excepta * cauſa fornicationis, ad hibitam ſibi vxorem relinquere, & deinde aliam copulare, alioquin tranſgreſſori priori conuenit [m] ſociare coniugio: ſin autem vir, & uxor dimittere [3] † pro ſola religioſa [n] inter ſe conſenſerint vita; nullatenus ſine conſcientia epiſcopi fiat: ut ambo ſingulariter prouiſo conſtituantur loco: nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re, matrimonium non ſoluatur. [o]

Idem. LEX VII.

NVlli liceat in uno tempore duas habere uxores, vel uxorem, & concubinam, quia cum * domini non ſit lucrum, animæ ſuæ ſit detrimentum, nam ſicut Chriſtus caſtam obſeruat eccleſiam, ita vir caſtum debet cuſtodire coniugium.

DE EO, QVI VXOREM SVAM dimiſerit, &c.

a SI quis Abſque culpa.] ſunt enim quædã legitimæ culpæ, propter quas licet marito uxorẽ poſtponere. ut ſi inueniatur cum alio turpiter conuerſari, ut infra qualiter. quis ſe defen. deb l. ſi quis a modo, vel ſi fornicetur cum alio. l. penult. infra eod. Item ſi conſiliata fuerit in mortem mariti, ut ſupra de conſi. mor. l. ſi.

b Parentibus.] ſed nõne pœna præſtita debet eſſe in poteſtate mulieris, quæ principaliter paſſa eſt iniuriam? Reſpon prima facie videtur, quod ſic. argumen. l. j ſupra de ſponſa. nam dicta iniuria reſpicit ſecundario parentes. Ideo forte parentibus eſt præſtanda: quia mulier reconciliata marito, pœnam ei remitteret, & uideretur impunita.

c Ad parentes.] ſed ſi mulier a marito poſtpoſita adulteriũ committat: an ab eo poſſit accuſari? Item quid ſi maritus non ſuperinduxit vxorem, ſed fornicationem cõmiſit, an poſſit de adulterio accuſare? R ũ. neutro caſu mulierem de adulterio accuſabit: quia cum maritus debeat eſſe auctor boni morum, non debet ab uxore pudicitiam exigere, quam ipſe non ſeruat, l. ſi uxor §. iudex adulterii. ff de adult. Sed primo caſu & pœnam ciuilem patitur. & mundium vxoris amittit. in ſecundo pœnam non patitur, ſed mundium amittit, & maxime ſi in animã mulieris inſidiatus fuerit cum fortius delictum ſit uxorem occidere, quam ſecundam ſuperinducere.

d SI mulier.] ſupra lege proxi. loquitur de pœna mariti, qui ſuperinduxit uxorem, hic de pœna mulieris, quæ uoluntarie conſenſit ſuper induci.

e Perdat.] no quòd in pari delicto aliam pœnam patitur uir, alia mulier.

f Prior mulier.] ſi cum marito cohabitare uoluerit: alioquin non cogetur: imò poterit reuerti ad parentes cum rebus, & mundio, ut ſupra l. proxi. Et no. quòd conſtante matrimonio, poterit uxor dotem repetere, dum dicit cum rebus ſuis.

g Componatur.] ſcilicet, pro plagis, & feritis, ſi quas ibi habuit.

h VT nec uxor. Accipiat.] etiam ex cauſa fornicationis interueniente, ut infra eodem, l. nulli.

i QVicunque.] ſuperiores leges de pœna pecuniaria loquuntur, hic de corporali.

k Depoſitis.] innuit, quod debet amittere dignitatem militiæ, & agere publicam pœnitentiam per cenſuram eccleſiaſticam: & ſi ad hanc peragendã fuerit contumax, debet ferro ligari.

l NVlli.] cauſa fornicationis, & alijs ſimi. ut no. ſupra eo. l. uxorem autem ſuperinducere non licet. ergo exceptio non pertinet ad aliam ſuperinducendã, ſed dimittendam.

m Conuenit.] & neceſſe habet ad primam uxorem redire, eamque inuitus retinere, cum in pari cauſa etiam tenerit, & pudicitiam non ſeruauit: unde neutrum alterũ accuſabit, ut notatur ſupra eod. l j. & iſto caſu utriuſque eſſe debet æqua conditio, ut C de hæreticis, & Mani. l. quoniã multi & C. de inoff teſta. l. in arenam. & ff ſol. mat. l. uiro. atque uxori. quid enim hæreticus hæretico, & arenarius arenario?

n Religioſa.] utroqꝫ autem conſentiente, poteſt matrimonium pro religioſa uita diſſolui: & tunc dicitur diſſolutum bona gratia, ut i auth. de nup. §. nuptias & tunc nec maritus dotem, nec mulier quartam lucrabitur. nec poteſt alter ſeculo renunciare, altero remanente, ut hic dũ dicit, ut ambo ſingulariter prouiſo conſtituantur loco per epiſcopum, & hęc ſententia decreti concordat.

o Non ſoluatur.] quia cum ſint una caro effecta, nõ poteſt unus conuerti ad Deum, & alter remanere in ſeculo, ut extra de cõuer coniug.

1 † A domino.

2 † Agat.

* Supra de prohi. nu. l. ſi quis, & inf. de epi. l. ut liber.

3 † Diuertere.

* Quia cum, ut infra quali'. quis ſe defe. debe. l. antiqui eſt conſtitutũ.

DE SVCCESIONIBVS.

Quia ſupra diximus de filijs, ex quibus filij deſcendunt, & naſcuntur legitimi, qui ſuccedere debent, meritò nunc ponis de ſucceſsionibus.

TITVLVS XIIII.

De ſucceſſionibus.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

OMnis [a] parentela [b] vſque in ſeptimũ [c] geniculum [d] numeretur, vt parens [e] parenti per gradum, [f] & parentelam hæres ſuccedat: ſic tamen, vt ille, qui ſuccedere vult, nominatim [g] vniuſcuiuſque nomina parentum ſuorum anteceſſorum dicat: & ſi intentio fuerit contra curtem [h] regis, tunc ille, qui quęrit, prębeat ſacramentum cum legitimis ſacramentalib. ſuis duodecim, & dicat per ordiné, quòd parentela noſtra ſic fuit: & illi ſic fuere nobis parẽtes, quomodo nos dicim⁹.

Idem. LEX II.

SI quis dereliquerit filiũ vnum, quod eſt forboram, [1] † & filios naturales, vnum, aut plures, filius legitimus tollat duas portiões de patris ſubſtantia: naturales verò tertiã: & ſi ſint duo legitimi, habeant quatuor partes: naturales quintam quanticũq; fuerint: & ſi tres fuerint legitimi, habeant naturales ſeptimam partem: ſi quatuor fuerint legitimi, habeant naturales nonam partem: ſi quinque fuerint legitimi, habeant naturales

[1] † *Furborã. alias, furbor.*

a *Omnis.*] generaliter loquitur, non tamen comprehendit ſeruilem cognationem, quæ nuptias impedit, vt ſupra de coniu. ſer. l. prima. & inſti. de nup. §. illud certum. ſeruus enim non habet communionem iuris ciuilis. vel prætorij l. qui teſtamento. §. ſeruus. ff. de teſti. Item non loquitur de libertorum ſucceſſione: nam ſi libertus fuerit ſufracl, ſuccedit ei patronus. l. ſi libertus. inf. eo. nec de liberto, qui factus adminiculus eſt in pœnis: his enim ſuccedit curtis regia. vt infra de manumiſſ. l. j. loquitur ergo de ſucceſſione ingenuorum, ſcilicet, de linea collaterali, non de deſcendenti, maximè ſi ſint illiciti, quia omnino excluduntur, vt ſ. de prohi. nup. l. de his. i. quia in eo fit ſucceſſio vſq; in infinitum, & poſterior gradus cum proximiore, vt infra eodem, l. ſi quis habuerit. minus de aſcendenti, quia mater iure Longobar. nec filijs, nec filiabus ſuccedit: quia cognata eſt, & non agnata. nam ſicut pater filio proximus agnatus eſt, ita & mater proxima cognata. l. filius. ff. de ſuis & legit. & ſicut deſcendens linea protendit in infinitum: ita & aſcendens: vt ſi Adam uiueret, nõ haberet, cum qua contraheret. Item ſi mulier mortua eſt, non ſuccedunt ei parentes, niſi filios habeat, aut fratres, ſorores aut patrem, vt infra eodem, l. ſi ſorores. & mundualdus ſi ſit maritus, excludit omnes præter filios, vt infra eodem, l. finali. Si vero ſit extraneus excludit alios parentes, vt infra de ſanctimo. l. ſi qua mulier. Nec de ſucceſſione baſtardorũ loquitur: quia licet ſecundum Rotharium regem admittãtur: non tamen baſtardi ex latere, imo per Lutprandum hodie omnes excluduntur. l. ſi quiſcunque Longob. j. infra eod. Nec obſtant verba generalia, cum alias iure Romano, ſi quis obliget omnia bona ſua, non porrigitur obligatio ad filios naturales, vel concubinas. l. obligatione. cum ſeq. & ſeq. ff. de pignoribus.

b *Parentela.*] hic de ſucceſſione maſculi loquitur, non mulieris. Si enim ſuccederet mulier, iam eſſet melioris conditionis ſobrina, & conſobrina in ſucceſſione ſobrini, vel conſobrini, quam filia in ſucceſſione patris. ea enim cum parentibus venit: illa vero ſola veniret. nam qui proximior eſt in gradu, potior eſt in ſucceſſione. ſed & alia ratione hoc probari poteſt. Si enim loqueretur de earum ſucceſſione. Grimoaldus de nouo non introduceret eas ſuccedentes. l. ſi quis habuerit. infra eodem. Et generaliter verum eſt, quod maſculus, qui proximior eſt in gradu, proximior eſt in ſucceſſione vſque in ſeptimum geniculum in collateralibus duobus caſibus exceptis: ſcilicet, cum ſoror ſuccedit fratri cum ſua nepte per l. recolimus. infra eodem. & cum amita. quæ in capillo eſt, ſuccedit ſuo nepoti cum ſua nepte. in aſcendentibus vero, & deſcendentibus ſibi ſuccedunt vſque in infinitum.

c *Vſque ad ſeptimum.*] incluſiuè, vt ſup. de eo, qui peculium in damno min. l. de porcis.

d *Geniculum.*] non ponitur hic pro gradu, ut dicitur, vſque ad ſeptimum gradum: nam iure Romano quælibet perſona gradum facit, § hactenus. inſtit. de gradibus. & hi quos vulgo conſanguineos, appellamus, ſunt in quarto gradu: & quos fratres tertios denominamus, ſunt in ſexto. vnde abſurdum eſſet, vt ſucceſſio non extenderetur vltra textium gradum: ponitur hic igitur geniculum pro generatione, & duæ generatæ perſonæ faciunt generationem, ſiue geniculum.

e *Parens.*] pro collateralibus ponit, non pro patre, & matre, vt ſupra de parricid. l. 2. vbi dicitur, nos autem proximo, parentales fratres appellamus.

f *Per gradum.*] ideſt, qui proximior eſt in gradu, potior eſſe debet in ſucceſſiones, vt ſi eſſent tres fratres, quorum unus decedit, relicto filio, ſi alius eorum decedat, non ſuccedit, ei nepos, ſed frater ſuperſtes, licet ſecus iure Romano. auth ceſſante, & auth. poſt fratres. C. de legi. hære.

g *Nominatim.*] quod non eſt in teſtibus nominandis, quorum nomina apud arbitros non ſunt edenda. l. non ex omnibus. in fine. ff. de arbi.

h *Contra curtem regis.*] quidam dicunt hanc partem loqui quando curtis regia poſſidebat per id, quod hic dicitur: tunc ille, qui quærit, &c. ſecundum quod videtur curtis regia deterioris conditionis, quam priuatus, contra quem non admitteretur probatio per ſacramentum. Sed dic, quod imo eſt melioris conditionis, cum in præſcriptione cõtra curtem regis duplicantur tempora. l. reminiſcimur inf. de præſcriptio. Item curtis regia ſuccedit, & ei credita debentur, ut infra eod. l. ſi quis ſine. Erit igitur æquum, vt in hac parte curtis regia deterioris ſit conditionis: nam iure Romano, contra fiſcum in bonis vacantibus petitioni hæreditatis objicitur quadriennij præſcriptio. Item objicitur præſcriptio triginta annorum, quæ locum contra priuatos non haberet, vt ff. de diuer. & temporalibus præſcriptionibus. l. intra. & l. in omnibus & ſicut regia curtis ſuccedit vltimo loco: ita per vltimum probationum genus fiet contra eam probatio. Alii legunt, quando curtis regia non poſſidebat, ſed petebat exponentes: & ſi intentio, ideſt exceptio, ſeu defenſio, & ille, qui quærit, &c. ideſt. reus effectus actor per exceptionem, vt l. prima. ff. de exceptio. Vel ideſt. ille, qui ſuccedere vult. Accur neceſſe eſt prioritate, cum ſufficiat ei poſſidere. argumen. l. finalis. C. rei vendicatio. Reſpondeo, quia præſumptio erat pro curte: cum enim ipſa, ſaltem vltimo loco ſuccedit: videtur de intentione conſtare, niſi prior exceptionem objiciat contra regem, vt C. de probationibus. l. ſine poſſidetis. Item, ſi de intentione curtis conſtare videtur, cur admittitur poſſeſſor ad probandum de exceptione, & ſacramento, quia ut ipſa vltimo ſuccedit, ita vltimo genere probationis contra eam ſe tuetur poſſeſſor, maxime cum curtis regia negare non poſſit parentelam: quia factum eſt alienum, cum ad eam probandam matris confeſſio prodeſt filio. l. Imperator. & l. finali. in fine ff. de probationibus. ſi ergo admittitur exceptio contra curtem per ſacramentum. l. de poſſeſſione. infra de præſcrip. multo fortius contra priuatum. ſic ergo ſacramentum præſtandum eſt a poſſeſſore loco legitimæ probationis. Sed iurare debet cum duodecim legitimis iuratoribus, cum contingat, quod pretium hæreditatis ſit minus viginti ſolidis, cum deberet iurare pro qualitate cauſæ, vt infra qualiter quis ſe defendere debet. l. ſi qualiſcunque cauſa. primo reſponſo. quia leges ad ea adaptantur, &c l. nam ad ea. ff. de legibus. vt plurimum enim hæreditas valet vltra viginti ſol. Vel illa loqui quan-

do ſacramentum erat dandum, hic erat datum: nam leges dant formam futuris negotijs. l. leges 2 C. de legibus. Item, quare dicit legitimos, cum ſex legitimi ſufficiant, dicta l. ſi qualiſcunque cauſa. ſpeciale eſt in hæreditate: vel hic uocantur legitimi a lege approbati, ut acceptilatio, quæ ex inuentione eſt iuris ciuilis, ex approbatione iuris gentium. l. an inutilis. §. finali. ff. de acceptilationibus. Ex nota ex hac lege, quòd eadem eſt forma iuriſiurandi ſacramentalium, & principalis perſonæ.

[a] *NVlli ſit licentia.*] contra ſupra de prohibitis nuptijs. l. de his. 2. Solu. hic loquitur de baſtardis quos pater ſuſcepit ex ea, cum qua poterat matrimoniũ contrahere: ibi de natis ex inceſtu & damnato coitu.

[b] *Duodecim annos.*] contra. ſupra de prohibi. nup. l. aduenien te. & l. illud præterea. Solu. ibi de conſẽſu legitimo ad nubendum: hic ad alienandum, per quod contradicit infra de prohibi. alienatio. mino. l. prima, in princip. Solu. ibi quando filius principaliter alienat: hic quando conſenſit patri alienanti: facilius enim permittitur conſenſus ad alienandum, quam ipſa alienatio: quia poteſt quis conſentire in id, quod principaliter agere non poteſt. argumen. l. finali, C. de pact. & ff. de manumiſſ. uindict. l. ſecunda. & l. pater. & ff. ad Trebellia. l. reſtituta. & C. de procuratoribus l. neque: Item fructuarius poteſt conſentire manumiſſioni, & obligationi rei, quorum neutrum per ſe facere poteſt. Nam regulariter res aliena pignori dari nõ poteſt: & ſi datur de bonis ſuis, facit obnoxiam, ut C. ſi aliena res pigno. dat. ſit l. quæ prædium. & C. de uſufru. l. intereſt.

a† *Libera uerit.*

a† *Threus*

[c] *DE eo qui de filio naturali.*] dictum eſt, quod filius naturalis uenit ad hæreditatem, ſed eius filius non uenit. Vel aliter, filius naturalis natus de ancilla non ſuccedit: ergo nec eius filius. Et hoc dicit, de eo qui eſt generatus de filio naturali, natus de ancilla, quod eſt Threus, ut hæres non fiat, ſcilicet auo. Vel aliter de eo manumiſſo, qui eſt generatus de filio naturali nato de ancilla, ut hæres non fiat auo. Nam manumiſſus aut decurialis, aut chartularis eſt. & non ſuccedit quouſque perueniat ad tertiam generationem.

duodecimam partem: ſi autem plures fuerint, per hunc numerũ diuidant patris ſubſtantiam.

Idem. LEX III.

NVlli ſit licentia[a] naturales filios æquales, aut conſimiles facere legitimis filijs, niſi filij legitimi, poſt completam legitimam ætatem, patri conſenſerint: legitima autem ętas eſt, poſtquã filij duodecim annos [b] habuerint.

Idem. LEX IIII.

DE filio naturali, qui de ancilla alteri⁹ nat⁹ eſt, ſi pater comparauerit eũ, & liberũ thingauerit, libertas illi permaneat: & ſi nõ comparauerit[a] † eum, ſit ſeruus, cuius & mater eſt ancilla: nã ſi eum comparauerit, & eũ liberauerit, & aliquid de rebus ſuis per legem ei thingauerit, habeat ipſas res.

Idem. LEX V.

DE eo, qui de filio naturali[c] generatus fuerit, qui eſt ſtremus,[a] † hæres nõ fiat, niſi ei thingatum fuerit aliquid per legẽ: & ſi ei thingatum non fuerit aliquid [d] de rebus, tamen libertas illi permaneat.[e]

Idem. LEX VI.

SI quis dereliquerit [f] filiã legitimam vnam, & filiũ naturalem vnũ, aut plures, & alios parentes proximos, ęqualiter diuidant ſubſtantiã defuncti, ideſt, in tres partes, filia legitima accipiat vncias quatuor, & parentes ꝓximi, aut hrędes vncias quatuor, quòd eſt tertia pars: & ſi parentes proximi non fuerint, tunc curtis regia ſuſcipiat ipſas quatuor vncias.

Idem. LEX VII.

SI quis dereliquerit filias legitimas duas, aut plures, & filios naturales vnũ, aut plures, & alios parentes proximos, vt ſupra, illæ filiæ tollant vncias ſex, quòd eſt media. naturales filij vncias quatuor, ꝙ eſt tertia pars: & parentes legitimi vncias, duas, quòd eſt ſexta pars: & ſi parentes non fuerint, curtis regia ipſas duas vncias ſuſcipiat.

Idem. LEX VIII.

SI quis dereliquerit filiã legitimã, vnam, aut plures, & filiũ naturalem vnũ, aut plures, & ſororem legitimam vnam, aut plures, tollant filiæ, & ſorores inter ſe æqualiter diuidẽdas vncias ſex, quòd eſt medie. naturales filij vncias quatuor, ꝙ ẽ tertia pars: & duas vncias parentes legitimi: & ſi parẽtes legitimi non fuerint, curtis regia ſuſcipiat ipſas duas vncias, quòd eſt ſexta pars: ꝓ mundio autem tollant naturales filii tertiam partẽ, [g] & hæredes legitimi, aut curtis regia partes duas.

Idem. LEX IX.

SI fuerint [h] filii legitimi, & naturales, & ſorores tam legitimæ, quam naturales, pro mundio earum, tollãt filii legitimi partes duas: naturales verò partem tertiam.

[d] *Aliquid.*] quod quidem habebit non iure partis hæreditariæ. ſed iure rei ſingularis.

[e] *Permaneat.* ſcilicet, quia matrem liberam habuit, uel liberatus eſt a domino ſuo.

SI quis dereliquerit.] hæc lex eſt hodie correcta per l. ſi quiſcunque. infra. eo. nota tamen, quòd tantum corrigitur, quantum ad parentes, & curtem regiam, ut non ſuccedant filia legitima exiſtente: non autem quantum ad filios naturales. quidam tamen dicũt, quòd omnino corrigitur, quod hic dicit, & ſupra eo. l. 2. & inf. l. proxi. & de eo quod pa. neceſ. hab. fil. relinq. l. j.

[g] *SI quis. Tertiam partem.*] iure ſucceſſionis habent filij legitimi, & naturales ipſum mundiũ: & ideo ſicut diuidunt hæreditatem, ſimiliter & mundium, ſcilicet, ut quiſque legitimũ habeat tantum, quantum erat omnes naturales, & ſic aliter accipiť hic tertia pars quam in ſuperiori lege proxima. Nam ſup. dicitur tertia reſpectu quantitatis, quam quiſq; legitimus habet de mundio.

[h] *SI fuerint.*] no. ab hac lege, quòd filiæ naturales in mũdio legitimorum fratrum ſunt: a fortiori ergo fuerint in mundio patris Sed an loquatur de naturalib. natis ex concubinatu an ex fornicatione? Reſpõ. iure Romano filij ex unica concubina, & dominati ſuccedunt in duas vncias. auth. licet patri. C. de natu. lib. lib. uerum, ſi ex damnato coitu, nõ ſuccedunt, ut C. de ince. nup. auth. ex cõplexu nephario, ideſt, inter aſcendentes. & deſcendentes. Item ex inceſtu, qui eſt inter perſonas ex latere coniunctas, ſtuprũ quidẽ damnatur iure Rom. quandoq; in dimidia parte bonorum, ut inſti. de pub. iudi. §. ſed eadẽ. quandoq; damnatur capite, ut ff. de extraordi. cri. l. j. §. fin. Iure autem Longobard ponitur in c. ſol. ut ſup. de forni. l. Ex quibus alias dixi, quòd naturalis natus ex dãnato coitu nõ debet naturalis uocari, imo indignus beneficio paternæ ſubſtantiæ, ut ne alatur quidem, ut d. auth. ex complexu. Sed ex concubinatu natus admitti debet ad ſucceſſionem. Sed nõ obtinuit, cum Rothaꝛis non diſtinxerit concubinam ab alia fornicaria, & omnes parentes naturales appellauit.

a S*I fuerit.*] no. ex hac l. quòd baſtardi non ſuccedunt in linea collaterali: ſed eis legitimi ſuccedunt. Baſtardi enim per Rotha in linea deſcendenti ſuccedunt: in collaterali minimè: quod no. ſupra eod. l. j. hodie autem totũ abrogatum putamus.

Idem. LEX X.

SI fuerint[a] filij legitimi, & filij naturales duo, aut plures, & cõtigerit caſus, vt vnus ex naturalibus occiſus fuerit, tollant legitimi fratres pro compoſitione ipſius, quod appreciatus fuerit, partes duas: naturales verò, qui remanſerunt, tertiam partem: facultas verò illius mortui ad legitimos fratres reuertatũ, & non ad naturales. Ideo ita præuidimus hoc propter faidam deponendam, ideſt, inimicitiam pacificandam.

Idem. LEX XI.

SI fratres[b] poſt mortem patris in caſa communi remanſerint, & vnus ex ipſis in obſequio regis, aut cum iudice aliquas res acquiſierit, habeat in antea ſibi abſque portione fratrum, & quæ foris[*] in exercitu acquiſierit, commune ſit cũ fratribus,[c] quos in communi caſa dimiſerit. Et ſi quis alicui de ſupraſcriptis fratribus gairethinx[1†] fecerit, habeat in antea ille, cui factum fuerit: & ſi quis ex ipſis duxerit uxorẽ, & de reb. communibus meta data fuerit, quando alter uxorem tulerit, aut quando ad diuiſiõnem faciendam uenerit, ſimili modo de communibus rebus ei refundatur aliud tantum, quãtum ille alter frater in meta[d] dederit: paternę autem, vel maternæ[e] ſubſtãtiæ, quod relictum fuerit, inter ſe æqualiter diuidant.

Idem. LEX XII.

NVlli liceat ſine certa[f]

b S*I fratres.*] quidam dicunt fratrem æquirentem totum debere habere præcipuum, excepto ſi in exercitu acquiſierit. Alij totum debere communicari, exceptis caſibus hic enumeratis, vt ſeruiendo regi, aut iudici, aut ſi ei donatum fuerit. Tu dic idem, ſi alteri ſeruient, & ſeruitij contemplatione aliquid acquiſierit, debet habere præcipuum. Idem ſi operas ſuas locauit: quod enim de rege, & iudice dicitur, ponitur gratia exempli, vt ff. de vi, & vi arma l. prima, §. quod vulgo. & not. ſupra de eo, qui vxo. l. nulli. & ff. de ſal. l. ſi quis obreſerit. & ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. Erit & donatio præcipua, vt hic: idem ſi hæres ſit inſtitutus uel aliquid ei legatum. Et generaliter ſi quid ex proſpera obuenerit, vel ſpeciali ipſius contemplatione præcipuum erit. Cæterum ſi commune negotium gerat, quod hic de exercitu exemplũ ponit, debet eſſe commune. Item oĩa, quæ cõi nomine geſta ſunt. Quid ſi unus ex fratribus mercator parſimonia ſibi acquiſierit pecuniam, & per regiones, & prouincias multa quæſierit? Reſp. habebit principuum: nam ſi ſeruiendo regi, & iudici, multo fortius ſibi: ut ita diceremus. Sed rediens in domum quo iure peret communicari, quæ fratres domi acquiſierint? Reſp. præſumitur ex communi patrimonio ea prouenisſe, ut de uxore dicitur, cuius omnia obuenisſe præſumuntur ex bonis mariti. l. Quintus. ff. de dona. inter vi. & vxo. & C. illo eodem titulo, l. etiam ſi. Et ſi quidem incremẽta ſunt naturalia, vt fœtus pecorum, & animalium, partus ancillarum, & ſimilia, omnia communicari debent. l. denique §. fina. §. de pec. leg. & l. item ueniunt. §. item. ff. de per. hære. Si uerò incrementa ſint induſtrialia, ut quia pecuniã ad uſuras dederunt, uel manibus laborando, ſi quidem prædia, & pecunia fuerint, hæreditaria, tunc naturales cões sũt. Item uſura, quę licet non naturales ſed ciuilis ſit acceſſio: tñ commune eſt periculum pecuniæ bona fide fœneratæ, maximè ſi nulla inueniatur culpa fœneratoris: quia elegit idoneos ſoluendo, vt ff. man. l. idemque. §. ſi mandauero. Si uerò fratres prædia aliena coluerunt, non ſumptibus, nec animalibus hæreditarijs habebunt ſibi præcipua, ut in ſimilib⁹. ſupra poſitis: nam non uidẽtur cõe gerere negotium. Et domnec nullus a commutione diſcedit, gerunt cõe negotium argumen. l. itaque. ff. pro ſocio. Quid ſi de cõi pecunia fundũ emerit vnus ipſorum nomine ſuo, ſibique traditus, an debeat communicare? Reſpon. fundus emptoris eſt ſecundũ ius Ro. argumen. l. ſi ex ea. C. de rei uend. & C. communia utriuſque iudic. l. ſi patruus. Sed iure Longo. fundus fortè cõmunicabitur: nam & ſocius omnium bonorum, ſi hæres ſit inſtitutus, licet ſolus hæreditatem adeundo efficiatur dominus, tamen communicare tenetur. l. ſi ſocietatem. & l. ſi quis ſocietate. ff. pro ſoc. Prætera ſeruus fructuarius, ſi ex pecunia fructuarij aliquid emerit, dicitur ex re fructuarij acquiſiſſe: idem in ſeruo bona fide poſſeſſio, ut bonæ fidei poſſeſſori acquirat. l. ſed & ſi quid. ſecunda. de uſufruct. & C. de rei uend. l. prima. & inſtitu. per quas perſonas no. acqui. §. idẽm placet. dici tamen poteſt aliud eſſe ex re prouenire, aliud propter rem, ut ff. de coniung. cum emancip. lib. l. prima, § nunc uideamus. & ff. de pecu. leg. l. denique. § finali, & ff. de ſepul. vio. l. quãtitum. & ff. ad legem falcid. l. ſi hæres. quæ leges uolunt, ut fundus de cõmuni pecunia emptus non ſit communis. Cum igitur communicari debet lucrum prouenieus ex communi negotio; an ſi damnum inde ſequatur (puta, quia incidit in latrones; uel ea amiſit, ſine quibus ſocietas non poterat operari) erit commune necne? Videtur prima facie; quod ſic arguinen. l. cum duobus. §. quidam ff. pro ſoc. quia vbi emolumentum; ibi & onus eſſe debet: & econtra: dici tamen poteſt quod longè diſtat ſocietas contractitia a ſocietate incidenti; in qua ſi vnus ex hæredibus partem ſibi contingentem recipiat, non tenebitur cohæredibus, quia nil plus ſua parte habet, vt C. dep. l. finali, & ff. famuliæ erciſcũdæ l. Lucius. & Titius. ſecus in contractitia, vt ff. pro ſocio. l. verũ. §. ſi cum tres. & diligentior eſſe debet ſocius incidentis ſocietatis; quàm cõtractitiæ, quantum ad cuſtodiam præſtandam: hic enim diligẽtiam præſtat rebus ſuis ſolitam præſtare, vt inſtit. de ſocie. §. fina. & ff. pro ſoc. l. ſocius. at in incidenti ſocietate debet eſſe diligens, vt pater familias. l. hæredes. §. non tantum. ff. familiæ erciſcundæ.

c *Commune ſit cum fratribus.*] ſecus tamen eſt de iure Romano, vt ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. Papinianus. alias eſt. l. ſi ſi fratres. etiam ſi ſint ſocij. nec enim res empta ex communi pecunia ſit communis; ſed eam frater iudicio ſocietatis cogitur communicare, ſi ſocij ſunt, alias ſecus. Hoc idem, & ſi de pecunia alterius propria res comparetur, vt dicto §. Papinianus & l. ſi quis ſocietatem. ff. eodem. & C. ſi quis alt. vel ſibi. l. qui aliena. & C. com. vtriuſque iudic. l. ſi patruus. Nec obſtat, quòd hic dicitur, commune, &c. ideſt. communicandum, ſi ſocij ſint, vt præmiſſum eſt. vel hic de æquitate, ibi de iure ſtricto. Vel ſpeciale eſt in eo, quod acquiſiuit in exercitu neceſſariò. ideo quia expenſæ ſiebant de communi.

d *Meta.*] põnitur hic meta pro ſponſalia donatione, ſiue mephio: dicimus tamen eſſe in electione fratris, vtrum veſit partem uendicare, an aliud tantum recipere de communi, niſi præſens interfuit donationi: quo caſu uendicatio ceſſat: & quod hic dicitur, quãdo ad diuiſionem uenerit, ideſt, ſi tandiu uelit expectare.

e *Vel materna.*] argum. quòd filius matri ſuccedat: quidam tamen dicunt patrem ſucceſſiſſe vxori ſuæ, & tanquam paternum ad filios perueniſſe.

f N*Vlli ſine certa.*] ideſt, ſine iuſta. Dicit enim: Iuſtas autem culpas, &c. vel ſcilicet, quæ probari non poſſit, quia debet a teſtatore exprimi: alias, non licebit hæredi, uel donatario ingratitudinem obijcere, ut C. de inofficio. teſtamen. l. omnimodo. & C. de reuo dona. l. finali, quid ſi pater dixerit filium certam ingratitudinem commiſiſſe iuramento hoc affirmando, nunquid ſtabit filius religioni patris, ut dicitur in authen. quod obtinet. C. de proba. Reſpon. illa auth. locum habet, quando filij erant hæredes inſtituti: quo caſu eis nocere non debet. argum. l. ſi quis in fi. ff. de iureiurando.

Iuſtam]

* No. naturalem naturali non ſuccedere, quòd de iure communi videtur ſecus. l. hac parte. ff. unde cogna. cum ſimil. & C. de adop. diuer. ſuccesſ. feri.

* Et quæ foris ect. q̃ ſi frater acquiſierit feudũ in bello regis frater poteſt ſuccedere. ca. vnico. & ibi gl. ſi. de benef. fratris. quæ ad hoc allegat iſtam legem.

1 † Gairethinx. No. gairethinx quæ dicitur donatio. inf. de donat.

a *Filium.*] intellige tam de legitimo, quàm de naturali, ſecundum tempora huius legis. nam & naturales ſuccedebant per Rotharium, ſecundum leges ſupra, & infra poſitas. quod hodie eſt abolitum per legem Lutprandi, infra eodem.

culpa filium [a] ſuum exhæredare: [b] nec quod ei debetur per legem [c] alij thingare. [d] Iuſtas autem culpas * exhęredãdi filios, eas eſſe dicimus, ſi filius contra animam patris, aut ſanguinem inſidiatus, aut cõſiliatus fuerit, aut ſi percuſſerit patrem voluntariè, aut ſi cum matrinea [e] ſua, ideſt nouerca peccauerit, iuſtè à patre exhæredatur.

Idem. LEX XIII.

ITem ſicut nec patribus licitum eſt, ſine iuſta cauſa, aut culpa filios ſuos exhæredare: ita nec filijs liceat, viuo patre, [f] cuicunque res ſuas thingare, [g] aut per quodlibet ingenium [1] †alienare, niſi filios fortè, aut filias legitimas, aut filios naturales reliquerit, vt ipſi [2] †ſecundum legem conſeruent,

* No. cauſas ingratitudinis tres, licet de iure communi ſint 14. vt in auth. vt cũ de appell. cogn. §. aliud quoque capitulum. coll. 8.

1 † Titulum

2 † Ipſi.

b *Exhæredare.*] ideſt, extra dominium ponere, & exhæredatio tantum in teſtamento locum habet, ut in ſtitutio. l. non codicillum. C. de teſta. veteres enim hæredes dominos appellabant, vt inſtit. de hære quali. & diff. §. ſui autem.

c *Per legem.*] ut ſup. eod. l. ſecunda, bene dicit, debetur, quia filij venientes ad ſucceſſionem occupant hæreditatem paternam, tanquam debitam, ut C. de codi. l. fin. in fine. & l. ſi quis habuerit. inf. eodem: nam filij videntur quaſi domini in uita patris, ut eis ſola adminiſtratio videatur deeſſe. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu.

d *Thingare.*] ideſt, uniuerſaliter donare: nam thinx eſt uniuerſalis donatio, ut intra titulo primo. non prohibetur itaque pater donare rem ſingularem, cum hic de uniuerſali loquatur. unde quæritur, an pater poſſit omnia bona ſua uendere, & æſtimationem recipere? Reſpond. vtique. argu. l. 2. ff. ſi à par. quis fuer. manumiſſ. cum non minus habeat poſt venditionem, quam antea, cum pretium ſuccedat loco rei l. ſi & rem. ff. de pet hære & ff. de pecu. l. ſed & ſi quis. habet enim iuſtam patrimonij æſtimationem, quæ ſuccedit in locum patrimonij, niſi forte in fraudem exhæredationis hoc agat propter frequentem, & facilem pecuniæ conſumptionem.

e *Cum matrinea.*] iſta cauſa in filiam cadere non poteſt, reliquæ vero duo poſſunt, quia lex iſta pariter loquitur de filijs, & filiabus, ſed vna culpa eſt, ſi pater percuſſit uoluntariè, nunquid intelligendum eſt de qualibet leui percuſſione iniuriandi animo facta? Reſpon. vtique. quia licet in alterius perſona leuis eſſet iniuria, in perſona tamen patris grauis videtur, quæ ſemper debet videri ſancta, & reuerenda filio. l. 2. C. de lib. & cor. lib & l. liberto. ff. de obſeq. libe. inde bonus iudex pro modo delicti prouidebit, an valere debeat. l. j. in prin. ff. de obſeq. lib Quid de manu leuata, nũquid eſt iuſta cauſa exhæredandi? nequaquam. longè eſt enim ferire, quam manum leuare. Item nunquid ſolæ ſunt cauſæ exhæredationis, quæ in lege iſta commemorantur? Reſpon, iſtæ exempli gratia ponuntur, ſed aliç plures ſunt, ut inf. eod l. ſi filiæ. & ſupra de ſponſalibus. l. fi. & no ſup. de eo, qui vxo. l. nulli. ubi excipitur ſola fornicationis cauſa, tamen & aliæ ſimiles excipiuntur. Nunquid etiam licebit matri filium, vel filiam exhæredare? Reſpon. nequaquam. Nam filij ad ſucceſſionem matris veniunt, ſicut & patris. arg. l. proxi ſup. eod. & inf eod. l. ſi quis Longob. j & l. fin. & inf de ſancti mo. l. ſi qua mulier. Dicemus itaque, non poſſe matrem eligere vnum, vel vnam ex filiabus, & voluntate mundualdi bona ſua ei largiri.

f ITem. *Patre*] idem de auo, & omnibus aſcendentibus gradatim: hic tamen uidetur ſophiſticè probari poſſe lineam collateralem aſcendenti præponi. nam ſoror in capillo pariter ſuccedit cum filia excluſa ſuperiori linea. Sed reſpondeo, quòd non contingit hoc propter ſororem, ſed propter filiam, quæ eſt ex linea deſcendenti.

g *Thingare.*] hoc ponit in perſonis parentum, quaſi in eos non cadat exhæredationis nomen, ſed in filios tantum, quia pater non dicitur quaſi dominus in bonis filij, ſicut econtra, argumen. l. licet § paternos. ff. de uerborum ſignificat. Nam filios ad vota parentum commune uotum & ratio naturalis adducit: parentes autem ad bona filiorum pietatis miſeratio l. ſcripto hærede. in fine. ff. unde lib. ſed iure Romano nomen exhæredationis cadit in patrem: unde ſi exhæredaretur à filio, accuſaret teſtamentum per quærelam inofficioſi, ut inſtitu. de inoffic. teſtamen §. primo. ſanè per legem iſtam prohibetur filius bona ſua thingare. Sed nũquid habebit locum tã in naturali, quàm in legitimo? Reſpondeo, non: cum de naturali nihil expreſſum, & cũ lex vocat filios ad ſucceſſionẽ, de legitimis tantum intelligendum eſt, niſi expreſſe faciat mẽtionem naturalium, unde dicunt quidam cum pater prohibetur exhæredare filium, de ſolo legitimo intelligitur, naturales autem licet patri exhæredare. Tu dic. naturales cum legitimis uocari, ſecundum Roth. & licet expreſſe non inueniuntur, quod naturalis cogatur patri bona conſeruare, tamen admittitur pater ad eius ſucceſſionem. nam cum admittantur fratres, qui ſunt in collaterali, vt ſupra eod. l. ſi fuerit 2. multo fortius pater, qui eſt in aſcendenti: nam frater alienando, a ſucceſſione bonorum fratrem excludit; inferior autem ſuperiori præponitur, ut hic innuit, dum facit mentionem naturalium filiorum, propter quod patrem excludit; ergo non licet patri filium naturalem exhæredare: uerum hodie hæc locum non habent, cum prorſus naturales repellantur.

Idem. [3] †LEX XIIII.

SIquis ſe deſperauerit [h] pp ſenectutem, aut aliq̃ corporis infirmitatem, quòd filios habere non poſſit, & res ſuas alij thingauerit: poſteaque eum cõtigerit filios legitimos procreare, omne thinx, quod eſt donatio, quę prius facta eſt, rumpatur, & filij legitimi vnus, aut plures, qui poſtea nati fuerint, hæredes patri in omnibus ſuccedãt: ſi autem filias legitimas vnam, aut plures, ſeu filios naturales, vnum aut plures poſt thinx factum habuerit, hẽant & ipſi legẽ ſuam, ſicut ſupra conſtitutum eſt: tanq̃ ſi nulli alij thingatũ fuiſſet: & ille, cui thingatum eſt, tm̃ habeat, quantũ alij parentes proximi debuerant habere, aut curtis regia ſuſcipere, ſi alii thingatum non fuiſſet.

h SIquis ſe deſperauerit] ſed cur de ſola deſperatione poſui? Reſpondeo, quia leges ad ea adaptantur, &c. L nam ad ea ff. de legibus. ſicut enim iure Romano agnatione poſthumi rumpitur totum teſtamentum, ut inſtitu. de inoffic. teſtamen. §. poſthumi. ita iure Longobardorum rumpitur donatione uniuerſitatis, licet non in totum: quod uerum, ſi non declinet ad monſtrum, uel ad prodigium: tunc enim donatio ſtabit, ut iure Romano cauetur. Sed quid, ſi uxor donatoris conceperit, nunquid donatio rumpitur? quòd uidetur, quia poſthumus habetur pro iam nato, cum de commodo eius agitur? Reſpondeo, nequaquam, quia nec iure Romano, ſed ſpes eſt, ut rumpatur in totum, uel in partem. Ex hoc dicunt quidam, ut filio totum debeatur, cum tota donatio reuocetur, ut nec q̃dem modicum ualeat pater alienare quod videtur ſummè contra leges, & iniquum ut nec pro anima valeat iudicare, ut infra de vlt. volun. l. 2. & 3. nec bene merentibus amicis aliquid largiri, quod liberto conceditur, ut poſſit minuere partem debitam patrono benemerito, amico donando, ut ff ſi quid in frau. patr. l. viuus. & iure Romano cõtingit: nam agnatio poſthumi totum rumpit teſtamentum: & tamen poteſt teſtator multa de rebus ſuis largiri. Item vbi iure Romano pater filium exheredabat, uel prætenibat, totum teſtamentum expugnabatur per querelam, vel per contratab. bonor poſſ. & tamen poterat petere ſpeciales res donare, quia illo iure donare poteſt, duntamen filio relinquat debitum bonorum ſubſidium, quòd hodie eſt triens, ſi quatuor ſint, uel pauciores: ſemis, ſi quinque vel plures. vnde, quatuor, aut infra dant natis iura

Idem. LEX XV.

SI pater filiā ſuam, aut frater ſororem ſuam legitimā alij ad maritum dederit, in hoc ſibi ſit cōtenta de patris, aut fratris ſubſtātia, quā tum ei pater, aut frater ī die nuptiarum[a] dederit, & amplius non requirat.[b]

Idem. LEX XVI.

SI pater filiā ſuam, aut frater ſororem ſuam alii ad maritum tradiderit, & cōtigerit caſus, vt ille maritus moriať, & pater, aut frater mundiū eius liberauerit, ſicut ſupra cōſtitutum eſt, & illa in domum patris, aut fratris regreſſa fuerit, & alias ſorores i caſa pr̄is, aut fr̄is inuenerit: & poſtea pater, aut frater mortuus fuerit, & illa remanſerit in domo cū aliis ſororibus una, aut pluribus, et ad facultatem patris, aut fratris venerint diuidendam cū parentibus aliis, aut cum curte regis: tunc illa uidua, quæ in domum pătris, aut fratris regreſſa eſt, hēat ſibi in antea morgincap, & mephium: de faderpho autē, ideſt, de alio dono, quantū pater, aut frater dederit ei, quando ad maritum ambulauerit, mittat in confuſum,[c] cum aliis ſororibus: & illa alia ſoror vna aut plures, tollat vnaquæque in antea tantum pro mūdio, quā tum pater, aut frater liberando eam ad parētes mariti defuncti dederint: reliquā patris, aut fratris ſubſtantiam æqualiter diuidant, ſicut in hoc edicto legitur: & ſi ſola in caſa remanſerit, inquantum ei per legem competit, hæres ſuccedat.

Idem LEX XVII.

SI quis ſine hæredibus[d] mortu' fuerit, & res ip-

trientem. Semiſſem verò dant natis quinque, vel vltra, ut C. de inoffic. teſtam. auth. nouiſſima. & ff. de bo poſſ. contratab. l. . & in auth. de trien. & ſemiſſ. & eſt ratio, quia filius in totum excluſus poteſt ſubuertere patris iudicia: ſecus quando rem ſpecialem donaſſet, ita iure donationis rumpitur vniuerſalis donatio per quam filius inuenitur in totū excluſus, & licet non fuit iniquo animo, omni tamen euentu inuenitur excluſus: ſed quis aget contra donatarium, pater, an filius? Reſpon. pater ſolus, ut hic, dum dicit, hæredes patris, &c. ergo ad dominiū patris erat reuerſa donatio: alioquin filius non exiſteret hæres in omnibus, quæ procedunt, mortuo patre, quia viuentis nullus eſt hæres, ut ff. de hæred. vel act. vend. l. j. & C. de inoffic. donat. l. ſi totas facultates. Sed qua actione reuocatur donatio? vtili rei uendicatione. non enim dominium redit ipſo iure ad patrem, licet dicatur, quod donatio reuertatur: nam iure Romano donatio cā mortis reuocatur ex pœnitentia, non tamen dominium redit ipſo iure ad donatorem, ſed propoſita vtili rei vendicatione l. qui mortis cauſa. ff. de dona. cauſa mortis. Item res per metum alienata, utili actione in rē reuocatur, ut C. quod metus cauſa. l. 3. & . nō enim debet filius eſſe melioris conditionis, ubi pater donationem fecit, quam ubi non donauit: filius, viuente patre, nec agere poteſt, nec conueniri de rebus paternis: pari cenſura non aget, ubi pater donauit. Item quid, ſi filius ante reuocatam donationem moriatur? Reſpondeo, donatio firma erit, & irreuocabilis, quia ſicut natiuitas filij fuit cauſa reuocandæ donationis, l. ſi vnquam. C. de reuo. dona. ita mors eius eſt cauſa perſeuerandæ, ut ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumus. in princip. unde cauſatum perimit. cauſa perempta ſuum. Sed an donatarius efficiatur malæ fidei poſſeſſor à tempore natiuitatis filij, an demum poſt litem conteſtatam, ut teneatur fructus reſtituere? Videtur, quòd à tempore natiuitatis, quia tunc ſciuit, uel ſcire potuit ſe teneri condictione ſine cauſa ad rei reſtitutionem, quia quæ primo erat iuſta, facta eſt iniuſta per filij natiuitatem. l. prima, in fine, ff. de condict. ſine cauſa. Sed contrarium poteſt dici, quia res effectæ ſunt ſuæ à principio, & poſt filij natiuitatem in eius dominio perſeuerant, unde de re ſua fructus percepit, & ſic non cogitur eos reſtituere? Reſpondeo de fructibus non tenetur vſque ad tempus litis conteſtatæ, & maximè ſi ius ignorauerit: ſi autem pater, uiuo filio, moriatur, tunc filius agit. quia inuenit actionem reuocatoriam in bonis patris, & rem & fructus recuperabit à tempore litis conteſtatæ. Quid, ſi pater rerum ſingularium plures fecerit donationes, quarum duæ licito iure factæ ſunt, per tertiam autem filius euentu defraudatus eſt, vtrum contra omnes agat, an contra vltimam, cum per eam uideatur excluſus? Reſpondeo, quidam ſequuti exemplum legis falcidiæ dicunt contra omnes agendum: nec illud exemplum reijcimus, quia legata uno eodemque tempore confirmantur, & inſinuantur: nam ſi hæreditas aditur ex teſtamento, omnia confirmantur per aditionem: ſi uero repudiatur, omnia legata infirmantur: ſed donationes diuerſis temporibus factæ non rediguntur ad unum tempus: ideoque illa ſola reuocanda eſt, per quam filius defraudatus eſt, niſi filius iam natus, pater iniquo conſilio uenit ad donationes faciendas: ex quo enim conſilium iniquum fuit & omnes donationes exordium ex eo ſumpſerunt, poterit filius contra eas querelam inofficioſæ donationis proponere, ut C. de inoffic. donat. per totum.

a SI pater. In die nuptiarum.] cū fortè modicum quid accepiſſet, quādo uel propter pulchritudinem, vel nobilitatem ſuam data eſt nuptui unde uidetur contra. ſupra l. proxi. ubi non poteſt filia defraudari de tertia. & infra de eo, quod pa. fil. l. prima, ſol. hæc loquitur cum pater filiū, uel filios habuit: quo caſu filia coniugata debet eſſe contenta de eo, quod in die uotorum accepit. Et cū titulus iſte loquitur generaliter de ſucceſſione ab inteſtato: ergo ſi pater filiam in capillo reliquerit, cōiugata ueniet ad ſucceſſionem cum alijs filiabus in capillo, ſiue coniugatis. Si uero pater filios non reliquerit, & extraneū inſtituerit, nunquid filia nupta defraudabitur, quæ modicum, uel nihil habuit, die nuptiarum? Reſpondeo, mihi uidetur, ut filia agat contra hæredem inſtitutum, & auocet tertiam, computatā dote. Idem, ſi frater ſororem maritauerit, & inſtituerit extraneum, ut non defraudetur ſoror hæreditate paterna: ſi autem frater filios reliquerit, ſoror coniugata non ſuccedit fratri cum filia in capillo: poterit tamen agere contra nepotes, ut conſequatur dotem pro maritagio ſuo. Idem etiam ſi uelit agere ſoror contra fratrem uiuentem. Abſurdum eſt enim filiam, uel ſororem propter nobilitatem, uel pulchritudinem nuptui traditas, & modicum accipientes defraudari patris, uel fratris hæreditate: licet iudices Capuani uelut Iudæi literæ inhærentes fortiter contradixerunt.

b Non requirat.] ſcilicet patre, uel fratre relinquente alium filium legitimum unum, aut plures, uel etiam patre, ſeu fratre diſponente res ſuas in alias perſonas, in ultima uoluntate.

c SI pater. In confuſum.] nō. filiam, & ſororēm coniugatam mittere dotem in confuſum. qua conſolidata, hęreditatis partem de uniuerſis accipiat competentēm pro numero filiarum, & ſororum, & ſiquidem dos ſalua eſt, non eſt locus querelæ, quia conferri poteſt. Si autem, accipiet tanto minus quantum in dotem habuit: quod ſi maritus ſit non ſoluendo, imputet ſibi, cur à marito dotem non exegit, quod facere debuit, etiam conſtante mātrimonio. lege ubi adhuc C. de iure dotium. Sed ſi maritus caſu ad inopiam deuenerit, tunc actionēm inanem conferat, & partem hæreditatis conſequetur, cum nihil mulieri imputari debeat. auth quod locum. C. de colla. Sed uidetur mulier defraudata, cum quælibet aliarum tantum in antea accipiat, quantum pro mundio recuperando expenſum eſt: cum pariter ad ſucceſſionem ueniant, ſiue redemptum eſſet mundium, ſiue non: quod ideo contingit, quia quod frater, aut pater dederunt pro recuperando mundio, propter mulierem expenſum eſt, & in eius utilitatem, quia melius eſt ei in mundio patris, aut fratris eſſe, quàm extranei: propterea minor hæreditatis pars uenit ad ſorores.

d SI quis ſine hæredibus.] nomen hæredis per multas ſucceſſio-

ceſſiones accipitur: vnde hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.l.is qui.C. de in ſit.iurand.& ff.de verborum ſignificationibus.leg.ſciendum.cum ſimilibus. Aliquando tamen filios, & deſcendentes tantum continet, vt ſi omnia bona tibi do, ſi ſine hærede deceſſero argumen leg.ex facto. §. finali. ff ad Trebellianum. Dum tamen hic dicitur, ſi ne hærede, id eſt, ſine linea aſcendenti, vel deſcendenti, aut collaterali.

a *Nec donatum.*] hoc quando locus erat repetitioni donationis, vt quia datum erat ob cauſam, & cauſa ſecuta non erat, vt, propter donationem rei ſingularis ſilanechil non erat praeſtitum. & ita locus erat repetitioni, ſi Rex non ſucceſſiſſet.

b *Nec præſtitum*] id eſt, mutuatum, non commodatum, quia tunc etiam Rex tenetur reſtituere, vt hic, ibi, ſine debito, &c. res enim mea non proprie dicitur mihi debita, niſi depoſita, commodata, vel locata: debent tamen hæc omnia mihi reſtitui, vt hic, ibi, & res ipſius, &c. i. leſt, ipſius debitoris: nam commodata, & depoſita non ſunt accipientis.

c *Ad manum Regis.*] tanquam ad ultimũ ſucceſſorem; quia ſecus ſi ad fiſcum, ut infra, de his, qui ad pal. ve. con leg ſi cuiuſcunque. quæ eſt contra. Solut. quidam dicunt, hanc legem corrigi per illam. Alij illam loqui cum ob cauſam delicti res perueniunt ad Regem ratio: quia fiſcus ultimus ſucceſſor eſt in pœnis.l.prima.C. de pœ.fiſca.lib.decimo.ideo primo debent ſolui debita, & reſiduum ad Regem pertinebit.

...ſius.ad curtem Regis peruenerint, nec donatum, [a] nec præſtitum, [b] quod quicunq; ipſi mortuo dederit, aut præſtiterit, habeat poteſtatẽ requirendi: quia poſtquam ad manum Regis [c] peruenit, terminum poſuit, & ſine debito, aut aliqua repetitione cecidit.

Idem. LEX XVIII.

SI libertus [d] homo, qui ſulfrael factus eſt, filios dereliquerit legitimos, ſint illi hæredes: [e] ſi filias habuerit, habeant, & ipſæ legem ſuam, ſicut ſupra conſtitutũ eſt: & ſi naturales fuerit, habeant, & ipſi legem ſuam: & ſi caſu faciente, ſine hæredibus [f] mortuus fuerit, & anteà iudicauerit res ſuas proprias, ſe viuente, ideſt, andigauerit, & arigauerit ſecundum legẽ Longobardorũ, habeat cui donauerit: nam quantũ de rebus benefacto ris, ſi eas non obligauerit in libertatem, [g] ad ipſum patronum, aut hæredes reuertantur: [h] & ſi aliquid in gaſindio Ducis, aut priuato rũ hominum obſequio donũ, vel munus conquiſierit, res ad donatorem reuertantur: in alias verò res ſicut dictũ eſt, ſi hæredes nõ reliquerit, aut ſe viuo non iudicauerit, patronus ſuccedat, ſicut parenti ſuo.

Idem. [i] † LEX XIX.

SI quis habuerit filios legitimos duos, [i] aut plures, & contigerit vnum ex his; viuente patre, mori; & dereliquerit filios legitimos unum, aut plures, & cõtigerit auum mori, talem partẽ percipiant de ſubſtantia aui ſui, vnà cum patruis * ſuis, qualem pater eorum inter fratres ſuos percepturus erat, ſi viuus fuiſſet. ſimiliter, & filiæ legitimæ vna, aut plures, aut filij naturales [k] vnus, aut plures fuerint, habeant legem [l] ſuam, ſicut in hoc edicto legitur, quia inhumanum, & impiũ videtur nobis eſſe, vt pro tali cauſa exhæredẽtur filij ab hæreditate patris [m] ſui, pro eo, quòd [n] pater eorum in ſinu [o] aui mortuus eſt: ſed ex omnibus æqualem cũ pa...

rum pro ſilanechil imputatur.

i *S I quis. Duos.*] quod ſi unum, non eſſet locus huic legi, quia non poteſt nepos ex filio cum patruis ſuccedere, cũ nulli ſint patrui. ſicut n. ubi plures ſunt, & vnus moritur, vocatur ad ſucceſſionem nepos, cum patruis; ita vbi vnus eſt filius, ſuccedit in locum patris ſui & tanquã pater venturus eſſet, veniet ad bona aui. Si duo ſint filij, quorum vnus moritur, relictis filijs legitimis, venient iſti nepotes cum patruo ſuo, & partem patris percipient. quod locum habet in filiabus, quæ hodie ſuccedunt, tanquam filij legitimi. argumen. infra leg. ſequen Etiam ſi plures eſſent filiæ, & ex eis habuerit filios, uel filias, ſuccedent omnes in locum matris. licet de amitis nihil hic dicatur. ſed ualet argumen. de ſimilib. ad ſimilia, leg. nam ut. ff. de legib. Idem erit & de pronepotibus: vt infra eodem. l.ſi ſorores. Ex hac lege poteſt ſumi argumentum, quod l.1. ſupra eod. non loqui tur in linea deſcendẽti, & rumpitur regula, qui proximior in gradu, potior in ſucceſſione. Item nota, quod hic ſit ſucceſſio, non in capita. ſed in ſtirpes: quod contra fit, ubi locus eſt collaterali lineæ, ut infra.eod.leg. ſi quis Longobardus ſorores. ubi pariter cum filiab. ſuccedunt. ſorores: ubi filiæ: quot quot ſint, quælibet percipit, quantum una ex ſororibus, quotquot ſint. Item not hic, & in d.l.ſi ſorores infra eodem, quod in deſcendenti linea filius ſuccedit in locum patris, & habet locum regula ſupradicta, qui proximior in gradu, &c. quod concordat iuri Romano, exceptis filijs fratris, qui etiam in ſucceſſione collaterali ſuccedunt in locum patris, auth. poſt fratris. C. de legi. hæred.

† *aliàs, Grimoaldus.*

* *Not. nepotes ſuccedere ano cũ patruis in ſtirpes: vt in §. reliquum. in authent. in ſucceſſ. ab inte coll. 9. ſed. an cũ patruo ſuccedant. vide de ſup. de patric. l. h.*

d *S I libertus.*] ſed contra inf. eod. l. ſi duo. Solut. hic filij erant, & ingenui, ibi uero contra; quia fuerant cum patre manumiſſi: non ergo ingenui, ſed liberi erant.

e *Hæredes.*] ſ. deſcendentes tantum, non largè ut no. ſupra l. proxima.

f *Sine hæredibus.*] ſ. deſcendentibus.

g *In libertatem*] ſcilicet, cum patronus fecerit eum liberum, & dederit ei res, & non obligauerit eas patronus in libertate, id eſt, ſi non dederit liberam poteſtatem faciendi, quod vult, tunc reuertantur ad eum, uel eius hæredes: ſecus ſi poteſtatem dediſſe, uel non obligauit eas, id eſt, non dederit ei poteſtatem faciendi, quod uoluerit, reuertentur ad patronum, uel eius hæredes, ſiue dederit, ſiue non: Vel in libertatem, ideſt, poſtquam liber fuerit, tunc ſi dominus, ſcilicet, rerum ſuarum eas non obligauerit aliqui, reuertantur ad patronum, uel eius hæredes, cum ei omnia bona ſua debeantur: quod ſi obligauerit, creditores nõ fraudabantur.

h *Reuertantur.*] ſecus, ſi ſeruitium uſque ad medium conſtituti temporis fuerit factum; ſicuti ſi pro parte ſilanechil præſtitum fuerit, pro parte ualet donatio. Et hoc notandum, quod non ſolum factum, ſed etiam futu-

k *Filij naturales.*] concordat cum legibus Rotharis, per quas naturales admittuntur ad ſucceſſionem. Quid ſi naturalis habuerit filium naturalem, nunquid ueniet cum patruis legitimis, ſicut eius pater ſub ſuique: ſed contra, ſup. eod. l de eo. Sol. ibi loquitur de naturali nepote, qui de ancilla natus erat, & manumiſſus: ſed hodie naturales repelluntur omnino.

l *Legem ſuam.*] iure ueteri tertiam, hodie totum, per l. ſequent.

m *Ab hæreditate patris.*] no. hic ar. quòd filius intelligitur dominus, uiuente patre; dicit enim hæreditatem paternam. quæ patris nunquam fuit, ſed iuris fictione ſunt domini, nam morte patris in eos continuatur dominium, qui ſunt in poteſtate l. in ſuis. ff. de lib & poſth. ſecus in alijs. Ita & iure Ro. iſti filij non ſunt in poteſtate; unde dic, ab hæreditate patris, i. à iure ſuccedendi, quod filius naturali ratione habet ad bona patris.

n *Pro eo. quòd.*] iſta eſt ratio, quare uidebatur exhæredandus, uel non.

o *In ſinu.*] id eſt, in poteſtate, ſecundum quoſdam aſſerentes, quòd iure Lõgobardorum filij ſint in patris poteſtate, argum...

argum ſupra de eo, qui mul vel ſer. in ſacram. l. fina. vbi dicit, componat ipſi puero, vel puellæ, ſi ſuæ poteſtatis ſit: ſed illud verbum accipitur pro tutela, vt Inſtit. de tutel. in principio. & ff. de tute. l. prima. vnde dic, in ſinu, id eſt, in familia; filiæ autem licet ſint ſub mundio, non tamen in patria poteſtate, ſecundum ius Longobardorũ, quo mundium venditur, & donatur, & æſtimatur pro compoſito pretio; patria autem poteſtas non transfertur in alium. & inæſtimabilis eſt.

truis, in loco patris ſui, poſt mortem aui recipiant portionem. Similiter & ſi legitimi non fuerint, & naturales inuenti[a] fuerint vnus, aut plures, habeant legem ſuam, id eſt, tertiam ex omnibus.

Idem.[1] † LEX XX.

SI quis[2] † Longobardus[b] ſine filijs legitimis maſculis[c] mortuus fuerit, & filiam dereliquerit vnam, aut plures legitimas, ipſæ ei in oẽm hereditatem patris uel matris ſuę, tanq̃ filij legitimi maſculi, hr̃des ſuccedant,

1 † aliàs *Lutprand.*
2 † aliàs *quicunque,*

a *Inuenti.*] videtur ſuperfluum. ſupra enim feceiat mentionem in principio legis, ſed repetit: aut fortè ſeipſum corrigit Grimoaldus: quia vltima pars legis vocat naturales in defectum legitimorum, cum ſupra vocauit naturales cũ legitimis: nec mirum, ſi ſeipſum corrigat Rex in eadem lege, quia hoc idem contingit C. ad Velleianum. leg. antiquæ. & C. per quas perſonas nob. acquiritur. leg. penultima. ſecundum quoſdam.

b *SI quis Longobardus.*] Idem ſi Longobarda, vt hic, ſibi, vel matris ſuæ, &c. per quod videtur contra infra eodem. l. ſi ſorores. quæ vocat maritum ad ſucceſſionem. vt ibi in fine. Solut. illa de mundiata: hic de non mundiata. Item contra infra eodem. l. fina. quæ proponit filios in ſucceſſione marito: ſed licet dicat, in omnem, non tamen in totum: nam etiam iure Romano, hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti. l. hæreditas ff. de verborum ſignificationibus. nam quilibet hæredum ſuccedit in vniuerſum; non tamen in totum: ſic & filia: quia non ſuccedit in mundium, nec in compoſitionem. vt ſupra de homicid. liber. homi. l. ſi quis Longobardus eſſet enim abſurdum, quod vna filia in mundium alterius ſuccederet, vt ne eſſet viciſſim ſub vicario mundio: mulier, quæ non eſt ſufficiens ad adminiſtrationem rerum ſuarum, admitteretur ad gubernandum res ſororis: & ſic eſſet rerum, & nominum fœda confuſio, vt C. legi. tu. l. fina. Et not. quod Lutprandus hic corrigit Roth. qui vocauit naturales ad ſucceſſionem cum legitimis. nam ſi per filiam excluduntur naturales hic, multò fortius per filios. Item corrigit leges Rotha. quæ vocabant ad ſucceſſionem parentes cum filiabus, & in eorum defectu, curtem Regiam cum filiabus, vt ſup. eod. l. ſi quis dereliquerit filiam.

c *Maſculis.*] A contrario ergo not. filias excludi à ſucceſſione patris per maſculos: quod expreſſè in lege non reperitur: nec etiam, ꝙ filiæ admittantur cum filijs legitimis: ideo contrarius intellectus admittatur: quia contra eum non inuenitur lex expreſſa, eſt tamen generaliſſima conſuetudine approbatus, quæ eſt optima legum interpres. leg. ſi de interpretatione. ff. de legib. & argum à contrario ualidum eſt in iure l. prima ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdic. cum ſimilibus. Quæro, ſi quis reliquerit filiam, uel filias, & ex filio nepotes, uel neptes: utrum admittantur ad ſucceſſionem cum amitis, cum non contineantur appellatione filiorum. Nam ſi quis dederit tutores filijs, non uidetur dediſſe nepotibus, niſi liberos nominauerit, ut Inſtit. qui teſt. da. tu. poſſ. § fina quamuis contrarium dicatur ff. de uerborum ſignificationibus. leg. liberorum. §. ſed & Papyrius. ſed ibi ne teſtamentum rumperetur, intelligitur nepos inſtitutus: quod in tutela non procedit: unde dicimus nepotes amitas excludere, quia ſuccedunt in locum patris ſui, & ita hæreditatem accipient uniuerſam, quam debuit accipere eorum pater, ſi uiueret: quod in nepotes ex filio poteſt dici. quòd excludat amitam, quæ pariter uenit cum nepote ad ſucceſſionem patris defuncti, ut infrà eodem. l. ſi quis Longobardus. ſi ergo, defuncto fratre, ueniret amita pariter cum filia defuncti, pari cenſura venire debet in ius illud ſuccedendi, quod frater habuit ad bona patris ſui. Sed in hac quæſtione dic, amitam excludendam, cum non quæratur de ſucceſſione fratris, ſed aui: argumen. l. ſup. prox. & leg. ſi ſorores. infra eodem. Item quæro. ſi quis reliquerit filium. & ex alio neptem, quis præferatur? videtur, quod filius. Nam cum neptis ſit in gradu vlteriori, non debet eſſe melioris conditionis, quàm ſi eſſet in proximiori, in quo tanquam filia excluderetur per filium: ergo multo fortius debet excludi neptis. Sed reſpondeo, quod neptis debet pariter cũ patruo ſuccedere; q̃a nõ habet hoc ex ꝑſona ſua, ſed patris, in cuius locum ſucceſſit: idem ſi quis reliquerit filiam, & ex alia nepotem.

Idem. LEX XXI.

SI quis Longobardus,[d] ſe viuente, filias[e] ſuas nuptui tradiderit; & alias poſt mortem in capillo in caſa reliquerit, tunc omnes æqualiter[f] in eius ſubſtantia hæredes ſuccedere[g] debent, tanquam filij maſculi.

Idem. LEX XXI.

SI quis Longobardus ſorores reliquerit, & viuente eo,[h] ad maritum ambulauerint: tãtum habeãt ex

d *SI quis Longobardus.*] ſupra l. prox. uoluit Lutprandus filias uenire ad ſucceſſionem tã quam filios. quod de coniugatis intelligitur. & de exiſtentibus in capillo, ut hic: & dic, ut ibi not.

e *Filias.*] Idem ex eis deſcendentibus, uenient tamen ad ſucceſſionem in ſtirpes, non in capita.

f *Aequaliter.*] Coniugatæ tamen, confuſis dotibus, & de uniuerſo accipient portionem competentem. quæ collatio fit, ut ſupra eod. l. pater filiam.

g *Succedere.*] Sed nunquid coniugata debet conferre dotem? Dicunt quidam minimè, alij tamen contra ſentiunt, dicunt enim, coniugatam dotem debere conferre. ne ſit melioris conditionis, quam uidua, quæ conferre adſtringitur, ut ſup. eo tit. l. ſi pater.

h *SI quis Longobardus. Viuente eo.*] Si ergo poſt ſit tradita nuptui a patre antequam frater naſceretur, uel eſſet conceptus, ſoror ei ſuccedere non deberet; cum, eo uiuente, ad maritum non ambulaſſet. Sed dicendum, quod non ideo ſoror fratri ſuccedit, eo quod ipſo uiuente, ad maritum ambulaſſet: ſed quia ſine filio moritur. & ſicut eius agnatione à ſucceſſione paterna expellitur, ſic ad eius ſucceſſionem, eo moriente, debet admitti. Alij dicunt, hãc legem loqui, cum alter frater non exiſtat: ꝙ non placet: quia lex ſequens uult ſororem admitti ad fratris ſucceſſionem, etiam exiſtẽte fratre. Dicit enim, quòd filiæ, & ſorores ſuccedunt tanquam filij: ergo fratrem expellunt ſoror itaque eundem locum obtinet, quem & filia. Item l. recolimus, infra eodem. facit mentionẽ de l. 1. proxi. ibi, modo uero, & c. ubi innuit, quod ſoror cum nepte debet ſuccedere per l. proxi. etiam exiſtente fratre. Sed cõtra hoc dicitur, quod ſoror non expellit patrem, imo filia illum remouet; nam ſi non eſſet ſoror, pater à filia expelleretur. Item frater non expellitur per ſororem, ut ſi quis reliquerit patrem, filiam, & ſororem, certum eſſet, quod filia cum ſorore ſuccederet, per l. ſequen. & pater expelleretur. Quod ſi filiam non relinqueret, pater ſororem eius excluderet, cum aſcendens lineæ præponatur tranſuerſali: unde non ſororis gratia, ſed filiæ pater expellitur, ſicuti ſui gratia ſoror patrem expelleret. filia etiam non exiſtente, fratrem à ſucceſſione, uel ſororem remoueret: quod eſt contra hanc legem, ut diximus: igitur a ſimili pater expellitur, non gratia ſororis, ſed filiæ: per diuerſa itaque argumen. hinc inde dicta, uidetur aduerſari: ſed ſecundum æquitatem frater, & ſoror æqualiter ad fratris ſucceſſionem debet uenire, quod iure Roman. confirmatur, & eſt benigna ſententia. Iuxta hæc quæro, ſi quis reliquerit fratrem, & filium, uel filiam ex fratre, quis ei ſuccedat? an filiæ ſororis in locum ſuæ matris, patruum excludendo. iuxta ſententiam, qua ſoror expellit fratrem, an cum ea æqualiter ſuccedat. iuxta noſtram ſententiam, uel filius fratris ſuccedendo in locum patris expellat amitam ſuam, iuxta aliam ſentẽtiam, qua frater expellit ſororem, an æqualiter cum ea iuxta benigniofrem

benigniorem ſententiam? Reſp. quòd filius non ſuccedit in locum patris, vel matris, niſi in recta linea, ut ſup. eo. l. ſi qs habuerit. quia frater expellit filias ſororis, & econtra, vt ſup. de parri. l. j. vbi frater ſuccedit fratri homicidæ filijs etiam exiſtentibus.

fratribus facultatem,[a] ſi ipſe filios, vel filias reliquerit, q̄tum in die votorum accepe rint, qn̄ ad maritum ambula uerint: nam ſi ipſe frater, neque filios, neq; filias relique rit, aut ſi habuerit, & ante eũ mortui, vel mortuę fuerint abſque filijs, vel filiabus,[b] tunc ſorores eius tanquam in capillo remanſerint, quan quam ad maritum ambulauerint, in omnem ſubſtantiã eius æqualiter ſuccedant.

Idem. LEX XXIII.

SI quis Longobardus filias, & ſorores in capillo[c] in caſa reliquerit, pariter atq; æqualiter quantæcunq; fuerint, in hæreditatem eius ei ſuccedant, tãquam ſi filios dereliquiſſet legitimos.

Idem. LEX XXIIII.

SI filiæ, aut ſorores contra voluntatem[d] patris, aut fratris egerint: poteſtatem habeat pater, aut frater uindicandi res ſuas, quomodo, aut qualiter voluerit.[e]

Idem. LEX XXV.

SI ſorores[f] in caſa patris remanſerint, aut ad maritum ambulauerint, ſuccedant[g] patri ſuo, & matri

a *Facultatem.*] Dic, vt ſ. e. l. ſi pr filiam.

b *Filiabus.*] Hinc no ta, q ſicut filius ſuccedit in locũ patris; ita in locũ matris cũ filia, & per deſcendentes maſculos, ſiue fœminas repellũtur ſorores coniugatæ a ſucceſſione fratris, q ſi non extant deſcendentes coniugatæ, & aliæ ſuccedũt æqualiter in omnem hæreditatẽ fratris. confuſis tñ dotibus: qđ quidã intelligunt fratre deficiente: alioquin frater repelleret ſorores à ſucceſſione arg. l. 2. ſup. de pa tri. & infra de his, qui extra patriã. per totũ. & ĩ. de manu. l. j. Alij dñt ſorores fratres excludere: quia plus iuris habet ſoror, quàm frater in ſucceſſione fratris l. ſi ſorores. inf. eod. nam ſoror in capillo æqualiter ſuccedit cum filia, ut inf l. prox. ſed filia exiſtens excludit patruum, & non amitam in capillo, magis ergo admittitur ſoror, quam fratres. Soror. n. non excludit fratrem, ſed filia, quæ ſuccedit, admittit amitam ad ſucceſſionem cauſa pietatis, & rõ, quia ſoror excluditur à bonis fratris per fratrem: meritò reſtituitur ad bona fratris per filiam, & ſic hẽt ex alterius perſona, quod per ſe habere nõ põt, ut ff. de inof. teſt. l. mater. & ff. qui pot in pig. hab l. Ariſto. & de lib. & poſth. l. 2. quod. n. legitur in legibus ſupra dictis, fratrem ad ſucceſſionem admitti, intelligas, & ſorores. cum appellatione fratris, & ſoror continetur, ut ff. de pact. l. tres. Sed quæritur, ſi filia non ſuperſit, utrum admittetur ſoror cum fratre? Reſp. dñt quidam. fratrem in ſucceſſione præferri ſorori: quia maſculus iure iſto præfertur fœminæ. Alij dñt, & melius, æqualiter ad ſucceſſionem admitti, cũ vterque ſit fratris agnatus, & neuter in alio gradu potior. Item; quid ſi frater moriatur, relicto filio, nunquid ſoror in capillo fratri ſuccedat cum filio? Reſp non: nam filius iſte excludit ſororem: ergo amitam, ſed debet filius amitæ in neceſſarijs ſubuenire ut inf. e. l. recolimus. Item no. ex hac l. q cognati de iure Longob. ſuccedunt: nam filia filiæ (quę cognata eſt) auo ſuccedit, ut hic, quod eſt verum in linea deſcendenti: in collaterali autem cognati non ſuccedunt. Quod autem hic dicitur de ſorore, quæro, an ſit cohærentia, uel conſanguinea? Quidam dicunt, q de utraque loquitur; ſed dic. q de conſanguinea tantum, quam. ſ. nuptui tradere debet, eo quòd mundium de ea habet: ſororis verò cohærentia mundium non habet, ut uito eam tradere poſſit, ut d. l. recolimus: uocat enim amitam cum nepote ad ſucceſſionem nepotis, amitam autem, quæ ſoror patris eſt, neceſſe eſt, ut illi duo, ſ. nepos, & neptis ſint nati ex eodem patre, & matre: ergo de conſanguinea intelligendum.

c SI quis. *In capillo*] Tam ad filias, quàm ad ſorores deſerendum eſt: non. n ſoror coniugata cum ſorore in capillo ſuccedit, ut ſup. l. prox. in prin. ſecus in filiabus, quia ſiue coniugatæ. ſiue in capillo, ad ſucceſſionem patris ueniunt cum amita in capillo. Sed vr̃ contra. ſup. eo. l. ſi quis Longobardus. quæ uocat filias in omnem patris hæreditatem tanq̃ legitimos maſculos Sol. ibi, amitis non exiſtentib. quia non fuit condita, ut amitæ repellerentur, ſed oſtẽdit, q naturales, uel curtis regia nõ ſuccedat cum filiabus, ſed per has penitus excluduntur. Et per hanc l. eſt ſucceſſio in capita, non in ſtirpes: nam quælibet ſororum accipiet tãtum, quantum una ex filiabus, ita & ecõtra. ſi autem filias deſcendentes habeat, omnes ſuccedunt in locum matris ſuæ, & eam portionem accipient quam perceptura eſſet mater earum, ſic ergo quantum ad deſcendentes ex filia, vel filiabus, diuidatur ſucceſſio in ſtirpes: verum & amita ſuccedat cũ filia, fratre defuncti exiſtente uel non, vt plenè no. ſup. l. prox. Quæritur, ſi quis reliquerit filiam, in capillo, & coniugatam, & ſororem, & amitam in capillo, vtrum omnes ueniant? videtur, quòd ſic: nam per l. recolimus. ĩ. eod amita defuncti uenit cum nepte, i. cũ ſorore defuncti, licet ſoror, quæ eſt in ſecundo gradu, non expellat amitã, quæ eſt in tertio, ſed q̃tũ ad filiam fratris, dẽ amita magna, q̃ non ſuccedet cũ filia nepotis, quæ ſunt in quarto gradu lineæ deſcendentis, & hoc per dictam l. recolimus. §. fi. ubi à contrario colligitur, q filijs uel filiæ nepotis excludunt amitam magnam.

d SI filiæ. *Voluntatem.*] ſ. non q̃libet, ſed contra eas, quæ dicuntur ingratæ, & cauſam ingratitudinis commiſiſſe, vt ſi in corpus ſuum peccauerit. Iure autem Romano diſtinguit̃, utrum filia peccet in corpus ante 25. ann. uel poſt: quod ſi poſt, non licet patri eam exhæredare: nam ſuæ negligentiæ imputatur; quia diſtulit filiam nuptui collocare. authen ſed ſi poſt: C. de inof. teſt. multo minus poteſt frater ſorores exhæredare. Per hanc legem oſtenditur, quòd non ſolum cauſæ. de quibus ſup. eo. l. nulli. ij. ſunt iuſtæ ad exhæredandum: ſed etiam aliæ, ut hic; & ſupra de ſponſa. l. ſi. ſed ita demum exhæredãtur, ſi patri, aut fratri placuerit. Quid ergo, ſi filia, uel ſoror in corpus ſuum peccauerit, & pater, aut frater ſcientes eam de domo non expulerit: & iterum in gratiam eam receperit? Reſpon. reconciliatio iſta uidetur adducere abolitionẽ delicti. arg. l. ſi uxor. §. fina. ff. de adult. & de annu. leg. l. 3. in fi & l. 4 & Inſt. de excu. tutõ. §. minores. & ff ad Senatuſconſul. Syllania. l. ſi quis in graui. Si autem pater, aut frater fuerint, & nulla nube in ſuam credulitatem poſſunt adumbrare, potentiam accommodare uidentur, cum deberent iraſci: nam qui manifeſto facinori deſunt obuiare, quid aliud eſt, quam fouere? vnde exhęredare non poſſunt: filia ergo, ſi in corpus non peccauerit, pater non poterit eam à tertia exhæredare, ut infra de eo, quod pa. fin. l. ſecunda. Quid de fratre? Quidam dicunt quod frater cogitur ſorori pariter tertiam conſeruare: quia iure Longobar. tantum habent ſorores, quantum, & fratres, & ſoror pariter ſuccedit fratri cum nepte, & pariter eam in minori ætate deſponſare poteſt: ſicut & pater, & inuicem ad maritum dare, vt & pater quia eandem uidetur habere poteſtatem, quam & pater, ut hic à contrario ſenſu: quia ſi ſoror non peccauerit, non habebit frater poteſtatem iudicandi res ſuas quomodo voluerit: ſed debet tertiam ſeruare ſorori, ſicut pater filiæ. Tu dic, quòd ſi frater expellit ſororem à ſucceſſione fratris, cogitur eam dotare ſecundum ſubſtantiæ qualitatem, ſicut pater cogebatur, ſed quantum ad res hæreditarias nullum participium habet ſoror Si ergo frater uoluerit adoptare, uel alium hæredem inſtituere, licebit ei. Et ſicut frater tenetur dotare ſororem, ita hæreditas fratris tranſit cum onere præſtandæ dotis ab hærede. Iure autem Romano frater, & ſoror conſanguinei non potuerunt teſtamentum fratris ſubuertere, niſi turpibus perſonis inſtitutis, l. fratris C. de inof teſt.

e *Voluerit.*] ſ. liberas, & abſolutas ab onere pręſtandæ dotis ſi peccauerint, ut dixi. aliàs ſecus.

f SI *ſorores.*] habetur hic, qualiter ſorores ſorori in capillo ſuccedant.

g *Succedant*] hoc, ſi frater non erat. alioquin expuliſſet eas de ſucceſſione patris, & matris, ut nota. ſupra eodem. l. ſi quis Longob. ſ. ſuccedit itaque ſoror ſorori in capillo deficienti, ſiue ſit coniugata, ſiue in capillo, contrarius tamen intellectus admittendus non eſt, ut C. de episco. & cleri. l.

ſuæ in omnem ſubſtantiam corū, ſicut antea ſtatuimus. Et ſi contigerit, vnam ex eiſdem ſororibus mori, tūc & quæ in capillo remanſerint, & quæ ad maritum ambulauerint, in omnem portionē ſororis ſuæ defunctæ, quamuis puella mortua fuerit, ſuccedant: parentes autem propinqui,[a] aut mūdualdi earū ſuſcipiunt tm̄[b] mundium earum: ſi aūt contigerit illam mori, quę iam nuptui tradita eſt, tūc ille ei ſuccedat, q̄ ei per mundium ſuum fecit.

Idem. LEX XXVI.

SI duo fratres, aut ſi pater, & filius thingati fuerint, ſi vnus ex ipſis ſine filijs, vel filiabus mortu' fuerit, curtis Regia ei ſuccedat. Ideo autem hoc ſcripſimus quia, & ſi affixum in edicto propriè non fuerit, tn̄ oēs iudices, & fideles noſtri ſic dixerunt, q̄ cadarſedra* antiqua vſque nunc ſic fuiſſet.

Idem. LEX XXVII.

REcolimus[c] enim, qualiter iam anteà ſtatuimus, vt ſi quis decedēs reliquerit filiam vnam, aut plures, & ſororem vnā, aut plures in capillo, vt pariter, atque ęqualiter ſorores, & filię eidem ſuccedere debeāt: & ſi ſoror[d] in capillo deceſſerit, ſoror quæ remanſerit, ſimiliter ſorori ſucedat: modo verò, quia cōtentio exorta eſt,[e] inter fratres & ſorores de nepte earum, quæ in capillo mortua fuerit, altercationē ponentes, quis ei ſuccedere debet. Statuimus, vt eius barbanus, in cuius mundio fuerit, ipſe ei ſuccedat ī eius portionē: nā amitę eius ex ipſius portione, nihil pcipiant, niſi tm̄ hēant quātū, ſi viua fuiſſet ipſa neptis earū.

Rex Aſtulphus.

LEX XXVIII.

REcolimus in anterioris edicti pagina eſſe in ſertū, vt, ſi frater deceſſerit abſque filiis, & filiabus,[f] & ſorores reliquerit, ipſæ hæredes ei ſuccedere* debent: nā amitę eorum nepotū ſucceſſione nullo mō capere poterant; quia nihil de eiſdē amitis in ipſo continetur edicto, niſi aut ſorores, aut parētes ꝑpinqui ſuccedere debent, & dum remanebant in capillo inordinatæ, & in caſa patientes neceſſitatem,[g] ſeruis ſe copulabant. Ideo nos (Deo inſpirante) ſtatuere ꝓuidimus, vt ſi q̄s Longobardus moriens, ſororē vnam, aut plures in capillo in caſa reliquerit, & filium vnum, aut plures, filii ipſius debeant perpenſare qualiter amitæ abſque neceſſitate poſſint viuere, ſecundum qualitatem ſubſtantiæ ſuæ, vt amitæ eorum indigentiam non patiantur, neque de victu, neque de veſtimēto, ſed nec de ipſo obſequio ſuo: & ſi in ſacro monaſterio ſub ſtatuta regula viuere voluerit, ab ipſis ſuis nepotibùs ordinentur, vt illis præuiſū fuerit, aut conuenerit. Si autem

uentienlam. & C. de condi. ob cau. l. cum patrem. in fi. ſi patri, aut fratri non ſucceſſit, ſorori non ſuccedat, ideo ſuccedere debent, quia ſorores non ſuccedunt patri, uel matri.

a *Propinqui.*] Vocant autem propinquos non fratrem: quia lex iſta loquitur, fratribus non ſuperſtitibus ſed pone fratrem uiuere, nunquid expelleretur per ſorores à ſucceſſione, an ſimul cum eis admittentur, an eas expellet? Reſpondeo, quidam dicunt, quòd ius Longobar. prædilexerit maſculinum genus, quod præpoſuit fœminino, vt frater expelleret ſororem, Alij dicunt, ſororem fratrem debere expellere: quia plus iuris habet ſoror in ſucceſſione, quam frater, niſi fortè frater mundualdus ſit, tunc enim propter mundium ſororem expelleret argu. l. recolimus infra eod. vbi ſoror fratrem excluſerat à ſucceſſione fratris, ſuccedendo cum filia in capillo. Sed à ſucceſſione neptis patruus excludit amitam per mundium, quod habet: idem ergo hic dicendum, ut frater excludat ſororem, ſi mundium habet ſororis puellæ defunctæ: ſic ergo per legē iſtam ſoror mundualdum excludit, quod uidetur contra, ſup. de ſponſalibus. l. ſi quis puellam. Sed illam intellige, ſecundum iſtam, ſ. ſororibus non exiſtentibus. Pone fratrem exiſtere, & matrem puellæ cum ſororibus; nunquid mater veniet cum ſororibus? Rn̄d. q̄ mater filio, vel filiæ ſuccedat, iure Lōgobardorum nō me mini me legiſſe, cum ſit cognata, de quorum ſucceſſione, i. perſonarum per fœminas coniunctarū, nihil puto iure Longobardo contineri. nam habetur ſupra, q̄ non licet filio patrem exhæredare, de matre autem nil exprimitur, vnde videtur omiſſum, & eſſet opus noua lege, ut inf. eod. l. recolimus ij. & inf. de eo, quod pat. filijs, uel filiabus. ha. l. pen. niſi fortè quis naturali æquitate motus, admittat matrem ad ſucceſſionem filij, per l. 1. ſup. eo. Nam nec iure Romano antiquo mater admittebatur, ſed ſolum per Senatuſcō. Vtrum autem frater expellat ſororem à ſucceſſione fratris, vel econtra, notatur ſuperioribus legibus. Si autem mortua ſit mulier, quæ nuptui tradita eſt, maritus omnes ſucceſſores excludit, etiam filios, per leges Rotharis. hoc autem priuilegium materiale eſt, & perſonale, quod cum perſona finitur, quod ex eo uidetur: nam parentes qui mulierem marito tradunt, expellerentur per ſorores: non ergo hēt maritus, ut omnes à ſucceſſione excludat, & parentes, qui ei mūdium tradiderunt, ſed ſingulari iure. hanc eandem quęſtionem no. inf. eo. l. ſi.

b *Tantum.* i. quantum mundium appretiatum fuerit de pœnis exigendis per mūdium, vt ſupra de raptor. l. ſi quis raptor.

c *Recolimus.*] Vt notatur. ſ. eo. l. ſi filiæ, aut ſorores.

d *Et ſi ſoror.*] ut ſup. eod. l. ſi quis Longobardus ſorores.

e *Quia intentio exorta eſt.*] i. quia nouus caſus emerſerat, qui per ſuperiores leges terminari non poterat, dum contendit patruus cum amita de ſucceſſione neptis. Amita tamen allegabat ſucceſſiſſe fratri, ſi neptis, inquit, nata non fuiſſet, merito debeo admitti ad eius hæreditatem: quia ſimul cū ea admiſſa fui ad fratris hæreditatem, te fratre expulſo, in cuius hæreditate tantū iuris habui, quantum & filia. Item, ſicut mihi natiuitas nocuit, ita & eius mors debet prodeſſe. Frater autem ſuccedere quærebat, ex quo erat in pari gradu, ergo pariter eſt admittendus, per l. 1. ſup. eod. Et quia plures leges ſunt, q̄ uocant fratrem ad ſucceſſionem fratris, vt ſupra de parrici. l. 2. & ſupra de his, qui extra patriam per totum tit. maximè, q̄ a ſuccedere non debet amita, vt hic in fine. Nam ſi neptis viueret, nihil de ſuis bonis perciperet: & quia erat mundualdus, ſecundum quod quæſtio iſta terminatur, vt barbanus ratione mundij neptibus præferatur. Ex hoc autem poteſt ſumi argumentum, dicendo. quod etiam mundualdus extraneus excludit amitam a ſororibus, & filiabus & alijs deſcendentibus, & à patre Nam ſi quis excluditur à ſucceſſione per deſcendentem lineam, a fortiori per lineā aſcendentem excluditur, maximè cum non liceat filiæ patrem exhæredare, ſiue de ipſius filiæ bonis a mundica ſucceſſione eum excludere, ſicut nec pater à tali ſucceſſione exhæredare poteſt filiam.

f *Recolimus, Filiabus.* vt ſup. eod. l. ſi quis Longobardus ſorores.

g *Neceſſitatem.*] q. d. derelictæ nudæ & vacuæ, eo quòd filius defuncti eas excluſerat à ſucceſſione patris: pro quo facit. l. ſi quis Longobardus. ſ. ſupra eod. à contrario, vbi filius ſorores excludit, alioquin non remanerent inordinatæ,

* No. Cadarſedra, quæ conſuetudo dicitur.

* Lege Longobarda nulla mulier ſuccedat, niſi filia, ſoror, & amita, de quo gl. in ca. 1. §. hoc. in uer. legibus, qui ſeu. da. & Alber. de Ro. inde. ſtio. in ver. fœmina. §. vlti.

nate, cum venirent ad partem hæreditatis; ideo ita hic ſtatuitur, vt ſi quis, relicta ſorore, & filio, deceſſerit, ſicut frater maritare debuit, & dotem præſtare ſorori de hæreditate patris, de qua eam excluſerat, ita nepos teneatur hoc ipſum præſtare, & nutrire, & alere, ſecundum qualitatem ſubſtantię, aut in monaſterium collocare, ſi ipſa uoluerit. Si autem prædicti nepotes filios, vel filias reliquerint amitæ excluduntur: quia licet ſoror veniat ad ſucceſſionem fratris cum filia, ſi tamen filia moritur, relicta filia, amita manna excluditur.

prędicti nepotes deceſſerint abſque filijs, & filiabus inteſtati,[a] & ſorores reliquerint, amitę eorum, quæ in caſa in capillo remanſerint, cum ipſis neptibus[b] ſuis an rebus nepotum, & fratrum, ſuccedant æqualiter quantæcũq; fuerint.

a *Inteſtati.*] Nam ſi teſtamentum fecerit, hæredes instituti vniuerſam poſſidebunt hæreditatem, & amita non poterit nepotum iudicium ſubuertere: ſed tantum petere neceſſaria, quæ dicti nepotes amitę tenentur facere.

b *Cum ipſis neptibus.*] ſ. ſororibus defunctis; & ſic nouus caſus hac lege inducitur, vt amita ueniat ad ſucceſſionem nepotis: nec excludatur per ſororem nepotis, quæ proximior eſt in gradu.

Imperator Guido.

LEX XXIX.

VOlum⁹ præterea atq; ſancimus, vt ſi quis liber hô legitimæ vxori ſuæ, dum vixerit, res ſuas per ſcriptum ad vſumfructũ dederit, & filios duos, vel plures habuerit, & vn⁹ ex ipſis, vel duo mortui fuerint, & filios, & filias reliquerit, ęqualiter ipſas res, quas vſufructuario prędicto modo prędicta vxor habuerit, filij defuncti cum patruis, ſicut cæteram hæreditatem, ita vſũ fructum diuidant.

c QVicunque.] Hæc lex generalis eſt tam maritis, quam vxoribus. Sed contra ſupra eodem. l. ſi ſorores. in fine. & infra de deb. & guadi. l. ſi quis debitum, vbi filij excluduntur a bonis matris, ſi mater mundio patris fuerit mortua. Dicunt quidam, hanc legem corrigere ſuperiores; quia ſunt quædam regiones, quæ non ſequuntur leges Imperatorum, vbi ſunt contrariæ legibus Regum. Sunt & aliæ regiones, quæ non ſequuntur leges Imperatorum, & ſicut Luitprandus Rex correxit Rotharium, & Grimoaldum, ſic Imperator poteſt corrigere præcedentes leges. Prudens ergo iudex iudicabit ſecundum quod in ciuitate ſua præponuntur leges Regum legibus Imperatorum, & econtra: ſed hoc non placet: quia leges legibus concordare promptum eſt: argum. l. prima. C. de inof. dona. Vnde dic in tex. ſine filijs, ideſt, maximè, cum idem eſſent filij: nec contrarius intellectus valet, vbi lex contradicit. Alij dicunt, legem iſtam loqui de non mundiata: ideo maritus excluditur per filios, quod ſtare non poteſt. Nam cum maritus careat mũdio, carere debet ſucceſſione vxoris, vt ſupra de ea. quæ ſine vol. mund. &c per totum. Item lex iſta contradicit iuri Romano, quo maritus ſuccedit vxori vltimo loco, ſolo excluſo fiſco, auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. ideo ſubaudi, maximè.

d *Natione.*] ſcilicet, Longobardorum. Quia in liberis Longobar. ſcripta eſt. Sed quæro, ſi mulier filios habeat ex primo matrimonio, & defuncta ſit in ſecundo, an filij ex ſecundo expellant filios primi patrimonij? Reſpondeo, quod ſic, ſecundum quoſdam: nam cum filij ſecundi matrimonij expellant maritum, qui expellit filios primi matrimonij, multo magis filij vltimi matrimonij debent excludere filios primi, ſecundum regulam, ſi vinco vincentem te, ergo multo magis vinco te. l. Claudius. in fin. ff. qui potiores in pign. hab. Item filij ſecundi matrimonij mundium habent à patre, merito debent excludere eos, qui mundium non habent. nam barbanus, qui eſt in pari gradu cum amita, excludit eam a ſucceſſione neptis propter mundium, ut ſupra eodem. l. recolimus. j. Præterea, ſi maritus propter mundium præfertur omnibus in ſucceſſione vxoris; ſecus, ſi ex eo careat, vt ſupra de eo, quæ ſine volunta. mundualdi. ergo filij vltimi matrimonij, qui mundualdi ſunt, repellunt filios primi matrimonij. qui mundualdi non ſunt: quibus, reſpondetur, quòd priuilegium, per quod maritus habens mundium omnibus pręfertur, eſt perſonale. l. ſi ſorores ſupra eodem. ibi, parentes autem propinquo, &c. & ibi nota, quod etiam probatur: nam in l. ſi qs Longobardus. j. ſupra eodem, vocantur filij in omnem matris hereditatem, & hoc, marito non exiſtente, qui ſi eo moriente, reliquerat alicui mundium, licet ille mundium habuerit à marito, non tamen ius prælationis, quod ipſe habebat: cum itaque maritus excluderetur per filias, ita & hic mundualdus per eas excluditur. Ex quibus nota, quòd maritus non habet priuilegium prælationis ab eo, à quo recepit mundium, nec ei reliquit priuilegium, cui & mundium, vnde ratione mundij non præferuntur filij ſecundi matrimonij filijs primi, quamuis filij ſecundi coæqualæ ius habeant ad matris ſucceſſionem cum filijs primi: quod placet. nam & iure Romano priuilegia perſonalia cum perſona extinguuntur, vt ff. de re iudi. l. ſciendum, &c priuilegium. de reg. iur. in 6.

Imp. Carolus aliàs, Henric.

LEX XXX.

QVicunque[c] ex quacunque natione[d] legitimã vxorem accepit, vel acceperit, ſi eam mori contigerit ſine filijs amborum, vir vxori ſuæ ſuccedat,* & omnia bona ſua percipiat.

TITVLVS XV.

De donationibus, quæ cum thingatione, vel lannechil fiunt.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SI quis res ſuas alij thingare[e] voluerit, non abſconsè,[f] ſed ante liberos homines[g] ipſum garathinx[1] † * faciat, quatenus, qui thingat, & q gisiles fuerint, liberi ſint, vt nulla in poſterum oriatur contentio.

DE DONATIONIBVS, QVAE cum thingatione, &c.

e SI quis. Thingare.] i. vniuerſaliter donare, licet aliter quandoque ponatur l. de filio ſupra de ſucceſſionibus. Et dicitur propriè thinx, quando donatur res particularis, garanthinx vero quando donatur uniuerſitas, ſed quandoque confunduntur, ut hic, &c.

f *Abſconsè.*] conſilium eſt, non præceptum, vt hic, in fine: & quia facile deducuntur in negationem. nam & iure canonico clandeſtina matrimonia prohibentur, non quod non valeant: ſed ſi deducantur in dubium, viro, vel muliere negante, iuſta matrimonia diſſoluerentur: vt extra de clandeſtina deſponſatione. cap. primo. & ſecundo.

g *Homines.*] Quod ſi quis eorum ſeruus inueniatur. dic, vt Inſtitutione de teſtament. ordinand. § ſed cum aliquis. vbi licet teſtes eſſe debent ciues Romani, valebit tamen teſtamentum, ſi coram ſeruis fiat: ſi autem de eius veritate dubitetur, per ſeruos probari non poterit. Idem donatione, ut non ideo irritetur: quia coram ſeruis eſt facta, cum ualeret etiam nullo teſte præſente: ſed ſi, donatore inficiente, dubitaretur, uel eius hærede nõ poſſet ueritas probari per ſeruos, cum non habeant communionem ciuilem, uel prætoriam, ut ff. teſtamentis, l. qui teſtamentum. §. ſeruus. Sed nonne ſerui interrogantur de rebus hæreditarijs, ut C. de quæſtionibus. l. finali: cum ſimilibus? Reſdondeo, à tormentis ſerui non eſt incipiendum, ſed ita ſi alia præcedant indicia, ut ff. de ædilitio edicto. l. quæro §. finali. ſed etiam interrogatur, ut teſtis: ſed de facto ſuo, indicijs tamen præcedentibus. Idem de Barbario Philippo, qui cum ſeruus eſſet, Romanæ præturam petijt, & multa decreuit ualida, omnia tanquam à libero geſta,

* Nota, q maritꝰ ſuccedit vxori in omnibus bonis, ſed non in feudo, vt i ca. vno. an maritꝰ ſuccedat vxo. vbi gloſ. 1. allega iſtũ tex. licet iſte tex loquatur indiſtinctè, &c.

1 † gairethinx.

* Nota, q garathinx dicitur donatio: & giſiles ſunt teſtes.

Reſpon. illud contingit propter publicam vtilitatem. Idem in iudicio a Magiſtratibus dato, ut C. de ſententijs, & inter loc. l. 2. fortè idem hoc caſu, ſi quæſt. emerſiſſet de donatione: & putatiuus teſtimonium perhibuiſſet, ſententia lata non mutaretur: quod ſi ante ſententiam detegeretur eius ſeruitus, nil per eum probari poſſet. Et no. ex hac lege, quod ſeruus donare non poteſt. Item nota, quod teſtes liberi eſſe debent.

1 † *Lidbilabium, i. q. d.*
2 † *diſperdas.*

a *SI quis res ſuas. Lidolaip.*] ideſt, dono tibi omnia bona mea, ſed ea tenebo, quamdiu uixero, & in die obitus mei relinquam tibi: per quę verba vſumfructum retinuit, vbi & dominium translatũ eſt in donatarium, & per retentionem vſusfructus translata eſt poſſeſſio: ut C. de donationibus. l. quiſquis. Sed ſi quis in teſtamento dixerit, Titiũ hæredem inſtituo, & vſumfructum mihi retineo, nunquid eſt translatum dominiũ in hæredem? nequaquam: cum hæredis inſtitutio non ſit titulus transferendi dominium, ſed mutari, & irritari poteſt, ut teſtatori placuerit.

3 † *vado.*
4 † *confirma.*

Idem. LEX II.

SI quis res ſuas alij thingauerit, & dixerit in ipſo thinx, lidolaip,[a 1] † qui in die obitus ſui reliquerit, non diſpergat[2] † ipſas res, nec ipſis poſteà doloſo aio fruatur, niſi cum rõne.[b] Et ſi talis euenerit neceſſitas, vt terrã cum mancipijs vendere, aut ſine mancipijs, aut loco pignoris ponere dẽat, illi prius dicat, cui thingauerit, ecce vides, quia neceſſitate cõpulſus, res iſtas volo[3] † vendere, ſi tibi vĩ. ſubueni mihi, & res iſtas cõſeruo[4] † in tua ꝓprietate:[c] tunc ſi nolit illi ſubuenire, ꝙ alij dederit, ſit illi ſtabile, & firmum, qui acceperit.

Idem. LEX III.

NVlli donatori liceat ipſum thinx, quod antea fecerit, iterum in alium hominem transmigrare, tantũ eſt, vt ille, qui garathinx ſuſceperit, tales culpas[d] non faciat donatori ſuo, quales ſolent ingrati filij parentib. ſuis facere, per quas exhæredantur, quæ in hoc edicto ſcriptæ ſunt: ipſe autem, qui garathinx ſuſceperit ab alio, quicquid reliquerit donator in die obitus ſui, habeat licẽtiam in ſuum dominium recolligere, & debitum creditoribus ſoluere,[e] & aliis requirere, & quod in fiduciæ nexu poſitum eſt, reddat, & requirat rem in fiduciæ nexu poſitam.

Idem. LEX IIII.

SI quis res ſuas cuicunque donauerit, & poſteà qui donauerit, launechild requiſierit, tunc ille, qui acceperit, aut hæredes eius, iurent, ꝙ launechild redditum ſit:[f]

b *Cum ratione.*] id eſt, arbitrio boni viri, & licet ſolus dolus videatur interdictus, tamen de culpa dicitur teneri fructuarius, dum dicit, utatur cum ratione. q. d. cuſtodia pertinet ad eum. Sed nunquid cautionem præſtare debet de vtendo, fruendo arbitrio boni viri? vtique: veruntamen ſi donatarius ei non ſubuenerit, non reſtituetur ei, quod inde conſtabit, cum locus ſit alienationi.

c *Proprietate.*] Hoc donatario denegante, ſolatium ſubueniendi, quia permittitur donatori fructuario uendere, & vendendo dominium transfertur per traditionem, etiam ſi dominus non ſit, ut Inſtit. quibus alie. lic. uel non. in princ. Sed contra hoc infra de vlt. volun. l. ſi quis Longobardus. 2. Solu. dicunt quidam, ibi tradidit, hic non: uel (& melius) ibi admittitur liberum arbitrium mutandi traditionem, nec per iſtam conceditur, niſi neceſſitate ſuperueniente, quia rebus ſuis ſe expoliauit, quaſi tacitè inſit cauſa præſtandorum alimentorum donatori: at ibi de donatione rerum ſingularium. Quid, ſi quis donauit omnia bona ſua, vtrum porrigatur ad futura, an ad præſentia? Reſpon. ad præſentia tantum: nam verbum, meum præſentis temporis eſt, ut ff. de auro, & argen. lega. l. ſi ita. & l. fi. & ff. de vino, tri. & oleo leg. l. ſi quis. & de leg. 3. lege vxorem. § teſtamento. licet aliud ſit in obligatione bonorum, ut C. quæ res pig. obl. poſſ. l. fin. Sed an donator cogi poſſet ad præſtationem alimentorum? Vtique, ſi in lege donationis dictum ſit, ut C. de rerum permut. lege rebus. quo caſu poſſet uendicationem utilem, & condictionem habere, ut C. de do. quæ ſub mo. l. 1. Quod ſi dictum non ſit, non uidetur donatarium cogi poſſe, & per conſequens non reuocatur donatio tanquam ab ingrato: ſed quia iuſtum fuit, donatarium ſubuenire donatori, reuocatur donatio non in totum, ſed pro parte, licet libertus deducatur in ſeruitutem, ſi non præſtiterit alimenta patrono l. pen. ff. de lib. agno. & dominus amittat ſeruum, ſi eum ægrotantem ſa[illegible] in zenonem collocauerit, ut C. de lati. liber. tol. l. 1. § ſed ſcimus. Quid, ſi locator donando operas ſuas, viuere poſſit, nunquid ſit locus reuocationi? nequaquam, niſi talis ſit, qui abſq; dedecore poſſet operas ſuas locare: argu. l. fin. ff. ex quib. cau. maio. Item, qui ſi ſemel, ſiue etiã bis præſtiterit, an iterum debeat ſubuenire? Vtique quoties opus fuerit, ar. l. 1. §. fi. ff. de ſer. alioquin locus erit reuocationi: nec poteſt donatarius repetere, quod iam præſtiterat, quia debitum ex bono, & æquo agnouit. Sed hic alius caſus ponitur, puta, ſi donator donet omnia bona ſua, & dixit lidolaip, ideſt tantum habeas, quantum in die obitus mei relinquo, ut notatur ſupra proxi, ex quo putabat liberam habere poteſtatem vendendi, quod remouet lex iſta: nam etiam iure Romano ſi hæres rogatus ſit reſtituere, quod reſiduum erit ei de hæreditate, non poterit alienare pro iuę plus, [illegible] arbitrio. authentica. contra C. ad Trebellianum. Sed talis donatarius iſto caſu, quando debuit apud eum remanere vſusfructus, niſi ſubuenerit, carebit fructu donationis; alioquin donando bona ſua, retento vſufructu, debet eſſe de eo contentus, cum perfecta donatio non poſſet de facili reuocari.

d *NIl. Culpas.*] vt ſupra de ſucceſ. l. nulli. 1j. ſed donator aduerſus hęredes donatarij non poteſt mouere quæſtionem, ut ibi. Sed quid, ſi donator inſtituit ſibi hæredem in bonis poſt donationem acquiſitis, & de ingratitudine ſibi commiſſa quæſtionem non mouit, an hæres eius mouere poſſet? Reſpondeo nequaquam argumen. l. finali. C. de dona. quæ ſub modo. & hanc quæſtionem not. ſupra in d. l. nulli.

e *Soluere.*] nota donatarium loco hæredis haberi, dum cogitur ſoluere creditoribus, & à debitoribus exigere. quod vltimum concordat iuri Romano nam ſiue vendam tibi hæreditatem, ſiue donem, emptor, ſiue donatarius habet vtiles actiones contra debitores, vt C. de hæred. vel actione vendita l. ſecunda. non tamen tenetur creditoribus, vt ibi, & C. de don. l. cum res. Quid ſi donem tertiam, vel quartam partem hæreditatis, an ſit donatio vniuerſitatis? vtique: nam filij, qui ſuccedunt in quatuor vncias, in partem vniuerſitatis dicuntur ſuccedere, ut ſupra de ſucceſſ. l. ſi quis dereliquerit filiam, quod iuri Roma. concord. quia ſextans, triens, quadrans videntur partes hæreditatis: vt inſtitu. de hæredi. inſtitu. §. hæreditas. Item quis mouet actionem contra debitorem, viuente donatore, qui ſibi retinuit vſumfructum ipſe, vel donatarius, cum habeat vtiles actiones, vt diximus? Reſpondeo donator: quia donando bona ſua, actiones ab eius perſona non receſſerunt. Item & creditores eius ipſum conuenient: quod ſecus eſt in vſufructuario, in cuius perſona, nec actiones, nec obligationes ceſſerunt: licet enim iure Longobardorum donatarius vniuerſitatis ſit loco hæredis, tamen tunc conueniendus eſt, cum facta fuerit conſolidatio vſusfructus ad proprietatem, vt hic habeat licentiam, &c. ſed res eius pignoratas capere rectè poterunt à creditoribus donatoris: ut infra de debito. & gua. l. tertia.

f *SI quis. Redditum ſit.*] in alio debitore locum hoc non habet, vt poſſit contra eum inficiantem iurari; ſed ideo hic contingit quia donator veniebat contra factum ſuum, & contra ius commune: vel fortè aliquæ coniecturæ erant pro donatario: vel dic fortè hoc caſu ſpeciale: notandum tamen eſt, quod hic manifeſtè exprimitur, quod pro reuocanda donatione, quia launechil præ-

ſtitum

ſtitum non erat, aduerſus hæredes donatarios quæſtio mo lieri poteſt: quod pro ingratitudine non licet, vt ſupra no. l. proxima. Item no. quod datur actio donatori ad petendum lannechil.

a *De donatione. Thingatione.*] i. ſingulari donatione:

b *Sine lannechil.*] ideſt, ſi donatarius illud recuſat ſoluere.

c *Stare debet.*] ideſt, irritari, & reuocari poteſt: dicimus tamen, quod per donationem transfertur dominium, in donatarium, facta ei traditione: ſed poterit reuocari, niſi lannechil ſequitur: & hoc ſtare non debet. Vnde dic, quod donatio alia vniuerſitatis, alia rei ſingularis: prima non exigit lannechil: quia cum ſimilis ſit hæredis inſtitutioni, ſecum portat commoda, & incommoda, vt hæreditas: ſed per ingratitudinem reuocatur, vt ſupra. Donatio vero rei ſingularis lannechil exigit: & quandoque ſit vera, quandoque imaginaria. Si verum, lannechil etiam per ingratitudinem non reuocatur, cum donator habeat rem tantæ æſtimationis, quantum donauit: ſi imaginarium, tunc reuocatur: quia nihil donatum in veritate præſtitum eſt. Sed licet verè non ſit præſtitum, non tamen reuocatur occaſione non præſtiti lannechil, vt in debitore, qui non realiter ſoluit debitum, ſi per acceptilationem ſatisfécit, quæ eſt imaginaria ſolutio: vt inſtitut. quib. mod. tol. oblig. §. 1.

d *Fuit iudicatum.*] Nam quæ frequentes in ciuitate iudicata ſunt, perpetuam obtinent firmitatem. Item not. quod in electione donatoris rei ſingularis eſt, an uel lannechil petere, ſcilicet, per l. prox. ſup. eodé, an donationem repetere per legem iſtam. quo caſu etiam fructus rei donatæ reſtituentur, ſi res donatario poſſidetur: quod ſi eam diſtraxerit, reſtituet pretium: quia ſciuit, aut ſcire debuit, rem poſſe repeti ad inſtar donationis, quæ fit ob cau. cauſa non ſecuta, ut ff. de condi. inde. l. in ſumma. §. ſi ſeruum. & ad inſtar donantis cau. mor. ut ff. de donat. cauſ. mort. l. illud generaliter. §. finali. Item ſciédum, quod vtranque actionem ad hæredem tranſmittit: & contra hæredes donatarij: quia ſicut ſunt ex quaſi contractu: ideo ad hæredes & contra hæredes tranſeunt, ut hic & ſupra l. proxima, actio autem, quæ ad reuocandam donationem competit propter ingratitudinem, quia occaſionem ſumit ex maleficio contra hæredes non datur: ſed nec hæredibus quia ſtat tantum in primis perſonis: ut C. de dona. quæ ſub mod. l. fin. Donatio uerò, quæ ex mera liberalitate ſit, nexibus lannichil præſtiti, non adſtringitur.

& ſi auſus non fuerit iurare, quod compoſitũ ſit, reddat ei ferquidum, ideſt, ſimile, quale in illa die fuit, quando donatum eſt: etſi iurauerit, ſit abſolutus.

Rex Lutprandus.

LEX V.

De donatione, quæ ſiné thingatione,[a] aut ſine launechild,[b] aut thingatione facta eſt, minimè ſtare debet:[c] quia & ſi ſpecialiter in edicto ſic non fuit inſtitutũ, tamen vſq; modo ſic fuit iudicatum.[d] Ideoque pro errore tollendo hoc ſcribere in edicti pagina iuſſimus, vt qui fuerint propinqui parentes, ipſi ſuccedant: & ſi ipſi ſuperſtites fuerint, qui ipſã donationẽ, ſiue launechild dederint, poſſint eam ſibi recolligere, excepto, ſi in eccleſia, aut in loco ſanctorũ, aut in xenodochio ꝓ aĩa ſua aliquid quiſpiã donauerit ſtabile debeat ꝑmanere, q̃a in loco ſanctorũ, aut in xenodochio, nec thinx, aut launechild impedire debet; eo ꝙ pro anima ſua factum eſt.

TITVLVS XVI.

De adoptionibus.[e]

Imperator Carolus.

LEX PRIMA.

QVi filium legitimum non habuerit,[f] & aliũ quemlibet hæredem ſibi facere voluerit, coram Comite, vel coram Rege, & ſcabinis, vel miſſo dominico, qui tunc ad iuſtitiam faciendam in prouincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

TITVLVS XVII.

De acquiſitionibus actorum Regis.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SI gaſtaldius,* aut quilibet actor Regis poſt ſuſceptas, & commiſſas ſibi ad gubernandum Regis curtes, aut caſas, aliquid ꝑ garathinx: ideſt, donationem, ab alio quocunque factam conquiſierit, ſit illi ſtabile, ſi per perceptionem indulgentiæ Regis in eam fuerit confirmatum:[g] alioquin quicquid, vt ſupradictũ eſt, poſt ſuſceptam adminiſtrationem[h] per garathinx acquiſierit, hoc totum Regi acquirat, & non ad ſuum proprium nomen vendicet, nec ipſe, nec hæres eius.

Imperator Lotharius.

LEX II.

COncedimus etiam gaſtaldis nr̃is curtes no-

e DE ADOPTIONIBVS.

In vna ſpecie concordat iuri Romano, vt ſi fiat coram Rege dicatur arrogatio ſi coram alijs Magiſtratibus dicatur adoptio, in qua ſpecie diſſidet a iure Rom. quo cauetur, vt qui in aliena ſunt poteſtate, adoptentur. ſed iure Longobar. filij nõ ſunt in poteſtate patris, ſed omnes ſunt patresfa. Iure tamen iſto dicitur fieri adoptio, tam de patrefam. quàm de filiofamil. iure autem Rom. filius adoptiuus conſequitur iura ſucceſſionis ab inteſtato, ſuper bonis adoptiui patris, vt C. de adopti. l. finali.

f *QVi filium. Habeurit.*] ſecus ſi habeat: quia adoptio pertinet ad filij exhæredationem, niſi uoluntate filij legitimi in legitima ætate conſtituti adoptio facta eſſet. Idem in filio, ut alium non adoptet, niſi patre cõſentiente, cui cogitur bona conſeruare.

* *Not. ꝙ dicitur caſtaldus, ſiue actor, cui res domini committitur gubernanda, vt hic. ad hoc alleg. iſtum tex. glo. 1. in ca. 1. de feu. guar. vbi vide.*

DE ACQVISItionibus, &c.

g *SI gaſtaldus. Confirmatũ.*] Quia contẽplatione adminiſtrationis ſubſequutæ, donationes factæ præſumuntur: nam & iure Romano ſi ſeruo fructuario aliqd legetur, uel donetur, diſtinguitur, cuius contemplatione factæ ſint, vt ſi contemplatione domini, ad domi[num] pertineãt ſi ſerui, ad fructuarium: ut ff. de uſufru. l. ſed & ſi quid. & C. de iu. delib. l. cum aliquis. & ff. de condit. & demonſtr. l. ſi filio, ſi uerò conſtat, quòd non occaſione adminiſtrationis ſuſceptæ, ſed parentelæ interuenientis, tunc non pertinebunt ad Regem, nam Epiſcopus non cogitur eccleſiæ conſeruare, quod ab eius agnatis, & cognatis, uſque ad quartum gradum ad eum peruenit. authen. licentiam. C. de epiſcopis. & clericis. & ff. de caſtrenſi peculio. l. dotem. § finali. ſed diſponere poterit pro ſuo uoluntatis arbitrio. Sed uidetur cõtra. infra eodẽ l. proxima. vbi & ſi proprio pretio emerint, ad Regem pertinent. Solut. præſumitur, quòd ſuſcepta adminiſtratio cauſam dedit uenditioni: alioquin non eſſet opus Regia conceſſione, ut de uenditione inter uirum & uxorem dicitur ſequuta, ut ſi donatio dedit cauſam uenditioni: quia aliàs venditurus non erat, non ualet uenditio: ut ff. de donatio. inter uirum & uxorem l. ſi ſponſus. §. circa. & ff. de contrahenda emptio. leg. ſi quis donationis.

h *Poſt ſuſceptam adminiſtrationem.*] Quid ſi ante? Reſpondeo, donatio ualet, & res apud gaſtaldum, & eius hæredes reſidebit, quia conſtat, quod non contemplatione admini-

adminiſtrationis ſuſceptæ donata eſt: iure autem Ro. cõtrarium ſtatuitur, ut C. de contra iudicium. l prima.

DE VLTIMIS voluntatibus.

a *SI quis leproſus fuerit effectus.*] An leproſo immorãti in ciuitate alienatio permittatur? minimè, nam cum fuerit expulſus, videtur ſibi poteſtas adempta: quia expulſio obtinet vicem delicti, ſed eis vti debet, dum vixerit.

b *De rebus.*] Quid ſi non ſufficiẽt? alienabit auctoritate curæ ad ſimilitudinem furioſi, & prodigi, vt C. de cur. fur. le. fina. Quid ſi pater, aut frater leproſi obierit, nũquid ſuccedit leproſus? vtiq;: licet enim habeatur pro mortuo, quantũ ad alienandum, non tamen quantum ad ſuccedendum: ut de monacho dicitur, vt C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis nõ. n. monachus, & leproſus patiuntur aliquam capitis diminutionem: maximã non, quia liber eſt: mediam non quia non eſt ex delicto cõdemnatus: nec minimam, quia non mutauit ſtatum.

c *SI quis.*] Rectè loquitur: cõcordat iuri Romano, vt licet aliquis corpore infirmetur, ſi tamen mente ſit ſanus, rectè contrahit; vt C. de tranſa. leg. ſancimus. quid, ſi aliquo tempore eiuſdem infirmitatis ſanus non fuerit, quia loquebatur extra ſe, ſi tamen poſtea in dilucidis interuallis conſtituatur, nunquid teſtari poterit? vtiq;. Quid ſi teſtamẽtum inceperit, & ante cõſummationem cœperit loqui aliena? Reſp. factum pro infecto habetur, vt C. qui teſtamenta facere poſſ. l furioſum.

d *Debeat permanere.*] dummodo legitimè ſit factum: quia nemo cauere poteſt, ne leges in teſtã ſuo locum habeant, vt ff. de leg. 1. l, nemo põt.

e *COgnouimus ſimpliciter.*] i. non

*No. leproſum eſſe à ciuita extrahendũ. & no. Bal. in l. nullus. & ibi Guihel. de Cu. de ſum. tri. & quæ dixi in quodam conſi. incipien. ſi quis animo iniuriandi col. antepen. ſi conſue. breu & plene Iac. Rebuf. in l. ſi qua. C. de ſpec. ſcent. lib. 11. & Ang. poſt Iac. de Be. in auth. de leno et Pa. de Put. in trac. ſynd. in uer. reſidentia. ca. excedunt plериſque.

ſtras prouidentibus, vt ſi ꝓprio eorum pretio res emerint, aut quolibet iuſto contractu acquiſierint, ſicut lex illas res ad noſtram partem concedit, ita nos eas illis cõcedimus, ſi in ſeruitio nr̃o fideles inuenti fuerint.

TITVLVS XVIII. De vltimis voluntatibus.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SI quis leproſus* fuerit effectus,[a] & cognitum fuerit iudici, vel populo, quia certa ſit veritas, & expulſus ſit à ciuitate, vel à caſa ſua, ita vt ſolus habitet, non ſit illi licentia res ſuas alienare, aut thingare cuilibet perſonæ: quia in eodem die, quando à domo expulſus eſt, tãquam mortuus habetur: tamen dum vixerit, de rebus,[b] quas dereliquerit, pro mercedis intuitu nutriatur.

Rex Lutprandus.

LEX II.

SI quis[c] Longobardus, vt habet caſus humanæ fragilitatis, ægrotauerit q̃, quam in lectulo iaceat, poteſtatem habeat, dum viuit, & rectè loqui poſſit, pro anima ſua iudicandi, vel diſponendi de rebus ſuis, quo modo, aut qualiter voluerit: & quòd iudicauerit, ſtabile debeat permanere.[d]

Rex Aſtulphus.

LEX III.

COgnouimus* multotiens perfidos homines cõtra voluntatẽ defunctorum parentum ſuorum agere, dũ ipſi pro animabus ſuis per loca venerabilia res ſuas diſtribuebãt, & pertinentibus ſuis ſimpliciter[e] libertatem cũ rebus quibuslibet donabant, & cũ ipſis hominibus per aſtutiam agebãt, & eos à ſuis ceſpitibus remouẽtes in ſuum ſeruitium replicabant, & poſtmodum libertatem ſimul, & res amittebãt. Ideo præuidimus hanc reſecare malitiam, ut voluntas, & ordinatio defuncti* adimpleatur.[f] Et ita ſancimus, ut ſi quis Longobardus per chartam in ſanitate, aut in ægritudine res ſuas ordinauerit, & dixerit, eas habere loca venerabilia, et familias, per quas res ipſæ excolantur, liberas eſſe dixerit, vt in ipſis religioſis locis redditũ faciant, ſecundum ipſius ſtatutum, reddant omni tempore, iuxta domini ſui præceptionem ipſi & filij eorum, & ſint liberi de ſuis perſonis ſicut dominus eorum inſtituerit, & ab eius hæredibus nõ replicentur †| nec a ſuis ceſpitibus remoueantur: ſed ab ipſis locis venerabilibus defenſentur: Excepto, ſi ſua voluntate voluerint, exire,[g] licentiam habeant in ſua libertate exire, & viuere vbi voluerint: nã ſi ad finẽ mortis properauerit, ita vt nec thingare hominem ſuũ poſſit, nec in manum ſacerdotis tradere, circa altare liberum dimittentibus propter ſubitaneam mortem, & inſtituerit: vt poſt obitum eius per manum ſacerdotis, qualem deſignauit circa ſacrum altare duci debeat, cauſa miſerationis decreuimus, vt ſicut dominus eorum præceperit, ita impleatur, & ſacerdos, quem deſignauerit circa altare, cum abſque cuiuſcunque conditione abſoluat, & liberi permaneant, quia maxima merces* nobis eſſe videtur, vt de ſeruitio ſerui ad libertatem deducantur: eo quòd redemptor* noſter ſeruus fieri dignatus eſt: vt nobis libertatem donaret. Si verò aliquid eis in ipſo exitu donauerit, aut donari præceperit, ſtabilis eis ipſa donatio permaneat: quia Pauli Apoſtoli auctoritas maximè ad domeſticos fidei beneficium præberi iubet. Et per launechil imputetur ei ſeruitium, quia ſeruus non habet vnde launechild ei facit.

Imperator Carolus.

LEX IIII.

SI quis Longobardus ſtatum humanæ fragilitatis præcogitans,[h] pro ſalute aĩæ ſuæ de rebus ſuis voluerit iudicare, vel certã donationis* cuilibet facere, non ſicut hactenus fieri ſolebat, ius ſibi uendendi, donandi, cõmutãdi, & per aliam chartam eaſdẽ res alienandi, reſeruet

conditionaliter: quia non impoſuit ei operas.

f *Adimpleatur.*] no. voluntatem defuncti pro lege ſeruari.

g *Voluerint exire.*] No arꝗ́m quoſdam, quod ruſtici angarij poſſunt derelinquere tenimẽta, ſeu tenda, pro quibus operas, & reditus præſtant, & libere ire quo voluerint: quod non eſt admittendũ: nam lex iſta loquit, qñ fauore eorum, q liberi facti erant, prædia, quæ fuerant locis venerabilib. relicta, voluntate teſtatoris conceſſa, erat retinenda ſub certo reditu: non debet ergo ad eorum læſionẽ retorqueri, argum. l. quod fauore. C. de leg. liberi poſſunt recedere, & exire, quando voluerint: ſed angarijs, quibus certis cõditionibus, & reditibus tenimenta ſunt conceſſa, non tantũ fauore eoru conceſſio facta eſt, ſed etiã dñorum, qui terram conceſſerunt, & mutuæ obligationes hinc inde factæ ſunt: neutri ergo pariter obligatione diſcedere, vel reddere inuito altero ſane in princip. libera eſt contrahendi poteſtas, poſt contractum autem eſt neceſſaria, leg ſicut. C. de act. & obl.

h *SI quis Præcogitans.*] loquitur ſecundum

*voluntas defuncti adimpleri debet. l. cul ſt. C. de epi. & cle.

† implicentur.

*No. maximã mercedẽ eſſe, ut ſerui ad libertatem perducantur.

*No. Chriſtum benedictũ ſeruam ſeruili aſſumpſiſſe, ut nos a iure ſeruitutis liberaret.

*No. donationẽ cauſa mortis factã reuocari non poſſe, licet regulariter de iure per pœnitẽtiam, & alijs modis reuocari poſſit, inſ. de donat. in prin. & ex per tot. & alias debet plene conſulas.

cundùm quoſdam in donatione inter viuos, quæ reuocari non poteſt, nam ægrotus etiam inter viuos dona. l. Seia. §. fi. ff. de donat. cau. mort. In donatione autem cauſa mort. locus eſt repetitioni, & concor. iuri Roma. Alij intelligunt in dona. cauſa mor. cum dicatur, voluerit iudicare, quæ verba ad vltimam uolũtatem pertinent, qđ placet. nam cum in dona. cau. mor. ventum ſit ad traditionem, non licebit donatori proprio arbitrio poſtea immutare, quod & Bartolo (cuius auditor fui) placebat, imo dicebat, hoc ẽt habere locum in teſtã, vt non liceat immutare, qđ mihi non placet, ẽt ſi teſtator hoc dixerit, vt ff. de leg. 3. l. ſi quis in principio teſtĩ. Verum in dona. cau. mor. poteſt eius ſententia recipi, quia ẽt iure Roma. donatio cauſa mor. nam contractus ex uerbis legem accipiunt. l. Lucius. ff. depo.

a *Vnuſquiſque.*] Nõ ergo de Longobard. ſolum loquitur.

b *Traditiones.*] Contra ſup. de dona. cau. quæ cum thin. l. 2. & 3. Sol. ibi, iuſtis cauſis interuenientibus, p̃t reſolui prima traditio, & tranſitus fieri in ſecundam, hic, qñ donator, nulla iuſta cauſa interueniente, pro ſuæ uolũtatis arbitrio uolebat reſcindere alienationẽ factam. Si quis autem uoluerit iure Romano adhærere quo cauetur donationem cauſa mortis facilè reuocari, reſpõdeat, hic eſſe ſpeciale in eccleſia, uel alijs uenerabilib. locis, ut hic, pro ſalute aiæ ſuæ, &c. alias non erit locus reuocationi.

c *Nullam habeat.*] Quid ſi poteſtatẽ ſibi reſeruauerit, nunquid dicemus cõtractum irritũ? utique, ut hic, & noſcat ſibi, &c. ſatis enim eſt legislatori prohibere, qđ fieri non vult, licet non addat irritũ ſit, & inane. l. non dubium. C. de lega. Sed obſt. quia licet alicui pactum apponere, vt ſi quis meliorem cõditionem obtulerit, recedatur à uenditione, ut ff. de in diem addic. per to. Item licet uenditori pactum apponere, ut ſi non ſoluerit uſq; ad talem diem, res ad me redeat l. 1. C. de pac. inter emp. & uẽdito. & ff. de leg. commi. per totum. Sol. lex iſta omnino prohibet, quod contractus fiat ſub conditione, ibi ſecus.

z † *per precarium.*

poteſtatem: ſed abſolutè faciat vnuſquiſque[a] de rebus ſuis, quòd velit, & noſcat ſibi ex noſtra auctoritate penitus interdictum eſſe duas de eadem facere traditiones.[b] Sed poſtquàm vnam de reb. ſuis traditionẽ fecerit aliam de ipſis rebus faciẽdi nullã habeat[c] poteſtatem. Ita tñ, ſi vſumfructũ voluerit hr̃e p̃cariũ,[z] † res traditas vſque in tempus definitum poſſidendi ſit conceſſa facultas.

Idem. LEX V.

QVicunque res ſuas pro anima ſua ad caſã Dei tradere maluerit, dñij traditionẽ faciat coram teſtibus legitimis, & quæ in hoſte factæ ſunt hactenus traditiones, de quib. nulla quæſtio[d] eſt, ſtabiles permaneant. Si verò aliquis alij res ſuas tradiderit:[e] & in hoſte profectus fuerit, & ille, cui res traditæ ſunt, interim mortuus fuerit,[f] qui res ſuas tradiderit cum reuerſus fuerit, adhibitis teſtibus, coram quibus traditio facta eſt, res ſuas recipiat. Si autẽ ipſe mortuus fuerit, hæredes eius legitimi ipſam rem traditã recipiãt.[g]

Imperator Pipinus.

LEX VI.

SI cuiuſcunque[h] res in eleemoſyna datę sũt: & ipſe homo mortuus fuerit, antequam eas diſpenſet, tunc dominicus miſſus, vna cum Epiſcopo parochiæ ipſi⁹ cõſideret, qualiter ꝓ mercede Domini Regis ipſa eleemoſyna ſit facta, infra 30. noctes[i] adimpleta eſſe debeat.

Imperator Lodouicus.

LEX VII.

SI quis ſuas res pro ſalute animæ ſuę ad ad quẽ venerabilem locum, aut ad ꝓpinquos ſuos, aut cuilibet alteri tradere voluerit, & eo tẽpore infra ipſum comitatum fuerit, ĩ quo res illæ poſitæ fuerint, legitimam[k] facere traditionẽ ſtudeat. Et ſi eodẽ tp̃e, quo res illas tradere vult, extra eundẽ comitatũ fuerit, id eſt, ſiue in exercitu, ſiue in palatio, ſiue in alio loco quolibet ad hẽat ſibi de ſuis pagẽſib.[l] vel de alijs, qui ea lege viuant, qua ipſe viuit, teſtes idoneos. Et ſi illos hr̃e non potuerit, tũc de alijs, quales meliores ſibi inuenire potuerit, ſibi adhibeat, & coram eis de ipſa re traditionẽ faciat,[m] & fideiuſſori[n] inueſtituram donet, vt ei,[o] q̧ illã traditionẽ acceperit, inueſtiturã faciat, & poſt q̃ hæc traditio ita facta fuerit, hæres illius nullã de prædictis reb⁹ valeat facere repetitionem, & inſuper & ipſe fideiuſſor[a] † faciat eidẽ inueſtiturã, ne eius hęredib. vlla occaſio remaneat hanc traditionẽ mutandi: ſed potius neceſſitas incumbat, illã ꝑficiendi, & ſi nondum res ſuas cũ cohæredibus ſuis diuiſas[p] habuerit, non ei impedimentũ ſit, ſed cohæredes eius, ſi ſpõte noluerit[q] diuidere, aut ꝑ Comitem, aut ꝑ miſſum eius diſtringatur, vt cũ illo diuiſionẽ faciant, ad quem defunctus hr̃ditatem ſuã voluerit peruenire, & ſi cuilibet eccleſiæ eã traderẽ rogauerit, cohæres eius eã legẽ cum illa eccleſia de hæreditate p̃dicta habeat, quã cũ alio cohærede ſuo habere debuerat. Et hoc obſeruetur erga patrem,[r] & filium,[s] & nepotem vſq; ad annos[t]

a † *per fideiuſſionem faciat eiuſdem inueſtitura.*

d *QVicunque quæſtio.*] id eſt. de quibus nullam ſibi reſeruauit repetitionem, uel nullam adhibuit reſolutionem contractus.

e *Tradiderit.*] non ut dominum eum faceret, ſed ut poteſtatem haberet diſtrahendi.

f *Mortuus fuerit.*] Ergo mandatum eſt finitum, ut ff. mand. l. inter cauſas. in prin. & l. ſi quis alicui. §. morte.

g *Recipiant.*] ut pote finito mandato.

h *SI cuiuſcunque.*] Hic fuit mãdatum cõceptum poſt mortem, & ideo licet morte mandatarij ſit finitum, non tamen reuertũtur res ad eũ, qui iuſſit eas diſpenſari, ſed Epiſcopus exequatur, ut hic.

i *Triginta noctes.*] id eſt, dies: quia antiqui noctem pro die ponebant, ut inf. de debit. & guadimo l. in anterioris. & l. ſi qs. alij guadiam.

k *SI quis. Legitimam.*] i. corporalem, ut ipſe per ſe faciat, uel per procuratorem ſuum.

l *Pagenſibus.*] quaſi ſui pagenſes habiliores ſint ad reddendũ teſtimonium, ſi quęſtio inde emerſerit: nam ſi ſacramẽtum ſit pręſtandum in extranea regione, præſtabitur cum pagenſibus, uel quos habere potuerit. ut inf. qua in di. in. de l. fi.

m *Traditionem faciat.*] i. ordinationẽ.

n *Fideiuſſori.*] id eſt, fideicommiſſario.

o *Vt ei.*] i. fideicommiſſario.

p *Diuiſas.*] quia habuit res cões cum hęredib. cũ quibus nondum diuiſerat, ut C. qui teſt. fa. poſ. l. 1.

q *Noluerint diuidere.*] Nemo. n. cogitur in cõione manere. l. fi. C. com. diuidun.

r *Erga patrem.*] ſ. cohæredis, qñ patrem habuit, ut ſuccedere poſſit in bonis filij.

s *Filium & nepotẽ.*] i. talem legẽ habeat in rebus ſibi relictis eccleſia cũ patre cohæredis, filio, uel nepote, qualem debuiſſet hr̃e cum cohærede defuncti illius, q̧ res reliquit eccleſiæ.

t *Ad annos legitimos.*] i. ſi cohæredes fuerint fratres defuncti, ſeruetur inter eos ius præſcribendi, & adæquandi, quod eſt inter fratres, ut inf. de præſcrip. l. fi. inter, ſi uero extranei fuerint, ſeruentur iura, quæ inter extraneos hæredes locum habent.

legitimos, & poſtea ipſæ res ad immunitatem [a] ipſius eccleſiæ redeant.

Imperator Lotharius.

LEX VIII.

VOlumus, vt res, quæ à liberis perſonis locis Deo dedicatis conferuntur, liceat ſibi vſumfructum & ordinationem rerum earundē, & ſi aliter ſibi placuerit, [b] reſeruare, & ſi aliter eas non ordinauerit, ita remaneant, ſicut prius datæ fuerint.

TITVLVS XIX.

De eo, qui res alij poſt delegationem fraudulenter [c] alienauerit.

Imperator Lotharius.

LEX PRIMA.

DE his, qui proprietates ſuas habēt, & ſpōtanea volūtate alicui delegauerit, & poſteà ab aliquo alio ignorante pretiū de eiſdem rebus venundatis accipiūt, & ipſe, cui ipſæ res traditæ fuerint, cognito negotio, [d] anno integro ſilens nō contradixerit, ſed pp illuſionē tacens fuerit, [e] vt emptorē illudere poſſit, ſi intra patriam [f] anni ſpatium, vt dictū eſt, tacens fuerit, prior traditio nih l* eī valeat. Ille verò, qui poſt primā traditionem res vēdiderit, ſi viuens comprobatus fuerit hanc illuſionem feciſſe, bannum dominicum, id eſt, ſexaginta ſoli. componat: ſi verò vnde bannum componere non habuerit, verberetur. [g]

TITVLVS XX.

De eo, quod pater filijs, vel filiabus neceſſe habet relinquere.

Rex Lutprandus.

LEX PRIMA.

DE eo præcipimus, qui filiam in caſa habuerit in capillo, [h] &

a *Ad immunitatem.*] Regulare eſt, ut hæres teſtatori ſuccedat ſecundum legem illius, cui ſucceditur: nam iura ad defunctum pertinentia etiam ſi ſint ſingularia, ad hæredes tranſmittuntur, vt C. de temp. in integ. reſt. lege ea. & ff de iur. fiſ. lege fiſcus.

b VOlumus. Placuerit.] Vt ſi primo ordinauerat res expendendas pro liberis, poſſit poſteà in aliam eccleſiæ utilitatem cōuertere: nec eſt contra ſup. eo. l. ſi quis Longobard. 2. quia ibi non licet donatori res eccleſiæ donatas, & acquiſitas ad alia dominia transferre: hic autem de ordinatione mutanda, non de dñio.

DE EO, QVI res alij, &c.

c *Fraudulenter.*] q. d. ſi non fraudulenter, ſemper præſumitur doloſè agere, quia ſciuit, ſe alij alienaſſe, poſteà alij bona fide accipienti alienat, vnde illi deceptores tenentur crimine falſi. l. qui duob. ff. ad lege Cor. de fal. qui vero rem duob. obligat, ſtellionatus crimine tenetur, ut ff de cri. ſtel. per totum: quod debet intelligi, ubi ſeruus bona fide accepit: nam ſi ſciens ſcienti, & volenti dolus non infertur. l. cū donationis. C. de tranſac. nec videtur celatus, qui ſciuit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit, ut ff de ac. emp. l. 1. in fin. Sed quomodo potuit alij tradere, cum alij iam tradiderat? Reſpon. fortè vſumfructum ſibi retinuerat, vel quolibet modo erat in corporali poſſeſſione, & ita rem potuit tradere ſeruo, vel quia prior deceptor deſidia ſua poſſeſſionem amiſit, & peruenit ad eum, qui primo tradiderat, & qualiter hoc contingat, dic, diſtrahitur eadem res duobus inſolidum, quandoque ab eodem domino, quandoque ab eodem non domino, poſtea facto domino, quandoque etiam à diuerſis. Si ab eodem non domino, is potior eſt in petendo, & in detinendo domino, cui primo res tradita eſt, ſi ſatisfecerit de pretio, uel fides de eo ſit habita, ut C. de rei vend. l. quoties. & ff. de tri. acti. l. procuratoris. §. 1. & ff. de contrah. emp. l. quod ſæpe. & inſti. de re. di §. venditæ. ſi ab eodem non domino, idem, ut ff. de publicia. l. ſiue autem. ſi à non domino, poſteà facto domino, prior præfertur, ut ff. de rei uin. l. ſi à Titio. fallit, ſi eccleſia, uel alius locus venerabilis, uel ciuitas primo comparauit, quamuis poſſeſſio alteri fuerit tradita, quoniam ex ſolo pacto rei uenditio eis datur. d. l. ſi à Titio. & ff. de excep. rei uend. l. 2. & ff. de do exceptio. l. apud. & C. de ſac. ſanc. eccl. l. ſi ſi uero à diuerſis: ergo à domino: tunc non domino, potior ero, etiam ſi poſteà poſſeſſionem, acceperim, niſi non dominus (putà creditor procurator, exactor publicorum tributorum) ius diſtrahendi habuit, ut ff de act. empt. l. ſi ea res in fi. & C. de diſtrac. pigno. l. qui à creditore. & l. Pomponius. ff. in quibus cauſis pignus contrahat. & C. de reb. alien. non alienan. l. nemo. cum enim emimus à diuerſis non dominis ius diſtrahendi non habentib. aut agimus inter nos, aut contra extraneum: primo caſu potior eſt, qui poſſidet. ut d. l. Pomponius. C. qui po. in pig. ha. l. ſi generaliter. ſecundo caſu prior præfertur, ut ff. de actio. emp. l. ſi ea res. §. uterque noſtrum.

d *De his. Negotio.*] id eſt, facta ſecunda traditione, res uenit in notionem, & ideo opus eſt præſcriptione ſecundo acceptori: nam ſi primus præſens fuiſſet in traditione ſecunda, ſibi præiudicium comparaſſet, vt ff. de euictio. l. quidam. & ff. de do. inter vir. & vxorem. l. ſeruus communis. in fin. & ff. loc. leg. lege item quæritur. § qui impleto. & l. qui ad certum. nam præſentia operatur mandatum, ut ff. mandati. l. qui patitur, & l. qui fidem alterius. Sed uidetur contra, auth. malæ fidei. C. de præſcripti. long. tempo. Sol. ibi non dicitur dominū fuiſſe præſentem, ſed quia ex poſtfacto ſciuit.

e *Tacens fuerit.*] Qđ ſi fraudulenter non tacuit, ſed fortè putē putauit ius ſuum ubique durare, hæc lex locum non habet, quia uidetur dolo carere, qui ſuo iure utitur. l. cum pater. § Titio. ff. de lega. 2. & ff. de reg. iuris. l. nullus. & l. factum cuique. § primo, comprobatur, nam ſi mulier obligatur, ſiue res ei*, per Velleianum iuuatur, ut C. ad ſenatuſconſultum Velleianum. per tot. uerum ſi fraudulenter taceat, ei non ſuccurritur propter dolum, vt C. ad Velleia. l. ſi ſine. Item minores ſi ſint decepti, ſuccurritur eis, ſecus ſi decipere velint, quia deceptis non decipientibus iura ſubueniūt. l. 3. C. ſi minor ſe maiorem dixerit, & fruſtrà leges inuocant, qui contra eas committunt, ut ff. de minorib. l. auxilium. in fin. remouetur ergo prior acceptor, qū fraudulenter tacuit, ut hic, propter illuſionem, &c.

* No. ad limitationē. l. quotiens. C. de rei ven.

f *Intra patriam.*] Secus ſi extra. Sed nunquid duplicabimus tempora, ut iure Romano fit, inter præſentes decem, inter abſentes uiginti? Reſpon. nequaquam: quia inter Longobardos de ordine, & regulari iure 30. annorum præſcriptio ſeruatur, ut inf. de præſcriptionibus. per tot. Quid, ſi mulier facit maritum alienare fundum in ſolidum, in quo ipſa habet morgincap, nunquid ſibi præiudicet? nequaquam, ſiue in teſtamento faciat hoc maritus. argu. l. Gaius. ff. de pignorat. actione. ſiue inter uiuos. ratio, quia mulier de morgincap agere non poteſt, conſtante matrimonio. Item quia conſenſus mulieris non eſt legitimus ſine mundualdi auctoritate, ſicut conſenſus minorum ſine tutoris, uel curatoris auctoritate.

g *Verberetur.*] Concordat iuri Romano in perſonis eorū, qui propter paupertatem ciuiles pœnas eludunt, quia tunc debet pati corporales pœnas, ut C. de ſeruis fugitiuis. l. quicunque. & ff. de in ius vocando. l. fi. & ff. de iuriſdi. omnium iudic. l. ſi quis id. §. in ſeruos. & ff. de pœnis. l. prima. § generaliter. ſed contra ſup. de furtis. l. ſi quicunque. Solutio, ibi de compoſitione, quæ fit propter delictum hic de banno: quod regulare eſt in iure Longobardo, ut in defectu banni delinquens uerberetur: quæ regula uidetur contra l. quicunque. ſup. de exercital. ſed ibi loquitur in exercitu, ubi multa ſunt ſpecialia. habet igitur locum lex illa, ubi alienator fraudem commiſit, & is, cui alienatio facta eſt, cognouit ante negotium conſummatum, uel poſtea, & fraudulenter tacuit. & in perſonis intra patriam exiſtentibus, & qui ſecundo loco accepit ignarus fuerit fraudis, & bona fide non careat.

DE EO, QVOD PATER FILIIS, VEL filiabus neceſſe habet relinquere.

h DE eo. In capillo.] Q[u]idam ſubaudiūt: maximè: nam etiam filiam coniugatam non licet patri tertia defrauda-

filium non reliquerit legitimum, vt de rebus ſuis amplius per nullum titulum cuicunque per donationem, aut pro anima ſua facere poſſit, niſi partes duas: tertiam verò relinquat filiæ ſuæ, ſicut glorioſiſ. Rotharis Rex inſtituit,[a] quia qui thinx facit, & poſteà filia naſcitur, in tertiam partem. ipſum thinx rũpitur, ſecũdum anterius edictũ, & ſi duæ fuerint, aut amplius, in medietatem,[b] ideo dum ipſum edictũ loquitur de thinx, quod eſt donatio, nobis comparuit, quòd per nullam donationem, nec per launechild[c], poſſit filiam ſuá de ipſa tertia* portione ſubſtantiæ ſuæ exhæredem facere: & ſi duæ, aut plures fuerint, de medietate.

Idem. LEX II.

SI quis Lõgobardus habuerit[d] filium maſculum legitimũ vnum, & filiam legitimam vnam, aut plures, & antequam eas ad maritum tradat, ad morté venerit, poteſtatem habeat ad ipſas filias per chartã donationis, ſi voluerit, uſque ad quartam portionem de rebus ſuis iudicare: & ſi iudicauerit, ſtabile permaneat: nã ſi duos filios legitimos habuerit & filiam vnam, aut plures, ſeptimam portioné de rebus ſuis pudicet, ſi voluerit: ſi verò amplius fuerint filij, per hanc rationé computentur: ſi verò, patre uiuente, eat ad maritum, ordinet iuxta legem, qualiter voluerit.[e]

Idem. LEX. III.

SI quis Lõgobardus voluerit filiis ſuis ſibi bene ſeruientibus 1 †[f] aliquid largiri, habeat licentiam hoc modo largiri, ut ſi fuerint duo filij, tertiam partem ſubſtãtię ſuę poſſit meliorare[g] eum, qui bene, & ſecundum Deum ei obediens fuerit, & ſeruierit. Et ſi rex fuerit, habeat licẽtiã

fraudare: non obſt ſup. de ſucceſſionibus. l. ſi pater filiam. 1. vbi debet eſſe contenta de eo. quod in die votorum accepit, quia illud habet locum, vbi pater filios reliquerit: alioquin non erit contenta. & facit. l. ſi ſorores. ſup. de ſucceſſionibus. ſi verò filia coniugata dotem habeat, computata dote, non poterit eam pater tertiã defraudare: quæ ſententia benigna eſt. Quid enim ſi pater filiam propter nobilitatem, aut pulchritudinem ſuam nuptui collocauerit, modico, vel nullo de ſubſtantia ſua dato? cur non videtur iniquum filiam vel ſororem defraudari hæreditate paterna, vel fraterna, cum frater neceſſe habeat mantagium ſorori præſtare? Iubet igitur lex illa de coniugata intelligi.

a *Inſtituit.*] Vt ſup. de ſucceſſionibus. l. ſi quis ſe deſperauerit ſed an ſicut olim hodie filia nata rumpit in tertiam, an in plus? Reſpon. totum thinx rumpitur, quia filia in totum ſuccedit, ſicut alij maſculi hodie per Lutprandum, ſed ſi pater per donationem poſt filiæ natiuitatem factã põt duas partes donare cui vult: multo minus debet filia rumpere donationem factam in illam partẽ, quam pater poſt natiuitatem potuit donare: nam cum poſſit de nouo donare: multò minus donatione poteſt rumpi? Reſpõdeo, hoc nõ ſequitur: nam iure Ro. ſi pater fecerit teſtamẽtum, poſthumus natus illud rumpit, tamẽ filium natum poteſt magna parte hæreditatis defraudare, imo tota: dũmmodo filio relinquat legitimam, pariter, & de filia, vt poſt donationem nata (quæ dicitur poſthuma) rumpat donationem vniuerſitatis in totum, quæ habetur loco teſtamenti.

** No. patri cogi tertiã partem bonorum ſuorum filia relinquere idem de iure communi, vt in auth. de tri. & ſemiſ. §. 1. coll. 3.*

b *In medietatem.*] Sed nunquid poſſit reliquam medietatem vni ipſarum relinquere, vel legari? Quidam de plano hoc concedunt: nam cũ cuilibet extraneo põt dare, multo magis filiæ. Item libertus poteſt diminuere tertiam patrono debitam, & donare amico benemerito. l. diuus. ff. ſi quid in fraudem pat. & concordat iuri Roma. vt pater qui debitum annonum ſubſidium vni ex filijs reliquerit, poſſit reliquum inter alios diſtribuere, quod placet. Alij contra dicũt, nam non licet patri ſe meliorare filiam bene ſeruientem, niſi alia male ſeruierit, vt inf. legitur præterea vbi pater prælegat vni ex filijs licet ſit talis perſona, cui pater tantundem eſſet relicturus, ſi tamen res ei euincantur, non debetur euictio. l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. l 2 quod ſecus in alijs perſonis, vt C. de legat. l cum rem. parit enim inuidiam, cum pater vni ex filijs matris, quam alijs largitur. l. cum oportet, C. de bonis quæ liberis.

c *Nec per Launechild.*] id eſt, per donationem vniuerſitatis, nec rei ſingularis, quæ requirit launechild, poteſt filiam parte legitima defraudare. Sed obſtat, quia launechild debet eſſe ſimile rei donatæ. vnde non videtur filia defraudata, ſi pater iam recepit launechild, cum filia inueniat perquidem in hæreditate patris: quod de plano eſt concedendum, ſi inueniatur in ipſa hæreditate: cæterum quando ſuſcipiendus eſt. accidere poteſt, vel quia donatarius deſiuit eſſe ſoluendo, aut in alium ſit translata, & rei ei donata recuperari non poteſt, & ſic filia inueniretur læſa, dum neutrum habet. Sed nunquid filia habet Caluiſianam, vel Fauianam ad reuocandam donationem, quæ in fraudem eius eſt facta? Reſpondeo nequaquam: quia in alienatione ingenuorum filius hæres actionem non habet, vt ff. ſi. quis a pat. fue. ma. l. 2. licet hæ actiones competãt filios arrogato de bonis patris arrogatoris, v ff. ſi quid in fraud. pat. l. ſi. aget ergo per querelã inofficioſæ donationis, vt C. de inofficio. donation. per totum. & licet pater non cogatur vltra tertiam relinquere, mater autem, quæ monachalem habitũ vult ſuſcipere, cogitur duas partes filiæ relinquere, vt inf. de ſanctis l. ſi qua mulier. vnde ſumi põt argu. quòd bona materna magis, quam páterna debentur filiabus.

d S*I quis Longobardus habuerit.*] hic no. quantum pater, qui filium vnum, aut plures habet, poſſit filiæ, vel filiab. relinquere: vnde argu. ſumitur, quod omnia bona patris debentur filio: nam cum vix ius admiſſum fuerit, vt filiæ poſſit dare quartam & non vltra. longe minus extraneo: ſimile. ĩ. de de ſancti. l. ſi qua mulier.

e *Ordinet iuxta legem qualiter uoluerit.*] id eſt dummodo quartam partem portionis non excedat.

f S*I quis Longobardus voluerit filijs. ſuis bene ſeruientibus.*] No quod dicitur bene meritus, etiam ſi non offendit. argu. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg 2.

1 † facientibus.

g *Poſſit meliorare.*] Quæ poteſtas locum habet, vno, vel pluribus ex filijs malè ſeruientibus, & alium, quem meliorare pater geſtit, bene ſeruientem, vt hic, & ſi toti ei bene ſeruien &c. quid ergo ſi vnus ex filiis ætatis, uel paupertatis, ratione non poteſt (vt decet) ſeruire, certè excuſatur niſi dolo faciat. ut ff. man. l. ſi procuratorem. §. pen. in criminibus enim minores non iuuantur l. ſi C ſi aduer. delic. Quidam ex hac lege dicunt, quòd pater cum filijs diuidendo (vt in quibuſdam regionibus moris eſt) ſuam perſonam debet cũ eis connumerare, & poteſt meliorare filium bene ſeruientẽ, concedendo ei portionem ſuam, quod non placet: nuſquã enim legi, quod pater ad diuidendam ſubſtantiam a filijs cogatur, ſed ſatis eſt, ut præbeat eis neceſſaria. vt ff. de lib. agnoſ. l ſi quis a liberis. § idem reſcripſit. Verum iure Romano ſi pater filios, ad monaſticam uitã ſubeat, ſi uoluerit bona inter filios diuidere, debet perſonam cum filijs connumerare, & cum portione ſua intrabit in monaſterium. auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. Vnde melioratio non fiat de parte ſua, quia diuidere (ut dixi) non cogitur, ſed in pœnam malè ſeruientis ſtatuitur certa portio, unde ſumitur ar. ꝙ totum filijs debetur, primò, quia hic dicitur, quod bene ſeruientis habeant æqualitatem ſubſtantiæ. ſecundo quia non poteſt filium bene ſeruientem meliorare, niſi in pœna male ſeruientis. arg. l ſancimus. C. de pœn. ſi autem omnes malè ſeruient, meloratio ceſſat, ceſſante cauſa: unde illud, Cauſatum perimit cauſa perempta ſuum. Sed nunquid poterit pater meliorationem prædictam in extraneum bene ſeruientem conferre, minimè, quia non licet patri filium ex omni malo ſeruitio exhæredare

quartam partem meliorare, qualẽ voluerit. Et ſi fuerint quatuor, tribuat quintã partem: Et ſi fuerint 5. 6. partẽ. Et ſi fuerint ſex, ſeptimã partem. Et ſi amplius fuerint, ꝑ hunc numerum percurat, vt ſemper qui pater eſt, vigorẽ habeat, qualiter ei filij ſui, vt diximus, rectè obediant, & ſeruiant. Et ſi toti ei bene ſeruierint, hẽant æqualiter ſubſtantiam patris. Et ſi forſitã quicunque ſm, aut tertiam mulierem duxerit, & habuerit filios de anteriore coniuge, & de ſequenti, non habeat poteſtatẽ illos poſteriores: quorum mater viuit, meliorare, dum ipſa vixerit, ne dicat [a] aliquis, quod ꝑ illam mulierẽ talis ſuaſio facta ſit. Defuncta autẽ muliere, pater licentiam habeat facere, vt ſuprà legitur. Quia credimus ſecundum Deum eſſe, vt dum ſeruos, qui bene ſeruierũt melioratos videmus, & remuneratos à dñis ſuis, magis, quàm illos, qui rectè non ſeruierunt, quãtò magis debet fieri recta, cauſa vt homo filium ſuum meliorare, & remunerare poſſit, qui ei melius ſeruierit.

Rex Aſtulphus.
LEX IIII.

A Noſtris deceſſorib[9] iã antea inſtitutũ eſt, vt Lõgobardus poteſtatem habeat filium ſuũ ſibi bene ſeruientem meliorare[b] de reb. ſuis, de filiabus [c] autem non cõtinebatᷣ. Ideo ſtatuimus, vt ſi duas filias habuerit, & filiũ non reliquerit, poteſtas ei ſit vnam filiam ſuam, qualem voluerit, meliorare in tertiam partem rerum ſuarum Et ſi tres fuerint, quartam. Et ſi ampliùs fuerint, per hanc rationem computentur.

Imperator Pipinus.
LEX V.

DE filia,[d] cuius pater ꝑ manũ erogatoris omnes ſeruos ſuos iuſſit fieri libertos, & quia contra legẽ eſſe videtur, inſtituimus, vt in [1] † tertiam portionem de præfatis reb. iterum introire poſſit. 1† *intra*.

redate, cum certæ ſint cauſæ exhæredationis. Sed licet dixerint, patrem non cogi ad diuiſionem, ſi tamen contingat diuidere ex conſenſu, uel alio modo ſuam perſonam, filijs emancipatis connumerare debet, ut eandem portionẽ habeat, quam filius aſſignat cum onere hæreditario remanẽtibus, & transeuntibus, quo caſu licebit patri portionem ſuam largiri, cui uoluerit, & non tenetur plus eam filijs conſeruare, quam filius ei, quia diſponere poteſt pro ſuæ uoluntatis arbitrio: ſufficit enim patri in alium conferre, quãtum eſt ſufficiens: quod eſt dum eum facit ſibi quaſi cohæredem, & coæqualem. ar. l. 1. §. ſi parens. ff ſi quis. & facit d. auth ſi qua mulier.

a *Ne dicat.*]Hic not. ar. ꝙ donatio inter uirum, & uxo. non tenet, quod eſt expreſſum ſup. de his, quæ a ui. in uxo. dan. per totum, & concor. iuri Roma. ſecus autem defuncta muliere.

b A *Noſtris. Meliorare.*] Hoc ubi una bene ſeruierit, & altera malè, ut ſimilitudo ſit de filiabus ad filios, ut ſup. dictum eſt: quod hic reperi poteſt, quantũ ad meliorationẽ pertinet. Sed duplici forma fieri poteſt melioratio. prima, ut pater de ſubſtantia ſua poſſit meliorare filiam bene ſeruiẽtem in tertiam partem hæreditatis. hoc ubi duæ ſunt filiæ, ut quæ bene ſeruierit, habeat quatuor uncias aſſis, reliquæ octo æqualiter diuidũtur inter eas, & ſic ꝑdicta habebit octo uncias: ꝙ ſi tres fuerint: põt meliorare bene ſeruientẽ in quartam. reliquum æqualiter diuidatur inter eas. unde bene ſeruiẽs habebit ſex uncias, & aliæ duæ ſex: ꝙ ſi plures ſint per hũc numerũ fiat, & hoc ſm illos, qui dñt, ꝙ cum pater cogatur relinquere filiabus medietatẽ, licet poſſit eã donare extraneo, non tñ filio, quia pareret inuidiã, ut no. ſuo. e. l. 1. 2. forma eſt ſm illos, qui dñt, ꝙ cum patri liceat auferre medietatẽ filiabus, & reliquã eis ſeruare de iſta, quæ ſeruari dẽt, põt meliorare filiam bene ſeruientẽ ſm numerum filiarum, ut hic hr̃e, & punire malè ſeruientẽ, ut amittat aliquid de eo, qđ ſibi, pater ſeruare tenebatur: alioquin nõ eſſet pœna male ſeruientis. Pone patrẽ hr̃e tres filias quibus cogitur medietatẽ, ſubſtantię conſeruare, reliq̃ põt largiri uni ex filiab. uel extraneo, ſi una mala ſeruierit, & reliquæ bene, poterit pater illam punire, ut ſup. Reliquam uero medietatem poteſt largiri, cui uoluerit, ut ſupra, cum etiam ſi omnes bene ſeruiãt poteſt medietatem prædictam filiabus auferre.

c *De filiabus*]Hic no. quod iure Longob. filiæ appellatione filii non continentur, licet iure Roma. maſculinum concipiat fœmininum genus. l. qui duos. in fin. ff. de l. 3.

d D*E filia.*]Quidam habuit tres ſeruos. quos manumiſit. habens tantum unam filiam in capillo, quam in tertiam partem exhæredebat, cui per l. prima. ſupra eodem tertia debetur, quæ ſublata uidetur fuiſſe per legem proxi. dicentem, ut ordinatio defuncti ualeat: per hanc iterum adeam admittitur, ſed quommodo poſſint in tertiam uocari, cum omnes ſint liberi, an unus illorum ſeruitutem reuoabitur, an unuſquiſque ſeruus erit pro tertia? Reſpõ. unus reuocabitur, ſed cur ille deterioris eſſet conditionis, quilibet aliorum? Itẽ cũ unuſquiſque hẽat tertiam partẽ impoſſibile eſt, ut pro parte ſit liber, & pro parte ſeruus ergo æſtimationem tertię unuſquiſq; feret, & quod diximus de tribus ſeruis, idem de pluribus: nã & iur. Rom. libertates minuunt Falcidiam, nõ ecõtra. l. Papinianus §. ſi quis impuberi ff. de inoff teſtam. Et ubi teſtamentum inofficioſum pronũciatᷣ, uiginti aurei pro uno quoq; ſeruo præſtãdi ſunt, qui liber factus eſt. & in libertate permanet. d. l. Papinianus. § ſi hæc ſatis de legitimis. De filijs aũt & filiabus baſtardis dic, ut ſi quidẽ pater filium naturalem ſuſceperit ex ea, cũ qua licitam habuerit conſuetudinem, licet naturales ab inteſtato remoti ſint per Lutprã. ſup. de ſucceſ. ſi tamẽ pater legitimos filios, uel patrem nõ habeat quos exhæredare nõ licet, rectè poterit naturalib. bona teſtamẽto, uel donatione largiri. auth licet. C. de natu. libe. ſecus ſi ex illicito coitu ſint nati, ut quia ſacerdos, uel cõſanguineus, uel ambo erant in alio matrimonio conſtituti, ceſſante ignorãtia iuris, & facti. titu. ſup. de prohi. nup. l. de his. & aut. ex complexu. C. de inee. nup aliqui tamen dant cautelã, ut donet bona ſua mœchæ, q̃ donatio tenet, ut ff. de do. l. affectionis, ſperãtes ꝙ filii ſuccedant matri inceſtuoſæ. Sed errant, quia peræque ſunt inceſtuoſi. quo ad matrem, quemadmodum quo ad patrem, cum nec ali debeant a parente, ut d. auth. quod nomen commune eſt in patre, & matre: unde nec a matre poſſunt hæredes inſtitui ut C. ad ſenatuſcõ. Orficia. l. ſi qua illuſtris. cum propter inceſtas nuptias amiſſione bonorum uir, & uxor mulctentur, auth. inceſtas. C de inceſtis nuptiis, & ſup. de prohi. nup. l. ſi. Alii dant aliam cautelam, ut donet bona ſua eccleſiis pacto latenter adhibito, ut ſub annuo cẽſu eccleſia ſpuriis cõcedat: quod nihil eſt, cum potius a patre uideatur habere, quã ab eccleſia. ut ff. de iure doti. l. ſi res quas. & C. de inoffi. donat. l. pe. & eſt ratio: nam ſi teſtator rem legauerit, eamque fideicommiſerit, utique fideicommiſſarius non habet rẽ a legatario, ſed a teſtatore, cuius mãdato res eſt reſtituta, ſed ſi dubitetur de pacto cũ eccleſia adhibito res, ꝙ bonus iudex ex perſonis, & ex qualitate cenſus æſtimabitur, nam ſi ſpurij minores ſint, qui non poſſunt eccleſiæ ſeruire. uidetur ea uoluntate patris factum, cum nulla ſubſit cauſa, quæ conceſſionem eccleſiæ ſuaſiſſet. Idem cenſus conſtitutio ſit modica. & res magni reditus. arg. l. cum. §. modus ff. de tranſact. & maximè ubi aliqua pecunia non fuerit data eccleſiæ ex parte ſpuriorum, quod. ſi eccleſia dicat in inſtrõ pecuniam ſibi ſolutã, adhuc dico in fraudẽ factũ, ut ff. de probatio l. qui teſtamentum. & ff. de leg. 3 l. quis. §. ſi Titia. ſecus ſi eccleſia plura, & grata ſeruitia a prædictis perſonis acceperat. l. ſi uerò. §. idem Papinian. quærit. ff. manda. Et iſtis caſibus bona mortui deferunt ad parentes non ad eccleſiam, quæ fuit electa non tam pro ſuo cõmodo, quàm

do, ꝙ ut miniſtra eſſet illicitæ conceſſionis. arg.l.ſi quis Timo.ff.de leg 2. Quid, ſi dicti parentes inceſtuoſi dederint bona fratrib. vt ipſi concedant eam ſpurijs? arbitrio iudicis relinquitur, vt dixi. Cum quæ à lege prohibentur per interpoſitas perſonas fieri non debent. lege eos. C.de vſur.

DE DEBITIS, & guadimo.&c.

a SI quis debitorē.] Etiam cũ guadia: nam nomen debitoris generalè eſt, & hoc nuc ex pacto nudo de iure Romano, ſiue obligatorio, nam qđ iure Romano dř nudum, iure Longobardo eſt obligatorium, & dř ſtantia & tenetur debitor condictione ex lege. Quidam tñ intelligunt, vt tm̃ debitorem cum guadia liceat pignorare, vt ī eo.tit.l.ſi quis debitũ fecerit. Alij aſſerunt legem iſtam loqui in omni debitore ex cõtractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, ut innuit hic tex. aut nõ compoſuerit. &c. qđ ad maleficium, uel quaſi pertinet. Sđ tñ ꝙ uno pertinet ad amicabilem compoſitionem, & hoc eſt, quod hic di, ſi debitum non reddiderit, aut non compoſuerit. ſ. amicabiliter cũ creditore. & facit ī. de dona. quæ cum thin. l. ſi quis res ſuas. niſi fortè debitor ex maleficio condemnatus eſſet, quia tunc teneretur actione iudicati, quæ eſt ex contractu, debitorem autem ex maleficio condemnatum licet pignorare, ut ſup de eo, qui pecu. in dam. inuenit.l 2.& 5. Item intellige debitorem confitentem, alioquin non liceret pignorare, niſi fuerit cum guadia, etiam ſi poſtea debitor prohibeatur, ut inf. eo. lege quicunque.

TITVLVS XXI.

De debitis, & guadimonijs, & quæ liceat pignorare, vel non.

Rex Rotharius.

LEX I.

SI quis debitorem [a] habens, appellet eum ſemel, & bis, [b] & vſque in tertium, & ſi debitum non reddiderit, aut non compoſuerit, tunc debeat eum pignorare in his rebus, in quib. pignorare licitum eſt. [c]

Idem. LEX II.

SI quis alium pro quolibet debito, aut cauſa [d] pignorare præſumpſerit, antequã eũ tertiò pulſauerit, pignus, quod ante conteſtationẽ tulerit, ſibi nonum reddat [e] in poteſtate domini ſui.

Idem. LEX III.

NVlli liceat alium pro alio pignorare, excepto illo, qui [1] †graphans [*] [f] eſſe inuenitur, id eſt, cohæres [g] eius proximior, qui ad illius hæreditatem, [h] ſi caſus euenerit, venturus eſt.

1 †gafrād.

* Quid ſit Graphans. not. repræſaltas eſſe prohibitas. vt ca. vno. de iniu. lib. 6. & in ca. dominus. 23.q.2. & quæ dixi in § 1. in glo.1. in fi. de conſueto ſta. ver ſi. & in § 1. de iniſ. om. iud.lib. conſuetud. Biturig.

b Et bis.] Septem dies debent interuenire inter denunciationem, & denunciationem, ſm quoſdam. ar l.2.inf. de his qui ad pla.ue conten. Alij varios terminos ponunt, ut inf. qual iud.de.l.1. Alij dicunt decem dies ad inſtar. actionis conſtitutæ pecuniæ, l.cet purè ſit conſtitutum.l. promiſſor. §.1. ff. de conſtit. pe. Ego tñ puto unum diem ſufficere, quia moroſus non debet lucrari ex mora ſua, ſed eo die, quo denunciatum eſt, pignora capi non debent. arg. l. qui hoc anno. ff. de uerbo.oblig.& ff. de actio.& obl.l quiſquis. quia totus dies eſt arbitrio ſoluentis: nam & iure Roma. licet pura ſit ſtipulatio, non ſtatim cum ſacco adire debet creditor.l.quod dicimus.ff.de ſolut.

c Licitum eſt.] Quidam adhærentes iuri Roma. dicunt, ꝙ primo mobilia, ſecundo immobilia, tertio nomina debitorum pignori debeat.l.à Diuo Pio.ff.de re iudi.& inf. eod.l. nulli.2. Tu dic ab immobilibus poſſe incipi ar.l.in anterioris. inf. eo ibi, uel tantum habeant &c. ubi non fit iſta diſt. Item dic, iure Longobar. omnia pignora eſſe licita, niſi expreſſe ſint prohibita.

d SI quis. Aut cauſa.] Et hoc ſecundum opi. dicentium, ꝙ liceat etiam debitorem ex maleficio pignorare, ut not. ſup proxi. Tu dic, pro quolibet debito, ſ. conſiſtente in quãtitate, uel in ſpecie, aut cauſa, ſ. in facto conſiſtente, ut quia promiſit Capuam ire, uel turrim facere.

e Reddat.] contra inf. eo.l. quicunque. Sol. ibi, qñ debitorẽ inficiantem pignorauit trina denunciatione præcedente. hic autem non ſeruata legis ſolennitate, & hoc, qñ licita pignora capta ſunt, non gregem equorum, ſeu porcorum, ubi alia pœna eſt ſtatuta, ut inf. eo.l. ſi quis greges. No. tñ, ꝙ non ſemper pœna octogild, uel noni eſt pœna furti, quia furtum eſt contrectatio, &c.l.1.ff de fur. & inſti. de ob. quæ ex deli.na. in princ. non enim debitor, qui putat ſibi licere pignorare, furtum committit, cum dolo careat.

Idem. LEX IIII.

SI quis per errorem alium pro alio [i] pignorauerit, in ſeruo, aut ancilla, ita decernimus, vt poſtquam cognouit, quòd malè pignorauerit mox ipsũ pignus relaxet, & ſi pulſatus fuerit à domino ſerui, vel ancillæ, tunc præbeat ſacramẽtum, quòd per errorem fecit, & nõ aſto animo: ſed credidit debitorem ſuum pignoraſſe, & tunc ſit indemnis: nam ſi plagas, aut feritas fecerit in ipſum pignus, componat ſicut in hoc edicto legitur: & ſi ſacramẽtum dare non præſumpſerit, ꝙ per errorem pignoraſſet, reddat pignus in octogild.

Idem. LEX V.

SI quis [k] gre-

f NVlli. Graphans.] Dicebant præceptores mei, hic ponitur pro donatario vniuerſitatis, qui uerus dñs eſt rerum donatoris retinentis vſumfructum ſibi, quia abſtinere ab eius hæreditate non põt, nec bona eius mittet pꝑ delictũ donatoris, cui (cum non de ſit, niſi ſolus vſusfructus) minus iniquè pignoratur, q̃ filius, ex quo tenetur creditoribus donatoris, eo ꝙ eius ſubſtantiam per donationẽ accepit, quo donatore mortuo, nulla eſt noua ſucceſſio, ſed cõſolidatio vſusfructus ad proprietatẽ, & ſm ius Long. cum effectu poteſt conueniri, & conuenire, ut no. ſup. de dona. licet lucra cõtradicere vſ.

g Cohæres.] ſuperabundat, ſic inſti de hære. quæ ab inteſt. de §.1. ibi, prognatus prognataue, i. natus nataue. & uidetur quod liceat patrem pro filio, & econtra pignorare: quod eſt iniquum: quia alter alteri, nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur, ut C. ne fi. pro pa. per tot. & ratio eſt hic, quia ſpes eſt in ſucceſſione, & multis modis poſſet accidere. ut filius non haberet hæreditatem, aut propter patris delictum, aut quia abſtinere ſe uellet. Et no ſecundum lucram, quòd qui eſt in 7. gradu, poteſt pro parente ſuo pignorari, cum uſque ad ſeptem progeniem proximior ſuccedat.l.1.ſup ſup de ſucc. & facit inf. eo.l. ſi quis debitum. ubi filius ſi iurauerit nihil de bonis patris penes ſe habere. debet abſolui: ergo filius in uita patris non debet conueniri, & ſi quid habuerit de eius bonis minus pignorari, ſed in contrarium facit, quia filius intelligitur dominus. uiuente patre.l.in ſuis.ff.de libe.poſthu & l.fi.C.de impu.& ali ſub. & etiam iure Longob. bona patris intelliguntur eſſe filij.l. ſi quis habuerit. ſup. de ſuc. quod eſt uerum, inſpecta fictione iuris ciuilis: nam cum pater ſit dominus inſolidum, filius dominus eſſe non poteſt, quia eſſet impoſſibile, & hoc in re corporea, aliàs ſecus, ut in ſeruitutibus prædiorum, quarum dominium quilibet ſuccedentium habet in ſolidum, ut itineris, uiæ, & actus.

h Hæreditatem.] id eſt ad plenam hæreditatis proprietatem.

i. SI quis. Pro alio.] Eſt ergo error in perſonis, qui non eſt admittendus de facili, arg.l. cum falſum. ff. de acqui. hæred. unde poteſt intelligi, quando tolerabilis eſt error, puta in ſucceſſore eius, ignorantia toleranda eſt in facto prædeceſſoris ſui, ut ff. pro ſuo.l fi. argumen.l. quod vulgo. ff. pro empt. & C. de reſcin. uen. l. quiſquis, & C. de in integ. reſtit.l. de tutela. Et dicunt quidam, quòd hic errauerit in re, ut quia inuenit rem alterius apud debitorem ſuum. & ſi creditor iurare uoluerit, quòd debitorem ſuum putauit pignoraſſe, rem debitoris ſui retinet ſine culpa. Si autem iurare non potuerit, an teneatur debitori, apud quem erat res aliena, an domino rei? Reſpond. domino, cuius rem poſterius ſcientiam retinere non debet, verum ſi res aliena apud debitorem ſit conducta, uel commodata, poterit pignorari, non gratia rei, ſed uſus, qui ad debitorem pertinet.

k SI quis.] ſ. liber, uel ſeruus complectitur etiam fœmi-

ges,[a] æquarũ, ſiue porcorũ, ſine iuſſione Regis pignorauerit, i. pignoris noĩe abſtulerit, ille prior, aut moriatur, aut cõponat ſolid. 900. medium Regi, & medium cui pignus abſtulerit, & illi, qui cũ illo fuerint, ſi tamen liberi ſint, cõponat vnuſquiſq; ſolid. 80. medium Regi, & medium illi, quem pignorauerit, vt ſuprà. Et ſi ſerui dominum ſecuti fuerint, in cõpoſitione domini ſui copulentur. culpã enim fecit dominus: nam non ſerui, qui dominum ſuum ſecuti ſunt.

Idem. LEX VI.

SI qs caballos domitos,[b] aut boues, aut vaccas iugo domitas pignorauerit[c] ſine iuſſione Regis, ſibi nonum reddat.[d]

Idem. LEX VII.

SI quis liber homo, qui debitor eſt, alias res nõ habuerit,[e] niſi caballos, aut boues domitos, ſeu vaccas iunctorias, tunc ille, q debitũ requirit, vadat ad ſculdaſium,[f] qui in loco ordinatus eſt, & intimet cauſam ipsã, quod debitor ipſius alias res non habeat, niſi quòd ſupra legitur: tunc ſculdaſius tollat boues, aut caballos ipſi, & ponat eos penes creditorẽ, dũ vſq; iuſtitiã faciat.[g] Si ſculdaſius dilatauerit hoc facere, ſit culpabilis in palatio Regis ſol. 12. & poſt iuſtitiã factã pignus reſtituatur.

Idem. LEX VIII.

NVlli liceat p quolibet debito caſã ordinatã tributariam[h] loco pignoris tollere, niſi ſeruum, aut ancillam,[i] vaccas, aut pecora,[k] vel boues, ita vt ipſum pignus, quod tulit, per ſuã cuſtodiam[l] ſaluum faciat, vſque ad præfinitum tempus,

neum ſexum: quod in ſeruo Regis locum non habet, ut ſupra de culp. ſeruo. l. ſeruus Regis. Idem (ſm quoſdam) ſi ſeruus priuati hoc fecerit per l. ſi ſeruus talem. ſup. de cul. ſer. vbi perſona debet tradi ad occidendum, & dñs præſtare debet ſolid. 40. ſed illa habet locum, quando 90. ſolid. ſunt in obligatione, ut p iniuria liberæ mulieri facta, & de raptu: hic autem non eſt pœna pecuniaria præciſè in obligatione, ſed alternatiua, aut mors, aut compoſitio &c. unde erit in electione dñi dare, quod velit, tanquam debitoris, vt ff. de iure do. l. plerunque §. ſi res. aut dicamus, q mors ſit in obligatione, ſed ſi velit dominus liberare ſeruum à morte præſtat ſol. 900 vt ecõtra iure Rom. contingit. cum noxaliter de delicto ſerui agitur. & condemnatus fuerit in decem aut noxæ dedere: decem ſunt in obligatione, & noxæ deditio in ſolutione, ut ff. de re iudi. l. miles §. primo.

a *Greges.*] quinque porci iure Roma. faciunt gregem. l. ſi ff. de abige. iure autem Longobar. forte decem, ut ſup. de eſt, q pecu. in dam. inue. l. de porcis, quot autẽ equi, vel boues faciãt gregem non legi. Quid ſi non totum gregem, ſed maiorem partem pignorauerit? Habebit locum pœna huius l. nam tota uniuerſitas facere dicitur, quod duæ partes faciunt, ut ff. quo. l. cuiuſque uni. l. nulli. & ff. de decre. ab ordin. fa. l. ſi. ſecus ſi minorem partem pignorauerit. Quid ſi ſeruus fuerit? Reſpondeo, dominus tenebitur in medietate compoſitionis, quam liber præſtaret, ut ſup. de ſcanda. & compoſitio per totum: verum lex iſta eſt intelligenda, cum plures in pignorando, non facta conſpiratione per dexteram, uel per ſacramentum: alioquin idem eſſet per legem, ſupra de aggreſſ. in vi. facta ubi ſi ſerui ſequuti ſunt dominum, non reputetur eis culpa. l. ſeruus ff. de actio. & obligatio. & ff. de noxalibus. l. 2. & de iniurijs. l. ſed ſi vnus. §. vulnus. in quibus legibus diſtinguitur, quòd in atrocioribus dominis parere non debent ſerui: in leuioribus excuſantur. Quid, ſi liberi alicuius caſtri, uel ciuitatis pareant in maleficijs perpetrandis domino imperante? Dico, eos teneri: cùm ipſe dominus teneretur, ſi feciſſet: niſi de iure publico habuiſſet ius imperandi, ut quia Magiſtratus erat: nam cum aliquem odio proſequebatur, & iuſſit eius domum euerti, aut iniuriam fieri, puto omnes teneri, ut ff. ad legem Aquiliam. l. liber homo; & ſuprà de conſilio mortis. l. prima à contrario.

b SI *quis. Domitos.*] Ergo licet pignorare indomitos: nam omnia pignora ſunt licita, quæ non ſunt prohibita.

c *Aut vaccas iugo domitas pignorauerit.*] niſi ex pacto hoc fecerit ut inf. eo. l. ſi quis permiſſu. uel niſi debitor non habeat alias res, ut inf. l. proxima.

d *Sibi nonum reddat.*] Niſi in damno ſuo boues, ut caballos domitos inuenerit: tunc enim pignorare licet, ut ſupra de eo, qui peculium in damno inuenerit. ſi quis caballum. quod etiam de grege ſancimus.

e SI *quis. Non habuerit.*] quod ſi habuerit non licet ſculdaſio pignorare in rebus illicitis, ut inf. eo l. ſi.

f *Ad ſculdaſium.*] Cum non liceat creditori ſua auctoritate pignora capere.

g *Iuſtitiam faciat.*] Id eſt, dum uſq; debitor reddat, quòd debere ſe confitetur, ſecus ſi inficietur, quia non debet ius ſuum inconcuſſum derelinquere, arg. l. iſtud. ff. de peti. hæredita. & fauorabiliores ſunt rei, quam actores: unde uix pignorari non debet, ſi iuſtitiam proſequi ſit paratus, q ſi non ſit paratus, & ideo pignoratus ſit, ueniens poſteà, & volens ſatiſdare, audiri debet: nam iure Roma. ſi cui pp contumaciam poſſeſſio fuerit ablata, ueniẽs infra annum, & volens ſatiſdare, cauſam recuperat, ut C. de iud. l. properandum. §. ſin autem reus & C. de præſcrip. 30. ann. l. ſi quis emptionis. § pe nul. & ſi alicuius bona Præſidis auctoritate capta ſint, & creditor iuit in poſſeſſionem bonorum, ſi dominus veniet, & paratus ſit ſe defendere, diſcedere debet creditor de poſſeſſione, ut quib. ex cau. in poſſeſſio. ea l. hæc autem. §. ſi. at hic uidetur contra, cum dicit. poſt iuſti. factam, &c. q. d. tandiu pignora teneatur, quandiu conuentus iuſtitiam faciat: contrarium dico, nam hoc uerbum habet locum, quãdo ſe confiteatur debitorem, & ideo pignora eius teneri debent, quouſque creditor iuſtitiam ſuam inueniat, cæterum, ſi debitor inficiatur, & pignoratus fuerit, poſt iuſtitiam factam pignora reſtituantur, i. poſt iuſtitiam paratam, vt in Euangelio, & cœna iam facta eſt, id eſt parata, cum diſcipuli nondum cœnauerant, & concord. iuri Rom. quia debitore ſe parato defendere, & ſatiſdare recuperat res ſuas, ut ſup. no.

h NVlli. *Tributariam.*] Et hoc fauore tributoris, nam pro tributo res tributariæ & etiam alienæ ſunt tacitè obligatæ, ut C. quib. cauſ. pign. l. 1. cum per ceſſationem tributorum res, de quibus tributa debentur diſtrahi poſſunt, ut C. ſi propter publ. penſi. l. 2. Aliqui dicunt, quod ſi res cenſualis ſit data alicui ad habitandum, ſiue is, qui reddit cenſum, debitor ſit, quòd non liceat creditori pignorare, quod non placet, quia res locatæ poſſunt pro debito cõductoris pignorari, & tunc licet infra 30. dies pignorare neglexerit, non tamen domus tranſactabitur, ſed vſus, ut careat commodo conductionis, nam & iure Romano ſi creditor ſit miſſus in bonorum poſſeſſio. debitoris, res eius locatæ pignori erunt, licet conductor expelli non poſſit. l. in uenditione. §. 1. ff. de bon. auctori. iud. poſſi. Sed quomodo domus intelligitur pignorata? Reſpon. ſi creditor expreſſe dicat, ſe pignorare domum, uel ſi eam claudat debitore expulſo, quòd ſi ianuas extrahat, & exportari faciat, tunc ſolæ ianuæ intelliguntur pignori captæ. ſed quia ultra triplũ pignorare non licet. ut inf. eo. ſi quis fideiuſſorem creditor pignorans domum ultra triplum aſcendentem, dicat in hac domo pignore, uſq; ad quinquaginta.

i *Aut ancillam.*] Et hoc dixerunt quidam. quòd ſola mobilia debent pignorari, immobilia minime, quod non placet: arg. l. in anterioris. inf. eo. & arg. huius legis prohibentis domum tributoriam pignorari. ergo aliæ poſſunt.

K *Vaccas, aut pecora.*] Contra ĩ. e. l. 3. Sol. hic de indomitis.

l *Per ſuam cuſtodiam.*] Iure Romano in pignore conuentionali debet eadem diligentia præſtari, quam diligens paterfami. præſtat in rebus ſuis, unde tenetur de lata, & leui culpa, quia pignus gratia vtriuſque contrahitur. §. fin. inſtitu. quib. modis re contrahitur obligatio. Iure Longobar. præſtatur illa, quam diligentiſſimus paterfamil. præſtat. nam cum pignora illa creditoris tantum gratia ſint

inuo-

ſicut ſubter annexum eſt, id inter eas perſonas, quæ intra centum miliaria habitát, ad dies 20.[a] Et ſi intra iſtos dies viginti debitor pignus ſuum iuſtitiã faciens, & debitũ red dens non liberauerit, & poſt tráſactos dies 20. contigerit ex ipſo pignore mancipium, aut quodlibet peculiũ mori, aut homicidiũ, aut damnum fieri, aut alibi transmigrare, tunc debitor in ſuũ damnũ reputet, qui ſua pignora liberare neglexerit. Nam ſi intra iſtos 20. dies ſerui, aut ancillæ mortui fuerint, aut peculium perierit, aut homicidiũ, aut damnũ dederit, ipſe, qui pignorauerit, in ſuũ damnũ reputet: & ſi ſupra centum miliaria inter ſe creditor, & debitor habitauerint, tunc vſque ad quadraginta dierum ſpatium, pœna † ſupraſcripta cuſtodiatur.

Idem. LEX IX.

SI quis alij guadiam, * & fideiuſſorem de ſacramẽto dederit, omne, quod per guadiam, & fideiuſſorem obligauit, adimpleat,[b] & ille, qui pulſat, & guadiam ſuſcepit, proximiores ſacramentales, qui naſcendo[c] ſunt, debeant nominare[d] tantùm, excepto illo, qui grauem inimicitiá cum ipſo, qui pulſatur cõmiſſam hét, id eſt, ſi ei plagã fecerit, aut in morte ei cõſẽſerit, aut res[e] ipſius alij thingauerit, ipſe non poteſt[f] eſſe ſacramentalis, quamuis proximus ſit, eo quòd inimicus, & extraneus eſſe inuenitur.

Idem. LEX X.

SI quis alij guadiam dederit, & eam recipere neglexerit per fideiuſſorẽ, & apud eum remanſerit[g] una nocte, aut duabus, vel tribus, nihil componatur. Si remanſerit quatuor noctibus componat ſol. 12. ſi remanſerit quinque noctibus, componat ſolidos vigintiquatuor: ſi remanſerit ſex noctibus, componat ſolidos trigintaſex: & ſi ille, qui eam acceperit, neglexerit eam reddere per fideiuſſorem, & apud eum remanſerit, ſic componatur, quomodo ille, qui guadiam ſuam recipere neglexerit.

Idem. LEX XI.

SI mũdium de puella libera, parentibus mortuis ſuis, ad curtẽ Regis ceciderit, & pater, aut frater debitum dimiſerit, in quanta[h] portione patri, vel fratri hæres ſucceſſerit, ita debitum perſoluat. ſimili modo, & ſi naturalis filius fuerit.

introducta, ad maiorem cuſtodiam tenetur, quàm in pignore cõuentionali, ad inſtar cõmodatarij, qui tenetur de leuiſſima culpa, vt ff. commodati l. ſi vt certo. §. nunc uidendũ. & arg. huius legis, & inf. eod. l. ſi quis ſeruũ. ibi, ſic cuſtodire debuit, &c. Si quid veró extra leuiſſimam culpam acciderit, creditori non imputabitur: hanc autem cuſtodiam præſtare debet, vſque ad viginti dies, & non ultra.

a *Habitant ad dies viginti.*] Poſt autem de dolo, & lata culpa tantum tenetur, ut de venditore dicitur. l. 1. in princ. & l. ſi per emptorem. ff. de periculo, & commodo rei venditæ.

b *In ſuum damnum.*] Hoc locũ habet, ubi pignora tranſactanẽ ſecundum legẽ, alias ſecus: cum etiã poſt 30 dies cuſtodiã creditor præſtare debet, Sed contra ſupra, de pau. l. fina. vbi dominus animalis debet damnum reſarcire. Sol. ibi, quando animal propter damnũ datũ erat penes dominum. Quid ſi res vi ſit ablata creditori? Rñ. non tenetur, cũ aduerſus uim cuſtodia parum proficiat, ut ff. de actio. emp. ſi ea res & ff. loca. l. ſed de damno. & C. de pigno. actio. l. quæ fortuitis.

a † pignus cuſtodiatur.

* Ne quid guadia eſt cũ aliquis permittit ſe obligare ad aliquid faciendum uel dandũ, ut not. per Az. eu. in ſum. de re. cr. §. accedamus.

b *SI quis alij. Adimpleat*] Si lege ſit comprobatũ, vel non reprobatum: ſiquidẽ turpe promiſſum ſit, uel cõtra bonos mores, uel impoſſibile, adimpleri non debet. l. non dubium. C. de legibus. & C. de pact. l. pacta.

c *Qui naſcendo.*] i. de his, q̃ p̃ caput ſuccedere põt, hoc eſt, de agnatis: nã iure Long. cognati ad ſucceſſionẽ non ueniũt.

d *Debeant nominare.*] hoc ſm quoſdam, ubi actum erat, ut cum lege iuraret, alioquin poſſit innocentiã ſuã purgare cũ naturalibus, aut gamalibus, i. confabulatis, ut inf. quali. q̃s ſe defend. debet l. contigerit quod non placet, quia quãdo iudex pronunciat, ut reus cum ſacramentalibus iuret, actor debet nominare proximiores, quandoque plures, quandoque pauciores pro cauſarum uarietate, ut inf. quali. quis ſe defen. debet. l. ſi qualiſcunque. quod in generali conſuetudine deductum eſt, ut non tantum debeat iurare cum legitimis, ubi hoc actum eſt, ſed etiam de legitimis, niſi in contrarium actum ſit, & eſt optima legum interpres conſuetudo. l. ſi de interpretatione. ff. de legi.

e *Aut res.*] Idem de adulterio, & iſtæ excuſationes poſſunt hinc inde intelligi, ſcilicet, uel quòd pulſatus plagã fecerit ei, qui nominatus eſt ſacramẽtalis, uel ecõuerſo.

f *Non poteſt.*] id eſt, non cogitur ita inf. eod. l. in anterioris. ibi, impoſſibile, &c. & ſecundum hoc uidetur poſſe dici ſacramentales cogendos, aut aſſiſtant parenti ſuo, aut conſanguineo in ſacramento faciendo, niſi aliqua iſtarum uel ſi. excuſationem poſſint opponere, pro quo facit inf. quali. quis ſe defen. debet. l. ut ſacramenta. ſed ibi debent cogi, quia conuenerat in pacto expreſſo cum ſacramentalibus, ut ſibi ſacramentales eſſent, & quia ſacramẽtales dare cogitur, quare iurare nolit. l. ſi quis alij. inf. quali. quis ſe defen. dẽt. tamen recolo audiuiſſe a quibuſdã prudẽtibus & à iudice Perſico Beneuentano, parẽtes ad ſacramentum nõ eſſe cogẽdos. Sed tenẽdo primã ſententiã, quæriť, ſi quis habeat parentes clericos, an debeant nominari? Rñ. non, cũ iure Longobardo oĩs ordo eccleſiarum iu. Ro. uiuat, ut ĩ. de Epiſco. & cler. l. ut oĩs ordo. Quid ſi ille, q̃ dedit guadiam de iurando, quod maleficiũ nõ feciſſet, teſtes paratos hẽat ad probandũ alios pp̃etraſſe delictũ: nunq̃d cogitur ad iurandũ? minimè: quia probatio teſtiũ certior, & fortior eſt, q̃ ſacramẽti: nã per teſtes põt probari contra ſacramẽtum, non econtra. & hoc, ſi à iudice ſit delatũ, ſecus ſi à parte: q̃a tunc iurandũ eſt, aut referendũ. l. iuſiurandũ quod ex cõuẽtione § fi. & l. manifeſtæ ff. de iureiur.

g *SI quis. Remanſerit.*] i. penes eum poſt quatuor dies: quia tunc remaneret apud debitorẽ guadia ſine pœna. Sed nũquid debitor offerre debet fideiuſſores, aut creditor petere? Reſp. debitor debet eos adducere, ut inf. eod. l. ſi quis alij. In talibus aut mora cõmiſſa durat uſque ad diẽ p̃fixũ, niſi fuerit ante purgata: tamen hæc moræ purgatio non eximit purgantẽ a pœna iã commiſſa. q̃d ergo ſi debitor ſit in mora in nocte quarta, deinde moram purgauit: nunquid mora creditoris extendatur ultra ſextam noctem? minimè: & quod dicimus in perſona debitoris moram purgantis: idem in creditore. Item intelligendum eſt de guadijs legitimè obligatis. Item quæritur, ſi fideiuſ. accipere ſit commodum creditoris, cur eos accipere tenetur, ſi noluerit, cum renunciare poſſit, ut C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo? Reſpon. cum ſemel ſit remiſſa fideiuſ. datio, non tenetur debitor iterum dare, ſed iure Longobardo par negligentia eſt debitoris, qui non ded. fideiuſſorem, & creditoris non recipientis: nam non recepit, quia remiſit, ſed quia neglexit.

h *SI mundium. In quanta.*] Hinc no. quòd hæres tenetur pro hæreditaria parte. filia enim per Rotharem in tertiam admittebatur: cum ergo hodie per Luitprandum in totum ſuccedat, in totum tenetur, ſed uidetur lex iſta indubitabilis, cum clarum ſit, quod hæredes teneantur de debito defuncti. Sed dic, quia puella eo, quòd ad mundiũ Regis peruenerat, dicebat ſe debitum non redditurum, cum ex ſucceſſione, quæ Regi defertur, debitum non reddatur, quod remouet Rotharis Rex, prout Aſtulphus remouet priuilegia, quæ eccleſiam in compoſitione habere uolebat. l. relatum. ſup. de ſcandalis, & compoſitione.

Rex Lutprandus.

LEX XII.

QVicunque liber homo ſub Regni noſtri ditione poſitus cuicũque amodo guadiam dederit, & fideiuſſorem poſuerit in præſentia duorum, vel trium teſtium,[a] quorum fides admittitur, in omnibus complere debet: & ſi ſe diſtulerit, & pignoratus[b] fuerit, in his rebus, in quibus licitum eſt pignorare, nullam calumniam, qui pignorauit, patiatur: nam qui ſine hac manifeſtatione[c] pignorare præſumpſerit, iubemus, vt in duplum ipſum pignus reſtituat: ſi verò inter creditorem, & debitorem, atque fideiuſſorem orta fuerit intentio,[d] qualiter in anteriori legitur edicto, quod à glorioſiſſimo Rege Rothare inſtitutum eſt, per ſacramentum determinetur: nam ſi in præſentia duorum uel trium teſtium ſtipulatio ipſa facta fuerit, in eorum teſtimonio credatur, ut ſacramẽtum inter dantes,[e] & accipientes, minimè perueniat: & ſi debuerint ipſi teſtes ſuum teſtimonium firmare nobis, uel illi, qui in tempore princeps fuerit, uel iudici firmare debent, & ſi homines non interfuerint, quãdo guadia datur, quicunque quaſi fideiuſſorem pignorauerit, componat, ſicut ſuprà legitur.

Idem. LEX XIII.

SI qs mutuauerit ſolidos cuicunque homini p cautionem, ſi intra quinque annos creditor pulſauerit, & debitor non habuerit, vnde ſoluat, remoueatur cautio ipſi vſque ad annos decem: & ſi intra annos decem pulſatus fuerit, & non reddiderit, & dilatauerit vſque ad annos viginti, & fuerit pulſatus, aut per Principem, aut per iudicem ciuitatis, & probatum fuerit per ipſam cautionem, debitor, aut hæres eius perſoluat. nam ſi nec cautio fuerit intra decem annos bis renouata, neque per Principẽ, vel iudicem oſtenſa fuerit, ſiue manifeſtata vſque ad viginti annos, iubemus, ut creditor poſtmodum taceat, & nullam habeat facũdiam requirendi à debitoribus ſuis, excepto, ſi ei captiuitas euenerit. De cautionibus autẽ, quę vſque modo in pręſenti indictione tertia factæ ſunt, intra quinque annos iſtos aduenientes, iubemus, ut renouentur, aut exigantur. nam ſi diſtulerint intra quinque annos, debitores ſuos pulſare, vt cautiones renouentur, aut debita reddantur, & ſi negligentiã fecerint, nõ habeant poſtmodum facundiam ipſa debita requirendi De his autem cautionibus ſic fiat, ſicut ſuprà præmiſimus, atque ſtatuimus.

Idem. LEX XIIII.

SI quis[f] dederit guadiam, & eam recipere neglexerit, per fideiuſſorem componat ſicut in anteriori edicto legitur, & ſi ille, qui ipſam guadiam acceperit, reddere neglexerit,[g] per fideiuſſorem componat.

a QVicunque. Teſtium.] ſecus in eorum abſentia: quod non placet, quia non adhibentur teſtes, ut guadia valeat, ſed ſi quæſtio oriatur, poſſit per eos terminari, ut hic, in eorum teſtimonio credatur, &c. & quorum fides admittitur, &c.

b *Et pignoratus.*] Nũquid poterit pignorari abſque trina denũciatiõe, qa venit dies ſolutionis? Videtur, ꝙ ſic: nã dies interpellat ꝓ homine, ut C. de contrahen. ſtipul. l. magnam. cõmittit & legitimam pœnã, ſi dies cõſtitutus a lege nõ obſeruetur, ut C. de iure emphy. l. ſecunda & inquilinus impunè expelli de domo. ſi die ſtatuto à lege mercedẽ non ſoluerit, vt ff. loc. lege quæro. §. inter locatorem. Sed dic, neceſſariam eſſe trinã denunciationem, ut debitor videatur eſſe in mora, & periculum ad eũ pertineat. l. quod te. in princ. ff. ſi certum petatur. at. l. nulli liceat. ſupra eodem.

c *Manifeſtatione.*] id eſt, manifeſta rõne. q. d. cum obligatio facta ſit in præſentia teſtium, ſiue debitor cõfiteatur debitum, & differat ſoluere, ſiue inficietur, quia tamẽ obligatio per teſtes probari poterit, nullam calumniam patiatur, qui pignorauit, præcedente trina denunciatione. Idem ſi probari poſſit per inſtrumenta publica, quod ſi probare non poterit, nõ licebit pignorare, qa tenetur in duplum, ſi debitorem negantem, uel fideiuſſorẽ pignorauerit. Sed cõtra ſupra lege ſecunda. vbi præſtatur pœna in octoglid. Solu. ibi creditor non ſeruauit legis ſolennitatem, quia non denunciauit, ut debuit: nam etiam debitorẽ confitentem non licet pignorare ante denunciationem, hic verò ſeruata fuit legis ſolennitas, ſed qa non erat lege expreſſum. utrũ ſequuta legis ſolemnitate liceret debitorẽ, uel fideiuſſorẽ inficiantẽ pignorare, condita fuit lex iſta, per quã dicitur, non licere: cui ſol. uidetur ob ob. ſup. eodem. lege quarta. ſed intelligitur ſequutis denunciationibus. Item ob quia ibi creditor nullam patitur pœnam: hic autem punitur in duplum. Solu. ibi errauit circa rem: unde comperto errore, reſtitutoque pignore liberatur a pœna, & ſi debitor. vel ibi eſt diuerſus caſus, quia fuit error facti pignorando alium pro alio, qui nemini nocet, ut ff. de iur. & fa. ignoran. lege error. & ipſum licet corrigere, uſque ad ſententiam, ut C. de iur. & facti ignoran. lege error. hic autẽ debitorem inficiantem pignorauit, qui error iuris eſt, & ad miſſus delicto, merito non excuſatur. Quid, ſi fideiuſſor cõfiteatur ſe fideiuſſorem, debitor negetꝫ intereſt, quis primo cõueniatur: ꝙ ſi fideiuſſor non eſt culpandus de confeſſione, quia pepercit pudori ſuo, ueritatẽ non inficiando: ſi uero debitor, & fideiuſſor præueniens cõfeſſus eſt, & abſtulit debitori poteſtatem negandi, illo caſu parũ fideliter facit fideiuſſor, & denegatur ei cõtraria actio, vt ff. manda l. Quintus Mutius. Itẽ quæritur, ſi fideiuſſor noluerit peiurare, nunquid debet pœna dupli remitti creditori, qui fideiuſſorem pignorauit, & legis ſolemnitatem in denunciando ſeruauit? Reſpondeo nequaquam, quia deliquit: ſi non poterit contra inficientem ſuam intentionẽ per teſtes, uel per inſtrumenta probare, hoc caſu loquitur lex iſta: ſecus ſi fideiuſſor inficietur, quia tunc creditor tenetur in octogild, nec excuſatur, qa ſcire debet, quod qui ſe fideiuſſorem negat, apud eum nũquam fideiuſſit, & licet alleget ignorantiam. tamen, quia craſſa, & ſupina, ei parci non debet. ut ff. de iuris, & facti igno. l nec ſupina.

d *Intentio.*] l. de tota guadia, ut infra quali quis ſe defen. deb.

e *Dantes.*] Contra inf. de re. emp. à com. cap. l prima ubi conductor, & teſtes iurant. Sol. ibi ſpeciale: hic autem generaliter inter dantes, & accipientes ſacramentum minime perueniat, & hoc ut actor non cogatur iurare, quod ſi iurare uoluerit, poterit, uel hic dicitur, inter dantes, & accipientes, idem, ut ſi actor iurauerit, non credatur ei, niſi teſtes iurent, qui ſi iurauerint, non cogitur actor iurare.

* *No. debitũ præſcribi quinquẽnio, quod facit pro ordinationibus ultimate Lugduni factis & ſtatutis ciuitatum. de quo per Dell. in l. omnes populi. ff. de leg. & l. cũctos populos. C. de ſum. trinit. & el. ſin c. ſ. ver. quarta declaratio. de præſcript.*

f SI *quis.*] hic repete, quæ no. ſup. eo. l ſi quis ali. 2.

g *Neglexerit.*] An iſto caſu guadia teneatur? Videtur, quod non: quia poteſt debitor creditori dicere, non teneor tibi de guadia, quia eam per fideiuſſores recipere neglexiſti: dico tamen eam tenere, ſiue fideiuſſor interueniat, ſiue non, qui ideo interuenit, ut creditor ſit tutior de obligatione, non autem ut ipſa obliga. magis, minuſve ualeat.

rem, & apud eum remanſerit; ſic componat, quomodo & ille, qui guadiam ſuam recipere neglexerit.

Idem. LEX XV.

SI quis alii homini guadiã dederit, & antequam eã per fideiuſſorem liberet, violenter de ipſius manu abſtulerit,[a] componat ei, cui ipſam guadiam de manu abſtraxerit ſolidos viginti quatuor: hoc autem ideo affigere † p̃cipimus, ne pro tali cã ſcãdalũ oriat̃, aut animæ pereant.

Idem. LEX XVI.

SI quis alii guadiam dederit, & uoluerit eam per fideiuſſores ſuos recipere, & adduxerit[b] ad eum, qui guadiam receperit fideiuſſores, unum, aut duos, uel tres: & ipſe dixerit, neſcio, qui ſint,[c] ut damnum ei facere poſſit, tunc adducere ei debeat fideiuſſores, aut de illa ciuitate, vnde ipſe eſt, qui guadiam dedit.[d] aut unde ipſe eſt, qui ſuſcepit, & ſi ibi minimè inuenti fuerint, tunc ſuſcipere debeat ipſe, qui guadiam accepit, fideiuſſorem liberum hominem, quem cõlibertus eius cognitum,[e] habeat; & dicat ei, ego ſcio,[f] quia ei credere potes,[a] † ut homo ille, qui guadiam dedit, damnum nõ patiatur.

Idem. LEX XVII.

SI quis alii homini guadiã dederit, pro quacunque cauſa: & fideiuſſorem poſuerit, & poſtea ipſi fideiuſſori anteſteterit,[g] aut pignus de manu tulerit, & probatum fuerit, componat ſolidos uiginti.[h]

a *SI quis, Abſtulerit.*] quia debitor uolebat eam irritam facere, & ſe liberare: alias ſecus. Sed an reſoluatur obligatio contracta per guadiam, cum de manu contrahentis abſtrahatur guadia? Bene non: ſecus ſi creditor uoluntariè eam debitori reſtituat, quia uidetur reſoluta. Item quæritur, quomodo fideiuſſor obligat, qui guadiam tacendo recepit, de manu creditoris? Reſpon. intelligitur ex tacita ſtipulatione, quæ multoties ſubauditur, ut in dote, ut C. de rei vxo. act. l. prima. §. primo. & ff. de adopt. l. his uerbis cum ſimil.

b *SI quis. Adduxerit.*] Nota, ꝙ non debet creditor denunciare creditori, ut det fideiuſſores, ſed ipſe debet adducere eos, quod etiam intelligitur in cæteris debitis, ut debitor debeat offerre pecuniam creditori, nec ſufficit dicere, ueni, ut ſoluam, niſi pecuniam offerat, q̃d ſi obtulerit, & creditor non receperit, deponat, quia tũc dicitᷣ per eum ſtare, quominus ſoluatur. l. acceptam. C. de uſur. & l. 2. in fi. C. de iure emphyt.

c *Neſcio qui ſint.*] Nota, quòd creditor non cogitur accipere incognitos fideiuſſores, ſed tu dic, ut infra.

d *Guadiam dedit.*] Nota, quod debitor, qui aliunde oriundus eſt ſatisfacit, ſi paratus eſt dare fideiuſſorem de eo municipio, ubi habitat, nec creditor excuſatur, dicendo, ſe nolle pati laborem itineris eundo ad pignorandum.

e *Cognitum.*] Fideiuſſores etiam incognitos recipere creditor debet, hoc ſi uicinus eius dicat ſcio, quòd credere potes: ut Inſtit. manda. §. tua tantum. Quid ſi ſoluendo non erit, an iſte uicinus teneatur? Reſpondeo, ſi conſilium dedit, & non fraudulenter, non tenetur: imputet ſibi qui non deliberauit, an expediret ſibi tale conſilium, dicto §. tua alias de dolo tenetur. l. conſilij ff. de reg. iur. quod ſi non conſulendo, ſed affirmando, laudauit: tunc licet non fideiuſſit, quia ſtipulatio non interceſſit: tamen, quia affirmator extitit, tenetur omnino, ut ff. de fideicom. tut. l. cum oſtendimus. in fi. Si vero effuſo ſermone laudauit, non tenetur de dolo. l. & eleganter. §. fin ff. de dolo. Quid ſi debitor dederit inopes fideiuſſores; an uidetur ſatisfacere? Reſp. terminatur hæc q̃ſtio infra eodem l. in anterioris, Duo enim fideiuſſores habere debet, ut ſint locupletes, & habiles ad conueniendum, ut ff. qui ſatiſd. cog. l. 2. in prin. Quid ſi adducat clericũ uiuẽtem iure Romano quem pignorare non licet ſine auctoritate ſui iudicis. l. extat. ff. quod met. cau. rectè poteſt recuſari, niſi renunciaret priuilegio ſuo, & fideiubeat iure Longo. ut ff ſi quis in ius, voc. l. 1. & auth matri, & auiæ. C quando mul. tute. offic fun. poteſt. Quid, ſi adducit fideiuſſorem, qui pro parte ſit ſoluendo, nunquid debet creditor in ea parte recipere? nequaquam, ſi uoluerit: nam nec debitum particulatim cogitur recipere, ut ff. de uſur. l. tutor. §. Lucius. Sed ſi debitor dicat, ſe non debere, quòd creditor petit, ſed in parte, tunc debet in ea fideiuſſorem recipere. l. quidam. ff. ſi cer. pet. Quid n. ſi debitor obtulerit inopes fideiuſſores, quos creditor receperit? imputet ſibi, quia bonum nomen fecit, qui debitorem inopem recepit delegatum, ut ff. mand. l. inter cauſas. §. abeſſe. Et nota, quod clericus iure canonico non poteſt fideiubere, niſi alter lædatur commodius eſt neutrum iuuari, quam alterum grauare. Ideoq; in cauſis pecuniariis interueni re non eſt ſacerdotale: in quibus non poteſt fieri, quin frequenter lædatur, qui uincitur. Sacerdotis igitur eſt nulli nocere, prodeſſe omnibus: poſſe autem ſolius Dei eſt.

f *Ego ſcio.*] quod ſi mentitus fuerit, tenebitur illi, qui guadiam ſuſceperit. ſi dolo dixerit, quod ſemper præſumitur, niſi ſciebat fideiuſſorem pauperem eſſe; ſecus ſi fideiuſſor illo tempore erat ſoluendo, ſed poſtea omnem ſuam ſubſtantiam amiſit? nam tunc tenebitur collibertus: quia caret dolo.

g *SI quis. Anteſteterit.*] Quæritur quando liceat creditori pignorare debitorem? Reſpondeo, poſt ſolutionem, quandoque ante, ut ſi damnatus ſit, aut bona ſua ceperit dilapidare, aut ſi conuenerit, ut poſſit debitorem arctare ad ſolutionem antequam ſoluat, ut C. manda. l. ſi pro eat. & get, ut defendatur l. ſi fideiuſſor. 2. ff. de fideiuſſ. regulariter autem agere non poteſt contra debitorem, & ſicut alii creditores neceſſe habent facere unam denunciationẽ debitoribus; ita & fideiuſſor, qui quidẽ, ſi diu ſteterit in fideiuſſione, cõuenire poteſt debitorem, ut eum liberet, ut ff. manda. l. Lucius Titius in fi. & hoc caſu licet fideiuſſori pignorare debitorem. Item quæritur, ſi creditor uenit contra fideiuſſorem, an ipſe poſſit debitorem pignorare, & creditori dare pignora? nequaquam, quia non licet ſibi pignorare, antequam ſoluat, ut ſup. not.

h *Solidos viginti.*] Contra infra. l. prox. Solu. ibi debitor abſtulit pignora creditori habenti, ea in ſua poteſtate; ideo cõponit pœnam octogild. Item contra ſup. de eo, qui peculiũ in dam. l. 2. Solu. ibi dominus animalis anteſteterit. qui animal in damno inuenit, per quod minus deliquit: hic autem anteſtabat fideiuſſori, unde uenit contra fidem ſuam, quã promiſit, ut pro eo fideiuberet. An liceat creditori domum debitoris, vel fideiuſſoris aperire, & pignus inde aſportare? de vrbanitate debet abſtinere: tamen ei licebit, nec tenetur de curtis ruptura: quia licitam rem facit, & iuris executor non facit iniuriam. l. iniuriarum. ff. de iniur. nec uidetur dolo facere, qui ſuo iure uſus eſt, ut ff. de legat. ſecundo. l. cum quis. §. Titio. Item quæritur, ſi fideiuſſor obtulit creditori pignora debitoris, ne ipſum pignoraret. an teneatur creditor? nequaquam: quia ad utrunque habet recurſum, nec poterit creditor a fideiuſſore prohiberi, quo minus pignoret, niſi ſoluere ſit paratus. Sed obſt. nam ſi domus locata ſit euicta, liberatur locator præſtando æquè commodam habitationem. l. ſi quis domum. in princip. ff. loca. Idem ſi quis promiſerit dare certum fideiuſſorem. l. qui autem. §. primo. ff de conſtitutio pecu. & l. Labeo. §. finali. & lege ſequen. ff de arbitr. Solu. nil intereſt conductoris habere domum per æquè commodam, nec creditoris habere fideiuſſorem æquè bonum: at in caſu noſtro non eſt in electione fideiuſſoris, quæ pignora uelit dare, ſed creditoris, quæ uelit accipere, dummodo licita capiat. Et expedit creditori aliquando pignorare fideiuſſorem, ut citius ſoluat. Item a duodecimo die in antea creditor poteſt uti operis rei pignoratæ, quibus careret fortè, ſi fideiuſſor vellet dare pignora, quæ uolet. Quid, ſi fideiuſſor pignoratus uelit dare pignora creditoris. & ſua pignorare, an cogatur creditor ea recipere? nequaquam,

eam

eum (vt ſupra notatur) liberare poteſt pignora. ſi ſoluere ſit paratus; alias non: ſed ſi receperit, de ſe queratur, ut ff. quib. mod. pig. vel hypothe ſolui. l. item. §. j Et iure Longobardorum in electione creditoris eſt, quem velit conuenire, ut inf. eod. l. ſi quis fideiuſſorem quam non poteſt fideiuſſor creditori adimere; ita nec in pignoribus dandis. Quid, ſi pignus captum ſit in rebus, quæ vſu cõſumuntur? Reſpondeo, non licet creditoribus illi uti à duodecima die in antea; quia utendo, deſinunt in rerum natura eſſe, ſed poſtea poterit pro ſuæ uoluntatis arbitrio. Si autem in ea regione nõ ſit, ubi pignora non tranſactantur, ſimiliter abſtinere debet. Si uerò ſit tunica forte, uel mantellum, poſt duodecim dies his utatur creditor tanquàm ſuis, licet in regione ſit, in qua pignora non tranſactantur, non tamen minus his utetur. Et licet fiant deteriora per vſum, imputet ſibi debitor, uel fideiuſſor, qui diſpignoratione neglexerit.

Idem. LEX XVIII.

SI quis alij homini guadiã dederit, & ipſe fideiuſſorẽ poſuerit, & ipſe fideiuſſor eum pignorauerit, & pignora ipſa ad creditorem eius dederit, & poſtea ipſe, cuius pignora fuerint, per vim ea tulerit, componat ipſa pignora in octogild.

Idem. LEX XIX.

SI quis alium ante cõſtitutum pignorauerit, & probatum [a] fuerit, quòd ante conſtitutum [b] pignoraſſet, componat ipſum pignus in octogild.

Idem. LEX XX.

SI quis debitum fecerit, & res ſuas vendiderit, [c] & tale fuerit ipſum debitum, quod ſoluere non poſſit, & filius eius per vxorem ſuam aliquid conquiſierit, vel poſtea ſibi per quodcunque ingenium laborauerit, [d] poſtquã genitor eius omnes res ſuas venundauerit, vel pro debito ſuo creditoribus ſuis dederit, [e] aut à publico intromiſſæ [f] fuerint, non habeant facundiam creditores res eius, quas filius de coniuge ſua habere videtur, vel poſtea conquiſiuit, aut laborauit, repetendi, aut diſtrahendi, ſed habeat ſibi filius eius iure quieto: ſic tamen, vt ſi à creditoribus pulſatus fuerit, præbeat ſacramẽtũ, [g] quòd de rebus patris, [h] aut matris [i] ſuæ, ſi ipſa in mundio patris mortua fuerit, nihil apud ſe habeat nec alicui commendaſſet, aut abſcondiſſet, & ſit abſolutus: & ſi poſtea apud eum inuentum fuerit de rebus paternis cõponatur in octogild. [k]

a *SI quis alium. Et probatum.*] ſcilicet per debitorem, vel fideiuſſorem. nã cum ipſi conueniant creditorem, & velint exigere pœnam, debent intentionem ſuam fundare: nam ad officium iudicis tantum ſpectat vtriuſque partis probationes audire, tã creditoris excipientis, quam debitoris, vel fideiuſſoris uolentis pœnam exigere, quòd ſi neuter probet, abſolui debet creditor, quia ſicut creditor cum effectu conuenit debitorem, quando vult, niſi debitor excipiat, ita pignorare licet.

b *Quòd ante conſtitutum.*] Fortè quia debitum erat in diẽ, quo caſu nec creditor ante diem agere poteſt, multominus pignorare.

c *SI quis debitum Vendiderit.*] Loquitur in eius perſona, qui filium habet, unde uidetur patri conceſſum uendere omnia bona ſua, de quo no. ſup. de ſucceſſ. l. nulli. nec enim minorem ſubſtantiam habet poſt venditionem; quia pretium ſuccedit loco rei, quam habuit ante venditionem, nec dicitur per hoc filius exhæredatus, niſi, quia facilior eſt conſumptio pecuniæ, quam rerum immobilium, & ideo facilius inuenitur filius exhæredatus Sed lex iſta videtur dicere, quod propter debitum uendiderit, per id, quod dicitur, & tale fuerit ipſum debitum, &c.

d *Laborauerit.*] ſcilicet, poſt rerum venditionem: non enim præſumitur, vt poſtquàm pater res ſuas vendidit, quaſi nudus, & uacuus remanſit, ut occaſione rerum paternarum aliquid filius acquiſierit; imò præſumitur pro filio, ut aliunde inuenerit: ſi tamen filius cum patre habitans, aliquid acquirit, dum pater ſubſtantiam ſuam habuiſſet integram, præſumitur, quòd occaſione paternę ſubſtantię obuenerit, & ideo poterit à creditoribus conueniri: niſi filius probauerit, ſe aliunde habere. argu. l. ſi fratres. ſup. de ſucceſ. nec debet filius de hoc ad ſacramentum admitti, niſi alijs præſumptionibus adiuuaretur.

e *Dederit.*] ſcilicet, dando, uel cedendo bonis: licet ceſſor bonorum dominium non transfert in creditorem. l. is, qui bonis ff. qui bo. ced. poſ.

f *Intromiſſæ.*] quia dum debitor eſſet in mora ſoluendi, impetrare dicitur à publico, ut in bonorum poſſeſſionem debitoris mitterentur.

g *Præbeat ſacramentum.*] Hodie non debet iurare, quòd nihil de rebus matris habuerit, ſed tantum patris, quia nõ ſuccedit matri ſuæ, cum non ſit natus ex eodem patre; uel dic, quod hic conueniebatur pro debito matris.

h *De rebus patris.*] No. argum. filium non poſſe pro patre pignorari, & ſic l. 3. ſupra eod. non eſt intelligenda de filio. Quid, ſi filius, præſtito iuramento, inueniatur aliquid de bonis patris apud ſe retinẽ habere, nunquid poterunt eum conuenire de re paterna, qui ſe patris negauit hæredem? forte dici poſſet, quod patris uidet repudiaſſe hæreditatem, dum conuẽtus a creditoribus noluit eis reſpondere, dicendo, ſe non eſſe hæredem: quia repudiatio in ſolo animo conſiſtit, ſicut aditio. ſi quis autem dixerit, cum non repudiaſſe, petẽdo videtur adire, & inſolidũ tenebitur, ut C. de peti. hære. l. ſi. ſed de re iſta poſt primum iudicium recuperata non tenebitur in octogild. Sed an creditores poſt cõpoſitionem iterũ eos conuenientes de debito paterno, filius ſe tueri poſſit, quaſi ſolutũ ſit eis, qui octogild receperunt? R. ſi quod creditores a filio receperunt, dẽnt ſibi in debito computare, pœna autem, quam ex delicto receperunt, extra debitum hæreditarium erit. argu. l. ſi pignore. ff. de pigno. actio.

i *Aut matris.*] Hic notatur, quòd maritus ſucceſſit uxori per mundium, & ſic hæreditas matris facta eſt paterna; alioquin pro debito patris non cogeretur iurare de rebus matris: unde, ſi quid de rebus paternis apud ſe habeat, creditoribus tenetur, ſed nunquid inſolidum pro illo modico? utique: niſi faciat inuentarium: de quo nihil iure Longobardo, inuenitur; ſecundum autem formam iuris Romani fieri debet; quod filio prodeſt. ut non in plus teneatur, niſi quatenus ſubſtantia eius patitur: quod ſi non fecerit, tenebitur inſolidum pro modico. l. ſi. C. de iure liber. niſi filius probauerit rem paternam ſe ex alia cauſa habere, ut quia palam emit, & non in fraudem creditorum; ſecus ſi per ſuppoſitam perſonam emiſſet. l. ſi is, qui bonis. ff. de acquir. hæred. quod ſi per donationem à patre accepit, non debet eſſe filio lucroſa, & creditoribus damnoſa. ut ff. quæ in fra. cred. l. qui autem § ſi quid. & intelligas de maiore. 18. annis, qui contrahere videtur cum creditoribus hæreditariis, adeundo patris hæreditatem, ut ff. ex quibus cau. in poſſ. ea. l. apud Iul. in ſi. cæterum ſi minor ſit, in cuius perſona venet additio, ſi tutoris auctoritate fiat, reſtituitur vſque ad quadriennium poſt eius plenam ætatem iure Romano; iure autem Longob. completis 18. annis reſtituitur vſque ad quatuor alios annos.

k *Octogild.*] Et conuenitur actione ex hac lege. Sed nunquid habet locum actio furti? nequaquam: non ratione dominij: quia creditores poſſederunt: licet enim interſit creditorum rem ſaluam eſſe, non per hoc actio furti datur, ut inſti. de obliga. quæ ex deli naſcuntur. in princip. & licet dicat lege quod talis filius iſto caſu in octogild teneatur; non tamen ſemper octogild eſt pœna furti, quod non committitur ſine affectione furandi, cum furtum ſit contrectatio, &c ut inſtitu. ubi ſup. & multoties punitur quis in octogild, qui fraude caret, ut is, qui pignorauit ante trinam denunciationem, & tempus conſtitutum. Deliquit hic filius tripliciter, quia peierauit, & quia inficiatus eſt, & quia rem paternam abſcondit in præiudicium creditorum;

tetum;nec inuentarium fecisse prodest ei, quo ad pœnam istam euitandam,immo potius nocet , si rem non ascripsit in inuentario:pœna autem periurij, quæ,& qualis sit,habetur infra,de periurijs,quæ præstita,non liberat eum à compositione octogild. Quid,si filius primo negauerit, deinde volens iurare confessus est,nunquid puniatur? Non:argumento auth.contra.C.de nõ numerata pecu & ff. de reg.iur.l. nemo.& auth.nouo iure.C.de pœna iudicis qui male iudicauit.

Idem. LEX XXI.

SI quis alij cautionem[a] fecerit, & non ei obligauerit nominatiuè[b] de reb.suis, nisi dixerit in ipsa [1] † obligatione, * in quibuscunque locis de rebus suis potuerit inuenire, & postea vendiderit ad aliũ hoiem, hēat ipſe,qui eas emit. nã si obligatæ fuerit noiatiuè, nõ eas possit vẽdere,dũ vsq; ipsam cautionẽ sanauerit, & qui cautionem facere voluerit , aut noiatiuè obliget de rebus suis.qualiter inter eos cõuenerit,aut faciat ipsam cautionem de tantis rebus, quantum in illa die[c] solidi ipsi fuerunt.

Idem. LEX XXII.

SI plures hoies chartã conueniẽtiæ inter se fecerint, & pęnam[d] po uerint,& postea vnus, vel duo , vel amplius,se de ipsa cõuenientia subtrahere voluerit,aut pœnã corruperint , vnusquisq; comp.per caput ipsam pęnã quam posuerit in integrum; quia oẽs vnanimiter consentiunt, & nullus eis imperauit[e] talem causam facere; iõ per caput,qui ruperit,compo. ipsam pœnam, sicut per caput voluntariè consensit.

1 † Cautione.

* Nota de obligatione generali, & in eadẽ clausula inserenda.

a SI quis alij cautionem.] Cautio hic accipitur pro nuda verb. obli nuda,s à iureiurando, à pignore, & à fideiussoris datione. l. sancimus.C. de ver.sig sed si sit dictum , ut caueatur idoneè, tunc non est nudũ nomen, sed cõtinere dēt pignus. uel fideiussor, ut ff. mand.l. si mandauero hic autem continetur pignus.

b Nominatiuè.] Siue dicat proprium nomen loci , siue signa, quæ funguntur uice proprij nominis, sed si generaliter bona sint obligata , tunc vendere potest debitor, sine metu obligationis,& hoc,quãdiu consistit sub nomine hypothecę ; secus si transiuit in nomen pignoris; quia creditori tradidit possessionem, uel creditor uoluntate debitoris occupauit:non tamen sine onere obligationis factæ transeunt ad emptorem: si autem res nominatim sint obligatæ , licet creditor possessionem non occupauerit , non tamen sine onere transeunt ad emptorem.

c In illa die.] In donatione secus,quàm in uenditione:nã si debitor,qui res obligauit generaliter, donet aliquam ipsarum,non transibit ad donatarium sine onere:quia donatarius certat de lucro captando,& ideo conuentus per hypothecariam,rem restituet creditori. Emptor autem certat de damno euitando; & ideo ei parcitur, vt sine obligationis metu in eum res transeat,sed quid,si res, quæ per uenditionem ad emptorem transiuit per hypothecariam non poterat conueniri,apud tertium inueniatur , nunquid potest tertius conueniri a creditore? Respondeo.si tertius causam habet ab emptore , tunc omnes exceptiones competentes emptori,competent & tertio possessori , quod si ab eo non habet , rectè conuenitur, & res per hypothecariam aduocentur.

d SI plures. Et pœnam.] Si expresse hoc actum erat , uel tacite,ut vnusquisque teneatur insolidum,quia si tres vendunt prædium,pœna centum adiecta, si contra uenditionem uenirent , quilibet tenetur insolidum , si expresse, uel tacitè actum sit ; alioquin pro parte tenentur quia ita uidetur uendidisse.argumen.l.reos.§ cum tabulis.ff de duobus reis stipu Et econtra si ita in instrumento caueatur,tot aureos stipulatus est Titius,& responsum sit,ego Titius,Sẽpronius,& Gaius promittimus, quilibet debebit partem uirilem,cum non fuerit adiectum,singulos insolidum. argumen.l.his uerbis.ff.de duobus reis stipu.l.quarta.§. Cato.ff. de uerbo.oblig. & de condi. & demonst. l. cum fundus. & hoc,quia,si plures promittunt decem,& si non dabunt 20. certe quilibet pro sorte,& pro pœna tenetur.

e Imperauit.] Quia, si quis ei imperasset,non tenetur,& nõ de omni imperio intelligendum est, sed de eo,quod metus causa fit.

Idem. LEX XXIII.

SI quis à conuenientia per chartam à se facta subtraxerit,hæres eius pœna compositionis tenetur astrictus præcepto per quandam institutionem , uel quæ est . Hoc loco admonendi sumus,quòd maleficiorum litigium , nisi lis contestata fuerit,aduersus hæredes nõ transeat.Si verò de contemptu litigauerit , si lis contestata fuerit, siue non, hæredi,& in hæredem competit.

Idem. LEX XXIIII.

SI quis fideiussorem ,[f] aut debitorem suum pignorauerit & ipsum pignus recolligere neglexerit,& per dies 12.dimiserit;tunc ille,qui pignus * apud se habuit , si seruus, aut ancilla[g] est , custodiat eum,[h] vt ei fugam non faciat,[i] & faciat eũ sibi operas facere, sicut propriũ suũ seruũ, aut ancillam.[k] Et insuper licẽtiam habeat repignorare vsq; in secundã vicem,[l] vt sint ipsa pignora in triplum,[m] quãtum debitũ est, & si per triginta dies[n] pignora ipsa , aut debitor , aut fi-

f SI quis fideiussorem.] Ex hoc nota, quòd licet creditori pignorare debitorem,uel fideiussorẽ pro suo arbitrio , licet secus iure Rom. auth præsente. C. de fideius.

g Aut ancilla.] Quasi secus sit in alijs rebus. Sed sm hoc lex seq.erit superflua.Sol. lex posterior quãque repetit, quãque distinguit, quãque addit.

h Custodiat eum.] Contra sup. eo.l. nulli liceat pro quolibet debito:quia illa dicit post peractos 20.dies damnum debitoris esse, ista vero semper custodire pręcipit vsque ad 30 dies Solu. ista tps determinat , quo creditor dñium rei pignoratæ acquirere potest, illa intra quod tps damnum est debitoris, uel creditoris . Vel põt dici, quod hæc adiungat.

* Nota,quod pactum legis commissoria inter extraneos valet. ita not.glo. in c.1.de feudo in vicẽ l. commissoria qua ad hoc alleg. istam legẽ.

i Non faciat.] i. culpa, & negligentia creditoris, qui vltra culpam non tenetur , ut no. sup. eod. l nulli. nec de fortuito casu cum fuga serui,qui custodiri non solet,numeratur.l in rebus.ff. commod.

K Aut ancillam] Ergo si plus onerauit seruum,aut ancillam pignoratã , deliquit ; & tenetur fortè ad æstimationem vsus tantum , secundum quosdam,cum in eo tantum sit furtum arg l.si quid fur.§. fi.& l.vulgaris.§.qui furti.ff de fur.sed hoc in creditore,qui animo furandi pignoribus vtebatur,sed an aliquis teneatur de re tota,quã gratia furti usus fuit an de solo vsu?dic,ut no. sup. de fur.sed ubi creditor post onerauerit res pignoratas quam suas , non tenetur furti , nec in octogild : quia cum ista compositio magna sit,locum non habet nisi expressa.l. caueatur.vnde tenetur inquantum damnum datum est.

l Secundam vicem.] excepta prima q. d post primam licet pignorare per duas alias;vel dic , prima computata, & debet spatium 12.dierum, sm quosdam inter vtranque pignorationem, à quo tempore possit uti primis pignoribus . Tu dic,sufficere spatium,quod no.supra eo l.1.

m In triplum.] vltra autem licet pignorare,quod si quis pignorauerit,licet non fraudulenter , quia putauit sibi licere, tamen in pluribus ll.reperi teneri in octogild,& potest isto casu dici , creditorem teneri de superfluo in octogild , uel fortè ut teneatur in duplum exemplo l quicunque.sup. eo.quia pœnę potius sunt molliendæ,quam exasperandæ.l. pen.ff de poen.

n Triginta dies.] qui à tempore pign incipiunt currere,si sciuerit, se pignoratum ; alioquin à tempore scientiæ,licet enim continua sint, ignoranti tamen cedunt , & decem dies deputati ad appellandum continui sunt.l. ab eod. C. quomo & quan iu.& l.quinquaginta.C. de execu.tu. Quid, si creditor precario concessit pignora debitori,an dies pre-

canj

catij cōputentur in iſtis 30. vtriq;. nam pignora durant, & res pig. remanent, licet corporaliter detentio ſit debitori conceſſa, creditor quidē per precarium non remittit ius pignoris. l. cēte § ſi ff. de preca. quid. ſi debitor dederit pignus, & paciſcatur, ut ſi non ſolueret uſq; ad certū diem, ut res ſit amiſſa, an teneat? rñ. iure Ro. pactū legis cōmiſſoriæ ceſſat in pignorib. vt C. de pa. pig. l. ſi. & no. in rub. ff. de l. con. ſed iure Lōg. tenet ſēm quoſdam; quia ſtātia, quæ ſit inter libe. hoies ſtare dēt, & quia cum ꝑ leg. Lōg. amittantur pig. ſi non recolligantur; ergo amittuntur pacto, ꝙ non placet: quia licet ſtantia ſtare dēt. ſ. legitima. l. ſi quis amodo inf. eod. nam & iure Ro. ait p̄tor pacta cōuenta ſeruabo, & tñ nō de omni intelligi dēt, quod dī ſi fieri pōt per legem, ergo per pacta hoīum, non ſequitur: nam iudicantur homines ad mortem: item fiunt ſerui; vñ non hñt, ſi cōponāt, quæ oīa pacto fieri non poſſent, vt ī. de fur. l. ſi quis pauper. & ī. de his, qui ſe. &c. l. primum. quid ſi retento iſto caſu paciſcatur debitor. ꝙ res ſit empta creditori, an valeat talis emptio? nequaq̄ qa vī facta ſub pacto legis commiſſoriæ, ꝙ ſi dictum fuerit, ſi non ſoluero vſq; ad talem diem, ſit res tibi empta, quanti tunc ęſtimabitur. utique tenet l. ſi fundus. § ſi. ff. de pigno.

** Not. non fieri cōtra legem, qd ambæ partes voluntaria faciunt, acced. l. deuotum. C. de meta. & e pidi li. 12. & l. creditor. de pigno. & per Iaſo. in l. digna vox. C. de legi.*

deiuſſor recolligere neglexerit:[a] ſi in Iſtria, aut in Auſtria fuerit, amittat ipſa pignora, & non habeat facundiam requirendi. Si verò in partibus Tuſciæ fuerit, habeat ſpatiū in diebus. 60. Nā ſi ſuper 60. ſpatium dierum fuerit, ſimiliter amittat pignora ipſa, & in ſuper p̄tātē habeat, qui pignorauit, cauſam ipſam per legem agere, & procurare.[b]

Idem. LEX XXV.

SI quis[c] permiſſum habuerit à debitore, aut à fideiuſſore* ſuo, vt boues, aut caballos domitos pignorare poſſit, & pignorauerit, & intra duodecim noctes pignora ſua debitor, aut fideiuſſor recolligere neglexerit, poteſtatem habeat ea menare ſicut ſua propria, & gubernare; & ſi mortua fuerit, nō requiratur. nā ſi pulſatus fuerit, quòd iniquo animo pluſquàm ſua animalia menaſſet, ſatisfaciat ei ſolus[d] ad euangelia; ſi verò ꝑ 30. dies de iſta parte Alpium, aut ꝑ 60. ex illa parte alpium dilatauerit & non recollegerit, ſicut ſupra de ſeruo, & ancilla ſtatuimus, ita & de caballo, aut boue, auro vel argento, veſtiméto, ęramento; ferramento, aut animalibus minutis, vel quolibet pignore eſſe cenſemus.

Idem. LEX XXVI.

SI quis[e] ſeruum, aut ancillam loco pignoris tenuerit, & furtum, aut damnum, aut homicidium, aut quodlibet[f] malum fecerit, non reparetur ꝓprio domino ſuo, niſi ei,[g] qui eum tenuerit: quia poſtquam eum pro debito ſuo comprehendit, ſic

a *Neglexerit.*] Quæ negligentia ei imputatur, qui ſcit, & pōt, ꝙ ſi debitor ignoret ſe pignoratum, non currunt ei tpa, cum ignorans non uideatur negligere. Quid, ſi abſens fuerit, uel impeditus infirmitate, uel alio grauamine, & ignorauerit? vī, ꝙ non imputetur ei aliqua negligentia. arg. l. 2 § ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. & l. non enim. ff. ex q b. cau ma. & ſi à pœna conuentionali excuſatur, dēt à legitima excuſari, quæ ſententia non placet. licet uideatur æqua, potuit n. res ſuas diſtrahere, & per ꝓcuratorem ſoluere argu. l. ſi. ff. de cond. inſti. non. n. minus committitur pœna ꝑ diſficultatem præſtationis. l. continuus. § illud. ff. de uer. oblig.

b *Agere, & procurare.*] agere, per ſe, & procurare per alium hoc eſt, ordine iudiciario cauſam ſuam proſequi pro cle-

ctione ſua aduerſus debitorem. uel fideiuſſorem. Sic itaque iure Longobar. tria tempora ſunt ſtatuta. 12. dies ab inde in antea poſſit uti pignorib. ut hic 30. dies quantum ad tranſactionem. 20. quantum ad cuſtodiam præſtandam à creditore, vt ſup. eo. l. nulli. Vltimò quæritur, an fideiuſſor pignoratus, qui à 20. die in antea amiſit operas pignoris ſui, quod in triginta diebus tranſactum eſt, poſſit recuperare damnum à debitore pro eo paſſum? Reſpond. non: nam fideiuſſor rogatus, ut fideiubeat, uidetur tacitè ineſſe mandatum, ut ſoluat, ut ff. de condit. inde. l. indebitum & non poteſt agere contraria mandati, antequam ſoluat, ſi itaque pignora ſua recolligere neglexerit, de ſe queri debet. cum nondum perfecerit mandatum, & ſi denunciauerit debitori, ut ſolueret, & ipſe ceſſat à ſolutione. ſunt in æquali negligentia, & cum utrique delinquit, in deteriori loco eſt, qui agit, ut ff. ne quis eum, qui in ius voc. l. nam. & ff. de uerb. oblig. l. mora. & l. ſi ſeruus § nunc.

cuſtodire debuit, vt aliquod malum facere non poſſet. Si verò ancilla fuerit, & cū ea ipſa, qui cepit pignus, aut ſeru' eius adulterauerit, ante tempus ſupra conſtitutū, quod ſupra ꝓpoſuimus de 30. vel 60. diebus cōponat adulterum ipsū proprio domino, cuius ancilla fuerit: poſt conſtitutum verò 30. vel 60. dierū ſpatium, ſit in poteſtate eius, qui pignorauit, ſi ipſe, cuius fuerit, recolligere neglexerit.

Idem. LEX XXVII.

IN anterioris[h] edicti noſtri capitulo affiximus; vt ſi ad guadiam ſuam ſoluendam, quiſpiam liber homo tres fideiuſſores habuerit liberos homines, & ipſe, qui guadiam ſuſcepit, reddere neglexerit, ſic componat ſicut ille, qui non habuerit fideiuſſores paratos. Mō vero dum prauos homines cognouiſſemus tales fideiuſſores velle ſtatuere, qui nihil habeát, niſi ſolummodo ꝑſonam ſuam, vt per eos iuſtitiam ſuam creditor ipſe minimè inuenire poſſit, ſtatuimus; vt tales debeant eſſe fideiuſſores ipſi, vt ſi amplius nō habuerit, quomodo eos pignorare poſſit, quam ipſa obligatio ſit, vel tantum habeant, quantum, vt diximus ipſa obligatio eſt; vnde ipſi fideiuſſores* interuenire debét: nā ſi minus habuerint, non ſit culpabilis ille, q eos recipere noluerit, nec ipſe, qui dare debet, excuſare poſſit à culpa, dicendo, quòd ſi deiuſſores paratos habuiſſet: qa impoſſibile eſt, vt homo talem fideiuſſorem accipiat, q non habeat amplius,

c *SI quis.*] Nota, quid iuris ſit in pignoribus, quæ illicitę capiuntur ſine debitoris permiſſu, ſed quia permiſit ab initio licitè capiuntur, ut in alijs pignoribus, & de uſu, & cuſtodia, & dę tranſactio.

d *Solus.*] contra inf. quali. quis ſe defen. deb. l. ſi qualiſcunq;. Solu. ibi, quando forma ſacramenti non ſtatuitur per aliam legem.

e *SI quis.*] Diſtingue hāc legem, ut ſup. eo. l. nulli.

f *Quodlibet malum.*] Hoc uſq; ad 20. dies, quaſi ante culpā debeat creditor præſtare, ut ibi no.

g *Niſi eis.*] Contra inf. de paupe. l. quadrupedibus. Solu. ibi animalia erant conſtituta penes dominum, quæ ſolutio poteſt intelligi in perſona ſerui delinquētis.

** No. fideiuſſores debere eſſe idoneos gl. ... l. 1. & ibi per omnes ff. ſi qu. in ſui vo. & text. l. 3. in fin. ff. de fideiuſſ.*

h *IN anterioris edicti noſtri capitulo.*] No. ex hac lege, ꝙ debitor debet dare fideiuſſores, qui ſint ſoluendo alioquin creditor rectè eos recuſat, qui ſi tantum habeant, quantum eſt debitum, ſufficit creditori. per quod datur intelligi, ut ſiue mobilia ſint, ſiue immobilia, poteſt creditor ab immobilibus incipere, licet quidam teneant

vel tantum quantum ipſum debitum fuerit, ꝙ tollere loco pignoris poſſit, & ſi de præſenti habuerit, vnde det tales fideiuſſores, q recipiendi ſunt, ecce bene: ſi autem nõ habuerit ipſa hora, ſit ſpatium de ipſa guadia per tres dies ſine culpa, & poſtea dare debeat tales fideiuſſores, qui habeant, vnde ꝑſoluant, quod debitor dare debet: ſi verò amplius dilatauerit ad fideiuſsores dandos, componat ſicut antea ſtatuimus.

Rex Rachis. L. XXVIII.

SI quis [a] amodo in præſentia Regis, vel iudicis, ſeu liberorum hominũ, qualicunq; mõ guadiam dederit, & poſtea negare voluerit; ille, q guadiam dedit, ꝙ in tali tenore guadiam non dediſſet, ſicut ille quærit, qui guadiam ſuſcepit, ſi fuerit inter liberos homines, fides quorum admittitur, non habeat licentiam iurare, quòd in tali tenore guadiam non dediſſet, niſi qual'r iudex, * qui iudicauit rem memoraterit, vel homines, qui inter fuerint, quando guadiam ipſam dederit, teſtificati fuerint, ita compleat, & ſi eorũ teſtimonio credatur: [b] quia ſtantia, quã ante liberos homines tres aliquis fecerit, ſtare debet; quanto magis [c] ea cauſa, quæ per guadiam firmatur, & homines liberi interſũt, nihilominus [1] † negare conuenit: ſi verò tales homines non interfuerint, quorum fides admittit̃, quando ipſa guadia data fuerit, tunc exinde procedat iudicium, ſicut ab ipſo Rothari rege conſtitutum eſt.

Imp. Carolus. LEX XXIX.

VT omnia, q̃ guadigairi debẽt, iuxta ea, quæ in legẽ continentur, pleniter ſecundum ipſam legem, guadiata fiant, & poſtmodum vel Dominus Rex, vel ille, cuius eſt cauſa, iuxta quòd ei placuerit, miſericorditer faciat.

Imperator Lotharius.

LEX XXX.

SImiliter concedere volumus cunctis liberis pſonis, vt nullus iudex public⁹ ſeu miniſtri publici eas res, in quibus non eſt licitum pignorare, contra legem audeant pignorare, ſcilicet, in tribus: [2] † quia audiuimus multa damna, & afflictiones, propter hoc populũ noſtrum ſuſtinuiſſe, quoq; cogantur placita venire, præter in anno, ſicut in capitulari continentur, exceptis ſcabinis, & cauſatoribus, & teſtibus neceſſarijs: quia oĩa hæc auferre volumus, vt populus noſter pacificè ſub noſtro regimine viuere poſſit.

TITVLVS XXII.

De quantitate ſolidorum.

Imp. Carolus. LEX I.

DE omnib⁹ debitis ſoluendis, ſicut antiquitus fuit conſuetudo, per duodecim denarios ſol id. ſoluantur per totã Salicam legem, * excepto, ſi lendes, [3] † id eſt, ſi ſaxo, aut frixo ſalicum occiderit, per ſexaginta [4] † denarios, ſolidi ſoluantur: inter [5] † ſalicos verò ex vtraque parte de omnibus debitis, ſicut diximus, per denarios duodecim, ſolidi ſoluantur, ſiue de homicidiis, ſiue de omnibus rebus.

Idem. LEX II.

OMnia debita, quæ ad partem Regis ſolui debent, per duodecim denarios ſolidi ſoluantur, excepta frea: * quæ in lege Salica ſcripta eſt, eiſdem ſolidis: cum quibus cæteræ compoſitiones ſolui debent: componat.

Imperator Ludouicus.

LEX III.

VT oĩs ſolutio, atque cõpoſitio, quæ in lege Salica continet̃, intra Franciam per denarios duodecim ſoli. cõponatur, excepto: vbi intentio intra

neant ordinem iuris Ro. ut l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. ſut primo mobilia, ſecundo immobilia, tertio nomina debitorum.

a *SI quis.*] Statuit Rotharis, quod ſi contentio orta fuerit inter debitorem, & fideiuſſorem, ꝙ per ſacramentum terminetur; hic limitatur, quando teſtes deſunt.

b *Credatur.*] Nota, credendum eſſe iudici memoranti: quia non accipitur hic iudex, vt teſtis, cui ſoli non eſt credendum, & rememoratio iudicis loco actorum eſt, cui iure Longob. ſtatur, ut iure Roma. ſtatur ſcripturæ actorum, ſi iudex coram ſe ſcribi facit: reliqui autem, qui interſunt, non recipiuntur ad veritatem dicendam; ideo debet quandoque iurare; unde dicitur hic, niſi qualiter iudex, &c. ſunt enim acta, quæ in iudicijs fiunt, quibus ſtatur; nam acta donationum, quæ vltra quingentos ſolidos fiunt, debent in publico redigi. l. ſancimus. C. de dona. & l. cum antea. C. de arb. ſic, & iure Longobar. acta fiunt in cõtractibus, ut inf. de cui. l. fin. in fi. & ſi quidẽ rememoratio iudicis non concordat cum teſtibus: erit tamen eis præponenda, cum publicum in ſe contineat teſtimonium, & teſtium atteſtationes priuatum, ut ff. de proba. l. cenſus. Alij tamen dicunt, plus credi ſcripturæ publicæ, quam teſtibus. Alij econtra. Tu dic, ſcripturam publicam præponendã, quia iudicans adinuenit tenorem ſententiæ, & guadiæ: unde magis creditur ipſi, quam cæteris audientibus, ut in ſimili ſcholares, audita lectione, unus dicit, ſic dixit doctor: alius imò aliter, & ſic tot ſunt uarietates, quot capita, ut enim ſciatur ueritas, opus eſt ad doctorem recurrere, ſic in iudice. argu. C. de iure do, impe. l. fi. in fi. & hoc, ſi iudex interuenit pro iudice, ut hic, & facit, ꝙ iure Rom. dicitur, ut ille uideatur in iure confeſſus, qui confitetur coram iudice, ſedente gratia iuris dicendi; ut ff. de interroga. actio. l. uoluit. i fi. aliàs ſi tanquam amicus acceſſit, ſuadendo tranſactionem, & ſimilia, ſecus erit. Item ſi ſacerdos iuerit ad longinquas partes, ut habeatur tanquam ſacerdos? debet ſecum ferre literas epiſcopi, qui eum ordinauit. l. ſi quis. C. de epiſco. & cler. Item ſi deſideratur teſtis de ciuitate in ciuitatem, iudex litis mittit ad iudicem ciuitatis teſtium, ut eos audiat, & eorum atteſtationes ad eum ſub ſigillo mittat authen. de teſtamen. §. multæ. & auth. apud C. de fide inſtrumen. ſunt etiam iure Romano contraria. arg. ut C. de arb. l. ne in arbitris. in princip. & C. de teſt. l. iuriſiurandi in fi. at decuriones iudices ſunt, ut ff. de decu. l. ſecunda. §. 1. verſ. reſtitutus. & tamen eis non creditur, ut ſup. diximus. & facit. ff. quando appel. ſit. l. 1. in princ. & §. rurſus. Quid, ſi contentio fuerit inter iudices, & ſint inter ſe uarij? credendum eſt maiori parti, ꝙ ſi pares ſint, his credẽdũ, qui uériſimiliora dicunt ex tempore, uel ſecundum cauſam, & qui maioris auctoritatis ſunt: & nec ſunt deducendi ad pugnam, quia (ut diximus) non dicũt, ut teſtes, ſed ut rememoratores, quod patet; nam teſtium eſt dicere teſtimonium ſecreto: iudicis uero palam rememorare eſt.

c *Quanto magis.*] Hinc not. ſm quoſdam, nuda pacta ualere ad actionem pariẽdamq; iure Longob. dicuntur ſtantia, ſed lex iſta hoc dicit, cum argumentatur de maiori ad minus, ut ſi ſtantia, quæ fit ante liberos homines ſtare debet, quantò magis ea, quæ per

* *Nota, ꝙ credi. ſoli iudici. de quo in cap. poſt ceſſionem. & ca. quoniã contra falſã, de proba. cũ ſi. alijs vulgarib⁹, & c. cum à nobis. de teſta. & de ſubla. de literis. in pragmat. ſanc.*

1 † *nihil omnino.*

2 † *debebus.*

* *l. ſalica. vide inf. de cap. l. Sali. per 60. denarios. aliàs per 40. & idem in l. fi. inf. eo.*

3 † *lendo*

4 † *40.*

5 † *intra*

* *No. frea eſt mulier, quæ eſt in mundio regis vel alterius, vt ſup. de his, quæ fi. vo. l. ſi quis fream.*

per guadiam firmata eſt, quod non ſequeretur ſecundum illos, & dum dicit, 1† 40. ſtare debe, i. credi debet; non tñ negatur, quo i ſtantia legitima valeat; & ſic ab omnibus Longobardis iudicibus iudicatur. l ſi qualiſcunque cauſa. 2. inf. qua. quis ſe defend. deb. & ſup. co. l. ſi plures. & eſt verum ſm prædictos, nuda pacta valere, quoad exceptionem, vel dic, ſtare, idẽ, valere. & erit bonum argumen.

DE NON SVAE rei vendi. &c.

a *SI quis res.*] Cum aliquis vendit rem alienam, aut ſciens, aut ignorans, aut intra prouinciã, aut extra: ſi ſciẽs, aut intra prouinciã, aut extra. componat rem in octogild, ut hic; ſi extra prouinciam, componat bannum, quod eſt 60. ſolid. ut inf quali. ſer. ven. ſi. l. 2. ſi uerò ignorans, tunc ſiue intra prouinciam, ſiue extra in nihilo conueniet, qui reddat caput cũ nutrimine, ut hic: verum ſi rem ignoret, non autem prouinciam, & extra eam vendiderit, ſi quidem ſeruum, componet eum in quadruplum, 2† *quando* vt inf. eo. l. ſi quis ſeruum ſed quomodo tenetur bonæ fidei poſſeſſor, cum non poſſideat, nec dolo deſijt poſſidere? Reſpon. hic bonæ fidei poſſeſſor poſt litem motã vendidit, unde non uidetur dolo carere: debuit enim ſcire hunc condici poſſe, vt ff. de do. ca. mor. l. ſi is, cui. nec hæres dolo caret, qui poſt litem conteſtatam legata ſoluit, ut ff. ad leg. falc. l dolo.

b *Transuendiderit.*] Idem ſi emerit, ut inſta de rebus intertiat. l. j. & C. de vſucap. pro empt. l j. & C. de furt. l. ancillæ.

c *SI quis ſeruum. In quadruplum.* Contra ſup. eod. l. 1. Solu. dices, quod & in d. l. j. tenetur etiam 3† *vadar fida.* in quadruplum reſtituere.

Saxones, & Frixones orta fuerit, vbi volumus, vt per ſexaginta [1] | denariorũ quantitatem ſolid. habeant, & quæ uel Saxo, aut Frixo ad partem Salicam, Frãcis, cum eis litigantibus ſoluere debent, ita vt conſtitutum eſt, componatur.

TITVLVS XXIII.

De rebus emptis à conductore caſæ.

Rex Lutprandus.

LEX PRIMA.

SI quis liber homo in caſa alterius introierit ad reſidendum, & ei cenſum reddendum, & poſtea aliquid emerit de illis rebus, quas ſecum adduxerit, quando in ipſam caſam intrauit, aut forſitan habuerit rem de mulie re ſua, ſi exinde emerit, & ſic probatum fuerit, tunc ipſum negotium dimittat in ipſa caſa, & recipiat pretium ſuum, & ipſa probatio in hoc ordine debeat fieri, vt non de rebus mulieris ſuæ aliquid cõparauit; adducat homines, qui ſciant, quod ipſum pretium de rebus mulieris ſuæ ſit, vt cauſa ipſa non veniat ad periurium, ſed quomodo [2] †voluerit, iuret, vt de rebus mulieris ſuæ comparatio ipſa facta fuiſſet; & illi teſtes firmiter ſciant, & iurent, quia interfuimus, quando ipſa cõparatio de rebus mulieris facta eſt, & ſic poſtea recipiat pretium ſuum, & ipſum negotium remaneat in ipſa caſa: nam ſi de illo labore comparauerit, quod poſtea laborauerit, aut fecit poſtquam in ipſa caſa ad cenſum reddendum introierit in ipſo ceſpite, dimittat, vbi laborauerit: hoc autem ideo affiximus, quia tantummodo cauſa ipſa in hoc modo ſemper, & anteceſſorum noſtrorum temoore, & etiam noſtro, per cadat iedam [3] | ſic iudicatum eſt: nam in hoc edicto aſcriptum non fuit.

TITVLVS XXIIII.

De treugis.

Rex Lutprandus. LEX I.

SI iudex aut actor publicus in qualicunque ciuitate, aut loco, inter homines, qui aliquam diſcordiam habent, treugas tulerit, & vnus ex ipſis hominibus, inter quos ipſæ treugæ latæ ſunt, eas ruperit, & medium de ipſis treugis, componatur in publico, & medium illi; cuius eſt cauſa, & ipſæ treugæ * non ſint minus, quàm ſolid. 300. qui autem forſitan amplius pro maioribus cauſis cõponere voluerit, ſit eis licentia.

d *QVicunque. Filio ſuo.*] eſt. n. legitimus defenſor filij. l. 1 C. de bon mater. l. cum nõ ſolum. C. de bon. quæ liber.

e *Legitimus.*] No. quod tutela legitima ipſo iure fertur: hoc etiã iure Ro. Inſt. de leg. ag. tu. quod uerum, ſi tutorem teſtamentarium nõ habeat, quia præfertur agnato.

f *Obuenire debeat*] i. obuenire dicitur, vt quia mouerunt quæſtionem ſtatus, & bonorum pupillo; quo caſu defertur beneficio Imperatoris, ut iure Roma. ut ff. de Carbo. edic. l. Carbonianum. quod ſi hæreditate tantum, tunc cognitio non defertur, ſicut nec cuiuſlibet alterius rei, ut ead. l. ſupra.

* *No. treugas non debere eſſe minus 300. ſol. de quo amplè per Belyuum de treu. & pa.*

TITVLVS XXV.

De non ſuę rei venditione, & de crimine plagij.

Rex Lotharius. LEX I.

SI quis res [a] alienas, ideſt, ſeruum, aut ancillã, ſeu alias res mobiles, ſciens alienas eſſe, non ſuas, vbicunque tranſuendiderit, [b] inuentum, aut probatum fuerit, in octogild eas reſtituat, & ſi per ignorantiam vendiderit, tunc præbeat ſacramentum, quòd credens res ſuas vendidiſſet, & reddat caput cum nutrimine ſuo in qualecunque ſit.

Rex Lutprandus. LEX II.

SI quis liberum hominem foris prouinciam vendiderit, & probatum fuerit, componat guidrigild ſuum, tanquam ſi eum occidiſſet.

Idem. LEX III.

SI quis ſeruum alienum foris prouinciam vẽdiderit, & probatum fuerit, in quadruplũ [c] componat, ſicut appretiata fuerit ipſa perſona.

Imperator Lotharius. LEX IIII.

QVicunque res alienas cuilibet homini vendiderit, & ipſe homo eaſdem res alicui alteri dederit, ſiue uendiderit, & ipſe, qui tunc eaſdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio * ſuo aut alteri cuilibet, necdum legitimos annos habenti iuſtitiæ cauſa tollendæ tradiderit; uolumus, atque præcipimus firmiter, ut ſi pater eiuſdem paruuli uixerit, ipſe intret in cauſa rationem reddere pro filio ſuo. [d] Si autem ipſe pater mortuus fuerit, tũc legitimus [e] eius propinquus, qui ei tutor iuſtè, ac defenſor eſſe uidetur, pro ipſo rationem reddere compelletur. Similiter & de omnibus alijs iuſtitijs ad eum pertinentibus excepta ſua legitima hæreditate, quæ ei per ſucceſſionem parentum ſuorum; legitimè obuenire debeat. [f] Quòd ſi quis hanc noſtram iuſſionem cõtempſerit; uel negle-

* *No. filiũ non poſſe eſſe in redentio fineoſſori att. & conſenſu patris, ſi eſt minor 14. ſed de iure cõmuni indiſtinctè non poteſt eſſe in iudicio, vt per totũ. C. de bo. mat. & de bo. quæ li. l. fi. §. neceſſitate. de quo uide, quæ dixi in §. 2. & 3. & 4. de cõſu in ſua perſon. 11. cau. Bel. facit §. de condi. ob. tur. cau. l. 3. § fi. cum l. ſeq. & C. de pen. in quo man. l. 2. cũ ſuo auc.*

neglexerit, ſicut de cæteris cõtẽptoribus, ita de eo agatur. Is verò, qui eaſdem res primum inuaſerit, & iniuſtè vẽdiderit, necnõ & emptor, excepta ſola perſona paruuli, hoc quod fraudulẽter amiſerit, intra patriã emendare cogatur, & poſtea ſicut contemptor iuſſionis noſtræ ſub fideiuſſoribus ad nr̃am præſentiã venire cõpellatur.

TITVLVS XXVI.

De his, quæ ob cauſam dantur.

Rex Lutprandus. LEX I.

SI quis[a] pro cauſa ſua aliquid iudici, vel ad qualẽ cunque loci præpoſitum, vel fidelem Regis dederit, & viuente eo [b] requiſierit, dicendo, quòd liberatus non ſit, faciat illi iuſtitiam, poſt quantoſcunq; annos [c] requiſierit. Nam ſi poſt mortem eius filius, aut hæres [1] † eius pulſauerit, ſtatuimus, vt ſi, viuente patre pulſauerit, proclamando [d] ad Regem, aut compellẽdo [e] per tales homines, quorum fides [f] admittitur, & veritas apparuerit, ꝙ pulſaſſet, & iuſtitiam inuenire nõ potuiſſet, faciant ei filij, aut hæres eius iuſtitiã, ſicut lex eſt, ſi intra anni ſpatium poſt mortem patris repetitionẽ ſuam oſtendere potuerit: nã ſi ſuam reclamationem oſtẽdere nõ potuerit, & anni ſpatium præterierit, ẽt ſi pulſaſſet patrem, non habeat facũdiam [g] filiis, aut hæredibus repetendi, niſi ſit ſibi cõtentus, quia de gaudia, & de fideiuſſore, & de ſacramento dato Rex Rotharis deceſſor nr̃ in anteriore edicto ſic ſtatuit, vt poſt anni ſpatium, cuius pars neglexerit, amittat ſuã cauſam: ideò nobis congruum apparuit, vt ipſe qui ſine gaudia, & fideiuſſore repetierit, [2] † poſt anni ſpatiũ facundiã nõ habeat requirẽdi.

1 † *filius, aut hæredes.*

2 † *repetere quærit.*

TITVLVS XXVII.

De depoſitis.

Rex Lutprandus. LEX I.

SI quis res ſuas commendauerit [h] in cuiuſcunque caſa de conliberto [i] ſuo libero homine, [3] † contigerit, vt adueniens fur [k] ipſas res furatus [n] fuerit, & ipſe, in cuius caſa res ipſæ fuerunt, reddiderit, aut ſi non reddiderit, reddere tñ [l] debet & nos ita ſtatuimus, & definimus, vt qui res alienas cõmendatas ſuſceperit, & eas ꝑdiderit, reſtituat ei res ipſas, cuius fuerint, & poſtea furtum ipſum ſi inuẽtũ fuerit, ei cõpo. ipſe fur omne cuiꝰ caſa ipſas res rapuerit, aut furatus fuerit. Quod ideo proſpeximꝰ, qm̃ ſi ille componat furtum ipſi, cuius res fuerint, poſtea ille, cuius caſam ruperit, quæreret ei rupturã caſæ [m] ſuæ,

3 † *libero tamen homini.*

[n] *No. depoſitarium teneri de caſu fortuito & actionẽ de furto ſibi competere. de quo in l. qui furtum. ff. de cond. fur. et in § præterea. quibus modis re contra hi. obli. & ibi per Angelum.*

DE HIS, QVAE OB CAVSAM DANTVR.

a *SI quis.*] Generalior eſt rubrica ipſo nigro; cum loquatur, quando aliquid eſt datum loci præpoſito; vnde quidam dicunt, legem iſtam fuiſſe promulgatam in odium iudicum. Tu dic, quod non fuit datum iudici, vt iudicaret, vel non: tunc enim litigator amitteret litẽ, & quod datum eſt, & tanquam ob turpem cauſam dat: repetere nõ poſſet. l. 2. ff. de condi. ob turp. cau. & C. de pœna iudic. qui male iudic. l. 1. Itaque cum hic repetitio detur, videtur datũ ob cauſam iudicatum, quam licet iudici accipere ſecundum generalẽ conſuetudinem, quod etiam in minoribus cauſis procedit, vſq; ſcilicet, ad duos aureos, vt authen. de iud. § ſi quis autem.

b *Viuente eo.*] intra annos 30.

c *Quantoſcunque annos:*] id eſt, 30. non enim iſta denunciatio fecit actionẽ perpetuam, quia nõ fuit lis conteſtata.

d *Proclamando*] Ex hoc nota, quod proclamatio facta ad regem, facit actionem tranſitoriam contra hæredes, ſicut iure Romano libellus Principi datus facit litem conteſtatam, vt C. quando libel. princ. da. l. 1. Et licet ſit tranſitoria contra hæredes, non tamen erit perpetua, ſed vſque ad annum durabit: quod ſi litigator intra annum nõ egerit, amittit cauſam, & ad hoc tendit, quod dicitur infra, ibi, quia de gaudia, &c. Ex hoc colligitur duo eſſe neceſſaria, primum, vt pulſetur iudex ad hoc, vt teneantur hæredes; ſecundum, vt hæredes pulſent intra annum, alioquin lis admittitur.

e *Compellendo.*] Compulſio iſta ſimplex fuit admonitio, non litis conteſtatio: nam lis tunc eſt conteſtata, cum iudex per narrationem. & congruam reſponſionem actoris, ſcilicet, & rei cauſam audit l. 1. C. de lit. conteſt.

f *Quorum fides.*] Nota hic argumentum, quod nuntij recipiuntur ad teſtimonium; mediatores quoque, id eſt, illi, qui componunt concordias inter litigantes, qui ſi teſtificari noluerint, coguntur, ſi vterque litigatorum voluerit eos cogere. C. de teſti. authent. ſed & ſi quis.

g *Non habeat facundiam.*] Ex hoc videtur, quod lite conteſtata, actio perpetuatur vſque ad hæredes. Item, quòd hæredes non teneantur ex contractu patris. Sed contra ſupra, de debitis & gaudimentis l. ſi quis debitum, cum ſimilibus. Solutio, hoc ſpeciale, ſcilicet, cum ita detur, quod repeti non poſſit.

DE DEPOSITIS.

h *SI quis. Commodauerit.*] Idem eſt ꝙ deponere. l. commendare ff. de verborum ſignif.

i *Conliberto.*] Ex hoc videtur, ꝙ lex iſta locum habet, vbi liber homo apud liberum deponit, ꝙ ſi apud mulierem, vel ſeruus apud ſeruum, non procedit; cum mulier de ſuſcipiendo non obligetur ſine mundualdi auctoritate. & licet habeat depoſitum; non tamen tenetur actione depoſiti, vt pupillus ſi ſine tutoris auctoritate. adeo ꝙ ſi dolum committat in re commodata, vel depoſita, nõ tenetur commodati, vel depoſiti actione: quia ab initio non eſt nata, vt ff. commo. l. j. in fin. officio tñ iudicis eas reſtituere debet, ſi habeat tam pupillus quàm mulier, quod ſi ſeruus apud ſeruũ, vel liber apud ſeruum, locus erit actioni de peculio: ꝙ ſi ſeruus apud liberum, domino quæritur actio depoſiti. Et liber eandem cuſtodiam debet præſtare in depoſito ſerui, quam in depoſito liberi.

k *Adueniens fur.*] Loquitur ergo lex iſta in furto tãtum, ſecus ſi aliter in re depoſita damnum contingat: quidã tamen literæ adhærentes, dicunt, legem illam loqui in omni caſu. Alij adhærentes iuri Roma. dicunt loqui, vbi aliquis dictorum caſuum ſuperuenerit, & ſecunda opi. æquior eſt: primam tamen non reprobamus, vt aliud ſit in depoſito iure Roma. aliud iure Longobar. nam titulus ſuperius diuerſus eſt a iure Romano.

l *Reddere tamen.*] Si culpa depoſitarij furtum commiſſum ſit: quia iniquum eſſet vltra pœnam teneri, cum ẽt creditor, cuius gratia pignoratur, non teneatur vltra culpam l. ſi quis permiſſum ſup. de debi. & gua. & l. j. ff. de eo, qui pe. in dam. inu. Sed de qua culpa tenetur depoſitarius. Iure Ro. de ſolo damno, & lata culpa, verum ſi depoſitarius ſe obtulit, uel cuſtodiã promiſit, vel ſui gratia depoſitum ſuſcepit, tenetur vltra dolum, & latam culpam. l. j. §. ſæpe ff. eo. & ff. commod. l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. & ff. ſi cert. pet. l. ſi quis & Inſti. de emptio. & ven. §. fina. verſi. ſanè. de fortuito autem caſu non tenetur, quia fortuiti caſus in bonæ fidei iudicijs nõ veniunt, niſi expreſsè ſint promiſſi. vt C. de pig. act. l. quæ fortuitis, & tenetur ẽt iure Ro. de culpa, vbi aliquid pro depoſito accepit, non tantum ſi mercedem, vt ff. vi bonorum raptorum l. 2. § in hac.

m *Rupturam caſæ.*] Id eſt, curtis, quia iure Longobar. ſic cauetur, quæ compoſitio præſtetur de ruptura, de qua hic excuſatur, ſicut qui frangit ianuas meretricis, vbi non factum,

ctum, ſed cauſa faciendi inſpicitur, quæ fuit libido, quæ in meretricibus non punitur, ut ff. de fur. l. uerum. in ti. ſit in fure, in quo ruptura non fuit principaliter, ſed cauſa faciendi furtum.

a *Calumnias.*] Contra ſupra de fur. l. 2. Solut. ibi non ſunt duæ calumniæ, ſed una: nam pro furto præſtatur octogild: quia furtum erat manifeſtum compo. ſo. ſolid. ne eadem ſit compo. manifeſti, & non manifeſti. Item cōtra ſup. de rap. l. ſi quis alienam, & ſupra de ſpon. l. fi. ſol. ubi præſtatur compoſitio ſponſo, cui turpe, & ridiculum fecit de ſponſa ſua, & præſtatur guidrigild Regi, quod iure Ro. ſæpe contingit, ut propter delictum commiſſum præſtetur cōpoſitio priuato, & regi: hic remouet ne duæ compoſitiones præſtentur priuatis perſonis. Idem contra ſup. de ho. in cur. ali. l. ſi quis in curte. Sed eſt ſpeciale in hoc tit. ut duas compoſitiones nō faciat.

† ſperdiderit.

** Nota, quod de delicto hominis non debēt ſæpius quæri, ut ff. naut. cau. l. pe. & dixi in §. 24. in gl. 1. de m. om. iud. l. conſue. Bituric.*

vt non poſſimus in vna cauſa duas imputare calūnias,[a] ideoque ſic nobis iuſtum viſum eſt, vt ille, qui ſuas res commēdauit, recipiat eas ab ipſo, de cui⁹ caſa perierint[1] † & ipſe, de cui⁹ caſa exiuit ipſum furtū, quærat ab ipſo fure, & tollat compoſitionē, ſicut lex eſt, & ipſe fur quāuis malefactor * ſit, non habeat de vna cā duas calumnias.

TITVLVS XXVIII.

De reb⁹ intertiatis,[b] & qualiter emere debet.

Rex Rothar. LEX I.

SI quis caballum emerit, & actorem ignorauerit, & venerit certus[c] homo, qui ipſum caballum ſuum dicat eſſe, tunc ille homo, qui emit ſicut diximus, ſi auctorem non habuerit, & neſcit de quo comparaſſet,[d] præbeat ſacramentum[e] emptor, quòd nec fur eſſet, nec collega furis,[f] niſi ſimpliciter eū pretio ſuo comparaſſet, & inſuper addat in ipſo ſacramento, ſi quoquo tempore auctorem inuenerit nō negabit,[g] & tunc poſt præſtitum ſacramentum reddat caballum, & ſit ſibi contentus;[h] & illa, qui ſe proprium dominum[i] dicit eſſe, ſub tali titulo[k] eū tollat, vt ſi cognitum fuerit, quod malo ordine eum vindicaſſet, & alter certus[l] auctor venerit, qui ſibi nouum reddat.[m]

Rex Lutprandus. LEX II.

DE eo homine, q caballum in mercato cōparere voluerit, vt ante duos,[n] vel tres homines eū emere debet, & non ſecretè:[o] & ſi aliquis poſtea ipſum caballū cognouerit, habeat teſtimonia, in quorum præſentia comparauit, & ei poſtea furti calumnia non fiat: & ſi ad iſtos teſtes non crediderit, qui furtum quærit, firmēt ipſi teſtes per ſacramentum,* excepto, ſi tales pſonæ fuerint,[p] quibus Rex, aut iudex ſine ſacramento credere poſſit: & ſi homines non habuerit, in quorum præſentia comparauit, niſi ſimpliciter dixerit, quòd cōparauit de franco, aut neſcio à

b DE REBVS intertiatis.

Res intertiata dicitur, quæ iam in tertiā manum eſt translata.

c *SI quis Certus.*] Id eſt, uerus. quia dicit ſe probare caballum ad ſe pertinere, ſicut alibi, qui pignorare uult, alleget, ſe certam habere ſuſpitionem, id eſt, credibilem apud ſe, vt infra qual. quiſque ſe defen. deb. l. ſi quis uxo. & l. ſi quis alium aſſo. Alij tamen dicunt, quod ſacramento ſuo fecit certum equum ad ſe pertinere quod non placet, cum teſtibus, uel alij coniecturis probare hoc debet, ut poſſint condemnari.

d *Comparaſſet.*] Tunc enim eſſet præſumptio contra eum, quod ſurripuiſſet, & concor. iuri Ro. ut C. de fur. l. in ciuile. & ideo debet emptor iurare, quòd nec ſit fur. nec furis collega, ſed certè non ſemper ſacramentum excuſat emptorem à furto. Quid, ſi equus ualeat centum, & emerit ualde minori precio, ut uerisimile ſit, emiſſe à fure? bonus iudex ex perſona emptoris, & ex pretio perpendere poteſt.

e *Præbeat ſacramentum*] Scilicet, ſi hoc uelit ille, qui eum impetit de caballo. Nam & per pugnam debebit ſe defendere emptor, ſi aduerſarius eius hoc uelit, quod de furto ſit pugna, ut inf. qua. quiſque ſe defend. deb. l. de furto, aut ſchalco. quæ eſt contra. Sed dic, quòd eſt in electione auctoris, defendat ſe reus per pugnam, aut per ſacramentū ubicunque ſit pugna, ut probatur in l. ſi quis amodo. infra. qual. quiſque ſe defen. deb. Et nota, quòd vbicunque eligit auctor ſacramentum rei, & ipſe iurat, uel remittitur, & debet abſolui, ut hic, & ſupra de fur. l. ſi mancipium cuiuſcunque. & l. 2. C. de rebus cred. & iureiurand. & C. ex quib. cauſis infra irrog. l. non damnatos & ulterius per pugnam fatigari non debet.

f *Nec collega furis.*] Hoc ideo, quia pariter tenetur collega, ut ipſemet fur. l. ſi liber homo. & l. ſi quis portunarius. ſupra, de furt.

g *Non negabit.*] Scilicet, ſi requiratur ab eo, qui equum euincit. q. d. requiſitus ab emptore equi, negare non debet: non tamen tenetur ſine requiſitione dicere.

h *Sibi contentus.*] Scilicet, quantum ad perſonam euincentis: quia qui euincit rem ſuam ſine pretio recuperat: non enim debet rem ſuam emere. l. ſuæ rei ff. de contrahend. empt. licet vſus Beneuentanorum contrarius ſit, vt emptor recuperet pretium ab euincente; hic autem datur actio de euictione contra venditorem, licet in euictione nō compareat, vt ff. de euic. l. ſi dictum. §. ſi præſente. & licet emptor remittat actionem euictionis, uenditor tamen non minus tenetur ſoluere pretium, vt ff. de act. empt. l. ex empto. §. fina. quod ſi emptor emat periculo ſuo, non recuperabit pretium; quia id actum vſ, vt ff. de contrah. empt. l. ſi emptor.

i *Et ille, qui ſe proprium dominum.*] Huic adiungitur, quod ſi ille, qui vindicare vult, ſuum probare non potuerit, debet iurare, quod ſuum proprium ſit, & nec vendidiſſet, nec alienaſſet, quod per legē perdere debeat.

k *Titulo.*] Id eſt, pacto, uel conditione.

l *Certus.*] Expone, ut ſuper. glo. 1. ſi quis igitur alius euincat equum ab eo, qui ab emptore euincit, prior euictor qui apparet falſis probationibus euiciſſe, debet illum reſtituere in octogild: ſed cui? inſpiciendum eſt, quia ſi emptor, cui fuit euictus, appoſuit, ut caballus redderetur in octogild, potuit ſibi quærere actionem ex pacto & pars dictæ pœnæ octogild debet præſtari domino, & alia emptori, à quo fuit euictus ratione poſſeſſionis, ut utriuſque pœna non excedat ueram æſtimationem octogild. l. furtiuam ff. de furt. ubi caſus expreſſus.

** Not. propter dignitatem teſtibus ſine ſacramento eſſe credendum, quod de iure communi non procedit. de teſti. c. fraternitatis. & c. tuis. & ibi plene Felyn. in prin. 3. col.*

m *Sibi nouum reddat.*] Id eſt, ei à quo uindicauit, ſi auctor ſuus poſteà ſe dominum probauit, ſi autem alius, tunc non ipſi à quo uindicauit, ſed ei, qui tunc ſe dominum probauit, & ita quidam aſſerunt.

n *DE eo. Duos.*] Nota, quod duorum teſtimonio ſtare debet iudex. arg. l. 2. ſup. qua mu. ali. per lic. & concor. iuri Roman. ut ff. de teſtibus. l. ubi. pluralis enim locutio duorum miniſterio contentatur, licet conſuetudo Beneuen. contraria ſit, quia recipiunt duos teſtes, ubi guadia, ubi uero ſtantia tres, quaſi ſtirpes, per quem guadia datur, ſit locus unius teſtis.

o *Secretè.*] Inducit enim præſumptionem, quod a fure emerit, uel ſurripuerit. Nam quæ fiunt occulte, plerunq; inducunt præſumptionem turpitudinis, ut ff. de ritu nup. l. fi. & ff. de admin. tut. l. non exiſtimo. & ff. de auct. tut. l. pupillus. vbi diſtinguitur, ſi palam fiat negotium, an clam.

p *Fuerint.*] Ex hoc nota, ſacramenta teſtium, quæ exiguntur, non ſint in poteſtate patris, contra quam producuntur, ſed arbitrio iudicis. nam & iure Romano Imperator committit iudici fidem teſtium. lege. 3. ff. de teſtibus. & pauperes teſtes non ſunt ſemper expellendi. nam tutor pauper, fidelis, & diligens, non remouetur, ut ſuſpectus. §. ſi uerò quidam, & quandoque teſtibus remittitur ſacramen-

ſacramentum, & ſatis eſt, ſi faciant inde fidantiam, vt inf. de offi. iudic. l. vt iudex.

a *Pro furto.*] Hoc verum, niſi emptor voluerit iurare, ut ſupra eod. l. j. Vel lex iſta loquitur, quando in mercato; quia ibi frequentiſſima hominum copia eſt, præſumitur contra eũ, qui dicit, ſe emiſſe, niſi teſtes inducat: ſuperior lex loquitur extra mercatum, & ideo facilius parcitur emptori.

b *SI res intertiata. Ablata.*] quaſi dicat, poſt quam fuit intertiata, fuit ſurrepta. Vel, id eſt, apud tertium inuenta. & ſecundum vtranque lecturam licebit poſſeſſori cum ſacramẽto ſe excuſare de furto, & rem ab eo vendicatam reddat, ſine damno, id eſt, pœna octogildi, uel uendicationis; quia non cogitur prætium pro recuperanda re ſua præſtare, vt ſup. eod. l. j. quæ locum habent, quando actor laudatus non fuit, quia tunc debet recipere rem ab emptore, & iudicium exercere.

z †intercia tam.

quali homine, componat ipſum caballum pro furto.[a]

Imperator Carolus.

LEX III.

SI res intertiata furto ablata[b] fuerit, liceat ei, ſuper quem res intertiata fuerit, cũ ſacramẽto ſe excuſare de furto, quod nec ſuæ voluntatis, nec cõſentiens fuerit quod ablatum eſt, vt tñ ſine damno reſtituat: ſi verò[c] auctor venerit, & rem intertiam[z] †recipere[d] noluerit, campo, vel cruce contendat.

Imperator Pipinus.

LEX IIII.

VT nullus comparet[e] caballum, boué, iumentum vel aliam rem, niſi illum hominem cognoſcat, qui ei vendiderit, aut de quo pago eſt, vel vbi manet, & quis eſt eius ſenior.

Imperator Otto.

LEX V.

SI quis equum ſuum,[f] vel cætera animalia, ſiue rem ſuam ſuper aliquem repererit, & ipſe ſe garentem dare dixerit,[g z] †ſtatim vt ad certum garẽtem eum conducat, & ſuper tertium garentem,[h] & tertium comitatum non procedat:[i] & ſi hoc facere noluerit, rem perdat, & ſecundum legem componat.

z †iure.

c *Si verò auctor.*] id eſt, ſi poſſeſſor conuentus laudauit auctorem, qui rem intertiatam recipere noluerit, dicendo ſe non vendidiſſe, ſi ei placuerit, qui laudauit, poterit eum per pugnam laudare. Vel dic, Si auctor laudatus rem venditam recipere noluerit, non negando, ſe vendidiſſe, ſi defendere velit, licebit emptori per pugnam probare de furto, quod ipſe ſurripuiſſet eam, & ſic (ſecundum primam lecturam) fit pugna de venditione rei intertiatæ, in ſecunda de furto, cui ſecundo deb. quia non intereſt emptoris probare venditorem de furto, cum eius ſundus factus non ſit, nec eius intersit? Reſpond. videtur intereſſe ſua, qui excuſat de furto, qui furti uidebatur conueniendus, quaſi ipſe rem ſurripuiſſet. eò quòd auctor eius eum defendere nolebat. quod non placet: quia ſatis uidetur excuſatus emptor, dum uenditor confiteretur, ſe uendidiſſe, licet rem defendere nolit. Quid ergo faciendum erit emptori? Reſpon. ſi uenditor defendere promiſerit, cogetur ordine iudiciario, quia ſiue fuit ſtantia, ſiue per guadiam obligauit ſtare, cogi debet: quia pactum in contractu adhibitum, non eſt nudum, ſed poteſt agi ex eo; quod ſi defendere non promiſerit, aget de euictione. Emptor autem, ſi ei placuerit, & ius ſuum indiſcuſſum relinquere noluerit, poteſt tamen agere periculo uenditoris.

d *Recipere.*] Ex hoc no. arg. quòd auctor laudatus ſi controuerſiam non ferat laudatori, recipere debet rem ab eo, qui eum laudat, ut poſſit iudicium exercere: ſi autem emptor expectare uoluerit, ut appareat, utrum res ſit euicta, uel ne, ut non euictam recipiat à uenditore. Si euicta, recipiat pecuniam ſuam, aut ſecundum quòd conuenient in uenditione, poterit hoc facere: aut ſi periculum euictionis expectare non placet, dum reſtituit rem auctori laudato, ut recipiat pecuniam ſuam, ut quidam uolunt.

e *VT nullus comparet.*] Lex iſta conſilium dat.

f *SI quis equum ſuum.*] Per hoc dixerunt quidam, ut petitor primo probet ſuum, deinde poſſit reus nominare garentem. Quare enim reus cogitur uarios ſumptus ſubire, ubi auctor prius ſe oſtendat ius petendi habere? Reſp. non ideo dicitur hic ſuum, ut auctor probet prius rem ſuã eſſe, ſed quantum ad petentis dictum, uel intentionem ſuam: nam ſi ſuum probaret, regulariter non datur, niſi contra inficiantem. Eſſet enim lis conteſtata per narrationem, & reſponſionem, & ita non eſſet auctor laudatus. Præterea iniuſtè oneraretur, ſi prius probaret contra poſſeſſorem rem eſſe ſuam, & neceſſe haberet poſtea probare contra auctorem, in quem transferetur iudicium, ut hic, dum dicit, ſtatim, id eſt, ante litem conteſtatam.

g *Dixerit.*] Si ergo à principio non dixerit, ſed iudicium ſubijcit, non poterit poſtea garentem laudare, in quem iudicium transferatur: quia ibi iudicium finem accipere debet, ubi eſt inchoatum. l. ubi. ff. de iudi. Si autem dixerit, ſe garentem habere; nunquid poterit pœnitere, & iudicium proſequi, inuito petitore? Reſpon. non, arg. l. 1. ſup. eo. per quam cogitur iurare, quod ſi auctorẽ potent inuenire, non negabit: multò fortius ergo cogitur perſequi auctorem laudare: quia forte intereſt petitoris agere rem ſuam magis cum laudato garente, quàm cum poſſeſſore, & ideo, non citato petitore, non eſt locus pœnitentiæ. l. de ætate. §. ſi. ff. de interro. act.

h *Tertium garẽtem.*] Debet itaq; eum proprio nomine deſignare, aut ſigna dicere, quæ fungantur uice proprij nominis. l. certum ff. ſi cer. peta.

i *Non procedat.*] id eſt, non cogitur petitor perſequi poſſeſſorem ad eum garendum, qui eſt ultra tertium comitatum: uel ſic, poſſeſſor, qui dicebat ſe habere garentem. duxit petitorem ad unum comitatum, & cum non poſſet eum hre, nominauit alium garentem in ſecundo comitatu, & cum nec eum habere poſſet, nominauit alium in tertio comitatu. non itaque permittitur huic poſſeſſori ſic uaranti, & mendaci in tpe ultra procedere, habita ſuſpicione mendaciorum: quod non placet. Alij legunt, quod licet poſſeſſori tertium garentem nominare. v. g. Titius poſſeſſor emit à Lucio, Lucius à Sempronio, Sempronius à Gaio poſſeſſore, & ſic licet Titio nominare garentem, & ducere petitorem ad Gaium, qui eſt tertius garens: ſed ultra tertium procedere non licet. Nec iſta lectura placet: quia poſſeſſor non poteſt laudare auctorem, cum quo ipſe non contraxit, cum nullo modo ſit ei obligatus. Alij dñt, Titius poſſeſſor laudauit Lucium auctorem, tanquam uenditorem, ad quem petitor ire debet: cum Titio Lucio laudauit Sempronium: Sempronius autem Gaium uenditorem, ad quem petitor ire debet, & ſuper hunc tertium garentem petitor ire non cogitur: & hæc lectura placet, cui concordat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. Sed quare iſte Titius garens nominatus amittit ius ſuũ, cum non poſſit nominare garentem ſuum, cum hic dicatur, non procedat ultra tertium garentem? Reſp. non denegat lex tertio garenti noĩati, quin denunciet auctori ſuo, ut ei aſſiſtat, & quo minus cũ rationibus, & exceptionibus ſuis ſe defendat tertius garens laudatus: ſi denegat, petitor ultimus ire non cogitur, ne uarijs fruſtretur ſumptibus: tertio autem garente uicto, oẽs intelliguntur victi: ſed ipſo uincente, omnes dñt uincere, quia eorum uoluntate tertius cãm agit, à quo oẽs gradatim habuerunt cauſam: nam & iure Romano ſi emptor patiatur uenditorem agere de re ſibi uendita, uel maritus uxorem de re in dotem data: præiudicat ei ſententia l. ſæpe. ff. de re iudi. Sciendum autẽ eſt, quòd lex iſta in re mobili locum habet; in rebus autem immobilibus laudatio quinti, & ſexti garentis non prohibet. Præterea auctor laudatus ſequi debet iudicium poſſeſſoris, nec habet priuilegium ſui iudicis, ut ff. de iudic. l. uenditor. Quæritur, ſi poſſeſſor laudat auctorem, an cogatur ducere equum ad eum? Reſpon. ſic, ut poſſit uidere, & cognoſcere, an eum uendiderit, & ita primus garens ducere cogitur ad ſecundum, & ſecundus ad tertium eadem ratione. Eſt & alia ratio, quia auctor in rem cum poſſeſſore ambulat, & contra eos competit, qui habent facultatem reſtituendi, ut ff. de rei uendic. l. officium. Sed contra infra de euictionib. l. j. Sol. ibi placuit petitori, ut poſſeſſio remaneret penes conuentum; quia peræquè facile erat petitori proba-

probare, ancillam ſuam eſſe, ſi eſſet penes emptorem, quam ſi eſſet penes venditorem. at ſi petitor uiderit ſibi expedire, ancillam penes auctorem potius eſſe, quam penes emptorem, vt quia teſtes vult procedere. qui eam cognoſcant; tunc non debet relinqui poſſeſſio penes emptorem, quia etiam ancilla debet interrogari, & torqueri, cum de dominio eius quæratur, vt C. de rei vendicat. l. cum ſuper. Quid autem facit emptor de pretio, dum animalia transferuntur in primum garentem, ſiue in ſecundum, ſiue in tertium? Reſpondeo, ſi quilibet eorum pecuniã accipiat a garente, uẽditio videtur diſſoluta propter pretij diſſolutionem. Sed quia (vt diximus) victo auctore, omnes intelliguntur victi: & econtra, melius eſt, ut caueatur idonea cautione. Si obtinuerint iura garentis, vt res ipſa gradatim reſtituantur, ſicut gradatim faciunt auctores laudati. ſi uero vltimus auctor laudatus vincitur, gradatim reſtituentur:

TITVLVS XXIX.

De prohibita alienatione minorum.

Rex Lutprandus.

L E X P R I M A.

HOc proſpeximus, ut intra x. & viij. annos non ſit legitimus homo ad res ſuas alienandas,[a] excepto, ſi pater debitum dimiſerit,[b] habeat poteſtatem, unà cum notitia Principis[c] terræ ipſius tãtum de rebus ſuis dandi, quantum debitũ ipſum fuerit, ut ei maior indemnitas propter onera[d] ſolidorum non accreſcat: & ipſe Princeps, q pro tempore fuerit, propter Deum, & animæ ſuæ mercedem dirigat perſonam, Deum timentem de ſua præſentia, quæ hoc ipſum ſapienter conſideret, ut ad ipſum infantulũ aliquod damnum contra rationem,[e] aut per negligentiam, minimè ueniat, & in nonodecimo[f] anno, homini longobardo * ſit legitima ætas, & quodcunque fecerit uel iudicauerit de rebus ſuis ſtabili ordine debeat ꝑmanere: & hic ſtatuimus, atque diffinimus, ut ſi cuicunque ante ipſos decẽ, & octo annos euenerit ægritudo, & ſe uiderit ad mortis periculum tendere, habeat licentiam de rebus ſuis pro anima[g] ſua ſanctis locis cauſa pietatis, uel in xenodochio iudicare: qđ uoluerit. & qđ iudicauerit, ſtabile debeat permanere.

DE PROHIBITA ALIENAtione minorum.

a HOc proſpeximus. *Alienandas.*] Siue mobiles ſint, ſiue immobiles: quia lex indiſtinctè loquitur, & intelligitur de rebus, quarum dominium ad minores pertinet. Quid, ſi velit uſumfructum in rebus ſuis conſtituere, vel ius aliud, vel illud alienare? Reſpon. neutrum iſtorum conſtituere poteſt. vt C. de rebus alien. non alie. l. ſi. & ff. de reb. eo. qui ſub tu. l. ſed ſi pecunia. §. ſi ius Idem ſi pater rem alienam emerit à domino, cum ipſe eius rei nomine habeat vtilem rei vendicationem, vt ff. de reb. eor. l. magis. § ſi pupillus verum intra ætatem prædictam patri alienanti poterit conſentire, ut ſupra de ſucceſſionibus. l. nulli. & licet & filius viuente patre, dicatur dominus, non tamen verè, ſed iuris fictione; ideo conſentire poteſt.

b *Dimiſerit.*] Si debitum ſit in neceſſitate ſoluendi, nec diſtinguo, vtrum pater ex iuſta cauſa contraxit debitum, an non: & ſi vendere poteſt pro paterno debito, multò fortius pro ſuo, ſi contraxit pro aliqua iuſta cauſa. Quid ſi voluerit maritare ſororem, vel amitam, cui pater debebat maritagium? Reſp. vendere poterit: nam licet hoc debitum non poſſet iure actionis peti, poteſt tamen officio iudicis: quia pater filiam, & frater ſororem dotare coguntur, l. reſolimus. ſupra de ſucceſ. ſi ergo poteſt pro ſororis maritagio alienare, multò fortius in dotem dare, ſed non vltra quartam: quia nec pater vltra tenetur, l. 2. ſ. de eo. quod pa. ſi. vel filiabus ha re.

c *Principis.*] Hodie iudicis, ſecundum generalem conſuetudinem, maturè conſideratis omnibus: unde ſi debitum expedire poterit per mobilia, non debet venire ad immobili, & ſi expedit uendere magis, quàm pignori dare, uel contra, faciat, quod pupillo eſt vtilius.

d *Propter onera.*] i. damnum non accreſcat, quia fortè debitum erat uſurarium, uel poſſet fieri per moram, uel per litem conteſtatam: quia expedit quandoque magis vendere, quàm uſuris ſubijci.

e *Contra rationem.*] Vel ſi plus uendiderit, quàm debitum ſit, uenditio non valet. nam ſi debitum poteſt expediri per uenditionem rei modicę, non debet uendere magnam, uel utiliorem. Quid ſi debitum urgeat, & prædia ſint vilia, quæ per minutas partes non poteſt uendere, niſi vilius? Iudex conſiderare debet, quod magis expediat pupillo: quo caſu valebit uenditio: licet ſit vltra debitum, quæ minor non poteſt commodè rem uendere quantum debitum eſt, quæ non valeret ſine eius auctoritate. Quid ſi, vrgente debito, minor pignoratus fuerit in rebus licitis, an tranſactantur pignora vtique: nam prohibitio de rebus non alienandis, vel obligãdis ſolam uoluntariã obligationem, uel alienationem impedit, nõ neceſſariam. quæ ſit legis poteſtate: nec debet hoc nocere creditoribus, cũ pupillus uoluntariè alienare non poteſt, vt ff. de leg. 1. ſi filius. §. Diuus Seuerus. maxime ſi obligatio a patre minoris incepit, cum iniquum ſit, expectare minoris pubertatem, qui nihil cum minore cõtraxit, vt ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eat. l. apud Iulianum, ſecus ſi debitum a minore cepit, ut ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. ea. l. in poſſeſſione § primo. vbi bona pupilli uendi non debent; quia pupillus non videtur eſſe in mora argumẽ. l. ſi pupillus. ff. de verborum obligationibus. ſed ibi cum debitum a pupillo non poterat peti: quia promiſit ſine tutoris auctoritate: alioquin arctari poteſt ad ſoluendum: & rectè dici poteſt moram à pupillo commiſſam, & poteſt pignorari, vt ſupra de deb. & gua. l. quicunque liber homo. vbi non diſtinguitur maior, minorve ſit, dummodo in minore tutoris auctoritas interueniat: ſi autem ſit quæſtio de ætate, pupillo incumbit onus probandi ætatem, quia nititur reſcindere, quod iure communi valeret, vt C de proba. l. cum te. prohibetur itaque minor prędium vendere, ſiue ſit ſterile, vel ſaxoſum, ſiue fertile natura, vt ff de rebus eorum l. ſi fundus. & eſt ratio: quia lex iſta indiſtinctè loquitur. & prohibitio generalis eſt, nam licet nobis quædam habere inutilia, vt ff. de ſerui. l. ſi fundo. Quæritur, an minor vltimo die 18 anni vendere poſſit? videtur, quod ſic; nam cum tangat extremum diem, minor non eſt, vt ff. de minori. l. prima. & minores prohibentur, argumen. ff. de teſtamen. qui ætate. Sed contrarium dic; quia in minori ætate de momento ad momentum tempora ſunt computanda. l. denique. §. minorem. ff. de minor.

f *In nonodecimo.*] q. d. tranſactis 18. annis.

g *Pro anima.*] Sed nunquid res ſuas omnes iudicare poterit? Lex iſta prohibere uidetur, dudum de rebus ſuis, q. d. non omnes res ſuas: ſed cum liceat minori pro corporis ſalute omnia bona ſua alienare. l. fin. intra eod. multò fortius pro ſalute animæ. Sed quo tempore ualet pro anima ſua iudicare? fortè completis 12. annis. cum hæc ætas legitima ſit ad conſentiendum patri l. nulli. ſupra, de ſucceſ. & mulieri, ut nubat, ut ſupra de ſponſa. puto tamen expectandum tempus, quo vxorem ducere poteſt, ſcilicet 14. ann. vt ſupra de proh. nup. l. adueniente. & l. illud & ſecundum hoc conc. iuri Ro. quo cauetur minori præter pupillarem ætatem poſſe facere teſtamentum. l. qui ætate. ff. de teſtam. permittimus etiam minori cauſa pietatis venerabilibus locis relinquere. Item iudicare cuicunque collegio pietatis cauſa conſtituto, vt ſi pons neceſſarius ſit in aliquo tranſitu. Quid ſi iudicauerit matri, vel agnato inopi? proteſtari debet, quod cauſa pietatis iudicauerit, ut ualeat. argumen. l. ſed ſi quis. §. ſed interdum. ff. de re. & ſumpti. ſun. & ff. de caſtren. pec. l. dotem. §. ſi. & auth. licentiam. & C. de epiſ. & cler. & ff. de nego. geſt. l. auia. Alioquin occaſione parentelæ videtur iudicaſſe;

* No. legitimam ætatem in Longobar. eſſe in 18. anno completo: quod intelligitur contra glo. in l. ſequitur. §. 1. ver. pupillus ff. de uſuc. & dixi in §. x. in glo. ff. de conſue. in. ſta. perſo. de quo per glo. in c. 1. in princip. ver. & 18. de pa. te. et in. fir. quo allegat iſtum text. & plures alios.

caſſe; quia ſi legata non valent, peruenient ad uenientes ab inteſtato: a quibus ſi loca venerabilia, vel alij legatarij poſſeſſionem legatorum ceperint, hæredes ab inteſtato venientes non poterunt eam recuperare per interdictum, quorum lega. quia in his rebus Falcidia ceſſat, auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcidiam.

h *SI infans. Diuidere.*] Hinc nota, quòd minor ad diuiſionem poterit prouocare, & prouocari. nullus enim inuitus in communionem detinetur. l. fin. C. commu. diuidun. ſecus in iure Roma. quia non prouocat, ſed prouocari poteſt: quod generale eſt in omnibus, qui alienare non poſſunt.

Idem. LEX II.

SI infans* dum intra ætatem eſt, res ſuas cuiuſcunque vendiderit, aut infiduciauerit, [b] poſtea cum in legitimam ætatem [c] peruenerit, chartam ipſam ſecundum legem irrumpere [d] voluerit, & in rebus ipſius introire, [e] non habeat poteſtatem, qui emit, aut infiduciauit, quæ dederit, requirendi: quia quando comparauit, aut infiduciauit, tunc debuit proſpicere: quia puer ipſe infra ætatem erat, & contra legem faciebat. Propterea conſtitutum eſt, vt ſi intra ætatẽ fuerit, minimè vendere, aut infiduciare poſſit, & talẽ cauſam eum habere dicimus[f], qui emit, aut infiduciauit, qualem & ille habere videtur, qui de ſeruo, aut aldione emere, aut infiduciare digno ſcitur.[g]

Idem. LEX III.

SI infans, dum intra ætatẽ eſt, res ſuas cũ fratribus, aut cum parẽtib. diuidere[h] * voluerit, aut ſi ipſi cum ipſo infante diuidere voluerint, faciant iudici notitiam:[i] & ipſe iudex faciat venire parentes ipſius propinquos,[k] vt vna cum ipſis, aut per ſe, aut ꝑ ſuum miſſum bonam perſonam, Deum timẽtem veniat, quæ res ipſas diuidat;[l] ſic tamen, vt omni tempore[m] ſortes ſtare debeant, & adæquatio percurrat.[n]

Idem. LEX IIII.

SI infans, dum infra ætatem eſt, cauſam [o] habuerit cum qualicunque homine, ſimiliter faciat iudex parentes[p] ipſius venire propinquos, & accedat ad locum cum ipſis parentibus, & deliberet cauſam ipſam per iuſtitiam, & faciat notitiam, in

a *SI infans.*] Porrigitur hoc nomen, vſq; ad 18. annos, licet iure Rom. vſque ad 7. l. ſi infanti. C. de iure deli. & l. 1. ff. de admi. tut.

b *Infiduciauerit.*] Interdictum eſt minoribus infiduciare, ſicut alienare: non ꝙ infiduciatio cõtineatur ſub alienatione; quæ eſt actus, per quem dominium trãſfertur l. j C. de fũ. dota & l. fin. C. de reb' alien. non alie. Iudex itaque auctoritatem præſtare debet venditori, vel infiduciatori, prout minori viderit expedire, non tamen decernere debet diſiũctiuè, vel vendere, vel infiduciare, licet quodcunque factum ſit, valeat, vt ff. de rebus co. l. ſi pupillo. § ſi prætor.

c *In legitimam ætatem.*] Scilicet, intra annum. vt argumen. infra quali. quis ſe defendere deb. l. ſi quis alij. Alij dicunt, intra quinquennium; alij intra 30. annos. vt inf. de præſcri. l. de poſſeſſione. in ſi.

d *Irrumpere.*] Ideſt, venire contra factum ſuum: conſultus enim faciet. ſi antequam ad legitimam ætatem veniat, tentat chartam irrumpere. l. interdum ff. de minoribus.

e *Introire.*] Non ſua auctoritate, ſed iudicis poſt omnem exitum, nam cum emptor poſſidet, non debet minor ſua auctoritate poſſeſſionem inuadere, potuit enim minor ſine auctoritate, vel iudicis decreto poſſeſſionem in emptorem transferre, licet non valeat venditio, vt ff. pro emptore. l. 2. § ſi a pupillo.

f *Proſpicere.*] Imputatur ergo maiori, quia minor emit. Sed obſtat; quia non debet alicui nocere iuris ignorantia in damno vitando. Solutio, potius videtur erraſſe in iure naturali, quàm ciuili. naturaliter enim ſcire debuit minores nil agere poſſe: vnde qui nouat a pupillo ſine tutoris auctoritate, rem amittit, & obligationem primam: quia ſublata eſt per nouationem, nec quicquam a pupillo conſequitur, vt Inſtitut. quibus modis tollit. obligatio. & poteſt eſſe alia ratio, quia pupillus, & maior certant de damno vitando. ſunt enim in pari cauſa, & melior debet eſſe conditio minoris. Quid ergo, ſi minor emit? Reſpõd. ſi cum tutoris auctoritate. proſpicere debuit tutor, ꝙ contra legem emebat. nã quòd deeſt pupillo, ſuppletur auctoritate tutoris, vt ff. de acquirenda poſſeſſio. l. quamuis. §. infans. quod ſi minor venditor pecuniam amiſerit, potior eſt conditio conſumentis. l. verum §. finali ff. de minori. ſi verò ſine tutore emerit, fortius dicimus ei ſubueniendum, non tamen contra minorẽ conſumentem.

g *Digno ſcitur.*] Quaſi dicat, rem emptam non potuit retinere, & pretium perdit. infra de proh. ali. ſer. l. ſi quis de ſeruo. licet de iure Romano non ſemper pretium amittat emens a minore, ſed debet reſtitui, quatenus locupletior factus eſt: quia ſicut in damno morari non debet, ita nec in lucro, vt C. de repu. quæ fiunt iudi. in integ. l. qui reſtituitur, & ff. de adminiſt. tuto. l. ſine hærede. §. interpoſito.

i *Notitiam.*] Hinc not. quòd iudex debet ſe interponere ad diuiſionem, & auctoritatem prę̃ſtare ꝑ ſe, vel per alium, Deũ timẽtem, cui cauſam delegat.

k *Propinquos.*] ſcilicet eos, ad quos tutela minoris pertinet: & licet in hoc titu. non fiat expreſſio tutoris: fiat tamen mentio parentum propinquorum, id eſt ad quos tutela ipſo iure defertur, vbi teſtamentaria non ſub eſt, vt not. ſupra de non ſuæ rei vendic. l. fina.

* *No. minorem diuiſionẽ honorã petere de quo per Bar to. in l. 1. C. de his, qui ſe defer. li. x. Angel. Are. in §. quadam. de act. cum ſi. & omnes in ca. 1. de par te. & in ca. qualiter & quando. de accu.*

l *Diuidat.*] Iudex itaque faciet diuiſionem, aut delegabit. Primo caſu erit index famil. erciſc. ipſe: ſecundo caſu ille delegatus: nam cum in diuiſione habeatur ratio damni dati, & ſumptuum expenſorum, & fructuũ perceptorum, & ratio omiſſæ cuſtodiæ, vt C. famil. erciſcundæ. l. incerta. erit ergo opus iudice, per quem fiant condemnationes, abſolutiones, & adiudicationes, vbi res commodam diuiſionem recipiat. l. ſi. C. commu diui.

m *Omni tempore.*] i. vſque ad annos xl. l. ſi inter fratres. infra de præſcrip.

n *Percurrat.*] Hoc quando hincinde ſatiſdatio non interuenit, vt nullus contra diuiſionem veniat, alias adæquatio ceſſabit. venit enim contra diuiſionem, vel pactum, qui diuiſionem iam factam non ſinit. Quid ſi cautio interpoſita nõ ſit? nunquid per modicam inæqualitatem poteſt modicè lę̃ſus æqualitatem petere? Reſpondeo iure quidem Lõgobardorum æqualitas eſſe debet modicę læſionis: verum iu. Romano cauetur, quando læſio re ipſa interuenit, diſtinguitur, ſubſiſtat in dimidiam, an vltra. ſed fortè dici poteſt, vt ceſſet adęquatio, ſi læſus ſit infra duos annos, ſic ceſſat in integrum reſtitu. vt ff. de in integ. reſtit. l. ſcio. & ff. de contrah. empt. l. res bona fide.

o *SI infans. Cauſam.*] Cauſa dicitur ante litẽ conte. lis autem poſt quã in iudicium eſt deducta, & ſicut minor volens aliquem conuenire cogitur reus in iudicium venire, & minori iuſtitiam facere: ita ſi minor teneatur alicui ex contractu, &c. cogitur iuſtitiam facere, vt ſupra de nõ ſu. rei uen. l. fina. non enim debet priuilegiũ minoris eſſe in præiudicium priuatorum, ut C. pro emp. l. ſi nam minor, qui doli capax eſt, furtum, & cætera crimina poteſt committere: vt inſti. quib. mod. tu. ſi. præter adulteriũ. l. minor. ff. de adul. & in criminalibus non iuuantur; cum malorum morum infirmitas non excuſat. l. 1. C ſi aduer. deli. niſi quatenus miſeratio ætatis mouet iudicem ad minorem ſententiam. l. auxilium. § in delictis ff. de mino.

p *Parentes.*] i. eos ad quos iure tutela defertur, non enim poteſt eſſe iudicium ſine tutoris auctoritate: quia ſi contra eum feratur ſententia ipſo iure tenet, ut C. de ſen. l. cuius. & C qui le. perſo. l. 1. uerum poſtquam pupillus. 8. annos exceſſit, ſi uocetur in iudicium, in tutoris poteſtate eſt, ſi uelit eum præſentare, ut cum eius auctoritate reſpõdeat, ut ff. de admi. tu. l. 1.

quorum pręſentia cauſam ipſam deliberauerit, & iudicatum ſuum emittat, [a] vt ipſe qui cauſam ſuam quærit, nõ perdat iuſtitiam ſuã pro eo, ꝙ ipſe infans infra ætaté eſſe videtur: iudex autem quõo ordinauerit, aut qualiter fecerit cauſam in his capitulis, de eo, qui intra ætaté eſt, habeat retributorem Deũ omnipotentem, [b] ſiue in bono, ſiue in malo, & miſſus [c] ille, quem iudex direxerit pro diffiniendis cauſis. quas ſupra diximus ſi in aliquã partem per fraudem cor ſuũ declinauerit, [d] aut fecerit ea, quæ opportuna non ſunt, ut infans damnum habeat, qui infra ætatem eſt, & non fecerit æqualitatem, & probatũ fuerit, ꝙ fraudem feciſſet, aut colludium [e] cõtra ipſum infantem ſtatuiſſet, de proprio ſuo reſtauret, quod fraudulenter diuiſit: hoc autem iõ ꝓinde dicimus, vt infans* qui cãm ſuã neſcit ltimè procurare, damnum nõ habeat.

Idem. LEX V.

DE puero, [f] qui intra ætatem eſt, decreuit clemẽtia noſtra cum noſtris iudicibus, vel reliquis Longobardis, vt ſicut in alio homine de reb. ſuis dum intra ætaté eſt, donare non poteſt, ita nec Regi donare poſſit, antequam in legitimam ætatem peruenerit: qa de cauſa iſta multæ cõtentiones fuerunt.

Idem. LEX VI.

SI infans ante 18. annos, quos nos inſtituimus, ut ſit legitima ætas, ſponſalia facere voluerit, aut ſibi mulierem copulauerit, habeat poteſtatem, [g] & metam facere, & morgincap darę iuxta tenorem edicti, & obligationẽ facere, & fideiuſſorem ponere, & chartam ſi voluerit pro iſta cauſa ſcribere; & qui fideiuſſor extiterit, aut ſcriba, qui pro cauſa iſta chartam ſcripſerit, nullam exinde habeat damni ætatem: [h] qa nos vſque ad illam ætaté produximus cauſam de infantib⁹, ut ipſi res ſuas non debeant naufragare, [i] aut diſperdere: nam per iſtam cõiunctionem, quam Deus præcepit, abſoluimus, vt fiat.

Idem. LEX VII.

ITem de infantibus, qui intra ætatem ſunt, & neceſſitatem maiorem habent, & fame [k] moriũtur, comparuit nobis, vt dum tp̃s famis fuerit, licẽtiam habeant cũ miſſo principis, aut cum iudice ſuo de terra, aut de reb. ſuis vendere qualiter viuere poſſint, in tantum, vt ſe de fame liberare poſſint, & vt nõ moriantur, & ipſe iudex de ipſo loco debeat pręuidere, ſi certè pro ipſa neceſſitate famis ſit, & ſic in eius præſentia fiat, vt Deum habeat propitium; & ſi aliter fecerit, Deũ habeat iudicem, & in charta iudicet, qualiter pro famis neceſſitate ipſa venditio facta eſt. Et qui actum commiſſum [l] habuerit, non præſumat de ipſis infantibus emere, & dum tempus famis exierit, tunc ipſi infantes ſecũdum anterius edictum diſtribuant ſuas res, aut ſubſtantiam ſuam: nam non aliter: quia iſtam licentiam pro ſola famis neceſſitate dedimus. nam nõ, qđ abſit, anterius edictũ corrũpendũ eſt.

a *Emittat.*] ideſt, vt reducat, quæ, & qualiter acta ſunt in ſcripturam publicam.

b *Omnipotente.*] nec minus punietur pœna iuris ciuilis, ſi delinquat. ſimile. C. de ſum. tri. & fi. ca. l. 1. in ſi. & C. de iureiu. l. 2. non tñ minus punitur periurium per legem auth. ſed hodie. C. de repu & l. nã ſufficit. & ff. de cri. ſtel. l. nam. & C. de tranſac. l. ſi quis maior. cum ſimi. Vel qa ſicut ipſe iudicabit, iudicabitur & ipſe à Deo. l. rem non nouam. C. de iudic.

c *Miſſus.*] Sed quõo miſſus iſte poterit litem determinare? Reſpon. tanquam iudex delegatus, cum ordinarij poſſint delegare, ut C. de iudi. l. a iudice. & l imperium. ff. de iuriſd. om. iud.

d *Declinauerit.*] ſ pretio, p̃mio, vel gratia. tunc. n. non euitabit pęnam, nec ſnĩa valebit, vt C. de pœ. iu. q. malè iudi. l. 1. & ſup. de ſedi ꝯ iud. vel ciui. le. l. 2. ubi cõponit guidrigild, & amittit honorem, & C. de tranſac. l. pręſes. & ff de le. 3. l. ſi ſeruus. & C. de arb. l. 3. & ff. de arbi. l. ita demum. ſed ar cõtra ff. ad Trebel. l. ſeruo. §. prætor.

e *Colludium.*] nota. quem in duplũ puniri de colludio, vt ſup. de coniu. ſer. l. ſi ſeruus. inf. & quod iudicatum eſt per iudicis corruptelã. non valet. nec diuiſio, ſi fraudulẽter ſit facta: ſed ob. ꝙ ſi diuiſio nõ valet, nec ſnĩa: ergo minor læſus non eſt. Sol potuit minor lædi in ſũptibus in iudicio, uel ꝓpter diuiſionem factis; & tunc non in plus aget ꝯ iudicem: quia non in plus eſt læſus: cæterum ſi ſnĩa mandata ſit executioni, quia tenebitur, tũc iudex, qui dolo fecit, in veram litis æſtimationem, ut ff. de iu. l. ſi filiusfam. & C. de pen. iu. qui ma. iudi. l. 2. ſed nunquid tenebitur iudex qui talem iudicem delegauit? Rñ. ſi culpam commiſit in eligendo, ut qa elegit eum, qui facilè corrumpi poterat, uti que tenebitur: ar. l. videamus. ff. loc. & l. 1. ff. ſi menſ. fal. mod. dixe. ſecus ſi caruit dolo.

* *Quicqđ videt infans, ignorat. ſal. mone. Not. ꝙ licet princeps ſit ll. ſolutus, ll. tamen viuere vult, l. ex imperfecto. ff. de legat. 2. & inf. de offi. iud. l. voluimus. & 25. q. 1. conſidimus. & c. ideo. vbi dicitur, ꝙ Chriſtus, qui legem quam dedit, adimpleuit.*

f DE *puero.*] Ex hac lege no. quòd licèt Rex ſolutus ſit legibus: tamen legibus viuere debet l. digna vox. C. de legi. & l. ex imperfecto. C. de teſta.

g SI *infans. Poteſtatem.*] Hoc iõ, quia vſ minor circumſcri ptus, qui vſus eſt iure cõi, quo oẽs vtuntur, ut C. de in inte. reſti. mi. l. fin. Itẽ in his agendis decipi non p̃t qa ſcriptũ eſt, quantũ dẽat dare vxori pro morgincap, & ꝓ meta.

h *Damni ætatem.*] q. d. fideiuſſor ſi ſolueret pro minore, hẽt aduerſus infantem regreſſum hoc caſu tm̃: à contrario ergo, ſi in aliquo pro minore fideiubeat, ad eum non hẽt regreſſum: ſed ſi minor reſtituitur, an fideiuſſor ſit reſtituendus? iure Long. non determinatur: iur. autem Ro. diſtinguitur. aut minor ex ſua facilitate læditur, aut ex aduerſarij calliditate. primo caſu nõ reſtituĩ fideiuſſor; ſecũdo vero caſu vterq; reſtituitur, vt C. de fideiuſ. mi. l. pe. & fi. nec mirũ, ſi fideiuſſor cũ minore non reſtituatur: cum ſi nõ valet principalis obl̃o, nec eius acceſſio. l. non dubiũ. C. de legi. qa iſta principalis obligatio valet. & iure nititur: ſed p̃tor ex æquitate minorib. ſubuenit, nõ ãt fideiuſſoribus, niſi & ipſe ſit minor.

i *Naufragare.*] quid ſi non naufragaret, ſed conditionẽ ſuam facit meliorẽ? minus venditio ualet, niſi iſta cauſa alienãdi ſubeat. nam cum ꝯ legẽ fiat alienatio non tenet; & uanũ eſt de uili, & caro p̃tio tractare, & iu. Lõg cauetur, ut qui emit à minore, cãm hẽat qualem qui emit à ſeruo, ut ſ e. l. ſi infans minor itaq; uolens recuperare rem ſuam, pretium reſtituere nõ tenetur, & concor. iuri Rom. quo ad recuperationem: ſed tenetur de pretio, quãtum locupletior factus eſt quo caſu à iu. Longob. diſcrepat.

k I*Tem. Fame.*] Idẽ de veſtitu, & omni victu neceſſario. ar. l. uerbo ff. de uer. ſig. l. cætera. & ff. de ali. & cib. leg. l. 1. & hic quali. ui. poſſ.

l *Actum commiſſum.* poteſt referri ad iudicem, cui eſt commiſſa cauſæ cognitio; nec per ſe, nec per procuratorem emere debet; ſicut nec aduocatus à litigatore, ut C. de poſtu. l. quiſquis. §. præterea. Idem de medico, ut ff. de uarijs. & extraordina. cognit. l. medicus. uel poteſt referri ad tutorem. nam tutor, qui non adminiſtrat, rectè poteſt emere ab adminiſtratore, ut C. de contrahenda emptione. l. cum ipſe. & ff de aucto. tuto. tutoris. quod ſi plures ſint tutores adminiſtrantes, rectè unus emit ab alio: dummodo bona fide, & palam faciat, ſiue per ſe, ſiue

ſiue per alium: ut ff. de aucto. tut. l. pupil lus. § pupill[a]. & hoc de illis tutoribus, qui erant tpe famis, quã delictum ſuperuenit. Cæterũ ſi qs emerit a patre pupilli, & poſtea tutelã emptor adminiſtrat, rectè põt ſibi poſſeſſionẽ tradere, ut ff. de cõtrah. emp. l. fiſtulas § fundum. Et notan ſũ, ꝙ cũ res minoris uẽdiderit ꝓ denno, ſiue tpe famis neceſſitate, debet inſpici æſtimatio, q̃ erat tpe uenditionis: nam ſi poſtea mutet: quia res fiant cariores, aut uiliores, nemo contrahentiũ conqueri põt, ut C. de cõtrahen. emp. l. ſi uolũtate. in fi. Aeſtimatur autẽ quoq; pretiũ rei ex quantitate redituũ, qui ex re ꝓueniunt, ut C. de reſcin. uen. l. ſi quos. Et qd dictũ eſt de tutoribus admittendis ad emptionẽ rerũ pupillaru, uel non, idẽ de mundualdis in emptione rerum mundualdarum ſuarum.

DE HIS, QVI ſe in &c.

[a] LIber Malum.] id eſt, placitum generale: ſed hic ponitur pro parte ſpeciali.

Si quis.

TITVLVS XXX.

Qualiter ſeruorum uenditio fiat.

Imperator Carolus.

LEX PRIMA.

VT nemo præſumat hominem aliquem vendere, aut comparare, niſi in præſentia Comitum, aut Miſſorum noſtrorum.

Idem. LEX II.

DE mancipijs, quæ venduntur, vt in præſẽtia Epiſcopi, vel Comitis ſint vendita, aut Archidiaconi, & Cẽtenarij, aut Vicedomini, aut Viceiudicis, vel Vicecomitis, aut ante bene nota teſtimonia, & ut foras marcas [†] † nemo mancipia vendat & hoc qui fecerit tantis vicibus bannum ſoluat, quã ta mancipia vendiderit: & ſi nõ habet pretium in guadia pro ſeruo, ſemetipſum comiti donet, vſque dum ipſum bannum perſoluat: idem, vt nemo audeat in furto mãcipia emere, & in aliam regionem occultè ducere, vbi verò repertũ fuerit, legali ſententiæ ſubiaceat.

† † marcam.

TITVLVS XXXI.

De prohibita alienatione futurorum fructuum.

Imperator Carolus.

LEX PRIMA.

VT nemo propter cupiditatem pecuniæ, aut auaritiã det pretium, ut futuram emptionem ſibi præparet, ut duplum, vel triplum recipiat: ſed tunc tantum, quando præſentes ſunt fructus, ſibi illos comparet.

TITVLVS XXXII.

De prohibita alienatione ſeruorum, vel aldiorum.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SEruo cuiuſcunque non liceat ſine permiſſu domini ſui, neque terram, neque mancipia, nec quamcunque rem vendere, aut liberum dimittere.

Idem. LEX II.

SI quis de ſeruo comparauerit, & pretium perdat, & quod de ſeruo emit, ꝓprio domino reſtituat.

Idem. LEX III.

SEruus maſſarius licentiam habeat de peculio ſuo, id eſt, bouem, vaccam, cabailum; & ſimiliter, & de minutis * peculijs in ſocio dare, & in ſocio recipere: vendere autem nõ, niſi pro vtilitate caſæ ipſius, quatenus caſæ proficiat, vt non depereat.

* Factum ordinationes regia. & c. nauiganti. de vſur.

Idem. LEX IIII.

NVlli liceat aldio cuiuſcunque, qui amond factus non eſt, ſine voluntate patroni ſui terram, aut mancipium vendere, neq; liberum dimittere.

Rex Lutprandus.

LEX V.

SI quis cum ſeruo, aut aldione, vel cũ pertinente alieno de qualicũque re conuenerit, ſine notitia domini ſui, ꝙ in anteriori edicto nõ continentur, & probatum fuerit, ꝙ res domini ſui naufragaſſet, tunc reddat ipſam rem, qui eam ſuſcepit, abſque pretio domino eius: ita vt ſatisfaciat per ſacramentum ꝙ amplius exinde nõ tuliſſet, & poſtea dominus eius faciat de ſeruo, aut aldione ſuo, quod illi placuerit.

Imperator Carolus.

LXX VI.

VT nec colonus, nec fiſcalinus poſſit alicubi foras mixtos traditionem facere.

TITVLVS XXXIII.

De his, qui ſe in alterius ſeruitio ſubdiderint.

Imperator Carolus.

LEX PRIMA.

LIber homo, qui ſe in locum guadiæ in alterius poteſtate commiſerit, ibique contigerit, vt damnum aliquod cuilibet fecerit, ille, qui hominem liberum in locum guadiæ ſuſcepit, damnum ſoluat, aut hominem in malum[a] deductum dimittat, perdens eum ſimul, & debitum, propter quod eum in guadiã ſuſcepit: & quod damnum fecit dimiſſus iuxta qualitatem rei cogatur emendare. Si verò liberã fœminam habuerit, vſque dum in pignus aſtiterit, & filios habuerit, liberi permaneant.

Imperator Lodoicus.

LEX II.

PRimum omniũ placuit nobis, vel chartulę obligationis de ſingulis hominibus factis, qui ſe, aut vxores eorum, aut filios, vel filias in ſeruitio tradiderint, vbi iuentę fuerint, frangantur, & ſint liberi, ſicut primitus fuerint.

Imperator Lotharius.

LEX III.

SI liber homo ſeipſum ad ſeruitium implicauerit ꝓ aliquibus cauſis, & liberã fœmi-

a *SI quis. Succedat.*]Sed nunquid etiam hæredes patroni? Reſpo. utique, & hoc poteſt colligi propter uerba præcedentia, quæ dicunt patronum, uel hæredem ſuum non ſuccedere, quando admond. factus eſt: item quia hæres ſuccedit in oẽ ius, qd defunctus habuit.

b *OMnes. Conceſſum.*]Quid, ſi Romanus,& Longobardorum aliquẽ manumiſerunt, nec dixerunt, qua lege uiuere debeat, nunquid Lõgobardorum, uel Romanorum lege uiuet? dic ſm legem magis uſitatam ibi, & communem l. j. qualit. diuerſ. leg. homi &c.

c *SI quis. Solid. c.*]q. a. ſ. fefellit Principis cõſcientiã. ut C. de his, qui a non domino manu. l. ult.

In

nam habuerit, aut infantes, ipſi in eorum libertate permaneãt: & ſi ipſa mulier defuncta fuerit & aliam liberã fœminam ſibi copulauerit ſeruienti, ipſa in ſeruitio permaneat.

Idem. LEX IIII.

SI quis liber homo vxoré habens liberam, & propter aliquod crimen, aut debitum in ſeruitio alterius ſe ſubdidit, & eadem coniux cum ipſo munere voluerit, eorum procreatio, quę de tali coniugio fit, libertatis ſtatum non amittat. Si verò, ea defuncta, ſecunda vxor etiã libera, tali ſe ſciens iunxit coniugio, liberi eorum ſeruituti ſubdentur.

TITVLVS XXXIIII.

De manumiſſionibus.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SI quis ſeruum ſuum proprium, aut ancillam ſuam liberam* dimittere uoluerit, ſit illi licẽtia, qualiter ei placuerit. Nam qui fulfreal, & a ſe extraneum, ideſt amõd, facere voluerit, ſicut debeat facere, tradat eum prius in manus alterius hominis liberi, & per garathinx ipſum [1]† cõfirmet, & ille ſecundus tradat eum in manus tertii hominis eodem modo: & tertius tradat eum in quartum, & ipſe quartus ducat eum in quadriẽnium, & thingat in guadia, [2]† & giſiles teſtes ibi ſint: & dicant ſic; de iiij. uiis, vbi volueris ambulare, liberam habeas poteſtatem, ſi ſic factum fuerit, tunc erit amond: [3]† & ei manebit certa libertas. Et poſtea nullam repetitionẽ patronus aduerſus ipſum, aut filios habeat poſtatem requirendi. Et ſi ſine hæredibus legitimis ipſe qui amond [4]† factus eſt, mortuus fuerit, curtis Regia illi ſuccedat: nam non patronus, aut hæres patroni. Similiter & qui per impans, ideſt votum Regis dimittitur, ipſe lege viuat, ſicut qui amond [5]† factus eſt. Item qui fulfreal fecerit, & iiij. vias ei non dederit: & amõd [6]† ad ſe, id eſt, extraneum non fecerit, tali lege patronus cum ipſo uiuat, tanquam cum fratre aut cum aliis parentibus liberis Longobardis, i. ſi filios, aut filias, qui fulfreal factus non dimiſerit, patronus eius illi ſuccedat, [a] ſicut ſubter eſt. Item qui aldium, aut aldiã facere noluerit, non illi debet quatuor vias. Hæc ſunt genera quatuor manumiſſionum. * tamen neceſſe eſt pro futuri temporis memoria, ut qualiter liberum aut liberam thingauerit, ipſa manumiſſio in charta libertatis commemoretur. Et ſi chartã non fecerint, tamen libertas illi permaneat. Si

* *Libe rorum quidã amõd: quidã fulfreal, quidã aldius: quidã circa ſacrum altare, & c. Et iſti ſ. amond. impanis; & manumiſſio circa ſacrum altare curtis regia ſuccedit ſi decedant ſine legitimis hæredibus fulfreal, et aldio patronus.*

1 † *ipſam*
2 † *gada, & giſil, & ſic dicat.*
3 † *Amũd*
4 † *aamũd*
5 † *aamũt*
6 † *aamũd*

* *Quatuor genera manumiſſionũ.*

libertus, qui fulfreal factus eſt, filios dereliquerit legitimos, ſint illi hæredes: ſi filias, habeant legitimam ſuam, ſicut ſupra conſtitutum eſt: ſi naturales, habeant & ipſi legem ſuam. Et ſi caſu faciente, ſine hæredibus mortuus fuerit, & antea iudicauerit res ſuas proprias, viuente ſe, id eſt, Andegauuero, & andegauuerit, ſecundũ legem Longobardorum, habeat cui donauerit. Nam quantum de rebus benefactoris ſui per donum habuit, ſi eas non obligauerit, in libertatem, ad ipſum patronum, aut ad hæredes eius reuertantur. Et ſi aliquid in Gaſindio Ducis, aut priuatorum hominum donum conquiſiuit, res ad donatorem reuertantur. Alias verò res, ut dictum eſt, ſi hæredes non dereliquerit, aut ſe viuo non iudicauerit, patronus ſuccedat ſicut parenti ſuo.

Idem LEX II.

OMnes liberti, qui a dominis ſuis Longobardis libertatem meruerunt, legibus dominorum ſuorum, & benefactorum viuere debeant, ſecundum qualiter a ſuis dominis proprijs conceſſum [b] fuerit.

Idem. LEX III.

SI quis ſeruum ſuum, aut ancillam in manus Regis dederit, & ipſe Princeps eos per manus ſacerdotis circa ſacrum altare liberos dimiſerit, ſic permaneãt liberi. ſicut illi, qui fulfreal thingati ſunt: & qui mundium de ipſa muliere libera a Principe acceperit, ſic eum habeat, ſicut de fulfreale muliere: nam amplius nullam conditionem debeat habere neque ipſa, neque filii eius. Et hoc ſtatuimus, vt maſculi, qui de ipſa libera nati ſunt, abſque mundio ſint: fœminæ autem habeant mundium, ſicut mater earum, & ipſum mundiũ non ſit amplius, q̃ ſolidi tres.

Idem. LEX IIII.

SI quis ſeruum, aut ancillam, liberum, vel liberam dimiſerit, & poſuerit ei mundium, aut vnum ſol. aut duos tantum, aut tres, aut ſex tantum, habeat mundiũ, quantum in charta ei affixit: & qui poſtea ex ipſa libera nati fuerint, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, non habeant amplius in mundium, niſi quantum & mater earum.

Idem. LEX V.

SI quis ſeruũ ſuum, aut ancillã ſuã in eccleſia circa altare amodo liberũ, uel liberã dimiſerit, ſic ei maneat libertas, ſicut illi, qui fulfreal in quarta manu traditus, amõd [7]† factus eſt; nã qui aldiũ facere voluerit, non eũ ducat in eccleſiã, niſi alio modo faciat, qualiter voluerit, ſiue per chartam, ſiue qualiter ei placuerit.

7 † *aamũd*

Idem. LEX VI.

SI quis ſeruũ alienum ſine volũtate dñi ſui in manu Regis dederit, & pbatũ fuerit nõ ſuũ ſeruũ dediſſe, cõponat Regi, q̃ p tpe fuerit, ſol. c. [c] & ipſe ſeruus reuertatur ad propriũ dñm, & ſit ſeruus, cuius antea fuit: & inſuper ille, qui eum illicitè liberauit, cõponat domino eius ſolid. xx.

Idem. LEX VII.

SI quis ſeruum alienum ſine voluntate domini ſui, liberum dimiſerit, aut per ſe, aut qualecunque ingenium, excepto per manum Regis, & probatum fuerit quòd ſeruum alienum liberaſſet, tūc ipſe ſeruus reuertatur ad proprium dominum ſuum, & ſit ei ſeruus ſicut antea fuit: & ille, qui eum illicitè liberauit, componat domino eius ſolid. xx.

Idem. LEX VII.

SI quis ſeruum ſuum fulfreal thingauerit, & amond à ſe fecerit, vel quocūque modo eum à ſe abſol uerit in manu Regis dando, aut in eccleſia circa altare ducēdo, & poſteà ipſe libertus voluntatem patroni[1] † ſui fecerit, manifeſtare debeat ipſe libertus libertatem ſæpius iudici, & ad vic nos ſuos, qualiter abſolutus eſſe videtur, vt poſteà nullo tēpore ipſe patronus, aut hæres eius contra eum, qui libertus eſt, querelam poſſit mouere, dicēdo, quòd ei debeat obedire pro eo, quòd ſua ſponte pro beneficio de domino ſuo voluntatem eius fecerat: ſed firma, vt ſupra, maneat libertas.

Rex Aſtulphus.

LEX IX.

IN anterioris edicti capitulo, vt ſi quis Lōgobardus pertinentem ſuum in quarta manu tradiderit, & à ſe amund fecerit, aut circa altare ducendum ſacerdoti tradiderit, ſolutus ab omni conditione ſeruitutis permaneat:[a] ſed quoniam peruerſi homines benefactores ſuos, accepta libertate, poſtponebant, & ipſi eos poſtmodum retinere nequaquam volebant, multi homines timentes, ne ſui liberti eos poſtponerent, libertatem eis facere omittebant. Propterea ſtatuimus, vt ſi quis Longobardus pertinentes ſuos thingare voluerit, in quarta manu, & chartulas ei fecerit, & ſibi reſeruauerit ſeruitium eius, dum addixerit, & decreuerit, vt poſt obitum eius liberi ſint, ſtabile debeat permanere ſecundum textum chartæ, quā ei fecit: quia iniuſtum nobis apparuit, vt homo benefactorem* ſuum viuente eo dimittere debeat: nam qui in eccleſia liberum dimiſerit per manum ſacerdotis, ſic permaneat eius libertas, ſicut continetur in anteriori edicto.

Idem. LEX X.

SI quis per chartam ingenuitatis à domino ſuo legitimam libertatem eſt conſecutus, liber permaneat. Si verò aliquis eum iniuſtè inſeruire tentauerit, ille chartam ingenuitatis oſtendat. Et ſi aduerſarius iniuſtè eum inſeruire tentauerit, mulctam, quæ in ipſa charta deſcripta eſt, ſoluere cogatur. Si autem charta non apparuerit, ſed iam ab illo, qui eum inſeruire voluerit, disfacta eſt, guidrigild eius componat, duas partes illi, quem inſeruire voluerit, tertiam Regi. Et ille iterum per præceptum Regis ſuam libertatem conquirat.

Imperator Pipinus.

LEX XI.

HOmo denarialis* modo ante hæreditatē in ſuam agnationem acquirere poterit, uſque in tertiam generationem perueniat. Et homo chartularius[b] ſimiliter.

Imperator Lodoicus.

LEX XII.

SI quis per chartā ingenuitatis dimiſſus fuerit, & à quolibet homine ad ſeruitium interpellatus fuerit, primum legitimum auctorem ſuæ libertatis proferat, & in ſuam libertatem perſeueret. Si uerò legitimus auctor defuerit cum teſtimonio bonorum hominum, qui tunc aderant, quando liber dimiſſus fuerit, ſe defendere permittatur. Si verò teſtes defuerint, cum duabus alijs chartis, quæ eiuſdem cancellarij manu fuerint firmatæ, vel ſcriptæ, ſuam chartam, quæ tertia eſt, veram & legitimam eſſe confirmet: Cancellarius* tamen talis eſſe debet, qui pagenſibus loci illius notus ſit, & acceptus. Si uerò qui interpellatus fuerit, nec auctorem, nec teſtimonia, nec chartarum collationem oſtendere potuerit, ipſe, qui eum interpellauit ſecundum legem ipſam chartam falſam eſſe faciat, & ſeruum ſuum conquirat. Si verò interpellator, aut auctore, aut teſtimonio, aut chartarum collatione conuictus fuerit. & hoc, quòd voluerit efficere, non potuerit, mulctam, quæ in ipſa ingenuitatis charta continetur, cogatur exſoluere.

TITVLVS XXXV.

De præſcriptionibus.[c]

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SI quis comparauerit[d] terram, id eſt, ſolum ad ædificandum, aut cauſam mācipatam,[2] †

---

a IN anterioris. Permaneat.] Hinc colligunt quidam, quod non poterit aliquis manumittere ſeruum ſuum in eccleſia, ita ut reſeruet ſibi ſeruitium, quandiu uixerit: ſed ideo ita hic dicitur, quia non conſueuit aliquis in eccleſia ſeruum ſuum liberare, ita vt retineat ſeruitium obtentu diuini numinis, ſed ut in totum à ſe dimittat.

b HOmo Chartularius.] id eſt ille, de cuius libertate charta facta eſt, uel fieri debuit.

c DE PRAESCRIptionibus.

Præſcriptio eſt exceptio cauſam ſumens ex tempore. Sed hæc deſcriptio iure Romano potius, quam Longobar. ſumitur: nam præſcri. 30 annorum, quæ tuetur fures, latrones, & inuaſores exceptionem præbet: ſimiliter hypothecaria, quæ datur creditoribus ad petenda, vel vendicanda pignora, tollitur ſpatio quadraginta anno. ſimiliter actiones perſonales, quæ per litis conteſtationem perpetuantur. l. ſicut. C. de præſcri. 30. annorum. veruntamen præſcrip. longi temporis, quæ eſt decem ann. inter præſentes, & xx. inter abſentes, dominium aſſumit: quia eſt uſucapio longa. Sed iure Longobar. aliud eſt: nam præſcriptiones nō tendūt, vt dominium acquirant, vel exceptionem per ſe tribuant, ſed vt poſſidētibus proſint ad probationem tituli, cū nullus titulus ſit: nam præſcri. decem, uel xx. vel x. anno titulum deſiderat, & annos, vt infra no.

d SI quis comparauerit.] i. comparaſſe ſe dixerit. & no. quod l. hoc, quod dicit hæc lex, ſi aliquis per 5. ann. poſſe [illegible] titulo emptionis: & aduerſarius dixerit, non uendidiſſe, ſed liuellario no-

1 † domini.

* *No. benefacienti benefaciamus. le. ſed & ſi lege. §. cōſuluit. ff. de pe. hære. cum primo loco illis tenemur, & c. ca. cum in officijs caritatis, de teſta.*

* *No hominem denarialem eſſe in poteſtate, q. factus eſt liber per manum Regis cum denario.*

* *No. notarium, quē cancellarius hic dicitur. & C. de aſſeſ. & cancel. debere partibus eſſe notū, & gratum. l. ſcimus. C. de iure delib. & pro hoc extat conſtitutio regia. Quando falſa charta ingenuitatis dicitur uide inf. quali. quis ſe defen. l. de chartis.*

2 † mancipatam.

tio nominé dediſſe, quód ſi libellum oſtendere non potuerit, emptor iurare debet, ſe comparaſſe, & per legem ſequentem, ſi quis alium de re mobili poteſt notari: quod ſi quis per quinque annos poſſederit iuſto titulo, quod dominus efficitur: licet quidam contradicant.

& per quinque annos[a] inter perſonas præſentes[b] poſſederit, & poſteà ipſe venditor,[c] aut hæres eius pulſauerit, dicendo, quòd præſtitiſſet, nõ enim vendidiſſet, oſtẽdat libellum ſcriptum,[d] vbi rogatus fuiſſet præſtandi: & ſi libellum non habuerit, nihil aliud faciat emptor, niſi ſacramentum, ſecundum qualitatem pecuniæ prębeat, ſcilicet, quòd cum pretio ſuo ré ipſam cõparaſſet, nec alteri p legẽ dẽat dimittere: túc liceat ei poſtea firmiter poſſidere, qđ ſibi cõparauerit.

LEX II.

SI quis alium de re mobili, aut immobili[e] pulſauerit, dicẽdo, quòd malo ordine poſſideat, & poſſeſſor negauerit: ita ꝓſpeximus, ꝙ ſi per annos quinq; fuerit poſſeſſor, túc ipſe, qui poſſedit, aut per ſacramẽtum debeat negare, aut per pugnam[f] ſe defendere, ſi potuerit.

a *Per quinque annos.* Hæc præſcriptio quinquẽnalis ꝓdeſt duntaxat aduerſus venditorem, & eius hæredes: & prodeſt ad hoc, ne compellatur emptor probare liquido ſe emiſſe, & pretium ſoluiſſe, & poſſeſſionẽ ſibi traditam fuiſſe: ꝙ aliàs neceſſe haberet probare, ſi non præſcripſiſſet tanto tempore. l. cũ res C. de probat. Sed nunquid ꝓſcriptio iſta quinquennalis ſublata eſt? Reſpond. utique ſecundum quoſdam, l. ſi quis per xxx. inf. eo. Alij dicunt, non eſſe ſublatam: ſed eſſe differentiam inter hãc præſcriptionem quinquennalem, & illam 30 annorum: quia hæc habet locum inter præſentes tantum: illa vero inter pręſentes, & abſentes. Itẽ in illa non fit pugna, in iſta ſic, vt inf. l. proxima. Et quod infra ſubijcit, niſi ſacramentum ſecundum qualitatem pecuniæ, hoc ideo dixit, quia ſecundum qualitatem pecuniæ ſolent à reo poſtulari. ſi fuerit cauſa xx ſolid. aut xij. ſeu minor xij. &c. l. ſi qualiſcunque cauſa inf. qualit. quis ſe def. deb.

b *Præſentes.*] Non accipitur, ut iure Roma. quod aliud dicatur inter abſentes, vbi deſideratur geminata præſcriptio.

c *Venditor.*] ideſt, ille, quem poſſeſſor dixerit, uendidiſſe ſibi: quod ſi uenditionem negauerit, dicendo ſe præſtitiſſe, pignori dediſſe, locaſſe, uel aliter conceſſiſſe, idem erit.

d *Libellum ſcriptum.*] Quia contractus frequentius deducebantur in ſcriptis; ſed idem erit, ſi per teſtes probare poteſt, uel per aliud probationis genus, ut per confeſſionem in iure factam, uel coram quinque teſtibus rogatis, ut auth. rogati C. de teſti. licet dici poſſet, quòd iure Longobar. non ſint neceſſarij quinque teſtes, ſed duo rogati ſufficiunt, ut ſupra qual. mun. ali. permiſ. tit. l. ſecunda. Actore autem in probatione deficiente, poſſeſſor (ſi uoluerit) iurabit. quod pretio ſuo comparaſſet: nec per legem aliter dimittere debet: quo ſacramento præſtito, abſoluitur. Illud tamen ultimum non eſt deterioris ſacramenti: quia iuſiurandum non eſt, niſi ſpecialiter hoc agatur: ut ff de iureiuran. l. fin. Sed an hodie locus ſit huic præſcriptioni? dicunt quidam legem iſtam hodie eſſe correctam per Grimoaldos, quod Lutprandus atteſtatur in l. ſi quis chartam. inf. eodem. ibi, quod Rex Grimoaldus, quaſi dicat, non habet hodie locum præſcript. quinque annorum, cum ſit præſcript. triginta annorum inſtituta: econtra quòd locum habet, teſtatur Aſtulphus. infra eodem. l. ſi quis Longobar. ibi, quia anterius edictum, &c. & l. ſequen. quia poſſidet per quinque annos, quæ tunc in facie eius, qui pulſauit per legem ſe defendat: cum Aſtulphus ſumat argumen. ex præſcriptione quinque annorum; ergo non eſt correcta: nam ea, quæ abolita ſunt, non deducuntur in argum. Solu. non dicit Aſtulphus hoc confirmando eam, ſed potius infirmando quaſi dicat, licet in ſuperiori edicto contineatur de quinque ann. præſcri non tamen ſtamus illi, ſed de præſcrip. triginta. ann. loquimur. præterea dicitur infra eodem. l. de poſſeſſione. quod poſſeſſio aliorum hõ. ſe cum l. Longobar. xxx. ann. fin. quaſi dicat, non habet locum præſcriptio quinque anno. ſecundum ius Longobar. ſed xxx ideo iſta duplicantur contra Regem, non v. anno. præſcrip. Tu dic, hanc legem hodie locum habere in caſu, quem ponit, ſcilicet, ubi petitor dicit, rem ſuam fuiſſe. & poſſeſſorem habuiſſe cauſam ab eo, quem poſſeſſor non negat. ſed allegat rem ipſam per v. annos poſſediſſe pro ſuo: quod ſi per teſtes probauerit, poſſeſſor poterit probare per ſacramentum titulum, quem ipſe allegat: alioquin reſtituet rem potiori, quàm ſuam fuiſſe profitetur: ſecus ſi petitor dicat poſſeſſionem inuaſiſſe, & nullam ab eo cauſam habuiſſe: quia tunc non eſt locus huic l. quia contrarium dicere, foret abſurdum: nam facile eſſet cuilibet poſſeſſori ſe tueri per ſacramentum, & petitorem remouere à petitione: uerum ſi petitor dixerit, dolo, uel metu induxiſti me ad uendendum & ideo malafide poſſides: tunc poterit petere poſſeſſorem per pugnam de malo ordine, ut dicunt leges ſeq. Ex his igitur nota, quod præſcript. quinque anno. non parit exceptionem poſſeſſori, ſed prodeſt, ubi titu. acquirendi dominiũ præbet per ſacramentũ: quia præſcriptiones iure Longobar. non præbent exceptionem contra dominos, nec ſunt inuentæ ad dominium acquirendum.

e *SI quis alium de re mobili.*] Hinc nota eandem præſcriptionem eſſe neceſſariam in rebus mobilibus, & in immobilibus, licet iure Romano de mobilibus ſufficiat triennalis præſcriptio. Hæc lex addit ſuperiori, quæ uult, quod per poſſeſſorem, probato titulo per ſacramentum, liceret ei poſſidere: hic poteſt petitor poſſeſſionem impetere de malo ordine per pugnam, quo probato res ei reſtituatur cum fructibus, & acceſſionibus. Item addit formam probationis mali ordinis uſque ad tempus.

f *Per pugnam.*] pugna ſemper eſt in electione actoris, non rei, & locum habet ante probationem tituli, & ſi actor uelit dicere præſcrip. quinque anno. non prodeſt poſſeſſori: & poſt probationem tituli poſſet locum habere, ſi actor allegaret contra eum, quod dolo, uel metu fuiſſet inductus ad uendendum, donandum, commutandum, uel alio titu. quem reus interueniſſe allegat. Et notandum, quòd præſcriptio quinque annorum non ſufficit, nec prodeſt reo, ſi velit probare titulum ab alio, puta cum conueniatur à Titio, & poſſeſſor uelit iurare, quòd per quinque annos poſſedit, uel per teſtes probare ſe habuerit à Sempronio: ratio, quia ſi actor in probatione dominij deficiat, non eſt neceſſe reo ſe defendere præſcriptio. uel titu. Si autem fundauerit intentionem ſuam in probatione dominij: tunc neceſſariæ ſunt poſſeſſori præſcriptiones: & ſi quidem poſſeſſor dicat, ſe habere titu. à petitore, uel ab eius prædeceſſoribus, & liqueret eum per quinque annos poſſediſſe: licebit etiam poſſeſſori titulum probare per ſacramentum. Si uero infra quinquennium conueniatur, neceſſaria ſunt inſtrumenta, uel teſtes ad probandum titulum, quo probato per ſacramentum, licebit actori uſque ad triginta annos pugnam imponere: & fiat pugna de malo ordine, quæ ceſſat poſt triginta annos. & iurare debet, ſe bona fide poſſediſſe: & ſi non ſufficit poſſeſſorem ſemel iurare de titu etiam poſt longa tempora, neceſſe habet iurare de bonafide: & ſi quidem hoc ſacramentum à parte eſt delatum, & præſtitum, prætextu periurij non retractabitur, ut C. de iureiur. l. prima. ſi uero à iudice ſit delatum; & ille, cuius cauſa iuratum eſt, noluerit dicere iuranti, quòd ſciens deierauerit; ut infra qualiter quis ſe defen. debet l. de furto. tunc reuocatur, & pugna locum habet: quod ſi noua inſtrumenta ſe dicat actor inueniſſe. locus eſt reuocationi, ut ff. de iureiur. l. admonendi. Et no. quòd licet teſtes contineantur appellatione inſtrumentorum: quia pertinent ad inſtruendam cauſam, ut ff. de fid. inſtr. l. prima. tamen in caſu prædicto accipitur pro chartulis; ſed ſi conuictus fuerit iurator, rem de qua periurauit, amittat, ut infra de periu. l. 1. quo caſu poſt triginta ann. non fit pugna de malo ordine, ſed de periurio: unde uidetur in idem recipere, quia probatur periurium: nec ſufficit dicere ei, qui pugnam imponit, quod iurator periurauerit, niſi addat, ſcienter.

Rex Grimoaldus.

Idem. LEX III.

SI ſeruus, [a] aut ancilla per triginta annos domino ſuo ſeruierit, de quibus rei veritas cognita [b] fuerit, ꝙ per 30. annos dominis ſuis ſeruiſſet, & per ſuperbiam, aut iuſta patrocinia ſe voluerit de domino per pugnam vendicare, [c] nullatenus ei ꝑmittim[?]: ſed ſeruiat ei, ſicut decet ſeruū, aut ancillam domino proprio ſeruire: ſimiliter, & ſi aldi[?] fuerit, impēdet obedientiā ſuo patrono, ſicut ꝑ triginta annos fecit, & ei noua a domino ſuo amplius nō imponātur: [d] ſed liceat ei res ſuas habere, quas per triginta annorū ſpatiū iuſtè [e] poſſederat.

Idem. LEX IIII.

DE liberis [f] hominibus, quos cōſtat per triginta annorum ſpatium in libertate ſua permāſiſſe, nullam per pugnā patiantur violētiam: ſed liceat eis in libertate ſua permanere, & ſi eos qcūque pulſauerit, liceat eis cum ſacramētalibus ſuis legitimis ſe idoneare.

Idem. LEX V.

SI quis ꝑ triginta annos bona fide poſſederit caſas, familias, & terras, & cognitum [g] fuerit, quòd eius poſſeſſio [h] fuerit poſt † triginta annorū [i] curricula, ad pugnam non perueniat, niſi ipſe, qui poſſedit ſecundum qualitatem pecuniæ cum ſacramēto ſuo ſe defendat: nā ꝑ pugnā, vt ſupra diximus, non fatigetur.

Rex Luitprandus.

LEX VI.

SI quis chartam donationis ꝑ garathinx [k] factā, aut ꝑ ſuſceptū launechild, [l] vel fortè per comparationē

a *SI ſeruus.*] ſ. de quo dubium erat, an ſeruus eſſet, vel liber. Sed contra hanc legem facit l. 2. inf. de præiud. actio Sol. hæc lex loquitur de eo, qui moratur in poſſeſſione ſeruitutis: illa uero de eo, qui moratur in poſſeſſione libertatis. Item contra j̄. eo. l. ſi quiſcunq; Sol. hic certum erat, quod ſeruus domini fuerat: ibi uero fuerat, ſed nitebatur ex ſola poſſeſſione eum exipere in ſeruitutē: quod prohibetur.

b *Cognita.*] non ſacramento, ſed alijs probationibus liquere debet, ꝙ poſſeſſor per 30. anno. poſſediſſet.

c *Vendicare.*] proclamabat de poſſeſſione ſeruitutis in libertatem, & pugnam domino imponebat, ꝙ malo ordine eu poſſediſſet in ſeruitute, & ꝙ non proderat ei poſſeſſio 30. ann. qđ remouet, cum poſt 30. anno. non debet fieri pugna de malo ordine: ſi autem j̄. 30. ann. poſſeſſio ſit, licet ei pugnam domino imponere de malo ordi. ut infra qualiter quis ſe defendere debet. l. ſi ſeruus.

d *Imponatur.*] quia nō debet eſſe ei onerōſa, nouam cōditionem imponendo, & res auferendo, niſi ſi eut per 30. anno. &c. & concor. iuri Rom. C. in qui. cau. co. do. accu. po. l. 1. lib. 11. vbi dñs accipere dēt a colonis q̄tū conſueuit.

e *Iuſtè.*] no. in præſcriptionib. 30. annorum bonam fidem neceſſariam eſſe, quod per totum titulum patet, in quo uetatur, pugnam fieri de malo ordi. poſt 30. anno. non autem infra: ſed dum hic uidetur dicere, quod proſit præſcr. 30. anno. ad aliquid retinendum pro ſuo, uidetur contra. j̄. cod. l. ſi quiſcunque. & l. penultima, & fi. ubi ſpatium 30. anno. non prodeſt ſeruo ad libertatem acquirendam, minus debet prodeſſe contra libertatem. Sol. lex iſta non dicit, ꝙ poſſeſſus per 30. annos fiat ſeruus, ſed quòd non poteſt de malo ordi. per pugnam impetere: & non negat, quin poſſit alijs probationibus uti ad libertatem ſuam uendicandam, vt quia de liberis parentib. natus eſt: & in dubio pro libertate iudicabitur: non. n. ſola poſſeſſio ſeruum facit, & hoc caſu loquitur d. l. ſi quiſcunque.

f *DE liberis*] no. ꝙ ad libertatem defendendam prodeſt præſcr. 30. annorum. ſed contra. inf. eodem l. penult. & fi. Solu. hic prodeſt poſſeſſio libertatis, ut per pugnam non fatigetur, ſed poterit titulum probare ſacramento. & no. ī. l. prox. nec qui dicit ſe dominum, impeditur uti alijs probationib. probando teſtibus, vel inſtrumento, matrem fuiſſe ancillam: & econtra, ille probare manumiſſionem teſtib. vel ſacro, quibus venientibus probatio tituli, vel natalium locum non habet. Vel dic, ꝙ hæc corrigitur per illam. Vel, ꝙ inferior lex eſt intelligenda ſm iſtam. Vel, ꝙ ibi præſumptio erat contra ipſum, quia patrem, vel matrem ſeruum habuerat. Vel hic non conſtabat, quod aliquando fuiſſet ſeruus: ibi verò ſic.

g *SI quis. Cognitum*] i. certum. Erat. n. certa poſſeſſio, ꝙ ſi eſſet incognita, oporteret eam cognoſcere: & ſi dubium eſſet, teſtibus probari debet: quibus deficientibus, ſacramento, ut inf. eod. l. ſi inter fratres. & l. ſeq. Et no. ꝙ quis poſt 30. annos per pugnam hoc fatigetur, ſed defendere cogitur de malo ordine: nam hoc ſacramentum non de poſſeſſione, ſed de malo ord. facit.

h *Poſſeſſio.*] ſ. completa: unde per hanc legem cogatur neceſſario iurare de malo ordine: ergo in præſcriptione 30. annorum neceſſaria eſt bona fides, quamuis lex iſta ſe. indiſtinctè dicat, niſi ipſe, qui poſſe, &c. ad hanc reſpiciens, qđ eſt contra l. rationē, & titulus in hac præſcriptione non eſt neceſſarius, vt ſupra de prohib. nuptijs. l. de his 2. in fi. & non licet ſumere argum. a quadragenaria poſſeſſione in quib. titulus non eſt neceſſarius, ut j̄. eo l. ſi inter fratres. & l. ſeq. ꝙ ſi per triginta ann. poſſediſſet, & modo non poſſideret, per illam præſcriptionem uendicare non poteſt: quod ſecus iure Ro. ſi bona fide poſſederit: iure enim Long. inuentæ ſunt huiuſmodi præſcriptiones non ad acquirendum, ſed ad defendendum: nā iure Ro. datur ei utilis actio in rē: ꝙ mala fide poſſedit, nec a domino, nec ab alio poſſet uendicare: poſſidens tamen utitur cōmodo præſcriptionis: iurare. n. debet poſſeſſor, ſe bona fide poſſediſſe per 30. ann. ſi ſolus ipſe poſſederit: ꝙ ſi prædeceſſores eius, puta pater, iurabit filius de facto. & conſcientia patris, ut ſup. ſi act. re. l. 1. & inf. qualiter ſe defendere debet. l. ſi contigerit. & ſi per multas perſonas poſſeſſio ambulauerit, non iurabit de eorum conſcientia, ſed ſtabitur præſumptioni, cum in dubio bona fides potius, quam mala præſumatur, ut ff. de fideicom. libe. l. ſi cum ſeruum. §. ex iuſta. ut in ſimi. ſi quis damnatus ſit propter uiolentiam; præſumitur de priuata, quæ leuiorem inducit pœnam. ut ff. de pœnis. l. ſi præſes & argum. ff. de ſuſpe. tuto. l. hæc enim cauſa. Quid ſi poſſeſſio continua fuerit interrupta naturaliter, quia alius poſſedit in medio, nunquid tempora prima cum poſterioribus connumerabuntur? Reſpon minimè, cum non ſit continua, ut ff. de diuer. & tempora. præſcriptioni. l. in uſucapione & l. fina. & no. hic. quæ no. ſupra eo. l. ſi ſi ſeruus. in gl. fin. Hodie autem per Longobardo. leges, ſecundum quas iudicatur bona fides in præſcriptione triginta annorum, deſideratur: ſed ſecundum ius Rom. non diſtinguitur poſſeſſio malæfidei, aut bonæ fidei quo ad defenſionem, ſecus quo ad actionem pariendam, ut C. de præſcrip. triginta anno. l. ſi quis emptionis.

i *Triginta annorum*] ſed nunquid, ſi dicit, ſe poſſediſſe per 30. ann allegabit titulum? Reſp. utique, ſecundū quoſdam l. ſi inter fratres. l. de poſſeſſione. & l. placuit. inf. eo. Alij contra. & dicunt ſpſe eſſe inter fratres. & in d. l. de poſſeſſione. dictum eſſe fauore fiſci. & in d. l. placuit dictum eſſe ideo, quia præſumptio faciebat contra ipſum.

K *SI quis Garatinx.*] id eſt, per donationem uniuerſitatis.

l *Launachild.*] id eſt, per donationem rei ſingularis, quæ deſiderant launechil, ut ſupra de dona. Quid, ſi facta ſit donatio rei ſingularis, non ſubſecuto launechild? Reſpon. ſi tradatur, dominiū transfertur, & donatarius habet rei uendicationem contra quemcunque poſſeſſorem, licet donatarius, qui launechil non fecit, quo minus poſſit à donatore,

vel eius hæredib. lannecihil faciat, uel rem donatam reſtituat, ut no. ſu. de don. poteſt itaq; donatarius rem uendicare ante, & poſt præſtitum lannechil, ſi factus fuerit dominus per traditionem.

a *Non poſſederit.*] id eſt, non ꝙ ullo tempore poſſediſſet, ſed poſſidet, qui nunc agit. ſed præſcriptionẽ quomodolibet amiſit: uerum dicebat, ſe has nõ petijſſe a poſſeſſore, quia munimẽ eius abſentatu fuit: quo caſu diſtinguit: nam ſi fuit abſentatum, i. ſurreptum ab eo, qui nuc poſſidet, non poſſet ei præſcriptionem 30. ann. opponere: quia ex quo ſurripuit inſtrm, in quo legebatur, rẽ ad alium pertinere, quãm mala fide poſſedit: & ſic non prodeſt ei dicta præſcriptio, in qua bona fides deſideratur, ut dictum eſt: ſed forte inſtrm ſurreptum fuit ab alio: quod poſſeſſori nocere non dẽt.

1† *Abſentatum.*

2† *Pontificium.*

b *Poſſideat.*] hinc nota, ꝙ in præſcriptione 30. ann. non eſt neceſſarius tit. non. n. dicit lex iſta perueniſſe ad poſſeſſorem per titulum, ſed qui poſſedit per 30. annos, poſſideat, & in antea: ſic ergo inſtrm non roboratum, & oſtẽſum virib. caret cõtra poſſeſſorem bonæ fidei: ꝙ ſi agatur cõtra dominum, qui minori t pe poſſedit, non poſſet tertius ſe tueri, quia nullam habet exceptionẽ, niſi cauſam, & titulum haberet, qui per 30. ann. poſſedit: nam exceptiones actori competentes non competunt mihi: & poſſeſſio actoris mei continuatur cum mea, ut ſupra dictum eſt, & ff. de excep. l. exceptiones. inſtrumentum autem uenditionis, uel alterius contractus prodeſt petitori ad rem uẽdicandam contra poſſeſſorem, ſi probauerit dominum fuiſſe uenditorem, cum per illud inſtrumentum ſe dominum non probabit: proderit tamen ei, ſi uoluerit publicianam intentare, quæ eſt utilis rei uendicatio, ut ff. de publicia. l. 1. & inſt. de actio. §. omnium. uerſi. nanque.

oſtenderit, & res ipſas, unde legitur non poſſederit, [a] & dixerit quòd munimen ſuũ per abſentiam[1] † fuiſſet, & ſi per triginta annos aut ſupra, poſſeſſio iſta fuerit, non habeat aduerſus eum, qui poſſedit, facundiam loquendi cum munimine ipſo, quod oſtendere uidetur, niſi ipſe, qui per triginta annos poſſedit, firmiter poſſideat: [b] quia Glorioſiſſimus Grimoaldus rex triginta annorum inſtituit poſſeſſionem: nã ſi intra triginta annos poſſeſſio ipſa fuerit, poteſtatem [2] † habeat cum munimine ſuo, dicendi, quod uoluerit, & ipſe, qui poſſedit, ſecundum edictum reſpondeat.

Idem. LEX XII.

SI inter fratres per quadraginta annos [c] poſſeſſio fuerit de rebus, ſeu de caſis, vel de terris, quæ indiuiſæ ſunt, vel inter parentes, qui per quadraginta annos poſſedit, qualiter pręſumat dicere per ſacramentum ad ſancta Dei euangelia affirmet, ꝙ de auo, aut de patre, aut de fratre, aut de aliquo parẽte ipſa res ſuas habeat factas, [d] aut per donationem, aut cõmutationem, [e] aut per æſtimationem, aut per comparationem, aut quomodo præſumpſerit dicere, aut affirmare: & liceat ei ipſas res poſtea liberatas habere, & poſſidere. Aliæ uerò res, quę diuiſæ fuerint inter fratres, ſeu nepotes, uel ubi menſura tracta[3] † eſt, ſortes ſtãtes adæquentur: [f] nam ubi per quadraginta annos menſura minimè ambulauerit, [g] & cauſa [h] probata fuerit, quòd iure quirito poſſediſſet, ſicut ſupra legitur, per ſacramentum finiatur, excepto, ſi cõmuniter [i] aliquid poſſediſſet.

3† *Tracta.*

c *S I inter. Per quadraginta annos.*] ſupra Lutprandus, & Grimoaldus induxerunt præſcriptionem 30. ann. inter extraneos: nunc idem Lutprandus inducit nouam præſcriptionem quadraginta ann. inter fratres, uel alios parentes, qui pariter ſuccedunt: ꝙ ſi unus eorum noluerit dicere rem, quæ de aliqua ſucceſſione fuit, propriam fuiſſe, oſtendere debet, qualiter ad eum peruenit: alioquin ueniet in iudicium familiæ erciſcun. uel communi diuidundo. ut C. de probat. l. ſiue poſſidetis. & ſi quidem probauerit teſtibus, uel inſtrumẽtis, poterit ſe tueri a cohæredibus, ſi poſſideat, ſiue contra eum agat. quod cum effectu poterit: ſed ſi uoluerit titulum probare ſacramento, neceſſaria eſt noua præſcriptio, ſcilicet 40. ann. qua per teſtes probata, ſi de ea dubitetur, & ſacramento præſtito, æſtimetur res de iudicio familiæ erciſcundæ. & communi diuidundo: quia non ueniunt ad diuiſionem.

d *Factus.*] id eſt, ꝙ ſi res fuerit de hæreditate aui, uel patris communis, dicere debet, a quo eorum res factas ſuas habet: ſi uerò alterius parẽtis, cui cum alijs parentibus ſucceſſit, dicere debet, quod de illo parente, cui ſucceſſum eſt, res factas ſuas habet.

e *Commutationem*] ex hoc no. ꝙ filius non eſt in poteſtate patris illo iure, cum ualeat donatio, emptio, ſeu permutatio inter patrem, & filium. Sed dic, ꝙ ideo præſcriptio eſt neceſſaria: quia donatio facta a patre in filium non ualet. Item no. ꝙ dñium rei tranſit in filium per traditionem factam ex aliquo dictorum cõtractuum: unde liquet, ꝙ præſcriptio 30. an. non eſt inuenta ad dñium acquirendũ, uel defendendum, ſed ut per titulum dñs factus ſit, ſi per 40. an. poſſedit, ut no. ſup. eodem, in princip. & ſic præſcriptio 40. anno. nec actionem, nec exceptionem parit: ſed titulus eſt cauſa actionis pariendæ, & defenſionis inducẽdæ.

f *Adæquentur.*] i. nõ debent res diuiſæ in communionem iterum deduci: ꝙ ſi deceptio inuentatur, reducatur ad æqualitatem: pro quanta autem deceptione debeat adæquatio fieri, no. ſup de prohib. alie. in l. ſi infans & debet fieri adæquatio cum nulla interceſſerit obligatio inter diuidentes, ne cõtra diuiſionem ueniant: alias ceſſat, ut no in d. l. ſi infans.

g *Ambulauerit.*] i. ubi res indiuiſa, ſed ex cõſuetudine aliqs tenet, ut propriam.

h *Cauſa.*] i. titulus ſecundum quoſdam. quod non placet: nam (vt dictum eſt) probato titulo, cum ſacramento, non debet iterum probari: ſed dic, cauſa. i. quadragenaria præſcriptio, ut hic, ꝙ iure quirito, &c nam præſcriptio 40 anno. non debet ſic probari, ut hic in litera, in qua tenor ſacramenti continetur: unde quadragenaria pręſcriptio tollit utranque quæſtionem. tollit enim. q. adæquationis ſi quadraginta anni ſint elapſi poſt diuiſionem: tollit etiam probationem teſtium, & inſtrumentorum, & admittit probationem per ſacramẽtum: quod enim hic in ſi legitur, excepto ſi cõmuniter &c. quia tunc nullus poterit opponere præſcriptionem contra aliũ: quia præſcriptiones ſunt inuentæ, ut obijciantur non poſſidentibus: unde ſi communiter poſſiderunt, præſcriptio ceſſat: quod uerum, quantum ad res ipſas: cæterum iudicium familiæ erciſcundæ, & communi diuid. non poterit contra inuitum moueri, nec inuitus cogetur ad diuiſionem: quia omnis actio tollitur ſpatio 40. anno. ut C. de an exceptio. l. 1. no tamen eſt, quod hæc præſcrip. 40. anno. ſpecialiter eſt introducta in communi ſucceſſione inter fratres, ſiue parentes: ſecus ſi communiter eis ſit legatum, uel aliquid emerunt, 30 ann. præſc. tunc locum habet. Item ſi ſint inſt. de hær ab extraneo.

i *Communiter.*] quo caſu nihil poteſt poſſidẽdo acquirere: ſed oportebit diuidere cum hærede: quia in communione nemo ſtare compellitur. l. ult. C. commu. diui.

Idem. LEX VIII.

DE poſſeſſione, quã aliquis de publico hẽt, [k] & per quadraginta ann. quietus poſſedit, liceat ei in antea ſine aliqua moleſtatione habere, & poſſidere. Hoc autem ideo ſtatuimus, quia poſſeſſio aliorum hominum ſecundum legem Longobar-

k *DE poſſeſſione. Habet*] i. habere ſe dicit, prodeſt præſc. 40. ann. cum diſt. infra poſita.

Fiant.]

dorum in triginta annis finitur. Cauſas quidem regales, vnde cõpoſitio expectatur, duplicatas ſtatuit deceſſor noſter Rothari[g] rex cõponere: propterea nobis rectum cum noſtris iudicibus cõparuit eſſe, vt etiam in iſta cauſa de poſſeſſione duplicentur ipſi anni, vt fiant [a] ſexaginta: & ſi iudex, aut actor noſter ipſum, qui poſſeſſionem talem habet, pulſauerit,[b] ꝙ ipſam rem iniuſte poſſediſſet, aut inuaſiſſet, & nõ ſint completi ſexaginta anni, tunc ille, cuius poſſeſſio eſt, dicat, iuratus ad ſancta Dei Euangelia,[c] aut de ſe aut de patre, aut de auo, quod ipſas res ꝑ principẽ qualem auſus fuerit nominare, data fuiſſet, & ipſe, aut parentes eius per ſexaginta annos [d] poſſediſſet, nec eam per legẽ [e] dimittere debeat: & ſit poſtea ſecurus. Et ſi hoc facere auſus non fuerit, aut fortè gaſtaldius, aut actor probare potuerit, ꝙ completa 60. annorũ poſſeſſio iſta non ſit, & veritas apparuerit, ꝙ de publico fuiſſet, aut oſtẽdat præceptũ,[f] aut amittat rem ipsã in publico ſi 60. anni ipſa poſſeſſione nõ fuerint completi:[g] & ſi forſitan aliquis de ſeruo, aut aldione Domini regis cõparauerit,[h] & probata cã fuerit, relaxet ipſam rem in publico: quia ſeruo, aut aldione regis poſſeſſio venditionis eſſe non dẽt, ſicut nec de aliorũ[i] ſeruis, aut aldionibus.

Idem. LEX IX.

SI quis poſſederit[k] qualemcunque rem mobilem aut immobilem per chartã falſam & ꝓbatũ fuerit, ꝙ per ipſum munimẽtum falsũ, rem ipſam poſſideat, non eum defendat poſſeſſio ſua, hoc eſt, 30. annorum, nec excludat illum, cuius res legib. fuerit, ſed amittat rem ipſam, q̃ per chartã falsã[l] poſſidere videtur: 1 † ſic tñ, vt diximus, ſi ꝓbatum fuerit, & ille ipſam rem recipiat, cui antea pertinere per legem debuerat.

a *Prom.*] hinc no. hodie eſſe derogatum præſcript 5. ann. cũ duplicaretur ꝫ fiſcum; ſed præſcriptio 30. anno tantum duplicaretur per Lutprandum, vt hic, quia poſſ. alio. homi. &c.
b *Pulſauerit.*] i conuenerit poſſeſſorem rei vendicatione, uel interdicto, vnde ui.
c *Euangelia.*] cuius iuramenti tenor habetur in l. 1. ſup eo. t. quod alienata fuiſſet res per talem principem &c.
d *Per 40. an.*] à tempore alienationis cõputandos: & ſic titulus per ſacramẽtum probatur: unde dicũt quidam, ꝙ ſi contra fiſcum admittatur probatio poſſeſſionis per ſacramẽtum: multo magis probatio præſcr. in his præſcrip quæ inter priuatos locum habet, qđ non placet: cum tenor ſacramenti, de quo lex iſta, cõtineat tps, & poſſeſſionem: tenor autem ſacramenti, de quo ſup. l. proxi. ſolum ti. continet. unde nõ eſt bona ſimilitudo. Item tenor ſacramenti p̃ſcriptionis tricẽnalis diſtat à ſacramento, qđ per l. iſtam defertur: & ideo dẽt inter parentes probari præſcrip. 40. an. idem inter priuatos, quæ eſt 30. anno.
e *Eam per legem.* hęc non eſt de tenore ſacramenti, ſed ſequitur ex ſacramento iã facto: nam facilius ꝓbatur per teſtes, quẽ poſſediſſe 30. uel 40. ann. quàm per 60. ideo in illis opus eſt teſtibus: non autem in hac. Sed quomodo poſſeſſor conuentus (fortè minor 30. an.) iurabit, quòd pater, aut auus, quos nunquam uidit, poſſediſſet, & ei princeps alienaſſet? Reſp. licet iu Ro. diſtat hæreditarium ſacramentum à principali, ut C. de iureiuran. l. generaliter. in princ. non autem iure Longobard.
f *Preceptum.*] i inſtrumentum alienationis.
g *Non fuerint completi.*] uidetur impoſſibilis probatio, cum ſit negatio facti, quæ per rerum naturam probari non poteſt, ut C de probatio. l. actor reſpon. rerum naturam, ideſt per conſuetudinem cauſarum, quæ eſt ut affirmans probet aſſertionem ſuam, non autem negans negatiuam, ſed contradictoriam affirmatiuam, per quem remanet probata negatiua, ut ſi quis dicat, Socrates non eſt lapis, ſi probat affirmatiuam, quòd ſit homo, probat, quòd non ſit lapis, ut aliàs contingit: Titius contra Semptonium dicit promiſiſti mihi Capuæ uiginti. Sempronius negat, probans affirmatiuam per negatiuam, probando eodem die fuiſſe Romæ, ut inſtitu. de inutil ſtipula. ita & in caſu noſtro, ut actor publicus probet infra iſtud tempus alium poſſeſſorem in medio: & ſic probabit, quòd non fuerunt completi quadraginta anni: quod ſi conſtat rem fuiſſe principis, opus eſt poſſeſſori, ut oſtendat inſtrumentum alienationis, ſiue teſtes, qui cum inſtrumentis parem uim habent, ut C. de fide inſtrumentorum. l. in exercendis. aut neceſſe habet rem reſtituere.
h *Comparauerit.*] non enim prodeſt ei allegare titulum, quia ſciuit, aut ſcire debuit, ꝙ à ſeruo, vel aldione emerit: vnde eſt in mala fide, nec prodeſt ei allegare titulum, qui diſcrepat à iure: quia habetur pro non titulo.
i *De aliorum.*] ſcilicet, priuatorum: qui caret bona fide, non prodeſt ei præſcriptio triginta annorum: verum ſi ſeruus, vel aldio priuati dixiſſet ſe alienare ex domini iuſſione, proderit emptori præſcriptio triginta annorum ſecundum ſententiam dicentium, titulum non deſiderari in præſcriptione triginta annorum, ſed tantum bonam fidem. quod in præſcriptione 40. an. locum non haberet. Ex his ergo no. præſcriptionem 40. annorum ꝓdeſſe, non ad actionem pariendam, vel defenſionem inducendam per ſe, ſed vt probetur titulus ſacramento: quia aliàs probari debet per teſtes. Quæritur, an ſi comites, vel Barones, conueniant aliquos, debeat contra eos opponi duplicata præſcriptio, vel poſſint duplicatas petere compoſitiones à ſubditis? videtur, ꝙ ſic: nam allegant ſe habere iura regalia, & actiones regi competentes: & ſicut rex poteſt exigere duplã compoſitionem: ita & ipſi: & ſicut contra regem eſt duplicata præſcrip. ita & contra ipſos: nam ſicut ad emptorem hæreditatis tranſeunt omnia onera hæreditatis: ita ad comites, & Barones trãſeunt omnia iura regalia? Reſpõ. nequaquam: nec ob. quod dictum eſt, 1† *Veluti* quia attenta illa ratione, ſequeretur, ꝙ eam etiam allegarẽt milites qui à comitibus, & Baronibus feuda accipiant, quod non eſt dicendum: eſt igitur regium priuilegium, & perſonale inductum fauore ſuæ dignitatis: nã vnum, & idem ius diuerſum ſortitur effectum ſecundum perſonarum qualitatem, ꝑuta extraneum mundualdum habere mundium viduæ, quæ ſi virum accipiat, & moritur maritus, ei ſuccedit, excluſis ſororibus, & filijs per legem regiam: cum extraneus mundualdus fuiſſet excluſus per ſorores, ut ſup. de ſucceſſ. l. ſi ſorores. vnde alium effectum habet mundium in perſona mariti, quàm extranei mundualdi, quod contingit priuilegio mariti. Item ſi pater, aut frater mundualdi ſint, poſſunt ſororem inuitam ad maritum tradere, & infra 12. annos deſponſare. l 2. ſupra de prohibitio. nup. quòd extraneus mundual. facere non poſſet: imò amittit mundium, & etiam punitur, vt d. l. 2. Sic ergo hæreditariæ actiones. licet competant regi, alium effectum habent in perſona regis, & alium in perſona cohæredis: quod & iure Rom. contingit: nam vna, & eadem actio ſi competat, tollitur priuato ſpatio triginta annorum: ſi verò eccleſiæ, durat vſque ad quadraginta annos. auth. quas actiones. C. de ſac. ſan eccl nam debita, & credita terminum faciunt, ſecus ſi hæreditas ad manus regias peruenerit, ut ſupra de ſucceſſ. l. ſi quis ſine herede. quæ non faceret ſi ad manus priuati perueniret.
k *SI quis poſſederit.*] hic no. quòd etiam in re mobili ſit neceſſaria præſcriptio triginta annorum, quod concor. iuri Romano: ſi res mobilis bona fide, & iuſto titulo poſſideatur, tunc vſucapitur: quæ vſucapio incognita eſt iure Longobar. nam ſi careat titulo, neceſſaria eſt præſcrip. 30. annorum, niſi iuſtus error habeatur pro titulo.
l *Falſam.*] ſi quidem ſciret inſtrumentum falſum per quod ſ poſſideat, non prodeſt ei præſcriptio triginta annorum

quia

Rex Rachis.

LEX X.

REminiſcimur enim, q̃a in anteriori edicto continere dinoſcitur, de liberis fœminis, quę ſeruis copulantur, vt quandocunque inuentæ fuerint, in ſeruitium reducentur. Sed quia Grimoaldus rex ſtatuit de his, qui per 30. annos in libertate vixerunt, vt in ſeruitium non replicarentur: tamen quia curtis regis poſſeſſio [1] † impedit, niſi per 6). annorum curricula, ſicut dominus Lutprãdus rex inſtituit: ideo diffinimus, ſi quæ fęminæ à modo inuentæ fuerint, quæ ſibi ſeruos copulauerint, & per 60. annos in libertate permanſerint, ipſæ, & filij, & filiæ earum, atque qui de ipſis procreati fuerint, inuenti, nullus eos in ſeruitio replicare præſumat, ſed in libertate ſua pmaneant, ſicut per ſexaginta annos permanſerunt. Si autẽ à modo præſumpſerit cuiuſcunq; ſeruus arimannam ducere vxorem, ſic exinde detur iudicium, ſicut in anteriori edicto legitur.

Rex Aſtulphus.

LEX XI.

SI quis Longobardus qualemcunque rem poſſederit: & cuſtodes locorum venerabilium de ipſis rebus eũ moleſtauerint: & ipſe poſſeſſionem ſuam per 30. annos conſignauerit, & eius claruerit poſſeſſio, poſſideat & in antea. Similiter & venerabilia loca faciãt de rebus, quas ipſa poſſident, ſi à Longobardis fuerint pulſata: quia anterius edictum cõtinet de quinque annorum poſſeſſione, vt q poſſederit per quinque annos in facie eius qui pulſauerit, ipſe ſecundum legem defendat ſę, & loca venerabilia * inter ſe de rebus quibuſlibet per 40. [2] † annorum poſſeſſionem excludantur. [a] ideo iuſtum diximus, vt qui per 30. annos poſſederit, poſſideat & in antea.

quia non poſſidet bona fide, quæ iure iſto conſideratur: q̃ſi ignoret, non caret bona fide: quia non contrahitur crimẽ niſi voluntas nocendi interceſſerit: quæ vera ſunt, quo ad euitandam pœnam falſi, vt non componat guidrigild. nam ſnia per falſa inſtrumenta prolata nullius eſt momenti, vt C. ſi ex fal. inſtrumẽ. per totũ, ſi vires ſumpſerit ex falſo, vt C. dicto ti. lege, falſam quidem ita & hic nõ dẽt prodeſſe. poſſeſſio poſſeſſori: quia p chartam falſam poſſedit: nec tranſactio hoc modo compoſita ualet l. ſi ex falſis. C. de trãſactionibus. & reſcriptum per mẽdacia impetratum facit impetrantem carere impetratis, vt C. ſi contra ius uel vtilitatem publicam. l. & ſi legibus. Item ſi quis per falſos codicillos petat legatum, ſi vult abſtinere ab vſu, liberatur à pœna falſi: quia ipſe non confecit eos. lege, codicillos. C. ad legem Cor. de fal l. ſi falſos. Ita hic liberatur a pœna falſi inſtrumenti, ſi abſtinere velit: & ſicut in ſuperiori caſu rem, quam uolebat per falſos codicillos conſequi, amittit: ſic ẽt amittet iſte poſſeſſionẽ, quam per chartam falſam detinuit. ar. l. diuus Claudius. §. planè. ff. ad legem Corn. de falſis vbi is, qui ſibi legatum adſcribi fecit in teſtõ, ſi teſtũ generali ſubſcriptione teſtatoris ſit conſignatum. tunc pœna falſi remittitur ei, ſed à petitione legati abſtinere debet: ita in caſu iſto, vbi poſſidens per chartam falſam, ſi confecit ipſe, vel ſcribi fecit inſtrumentum, non euitabit pęnam. l. falſos. C. ad l. Cor. de fal. quod procedit, ubi conuentus inſtrumentũ in iudicium protulit, quod falſum eſt repertum: quòd ſi in iuribus tantum falſum fuiſſet rem non amitteret, ſed purgaret ſe per ſacramentum de malo ordine.

a SI quis. Excludantur.] no. quod ordo eccleſiarum viuit iure Rom. & non Longob. ſed quare excluditur hic præſcr. 30. ann. à Longobardis poſſidentibus? Reſp. lex iſta reducit ad memoriam pręſcr. 5. ann. q. d. anterius edictum continet præſcriptionem, quam ꝯ eccleſiam nolumus valere, ſed extendimus eam vſq; ad 30. & ſic vr̃, ꝙ fauore eccleſiæ ſit lex iſta, quæ non debet ad eius læſionem retorqueri. l. quod fauore. C. de leg. & C. de fide inſtr. l. plures. Vtetur ergo eccleſia quo iure voluerit, aut iu. Ro. aut Longo. vel dic, quod hic cauetur, eccleſiam preſcribere ſpatio 30 an. quod uidetur ſtare non poſſe: quia eccleſia viuit iure Ro. vt inf. de epiſ. & cler. l. ut omnis ordo & iure Rom 40. annis præſcribit, & præſcribitur, auth. quas actio. C. de ſacroſanct. eccleſ. An ergo præſcriptio 30. ann. competat actori Longobardo, cum quadraginta anni ſint completi? Reſpon. vtique. ſed hic non defenditur eccleſia iure ſuo, ſed ſe actione Longobardi defendit: ſic nõ ob ſuum fauorem, ſed ob Logobardi iniuriam: nam qui paſſus eſt, ſe uendi ad pretium participandum emptori ſcienti, venditus ad libertatem proclamat ob emptoris iniuriam tantum. l. liberis. §. ſi quis ſciens. ff. de liberali cauſa. & qui libertum eximit in ius uocantem, non punitur edicto, & hoc ob liberti iniuriam, non ſui fauore. l. ſecunda. ff. ne quis eum, qui & ſi rem alienam quis ſciens emerit, ſi euincatur, aget de euictione emptor ob emptoris iniuriam tantum. lege, ſi quis fundum. C. de euictionibus. Sic ergo licet dominium non acquirat eccleſia tamen quia Longobardi actionem amittunt ſpatio 30. annorum ideo eccleſia ſe tuetur: quia ſine actione nemo experitur, lege, quoties. §. item ſi temporali. ff. de adminiſt. tu. ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. videamus. Sed oppon. nam non videtur amiſſum, quod alteri eſt acquiſitum vt ff. ex qui bus cau. maio. l. nec ſol. præſcriptio triginta annorum non eſt inuenta ad dominium acquirendum, ſed ad exceptionem parandam: eccleſia ergo opponit exceptionem Longobardo agenti, & ſi dominium non acquiſierit: & licet actio non tollatur ipſo iure in præſcriptione triginta annorum, quia tempus non eſt modus tollendæ actionis ipſo iure, tamen actio efficitur inutilis Longobardo, qui vult agere præſcriptione triginta annorum: nam quo ad effectum nil intereſt, vtrum nullã habeat actionem, an talem, quæ per exceptionẽ tollatur. l. 1. ff. de dolo. hoc procedit, vt Longobardus agens contra eccleſiam repellatur: ſed ſi eccleſia velit agere contra Longobardum, videtur, quod non ſit repellenda, ut in prima quæſtione no. ad fauorem eccleſię lex iſta fuit inuenta: ſi uero noluerit uti hoc fauore, poterit cum effectu agere: cum rex non potuerit leges contra eccleſias condere, quæ ſunt ſuæ iuriſdictioni ſubditæ. Sed reſpon. quia ſingulariter cuilibet permiſſum eſt ſuo iure ſe defendere: ſed Longobardus itaque ſuo iure ſe defendit, vtendo præſcriptione triginta annorum, vt in ſimili. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuũ vnicuique tribuens. l. iuſtitia ff. de iuſti. & iu. &c. Item iuris præcepta ſunt hæc honeſtè viuere &c. cum ergo ius ſuum cuilibet tribuatur, poteſt Longobardus iure ſuo uti contra Romanum, uel contra Longobardum vtentem iure Romano: vt ſi clericus conuentus coram iudice ciuili, de crimine ciuili, debet iudex ei ſeruare priuilegia, vt C. de epiſcop. & cler. auth. clericus in lite. & argum. eius, quo vtimur hodie, vt ſi Romanus producat teſtes contra Francos, licet iure Romano obtinere deberet Romanus quia atteſtationibus teſtium ſtari debet, Francus tamen iure ſuo vtetur, & obijciet pugnam cõtra teſtes, ſi voluerit: cuilibet enim ſe defendere ſua lex permittit, licet ſit contra ius actoris: nam ſi Romanus, & Longobardus pactum faciant, Longobardo quidem oritur actio iure Longobardo: quia ſtantia, quæ fit inter liberos homines, ſtare debet: & tamen ſi Romanus ex hac ſtantia conuenitur, vtetur iure ſuo quo non oritur actio ex nudo pacto. Item Romanus poteſt producere teſtes iure ſuo, exceptis mulieribus. de adulterio condemnatis. l. ex eo. ff. de teſti. verum Longobardus ſe tuetur iure ſuo, quo mulier ad teſtimonium non admittitur. Ex his colligitur, quòd Longobardus tuetur ſe præſcriptione triginta annorum contra eccleſiam. Alij dicunt huic l. locum non eſſe, & interpretationem Aſtulphi, per quam dixit, quia loca venerabilia inter ſe præſcribunt annis quadraginta, non eſſe veram: quia non tantum vna eccleſia con-

tra

1 † Poſſeſſionem.

* No. loca venerabilia inter ſe 40. ann. præſcr. tantum excluduntur c. I quarta. de præſcri. & auth. quas actio. C. de ſa. ſan. ec. & quæ dixi in §. 1. de præſcri. lo. conſuetudinis.

2 † 60.

ua aliam habet actionem vſque ad quadraginta annos, ſed etiam contra quemlibet Romanum authen. quas actiones. C. de ſacroſa. eccl. & in hac opinione procliuior ſum, quo ad hoc ut eccleſia non excludatur præſcriptione triginta annorum.

Idem. LEX XII.

SI quiſcunque[a] homo pro bonitate ſua introierit in ſeruitium iudicis, aut alicuius hominis, & deſeruierit, vel filijs, vel nepotibus eius, & claruerit veritas, ꝙ parentes eius omnes liberi fuiſſent, & poſtea in ſeruitium detinere voluerit, dicendo, quòd per triginta annos ei, vel parentibus eius ſeruiuiſſet, non poſſit eum per ipsã poſſeſſioné tenere: quia impoſſibile[b] eſt, & contra Dei præceptũ, dum omnes eius parétes liberi ſunt, & ipſe ſolus, qui voluntariè ſeruiuit, in poſſeſſione: nã ſi ꝓ furto, aut alia malitia, ſicut edictũ cõtinet, ad ſeruiendũ in manus datus fuerit, & probatũ fuerit, deſeruiat, ſicut & in antea. Si verò eius parentes ſerui fuerunt, & ipſe ſolus in libertatem tédere voluerit, ſi ipſe libertatem ſuam idoneare per chartã, aut per homines liberos, vel ꝑ poſſeſſionem iuſtam non potuerit, deſeruiat, vt in antea.

Imperator Lodouicus.

LEX XIII.

PLacuit nobis de liberis, vel illis hominibus, qui ſe per triginta annos liberos eſſe dicunt, vt per hanc poſſeſſionem liberi non ſint,[c]

a *SI quiſcunque.*] ſed contra ſup. eod. l. ſi ſeruus aut ancilla. Sol. ibi certum erat, quod ſeruus domini fuerat: hic uerò fuerat, ſed ex ſola poſſeſſione nitebatur eũ eripere in ſeruitutem, quod hic prohibetur. Sed dicet aliquis, ſi ibi certum erat illum ſeruum fore, ad qd prodeſt 30. ann. præſcriptio? Reſpon. ut dominus per pugnam non fatigetur poſtea: tamen inf. 30. an. poſſet ſeruus dicere ſe liberum, & per pugnã hoc probare.

b *Impoſſibile.*] contra ſupra eod. l. 3. ubi poſt præſcriptionem 30. anno. remanet in ſeruitio. ſol. ibi, quando nulla præſumptio eſt pro libertate, ſed ſeruus uolebat imponere ei pugnam, qui ſe dominum dicebat: hic autem erat præſumptio, quia parentes eius liberi fuerũt: debet ergo probare, qualiter ſeru⁹ ſit. nec debet pro ſola poſſeſſione in ſeruitute retinen: quia in præſcri. 30. an. non deſideratur tit. contra libertatem tamen deſideratur.

c *PLacuit. Nõ ſint.*] cõtra ſupra de liberis. Solu. ut ibi. Item contra ſupra eodem, l. proxi. Solu. ibi concurrebat poſſeſſio, & præſumptio parentum: hic ſola poſſeſſio.

d *Patre.*] ex hoc ſolo nõ præſumitur liber, cũ liber imitatur ſtatus matris, nõ patris.

e *Matre.*] ſolum hoc ſibi prodeſſet abſque poſſeſſione, 30. ann. ſed ideo dicit, quia incertum erat natum fuiſſe de ingenua.

f *Chartam.*] quæ ſola prodeſſet abſque alia poſſeſſione. ſed fortè dicebatur à non domino eſſe chartam factam: ideo ſola non proderat, ſed cum poſſ. cum qua præſumitur prodeſſe.

DE EVICTIONIBVS.

g *SI quis. Reuertatur.*] hic no. quòd auctor debet laudari ante litem conteſt. quod no. ſupra de rebus inter. Iure autem Roma. uſque ad ſententiam. l. ſi rem, quam. §. finali. ff. de euictio. Item iure Roma. auctor laud. non transfert in ſe iudicium. d. l. ſi rem. ſecus iure Longo. ut hic, & ſup. de reb. in tertia. Quid ſi auctor laudatus negauerit, rẽ vendidiſſe, uel aliam cauſam allegauerit, quare laudari non debeat, uel econtra. aſſerit eum eſſe laudandum, nunquid iudicium actoris differatur, donec finiatur iudicium

inter actorem laudatum & emptorem? Reſpon. utique: nã cum emptor ſe defendat laudando auctorem, conſtare debet prius de iuribus ſuæ defenſionis, vt appareat an debeat actor transferre iudicium in auctorem laudatum: nam reus ſiue peremptoriam, ſiue dilatoriam opponat excep. de iuribus exceptionis primo quærendum eſt, ut C. de excepti. l. ſi quidem. Item quæritur, utrum emptor poſſit laudare fideiuſſorem venditoris, ut in eum transferatur iudicium? Reſp. utique, quia qui ſimpliciter fideiuſſit, in omnem cauſam fideiuſſiſſe uidetur. l. quæro. primo reſpon. ff. loca. & l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſ. cum ſi. argumen. tamen contra. ff. iudic. ſol. l. iam tamen. §. in hac. ubi qui fideiuſſerunt in illa ſtipulatione, non tenetur defendere, licet defenſionem contineat, ut d. titu. iudic. ſol. Sed nunquid cogitur reus ire ad auctorem, qui longè diſtat, & ſe dominum dicit? Reſpond. ad actorem pertinet rem, quam petit, nominare, & ſigna dicere, ut uerisimile uideatur ad eum pertinere, ut in actione ad exhiben. dicitur.

niſi de ingenuo patre,[d] aut matre[e] nati ſint, aut chartã[f] libertatis oſtendant.

Imperator Lotharius.

LEX XIIII.

VT ꝑ triginta annos ſeruus liber fieri nõ poſſit, ſi pater illius ſeruus, & mater ancilla fuerit: ſimiliter & de aldionibus.

TITVLVS XXXVI.

De euictionibus.

Rex Rotharius.

LEX PRIMA.

SI quis comparauerit ancillam, & poſtea venerit alter certus homo, qui eam ſuam dicat eſſe, reuertãtur[g] pariter ad auctorem, tunc auctor ſi vendicare[h] non potuerit, præbeat[i] ſacramentũ, quòd conſcius non ſit fraudis, nec colludiũ feciſſet, & reddat[k] pretium tantum, quantum in illa detulit, quando eam tradidit: & accipiat ancillam ipſam, & proprio domino tradat. Et ſi ancilla ipſa apud emptores filios fecerit, tunc ille, qui eã prius vendit, & vẽdicare nõ potuerit, quãticũque ſint filij ipſius, ꝓ ſuũ diſpendiũ cõparet: & proprio dño reddat, quatenus filij

h *Vendicare.*] ideſt, defendere: nam cum auctor laudetur, ad eum pertinet defenſio in iudicio, coram iudice, non coram arbitro: cum res non intelligatur, niſi per iudicium. l. ſi demum. §. ſi compromiſero. ff. eodem, unde ſi huiuſmodi cauſa compromittatur, arbitri ſententia non nocebit actori contra auctorem laud. & not. quali. defen. debet. l. de furto.

i *Prabeat.*] ſi reo placuerit, quòd ſi noluerit de colludio iurare, condemnabitur in duplum, ut ſupra de coniug. ſer. l. 2. Colludium autem fieri poteſt, dum uenditor dicat alicuis conuenias talem, qui poſſidet ancillam, & ipſe laudabit me in auctorem, & ego me euinci patiar, & poteſt contingere colludium à principio, & etiã in iudicium emergere. Vnde quæritur, utrum ſententia per colludium data cõtra auctorem laudatum noceat emptori? dico emptorem poſſe opponere exceptionem doli mali. ſi uictor conueniat actorem actione iudicati. ar. ff. de doli exceptio. l. ſi procurator. in princ. & l. ſi prætor. ff. de iud. & ſententia ex præuaricatione aduocati lata nullius eſt momenti. l. j. C. de adno. diuerſo. iud. Sed diſtinguendum eſt, cum quo colludiũ fecerit auctor laudatus: nam ſi colluſerit, & noluerit uti defenſionibus ſuis, ſententia tenebit: cum etiam ſi aduocati minoris præuaricati ſint, ſententia tenet: quia opus eſt in integ. reſt. ut ff. de mino. l. minor ante. quòd ſi falſas allegationes admiſerit, non tenebit.

k *Domino reddat,*] debet igitur poſſeſſio ancillæ manere

penes

matrem [a] ſequantur: & ſi auctor mortuus fuerit ſine hæredibus legitimis, & facultas ipſius auctoris ad curtem regis ceciderit, nulla ſit repetitio: [b] ſic tamen, vt det ſacramentum, quòd ab illo comparaſſet, cuius res ad curtem regis peruenerit. [c]

Rex Lutprandus.

LEX II.

SI quis alii [d] homini qualemcunque rem donauerit, & launechild ſuſceperit, & poſtea eam defendere minimè potuerit, tunc aliam talem rem, qualem donauit, * qualis in illa die [e] inuenitur eſſe, reddat, cui donauit, & amplius non calumnietur, & ſi de colludio pulſatus fuerit, ſatisfaciat ad Euangelia, quòd nullum colludium cū alioq́ homine de ea re factum habeat, & ſit abſolutus à culpa: ſic tamen, vt ſupraſcriptā rem conſimilem reddat, cui donauit.

Idem. LEX III.

SI quis commutauerit terram, [f] aruum, [g] vel pratum, aut ſyluam, & ibi laborauerit, & ædificium fecerit, aut clauſuram, aut uineas poſuerit, & poſtea ſurrexerit certus homo, qui ipſum locum ſuum faciat: [h] & ille, qui dedit, minimè potuerit defendere, [i] recipiat res

penes emptorem: quia, reddito ſibi pretio, venditor victus debet ancillam recipere, & proprio domino reddere: vnde videtur contra, quod equus petitus debet eſſe penes auctorem laudatum, idem de ancilla. Sol. erat facilè petitori rationes ſuas oſtendere, & probare ancillam ſuam, ſicut ſi eſſet penes auctorē laudatum: quia actio in rem ambulat cum poſſeſſore, vt C. de alie. iudi. mutan. cau. fac. l. prima. poſſidere itaq; debet emptor, vt habeat facultatem reſtituendi: alioquin ſi ancilla eſſet penes auctorem laudatum, uidetur grauari petitor, ſi neceſſe haberet ducere teſtes, per quos uelit probare ſuam eſſe ancillam, & ire ad emptorem, qui fortè longe diſtaret: maximè cum teſtes non poſſint plenè teſtificari, ancillā ad petitorem pertinere, niſi eam viderint, & cognoſcant, facit l. ſi res interciata. ſup. de rebus interciatis. per quod manifeſtè liquet, quòd auctor laudatus recipere debet rem, de qua laudatur. Vel dic, vt actor uictus reddat pretium, quantum tulit, & accipiat ancillam, ſcilicet, plenariè, ut emptor deſinat poſſidere, & reddat eam proprio domino. nam cum antea accepiſſet ancillam non plenè, niſi quantum ad exitum iudicij: modo, reddito pretio, uidetur plenè accepiſſe, vt poſſit reſtituere, inuito emptore.

a *Matrem.*] videtur ſtare non poſſe: nam cum iudicatum ſit ancillam ad petitorem pertinere: ergo filij eius ſunt ſerui, cuius mater eſt ancilla, & filij ancillæ non ſunt ſerui emptoris: quia partus ancillarum non eſt in fructu, ut inſti. de rerum diuiſio. §. in pecudum. & ideo bonæ fidei emptoris fructus non eſt. Quomodo ergo auctor laudatus comparabit eos ab emptore, cuius facti non ſunt? Reſpondeo, non eſt vere comparatio, ſed præſtatur pro his æſtimatio, & uidentur quaſi comparati.

b *Repetitio.*] ſ. vt ſi uendiderit ancillam qui ſine hærede deceſſit, & veniat certus homo, qui ſuam dicat, non cogatur emptor reſpondere, & auctorem laudare.

c *Peruenerit.*] vt ſupra de ſucceſſ. l. ſi quis ſine hærede nam cum emptor iuret, ſe ab eo comparaſſe cuius bona fide ad curtem regis peruenerunt, iurat, ut repetitio pretij ceſſat à Rege, & in præiudicium ſuum: ſed ideo iurat, ut habeat exceptionem contra petitorem, nec petitor ab eo vendicet ancillam: & ſic debet ceſſare repetitio agentis. Sed mirum, cur ceſſat repetitio ab emptore occaſione regis, cum ſi ipſe rex poſſideret ancillam, non eſſet falſum dicere, ut quis rē ſuam à rege uendicaret. nam rex reſtituendo ancillam proprio domino, nil amittit: ſed ſi ille, cui rex ſucceſſit, rem illam amittit, uidetur, quòd ancillam poſſit à rege vendicare, quia poteſt laudare auctorem. Si uerò empta non ſit, non debet rem alienam, inuito domino, retinere & cum poſſit ancilla his caſibus uendicari à rege, poſſeſſor ancillæ conuentus exceptionem habet, ſi ab eo comparauit, cuius bona ad manum regis peruenerunt, quod uerum, ut impediatur uendicatio petitoris occaſione curtis regis, quando damnum eſſet paſſura, dicta l. ſi quis ſine hærede. ſecus, ſi ille, cui ſucceſſit curtis regia, ab alio emerit: quia damnum non patitur, ſi laudat auctorem iure hæreditario: quia ſucceſſit uenditori, cum ipſa poſſit ſuum auctorem laudare, qui laudatus, ſi defendere non poterit, ad eum pertinebit incommodum, non ad curtem regis, quia recuperat quātum ei abeſt propter ancillæ euictionem, & ita procedit, quod hic habetur, vt ceſſet uendicatio petitoris, quando curtis regia paſſura erat damnum. cæterum bene poteſt ipſa laudari in auctricem, ubi ipſa ſuum habeat auctorem, & ſi quidem aliud dixerit. iam non conſuluit curti regiæ, quæ nullum eſſet damnum paſſura hoc caſu: ſed conſuleretur auctori vltimo, ad quem res, & incommodum pertinet, ut dictum eſt. Cur autem ceſſet uendicatio ancillæ à poſſeſſore occaſione curtis regiæ, cur etiam ab ipſa curte regia uendicaretur ancilla, ſi eā poſſidet, dic, ut in ſimili. nam ſi quis mutuam pecuniam det regi, poterit ab eo petere, ſecus ſi ei dederit, cui rex ſucceſſit. d. l. ſi quis ſine hærede. quod licet ſi contra rationem: ita tamen eſt lex ſcripta, ut in ſimili. ff. qui & à quibus. lege proſpexit.

d *SI quis alij.*] notandum, quod donatio alia uniuerſitatis, alia rei ſingularis, prima non deſiderat launechild: quia ſecum portat onera, & credita, ut hæredis inſtitutio: ideo ſi res euincatur, de euictione non cogitur, quia titulus donationis gratuitus eſt, & nihil donatario abeſt, & non præbet actionem de euictione donatario, & quia res euicta, aut fuit donatoris, aut aliena: ſi aliena, non continetur in donatione vniuerſitatis, cum ſua tantum donare intelligitur: meritò non habet regreſſum contra donatorem: ſi autem donatoris iniuria facta fuit poſſeſſori, unde non aget de euictione, ut ff. eodem, lege ſi per imprudentiam. & C. eodem, l. prima. donatio uero rei ſingularis deſiderat launechild, quod ſi præſtitum fuerit, procedit lex iſta, quia abeſt donatario ſerquidum ad ſimilitudinem emptoris, cui abeſt pretium. Si autem uerum launechild præſtitum non fuerit, ſed imaginarium, tunc quia nihil abeſt donatario, nihil ei præſtabit: quod etiam in uenditione dici poteſt, ut ſi ante ſolutionem pretij res uendita fuerit euicta, non tenetur uenditor de euictione. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. uerum ſi ſciens donator rem alienam donet, licet non ſit ſecutum launechild, ſi donatarius in re donata fecerit ſumptus agit de dolo propter ſumptus, ſi res fuerit euicta. l. Ariſto. § fina. de dona.

e *In illa die.*] ſcilicet, donationis factæ, uel, ideſt, euictionis, unde ſi res donata, & euicta, fuerit meliorata, ſimilis debet reddi, qualis fuit die euictionis: quia fortè donator reſtituet launechild, & præſtabit damnum remeliorationis ad inſtar legis ſequentis, ubi ſi res commutata fuerit euicta, debet commutator recipere rem, quam dederat, & præſtare damnum paſſum propter ædificium, ut ſupra eo l. 1. ibi, quanticunque ſint filij, &c.

f *SI quis commutauerit terram.*] hoc nomen generale eſt, & continet prædia ruſtica, & vrbana, ſed dic terram, ideſt aream, quæ dicitur prædium urbanum. & eſt locus inædificatus in urbe, ut ff. de uerborum ſignifica. le. vrbana.

g *Aruum.*] ideſt, prædium ruſticanum.

h *Suum faciat.*] tunc, ſcilicet, poſſeſſor laudabit auctorem ſuum ante litem conteſtatam, & in eum transfert iudicium: ſed non ſic in rebus mobilibus, & immobilibus. Nam de mobilibus cogitur ire vſque ad tertium garentem uel uſque ad tertium comitatum vult non procedere, ut ſupra de rebus intertia in rebus immobilibus, ubi actor ſequi debet forum rei, nec poterit allegare priuilegium ſui iudicij, ut ff. de iudic. l. uenditor. & C. ubi in rem actio. l. in rem. Item ultimus actor poterit laudari, quia tantum de rebus immobilibus prohibetur laudatio uſque ad tertium garentem.

i *Defendere.*] nota, quòd transfertur iudicium in auctorem laudatum.

* *No. donatorem teneri de euictione. de quo in l. Ariſto. ff. de dona.*

Quah

ſuas, quas dedit: [a] & inſuper ipſum damnum reſtituat ei, quantum appretiatum [b] fuerit, qđ ibi poſtea laborauit, & ędificauit: ſed & đ cõparatione ita ſtatuimus, ſicut de cõmutatione. Hoc aũt de his cauſis diximus, vnde chartas [c] commutationis, aut venditionis hoĩes inter ſe nõ faciunt. Nã vnde chartulas faciunt, & oſtẽdũt, ſic dẽt eſſe, ſicut in ipſis chartulis legit̃. [d]

TITVLVS XXXVII.

De ſanctimonialibus.

Rex Lutprandus.

LEX PRIMA.

DE his fœminis, quę velamen religionis in ſe recipiũt, aut a parẽtibus ſuis Deo vouentur, aut ipſæ elegerunt religionis habitum, aut veſtem monachicam induere videntur, quanquam à ſacerdote conſecratæ non ſint, ſic nobis iuſtum apparuit eſſe pro Dei amore, vt in ipſo habitu in oĩbus perſeuerent, nec ſit excuſatio malis hominibus, * dicendo, ꝙ cõſecratę non ſint. Et ideo ſi copulantur, culpam nõ hẽant: ſed, vt ſupra præmiſimus, q̃ tale ſignum ſuper ſe habeãt, ideſt, velamẽ, vel veſtem ſanctæ Dei genitricis Marię, quocunque ingenio in ſe ſuſcipiunt, poſtea ad ſecularem uitam, vel habitum trãſire nullatenus præſumant, quia cõſiderare dẽt omnis Chriſtianus, quod ſi quiſcunque ſecularis homo parentem noſtrã ſecularem ſponſat, * cum ſolo anulo, eã ſubarrat, et ſuã facit: & poſtea aliã uxorẽ duxerit, culpabilis inuenitur ſolidorum quingentorum: quãto magis debet cauſa Dei, & ſanctæ Mariæ amplior eſſe, ut quæ ipſum uelamen, uel habitum in ſe ſuſcipiũt, in eodem debeant permanere? Si qua uerò fęmina cõtra hoc, quod noſtra inſtituit excellẽtia, egerit, aut marito ſe copulauerit, perdat omnẽ ſubſtantiam ſuam, & deueniat ipſa ſubſtantia in poteſtatem palatij. De perſona uerò eiuſdem fœminæ, quæ tale malũ commiſerit, iudicet rex, [e] qui pro tempore fuerit, qualiter illi placuerit: aut in monaſterium mittendo, aut qualiter ſm Deum melius prouiderit. Simili modo & de uictu, & ueſtimento ipſe princeps ordinet, qualiter illi placuerit. Si autem ille, in cuius mũdio talis fœmina eſt, conſentiẽs fuerit in ſupraſcripto malo, & probatum fuerit, componat guidrigild ſuum: & ille qui eã tollere præſumpſerit, cõponat in palatio regis ſolidos ſexcentos: ſi aũt mũdualdus ipſius fœminę in ipſo malo conſentiens nõ fuerit, medietatem de ipſius ſexcentis ſolidis accipiat ipſe, & rex medietatem. Qui autem talem fęminam rapuerit, cõponat ſolidos mille & præcedat cauſa Dei ſolidos centum, quoniam de raptu ſecularis fœmine cõpoſitio nongentorum ſolidorum in edicto legitur: ipſa uerò, quę nõ ſeruauit eam cauſam, quæ ſupra legitur, & malo ſupradicto conſenſerit, pœnæ ſupraſcriptæ ſubiaceat.

a *Quas dedit.*] ideſt, vt ſumpto iudicio recipiat res à poſſeſſore, non aũt transfertur poſſeſſio rei immobilis in auctorem laudatum, ſicut mobilis, licet transferatur iudicium in eũ.

b *Appretiatum.*] hoc eſt, quòd ſi poſſeſſor expendit centum in re ædificata, non tamen meliorata: quod ſi meliorata, nõ reſtituitur poſſeſſori, niſi quatenus expendit, vt ff. de rei vendicat. l. in fundo. ſed quare auctor laudatus non reſtituet pretium remeliorationis, ut inſtitu. de rerum diui. §. cum in ſuo? Reſpond. quando poſſeſſor bonæ fidei conuenitur, & fertur contra eum ſententia principaliter, tunc habet exceptionem doli mali, niſi reſtituantur expenſæ, vt ibi: hic verò non fertur ſententia contra bonæ fidei poſſeſſorem, ſed contra actorem, qui ſumptus non fecerat, licet poſſeſſor intelligatur victus, auctore laudato: vel ideo auctor laudatus debet præſtare ſumptus remeliorationis, quia fortè mala fide vendiderat, uel condemnatus non poſſidebat: nihil autem intereſt actoris, ſi conſequitur ſumptus remeliorationis à uenditore, ſiue ab emptore: & licet poſſeſſor eſſet condemnatus, exceptionem habet doli mali. niſi reſtituantur expenſæ: exceptio tamen non retrotrahitur ad auctorem laudatum, argum l. ſi a te. §. fin. ff. de re iud.

c *Chartas.*] quid ſi originalia inſtrumenta oſtendi non poſſunt, ut quia deperdita, uel combuſta? Reſpond. ſi ſcheda (quæ abbreuiatura dicitur) ſcripta eſt, poteſt notarius inſtrumentum ſcribere, & erit idem cum primo, argument. §. ſed & unum. Inſt de teſt. Item quid ſi inſtrumentum, uel alia ſcriptura authentica præſentata ſit iudici, & notario. & fideliter exemplata cum ſubſcriptione iudicis, & notarij, an probet ſicut prima? Videtur, quòd non, quia originalia ſunt oſtendenda, non exempla, ut probent. authentica. ſi quis in aliquo. C. de edend. puto, quòd hoc exemplum ſit authenticum. quo ad probandum factum contentum in originali, & quo ad probandum tenorem ſui originalis, qui probari poteſt per plures, qui uiderint, & legerint. argument. legis, ſicut iniquum. C. de fide inſtrumentorum, ubi ſolutio poteſt probari per exemplum apochæ ſubſcriptum à debitore argumen. l. chirographis ff. de adminiſtra. tuto & argumen. §. primi, in authen. ut fra. fi.

d *Legitur*] hic no. ſecundum quoſdam, quòd omnino ſtandum eſt inſtrumentis publicis, quibus non poteſt per teſtes derogari. & not. ſupra de debi. & gua. l. ſi quis amodo. quod uerum eſt. ſed ex hac lege non poteſt hoc notari: ſed intellige, quòd contrahentes aliquando promittunt euictionem in duplum, aliquando renunciãt, & non curant, ut promittant euictionem. quaſi dicat, ſupra dicta obtinent, quod pactio ſeruetur inter contrahentes: re euicta ſtari debet pacto. l. prima ff. de pactis. Sciendum eſt, quod in ſuperioribus legibus tempus euictionis inſpicitur: quia uenditor debet præſtare pretium remeliorationis rei, argument leg primę, ſupra eodem, ibi, quanticunque ſint filij, &c. & argumen. l. primæ, ſupra de donat. ibi, qualis in illa die, &c. ſi autem facta ſit res deterior tempore euictionis, non minus debet reddi pretium, quanti res eſt empta, ut ſupra eodem, l. j. quia pretium abeſt emptori. Item ſi res commutata facta ſit deterior, non minus debet reſtitui res data in commutatione: quia per leges iſtas inſpicitur tempus euictionis ut reſtituatur melioratio. Item tempus contractus, ut reſtituatur contrahenti, quantum ei abeſt inſpecto tempore contractus: & hoc, ſi nihil inter contrahentes cautum ſit: nam ſi promittatur euictio, & agat emptor ex ſtipulatu, inſpicitur tempus contractus, quantumcunque res ſit effecta deterior. l. ex mille. ff. eod. ubi ſi mille iugera uendita ſint, & 200. flumen abſtulit, & 800. empta ſint, agetur de euictione pro 200. ſi au autem res effecta ſit deterior, inſpicitur pretium rei, ut ff. eod. l. euicta re. Item tempus diuiſionis inſpicitur in rebus diuiſis, quia ſi effecta melior melioratio debet reſtitui.

* *Quæ mala, & delicta ex peccato cum monali perpetrato oriantur, vide textum in c. virginitatem & ibi gl. 27. q. 1. & d. cauſam, & q. vide ad hunc ti.*

* *No. arg. de matrimonio carnali ad ſpirituale. c. inter corporalia. de tranſla. epiſco.*

DE SANCTIMONIALIBVS.

DE *his. Iudicet rex.*] hoc corrigitur per l. ultimam, infra eodem, quia hoc non conceditur regi, ſed epiſcopo.

Idem. LEX II.

Religioſa fœmina, quæ veſtem, & habitum ſanctæ religionis in ſe ſuſceperit, & ſi contigerit ex peccato, vt adulterium voluntariè committat, quicunque ipſam ſanctimonialē fœminā adulterauit, componat ſolidos ducentos: quia de ſecularibus fęminis edictum cōtinet, vt componantur pro adulterio ſolidi centum: & nos proſpeximus veram eſſe iuſtitiam, vt Dei omnipotentis cauſa, & ſanctæ eius genitricis Mariæ, cuius veſtem ſuſcepit, duplicentur: de pecunia autem eiuſdem religioſæ fœminæ, quæ quod abſit, voluntariæ adulteriū perpetrauit, ſic fiat, ſicut iam antea de religioſis fœminis ſtatuim⁹, quæ ſe marito copulauerint.

Idem. LEX III.

Si quicunque homo liber ancillam ſuam pro religionis, & munditię cauſa veſtem religioſam induerit, vt ei, ſicut conſuetudo * terræ iſtius eſt, ad offerēdam oblationem per loca ſanctorum, debeat portare: & cōtigerit ex peccatis, vt quiſpiam homo eam ad vxorem ducat, vbicunque inuenti fuerint, ſeparentur, & componat ipſe, qui eam tulit vxorem, domino eius ſolidos quadraginta, & illa reuertatur in priſtinum ſtatum. Quod ſi aliquis eam, quod abſit, adulterauerit, ſimili modo componat domino ſolidos quadraginta, quia anterius edictum de gentili ancilla adulterata viginti ſolidos continet, vt cōponantur de Dei ancilla, quia iuſtum eſt, vt compoſitio duplicetur: veruntamen ſtatuimus, ut ſi probata fuerit cauſa per presbyterum, aut alterum clericum, quomodo ipſa ueſte religioſa induta, ut non fiat alicui homini calumnia pro figmento, ſed certa ueritate: & dum probatio uera facta fuerit, ſic ipſa compoſitio fieri debeat.

Idem. LEX IIII.

Si qua [a] mulier religionis uelamē induta fuerit, obſeruatis omnibus, qualiter in ſuperiori capitulo affixa ſūt: & monaſterium intrare uoluerit, ſi filios, aut filias habuerit, in quorū mundio eſſe inueniatur, [b] cum tertia portione de proprijs ſuis rebus intret in monaſteriū: & poſt obitum eius remaneat in ipſo monaſterio, vbi ipſa intrauerit. Si uerò filios, aut filias non habuerit, cum medio de rebus ſuis intret, & poſt eius deceſſum remaneat ipſa medietas in poteſtate monaſterij: nam ſi in domo remanſerit, [c] poteſtatem habeat de rebus ſuis iudicare pro anima ſua, ubi uoluerit, in tertiam partem: duę uerò portiones ex rebus eius, ſunt in poteſtate eius, ad quem mundium [d] de ea pertinet.

Imperator Lotharius.

LEX X.

De ſanctimoniali fæmina ſtatuimus, ut ſi adulterium fecerit, & inuētum fuerit, res, quas habebat, in fiſco noſtro ſocientur: perſona uerò eius ſit in poteſtate epiſcopi, in cuius parochia eſt, ut in monaſterio mittatur.

Idem. LEX VI.

Statuimus, vt ſi fœmina, quæ ueſte mutata mœcha deprehenſa fuerit, non tradatur genitio, ſicut uſque modo: ne fortè qui prius cum uno, poſtmodum cū pluribus locū habeat mœchandi: ſed eius poſſeſſio fiſco redigatur, & epiſcopi ipſa ſubiaceat iudicio.

TITVLVS XXXVIII.

De ariolis.

Rex Lutprandus.

LEX PRIMA.

Si quis timoris Dei immemor ad ariolos, uel ad ariolas, pro aruſpicibus, aut qualibuſcunque reſponſis accipiendis ambulauerit, componatur in ſacro palatio medietas pretij ſui, ſicut appretiatus fuerit: tanquam ſi eum aliquis occidiſſet, & inſuper agat pænitentiam ſecūdum canonum inſtituta. Simili modo, & qui ad arborem, quam ruſtici ſanctam † uocāt, atq; ad fontanas adorauerit, aut ſacrilegium, uel incantationem fecerit, ut ſimiliter medietatē pretij componat in ſacro palatio: & ſi quiſcunq; ſcierit ariolum, uel ariolam, & non eos manifeſtauerit, aut ipſos celauerit, qui ad ipſos ariolos, aut ariolas uadunt, & non manifeſtauerit, ſupra ſcriptæ pænæ ſubiaceat. Qui autem ſeruum ſuū, aut ancillam ad ipſos ariolos, aut ariolas, ad ali-

* *Ne. conſuet. in aliquo dando & ingreſſu religionis eſſe ſeruanda. de qua in c. non ſatis, & cap. ſuam. & c. ad apoſtolicam. & c. Matth. de ſimo.*

† *Sanctiuum.*

a *Si qua.*] no. ex hac lege, quòd bona patris ſtrictius debentur filio quàm bona matris, cum non poſſet pater tertiam bonorum filio auferre, quia caderet in nomen exhæredationis: nam ſi filios habeat, nō poſſet vltra quartam monaſterio conferre. Item bona matris ſtrictius debentur filiæ, quam patri: nam cogitur mater ſeruare filiæ partes duas, pater autem tertiam, & ſi plures habeat, medietatem, vt ſup. de his, quæ pa. ſi. ne ha. reli. l. 2.

b *Inueniatur.*] ad filios tantum refertur: nam filiæ, cum ſint ſub mūdio, & egeant mundualdo, non tamen poſſent habere matrem ſub mūdio. ſi verò filijs, & filiabus careat, cum medietate rerum ſuarū in monaſterium ingredi poterit, reliqua medie. remanebit in poteſtate mūdualdi.

c *Remanſerit.*] q d. ſi induta ſit religionis velamen: ſi tamen adhuc monacha eſt, ſub mundio eſt ſup. eod. l. 1. ibi, ſi ille, in cuius mund. eſt, &c. nā habitus nō facit monacham, ſed monaſterij ingreſſus. auth. ingreſſi. C. de epiſ. & cle.

d *Ad quem mundiū.*] id eſt, in poteſtate mūdual. qd et procedit, ſi mulier nō aſſumat religionis velamen, vt pro anima poſſit tertiam iudicare, inuito mundualdo: & dic duas partes pertinere ad mundualdū, ſi mulier patre, ſorore, & fratribus careret: nam iſtæ mūdualdū excludunt l. ſi ſorores. ſ. de ſucceſſ. ſi autem mūdualdus impedit monaſterium, vbi mulier filijs caret, quo caſu cum ſola medietate intrare pōt, non tā impedit ad ſuum commodum, ſed ad commodum perſonarum, quæ mundualdum excludunt: ſic iure Ro. quod autem dicitur, vt non poſſit mulier ſine auctoritate mundualdi alienare, eſt verum, quo ad alienationem inter viuos: nam iudicare pro anima, & vt in monaſterium intret, poterit alienare: & hæc procedunt in vidua, vel virgine, non in coniugata, quæ nō poteſt, inuito marito, in monaſterium ingredi, vt ille, inuito mundualdo. Itē procedunt, mundualdo præſente, vel abſente, & non certiorato: quod ſi certioretur, & deneget voluntatē ſuā, indignus eſt habere duas partes, uel medietatem de ſubſtantia mulieris. vt ff. ſi quis aliem te. pro hi. per totum, imo ex hac cauſa mundium amittit.

a *VT homicidiæ. Non excutiantur.*] Intellige hanc legem ſecundum l. ſi quis ad eccleſiam. inf. eod.

b *SI quis in immunitate.*] Contra l. ſanguinis. infra. eo. non enim emendat ſexcentos ſolidos, ut hæc præcipit; ſed in triplo compoſitionem, vt illa dicit. Vel dic. utcanque compoſitionem faciendam: id eſt, pro malo eius, cui fecerit, & ſolidos ſexcentos eccleſiæ.

QVA-

qua reſponſa ab eis accipienda tranſmiſerit, & probatũ fuerit, pęnam componat. Si verò ſeruus, aut ancilla ſine voluntate dominorum ſuorum, & tãtum ſua auctoritate, ad ariolum, aut ariolã ambulauerit, ſimiliter ad aliqua reſponſa accipienda, tũc dñs eorũ venundare eos debeat foris prouinciã, & ſi neglexerit dñs eorum hoc facere ſupraſcriptę pęnę ſubiaceat.

Idem. LEX II.

SI qs iudex, aut ſculdais, aut ſaltarius, vel decanus de loco, vbi arioli, aut ariolæ fuerint, neglexerit amó intra tres menſes eos inqrere, & inuenire, & ꝑ alios hoïes inuenti fuerint, tunc cõponat vnuſquiſque de loco, mediũ pretij ſui, ſicut ſupra lex eſt. Et ſi manifeſtũ fuerit, quòd aut iudex, aut ſculdais, & ſaltarius, aut decanus, vbi ipſi arioli, aut ariolę ſunt, & eos non condemnauerit, aut præmiũ tulerit, aut quaſi cã pietatis, vel ꝓ qualicunque ingenio abſoluerit, integrũ guidrigild ſuũ in Palatio cõponat. Nã ſi per iudicẽ inquiſiti fuerint, & ſine notitia ſculdais, tunc habeat ipſe iudex poteſtatẽ foris prouinciã eos vendendi, & pretiũ tollẽdi, atque habẽdi. nam ſi ꝑ ſculdaem inuenti fuerint, mediũ de ipſo pretio tollat iudex, mediũ ſculdais. Et ſi decanus, aut ſaltarius, ipſos ariolos, aut ariolas, vel ſupraſcriptos ſacrilegos inuenerit, & ſculdai ſuo manifeſtauerit, tũc tertiam partem de ipſo pretio ipſe ſaltarius aut decanus per quem inuenti fuerint, habeat ſibi, & duas partes tollat ipſe ſculdais. Et inſuper proſpeximus, vt vnuſquiſque iudex, & ſculdais mittere faciat præconem, vt quicunque amodo non faciat, aut ſi amodo nó fecerit, non vadant venales. nam poſt ipſum pręconem, ſi in talibus operibus malis inuenti fuerint, poenę ſubiaceant, & ita volumus atq; præcipimus, vt vnuſquiſque ſculdais, aut ſaltarius, atque decanus, iurare debeat iudici ſuo ad ſancta Dei Euangelia, quòd in iſta cauſa nullum neglectum ponent: quia iuſtum eſt, vt dum in noſtra cauſa nullum neglectum ponere non pręſumant, nec nobis celare * eos, qui contra nos agunt, aut conſiliantur, quanto magis non deben in cauſa Dei neglectum pone e, que amplius eſt inquirenda.

* No. nihil celandum eſſe principi: de quo in c. quanto. de iureiur. & per Par. de Puteo in trac. Synd. ff. de exceſ. conſ. & dixi de auſto. mag. ... in 2. ad de.

TITVLVS XXXIX.

De reuerentia Eccleſiæ, ſeu immunitatibus debita.

ALIAS.

De his, qui ad Eccleſiam confugiunt.

Rex Lutprandus. LEX PRIMA.

SI cuiuſcunque ſeruus, aut ancilla, aldius, vel aldia, in eccleſia Dei confugium fecerit, & dominus, vel patronus eorum, aut per ſe, aut per miſſum ſuum exinde violenter traxerit, cõponat guidrigild ſuum in ſupraſcripta baſilica: & ſi ſeruus, vel aldius ſine volũtate domini ſui hoc malum fecerit, det ipſum ſeruum, uel aldionem pro ipſo malo in manu cuſtodis ipſius baſilicæ, & ipſe dominus, vel patronus ſatisfaciat, quod per ipſius voluntatem hoc factum non fuiſſet, & ipſe guidrigild non componat.

Idem. LEX II.

VT homicidæ, & rei cæteri, qui legibus mori debent, ſi ad eccleſiam Dei confugiunt, non excutiantur, [a] neque eis ibidem victus detur.

Idem. LEX III.

VT latrones illos de infra immunitatẽ iudices, & aduocati ad Comitũ placita, quando eis annunciatum fuerit præſentent, & ſi dixerint, quòd ipſos latrones præſentare non potuiſſent, iurare debent, quòd illos præſentare non potuiſſent, poſtquam eis denunciatum fuerit: nec pro vlla iuſtitia dilatanda illis latronibus fugere conſenſerint, nec pro cauſa dilationis de illorum poteſtate, vel de ſuorum miniſterio latrones iactaſſent, & hoc iurent, vt per ſuorum voluntatem, ſi potuerint, ipſos latrones præſentare debeat, ad iuſtitiam faciendam, & qui hoc non fecerint, beneficium, & honorem perdant Similiter & ſi Vaſſi noſtri hoc non adimpleuerint, beneficium, & honorem perdant, & qui beneficium noſtrum non habuerit, bannum noſtrum ſoluat.

Idem. LEX IIII.

SI quis* in immunitate[b] damnum aliquod fecerit, ſexcẽtos ſolidos componat. Si autem homo furtum, aut homicidium, vel quodlibet crimẽ foris committens, & infra immunitatem fugerit, mandet Comes epiſcopo, vel Abbati, vel Vicecomiti, [1] † aut qui locum epiſcopi, vel Abbatis tenuerit, ut reddat ei eum. Quòd ſi ille epiſcopus, ſiue Abbas, ſiue cuſtos contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima contradictione ſol. 10. culpabilis iudicetur: ſi autem ad ſecũdam requiſitionem eum reddere noluerit, ſol. 30. culpabilis iudicetur. ſi nec ad tertiam inquiſitionem conſentire voluerit, quicqd reus damnum fecerit, totum, ille, q infra immunitatem eum retinet, nec reddere uult, ſoluere cogatur, & ipſe Comes vnicus habeat licentiã ipſum hominem infra immunitatẽ quærendi, vbicũq; eum inuenire potuerit. Si autem ſtatim in prima inquiſitione Comiti rñſum fuerit, ꝙ reus infra immunitatem quidẽ fuiſſet, ſed fuga lapſus eſt, ſic ſtatĩ iuret, ſiue Eps, ſiue Abbas, ſiue Cuſtos, ꝙ ipſe eum ad iuſtitiam cuiuslibet diſfaciendã fugere non feciſſet, & ſit ei in hoc ſatisfactũ. Si autem intrauerit in ipſam immunitatẽ Comes, & collecta manu, ꝗlibet ei reſiſtere tẽtauerit, Comes hoc factũ ad Regẽ, vel ad Pricipẽ deferat,

* Vide 16. q. 4. c. ſi qs & c. inter alia. & capit. ſi. eo. ti. & l. 2. C. eo. per qua vera hęc lex non habet locum.

1 † vice domino.

QVALITER iudices.

a *SI quis. Sculdaſio ſuo.*] Idem de caſtaldio, & loci præpoſito, vt infra, de officio iud. l. de vniuerſali. cum enim quis habet cauſam, primo ad caſtaldium ire debet, poſtea ad alios, ſecundum gradus dignitatem.

b *Similiter.*] Contra. ſupra de deb. & gua. l. ſi quis liber homo. ſolu. illa ſecundum iſtam diſtinguitur: ſcilicet, quod componat ſolid. 12 iudici, ſex, & ſex illi, cuius cauſa eſt, ſed ibi componit ſolid. 12. Regi: vel ibi, non dilatabat facere iuſtitiam reclamanti, ut hic, ſed licentiam pignorãdi denegabat: aliud eſt enim iuſtitiam dilatare, aliud licentiam pignorandi non dare.

c *Infirmus.*] Scilicet tali infirmitate, quod nullo modo poſſit in iudicium venire: alioquin ſi per plateam ambulauerit, non eſt expectãdus, & tunc

rat, vbique iudicetur, ut ſicut ille, qui in immunitate damnum fecerit, 600. ſolid. componere debet: ita qui Comiti collecta manu reſiſtere tentauerit, vel præſum pſerit, 600. ſolidorum culpabilis iudicetur.

Imp. Lodoicus. LEX V.

SI quis ad eccleſiam Dei confugerit, intra atrium ipſius eccleſiæ pacem habeat: nec ſit neceſſe ei eccleſiam ingredi, & nullus eum per vim inde abſtrahere præſumat, ſed liceat ei confiteri, * quòd fecit, & inde per manus bonorum hominum in diſcutione, in publicum perducatur.

** No. proceſſum criminale in eccleſia fieri poſſe; de quo in lege nemo martyrum. C. de ſacroſan. eccleſ. per Bal. & doct. mode.*

Idem. LEX VI.

SAnguinis effuſio in eccleſia facta cum furore, ſi in presbytero fuerit, in triplo cõponatur, duas partes eidem presbytero tertiam pro fredo ad eccleſiã, & inſuper bannum noſtrum cõponat. Similiter & de diacono iuxta compoſitionem eius in triplo componatur, & bannum noſtrum compo.

Idem. LEX VII.

DE ſubdiaconibus ſimiliter, ſecundum ſuã compoſitionem in triplo pſoluat: de vno quoque ordine clericorum ſecundum ſuam legem compoſitionem in triplum faciat, & bannum noſtrum componat. Similiter & de ictibus ſine ſanguinis effuſione de vnoquoque ordine clericorum, ſecundum ſuam compoſitionem, cum triplo componatur, & bannum: & qui non habet, vnde ad eccleſiam perſoluat, tradat ſe in ſeruitio eiuſdem eccleſiæ, vſque dum totum debitum perſoluat.

Idem. LEX VIII.

VOlumus, vt omnibus modis immunitates pro iuſſione genitorum noſtrorum, ſeu noſtra, pleniter, ac iuſtè obſeruentur. 1 †

1 † emendentur.

TITVLVS XL.

De Scabinis, & Cancellarijs.

Imp. Lotharius. LEX PRIMA.

VT cancellarij electi boni, & veraces, * chartas publicas conſcribant ante Comitem & Scabinos, & vicarios eius, & nullis modis hoc facere præſumant pecunia, vel de ſubſtantia, antequam legitimum pretium detur.

** No. notarios debere eſſe bonos et veraces. inf. l. proxi. & in auth. de tabel. ibi, veritatem. & ibi Angel. colum. 4.*

Imperator Lotharius. LEX II.

DE cancellarijs, qui veraces electi ſunt, ad homines infirmos veniant, & ſecundum legem inſtrumenta chartarum ſcribant, & teſtibus roborentur, & ſtatim, cum ſcripta charta fuerit, oſtendatur ante Epiſcopum, & Comitem, & iudicem, vel vicarios, aut in plebe, vt veraces eſſe cognoſcantur.

Idem. LEX III.

VT miſſi noſtri vbicunque malos Scabinos * inuenerint, eijciant, & cum totius populi conſenſu in eorum loco bonos eligant, & cum electi fuerint, iurare faciant, vt ſcientes iniuſtè iudicare non habeant.

** Not. ſacramentum Scabinorũ.*

Idem. LEX IIII.

VT in omni Comitatu, hi qui meliores, & veraces inueniri poſſunt, eligantur à miſſis noſtris, ad inquiſitiones faciendas, & rei veritatem dicendam: & adiutores Comitum ſint ad iuſtitiam faciendam.

Idem. LEX V.

VOlumus, vt quicunque de Scabinis deprehenſus fuerit, qui propter munera, aut amicitiam, uel inimicitiam, iniuſtè iudicaſſet, vt per fideiuſſorem miſſus ad noſtram preſentiam venire compellatur, & cæteris omnibus Scabinis denuncietur, ne quis deinceps, etiam iuſtum iudicium uendere præſumat.

Idem. LEX VI.

VOlumus, ut nullus Cancellarius pro uno iudicio, aut ſcripto aliquid amplius accipere audeat, niſi dimidiam libram argenti de maioribus ſcriptis, de minoribus autẽ intra dimidiam libram, quantum res aſſimulare poſſit, & iudicibus rectum videtur. De orphanis autem, vel cæteris pauperibus, qui exoluere hoc non poſſunt, in prouidentia Comitis ſit, vt nequaquam inde aliquid accipiant. Notarii * autem hoc iurare debent, quòd nullum ſcriptum falſum faciant, nec in occulto aliquod ſcriptum faciant, nec de vno Comitatu in alio ſcribant, niſi per licentiam ipſius Comitis; in cuius Comitatu ſtare debent. Si verò neceſſitas in itinere aliquem compellauerit, aut infirmitas grauis ſecundum capitulare genitoris noſtri faciant, ſi notarius aliter fecerit, illud, quod fecerit, appareat inane, & vacuum.

** No. tantũ, quam notarij, & greſarij ex inſtrumẽtis, & pellibus habere debent: quia metas in exigendo eorum ſalarium excedunt ut plurimum ca. ſtatutũ. §. notarios. de reſcrip. li. 6. & per Par. de pu. in tra. ſyn. in uerbo, ſalarium. capitu. 1. & tex. cũ ſua glo. in c. ſicut epiſcopum. 1. q. 2.*

TITVLVS XLI.

Qualiter iudices iudicare debeant, & ſi iudicare diſtulerint, quomodo puniantur, & quando actor forum rei ſequi debeat.

Rex Lutprandus. LEX PRIMA.

SI quis cauſam habuerit, & ſculdaſio ſuo [a] eam adduxerit, & ipſe ſculdaſius iuſtitiam ei, intra quatuor dies facere neglexerit, ſi ambo accuſatores [a] † eius de ſuo vno ſculdaſio ſunt, tunc componat ei, qui cauſam reclamauit, ipſi ſculdaſio ſolidos ſex, & iudici ſuo ſimiliter [b] ſolidos ſex. Et ſi forſitan ille, ſuper quem reclamauerit, infirmus [c] eſt, aut propter vtilitatem

2 † cauſatores.

litatem[a] ſuam in alia ciuitate eſſe dignoſcit, expectet eū, dum reuertatur: aut de infirmitate ſua cōualuerit; & dū reuerſus fuerit, aut de infirmitate cōualuerit, ſi infra ſtatutos quatuor dies minimè eū ad iuſtitiā diſtrinxerit, cōponat ipſe ſculdaſius ſolid. ſex ei, cuius cā eſt, & iudici ſuo ſolid. ſex. Si verò talis cā fuerit, ꝙ ipſe ſculdaſius deliberare minimè poſſit, dirigat ambas partes ad iudicē ſuū, & ſi iudex eius cauſam ipſam dilatauerit, & itra ſex dies inter eos per legem nō iudicauerit, cōponat illi, qui reclamauerit, ſolid. duodecim,[b] & ſi nec iudex deliberare potuerit, dirigat intra duodecim dies ambas partes in pręſentia Regis: nam ſi aliter fecerit ipſe iudex, & itra duodecim dies, vt dictū eſt, iuſtitiam ſuam non inuenerit, qui proclamauit, tunc componat ipſe iudex ſolid. duodecim, & Regi ſit culpabilis ſolidorum viginti.

Rex Lutprandus. LEX II.

SI homines[c] de ſub vno iudice de duobus tñ ſculdaſ.s, cauſam habuerint, ille, qui pulſat, vadat cum miſſo, aut epiſtola de ſuo ſculdaſio ad illum aliū ſculdaem, ſub quo ipſe eſt, cū quo cauſam hēt; & ſi intra quatuor dies minimè iuſtitiā fecerit, componat ille ſculdaſius, qui diſtringere neglexerit ei, qui reclamauerit, ſolidos ſex, & iudici ſolid. ſex. Et ſi talis fuerit cā, ꝙ deliberare nō poſſit, dirigat eos intra ſex dies ad iudicē ſuū ſm anterius caput. nā ſi qualiter in ſuperiori capitulo conſtitutum eſt, ſiue ſculdais, ſiue iudex in oībus non cōpleuerit: cōponat, qualiter ſupra affixū eſt, illi, qui cauſam ſuam reclamauit, ſolid. ſex, & iudici ſuo ſoli. ſex: & iudex componat illi, cuius cauſa eſt, ſoli. duodecim, & Regi ſolid. viginti.

Idem. LEX III.

SI quis ī alia[d] ciuitate cauſam habuerit, ſi ille vadat[e] cū epiſtola de iudice ſuo ad iudicē, qui in loco eſt: & ſi ipſe iudex ei iuſtitiā intra octo dies minimè fecerit ad diſtinguendū,[1] † aut nō cōpleuerit, cōponat illi, qui cām ſuā reclamauerit, ſolid. 20. & Regi alios 20. & ſi talis cā fuerit, ꝙ deliberare minimè poſſit, ponat cōſtitutū, & diſtringat hominem illū de ſua iudiciaria, & faciat intra 20. dies in præſentiam Regis venire. nā ſi aliter fecerit, & diſtringere neglexerit, cōponat ſicut ſupraſcriptū eſt, ſoli. quadraginta, mediū Regi, & mediū ei, qui cām ſuam reclamauit.

1 † diſtrinxerit.

Idem. LEX IIII.

SI quis cām habuerit, & ſculdais, aut iudex ei ſm edicti tenorē, & per legē iudicauerit, & ipſe ſtare ī eodē iudicio minime voluerit, cōponat illi, qui iudicauit, ſoli. 20.[f] nā de ea cā, quæ per arbitriū iudicata fuerit, & ipſe ſibi non crediderit legē iudicaſſe, & ad Regē reclamauerit, ſit culpabilis, & ſi iudex cōtra legē iudicauerit, cōponat ſoli. 40.[g] mediū Regi, & medium cuius cā fuerit. Et ſi forſitan iudex cām per arbitriū iudicauerit, & iudicium eius rectū nō apparuerit, nō ſit culpabilis, niſi præbeat ſacramentum Regi, ꝙ iniquo aio, aut corruptus præmio, cām ipſam non iudicaſſet, niſi ſic ei legē comparuiſſet eſſe, & ſit abſolutus. nā ſi iurare nō præſumpſerit, componat, vt ſupra dictum eſt.

Idem. LEX V.

ET hoc ſtatuim⁹, vt ſi de ſupraſcriptis capitulis, quæ modo affixim⁹, qualeſ-

& tunc non debet ob hoc eius aduerſarius iuſtitiam ſuam amittere, ſed per procuratorem cauſa eſt agitanda.

a *Vtilitatem*.] Non, ut iuſtitiam ſubterfugiat, aut differat, & eſt expectandus; alias aduerſarius eſt mittendus in poſſeſſionem bonorum eius per iudicem. l. ſi quis debitam ſup. de debit. & guadigijs, ut ſaltem tædio affectus ueniat reſponſurus. l. properandum. C. de iudicijs. quicunque enim petit, creditor intelligitur vel propter ſuam utilitatē, uel propter neceſſitatem. Si itaque cōtra legem iudicat, aut ſcienter, aut ignoranter, primo caſu locus erit ſup. de ſedi. contra iudi. ſeu l. 1. non huic l. ſecundo caſu legi, ſi quis cauſam. int. eodem.

b *Solid. duodecim*.] Contra ſup. de dam. iniu. l. v. ſed ibi, aut dilatat aut dat licentiam diuertendi: primo caſu uiginti ſolid. Regi ſecundum illam: & duodecim illi, cuius cauſa eſt, ſecundum hanc, dūmodo ita hic ſpatia dilatabat. Secundo caſu componit ſolidos duodecim tantū Regi, & damnū ei, cuius cauſa eſt; aliud eſt. n. dilatare; aliud licentiam diuertēdi dare. Sciendum, ꝙ cum hodie non ſint ſculdaſij, ſed iudices, ſpecialiter hic locum habebunt.

c *SI homines*.] idē quod ſuperior diſponit hæc lex; excepto, quod litigantes ſunt ſub uno iudice, de diuerſis tamen ſculdaſijs.

d *SI quis in alia*.] Superiores leges loquuntur, cum litigantes ſunt ſub uno iudice, & ſculdaſio, uel ſub eodē iudice, & diuerſis ſculdaſijs, & eiuſdem ciuitatis: hic autem, cū ſint diuerſarum ciuitatum, & ideo magis componitur; quia magis laborat.

e *Vadat*.] Debet igitur actor ſequi forū rei: forum autem habere quis dicitur ratione domicilij, & hoc eſt generaliſſimum: nam ubicunq; conueniatur quis ciuiliter, uel criminaliter. nō poterit in domicilio exceptionem fori opponere: eſt & forum ſpeciale ratione contractus, uel delicti. auth. qua in prouincia. C. ubi de crim. agi opor. Item ratione poſſeſſionis, ubi eſt conſtituta, ut C. ubi de poſſeſ. agi opor. forum quis facit ſibi, ſi cœperit alicui reſpondere, ut ff. de iud. l. ubi. In delictis quidem ſi inueniatur in loco delicti, ibi conueniendus eſt: ſi uero alibi, mittendus eſt ad locum commiſſi delicti, ut ff. de actionibus. & obligat. l. ſi cui. §. ſi. & ff. de noxa lib. l. ſi. & in auth. vt nulli iudi. §. ſi uerò quis. In cōtractibus uero, ubi quis geſſit adminiſtrationem, illic eſt mittendus. l. j. C. ubi de ratioc. & j. eo. l. ſi. Si uero ſit ſpecialis contractus, minime. Quid de illis, qui domicilio carēt, & uagantur de ciuitate in ciuitatem? Reſp. actor iudicio meo, ſequi debet forum loci, ubi reperitur. Item quid, ſi cōuentus cauſam habeat cōtra actorem? nunquid actor, qui eſt alterius fori, cogatur illic reſpondere? utiq; de iure Romano, ut ff. de iud. l. 2. §. legatis & auth. de ſanctiſſ. epiſ. §. ſi quæ. & C. de ſent. & interloc. l. cum Papinianus. & auth. & conſequenter C. eo. iure autem Longob. nil cautum eſt. Beneuentani autē contrario iure utuntur, quod non multū diſplicet: tamen ſi cauſæ cohærentes ſint, ut ſocietatis, uel tutelæ, & pupillus agat directa tutelæ: tutor autem contraria, illic cogi debet. Idem in negotiorū geſtorū actione, & in cā proprietatis, & poſſeſſionis, quia cohærentes ſunt. C. de iu. l. nulli.

f *SI quis. Solid. viginti*.] nunquid iſta pœna locum habet in qualibet iudicis ſententia, ut ſi iudex præceperit alicui dare guadiam de iuſtitia facienda, & litigator non paruerit? plerunque uiſi non parentes iudici affici pœna 20. ſolid.

g *Soli. quadraginta*.] Contra ſup. de ſed. contra iud. ſeu. Cognouimus. ubi maior pœna afficitur. Solut. ibi corruptus pretio, uel gratiā fuit iudex: hic autem per ignorantiam abſque corruptela iudicauit, uel hic forte iu-

dicauit, vt arbiter: nam poteſt iudex eſſe arbiter, vt ff. de arbit. l. ſed & ſi quis. §. ſi quis iudex. Sed quomodo cognoſcitur, vtrum, vt iudex, an vt arbiter ſedeat? Reſpondeo, ſi quidē iudex fecerit, quæ in arbitrio fieri ſolent, quia paſſus eſt compromitti litigatoribus inuicem inter ſe pœnam promittentibus præſtum. tunc arbitrium: alioquin iudiciū ordinarium: quid, ſi iudex partes rogauerit, vt inter ſe compromittant, nunquid fieri poteſt? vtique: nam non arbitrium, ſed potius aſſumit partes compoſitoris, ut qui meliori iure ſtatuitur, meliorem reportet compoſitionem. arg. l. ſocietatē mecum. §. arbitrorū. ff pro ſoc. Quid ſi litigator non pareat interlocutoriæ, vel diffinitiuę? Reſpondeo, ſi quidem appellauerit, & doloſe ad Regem proclamando, vel ad alium magiſtratum, inculpabilis erit ſatisfaciendo de dolo: aut forte tenebitur in ſolidos quindecim, ut inf. de his, qui cau. iudi. l. 1. Sed ibi veniebat contra rem iudicatam ſine cauſa: quod ſi nec appellauerit, nec parere voluerit, procedit, quod dicitur infra de offic. iud. l. de clamatoribus. licet iure Romano q miniſte conuincitur appellaſſe, in quinquaginta libras auri teneatur, ut C. quorū appella. non recip. l. ab executore.

1 † & filia.

2 † appellatas.

DE CONSVETVDINE.

a P[L. ſecut. Deeſt.] Not. conſuetudinem locum habere, vbi de ea re cautum lege non reperitur, eſt enim conſuetudo magnæ auctoritatis, ut ſup. de ſuc. l. ſi duo fratres. & ſ. qua. quis ſe defend. debet. l. de furto. & l. ſeq. ſed quando cōſuetudo eſt, legi contraria, lex præfertur, ut hic, quòd Pla. dicebat. ut C. de uſur. l. eos. & ff. ad le. Rho. l. deprecatio. & C. q ſit lon. conſue. l. 2. &

cunque cauſæ in anteà emerſerint, aut factæ ſunt in eo ordine finiātur, & remaneant, ſicut anterior fuit conſuetudo, vel qualiter i antiquo edicti corpore cōtinet, & quę amodo erunt, i. à die Kalēdarū Martiarū indictione quarta eueniente, vel fieri cōtigerit, ſic terminentur, & finem accipiāt, ſicut in præſenti pagina conſtitutū eſt. Excepto de muliere libera, quæ ſeruū tulerit, & ſm anterius edictū cōdemnata eſt, vbicunq; inuēta fuerit, ſit ancilla Palatij, & filijs eius [1] † ſerui Regis.

Imperator Ludouicus.

LEX VI.

SI quis i aliena patria, vbi vel pp beneficium, vel pp aliam quālibet occaſionē conuerſari ſolet, de quali bet cā fuerit interpellatus, ibi ſm ſuam legē iuſtitiam faciat, & cū talibus, quales in eadē regione, vel prouincia ſecū habere potuerit, iuratoribus, legitimū ſacramētum iuret; excepto, ſi quis eū de ſtatu ſuo, vel hæreditate, q̄ ei pater ſuus moriēs dereliqt, appellauerit, de his duobus liceat ſacramētum in patria ſua, id eſt, in legitimo loco iuſiurandū offerre, & is, qui cum eo litigat, ſi voluerit, ſequatur illum in patria ſua ad recipiendum illud ſacramentum, & ipſe prius in eodem loco, vbi interpellatus [2] † eſt, faciat notum tā Comiti, & iudicibus, quàm ſuo aduerſario teſtes producendo, q rem, quam quęrit, pater ſuus eidem reliquit.

TITVLVS XLII.

De conſuetudine.

Rex Lutprandus. LEX I.

PLacuit nobis inſerere, vbi lex deeſt, [a] præcellat conſuetudo, & nulla conſuetudo ſuperponatur Regi.

TITVLVS XLIII.

De his, qui ad palatium venire coguntur.

Imp. Carolus. LEX I.

VT nullus alius de liberis hominibus ad palatium, vel ad mallum venire cogatur, exceptis ſcabinis, & vaſſis Comitum, niſi ille, qui cauſam ſuam quærit, & i. le, qui reſpondit.

Idem. LEX II.

VT nullus ad placitum banniatur, niſi qui cauſam ſuam quęrit, aut ſi aliter [3] † ei quærere debet, exceptis ſcabinis ſeptem, * qui ad omnia placita eſſe debent.

Imperator Lodoicus.

LEX III.

DE placitis quidē, quæ liberi homines obſeruare dēnt, cōſtitutio gen. toris penitus ſeruanda, atq; tenenda eſt, vt videlicet, in anno tria * ſolūmodo generalia placita obſeruenť, & nullus eos amplius placita obſeruare cōpellat, niſi forſitan quilibet, aut accuſatº fuerit, aut aliū accuſauit, aut ad teſtimoniū perhibendū vocatus fuerit. ad cætera verò placita, q̄ cētenarii tenēt, nō alius venire iubeať, niſi aut qui litigat, aut qui iudicat, aut teſtificať, & quicunq; huius conſtitutionis tranſgreſſor de miſſis noſtris inuentus fuerit, bannum noſtrum componat.

TITVLVS XLIIII.

De his, qui ad palatium venire contempſerint, & quibus de cauſis manitio fieri debeat.

Imp. Carolus. LEX I.

SI quis ad mallū legibus fuerit manitus, * & nō venerit, ſomnus [4] † & ſi eū non detinuerit, ſolidorū 15. culpabilis iudicetur: ſi ad ſecundā, & tertiā vicem ſimiliter: ſi autem ad quartam venire contēpſerit, poſſeſſio eius in bānum mittatur, donec veniat, & de qua re interpellatus fuerit, iuſtitiam faciat. Si autem infra annum non venerit, de rebus, quæ in bannum miſſæ ſunt, Rex interrogetur, & quicquid exinde iudicauerit, fiat. Prima manitio ſuper 7. noctes fiat: ſecūda ſup noctes 14. tertia ſup noctes 21. quarta ſuper noctes 42. ſimiliter de beneficio hominis, ſi fortè res pro-

Ottho Papi. eius auditor ſequebatur, & Im. dicens l. de quibus. ff. de legi. loqui ſecundum ſua tempora, cum populus poteſtatem habebat iura condendi, & abrogandi, quòd autem ſenſit Bulg. in clauſula ſua ſcriptū eſt. Io. autem dixit, cōſuetudinem leges non abrogare, ſed præferri in municipio, in quo conſuetudo eſt recepta. argumento l venditor. §. ſi conſtat prædio. ff. commu. Ego autem dico, ſi lex pactis cō mutari poteſt: ergo conſuetudo legi præfertur; ſi vero pactum contra legem ſit, nō admittitur; puta iure Romano cauet, vt ſi venditor ſciens, ſiue ignorās vendat morboſum animal, vel vitioſum, redhibitoria teneatur, vel quanto minoris, ſed licet emptori pactū inferre, ne venditor de morbo, vel vitio teneatur. Item lege cauetur, vt venditor de euictione teneatur, ſed paciſci pōt, ne teneatur, & ſi qs poſt triennium moriatur vxor eius, ſuperſtitibus non relictis, poterit tenere immobilia in vita ſua, quantum ad vſumfructum, non diminuendo, vel alienando ea: quæ omnia, ſi i aliqua regione in conſuetū deducantur, recte talis conſuetudo admittitur: nec videtur eſſe contra legem, q contrahētes voluntariè faciūt, dū litigatores inter ſe a ſuo iure deſcēdunt, vt ſ. de eo, qui chartā falſam. l. de ſcribis. & C. de pactis. l. ſi quis in conſcribendo. tamē tam iure

3 † alter.

* No. ſcabinos. 7. ad omnia placita eſſe debere, et placita, quæ dicuntur; vide tex. 5. q. 7. placita. & c. 5. de ſe. aliquando dicuntur in eiſdem cauſarū co. auditiam, de præſcri.

* No. tria tantummodo generalia placita, ſin magnates deus in anno teneri debere.

* No. manitus exponitur, monitus, quia manire eſt denūciare, vt reſpondeat quis teſtibus præſentibus tribus moneo dicatur. No. q miles ter citatus, ſi non comparuerit, perdit poſſeſſionē, & ſi intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſſio, alioquin & beneficiū, & poſſeſſionem amittit. text. in c. 2. de vaſſis qui contra ſ. qui al. leg. iſtum text.

4 † ſomnus alias ſumis.

iure Romano, quàm Long. cauetur, ne liceat iudici teſtes vnius partis audire, altera parte abſente, ſed quia litigatores inter ſe poſſunt paciſci ſuper hoc, poteſt in cõſuetudinem deduci. Et alias ſup quæſtionem facti conſultus reſpondi, hãc conſuetudinem recipiendam, nam cum conſuetudo aſſumat uires ex conſenſu populi, qui de iure recipi poteſt per pacta, conſuetudo ualebit, aliàs ſecus, ut quod quis furti non teneatur, uel ſimilia pacta quæ ſi in conſuetudinem deducantur, nõ ualebit conſuetudo illa. & ita procedit d.l. vẽditor. alioquin ſequeretur ut in poteſtate cuiuſlibet municipij eſſet ſe legibus eximere, & eſſe debet conſuetudo longæua. d.l. de quib. & l. ſed ea. ff. de legibus. & C. quæ ſit longa conſuetudo. l. 2. & non puto, quod referat, inueterata ſit, uel non, ſi opponitur de temporis longitudine, quaſi in longo tempore tot emerſerint caſus, ut uideatur conſuetudo ab omnibus recepta, & approbata, unde ſi populus unanimiter conſenſerit, & uoluntatem declaret uniuerſaliter, quod uelit aliquo ſtatuto per conſuetudinem uti, de cætero erit cõſuetudo, & ſic puto conſuetudinem unius diei ualere, relato nomine conſuetudinis non ad præteritum uſum, ſed quia in futurum populus ita diſponit, & id recipit.

a *SI cuiuſcunque.*] Contra ſupra de manumiſſ. l. ſi quis ſine. Solu hæc lex loquitur, cum proprietas alicuius iure banni fiſco ſociatur: illa vero, cum iure ſucceſſionis acquiritur. a *Hen-*

prias non habuerit, mittatur in bannum, vſque dum Rex interrogetur.

Idem. LEX II.

DE mannire verò, niſi de genuitate, aut de hæreditate non ſit opus obſeruare: de cæteris verò cauſis per diſtrictionẽ Comitis ad mallũ veniãt, & iuſtè examineñt ad iuſtitiã faciendam: Comites verò nõ ſemꝑ pauperes ad placita opprimant.

Imperator Lodoicus.

LEX III.

SI cuiuſcunque[a] hominis proprietas, ob crimen aliquod ab eo cõmiſſum in bannum fuerit miſſa, & ille, re cognita, venire, & iuſtitiã facere diſtulerit, annoque, ac die in eo bãno illam eſſe permiſerit, vlterius eam non acquirat,[1] † ſed ipſa fiſco noſtro ſocietur: debitum verò, quòd is, cuius ea fuerit, ſoluere debuit per Comitẽ, ac miniſtros eius iuxta æſtimationem damni de rebus mobilibus, quæ in eadem proprietate inuentæ fuerint, his quibus debitũ fuerit, exſoluatur, quod ſi rerum mobilium ibidem inuentarũ quãtitas ad compoſitionem nõ ſufficit, de immobilibus ſuppleaẽ, & quod ſuperfuerit, ſicut dictũ eſt, fiſcus noſter poſſideat, ſi nihil ſuper compoſitione remanere potuerit, totũ in illa compoſitione expendatur. Si autem homo ille nondum cum ſuis cohæredibus propriũ diuiſum habuerit, cõuocet eos Comes, & cum eis legitimã diuiſionem faciat; & tũc, ſicut iam dictum eſt, compoſitio de ea, iuxta modũ ſuperius cõprehenſum, his, ad quos illa legibus pertinent, exſoluat. Quòd ſi non de alijs rebus, ſed de ipſa proprietate, quæ in bannum fuerit miſſa, ac per in noſtram poteſtatem redacta eſt, fuerit interpellatus, Comes, in cuius miniſterio eam eſſe conſtiterit, hoc ad noſtram notitiam perferre curet, vt nos eandẽ proprietatem, quæ ſecundum iſtum[2] † modum in noſtrum dominium redacta eſt, per præceptum noſtræ auctoritatis, in illius hominis poteſtatem, qui eam quærebat, ſi ſua eſſe debet, faciamus peruenire: & ſi eam quicunque ad ſuam proprietatẽ detraxerit, liceat ei per ſuum ſacramẽtum habere: & ſi exinde poſtea victus fuerit, dextera manus ei amputetur.

1 † *alienigam.*

2 † *prædictum.*

Idem. LEX IIII.

SI quis de ſtatu ſuo, id eſt de libertate, vel de hæreditate compellatus eſt, iuxta legis conſtitutionem[3] † maniatur. De cæteris verò cauſis, vnde quis rationem eſt redditurus, non maniatur, ſed per Comitem banniatur. Et ſi poſt vnam, aut[4] † alteram admonitionem Comitis aliquis ad mallum venire noluerit, rebus eius in bannum miſſis, venire ad iuſtitiam facere compellatur.

3 † *legem conſtitutionis.*

4 † *&*

TITVLVS XLV.

De his, qui aldiones[5] † defendere debeant, vel in Palatio repræſentare.

5 † *alios*

Imperator Pipinus.[6] † LEX PRIMA.

6 † *Luitprãdus.*

DE aldionibus,[7] † qui de perſonis ſuis aldiones ſunt, ſi aliqua cõpellatio facta fuerit, patroni eorum, eos defendant per ſacramẽtum, aut per pugnam, iuxta qualis cauſa fuerit.

7 † *hominibus.*

Imperator Carolus. LEX II.

VT ſerui aldiones libellarij antiqui, vel alij nouiter facti, qui non per fraudem, neq; per malum ingenium de publico ſeruitio ſe ſubtrahentes, ſed per ſolam neceſſitatem, & paupertatem terram eccleſiaſticam colunt, vel colendam ſuſcipiunt, non à Comite, vel aliquo miniſtro illius ad vllam angariam, ſeu ſeruitium publicum, vel priuatum compellantur, ſed quicquid ab eis iuſtè agendum eſt, à domino, vel patrono ſuo ordinandum eſt. Si verò de aliquo crimine accuſantur Epiſcopus * primò cõpellatur, & ipſe per aduocatum ſuum, ſecundũ quod lex eſt, iuxta conditionem ſingularum perſonarum, iuſtitiam faciat. Si verò culpabiles fuerint, ſicut in capitulari Domini Imperatoris ſcriptum eſt, ita fiat: cæteri verò homines liberi, qui vel Commendationem, vel beneficium eccleſiaſticum habent, ſicut reliqui homines iuſtitiam faciant.

* *No. epiſcopum prouidere debere pauperĩ de aduocato, quòd eſt pro opinio. Bald. in l. magis puto. §. paſſim. ff. de reb. eo. qui ſub tutel. & alibi dixi, & hoc intelligitur de aduocato, hoc eſt, de vicario ſuo.*

Idem. LEX III.

ET quia ſunt nonnulli, qui ſine proprietatibus in Regno noſtro degentes, iudicia[8] † Comitum effugiunt, & non habentes res, aut ſubſtantiam, quibus conſtringi poſſint, ideo c r cũquaq; malitias exercere non ceſſant: de illis placuit nobis, vt ipſi, cum quibus manere vidẽtur, aut eos præſentent aut pro eorum malefactis reſpondeant, vel rationem reddant.

8 † *iuſtitiã.*

Imperator Lotharius. LEX IIII.

DE liberis hominibus, qui ſuꝑ alterius terrã reſident, & vſq; nunc à miniſtris Reip.

a Henricus Quoniam.] Hæc lex poſita eſt ad verbum in cap. 1. extra, de iuramen. calum.

QVI- contra legem, ad placitū trahuntur, & ideo pignorabantur: cōſtituimus; vt ſecundū legem patroni eorū eos ad palatium adducāt, & ſi quis contra hanc noſtram auctoritatem, & eorum legem pignorare, aut diſtringere præſumpſerit, patrono eorum omnia cum lege emendet, & inſuper pro præſumptione bannum noſtrum componat.[1] †

1† palatiū.

TITVLVS XLVI.

Apud quem potentiorum cauſæ agi debeant.

Imperator Carolus. LEX PRIMA.

VT Epiſcopi, Abbates, & Comites, & quique potentiores, ſi cauſam intra ſe habuerint, & pacificare noluerint, ad noſtram debeant venire præſentiam,[2] † neque illorum contentio alicubi iudicetur, nec propter hoc pauperum, & minus potentum iuſtitiæ remaneant, neque nullus Comes Palatij noſtri potētiores cauſas* ſine noſtra iuſſione finire præſumat, ſed tātum pauperum, & minus potentū ad iuſtitias faciendas, ſciat ſibi eſſe vacandum.

2† notitiā.

** No. quæ cauſæ debent agitari in conſiſtorio principis. de quo dixi in tract. de ... conſ.*

Idem. LEX II.

VT omnes Epiſcopi, Abbates, & Comites, excepta infirmitate, vel noſtra iuſſione, nullam habeant excuſationem, quin ad placita miſſorum noſtrorum veniant, aut talem vicarium ſuum mittant, in omnibus cauſis pro illis rationem reddere poſſint.

TITVLVS XLVII.

De armis intra patriam non portandis, vel ad placitum.

Imperator Pipinus. LEX PRIMA.

VT nullus ad mallum, vel ad placitum * infra patriam arma, id eſt, ſcutum, & lanceam portet.

** No. mallū dici placitum, & exponi debet, vel pro id eſt, vt inf. quali. quis ſe def. ibi, ſacramenta.*

Imperator Lotharius. LEX II.

VOlumus, vt cum collectis, vel ſcutis, ad placitum Comitis nullus præſumat venire, & ſi præſumpſerit venire, bannum noſtrum componat.

TITVLVS XLVIII.

De Aduocatis, & Vicedominis.

Imperator Carolus. LEX PRIMA.

DE Aduocatis, * & Vicedominis, Vicarijs, & Centenarijs prauis, vt tollantur, & tales exigantur, qui ſciant, & velint iuſtitiæ cām diſcernere, & determinare, & ſi Comes prauus inuentus fuerit, nobis nuncietur, & Iudices, & Aduocati, Præpoſiti, Centenarij, Scabini, quales meliores inueniri poſſunt, & Deū timētes cōſtituātur ad ſua miniſteria exercēda.

** No. conſiliarios iudices, & aduocatos prauos priuari, & in eorum locū bonos eligi. vt in authen. de defen. ciuit. & de man. prin.*

Idem. LEX II.

VOlumus, vt Aduocati in præſentia Comitū eligantur, non habentes malam famā, ſed tales eligantur, quales lex iubet eligere.

Imperator Pipinus. LEX III.

DE Aduocatis ſacerdotum volumus, vt pro eccleſiaſtico honore, & pro illorum reuerentia aduocatos habeant.

Imperator Lodoicus: LEX IIII.

VT nullus Epſ, nec Abbas, nec Abbatiſſa centenarium Comitis habeat aduocatū.

Idem. LEX V.

OMnibus igitur Epiſcopis, Abbatibus, cunctoq; clero omnino præcipimus Vicedominos, Præpoſitos, Aduocatos, ſiue defenſores bonos habere, non crudeles, nec cupidos, non periuros, non falſitatem amantes, ſed Deū timentes, & in omnibus iuſtitiam facientes, vel diligentes. De Iudicibus autem, vel Centenarijs atque Tribunis, vel Vicarijs dignum eſſe cenſuimus, vt ſi mali fuerint reperti, de miniſterio ſuo abijciantur.

Imperator Lotharius. LEX VI.

VOlumus vt Epiſcopi, & Abbates, Abbatiſſæ ſuos aduocatos habeant, & pleniter iuſtitiam faciant ante Comitem ſuum.

Idem. LEX VII.

VOlumus, vt epiſcopi vna cum Comite ſuos aduocatos eligant.

Idem. LEX VIII.

SIngulis epiſcopis, Abbatibus, * Abbatiſſis duos concedimus aduocatos * habere, vnum qui cauſam procuret, alium qui ſacramentum deducat, eoſque, quamdiu aduocationem tenuerint ab hoſte relaxamus.

** No. epiſcopos, abbates, abbatiſſas nō ſolum eſſe immunes ab hoſtib. recipiendis, vt l. 1. C. de epiſ. & cle. ſed etiam eorum aduocatos.*

** Nota, q aduocatio ſucceſſione non defertur, ſed eligitur. & vide. ad hoc allega. Bald. hunc text. in §. hoc, quod nos, in verbo, conceſſerimus, de pace cōſtan.*

Idem. LEX IX.

VT Epiſcopi, vniuerſiq; ſacerdotes habeāt aduocatos: quia epiſcopi, & vniuerſi ſacerdotes ad ſolam laudem Dei, & bonorū operum actionem inſtituuntur: debet ergo vnuſquiſque eorum tam pro eccleſiaſticis, quam etiā proprijs actionibus ſuis, excepto publico, videlicet, crimine, habere aduocatum non mala fama ſuſpicatum, ſed bonæ fidei, opinionis, & laudabilis artis inuentum: ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

Imperator Ottho. LEX X.

LAicorum verò nullum præter Comitem, in ſolis eccleſiaſticis rebus aduocatum haberi permittimus.

Imperator Henricus. LEX XI.

HEnricus diuina pietate Secūdus Romanorum Imperator Auguſtus. Quoniam[a] in legibus cautum eſt, vt nemo clericorum iurare præſumat: alibi verò reperitur ſcriptum, vt omnes principales perſonæ in primo litis exordio ſubeāt iuſiurandum calūniæ, nonnullis legis peritis res venit in dubium, vtrum clerici iuſiurandū præſtare debeant, aut alij perſonæ hoc officium liceat delegare. Quia enim illud conſtitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibentur à Marco Auguſto cōſtitutum eſt, propterea quia de Cōſtantinopolitanis clericis promulgatum fuiſſe

QVIBVS TVtores dandi &c.

a DDe uiduis.] ut C.quando imper.inter pupil. & vi.

b DE PRAEIVdiciarijs act.

Praeiudiciales actiones tres ſunt: vna, per quam quaeritur, an liber ſit, an ſeruus, & de illa tantum hic loquitur: alia, libertus ſit, an ingenuus: alia, de partu agnoſcendo; an, ſcilicet, aliquis ſit filius, vel non: & dicuntur praeiudiciales, non quia ſemper praeiudicent, ſed aptitudine, vt homo dicitur riſibilis, non quòd ſemper rideat; ſed quia eſt aptus ad ridendum, & praeponuntur hae actiones quandoque principaliter, quandoque in modum exceptionis, & ſic tractatur inf l.1.

c SI quis Negotio.] Siue criminali, ſiue ciuili, & quod hic cauetur in deſuetudinē hodie abijt: vt, ſi quidem teſtibus obijciatur quaeſtio ſeruitutis, utimur iure Romano, quo cauetur, ut ſi dicatur teſtis ſeruus eſſe, & eum producere liberum aſſereret; ſi quidem a natiuitate dicatur liber, ſcribatur eius teſtimonium, & quaeſtio ſeruitutis facta publicatione atteſtationum ſeruabitur tempore diſputationis: ſi vero non a natiuitate, ſed libertus oſtendat in promptu inſtrumentum manumiſſionis: ſi vero diffi[illegible] ſit omnino, & iurauerit, ſcribetur teſtimonium eius, quo producens cum non vtetur, niſi oſtendat prius inſtrumentum manumiſſionis, vt C. de teſtibus. authent. ſi uero. quod ſi reus obijciat actori quaeſtionem ſeruitutis in cauſa ciuili, eum remouet ab agendo, ſi eum probauerit ſeruum, niſi voluerit agere de turbata poſſeſſione domini abſētis, vt C ſi per vim, vel alio modo. l. 2. ſi autem cauſa ſit criminalis, remouetur etiam ab accuſando, praeterquam in crimine maieſtatis, & in certis alijs ex euentu autem iudicij declarabitur, an ſit procedendum in accuſatione, & concordat haec lex cum l. 2. inf. de teſt.

d *Reuerti.*] Quia tota ca-

1 † *Clerica*

* *No. clericos per alios iurare debere. C. de iura. ca*[illegible]*.*

2 † *tutor.*

3 † *poterunt habere.*

fuiſſe videtur; idcirco ad alios clericos pertinere nō creditur. Vt ergo hęc dubietas omnibus penitus auferatur, illam Diui Marci cōſtitutionem ita interpretari decernimus, vt ad omnium eccleſiarum clericos generaliter ptinere iudicetur. Nam cum diuinus Iuſtinianus iure decreuerit, vt canones patrū vim legū habere oporteat, & in nonullis patrum canonibus reperitꝰ, vt clerici iurare nō audeant, dignū eſt, ut totus catholicus[1] † ordo à pręſtādo iureiurādo immunis eſſe proculdubio cenſeatur. Quapropter nos utriuſque, videlicet, diuinae, & humanae legis intentione ſeruata, decernimus, & Imperiali auctoritate, & inretractabiliter diffinimus, vt nec Epiſcopi, nec presbyteri, nec cuiuſcunque ordinis clericus,* non Abbas, non aliquis monachus, vel ſanctimonialis, in quacunque cōtrouerſia ſiue criminali, ſiue ciuili iuſiurandū qualibet ratione compellatur ſubire, ſed aduocatus ſuis proprijs idoneis hoc officium debeat delegare.

TITVLVS XLIX.

Quibus tutores dandi ſunt.

Imp. Pipinus. LEX I.

VT viduae & orphani tutores habeant, iuxta illorū leges, qui illos defendant, & adiuuent, vt per malorum hominum oppreſſionem iuſtitias ſuas non perdant, & ſi actor illorum[2] † aliquis eſſe noluerit, iudex pręuideat Deum timentem, iuſtum hominem, ut lex illorum eſt, qui pro noſtra praeceptione illorum cauſam peragere debeant.

Imp. Lodoicus. LEX II.

DE viduis, & pupillis, et pauperibus quādocūque in mallū venerint ante Comitem, prius eorū cauſae audiātur, & diffiniantur, & ſi teſtes ꝑ ſe ad cauſas ſuas quaerendas non tulerint, [3] † uel leges neſcierint, Comes illos, vel illas adiuuet, dādo eis tales homines, qui eorū rationes teneant, vel pro eis eloquantur.

Imp. Lotharius. LEX III.

DE uiduis,[a] & pupillis, & orphanis, caecis, & claudis, tutelam, atque adminicula habere pręcipimus, iuxta noſtram poſſibilitatem, uel vires, ſicut in pręcepto Domini Regis continetur.

TITVLVS L.

De feriis.

Imperator Carolus. LEX PRIMA.

VT etiam dominicus dies, ſicut decet, honoretur, & eum colere omnes ſtudeant, vt hoc liberius poſſint fieri mercata,* & placita à Comitibus ſicut ſaepe admonitum fuerit, illo die prohibeantur.

Imperator Ottho. LEX II.

QVotidie contra leges agitur, quotidie malum mali facere non verentur; ideo hanc legem per omne aeuum, diuinitate propitia, valituram eſſe adiicimus,[4] † ut toto anni tempore liceat iudicibus cauſas agere, lites dirimere, tumultum quaeſtionum determinare, & diffinire, ut qui quotidie legem offendunt, quotidie legis ſententia feriantur. Nec enim tempore meſſium, uel uindemiarum legis edictum effugere debent, qui in nullo tempore peccare deſierunt. Bene enim facere, verum dicere, iuſtitiam amare, rectum iudicare omnibus temporibus licuit, ſemperque licebit, quia à bonis nūquam, à malis autem operibus ſemper requieſcendum eſſe catholicè didicimus, & hoc iugiter conſeruandum, Deo auctore, & Imperiali maieſtate decernimus. Dauid autem Rex & Propheta dixit, Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. In Natiuitate verò domini, & in Epiphania, & in ſtatutis ieiuniorum diebus, in diebus quadrageſimalibus, in Paſcha, & in Aſcenſione domini, in Pentecoſte, in Dominicis diebus, & in feſtis praecipuis, iudiciarios motus exequi, publicas quaeſtiones appeti, ut hae ſolemnitates, quae ſunt Chriſtianorum, cum omni vigilantia celebrentur, penitus prohibemus.

* *No. nundinas diebus feſtis fieri nō debere, quod eſt contra generalem conſuetudinem Franciae.*

4 † *edicimus.*

TITVLVS LI.

De praeiudiciarijs actionibus.[b]

Imp. Lotharius. LEX PRIMA.

SI quis aliquem de aliquo negotio[c] mallauerit, & ille, qui mallatus fuerit, dixerit, ideo ei reſpondere nolo: quia ſeruus alterius ſit, aut ſi teſtimonia perduxerit, & ſimiliter dixerit, quòd ea recipere non debeat: quia aliquis eorū ſeruus ſit alterius, nominet dominū eius, & ſic det guadiam de eo ad placitum adducendo, & poſito placito, in quantum venire, ubi eum ire crediderit, & reuerti[d] poſſit, iudices dicant, &

ſi in placito cõſtituto domiñű nõ adduxerit, præbeat ſacraméťū,[a] ꝗ ꝓ nulla dilatione iuſtitiæ eius dixerit hoc, niſi ꝓ certo, ita verű eſſe crediderit, ꝗ ſi iurare auſus nõ fuerit, ꝗ pro occaſione prolongádæ iuſtitiæ hoc nõ dixiſſet, componat illi bannű* noſtrű, & iuſtitiá pleniſſimã faciat. Si uerò aliqué adduxerit, qui ſe dominű eius dicat eſſe, & illum, qué de ſeruitio appellauerit, replicare ad ſeruitiű non potuerit; tűc ille qui dominum ſe eſſe dixerit, bannű noſtrum ei cõponat: eò ꝗ pro cõculcanda iuſtitia tale ingenium facere auſus fuerit: crimina[b] verò, ſi ſuper eum pro dilatãda iuſtitia imponere voluerit, ꝓbare conatur, & ſi probare nõ potuerit, iuſtitiã faciat, et inſuper bannű noſtrű ꝓ tãta calliditate cõponere cogať.

Idem. LEX II.

SI quiſpiam[c] fortè, aliquem mallauerit, & ille, qui mallatus fuerit, dixerit eum ſeruum ſuum eſſe, uel alius in ipſa altercatione veniens, eum ad ſeruitium mallauerit; volumus, vt præſentialiter ſe guadient, vt ad primum, vel ad ſecundum, aut ad tertium placitű cauſa ipſa finiri debeat, † & inter placitum, & placitű ſint dies 15. tertium verò, quádo Comes placitum habuerit. Si infra vnum comitatum eſt, ſint dies 15. ſi autem in aliű eſt, ſint dies 20. ne ꝓ tali occaſione iuſtitia eius prolongetur. Quòd ſi in his tribus placitis ille, qui quærit, venire neglexerit, excepto ſeruitio* Regis, & ineuitabili neceſſitate, & Comes placitű habuerit, & ille quoq; alius ad ſuam libertatem probandam paratus fuerit; tunc Comes ipſam cauſam finiat, veluti, ſi ipſe, qui quærit, præſens fuiſſet, & vltra qui quæſierit, facundiã de ipſius ſeruitio dicendi non habeat, & inſuper bannum noſtrű cõpo. illi, ac iuſtitiam pleniter faciat. Et ſunt aliqui, ꝗ dum aliquos in ſeruitio mallant, & ipſi de ſua libertate ꝓban da dant guadiam, in tantum eos mutãdo placita lacerát, vt vix per ſuam paupertaté euadere poſſint: vnde tertiű capitulum addere placuit.

Idem. LEX III.

SI verò alium ad ſeruitiű aliquis mallauerit, & ille, ꝗ mallatus fuerit, ad probandum libertatem guadiã dederit: iubemus, ut ſupra, ut ad primű, aut ad ſecúdű, vel ad tertium placitum cauſam deliberét. Inter placitű, & placitum ſint dies 15. tertiű verò quãdo Comes placitum habuerit, ſi infra unű comitatű eſt, ſint dies 15. ſi autem in alium eſt, ſint dies 10. & ſi in his tribus placitis ipſe, qui quærit, venire contempſerit; antepoſito, quod ſuperius antepoſuimus, & Comes placitum habuerit, ſed ille namque alius cű ſuis teſtibus paratus fuerit; tunc Comes ipſos teſtes recipiat, & cám diffiniat, veluti ſi ipſe, ꝗ quærit præſés fuiſſet, & ultra ille, ꝗ quæſierit tacitus de ſeruitio illius permaneat.

TITVLVS LII.

De teſtibus.

Rex Lutprandus. LEX I.

SI quis teſtimonium falſum contra quemcunque reddiderit,[d] aut in charta falſa ſciens manű[e] poſuerit, & ipſa fraus manifeſta

ta ea res ad iudicem, id eſt, bonum virum remittenda eſt, qui debet tantum ei tempus dare, quo diligens paterfamilias conficere poſſit. quod ágẽdum eſt: nec debet vti diplomate, id eſt, diebus, & noctibus ambulare, nec delicate ire, vt ſit dignus reprehenſione, ſed habita ratione temporis, ſexus, ætatis, & valetudinis vt maturè ire, & redire poſſit, ut ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita. & hoc locum habet, cű promiſi me aliqd daturum Capuæ: in iudicijs autem aliter ſeruatur, quia uiginti miliaria per diem tribui debent, ut in ff. de excuſatio. tutorum. circa ſi. & ff. ſi quis cautio. l. j. qđ & hic faciendum puto.

a *Sacramentum.*] Hoc ubi litigatores petunt inducias pro teſtibus inducendis, cum iam binas dilationes habuerint: aut pro aduocato ducendo, & ſi qua eſt ſuſpitio mouens iudicem præſtare debet ſacramentum prędictum, ut non cauſa dilatandæ iuſtitiæ ad teſtes producendos, vel aduocatű petendű inducias petűt, & aliàs iudicaui dű aſſiſtebam magiſtris iudiciarijs.

b *Crimina.*] Diſtinguendum eſt, ciuiliter ſit quis conuentus, an criminaliter. ut ſi quidem ciuiliter, ſi non obijciat crimen accuſando, ſed tum ad repulſam, ſi tale eſt crimen, quod ciuilem abſorbeat quæſtionem, uerbi gratia. dotem uxori, vel quartã repetenti obijcio crimen adulterij, prius iudicandű de incidentis criminis quæſt. l. adulterij. C. de adulterijs. ſi verò criminalis non abſorbeat ciuilem, non per hoc differtur ciuilis quæſtio: quia quantumcunque aliquis ſit criminoſus, non debent ei ſua crimina auferri, ſiue rerum ſuarum reſtauratio, ut ff de ſol. l. reo. quid ſi ad repulſam crimé obijciatur, & ciuilem quęſtionem abſorbet, ut de adulterio cõuict⁹, an puniatř vtiq; : ar. l. iubemus. C. de ꝓb & C ad leg. Cornel. de fal. l. vbi ff de adult. l. 2. §. ſi publico. ſed ar. ꝯ. ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. ſi qs. prima verior. Itẽ an puniri déat, ꝗ crimẽ obiecit, & non ꝓbauerit? R ñ ſm hanc legẽ vř damnű componi, qđ eſt negű, habita præſumptione ꝯ eű, quaſi ꝓ dilatãda iuſtitia, & pro iudicio euitando crimé obiecerit. ꝗ ſi nõ calumnioſè, ſed ſuo iure utendo, remanebit fortè impunitus: nam dolo non facit. qui ſuo iure utitur. Si autem ille, cõtra quem ciuiliter agitur, crimẽ obiecerit magnű. uel non magnum, cauſa criminalis, vt pote maior, terminari prius debet: nam ſi eã criminalis maior præiudicat minori, ut de ea prius cognoſcať, ut C. q accuſa. nõ poſſunt. l. j. multo magis prudicat ciuili: licet regula ſit, qui prior appellat, prior agat. l. qui prior. ff. de iudi.

c *SI quiſpiam.*] Lex ſuperior loquiť, cű accuſator dicebať alienus ſeruus: lex iſta qñ cõuentus dicebat actoris ſeruus eſſe, & in utraq; lege cõtrahitur eremodiciű in cauſa liberali, actore præſente, & ante litẽ conteſt. qđ eſt ꝯ reg. ut cű termineť ante litẽ cõteſt. licet iure Romano ueteri contrahatur eremodicium. abſente actore, ſed eis cűducebatur edictű, ut ff. de iu. l. & poſt. aliud iure nouo, ut C. de iud. l. properandű. tñ fauore libertatis cõtrahebatur eremodiciű & iure antiquo, ut ff. de dolo. l. ſi ex dolo. quod in alijs cauſis locum non habet, ut diffinitiua feratur ante litem conteſt. Sed ſi poſſeſſor conuentus ad iudicium non ueniat, & actione in rem ſit cõuentus, auferatur ab eo poſſeſſio, & detur actori, ut C. de ꝑſcri. 30. an. l. pen. & ſupra de exec. Si uerò perſonali actione conueniatur, & ad iudiciű nõ uenerit, mittitur actor in poſſeſſioné, iuxta modum declarati debiti. auth. & qui iurat. C. de bon. auct. iu poſſ. ſed fauore libertatis eſt inuentum, ut ſi actor non uenerit in peremptorio, iudex audiat teſtes, uel alias ꝓbationes eius, qui in ſeruitutem uocatur, quod ſi pro libertate deponant, ꝓ ea ferat ſententiã: præſentibus tñ partibus a quo in abſentem contumacem lata nõ potent appellari d. l. properandű.

d *SI qs. Reddiderit.*] S. oretenſ. & ſine ſacramento. nam & admittuntur qñque teſtes ſine ſacramento, ut ſup. de reb. interti. l. 2. porrò ſi ſacramentum interceſſerit, etiam manum amittere, ut inf. l. prox. ſeq.

e *Manum.*] ſubſcribendo per ſe, uel per alium.

* No. bannum prius eē compoſi.

1 † cauſam ipſam deliberet.

* No. quòd ſeruitium principis excuſat à cõtumacia. l. contra pupillum. ff. de re iu. ſi- cut alia corporis neceſſitas: aut impedimẽtum l. 2. ff. ſi quis cau. & qua di- xi. in §. 18. in glo. 2. de iuriſd. om. iu. l. cõſue. tuiuriſgű.

fuerit, cōponat guidrigild [a] ſuum, medium Regi, [b] & medium ei, cuius cauſa fuerit: & ſi talis perſona fuerit, quæ non habeat, unde cōponat, tunc publicus debeat eū dare pro ſeruo [c] in manu cui culpam fecit, & ipſe eidem ſeruiat, ſicut ſeruus: & ipſe, qui aliū rogat [d] teſtimonium falſum dicere, aut pro cauſa ſua rogat manum in charta falſa ponere, ſic componat, ſicut teſtes ipſos falſos iuſſimus cōponere, pro eo, quòd ipſum malum per ipſum fuit inchoatum.

Imperator Carolus.

LEX II.

DE periurijs, [e] ut caueatur, & non admittātur teſtes *ad iuramentum, antequam diſcutiantur, [f] & ſi aliter diſcuti non poſſunt, [g] ſeparentur ab inuicem, & ſingulariter inquirantur & non ſoli accuſatori [h] liceat teſtes eligere, abſente ſuo accuſatore, [1] †& omnino nullus niſi ieiunus [i] * ad iuramentum, vel ad teſtimonium admittatur: & ille, qui ad teſtimoniū adductus fuerit, ſi refutatū, [k] dicat ille, qui eum refutat & probet, quare eum recipere nolit. & ut de ipſo pago non de altero teſtes eligantur, niſi fortè extra comitatum longius ſit cauſa inquirenda. & ſi quis conuictus fuerit de periurio, manum perdat, aut redimat.

a *Guidrigild.*] procedunt hæc, quando teſtis non iurauit: nam plerunq; ſine ſacro admittitur, ut quia tales perſonæ ſunt, quib. reus, aut iudex ſine ſacro credere poſſit. idem ſi teſtis per alium ſubſcripſerit. Quid autem ſi ignoranter oretenus, uel ſubſcribendo falſum teſtimonium dixerit? Rñ. iure quidem Long nō inuenitur, qua pœna puniatur ignorans: puto tñ (ex quo non omnino caret culpa) extraordinaria pęna puniri: nam q ignorans deierat, delinqt, ſed poteſt redimere manum. Et iſto caſu bonus iudex uarias pęnas imponit ex varietate ignorātiæ: pone teſtem, qui ſubſcripſit, habuiſſe fidē notario, qui conſueuit fidelis eſſe, minori pœna punitur: ꝙ ſi notarius non eſt clare locutus, maiori pęna, uel ſi ſubſcribens eſt literatus, & intelligens, quia ſubſcripſit inſtrm, quod non legit, nec legi fecit. Sed an utens falſis teſtib. debet rem amittere, ſicut qui poſſidet p chartam falſam: qđ vř, ut ſ̃. de præſc. l. ſi quis poſſederit. & ĩ. qual. q s ſe deten. deb. l. de chartis. 2. ibi, oſtenſor ipſius chartulæ, &c. Sed dic, ꝙ ſi utens falſis teſtib. habet alias allegationes ad ſui tutelam ſufficientes, rem non amittit, aliàs ſecus, quia nec intentionem, nec exceptiones per teſtes probare poteſt, quod fortè non eſt in eo qui falſis utitur inſtrumentis: quia odio falſi re carebit, alias defenſiones habeat, ut d. l. de chartis. cui adde tex. in l. falſas. C. ſi ex fal inſtr. ubi licet falſa inſtra ſint in cauſa allegata, ſi tamen ſentētia nō aſſumit uires ex falſo, tenebit. Quid ſi plures falſum dixerint ſcienter, nunquid poterunt ſe coadunare? quod vř, arg. l. ſi plures. ſ̃. de fur. & ſ̃. de ho libe. hom. l. 1. dic, ꝙ non. Nec obſt. dicta cura, quia ibi omnes furtum, & homicidium ſimul fecerunt: hic autem quilibet falſum teſtimonium dixit, & tot ſunt falſa teſtimonia, quot ſunt perſonæ: ſed videtur contra ſup. de eo, qui chartam falſam. l. de ſcribis. Sol. ibi notarius amittit manum: quia deierauerat, hic ſubſcribens non iurauit. quæ ſol. procedit in teſtib. non iurantibus.

b *Medium Regi*] Contra infra eodem. l. ſi quis cum altero, ubi in tres partes diuiditur compoſitio, & curtis Regia habet tertiam, non medium. Sol. ibi de pęna periurij, hic falſi teſtimonij.

c *Pro ſeruo.*] Contra ĩ. eo. l. ubi teſtimonium. Sol. illa loquitur in illis tribus capitulis, iſta in alijs. Vel fortè hic erat diues tempore dicendi teſtimonij: ideò fuit admiſſus: licet poſtea effectus fuerit pauper: & ideo debet dari pro ſeruo: uel ibi dicit non debere pauperem admitti hic ſi fuerit admiſſus, quid faciendum.

d *Rogat.*] Contra ſ̃. de illi. conſi. l. 2. ubi diuerſa ponitur cōpoſ. Sol. aliud eſt conſilium dare, aliud rogare: nam rogare, & perſuadere plus eſt quam conſilium dare, ut ff. de ſer. cor. l. qui liberum eſt, &c. ut inſt. man. §. aliena.

e DE *periurijs.*] Caueri quidem debet per legem, uiā periurijs non aperiri, quia puniuntur. l. ſecunda. C. de ind. uidui.

f *Diſcutiantur.*] q. d ante debent diſcuti, quàm iurent, ſed iure Longob diſtinguitur, ſi uolentes ueniant, quia ſeipſos uidentur offerre ad ueritatem dicendam, prius dicant, & poſtea iurabunt, ut ſup. de reb. inter. l. 2 ibi, firment per ſacramentum, &c. quod ſi coacti, debent prius iurare teſtes, ubi utraque pars teſtes ſuper aliquo articulo producat, tūc etiam ante debent dicere, quàm iurent. Eſt autem forma ſacramenti iure ſecundum Long. ut teſtes ueritatem dicant, quando iurant: ſi uero prius dixerint, iurabunt ſe uerum dixiſſe teſtimonium. Iure autem Rom. prius debent iurare, quàm dicere, ut auth. de teſtib. forma autem ſacramenti ſecundum ius Romanum eſt, ut ueritatem dicant, & nihil ſubtrahant, uel addant plus pro una parte, quam pro altera. auth. ſi iudex. C de epiſc. & cler. qua forma utimur. Cæterum contingere poteſt, ut iudex credat teſtibus ſine ſacramento, ſi fides eorū, & opinio nota ſit iudici. l. 2. ſup. de rebus. in tertia.

g *Non poſſunt.*] Scilicet, bene, & ſecundū quod decet, ſeparentur: contingit enim, vt hæ perſonæ producantur in teſtes, qui omnino fidem ſuam proferri poſſunt, & tuc forte poterit eos iudex ſimul recipere, alioquin (quia diligentius ueritas quæritur) poterit eos ſeparare, quia iudici permiſſum eſt ſcire, & cognoſcere quanta fides ſit teſtib. adhibenda. l. 3. §. tu magis. ff. eo. & eius arbitrio committitur, vtrum ſimul, an ſeparatim debet eos admittere, ut hic: quandoque ergo poſſunt ſimul diſcuti.

h *Accuſatori*] quaſi dicat teſtes accuſatoris non debet iudex audire, reo abſente: idem de teſtibus rei.

i *Niſi ieiunus.*] Conſilium eſt, non præceptum, ne fortè per ebrietatem aliud dicat.

K *Refutatur.*] Quid ſi teſtes altera parte præſente, iurent, nunquid poterit pars illa aliquid in perſonis teſtium obijcere? Reſpondeo non: ſicut enim litigator debet iudicem, ſeu procuratorem ante litem conteſtatam recuſare, ut C. de iudicijs, lege apertiſſimi. & ff. de procuratorib. l. neque. & C. de procuratorib. l. ita demum. ſic recuſans teſtem, debet dicere, & probare, antequam iuret, quare recuſat, quod ſi in eum conſenſerit ſemel (quod uidetur facere, dum eum admittit ad iurandum abſque contradictione) non poteſt recuſare, ſicut nec iudicem, uel procuratorem, poſtquàm in eum conſenſit, l. 1. & 2. ff. de iud. niſi quis forte dicat, quod infamia poſtea ſuperuenit in notitiam litigatori. arg. l. ſi ignorans. ff. loca. nec uidetur conſentire, qui errat. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omnium iud. & ignorans non uidetur renunciare iuri ſuo, l. mater. ff. de inoffi. teſtam. Item quid ſi litigator reſeruat ſibi, ut, auditis atteſtationibus poſſit crimen obijcere teſtibus. uel per alios reprobare? puto, quod talis reſeruatio non obeſt, inuito aduerſario, nec iudex debet eam audire in præiudicium litigatoris, niſi fortè quis dicat debere ante iuramentum teſti obijcere, probari autem poteſt, ſi litigator uiderit teſtimonium obfuturum, lectis atteſtationibus ad inſtar exceptionis dilatoriæ, quæ initio opponi poteſt, & debet probari ante, poſtquam actor probauerit intentionem ſuam, ut C. de probatio. lege exceptionem. unde dicit Guarne. qui ſe legitimum dicit, ſi probat, iudicium euitat, ſi non, iudicium ſuſcipit, probato delicto. argum. lege ſi quidem. C. de exceptio. & præſcriptio. & C. de præſcript. long. temp. lege emptor. & C. de probat lege exceptionem. uerum de iure canonico publicatis atteſtationibus, non licet teſtes reprobare. cap. denique. extra de excep. Sed nunquid ipſi teſti, an litigatori eum producenti debet probari crimen obiectum? Reſpon. litigatori, non enim teſtis in iudicio conuenitur, cum non agat ciuiliter, nec criminaliter, ſed eum, eiuſque probationes debet repellere, qui te conuenit, nam obijcitur crimen non accuſando, ſed ad repulſam, ut C. de teſtibus. l. finali. in fi. Item quid ſi litigator crimen obiecerit, ut eum repellat, & probare non poterit, an poſſit iniuriarum cum eo ex experiri teſtis? minimè. non enim iniuriandi animo crimen eſt obiectum, ſed ad defenſionem cauſæ, nec dolo

facit,

* *Hodie de iure, & ſtilo curiarū ſufficit proteſtari contra teſtes, non conſentiendo productioni eorum, & ipſos loco, & tempore reprobare, & obijcere, ut authētica, ſi dicatur ſeruus. C. de teſti. & unde ſumitur, & c. præſentiū, eod. tit.*

1 † *cauſatore.*

* *No. teſtē debere eſſe ieiunum in teſtimonio ferendo: & inf. eo. l. vt teſtes. ꝙ procedit de honeſtate. c. 1. de teſt. & in auth. eod. col. 6. ſed non de neceſſitate, & hoc ultimum ſeruatur in prax. idem in iudice, ut inf. titu. proxi. l. ut iudices.*

facit, qui ſuo iure vtitur, l. cum pater. §. Titio. ff. de legat. 2. Item iuris executio non habet iniuriam, l. iniuriarum. ff. de iniu. & licet iniurioſum videatur verbum, tamen nõ eſt, cum animus proferentis ſit inſpiciendus. l. fin. ff. ad exhib. Item quid, ſi teſtes in vno iudicio reprobati, producuntur in alio, an ſint repellendi? Rñ. rectè quidem alius eiſdem vti poteſt? non. n. fuit ſententia contra eos lata, cum nec accuſent, nec accuſentur, nec ſunt ipſi infamia condemnati. ar. l. ſi vteris, C. de fide inſtr. regula. n. eſt, ꝙ ſnīa inter alios lata, alijs non præiudicat.

a Optimus.] Eſt. n. voluntas Imperatoris, vt ſubditi ſine infamia ſint: ideo ille dr̃ optimus qui principalem dignitatis gradum obtinet. arg. l. vbi. ff. de verbo. obl. nam promittens decem ſalmas boni vini, incertum ꝓmittit: ſi autem optimi, deducit certum in ſtipulationem, & vltimum bonitatis obtinet gradum. d. l. vbi. & l. cum quid. ff. ſi cert. pet. licet ergo teſtis non ſit optimus, bonus tñ admittit̃.

Idem. LEX III.

Optimus [a] quiſque in pago, uel in ciuitate in teſtimonium admittatur, ut is, contra quem teſtimoniare debet, nullum crimen poſſit obiicere.

Idem. LEX IIII.

Vt q semel periuratus fuerit, nec teſtis [c] ſit poſt hoc, nec ad ſacramentũ accedat nec in ſua cauſa, vel alterius iurator exiſtat.

Idem. LEX V.

Vt quandocunque teſtes ad rem quemlibet diſcutiendam quærendi, aut eligẽdi ſunt, a miſſo noſtro, & Comite, in eorũ miniſterio de re qualicunq; agẽdũ eſt, tales eligãtur, quales meliores in ipſo pago poſſunt, & non liceat litigatorib. per præmia falſos teſtes adhibere, ſicut hacten⁹ fieri ſolebat.

Idem. LEX VI.

Vt teſtes [d] ad teſtimoniũ dñm præmio non conducatur, & nullus teſtimoniũ dicat, aut ſacramentum iuret, niſi ieiunus, & teſtes* priuſquam iurent, ſeparatim diſcutiantur, & dicãt, quid uelint de illa re, vñ teſtimonium reddere debent.

Idem. LEX VII.

Volumus, [e] atq; iubemus, & Comites, & iudices eorũ nõ dimittãt [1]† teſtes hñtes malam famã, teſtimonium peribere, ſed tales eligãtur, qui teſtimoniũ bonum habẽt inter ſuos pagenſes. Et primum per ipſos

b *Obijcere.*] Quid ſi obiiciat crimen, quod ſine ſententia non portat infamiam, vt ſtupri, vel adulterij? Rñ. nõ repelletur a teſtimonio: loquitur. n. de illo crimine, cuius cõmiſſio facit infamiam, vt ſi quęſtuaria mancipia habeat, vel binas vxores, vt ff de his. qui no. infa lege qm̃. & C. illo eo. tit. l. non damnatos. Quid ſi obijciet crimen, cuius commiſſio non infamat, ſed denigrat hominis opinionem. vt quia fur eſt, & latro? Rñ. arbitrio iudicis committitur, qui ex qualitate rei, & perſonæ variè perpendat: qñque. n ex perſona eius, contra quem producuntur, perpendet, vt ſi ſurripuerit anſerem, uel gallinam, uel ſi leuis ſit perſona, quæ conſueuit furari: verũ iure Ro. ne ueritas rei pereat, admittuntur infames. l. quoniam. in fi. C. de hær. Sciendum eſt, ꝙ in repellendo teſtes, inſpicitur tempus dicendi teſtimonij: nam licet tempore contractus aliquis erat integræ opinionis, tempore autem dicendi teſtimonij eſt diminuta, repellitur, ut ff. de Carb. edic. l. Carbonianum. §. duæ autem. uer. finge eſſe teſtes. ibi, aut ꝑ ꝑ temporalis interuallum, &c. & fur. contra furem admittitur, hæreticus contra hæreticum, infamis contra infamem, ar. l. quoniam. C. de hære. & ff. de teſtib. l. ob carmen § ſi ea.

c *Vt qui. Nec teſtis*] Not. periurum, ut infamem a teſtimonio remoueri. l. fin. ꝫ. de periu. & eo ipſo, ꝙ periurat, eſt infamis, de quo non eſt expectanda ſententia. d. l. fi. licet quædam ſint crimina, quæ non niſi per ſententiam infament, ut furtum & rapina, ut ff de quib. cau. infa. irro. l. 1. in fi. eſt autem infamia conſumptio famæ, ſic ergo propter periurium amittitur fama, & dignitas. l fina. C. de digni lib. 12. & C. de infa. lib. 10. & arbiter tamen eſſe poteſt. ut ff. de arb. l. Pædius iudex autem non. l. 1. ff. ad legem Iuliam de ui publica. infames ſiquidem conueniantur de incendio homicidio furto, uel alijs grauibus criminibus ſi teſtes uel alia iudicia deficiant, purgant eorum innocẽtiam, ſecundum regni conſtitutionem, paribili. & facit. l. ſi quis maior. C. de tranſactionib. ubi ueniens contra tranſactionẽ iuratam notatur infamia. Quidam tamen dicunt, ibi ſpeciale. Alij exponunt, notatur infamia, id eſt, grauatur eius opinio apud bonos uiros. infamia n. alia iuris, alia facti: iuris eſt, quãdo quis damnatur de crimine famoſo nomine ſuo, l. 1. ff. de his qui notantur infamia. ſecus ſi damnatur nomine tutorio, uel procuratorio, quia damnatur, cuius eſt tutor, uel procurator, ut ff. eo. titu. l. furti. §. ſi quia. infamiam

autem facti non euitant, ut ff. de iure patronatus. l. 1. ſed licet periurus ſm̃ quoſdam non infametur, puto tamen, ꝙ a teſtimonio repellitur, quia fidem amiſit periurando. Sed contra. ꝫ. de periu. l. fi. Sol. intelligitur inculpabilis, quo ad Deum: nam pœnitentiam non facit, ne uideatur delictum commiſſum, ſed pœna remittatur, ſicut indulgentia imperialis nõ tollit infamiã, ſed remittit pœnam. l. indulgentia. C. de genera. abolit. Cæterum ſi eſſet a principe in integrum teſtitutus infamia aboletur. l. 1. §. deinde ff. de poſth. nam quantum potuit nomen condẽnationis in condemnato, tm̃ põt nomen reſtitutionis in teſtituto l. fi. C. de ſenten. paſ. ſic ergo princeps facit, quod ſuum eſt, tollẽdo infamiam ꝑ reſtitutionẽ, ut Deus per pœnitentiam pęnam peccati. An excommunicatus ad teſtimonium admittatur, cum ſit infamis? Rñ. minime, quia repellitur ab agendo, et ſi ſuo nomine uelit agere principalr̃, uel ꝑ ꝓcuratorem, c. infamis. 6. q. 1. & ext. de of. ord. c. quæſitũ. & ff. de offi. deleg. c. prudentiam. à fortiori à teſtificando, & iſta exceptio probari poteſt ꝫ. 8. dies continuos, ꝗ dantur à lege, non a iudice, quæ niſi probetur, opponens ulterius non audiatur, ut eſt dicere. Innoc. 3. c. pia de exce. lib. 6. Quid ſi ab infame peto centum, uel eum criminaliter accuſo, & dico, eum in cauſa iurare non poſſe? Rñ eſt admittendus ad iurandum, quod iuſm ſuccedit loco defenſionis, & non probationis, ut ſup. de iniu. l. 1, C. unde ui. l. ſi quando. alias maxima ſequeretur abſurditas.

d *Vt teſtes.*] Non debent teſtes pretium accipere pro reddendo teſtimonio, cum qlibet ueritatem dicere teneatur & ob turpem cauſam vř accipere. Quid ſi quis pecuniam numerauerit pro teſtimonio perhibendo? Reſpon. uidetur teſtem corrumpere, ſicut qui pecuniam numerat iudici, ut ff de condict. ob turpem cauſam. l. 2. ſunt autem expenſæ, & neceſſaria teſtibus exhibenda. l. quoniam multi C. eodem.

e *Volumus.*] Hac lege cauetur, ut teſtes malam famã habentes, non admittantur ad teſtimonium, & ſufficiat ad eos expellendos, ꝙ ſint obſcuræ famæ: ſequitur ergo, ut ſicut fama eſt ſufficiens ad repellendum teſtem, ſic ad conuincendum aliquem de crimine, quod non procedit, nam qui famam obſcuram opponit, non accuſat, nec arguit ſanguinis cauſam, ſed tantum agitur, ut teſtis repellatur: at ubi criminaliter agitur, ibi cauſa ſanguinis examinatur, ubi non facile locus eſt coniecturis, ut C. de probationibus. l. ſi. facilius quidem eſt repellere, quam accuſare: nam in accuſatione neceſſarius eſt libellus accuſatorius, nec eſt neceſſaria inſcriptio, licet inueniatur, ut ex præſumptione damnetur quis criminaliter: nam ſi quis alicui denunciauerit, ne loquatur cum eius uxore, trina denunciatione facta, poterit etiam in eccleſia de adulterio conuinci. abſque alia probatione, ut in authentica, ut liceat matri. & aui. alias ex præſumptione poteſt condemnari. l. ſi qs. ad legem Iul. de adulte. Quæritur ſi iudex ex officio poterit infamem teſtem expellere, an debet illum admittere, ſi litigator infamiam non allegauerit? Vtique, & poteſt iudex ex officio repellere ſuſpectum tutorem, etiam non accuſatum. ff. de ſuſpe. tutoribus. quod eſt fauore pupillorum, & punire teſtes, ſi in eorum teſtimonio offenderint aures iudicis, ut C. de teſtib. l. nullum, & ſine accuſatore punitur quis de lenocinio. l. 2. §. ſi publico. ff de adult.

** No. teſtes ſecrete, & ſeparatim interrogari, & examinari debere, ut l. ſi quis. & l. nullum. & l. ſi quãdo. C. eo. & dixi poſt mãdag. in tra. ſuo de elec. c. 38. & c. venerabili, eo. tit.*

1 † Admittant.

iudices inquirantur, ſicut ab illis iudices rectius inquirere potuerit. Ita faciãt iudices non voluntatibus malorum hoĩum aſſenſum prçſtantes. Et vt ipſi Comites, & eorum iudices, qui nouerint cãm, de qua inter eos agitur, eſſe corporatam, ſine blandimento ipſius, qui cãm hẽt, faciãt teſtes ad eandẽ cãm venire, & per eorum inquiſitionem fiat diffinita, & iubemus, ut teſtimonia abinuicẽ ſeparentur,[a] vt lex hẽt, quia ſi ita agitur, multi falſi teſtes poſſunt eſſe ſuperati, ſi ſeparatim interrogati fuerint.

Idem. LEX VIII.

FAlſa perſona[b] * non habet poteſtatẽ accuſandi. & ſi in primo crimine conuictus fuerit, falſum dixiſſe teſtimonium,[c] in ſecundo non habeat poteſtatem dicendi.

Idem. LEX IX.

PLacuit nobis, vt nullus Comes nec eorũ iuniores[1] † nullatenus p̃ſumãt alicui hoĩ ſua teſtimonia tollere, aut extraher̃, ſed ꝑmittãt ei hr̃e ſua teſtimonia, quç cõquirere, aut rogare potuerit: & ſi aliquis cõtra hoc facere præſumpſerit, noſtra eſt voluntas, vt ipſe veniat in noſtram præſentiam, & ibidem inde accipiat talem ſententiam, quomodo noſtra volũtas fuerit ad iudicandum.

adult. Sed nũquid debet iudex adhibere fidem teſtib. quos nouit infames? R. ñ d. eius officio committitur l. 2 ff. de teſt. ad cuius officium non pertinet eos repellere, ſi pars nihil allegauerit vt dictum eſt. Sed licet infames iudicis errore, uel aliter, ſint admiſſi in teſtes: iudex tñ non dẽt eorum teſtimonia ſequi. ar. l. primæ C. de quæſt. & l. 1. §. diuus. verſi. ſi ſeruũ. ff. de quæſtion. 1.

a *Inuicem ſeparentur.* Et iure Roma. ſeparari debẽt: iure autem Franc. edictum eſt, vt unus pro oĩbus dicat, & cæteri dicant uerum eſſe, quod vnus eorum dixit. Vnde vr̃, ꝙ alteri partiũ denegetur productio teſtium, & litigatorib. qui eos produxit: vt poſte publicatione atteſtationum iam facta: quia palã teſtimonium dictũ eſt, cum iure Roma. cautum ſit non licere litigatoribus poſt atteſtationum publicatione in alios teſtes producere, ut in aut. de teſt. § quoniam multi ſæpe. Reſpon. tunc dicitur publicatio facta, & inhibetur productio teſtiũ, cũ atteſtationes ſunt per iudicem publicatæ. ut in ſimili furtũ quantumcunque factum ſit palam, non dicitur manifeſtum. l. 1. C. vt bo. ra. ſed in actu debet deprehẽdi a domino; uel ab eius neg. geſt. ut inſti. de fur. circa prin. & ff. de viu. l. qui ſolutioni.

a Not. falſam perſonam accuſandi poteſtatem non habere, & ſic infamis non accuſat. l. criminis. C. qui accu. et l. qui accuſare. ff. eo.

1 † iudices

b *FAlſa perſona.*] q. d. teſtis, uel procurator, nec in ciuili, uel criminali cauſa eſſe poteſt: illa dicit falſa perſona, quæ de falſo conuicta eſt, dicendo, ſcribendo, uel oretenus fuit de falſo conuicta, uel ſi alium rogauit, ut falſum diceret teſtimonium, qui qui ſimiliter de falſo condemnari poteſt.

c *Teſtimonium.*] ſ. per accuſationem contra eum inſtitutã: aliter enim conuictus non dr̃, niſi propoſita actione: talis n. ſententia eum infamat. alioquin dum teſtimonium dicit, & crimen ad repulſam ei objicitur, tunc quia teſtis non accuſat nec accuſatur, ſed agentis intentio refutatur, non nocet ei infamia, quæ datur contra agentem, vt ea uti non poſſit, vt no. ſup. eo. l. de petiur. in ver. referatur: cæterum quantũcunque quis ſit infamis, ſi cauſam ſuam ſuorumque agat, admittitur l. qui accuſare. & l. hi. ff. de accu. Quid, ſi litigator, contra quem teſtes producuntur, citatus venire nolit, ẽt tribus edictis, vel uno pro omnibus peremptoriè emanatis? tunc iudex teſtes audire poteſt, ſi quidem contumacia hr̃ pro præſentia. auth ſi ergo. C. vbi de cri. agi oportet, quantũ ad litis diſpendium, puto ẽt, ꝙ ante litem conteſtatam, ſi alter litigatorum abſit contumax, teſtes præſentis audiendos eſſe auth. de teſt. §. ſi. Non ob. ꝙ iudex iuxta finem termini, debet ſententiam proferre, vt C. de iu. l. properandum.

Imperator Lodoicus.

LEX X.

LOdoicus Omnipotẽtis, & Summi Dei benignitate Imperator ſp̄ inuictiſſimus, oĩbus fidelibus populi, noſtris Longobardis fœlicitatẽ perpetuã in præſenti ſeculo, & in futuro cœleſtis atque amœnæ patriæ requiem ſempiternã. Si duo teſtimonia de qualibet re teſtimoniauerint, & inter ſe diſcordauerint, tunc Comes eligat vnũ ex vna ꝑte, & aliũ ex altera vt illi duo teſtes diſcernãt cum ſcutis, & fuſtibus, & ille, qui de ipſa falſitate conuictus fuerit, pro tali peſſimo delicto, dextera manu priuetur, & omnino ei amputet̃.

Idem. LEX XI.

SI quis cum altero de qualibet cauſa cõtentionem habuerit, & teſtes cõtra eũ ꝑ iudiciũ producti fuerint, ſi illos falſos eſſe ſuſpicatur,[d] liceat ei alios teſtes, quos meliores potuerit, cõtra eos opponere, vt veraciũ teſtimonio falſorũ teſtiũ peruerſitas ſuperetur: ꝙ ſi ambæ partes teſtiũ inter ſe ita diſſẽſerint, vt nullatenus vna pars alteri cõcedere[2] † voluerit, eligantur[e] duo ex ipſis, i. ex vtraq; parte vnus, qui cum ſcutis, & fuſtibus in campo decertent, vtra pars falſitatẽ, vtra veritatẽ ſuo teſtimonio con

2 † cederet

quia ſi iudex ex authoritate illius legis uelit iudicare, obſeruandum eſt, quòd ibi dicitur de triennio. quòd ſi ex auctoritate veterum legum velit iudicare, ante triẽnium poteſt. l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iu. puto tamen d. l. properandum. eſſe correctam per auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iu. ut etiam, altero abſente. per contumaciam iudex poſſit ſententiare, nec licebit abſenti appellare d. l. properandũ. & l. contumacia. ff. de re iudi. vbi contumax dãno litis coercetur, ſcilicet, quia appellare nõ poteſt, ſed inuentus fuerit contumax iuſtã cauſam habere, pro eo iudex ferre debet ſẽtentiam, ꝙ litigatoris abſentia repleatur pręſentia, &c. d. l properandum. §. cum autem eremodicium.

d *SI quis. Suſpicatur.*] Hinc ſumũt quidam arg. quod liceat alteri partiũ publicatis atteſtationibus alios teſtes producere: quod nõ placet, cum præbeat occaſionẽ falſos teſtes inueniẽdi. Vnde dic, ſi ille, contra quem producuntur, falſos ſuſpicatur, ratione dilectionis, aut parẽtelæ, vel odij inter litigatores, & teſtes: tunc poterit alios ꝑducere, publicatis atteſtationib. Aũ, ſi qs productioni teſtium renunciauerit, poſſit ante publicationem alios producere? Quidam dicunt, ꝙ non: ſicut non poteſt vti exceptionib. quibus renunciauit, uel aliquem regreſſum habere ad hęreditatem repudiatam, ut C. de iur. & facti ignor. l. 2. nec poteſt aliquis redire ad actionem, vel litem renunciatam. l. poſtquam. C. de pac. Contrarium tamen videtur: nam licet aliquis renunciat productioni teſtium: ſi tamen ad alios producendos non petat inducias: ſed paratos habeat, poteſt eos ducere, vt eſt tex. in auth. de teſtib. §. quoniam multi ſæpe. vbi licet litigatori, qui teſtes produxerat, ſi non nouerit teſſificata, iterum producere teſtes, multo fortius licebit ſibi poſt publicationem iterum, vel ſecundo, vel tertiò producere.

e *Eligantur.*] Forte per iudicem, vt ſup. eo. l. ſi duo. vel dic, ꝙ qualibet pars ſuum ſibi eligit pugnatorem. Item an ſufficit ſimpliciter dicere, falſos teſtes, vel debet eorum falſitas allegari? Reſpon. non debet arctari litigator ad dicendum certum uerbum, in quo teſtimonium falſum ſit, vt ſi teſtes contrarij ſint in uno articulo, ita ꝙ neceſſe ſit dicere dictũ vnius partis falſum eſſe, ſed ſimpliciter ſuper teſtimonio: dicimus enim, ꝙ licet teſtimoniũm in pluribus partibus ſit verum, ſi tamen unum falſum capitulum admiſſum ſit, totum erit falſum, & quaſi falſum reprobabitur. nã ſm Dialecticos ſi propoſitio habeat aliquid falſitatis, tota eſt falſa,

vt ſi

ſequat̃ & campioni, q̃ cõuictus fuerit, ꝓpter piuriũ, qđ ante pugnam cõmiſerit, dextra manus amputet̃: cæteri verò eiuſdẽ partis teſtes qui falſi apparuerint, man⁹ ſuas redimãt, cui⁹ compoſitionis duas partes ei, cõtra quẽ teſtificati sũt, dent̃, tertia[a] pro freda[1] † ſoluant̃. Et in ſeculari quidẽ cã hmôi teſtium diuerſitas ẽt in cãpo comprobetur. In eccleſiaſticis verò cauſis, vbi de vna parte ſeculare, de altera verò eccleſiaſticum negotiũ eſt, iiſdẽ modis obſeruet̃. Vbi verò ex vtraq; parte eccleſiaſticũ fuerit negotium, rectores earũdem eccleſiarum, ſi ſe familiariter pacificare voluerint, licẽtiam habeant.[b] Si autem de huiuſmodi pacificatione inter ſe conuenire nõ potuerint, aduocati eorum mallo publico ad præſentiam Comitis veniãt, & ibi legitimus terminus contentionib. eorum imponatur. Teſtes verò de qualibet cauſa non aliunde quærantur, niſi de illo comitatu, in quo res illæ poſitæ ſunt, vnde cauſa agitur: quia non eſt credibile, vt de ſtatu hominis, vel de poſſeſſione cuiuslibet ꝑ alios melius veritas cognoſci valeat, quàm ꝑ illos, qui viciniores * ſunt: ſic tñ, vt ſi contentio, quæ inter eos orta eſt in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eidem de vicina centena adiacentis comitatus ad ſuam cãm teſtes hr̃e.

Idem. LEX II.

CONſtitutum eſt, vt nullus laicus crimen clericis audeat inferre:[c] teſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat. nemo. n. clericus, vel diaconus, vel presbyter, ꝓ qualibet cauſa intret in curiam, nec ante iudicem[d] cauſam dicere præſumat: quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatione ſimulacrorũ. & ſi quis clericus clericum accuſans,

vt ſi pono Platonem legere, & Socratem tacere falſa eſt, Socrates, & Plato legunt, ſeu Socrates, & Plato tacent, licet alterum eorum ſit verum. Idem ſm Legiſtas: nam conſignificatio ſumitur ex vniuerſo, ſi quid in oratione falſum, totam reddit orationem falſam, vt ff. de reb. l. ſi is. §. verum, & C. de fide inſtru. l. ſcripturæ. & ff. de regu. iur. l. vbi. nam ex eo teſtõ fit miſſio i poſſeſſionem, quod in nulla forte ſui parte eſt vitiatum. & ſine omni vituperatione, apparet, vt C. de edi. diui. Adria. toll. l. edicto & c plura. x. q. 4. arg. contra. C. de trãſac. l ſi ex falſis. & C. de his, quæ in teſta. dele. l 2. & quia cum quis ſibi in teſtamento aſcribit, illud quaſi falſum ſubducit̃, cætera quidẽ valent. l. filius. ff. ad l. Corn. de fal. Quid ſi ex vna parte ꝓducti ſint tres teſtes, & ex alia plures, & ſibi contraria dicant adinuicẽ? Reſpon. memini me cum Salernitanis iudicib. ſediſſe, & hanc quæſtionẽ de facto agitatam fuiſſe corã nobis: dicebant quidam, quòd iudex debet allegare animũ ſuum, & fidem habere plurib. vel his, qui veriſimilia dicũt ex tẽpore, vel ex rei natura, de qua quæritur, vel meliorib. rationibus, vel dignitate præditis aſſerentes, vt tunc locus tantum ſit pugnæ, quando hinc inde omnia ſunt paria: quod de plano concedimus iure Romano, ſecundum quod probatio pugnæ non habet locum: quia tunc alia probatio non eſt neceſſaria, niſi ex ſolis dictis veritas eſt cognoſcenda, ſed iure Longobard. diſtinctiones dictæ locum non habent: quia poſt dicta teſtium non eſt locus coniecturis, quia reſtat probatio pugnæ, & non ſtatur teſtimonio teſtis, qui à pugna ſe ſubtrahit, ſed illis credere debet iudex qui ſe ad pugnam paratos oſtendunt: tacita enim confeſſio falſitatis videtur ſecundum ius Longobar. dum teſtes recuſant per pugnam defendere eorum teſtimonia, vt inf. eo. l. fi. Quid, ſi vnus ex teſtib. pugnam amiſerit, an reliqui eo ipſo uideantur conuicti de falſo, maximè ſi teſtes ſint proteſtati ſe nolle duobus pugnantibus cõmittere veritatem, & teſtimonium eorum, vt ſic uideantur tot pugnę neceſſariæ, quot ſunt teſtes? Reſpon. iure iſto vno per pugnam victo, cæteri intelliguntur victi: & ideo poteſtatem habent redimere manus ſuas: ad quid enim eas redimerent, ſi amiſſio pugnæ unius teſtis, cæteris non noceret? ſicut econtra, victoria unius cæteris prodeſt. Sciendum tamẽ, ꝙ ubi teſtes utriuſque partis deponunt de eodem loco, & tempore, tunc maxima notari debet inter eos contrarietas, ſecus, ſi de diuerſo loco, & tempore, ſi tale ſit factum quod reiterari poſſit, tunc non eſt attendenda talis contrarietas, vt ſit locus pugnæ. Item quæritur, cum inſtrumẽtum debeat continere tempus, an teſtes cogantur dicere tempus? Idem in teſtibus, quod inſtrumentis facta ad idẽ relatione: nam inſtrumentum non ex neceſſitate continet tempus contractus, ſed tempus confecti inſtrumenti. Idẽ in teſtibus, qui dicere debent tempus teſtimonij, non tempus celebrati contractus, cum iudex hoc ſciat. Item ſciendum, ꝙ ſecundum ius Longobardorum non licet litigatori per pugnam falſitatem teſtium probare: quia ubi una pars producit teſtes, credi debet teſtibus, vt ſup. de debi. & gaudi. l ſi. & inf qua. quis ſe defen. deb. l. pe. verum ſecundum ius Franco. licet litigatori falſitatem teſtium probare. Quid autem, ſi ab vna parte tantum teſtes producantur, & vnus, uel plures deponant contra producentem eos. alij ꝓ eo? Reſpõ. licet non liceat reprobare teſtes productos, vt C. de teſti. l. ſi quis teſtibus. nec iudicem recuſare, quem ipſe elegit, auth. offeratur. C. de litis conteſta. hoc tamen procedit, quoad perſonas teſtium reprobandas; cæterum eorũ dicta recte poſſunt reprobari, ſicut à ſentẽtia electi iudicis appellari, quia omnib. eſt commune auxiliũ: tñ ſi alij plures, uel meliores, uel qui ueriſimilia dicunt inueniantur, derogatur fides paucorum per plures meliores, & magis idoneos.

a *Tertia.*] cõtra ſup. eod. l. 1. ubi aliter fit diuiſio, dic, ut ibi no. in uer. medium.

b *Licentia habeant.*] Licet hoc uideat̃ cõtra regni conſuetudinem ut liceat litigatoribus transigere & paciſci, non permittẽte curia regis. Quid ſi teſtis dicat aliquod uerbum ambiguum, nunquid licebit ei illud interpretari? Reſpondeo, illa ſignificatio eſt accipienda, quæ eſt ſecundum conſuetudinem regionis, ut ff. de lega. 3. l. non aliter. & l. nam is. quæ ſi certa non inueniatur, tunc fortè licebit teſti ambiguitatem aperire: nam & teſtatori licet interpretari uerba ambigua in teſtamento poſita. l. hæredes. §. ſi quid. ff. de teſtamentis. & principi uerba legis per eum conditæ. l. fi. C de legibus, & iudici uerba ſententiæ l ab executore. ff. de appellationibus. Sed Placentinus. & Ottho Papienſis de aliena, non de ipſius iudicis ſentẽtia intellexerũt.

c *COnſtitutum. Inferre.*] Scilicet, per libellum accuſatorium: quod fallit in crimine homicidij, quod eſt ad inſtar criminis læſæ Maieſtatis, ut C. de Epiſcopis, & clericis. l. ſi quenquam. in cuius criminis accuſatione admittentur infames. l famoſi ff. ad l. Iul. Maieſt. admittuntur mulieres, ut eod. titu. l. in quæſtionibus & ff. de quæſt l. de minore. Item intellige, niſi ſuam, ſuorumque proſequatur iniuriam: multo fortius clerici, & laici remouentur adinuicem à teſtimonio. In criminalib. autem cauſis facilius puto, quod admittuntur ad accuſandum: cum ergo denegatur, quod maius eſt, multo fortius quod minus, ut paribus ambuletur. In ciuilibus tamen cauſis, nec laicus contra clericum, nec econtra à teſtimonio prohibetur. Sed an clerici ſint cogendi ad teſtimonium prohibendum? eccleſia Romana non conſueuit cogere, niſi in tribus caſibus: ſcilicet, ſi amore, uel timore, uel odio ſe ſubtraxerint: uerũ quia pariter peccat occultans ueritatem ſicut qui dicit falſum, de humano iure coguntur, excepto Epiſcopo, ut C. de epiſcop. & cleric. l. preſbyteri. & extra de teſtib. cogendis. cap ſecundo.

d *Ante iudicem.*] Hoc niſi ſuam, ſuorumque proſequatur iniuriam, nam multi ab accuſando repelluntur, qui hoc caſu admittuntur, ut ff. de accuſationib. l. qui accuſare. & l. nonnulli. & l. hi tamen & notatur extra de accuſationibus. c. de his. cæterum ad repulſam recte poteſt laicus clerico

1 † *fredo, alias, freudo.*

* *No. quod vicinis ... tiam, & facultates ſcire præſumuntur. l. ſi vicinus. C. de nupt. & c. quanto. de præſump. ff. de origi. iur. l. 2. an ſ. l. fin.*

in curiam introierit, anathema ſuſcipiat.

Imperator Lotharius.

Idem. LEX XIII.

VT teſtimonium [a] nō recipiatur de his capitulis, i. de hæreditate, & de proprietate, aut libertate, id eſt, in mancipijs, vel terris, ſiue de homicidio, & de incēdio, ab illis, qui non habent, ſi cō uicti * fuerint falſum dixiſſe teſtimonium, vnde ſecundū legem compoſitionē plenā facere poſſint.

Idem. LEX XIIII.

QVicunque cōprobatus fuerit, ꝙ, ſeſciente, teſtes in periuriū produxiſſet, ad palatium noſtrū ſub fideiuſſoribus venire compellatur, & ibi confidelibus noſtris conſideretur, quid de tali homine faciendum ſit.

Idem. LEX XV.

DE liberis hominibus, q proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ſi propter res alterius ī teſtimonium nō recipiantur, coniuratores * tamē aliorum liberorum hominū ideo eſſe poſſunt, quia liberi ſunt: illi vero, qui proprium habent, & tamē in terra dominica reſident, & propter hoc in teſtimonium recipiantur: quia proprium habent.

Idem. LEX XVI.

DEcernimus enim, vt ſi quis aliter teſtes hēre non potuerit, vt per Comitis iuſſionē teſtes, quos in ſuo teſtimonio neceſſarios q̄ſq; habuerit veritatem probaturus, in publico conuentu adducantur, vt per ipſos rei veritas cum iuramento valeat inquiri: quòd ſi de duab. partibus fuerit inquiſitio facta, & non per ipſos rei veritas cognoſcatur, idcirco, quòd nullus eorum poſſit habere teſtes, antequam iurent, fiat inquiſitio. quòd ſi omnes ad vnam partem dixerunt teſtimonium, iurent, quòd uerū dixiſſent teſtimonium. quòd ſi diſſenſerint, & quædā pars teſtiū teſtimonium vnū præbuerit, alia alterum, tunc interrogentur, ſi audeant per pugnam illorum teſtimoniū approbare, ꝙ ſi nulla pars alteri ceſſerit, iurent & per pugnam illorum probetur teſtimonium. quòd ſi vna pars ſe ſubtraxerit, tūc illa pars, quæ auſa fuerit contendere, recipiatur ad teſtimonium.

Idem. LEX XVII.

QVanquam ſacerdotis teſtimonium credibile habeatur, tamen ipſi in ſecularibus negotijs pro teſtimonio, aut conficiendis inſtrumentis nō rogentur. quia eos in talibus rebus eſſe nō conuenit. Si autem, cauſa eueniēte, aliquid audierint, aut viderint, vbi nullę idoneæ ſeculares perſonæ inueniantur, ne veritas occultetur, & malū ī bonum æſtimetur, in prouidentia Epiſcopi proprij ſit, ita vt coram ſe, & competentibus iudicib. aut aliter veritatem hnorificè tollant.

TITVLVS LIII.

De officio iudicis.

Rex Rachis. LEX I.

SI quis cauſam alterius agere, aut cauſare præſumpſerit in præſentia Regis, aut iudici, excepto, ſi Rex, aut iudex ei licentiam [b] dederit de viduis, aut de orphanis, aut de tali homine, qui cauſam agere non poteſt, compo. guidrigild ſuum, medium Regi, & medium contra quē cauſauit. Et ſi forſitan aliquis per ſimplicitatem [c] ſuam cauſam agere neſcit, veniat ad placitum. [1] † & ſi Rex, aut iudex præuiderit, quòd veritas ſit, tunc debeat dare ei hominem, qui cauſam ipſius agat: nam ſi iudex contra hoc conſenſerit, exceptis in capitulis, & non emendauit, & ipſe ſimiliter componat guidrigild ſuum in palatio Regis. Si enim quicunque liber homo in ſeruitio de gaſindio Regis, aut de eius fidelibus introierit: & ſi iudex de ſub quo fuerit, doloſè eum opprimere quæſierit, pro eo, quòd ipſe in ſeruitio alterius introiuit, & per ipſum dolum illicitè contra ipſum iudicauerit, aut forſitan ab ipſo iudice ſuo iuſtitiam ſuam inuenire non potuerit, tunc componat iudex ſicut ſupra lex eſt, & ille, in cuius obſequio eſt, habeat licentiam cauſam agere, & vſq; ad legem [2] † perducere, ſic tū, vt antea vadat ad iudicium

1 † in alliā.

2 † Regem

rico crimen objicere, ſi fortè contra laicum clericus aliquid teſtificetur: ſed an laicus poſſit clericum corā ſuo Epiſcopo denūciare de aliquo crimine? Crēdeo, ſicut in accuſatione præcedere dēt libellus item competens admonitio, uel charitatiua in denuntiatione, ut in decretis, in cōpoſitione tertia decre. niſi quia non eſt inhibitum laicis charitatiue ad monere clericos, & in ſecreto eos corrigere de exceſſibus, ut abſtineant poſt admonitionem factam, ſi laicus ſit claræ famæ, benè admittitur ad denunciationem clerici i nā accuſatio, ſi probatur, contra clericū inducit depoſitionē, & ideo repellitur laicus, vt extra de accu. c. ſuper his.

a VT teſtimonium. No. hęc capitu. quibus repelliť quis à teſtimonio, ſi non habet, unde componat. ſed contra ſup. eo. l. 1 vbi debet dari pro ſeruo, dic, vt ibi not. in uer. pro ſeruo, ſed hodie hac lege non vtimur, q̄a licet pauper ſit, ſi tamē operatio eius in bonis præcellat operibus, & nota ſit iudici, non repellitur argu. inſti. de ſuſpec. tut. circa fin.

DE OFFICIO iudicis.

b SI quis. Licētiā.] No. licentiā requiri, vt quis alteri in cauſam agere poſſit: vnde conſulēdum eſt aduocatis, vt in præfatione ſuæ creationis, cum venerint ad poſtulādum ſententiam, petant, ne in huiuſmodi legis ſecuritatem incidant. Sed nonne liberū eſt cuique in cauſa ciuili procuratorem dare abſque Regis licentia? Reſpon. vtique: ſed lex iſta de procuratore non loquitur, quia per litem cōteſtatā. fit dominus litis, & exercet cauſam loco domini, & obligat, ac obligatur. l. procuratoribus. C. de procu. ſed loquitur de perſonis extraneis ſcilicet de eo, qui etiam agendo, uel reſpondendo contra litigatores allegat ad merita cauſæ: nam quæ ad merita cauſæ nō pertinent, id eſt, in his, quæ non ſolutionem, vel condemnationem inducūt, lex iſta nō punit: nec punit perſonas, quarū intereſt, vt ſi fideiuſſor agat cauſā eius, pro quo fideiuſſit. non enim eſt aliena cauſa, cuius commodum, & incommodū ad me pertinet.

c Per ſimplicitatē.] Tunc dandus eſt ei adiutor, qui ſit peritus in cauſis agendis etiam à iudice: hodie tamen quo ad hoc communi iure vtimur: quia pariter peritis, & imperitis conceduntur aduocati. ff. de poſtu l. 2. quid de patre ſi in cauſa filij proponit quæ ad merita cauſæ ſpectant, uel econtra, uel frater in cauſa fratris: licet nihil hic caueatur & verbū. ſi quis, ſit generale. l. 1 ff. de ver. ſi. æquitas tamē ſuadet, ut non incidant in legis ſeueritatem: cēſetur enim vna perſona pater, & filius. l. fin. in ſi. C. de impu. & alijs ſubſti. Idem in omnia. perſonis, quæ admittuntur ad agēdum ſine mandato: nam æquitas ſuggerit hoc, ut ff. de aq. plu. arc. l. in ſumma. §. apud Namuſam.

a No. teſtes debere eſſe diuites, ſaltem habere aliquid proprium. vel. de liberis. inſ. eod. & auth. ſed cum teſtator. C. ad l. falci.

* No. ꝙ coniuratores dicuntur ſacramentales. qui argu. huius tex. non cogūtur præciſè iurare. ſed tex. eſt in contrarium in l. hac edictali. §. his illud & ibi Cyn. Bart. & ſequen. C. de ſe. nu. & dixi in §. 25. de in. om. in. lib. conſu. bis. C. eod. l. ſi quando. & l. iecnm. ff. de tabul. exhiben.

ciũ de iudice ſuo, vt ab ipſo ſuſcipiat iuſtitiã ſuã.

Imperator Carolus.

LEX II.

SI Comes in ſuo miniſterio iuſtitiam non fecerit, tunc miſſus[1] † noſter de hac cauſa ſomniare facit, vſque dum iuſtitiæ ibidem factæ fuerint, & ſi vaſſus noſter iuſtitiam nõ fecerit, tunc Comes, & miſſus noſter in ipſius caſa ſedeant, & de ſuo viuant, quo vſque iuſtitiam faciat.

1† vaſſus.

Idem. LEX III.

VT nullus homo in placito centenarij, neque ad mortem, neque ad libertatem ſuã amittendam, aut res reddendas, vel mancipia iudicetur: ſed ea omnia in præſentia Comitum, vel miſſorum noſtrorum iudicentur.

Idem. LEX IIII.

VT iudices ieiuni cauſas audiant, & diſcernant.

Idem. LEX V.

VT nullus quilibet miſſus noſter neque Comes, neque iudex, aut ſcabinus cuiuslibet iuſtitiam dilatare præſumat, ſi ſtatim implere potuerit ſecũdùm rectitudinem, neque præmia pro hoc à quolibet homine per aliquod ingenium accipere præſumat.

Idem. LEX VI.

VT Comites pleniter iuſtitiam faciant, & diligant, iuxta vires eorum expleant: & iuſtitiæ ſanctæ Dei eccleſiæ vigilanti cura inſtẽt, & orphanorum, viduarũ, pauperum, & oĩum, qui in eorum miniſterio permanent, de cauſa quacunque ad eos venerit querela, pleniſſima, & iuſtiſſima deliberatione definire decertẽt, & ſicut rectum, & iuſtum eſt, ita agant, & vt primitus ad placita eorum orphanorum, viduarum, necnon pauperum cauſæ* deliberentur, nec ꝑ aliquã dilationẽ eorũ iuſtitia à iudicib⁹ dilatet.

** Not. cauſas miſerabilium perſonarũ eſſe prius expediendas, & finiendas. C. quãdo imperator. & c. l. vna. & ſupra quibus mũ. dã. sũt. l. ſecunda.*

Idem. LEX VII.

VT ante vicarios nulla criminalis actio diffiniatur, niſi tñ leuiores cauſæ, quæ facilè poſſunt iudicari, & nullus in eorum iudicio aliquem in ſeruitio hominem conquirat, ſed per fideiuſſorem mittatur vſque ad præſentiam Comitis, & ad ingenuos homines nulla placita faciant cuſtodire, poſtquam illa tria cuſtodiunt placita, quæ inſtituta ſunt, niſi fortè contingat, vt aliquis aliquem accuſet, exceptis illis ſcabinis, qui cum iudicibus reſidere debent.

Idem. LEX VIII.

VOlumus, vt, ſicut nos omnibus legem obſeruamus, ita omnes Comites noſtri nobis legem obſeruare faciant, & plenam iuſtitiã in eorum miniſterijs, quicquid ad nos pertinet, facere ſtudeant.

Idem. LEX IX.

VT iudices, ſiue miſſi noſtri fiſcalini de qualibet cauſa non exigant fredam, priuſquã facinus componatur.

Idem. LEX X.

OMnis controuerſia coram centenarijs diffiniri poteſt, excepta redemptione[2] † terræ, & mancipiorum, quæ non poteſt diffiniri, niſi coram Comite.

2† redhibitione.

Idem. LEX XI.

VT nullus ebrius ſuam cauſam in mallum poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere, nec comes placitum habeat, niſi ieiunus.

Idem. LEX XII.

VT placita publica, vel ſecularia, neque à Comite, nec ab vllo miniſtro ſuo, vel iudice, nec in eccleſia, nec in terris eccleſiæ circũiacentibus, vel cohærẽtib. nullatenus teneãtur.

Idem. LEX XIII.

HOc quoque iubemus, vt iudices ſuprà nominati, ſiue miſſi noſtri fiſcalini, de qualibet cauſa fredam non exigant, priuſquàm facinus componatur. Si quis autem per cupiditatẽ iſta tranſgreſſus fuerit, legibus componat freda.[3] † Vt autem non illi iudici, qui culpam commiſit, ſed illi, qui ſolutionem recidit, tertiam partem coram teſtibus fiſco tribuat, vt pax perpetua ſtabilis permaneat.

3† fredũ.

Imperator Pipinus.

LEX XIIII.

DE vniuerſali quidem populo, qui vbicũq; iuſtitiam quæſierit, ſuſcipiat, tam à Comitibus ſuis, quàm etiam à gaſtaldijs, ſeu ſculdaſijs, vel loci propoſitis iuxta ipſorum legem abſque tarditate, & ſi Comites Franci diſtulerint ad iuſtitiam faciendam, & probatum fuerit iuxta, vt eorum fuerit electio, ita pęnę ſubiaceant, & de illorum honore ita fiat, ſicut eſt conſuetudo Francorum. Et de Longobardis Comitibus, qui ex ipſis neglectum poſuerit ad iuſtitiam faciendam, ſicut illorum lex eſt, ita componat. Et ſi forſitan attenderit ad gaſindium, vel ad parẽtem, aut ad amicum ſuum, ſeu ad præmium, & legem non iudicauerit, & probatum fuerit, guidrigild ſuum componat, & honorẽ ſuum amittat, ſicut ipſorum lex eſt Et ſi caſtaldius, aut ſculdais, vel loci propoſitus de qualibet iudiciaria, tã ad ſuos pagenſes, quàm ad alios, qui iuſtitiã quæſierint, non fecerit, componat, ſicut lex ipſorum eſt. Et ſi forſitan Francus, aut Longobard⁹ habens beneficiũ iuſtitiam facere noluerit, ille iudex, in cuius miniſterio fuerit, contradicat illi beneficium ſuum interim, dum ipſe, aut miſſus eius iuſtitiam faciat.

Idem. LEX XV.

VT iudex vnuſquiſque faciat iurare ad Dei iudicia, per ciuitates homines credentes, iuxta quantos præuiderit, ſeu foras per curtes, vel vicos, ubi manent, ut cui ex ipſis hominib. cognitum fuerit homicidia, furta, adulteria, & de illicitis coniunctionibus, ut nemo ex eis concelet. Et hoc damus in mandatis, ut ſi quis uenerit iuſtitiam reclamare, ſuper quempiam hominem, dicẽdo de homicidio, furto, aut præda, & ille, ſuper quem dixerit, denegare uoluerit tunc ille: qui reclamat, ſi potuerit approbare illud, & ſi forſitan non potuerit approbare, & ipſe, ſuper

quem

quē dixerit, negauerit, ꝗ ipſum malũ nec ipſe, nec homines ipſius perpetraſſét, & potuerit excuſationē, & dixerit, nomina mihi hoīes meos, ꝗ tibi iſtud malũ fecerint, ego tibi de illis iuſtitiã faciã, & ille ſit incognitus, ꝗ reclamat, & nomina illorũ hominũ neſcit, nec pōt approbare, & ipſi, qui exinde veritatē ſciunt, denegare voluerint, & ille ꝗ reclamat, dixerit ꝗ a illi homines veritatē ſciuerint, tũc ipſe iudex, qui in ipſo loco eſt, faciat iurare hoīes illos, quilibet fuerint, Frãci, aut Lõgobardi, quos ipſe nominatiuè dixerit, ut dicãt ueritatē & ſi credētes hoīes fuerint in manu Comitis ſui dextras dent: & ſi latrocinia, vel furta, aut ꝑda inuēta fuerit, emēdētur, ita ut eorũ lex eſt, cui ipſum malũ perpetratũ fuerit: tñ iudex de loco, vnde fuerit, de latronibus, & furibus ſtudiũ ponat, vt iſte poſt hic habitans, aut veniens, in pace viuere valeat.

Idem. LEX XVI.

Placuit, atq; cõuenit nobis, ut oēs iuſtitiæ pleniter factæ eſſe debeant infra Regnũ noſtrũ, abſq; una dilatione, tã de eccleſijs, de Xenodochijs, ſeu pauperibus, & uiduis, & orphanis, atq; de reliquis hominib⁹, ſecũdùm iuſſionē Dñi Caroli Regis.

Imperator Lodouicus.

LEX XVII.

Legatio [a] miſſorũ noſtrorũ hæc eſt. Primũ, vt ſicut iã alijs miſſis noſtris iniũctũ eſt, faciãt iuſtitiã de rebus, & libertatibus iniuſtè ablatis, [b] & ſi Epiſcopus, aut Abbas, vel vicarius, aut aduocatus, aut quilibet de plebe hoc feciſſe inuētus fuerit, ſtatim reſtituantur. ſi verò Comes, uel actor dñicus, uel alter miſſus palatij noſtri hoc perpetrauerit, & in noſtrã ꝑtātē red[i]erit, [1]† & res diligēter īueſtigata, & deſcripta ad noſtrũ reuertatur iudiciũ. Volumus aũt de his libertatib. & rebus reddēdis, ꝗ in nr̃a inueſtitura ſũt, ut primùm per optimos quoſq; inquiratur, & ſi nec ꝑ illos rei ueritas inueniri poſſit, tunc per eos, ꝗ poſt ipſos iã in illa uicinia meliores ſũt, rei ueritas inueniatur, & ſi nec per illos rei veritas īueniri poſſit, tũc liceat litigatoribus ex utraq; parte teſtes adhibere, & ſi diſcordauerit, ſm cõſtitutionē [c] à nobis ꝓmulgatã examinēt.

Idem. LEX XVIII.

[1]†redegerit.

a Legatio.] Officiũ legati hoc iure nõ reperitur, ſed habetur. ff. de offi. proconſu. & legati. Et ex hoc, quod dicit, ſi res peruenerint ad Imperatorem, nõ debere reſtitui, niſi prius cognoſcatur, ſi eius ſunt, poteſt intelligi, quod ſi apud priuatum peruenerint, ſtatim debere reſtitui poſſeſſionē, proprietatis quæſtione reſeruata.

b Ablatis] Verbum, ablatus, uidetur tantum ad res mobiles pertinere: quod dicēdum non eſt, ſimile. inſti. vi bo. rap. ubi rapina trahiẽ ad res immobiles, & benè: nam ſi rerum mobilium iniuſtè ablatarum poſſeſſio debet reſtitui, pari cenſura & rerũ immobiliũ: cauetur etiam hac l. ut ſi poſſeſſio (licet iniuſtè dicatur ablata) a curte poſſideretur regia, debet primo notificari Regi. nec licet iudici ſuꝑ poſſeſſione, quam curtis regia tenet aliquid inde iudicare ſine Regis mandato, & concord. ſup. ſi actor re. l. ſi quis propriũ.

c Conſtitutionem.] quæ eſt, ſup. titu. proxim. lege ſi duo teſtimonia.

VT Comites, & uicarij, & centenarii de cõſtitutione legis admoneantur, & propter iuſtitiam peruertendam munera non accipiant.

Idem. LEX XIX.

VT in illius Comitis miniſterio, qui bonã [2]† iuſtitiam factam habet miſſi noſtri diutius non morentur, neque illuc multitudinem conuenire faciant, ſed ibi moras faciant, ubi iuſtitias, uel minus, uel negligēter factas īuenerint. [2]†beate

Imperator Pipinus.

LEX XX.

VT in illius Comitis miniſterio ibidem miſſi noſtri placitum non teneant, qui in aliquo miſſatico directus eſt, donec reuerſus fuerit.

Idem. LEX XXI.

VT vbicunque miſſi noſtri aut Epiſcopum, aut Comitem, Abbatem, uel alium quemlibet, quocunque honore prædittum inuenerit, qui iuſtitiã facere noluerit, uel ꝓhibuerit, de ipſius rebus viuãt, quandiu iuſtitiã facere debēt.

Idem Pipinus. [3]† [3]† Lotharius.

LEX XXII.

VOlumus, ut Comites noſtri licentiam habeant inquiſitionem facere de uicariis, & centenariis, qui magis per cupiditatem, quam propter iuſtitiam faciendam ſæpiſſime placita tenent, & exinde populos nimis affligunt, ita teneantur, ſicut in capitulari Imperatoris Domini Caroli continetur.

Idem. LEX XXIII.

VT nullus ad placitum banniatur, niſi qui cauſam ſuam quærit: aut ſi aliter exquirere debet, exceptis ſcabinis ſeptem, qui ad omnia placita debent eſſe.

Idem. [4]† LEX XXIIII. [4]† Lodoicus.

DE conclamatoribus, [5]† uel cauſidicis, qui nec ad iudicium ſcabinorum acquieſcere, nec blaſphemare uolunt, antiqua cõſuetudo eis ſeruetur, i. in cuſtodia recludantur, donec unũ ex duobus faciant, & ſi ad placitum [6]† pro hac re reclamauerint, & literas detulerint, non quidem quòd eis credatur, nec tamen in carcere ponantur, ſed cum cuſtodia teneantur, & ipſi cum literis pariter ad placitum [7]† noſtrum, reuertantur, & ibi diſcutiantur, ſicut dignum eſt.

[5]† reclamatorib. [6]†palatiũ [7]†palatiũ.

Idem. LEX XXV.

DE iudicibus, ut inquirãtur, ſi nobiles, & ſapientes, & Deum timentes conſtituti ſunt & iurent, ut iuxta ſuorum intelligentiam rectũ iudicent, & pro muneribus, uel humana gratia iuſtitiam non peruertant, nec differant, & quod iudicauerint ſua diſtinctione cõfirmare non diſſimulent. Vbi autem tales non ſunt, a miſſis noſtris conſtituantur, & idem ſacramentum facere cogãtur. quod ſi uiles perſonæ, & minus idoneæ ad hoc conſtitutæ ſunt, eiiciantur. Similiter & notarii * legibus eruditi, & bonæ opinionis conſtituantur, & iuſiurandum præbeant, ut nullatenus falſitatem, uel colludiũ ſcribant, & qui hoc

* No. notarios debere iuriſperitos eſſe, l. fina. & ibi glo. & omnes. C. de tab. lib. 10. & ſup. de his & fal. char. contra legem l. 2.

hoc feciſſe præterito tempore inuentus fuerit, præſentialiter damnetur.

TITVLVS LIIII.

Vt Epiſcopi, & Comites inuicem ſibi auxilium præſtent.

Imperator Carolus.

LEX I.

VOlumus, vt Epiſcopi, & Comites cõcordiã, & dilectionẽ inter ſe habeãt, & ad Dei, & ſanctæ Eccleſiæ protractũ peragẽdum, & ut Epiſcopus ſuo Comiti, vbi ei neceſſitas popoſcerit, adiutor, & exhortator exiſtat, qualiter ſuũ miniſterium explere poſſit. Similiter, & Comites faciant contra ſuũ Epiſcopum, ut in omnib. illis adiutor ſit, qualiter intra ſuam parochiã canonicum poſſit explere miniſterium.

Imp. Guido. LEX II.

PLacuit etiam nobis ſtatuere ſummoperè, ut Epiſcopi, & Comites uniti ſunt in ſuis parochijs, & in Comitatibus pro pace, & ſaluatione in omnib. honorib[9] ſuis hominibus habitãtibus, ita ut nullum *prædonem, raptorem, uel inceſtum in ſuis ſedibus, uel conceſſis honoribus permittant morari. Et ſi intellexerint ex aliqua parte per eorum terminos uelle, aut debere tranſire extrahẽs ad iſtius regni uaſtationem, obuiã dirigãt ei miſſos commonitorios, ut in pace, & ſine præda per eorum trãſeant terram. Vendere autem eis, quæ neceſſaria ſunt, faciant, non plus earũ, ſed ſecundum vſum, & conſuetudinem terræ. Si verò noluerint acquieſcere, ſed prædas & rapinas exercuerint, quicquid rapuerint, legaliter cum banno noſtro ab Epiſcopo, & Comite eiuſdem loci emendare cogantur. Quòd ſi ea exequi noluerint, ſtatim ab Epiſcopo loci excommunicentur: Poſteà uero ſi contingerit, vt Comes loci, populusque terræ ſupra ipſos prædones venerint, & eos impedierint, & fuerint mortui, neque faida inde creſcat, neq; compoſitio aliqua requiratur pro his, qui ibidem occubuerint. Et ſi Comes eiuſdem loci hoc implere neglexerit, proprio honore priuetur. Et ſi oportuerit, & neceſſe fuerit in ſuo auxilio, vicinũ ſuum Comitem aduocet. Et ſi ille ſe ſubtraxerit, ſimiliter proprio priuetur honore, & inſuper triginta libras argenti Comiti componat.

TITVLVS LV.

De contemptoribus.

Imperator Lotharius.

LEX I.

PLacuit nobis, vt ſi pro quibuslibet cauſis, culpis, atque criminibus, quæcunque perſona totiens fuerit contemptor, ut etiam excommunicatione epiſcopali pro contemptu digna habeatur, Comitem ſuũ Epiſcopus ſibi ſociet, & per amborũ conſenſum huiuſcemodi diſtringatur contemptor, vt iuſſioni Epiſcopi ſui obediens exiſtat. Si uero aſſenſum non dederit, bannum noſtrum nobis perſoluat. Quod ſi adhuc contumax extiterit, [1] † tunc ab Epiſcopo excõmunicetur. Si uero excõmunicatus corrigi nequierit, à Comite in vinculis diſtringatur, quouſque noſtrum contemptor ſuſcipiat iudicium. Si uero Comes in talibus requiſitus fuerit noxius per Epiſcopum eius nobis nuncietur. Si aũt uaſſus noſter in hac culpa fuerit lapſus, ſicut ſupra à Comite diſtringatur. Quod ſi eum non audierit, nobis nũcietur, antequã in uinculis mittatur.

Idem. LEX II.

PRohibemus ut nemo vſuram facere *præſumat poſt ſui Epiſcopi conteſtationẽ: quod ſi quis poſt eius conteſtationem facere præſumpſerit, à Comitibus, ſicut ſupradictum eſt de cõtemptoribus, præcipimus, ut diſtringatur.

Imperator Henricus.

LEX III.

HEnricus diuina miſeratione, & pietate ſecundus Romanorũ Imperator Auguſtus ac ſemper Magnificus triumphator. Omnẽ decoris, & Imperialis ſolertiæ, ac præſentiæ contemptorem, capitali ſententia dãnare conuenit.

TITVLVS LVI.

Qualiter quiſque ſe defendere debet, [a] de guadiis, in quibus cauſis pugna prohibetur, vel fieri debeat.

Imperator Rotharis.

LEX I.

SI quis ex parentibus, [b] ideſt, barbanus, quod eſt, patruus, aut quicunque proximus de nepote, aut conſobrino doloſo [c] animo dixerit, [d] quod de adulterio [e] natus ſit, nam

non

a QVALITER quiſque, &c.

Erat antiquus mos Longobard. cauſas per pugnã dirimere, quæ probatio erat incerta. ſup. de fur. l. ſi quis alium de furto. & ſup. de her. l. recolimus. unde uiſum fuit Rothari derogare illi conſuetudini, ut cauſa ſtatus, quæ grandis eſt, non per pugnã ſed alio legitimo modo dirimatur, ut inf. l. prima. Sed in hoc titu. cadit talis quæſtio. pone, quod unus campio fregit ſcutum alterius cãpionis, uel an ſit unus fuſtẽ, nunquid aliud ſcutũ dẽt ei dari, vel baculum? Do. Va. dicit quod nõ, ar. l. 1. 2. & 3. inf. eod. & dicit prætereà ab hæretico imperatore ſic fuiſſe iudicatum. Sed Al. contrarium dicit. arg. eius, quod dicitur, quod ſcutis, & fuſtib. contendam, ut ſup. de teſtibus. l. ſi duo. & l. ſi quis cũ altero unde cõuincit, quod cãpioni plura dari debeat ſcuta, uel fuſtes, ſi opus his habuerit. Sed Va. dicit, quod illud, quod ibi dicitur, ponitur habito reſpectu ad utranque partem.

b *SI quis ex parentibus.*] Quos cõſtat uenire ad ſucceſſionem defuncti, ſi filius nõ eſſet in medio, quaſi uideatur fundata intentio petitoris, quia proximus erat in ſucceſſione ab inteſtato. Idem. ſi quis diceret, ſe hæredem inſtitutum per donationẽ uniuerſitatis, ſi modo filius poſt teſtamẽtum natus, uel ante donationẽ rumpiſſe teſtamentũ aſſerat, ut ſup de ſucceſſ. l. nulli. & l. ſi quis ſe deſperauerit.

c *Doloſo.*] Inſpectis his, quæ poſteà ſubſequuntur, al às uideretur multum, quia dolus ceſſare uidet, cum uidetur fundata petitoris intentio.

d *Dixerit.*] Sed intra qđ tp̃s poterit hoc dicere? R̃ñ. qdã uſq; ad quinque annos, alij uſque ad annũ, alij uſque ad 30. annos, quod eſt uerius, argu. ſup. de prohib. nup. l. de illicito.

e *Adulterio.*] Adul-

** Ita eſt nullũ, &c. ſup. de fur. l. ut cõmuniter. & ff. de offi. præſ. l. cõgruit & c. rex debet. 23. q. 5.*

1 † conſtiterit.

** No. uſuras eſſe prohibitas, ut l. 1. & ibi glo. & Do. No. C. de ſum. trini. cum ſi. & c. cõſuluit. & per to. de uſur.*

terium eſt illicitus coitus, & propriè in nupta committitẽ.
a *Certo patre*.] Certus eſt, quem nuptiæ demonſtrant. ff. de in ius vo. l. quia ſemper. incertus qui demonſtrari non põt, aut is, quem non licet habere, vt ff. de ſtatu ho. l. vulgò.
b *Liberos*.] Cur non dixit legitimos, ſicut in ſequen. Reſpond. quia hic non

non de certo patre,[a] tunc ille, cui crimen mittitur, quærat ſibi liberos[b] homines ſacramentales[c] duodecim & præbeat ſacramẽtum, quòd filius legitimus, & per legẽ res ipſę ad eum pertineant, nec alteri eas per legem dimittere debeat: & ſi hoc fecerit, habeat & fruatur: quia graue, & impiũ videtur eſſe, vt talis cauſa ſub vno ſcuto per pugnam dirimatur.

Idem. LEX II.

SI quis[d] dixerit de vxore aliena, quòd mundiũ de ea ad ipſum pertineat, nã non ad maritum, tunc ille, qui eam habet vxorem, præbeat ſacramentum cum legitimis ſacramẽtalib. ſuis 12.[e] ꝙ de certo[f] dño mundiũ ipſius feciſſet;[1] † & non alteri ꝑ legẽ dimittere dẽat. Si aũt hoc fecerit, hẽat, & fruatur, quia iniuſtũ videtur eſſe, ut tam grandis cauſa ſub uno

conſtabat eum legitimum filium eſſe, imo de hoc ipſo erat quæſtio. quare non poteſt dici, quod debeat legitimo, id eſt, qui per legem ei conſtituuntur.
c *Sacramentales*.] an quid in tali quæſtione debẽt pulſari parentes; non, quia auctor, dicebat, filius natus ex illicito coitu, carens parentib. iurabit ſe legitimum eſſe: quæ ſequuntur non ſunt de tenore ſacramenti, quia poſito, quòd filius legitimus ſit, ergo ad eum pertinet hæreditas: quod ſi in poſſeſſione erat filiationis, & hæreditatis, non uidetur locus querelæ, ſi cauſa per ſacramentum finiatur, ut ſup. de ſucc. l. nulli. quod ſi in poſſeſſione non erat, ſed forte patru[1], vel alius ꝓximus hæreditatẽ poſſidet, an poſſit auocare hæreditatem a poſſidente per probationem ſacramenti? videndum eſt. quare filius non dicatur legitimus, an, quia non conſtitit matrimoniũ inter parentes. an quia conſtitit, & dicatur ſuppoſitiuũ: primo caſu prǣſumitur pro filio, quia in libera muliere matrimoniũ, & nõ cõcubinatus præſumitur, qđ verũ, ſi nõ ſit longe impar cõparatio perſonarum. Item conſideranda eſt coniunctio naturæ, vt ff. de donatio. l. donationes in concubinam. & ſi pater ipſum, vt filium charum habuerit. l. prima. ff de quæſtionibus. Secundo etiam caſu præſumitur pro filio. ſi parentes charum habuerint d. l. prima, niſi fortè qui dicitur pater longo tempore abſuerit, uel valetudine impeditus, vt generare non poſſit, vt ff. de ijs. qui ſunt ſui uel ali. iur. l. filium. quibus concurrentibus daretur Carbo. bono. poſſeſſio ſecundum ius Ro. & obtinebit in poſſeſſione hæreditatis adiuncto ſacramento cum ſacramentalibus contra poſſeſſorem. niſi poſſeſſor ualidioribus probationibus iuuaretur. Sed quare iurat filius cùm ſit in poſſeſſione hæreditatis & filiationis? Reſpondeo, quia videtur fundata intentio patrui, qui uenturus eſſet ad ſucceſſionem. Si autem prædictæ quæſtiones emergant infra tempora impubertatis, differuntur vſque ad tempora pubertatis. ſi pupillo expediat. quod ſi probationes ſunt in promptu, & iudex viderit tutorem paratum ad defenſionem victoriæ, non differuntur. l. Carbonianum ff. de Carboniano edicto. & ſup. de non ſuęrei vendi. l. ſi.

1 † ſicum.

d SI *quis*.] ſ. proximus agnatus, ad quem veriſimile eſt mundium mulieris pertinere, alioquin non debet maritus extraneo de mundio reſpondere, qui nulla iuuatur præſumptione.
e *Duodecim*.] Ex hoc dicunt quidam pretium mundij ſemper certum eſſe, & 20. ſol. valere per l. ſi qualiſcunque cauſa infrà eodem. & audiui Dominum meum in hac cauſa reſpondere, quod quæſtio erat de ſucceſſione mulieris, aut de hæreditate parua, ſiue magna, quia contigit frequentius, vt ſi ſit maior 20 ſoli. ſemper iuratur cum duodecim, vt ſup. de ſuc l. prima. & ſup. eodem. l. prima. quæ ſententia non placet: imò viuente vxore agebatur, & hoc indicant verba legis. Abſurdum eſt enim dicere, ut ſi ſubſtantia mulieris non valeat tres ſol. quod mundium eius valeat uiginti. vnde dic non eſſe certum pretium mundij. cum pluribus legibus habeatur, mundium qualiter conuenit, faciat, vt ſup. de rap. l. prima. & ſup. de ea quæ ſi uol.

ſcuto per pugnã dirimatur.

Idem. LEX III.

SI fuerit ſuſpicio,[g] quòd maritus immerentem[h] vxorem ſuam occidiſſet, ita decernimus, vt purificet ſe maritus cum ſacramentalib. ſuis legitimis duodecim, ꝙ in morte ipſius mulieris mixtus non ſit,[i] nec per ſe, nec per aliã ſuppoſitam perſonam, & ſit abſolutus ab hoc crimine, quia abſurdũ, et impoſſibile videtur eſſe, vt tã grandis cauſa ſub vno ſcuto per pugnam dirimatur.

Idem. LEX IIII.

SI quis comparauerit mãcipium,[k] et poſtea leproſum, aut dæmoniacum apparuerit, tunc vẽditor, ſi pulſatus fuerit, præbeat ſacramentum ſingulis[l 2] † quòd in conſcientia ipſius de ipſa infirmitate non ſciuiſſet, quando eum vendidit, et amplius non calumnietur.

mun. l. ſecunda. iuratur itaq; in lege iſta cum duodecim, quia maritus uolebat euitare pœnam faidæ, & anagrip, uel aliquod delictum erat in muliere commiſſum, per quod ad mũdualdũ deferebatur pars cõpoſitionis. ſupra. de rap. l. prima. & ſup. de ſãctio. l. ſi quis rapuerit. Sed quomodo maritus admittitur hic ad probandum mundium ſuum eſſe per ſacramentum? Reſp. quia præſumebatur pro eo: nam cum ea habuiſſet, præſumitur ei traditam fuiſſe per manum. q. d. ga rerum incorporalium nõ eſt vera poſſeſſio, ſed quaſi, & ſic admittitur ad probationẽ per ſacramentum ar. l. ſi quis res ſuas. ſup. de dona. quę cũ thin. & infra eodem. lege omnibus.
f *De certo*.] id eſt, de eo, qui agentem præueniebat in mundio: alioquin ſi agens potior eſſet in mundio, liberatur à pęna faidę, & anagrip: quia nõ videtur negligere, vel in culpa eſſe, qui ab eo fecit mundualdum, quem putauit. Sed verus mundualdus in ſucceſſione præfertur marito, qui tantum eſt, non mundualdus: ſicut verus dominus præfertur ei, qui à non domino emit in venditione rei. quam tertius poſſidebat.

2 † ſingularius, ſaluas ſingulare.

g SI *fuerit ſuſpicio*.] Debet maritus per ſacramentum purificare innocentiam ſuam, non per pugnam, quę cum locum habeat de conſilio mortis, multo fortius in homicidio.
h *Immerentem*.] Contra ſup. de homic. libe. homi. l. ſi maritus. vbi componitur in ſolid. 300. Solu. ib conſtabat de occiſione, hic autem inficiabatur maritus, ſe occidiſſe. Et nota, quod immerentem ideo dixit, quia in caſibus permittitur marito facere de ea, quod voluerit, & tunc cum lege permittente fiat, pœnam non meretur l. vltima ſup. de conſil. mort. & lege iniuriarum. §. is, qui iure. ff. de iniurijs.
i *Mixtus non ſit*.] Tanquam ſi ipſe occidiſſet, ut ſupra, de homic. libe. hom. l. hæc autem. Licet autem iure Romano quis teneatur de conſilio, & de ope. l. ſæpe. ff de verborum ſignificatio. vbi conſilium ineſt opi & econtra. ſecus tamen iure Longobar. Et vxor tenetur pugnare, ſi conueniatur de conſilio mortis viri: non idem econtra, quia pugna fieri debet, vbi lex præcipit, vt inf. l. prima. & hoc propter priuilegium maritale: contendunt enim quandoque maritus, & vxor ad impariatam maritus vxorem accuſat de adulterio, non econtra l. prima ff. de adult. Item vxor cogitur lugere maritum, quæ non debet nubere intra annum luctus, non autem maritus.
k SI *quis comparauerit mancipium*.] Idem de alijs rebus animatis, & inanimatis, vt ignarus non teneatur ad reſciſſionem contractus quanto minoris.
l *Singulis*.] Contra inf. l. proxi. ubi iurat iuxta qualitatem cauſæ. ſed ibi quando ſacramentum dandum eſt. & idem pertinet ad ea negotia, de quibus cautum non eſt: hic autem datum non erat, antequam lex iſta conderetur,

& in hoc differt à iure Romano, quo venditor tenetur ignarus, & conſcius, etiam ſi fallatur. l. 1. ff. de ædi. edic. at iure Longobar. venditor ignarus excuſatur. Sciens autem iure Romano tenetur ad omne damnum, ut ff. de actio. em. l. Iulianus. ſecundum quod etiam in Longobar. iudicat iudex. Quid ſi uenditor iurare non potuiſſet ſe neſcire? Reſpon. in vitijs & morbis ſeruorum, & animaliũ dic, ut ff. de ædi. edic. l. bouem. ſatis tolerabile eſt, ut redhibeatur, reſtituto prius damno emptori, ſi quod propter vitium contigerit, quod ſi quod vitium poſtea appareat, propter quod non ceſſaſſet ab emptione, ſed minoris eſſet empturus, non agitur ad redhibitionem ſecundum ius Romanum: ſed redigitur res ad communem æſtimationem: ſed quanto tempore durat actio? Iure Romano minori tẽpore tollitur, vt ff. de ædi. edic. l. ſciendum. §. ſi. nec dicendum. quod durat 30. ann. cũ nec animalia tantum viuant, quod iure Longobar. cautum non reperitur. Sed cur admittitur venditoris ignorantia in rebus ſuis, quæ iure Romano non eſt tolerabilis: quod vr̃ mirabile. v. ff. lo. l. ſed addes. §. ſi qs dolis & C. de reſcin. ven. l. ſi qs. idẽ & in palio p mutato l. itẽ quærit. §. ſi fullo. ff. loc. idẽ in uaſe vitioſo vẽdito, vt ff. de act. emp. l. tenetur. §. ſed ſi vas. Iure tñ Longobar. recipitur talis ignorantia uenditoris, ut hic.

Idem. LEX V.

SI qualicunque cauſa[a] inter homines liberos euenerit, & ſacramentũ dandũ[b] fuerit, ſi uſque ad 20. ſolidos fuerit cauſa ipſa aut amplius ad Euangelia ſancta iuret cũ duodecim à pijs ſuis, id eſt, ſacramentalibus. Ita ut ſex illi[c] nominentur ab illo, qui pulſat, & ſeptimus ſit ille, q pulſatur, & quinque quales uoluerint, liberos tamẽ, vt ſint duodecim. Quòd ſi minor cã fuerit de 20. ſolid. vſq; ad 12. ſibi ſextus iuret[d] ad arma * ſacrata, & tres ei nominet, qui pulſat, & duos ſibi liberos eligat, qui pulſatur, quales voluerit, & ſextus[e] ſit ille. Et ſi minor[f] fuerit cauſa de 12. ſolid. ſibi tertius iuret ad arma ſacrata, vnum ei nominet, qui pulſat, & alium ipſe ſibi quærat, & tertius ſit ipſe, qui pulſatur.

* Ne. iurandum ad arma ſacrata. hoc eſt, ſuper reliquias ſanctorũ more Teutenico rum, & etiam carſinorum, & vuergorũ, ac gabalitanorum, qui iurant ſuper reliquijs ſancti Anto. marcelesii de quo in cap. & ſi Chriſtus. de iureiur.

a SI qualiſcunque cauſa] Ciuilis ſit ſiue criminalis. item principalis, vel ſecundaria. Leges enim præcipientes ſolum iurare in excipiendo huius legis, ſunt exceptiones, vel ſecundum quoſdam de principali tantum in cauſa legitur determinat hic Rothar qualitatem cauſę, in qua ſacramentum inducitur, cum nullibi ſit determinatum.

b Dandum] meritò hoc dicit: nam non ſemper datur ſacramentum, ſed cum legitimæ probationes deficiunt. quod vi detur contra l. ſup. prox. ſed ibi datum eſt, hic dandum.

c Sex illi.] ſ. ſacramentales legitimi, quòd ſi fuerit aliquis illorum, non eſt poteſtas nominandi naturales, nec confabulatos, vt inf. eod. l. ſi contigerit. tunc enim ſolum eſt illa poteſtas ſubſtituendi, cum ſint nominati legitimi, & aliquis illorum mortuus eſt, vt ibidem.

d Iuret.] Hoc hodie non utimur: verum francigenæ vtuntur.

e Sextus.] nam non poteſt alium ſubſtituere in locum ſuũ, nolente aduerſario. niſi ſpecialiter lex dicat, vt ſ. de aduo. l. ſi quæ de clericis legitur.

f Si minor] ꝙ ſi vſque ad vnum ſoli. vt. inf. iurabit. hæc l. ob. l. 1. ſ. de ſuc. & ſ. legibus prox. & inf. eo. l. de chartis. quæ volunt, cum 12. iurare, non habita diſtinctione quantitatis: ſol. illæ diſtinguuntur ſecundum iſtam, vel d. l. prima ſpecialis eſt, quia hæreditas eſt res uniuerſalis, in qua hæc iuramenta quandoque contingunt: quæ pluſquam 20. ſoli. poſſint continere. vel dic. omnes eſſe ſpeciales: in lege autem de chartis inſpicitur guidrigild, & non res tantum. & charta, ideo iuratur cum 12. Vltimo no. quòd parentes ex parte matris eius, cui ſacramentum datum eſt, non nominetur, cum ad ſucceſſionem non veniant.

g SI quis. Ad duodecim.] Quod ſpatium non trahitur ad alias cauſas, pro quibus dantur induciæ, puta, vbi guadia datur de conſiliando, & reſpondendo, vel de cauſa finienda vel de diebus, quando peremptorium datur edictum, ſed in ſacramentalibus tm. Quid, ſi ſolus iurare qs debeat? Reſpon. ſiue ſolus, ſiue cũ ſacramentalib. hoc ſpatiũ dandũ eſt: q̃a datur à lege, quẽ iudex diminuere non dẽt, quia ad ſacramẽtũ dãdũ, ſed ad ſacramentales inueniẽdos prębetur, vt inf. eod. ſi quis alij guadiã an ſi reus voluerit ſtatim iurare, ſit audiendus, cu ad ſui fauorẽ ſint induciæ inductæ? vtique: q̃libet enim pro ſe introductis renũtiare pt. Sed nunqd iudex dẽt pcipere guadiam, & illi pu auone dati ſe ſacramẽto ſciẽdo, cum ſtet p actorẽ quo minus in præſenti fiat? quidã dicunt, ꝙ non: ſed contrariũ vr̃: nam cũ actor cãm non amittat, dẽt ei tps dari de ſacramento. vt ſi qñ ei placuerit, poſſit pignorare fideiuſſorem, uel debitoris ſacramentum exigere. quid ſi ſecũdo, vel tertio p actorem ſteterit, quo minus ſacramentũ reciperet. mò do velit recipere, reus velit differre vſque ad duodecim noctes? non licebit reo, cũ ſe ſemel renunciauerit.

Idem. LEX VI.

SI quis alij pro quacũque cã guadiã,[g] 1 † & fideiuſſorẽ de ſacramẽto dederit, detur ei ſpatiũ vſque ad duodecim[g] noctes ad ipſũ ſacramentũ dandũ. Et ſi p p ægritudinẽ[h] forſitan, aut aliã cauſã ſuperuenientem in pdicto conſtituto, nõ potuerit iurare, ſuſpendatur[i] ipſa cauſa vſque ad alias duodecim noctes. Et ſi nec tunc cõpleuerit & totum annum volũtariè dilatauerit, & ſacramentum non dederit, tunc rẽ ipſam unde agitur, amittat, & ille acquirat, qui guadiã ſuſcepit. Et è contrario, ſi ille, q guadiã ſuſcepit, ſacramẽtũ dilatauerit, 2 † & annus totus pertranſierit poſt tranſactũ anni ſpatium, nullã in poſterũ habeat facundiam de ipſa re loquendi: ſed 3 † ille, qui paratus fuerit ſacramentum dare, firmiter poſſideat.

1 † vadiã

2 † pretermiſerit.

3 † &

h Ægritudinem.] hic datur intelligi, ꝙ ſi dilatauerit, nulla intercedente iuſta cauſa, per 12. noctes, quòd iuſticiam debet amittere, quod eſt falſum, niſi tranſacto anno, vt hic ſubijcitur, & totum annum voluntarie Quod ſi ambo negligentes fuerint, vt nullus teneatur, quod ſimiliter falſum eſt, quia rei eſt ſe offerre: aliàs videtur in mora.

i Suſpendatur.] Nam ſi neceſſe ſuſpenditur, non eſt locus querelæ. quid ſi per contumaciam? quidam dicunt, quod à cauſa cadere debet, tanquam ſi per totum annum uoluntarie dilataſſet: quod vr̃ contra hanc legem, quæ irrogat cauſæ amiſſionem, ſi per negligentiam per totum annum dilatat: poterit ergo, qui nõ iurauit, tranſactis primis 12 noctibus pignorari. Quæritur, quando incipit annus currere? reſpon: primæ 12. noctes in anno non dicunt computari: quia hoc ſpatium a lege conceditur, quibus tranſactis, annus currit, ſed quando negligentia imputatur ei, qui ſacramentum debuit exhibere? reſpon. non debet debitor expectare creditoris interpellationem, ſed ipſe debet creditorem interpellare, vt conuenit l. magnam. C. de contra. & commi. ſtipulat & no. ſup. de debi. & gua. verum ſi debitor infrà annum, puta, poſt tres menſes, dictis ſacramentalibus oſtenderit ſe paratum iurare, & per creditorem ſteterit, exinde incipit currere annus contra creditorem, non contra debitorem, ex quo fuit in mora: quod ſi poſt alios tres menſes creditor moram purgauerit, tunc annus incipit currere contra debitorem. in quo non numerabuntur ſex menſes tranſacti, quia incipiet a tempore moræ. quæ debet cuilibet nocere morosio. quid, ſi creditor denunciauerit debitori, ut certo die veniat iuraturus, & debitor creditori, vt veniat ſacramentum recepturus. & uterque fuerit in mora? Reſpon. negligentia cum negligentia compenſatur, ſicut dolus cum dolo, vt ff. de contrahen. empt. l. domum. in fi. & paria delicta mutua compenſatione tolluntur l. viro. ff. ſolu. matri. durabunt itaque hincinde obligationes in ſuo ſtatu. argu. contra. ff. de compen. l. ſi ambo. ubi tolluntur obligationes, facta negligentiarum compenſatione.

K. Si

Idem. LEX VII.

SI cõtigerit [a] homini poſt datum fideiuſſoré de ſacramento, & ſacramentales nominatos mori, & filios dimiſerit, poſteaq; ille, qui cauſam quærit, pulſauerit filios, dicẽdo, quia quicquid pater per guadiã, & fideiuſſorem obligauit, filij cõplere debẽt, tunc neceſſe eſt filijs, quãuis minoré [b] virtuté habeant, q̄ pater eorũ aut per ſacramentum [c] negare quod pater eorũ non promiſerit, aut certè, quod pater eorũ ſpopondit, adimpleant. [d] Et ſi aliquis de ſacramentalib. mortuus fuerit, poteſtaté habeat ille, qui pulſat in loco mortui, ſimilé aliũ nominare de proximis legitimis, aut de naturalib9, [e] aut de gamalibus, [1] †ideſt, cõfabulatis. Sed ſi dixerit, qui pulſat, ꝙ ſacramẽtum ruptũ fuiſſet, præbeat ſacramentũ, qui negat, ſi auſus fuerit iurare, ꝙ neq; à patre, neq; à ſe ſacramẽtum ruptũ fuiſſet, poſtea iuret, ſicut ſupraſcriptũ eſt. Sacramentum tunc intelligitur ruptum, quando præſentibus ſacroſanctis euangelijs, aut armis ſacratis, ille, qui pulſatur, cũ ſacramentalibus ſuis ſe coniunxerit, & ſi nõ auſus fuerit iurare, & aut ipſe, aut aliquis de ſacramentalibus eius, ſe ſubtraxerit, tunc intelligatur ſacramentum ruptum.

Idem. LEX VIII.

SI pro quacunque cã, [f] aut culpa, homo pulſat fuerit ab alio, & negauerit, liceat ei ſe idoneare ſm legé, & qualitaté cauſæ. Si autem manifeſtauerit [g] ſe feciſſe, [h] cõponat ſm quod in edicto lex eſt. Nam nulli liceat, poſt quam manifeſtauerit, poſtea per ſacramentum negare, * quod non ſit culpabilis, poſt quam ille ſe culpabilé [i] aſſignauit: quia multos cognouimus in Regno nr̃o tales prauas opponẽtes intentiones, & hæc mouerũt nos per præſentem corrigere legé, & ad meliorem ſtatum reuocare.

Idem. LEX IX.

SI quis poſt mortem patris filium de debito [k] appellauerit, quod pater ipſius ei debitor fuiſſet, & filius negauerit, [l] ita decernimus,

a SI contigerit.] Habetur hic, an filij teneantur adimplere, quod pater obligauerat adimplere guadiam: quod non exprimebatur in l. quicunque. ſup. de debi. & gua.

b Minorem virtutem.] Id eſt, intelligentiam, quaſi dicat licet non bene ſciant factum filij, ſicut pater, &c. licet accipiatur virtus quãdoque pro fortitudine ſecundum vſum regionis, vt authen. vt om. obe. iu. circa principi. col. 5.

c Per ſacramentum.] Not. hic filios iurare de dubio, quod frequenter iure Longobardo accidit, etiam de eo, quod penitus ignorant, vt ſup. ſi actor re. l. 1. & not. ſup. de præſcriptionibus. l. ſi quis per triginta annos. vbi ſit ſacramentum de malo ordine. & inf. eod. l. ſi quis poſt morté. Sed alij quaſi regulariter dicunt, ex litigatorib. ſi vnus red. ſit ſe dubium in cauſa, ſi altera pars dicat, ſe certiorem, vt admittatur ad ſacramẽtu. arg. l. 1. ſup. de dam. iniuria quod nõ placet, quia videtur contra l. j. C. de probationib. & quia ſequeretur abſurdum, vt ſi filius à debitore paterno petat x. qui reſpondeat ſe patri ſoluiſſe, qđ filius ignorat, vt propterea poſſit debitor ſacramento probare ſolutioné Et not. ex iſto textu quem teneri, vel negare, vel confiteri, vt inf. eo. l. ſi pro quacunque.

d Adimpleant.] q. d. ſi pater ſe iuraturum promiſerit, & mortuus reliquit filium decem annorum, quomodo iurabit pupillus, cum cogi non poteſt vt ſupra eod. l. vt infantes? Reſpon. tutor iurabit vt C. de rebus cre. l. cum etiam & ſup. de non ſuæ rei ven. l. ſecunda. in qua opi. fuit P. ay maximus iuris auctor, & ita gloſauit. d. l. cum etiam tu dic, quòd ſi pupillus doli capax non eſt, tutor iuret, aliàs ipſe pupillus de veritate iurabit. Tutor autem, vt cæteri ſacramentales iuſiurandum præſtare debet: etiam iuramentum calumniæ, ſecundum quod credunt; idem & curator, vt C. de iura. propter calum. l. cum & iudices. §. quod obſeruari. ſic & mundualdus purgabit innocentiam mulieris.

e Naturalibus.] Qui hodie à ſucceſſione parentum ſunt excluſi vt no. ſup. de ſucceſ.

f SI pro quacunque cauſa.] Scilicet, cõtractu, vel quaſi: & ſi nomen cauſæ generale ſit cõtinens etiam delicta.

g Manifeſtauerit.] No. quod qui conuenitur, cogitur negare, vel manifeſtare, vt nemini liceat in dubium reuocare, vt C. de excep. l. ſi quidem. Tu dic, quòd ſi quis de facto ſuo conueniatur, debet confiteri, vel negare, argu. l. cum falſum. ff. de acqui. hære. & l. ſi. ff. pro ſuo. & l. qui in alterius. ff. de reg. iur. in quibus iuribus probatur, quod quis habet iuſtam cauſam ignorantiæ, cum in aliena iura ſuccedit, ſecus ſi in ſua, ſed ſi de facto alieno, cui quis ſucceſſit, conueniatur an ſufficiat reſpondere, dubito, & actori incumbat probare? reſpon. non, niſi lite conteſtata, ſcilicet cum iudex per narrationem, & reſponſionem cauſam cœperit audire, qui enim dicit, dubito, vel, ignoro, cauſæ non reſpondet: nam qui de calumnia iurat, cogitur reſpondere ſe id credere, vel non credere, quia in tenore ſacramenti uidetur continere, quod credit eſſe verum: nec ſe liberat, reſpondendo, dubito, quæ verba æquipollent affirmationi, uel negationi.

h Se feciſſe.] Loquitur de confeſſione in iure facta, vt hic. liceat ei ſe idoneare, &c. ſi autem extra iudicium pulſatei non cogitare. Quid, ſi extra iudiciũ confiteatur? ſi quidẽ per ſcripturam, & ex ueteri cauſa, non licebit ei poſtea contradicere, niſi uellet per argumenta probare ſcriptis inſerta. l. generaliter C. de nõ num. pecu. ſed ita demum præiudicat confeſſio per ſcripturam, ſi certum quid contineat, & cauſam: alioquin cogitur actor probare debitum: nam in tantũ præiudicat cautio, vt ex ea fiat condẽnatio, ut ff. de proba. l. cũ de indebito in fin. Si uerò oretenus extra iudiciũ cõfiteatur, inficiando, non condẽnabitur: illa. n. confeſſio præiudicat, quæ fit coram quinq; teſtib. rogatis, ut auth. rogati. C. de teſti. & iure Long. fortè duo teſtes ſufficiunt, ut ſup. quali. mu. alt. per fir. l. 2. inducit tamen aliqualem præſumptionem contra eum: ꝙ ſi per epiſtolam confiteatur, uidetur ꝙ ſufficiat, ut ff. depo. l. Publia. in fi. ubi dicit probationem rerum implere: hoc ſi præſente aduerſario, uel eius procuratore, confiteatur, alioquin ſecus. l. ſi. ff. de confe. Dicitur autem confeſſus de iure, qui coram iudice confitetur in iudicio, ſiue in uia, dummodo ſit ibi, ut iudex l. 3. §. 1. ff. de inter. actio. ꝙ ſi procurator meus in iudicio confiteatur, ſibi, & non mihi nocet eius confeſſio, ut ff. ad l. Aquil. l. proinde.

i Se culpabilem.] Hoc, niſi uelit oſtendere confeſſionem ſuam per errorem factam: nam qui errat, non confitetur. l. 2. ff. de conf. errorem autem probare poterit, ſi poſtea dicat, ſe non inueniſſe inſtrumenta, aut alio modo, l. de ætate §. ſi ff. de inter. actio. quod ſi uelit iurare, ſe in ſua confeſſione erraſſe, non crederetur ei. & hoc dicitur hic, non licet poſteà per ſacramentum negare.

K SI quis. De debito.] No. filium de patris debito conueniri pro parte, ſcilicet hæreditaria, etiam ſi conueniatur de debito exiſtente in pondere, numero, & menſura, ut C. de famil. erciſ. l. licet & l. 1. ſi cer. pet. cũ ſi. quod ſi de his conueniatur, quæ diuiſionem non recipiunt, ut de uia itinere, & actu, in ſolidum conuenitur. Idem ex parte actoris: quia quilibet hæredum in ſolidum habet actionem, vt ff. ſi ſeruit. vendic. l. loci §. ſi fundus. Idem & ſi conueniatur hæres ex cauſa emptio. l. cum ex cauſa ff. de verb. oblig.

l Negauerit.] Ad quod non cogitur ſm quoſdam: quia eſt in arbitrio ſuo negare, vel confiteri, vel in dubium reuocare, quaſi dicat, tunc procedit lex iſta ſi filius negauerit. Et quamuis dicant aliqui, ꝙ filius factum patris poſſit in dubium reuocare, tu tamen dicas, filium reſpondere debere, ſicut pater ſi viueret, vt no. ſup. eo. l. ſi contigerit.

1 † gamalys. a. gamalibalis.

* Not. confeſſioné in iudicio factam reuocari nõ poſſe. de quo per Bal. in l. 2. C. quorum appel. nõ recip. & Paride. de Put. i tract. ſynd. in uerbo. teſtis in teſtimonia. & Bald. in l. unica. de confeſ. Sacramẽtum carpionis.

vt prębeat filius ſacramentũ, ſecundum qualitatem pecuniæ, vnde pulſatus eſt, quòd pater eius ei debitor nõ fuiſſet, aut per pugnam [a] ſe defendat, ſi potuerit.

Idem. LEX X.

SI aliqua [b] inter creditorem, & debitorem, atq; fideiuſſorẽ ſurrexit intẽtio, & dixerit creditor, quia in tali prætextu guadiam ſuſceperit & fideiuſſor negauerit, non eſt cauſa [c] fideiuſſor prębere ſacramentum, niſi debitor ſingulus [d] [1] † ſatisfaciat ad Euangelia, vel ad arma ſacrata: quia in tali capitulo, nec guadiam dedit, nec fideiuſſorem poſuit.

Idem. LEX XI.

NVllus cãpio præſumat, quando contra alium pugnãdo, vadit, herbas, quæ ad maleficia pertinẽt, ſuper ſe habere, nec alias tales, ac ſimiles res, niſi tantum armã ſua, quæ conueniunt: & ſi ſuſpicio fuerit, quòd eas occultè habeat, inquiratur à iudice: & ſi inuentæ fuerint, euellantur, & iactentur, & poſt illam inquiſitionẽ tradat [2] † manum ipſe campio in manu parentis, aut cõliberti ſui, ante iudicem ſatisfaciens dicat, quòd nullam talem rem, quæ ad maleficia pertinet, ſuper ſe habeat, & tunc vadat ad certamen.

Rex Grimoaldus.

LEX XII.

SI quis vxorem ſuã incriminauerit aſto abſq; certa legitima cauſa, quam adulterata ſit, aut contra animam mariti ſui tractaſſet, liceat illi mulieri per ſacramẽtũ, vel per pugnam ſe mundare: & ſi purificata fuerit, tũc maritus eius præbeat ſacramentũ cum parentibus ſuis legitimis, ſibi duodecim, quòd non aſto animo, [e] nec doloſè ei crimen iniecit, vt eam deberet dimittere, niſi pro certa ſuſpicione & audita habuiſſet hæc verba. Et ſi hæc facere potuerit, ſit abſolutus a culpa. Et ſi auſus nõ fuerit iurare, componat guidrigild ipſius mulieris, tanquã ſi fratrem eius occidiſſet, medietatem Regi, & medietatem parentibus mulieris.

Rex Lutprandus.

LEX XIII.

SI qualiſcũq; cauſa [f] inter cõlibertos, aut parentes cõuenerit, aut acta fuerit, & hoies boni iij. aut quatuor [g]

[1] †ſingulis.

[2] †tendat.

a *Per pugnam.*] Videtur quòd deterioris conditionis ſit filius, quam pater, vt teneatur de omni debito pugnare, cum pater non teneretur: ſed intellige de debito, de quo pater pugnare debet, vt de depoſito, quod ſi filius ex maleficio conueniatur ex perſona patris, ita demum tenebitur, ſi fuerit cum patre his conteſt. vel aliquid ad eum peruenerit. vt C ex delicti defunc. lege vnica. de quibus cautis filius, vt pater, tenetur pugnare.

b *SI aliqua.*] Explicat lex iſta, quid iuris, quando quæſtio eſt de tenore guadiæ: quia conſtabat guadiam eſſe datã.

c *Non eſt cauſa.*] Id eſt, non eſt neceſſe fideiuſſori ſuper hoc negare, vel iurare, quod eſt fauore fideiuſſoris: nam fideiuſſor, ſi velit iurare ſuper tenore guadiæ admittitur. Quia n. ſi fideiuſſor nuntiat, quando debitor non eſt ſoluendo, aut colludat cum creditore in præiudicium fideiuſſoris, confitendo tenorẽ guadiæ, propterea ſi fideiuſſor voluerit iurare admittendus eſt: cęterum, ſi quæſtio ſit de guadia, & creditor fideiuſſorem conueniat, cogitur fideiuſſor negare, vel confiteri, quod ſi confitetur partiendo pudori ſuo, ſoluere cogitur. Ipſe autem, ſi conueniat debitorẽ, qui negauerit, probare debet ſe fideiuſſiſſe: & ſi dum creditor vellet debitorem conuenire, fideiuſſor præuenit, poterit ſuo iure vti, ſi debitor negare velit. In hoc parum fideliter facit fideiuſſor. & ideo pecuniam à debitore non petet, vt ff mand. L. Quintus Mutius. Et ſcias, tenorem guadiæ idem eſſe, quod iure Romano dicitur modus, vt ſi do tibi decem, vt Capuã ires, & ſimil. Quod, ſi quæſtio ſit de tenore, tunc non eſt neceſſe fideiuſſori ſacramentum præſtare, licet ſi velit, admittatur, ſed debitor iurando ſe liberat, & fideiuſſorem. Vel pone, dedi tibi mutuo vncias auri duas, fideiuſſor negat ſe fideiuſſiſſe in vtranque, ſed in vnam, illo caſu non eſt neceſſe fideiuſſori ſacramentum præſtare, ſed debitor ſolus iurando liberat ſe, & fideiuſſorem: nil aliud eſt negare tenorem guadiæ, niſi quæ in guadia continentur, negare. Sed certè ſi fideiuſſor negauerit, ſe fideiuſſiſſe, & iurare cogitur, ſe non fideiuſſiſſe, pari cenſura, ſi partẽ guadiæ confiteatur, & partem neget, vt idem ius ſit de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totum. Sed hæc nõ placent, quia lex iſta loquitur, quando debitor, & fideiuſſor conueniebantur ſimul à creditore, & hoc indicat litera: tunc enim quia in eodem iudicio ſunt præſentes, & vterque negat, quia cauſa principaliter ſpectat ad debitorem, excuſatur fideiuſſor à ſacramento, & reus iurando liberat ſe, & fideiuſſorem, & ſecundum hanc opinionem vndecunque ſit actio, dummodo ſimul conueniantur, ſufficit debitoris ſacramentum: quod ſi, abſente debitore, fideiuſſor conueniebatur, non eſt locus huic legi, ſed ſup. eod. l. ſi pro quacunque.

d *Singulus.*] Contra ſup. eodem. l. ſi qualiſcunque. vbi debet iurare ſecundum qualitatem cauſæ. Solutio. Illa generalis eſt, hic autem ponitur exceptio regulæ, vel non debet excuſari debitor quin iurat ſecũdum qualitatẽ cauſæ, maxime ſi ſit vltra viginti ſolidos. Sed dicit, iuret ſingulus, i. ita debitor iuret, quod non fideiuſſit. Quæ enim eſſet ratio, vt debitor cõueniatur, quando nullus fideiuſſor interceſſit, & cogitur iurare ſecundum qualitatem cauſæ: quare debet excuſari, quia in obligatione interceſſit fideiuſſor, vt inueniatur debitor melioris conditionis, nullo dato fideiuſſore, quã vbi dedit.

e *SI quis vxorem. Aſto animo*] præſumitur, quod aſto animo inducat cauſam criminis, dummodo fuerit eius intentio fundata: hodie autem hæc lex nõ procedit, quoad omnẽ, nam pugnantes ante pugnam iurare debent de aſto, & ſolet, vt inf. eod. l. ſi quis alium aſto nõ autem poſt pugnã, vel ſacramentũ præſtitum a parte vxoris, eſt iurandum de aſto, cum nõ iungatur cum ſacramentalib. & ſacramento præſtito de aſto, maritus abſoluitur à pœna, licet intentionẽ ſuã probare non poſſit, ſed ſi de aſto iurare voluerit, non poterit ad pugnam vxorem prouocare. Sed nunquid poterit cum cõpellere, ne ſe purificet ſacramento, niſi de aſto prius iuret? Reſpondeo, non: nam lex iſta utroque caſu inducit iſtud ſacramentum, ſiue maritus velit pugnare, ſiue recipiat purificationem per ſacramentum: verum quia vtroque caſu eam quæſtionem mouit maritus contra vxorem, ex qua mori debet vxor, ſiue de conſilio mortis, vt ſupra de conſi. mor. lege finali. ſiue de adulterio, ut ſup. de adulter. & debet maritus componere guidrigild ipſius mulieris.

f *SI qualiſcunque cauſa.*] Cum guadia, ſiue ſine, quia loquendo de vtraque cautia, nihil innouat, ſed ſup. de deb. & gua. lege ſi quis a modo. loquitur de ea, quæ eſt ſine guadia. Vel dici poteſt, quod ibi eſt quæſtio de guadiæ tenore, vt ſup. eodem. l. ſi aliqua pro qua condita ſunt, d. l. ſi quis à modo hic de aſto contractu, ſiue de maleficio, vt de guadia data erat, uel conuenerit de præteritis, acta fuerint de futuris, uel econtra, vel conuentus ſe contractu, acta fuerunt de maleficio, & ſecundum hoc teſtes ſunt admittendi in maleficio, quia ob id euitantur ſacramentales.

g *Aut quatuor.*] Non ſemper ſunt neceſſarij teſtes tres: ſi tamen adſunt, facilius eis creditur, ut inf. de deci. l. de decimus. 2. admittuntur duo, non pauciores.

a Nõ

a *Non reprobetur.*] id eſt, non incredibile. ſed omnino credi tore per teſtes.
b *Ipſe homo.*] id eſt, reus debet teſtimonium firmare teſtium ſacramento.
c *Cauſatori.*] ſpeciale eſt, cum cauſa principaliter fuerit agitata inter actorē, & reum: alioquin ſi cum patre rei, vel aui, vel cum alia perſona ſi teſtes aduocat, non debet eos ſacramento firmare. niſi forte per illam perſonam, quæ id egit, certum ſit: quod ſi dubium ſit, ſaltem hoc ipſum iurare debet, nō vtrunque firmare, cum aliter rē per teſtes neſciūt, & hoc obtinet ſententia, quamuis hodie quidam abutanť generaliter in oī cauſa, vt hic aperte dicitur, ipſe homo per ſacramentum, &c. vt no. in l. vt teſtes. ſup. de teſtibus.
d *Celare.*] Iure Longobar. Ante publicationem ſi volētes veniunt, ante deponūt quàm iurant, ſi inuiti (ne probationis facultas anguſtetur) ante examinationē iurare debent, & forma ſacramenti in teſtibus. no. ſup. de teſti. l. de periurijs. quibus adde, ꝙ ſi teſtis teſtimonium perhibens dicat, ſe nil aliud ſcire, niſi, quod dixit, ſi poſt duos quatuorve dies, vel quandocunque ante publicatas atteſtationes reuertatur, & teſtificetur iudici aliud veniſſe in eius memoriam, audiendus eſt, cum iurauerit, ſe totam veritatem dicere, niſi ɔtrariū prioribus dictis dicat: tūc enim vacillando ſibi fidem derogat.

sequitur rei fatigatio, ut alibi dicitur, natus ut moriatur: non ideo naſcitur homo ut moriatur.
i *Iuret.*] Hinc no. quod ſacramentalis debet iurare, ut principalis, licet conſuetudo aliter obtineat.

1† reddiderint.
2† cauſatori.
3† remunerati.
4† ſueſſuerint.

interfuerint, nō reprobetur[a] poſtea ipſa cauſa: niſi eorum teſtimonio ambæ partes credāt, qui interfuerint. Pro cuius autem cauſa teſtes illi teſtimoniū reddere [1] † debent, ipſe homo [b] cauſatori [c] [2] † ſuo per ſacramentum ſatisfaciat. Teſtes verò ipſi tales ſint, quorum opinio in bonis precellat operibus, & quorū fides admittitur, vel quibus Princeps, aut iudex credere poſſit. Et forſitan remunerati [3] † teſtes veritatem ipſam celare [d] voluerint, tunc per ſacramentū ſatisfaciant Principi, aut miſſo eius, vt veritas non obſcuretur. Si quidē per guadiā [e] obligatio facta fuerit, & intētio pro hoc fuerit excitata, in eodē iudicio maneat, ſicut in anteriori edicto legitur, quod glorioſiſſimus inſtituit Rex Rotharius.

Idem. LEX XIIII.

SI quis [f] alij guadiam de ſacramēto dederit, & ſacramētales dicti fuerint, poſteà ipſe, qui nominatus [g] eſt, cum ad ſacramētum venerit, & Euāgelia poſita fuerint, ſe ſubtrahere voluerit, [4] † vt ſacramentum [h] rumpatur, vt in anteriori edicto legitur, tunc præbeat prius ille, qui iurare debet ad ſacramentales ſuos, ſacramentum quòd cum eis munditer iuret. [i] Et ſi ſacramentales ipſi ipſum ſacramentum audire noluerint, [5] † & ſe aliquis [k] ſubtrahere voluerit, vt ille cauſam ſuam, qui iurare debuerit, perdat; iubemus, vt manifeſtare debeat ipſe ſacramentalis, qui ſe ſubtrahere voluerit, certam veritatem, pro qua cauſa ei iurare minime præſumat: & ſi manifeſtare noluerit, [6] † ſacramētnm prębeat quod nullum colludium [l] habeat cum homine illo, qui ſacramentum audire debet, [7] † niſi quod animam [m] ſuam timendo non præſumat ſacramentalis eſſe. Et ipſe poſtea, qui iurare debeat, habeat ſpatium per duodecim noctes ad perquirendos ipſos ſacramentales, qui propè ſunt, & ꝗ de lōginquo ſunt, quo modo Thuſcia, vel de Auſtria ꝑ noctes 24. & quęrat alium ſacramentalem, quē in loco ipſius ponat, & ſic ſacramentum deducat, vt guadiam dederit. Et ſi iurare auſus non fuerit, [n] aut manifeſtare non potuerit, quicquid ipſe, cui ſacramentum interdixerit, damnum [o] paſſus fuerit, [p] de proprijs rebus ſuis reſtituat ei.

5† aut.
6† Non potuerint.
7† debuerit.

k *Et ſe aliquis.*] i. de nominatis, licet hæc uerba uideantur ptinere ad quēlibet ſacramentaliū, tunc ſubtrahēs certā cām dicere dēt, quare ſe ſubtrahat. quid ſi dixerit, ſuſpicor reū crimen cōmiſiſſe, iudicio meo, ſubrogare poterit reus aliquem proximū, qui certior ſubtrahente ſit, & cū eo iurabit, & tūc nullu dānū patieť reus: non n propter ſuſpitionē unius ſacramētalis reus pati debet cauſæ iacturam.
l *Nullum colludium.*] Quod ſacramēto pręſtito, reddat ſacramētalē ſine pena, & loco eius ſubrogabit aliū: ſed mirū quare ſacramentalis nō cogitur iurare, quia dum uenit in iudiciū, uidetur promiſiſſe reo.
m *Niſi quod animā.*] Simile. C. de fide inſtru. l. fi. uer. neq; n.
n *Auſus non fuerit.*] ſ. de colludio, ꝙ uidetur iniquū, ut ſacramētale colludēte cū actore, actor victoriā conſequať ex ſuo dolo: nam ſi quis pęnā promiſerit, ſi iudicio non ſteterit, & facto actoris non ſteterit, licet pęna debeať, de rigore tñ, quia dolus ſuus nemini dēt patrocinari, vt ff. de do. exc. l. apud Celſum. §. Marcellus hēt reus doli exceptionē. l. 1. §. ſi reus. ff. de eo, per quē factū erit vū dicūt alij, auſus nō fuerit, ſ. ꝑ timorē aīæ, & duritia tentus nolit cauſam manifeſtare.
o *Damnum.*] Ex hoc innuit, ꝙ ſi unus tm̄ ſacramentalis ſe ſubtrahat, ſacramentū ruptum eſt, & concor. l. ſi contigerit. §. ſacramentū, ſup. eo. & hoc vult dicere litera iſta, vt uno de nominatis ſe ſubtrahente, reus patiať cauſæ iacturā: qđ uř mirum, ſed hoc contingit propter ſacramenta. quid ſi ſacramentalis nō ſit ſoluendo, propter quod non poteſt ei damnum reſtitui, cui ſacramentum eſt interdictum? reſpon. debet forte per iudicem fieri reſtitutio, ut reus non admittat cauſam, ſed aliū loco eius ſubroget, q malitioſè ſubtraxit, & dolus alienus non debet eſſe actori lucroſus, qui fortè iniuſtā cauſam fouebat, & damnoſus reo ignoranti, ut ff. de eo, per quem fa. erit. l. ex hoc. in princ. ff. de interroga actio. l. qui ex parte.
p *Paſſus fuerit.*] Loquiť in ciuilibus. ſm quoſdā: nam damnū dř, quaſi diminutio rei meæ l. 3. ff. de dāno infect. unde non vř loqui, cū aliquis criminaliter cōueniať, puta de periurio, vbi manum dēt amittere, & de furto, ubi oculū, cum nemo ſit dñs membrorū ſuorum. l. liber homo. in prin. ff. ad l. Aquil. quod ſi concedatur, ut, ſ. ſacramentū non intelligatur ruptum in criminalibus tolerabile eſt. nam abſurdum eſſet, ut reus, cui ſacramentū eſt interdictū, membrū amittet, & ſacramentalis, qui ſe ſubtraxit, indemnis recedat.

e *Per guadiam.*] q. d. ſi ſtantia, vel obligatio ſine guadia, & coram teſtibus ſit facta, ꝙ ſi ſit, cū guadia procedit. l. ſi aliqua. ſup. eo. ꝙ ſi teſtes adſint, obtinet l. ſi quis amodo. ſup. de debi. & gua. per quam probať, ꝙ litigator nō poteſt per guadiam dicta teſtium reprobare, licet vbi ſunt inter ſe cōtrarij, locus ſit pugnæ, ſed vbi teſtes cum teſtib. pugnat, vt ſup. de teſt. l. ſi quis cum altero. licet ſit locus pugnæ contra publica inſtrumenta, ſi facta ſint de rebus immobilibus, vt inf. eo. l. de præ. tanquam iniuſta abijt in deſuetudinem. Nam ſi litigator non poteſt imponere pugnam teſti, minus publico inſtrumento, cum fortior ſit probatio inſtrumentorum, quam teſtium.
f *Si quis.*] Hic diſtinguitur, quod habetur ſup. eo. l. ſi contigerit. §. ſacramentum. vbi tunc intelligitur ſacramentum ruptum, ſi ſacramentalis ſe ſubtrahat.
g *Nominatus.*] Intereſt, vtrū q nominatus eſt, ſe ſubtrahit, an alius. Nam ſi alius, non intelligitur ſacramentū ruptū.
h *Sacramentum.*] ſ. illud: uel non punitur hic cātine: quia licet ſe nō ſubtrahat: ex ſubtractione tñ ſequitur ſacramentum ruptum. ar. l. properandū. C. de iudi. ibi, & ſi quidem actor abſuerit, ut reus fatigetur. q. d. ex abſentia actoris

dat: ideo melius videtur dicendum, ex quo leges Longobar. vulgariter loquuntur & liberi homines (ſi occidãtur) recipiunt æſtimationem, vt ẽt æſtimationẽ membri ſacramentalis præſtet, qui ſacramentũ interdixit, quid, ſi maior pars ſacramentaliũ ſe ſubtraxerit, & iurauerit, ꝙ timendo animã ſuam, nõ præſũpſerit iurare & reus nõ poſſit alios ſubrogare? dicit quidam, quod, ꝑlito ſacramẽto, ſi alios habere nequeat, iurabit cũ quibus habere poterit. Ego aũt puto, ꝙ qui nõ iurat, vt iudicatũ eſt, cauſam amittat.

a *SI quis. Compellauerit.*] Quouſq; non impleat, vel fundet intẽtionem ſuã.

b *Solet.*] Per conſuetudinem, q̃ vicẽ legis obtinet. l. recolimus. ſup. de ho li. ho. aut. per l. quia fieri nõ debet, niſi lege permittente, vt ĩ. eodem. l. quibuſcunque.

c *Solus.*] Sed quare nõ iurat iuxta qualitatem cauſæ? rñ. quia hoc ſacramentũ non eſt deciſiuũ, vnde facta eſt compellatio.

d *Certam.*] Id eſt, veri ſimilẽ, vt actorẽ moueat ad pugnãdum, non aut certã, i. verã.

e *De furto.*] Lex diſtinguit certã quantitatẽ in furto, licet aliter diſtinguatur. inf. eod. l. de furto 2.

f *De incendio.*] Sed nõ de omni, vt ſ. de dam. iniur. l. ſi. & de illic. conſ. puniť, de incẽdio domus, vbi homines habitant, nunquid ergo dẽt de ſolo incendio domus, vbi viri habitãt, fieri pugna, an & ſi fiat incẽ. ſiũ ſegetis, vel hoc reiiciẽ. l. ita nõ diſtinguit: vñ non ſtabitur arbitrio iudicis equitatẽ ſequi, & à l. vel conſuetudine recedere, arg. l. de pretio. ff. de publicia. & ff. de queſtio. l. de incẽdio. & l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. mat. No. igiť ex hac lege, & ex alijs, ꝙ ſit pugna de ſuſpitione, vt inf. eod. l. mentio. nam cũ contraria ſacramẽta fiãt in pugna; ideo nõ iuratur de aſto, ſed de veritate, vñ omnia iura, quibus cauetur ſacramentum, de aſto fieri in pugna, dicimus eſſe correcta: ſed iſta lex corrigit legẽ, ſi quis vxorẽ ſup. eo. duobus, quia ibi dř. iurari cum 12. hic ſolus iurat de aſto, ibi poſt finitam cauſam, in principio.

g *SI quis. Guidrigild.*] Non autem pręſtatur compoſitio. 900. ſolid. ſtatuta in l. 1. ſup. de iniur. mu. quia volenti non fit iniuria, neque ludenti. quid ſi cum aliena muliere non coniugata honeſte viuente inueniatur turpiter conuerſari cum eius voluntate? reſpond. de fornicatione puniri cõponat 100. ſoli. de turpi autem cõuerſatione nihil cauetur, punitur tamen arbitrio iudicis: ne delicta impunita remaneant.

h *De ſuſpecto.*] l. criminis adulterij.

i *Siue in venditione.*] Poteſt ergo dimittere, quod videtur contra ſup. de eo, q uxo. ſuã dimiſe. l. pen. ſol. licet illa ſolã fornicationis cãm excipiat, intelligitur etiã de ſimilibus, vt ibi notať.

k *Publicus.*] Videtur contrariũ ſup. de furtis l. ſi quiſcunq; homo. ubi debet habere eum pro ſeruo, ſed illa generaliter loquitur, hæc uero ſpecialiter, & inf. eo. l. apertè loquitur de aldijs, & de ſeruis.

l *Solid. 40.*] Contra ſup. de ſcand. & compo. lege ſi quis liber homo. & lege ſequẽ. vbi dominus tenetur in medietatem compoſitionis. quã liber præſtaret. Sol. illæ locũ habẽt, cum certa pręſtatur cõpoſitio à libero delinquente, nõ autem cum liber præſtaret guidrigild ſuum, ut hic. Quid, ſi marit⁹ uellet pugnare cũ domino ſerui, dicendo, ꝙ uoluntate eius ſit cõmiſſum delictum? Reſpond. nõ credo, ꝙ ſupra ſit pugna de ipſo facto, hic autem de domini uoluntate dubitatur. Quid autem, ſi liber non inueniať turpiter conuerſari, ſed loqui de re turpi cũ nupta, aut nuncium ad eam miſiſſe? Reſpon. extraordinariã pœnam iudex debet imponere.

m *OMnibus.*] Refert Rachis, quod uſque ad tempora ſua ducebantur homines in ſacramẽtum per prauam cupiditatem, & iurabant, quod pretium habebant completum, ſic ſup. de donatio. l. penul. quod tanquam iniquum emendat.

Idem. LEX XV.

SI quis alium aſto animo cõpellauerit [a] de pugna, quæ fieri ſolet: [b] per prauas perſonas, præbeat ſacramentum ipſe, qui compellãt ſolus, [c] & dicat iuratus, quia non aſto animo eum per pugnam fatigare quærat, niſi quod certam [d] habeat ſuſpicionem, ſiue de furto [e] fuerit, ſiue de incendio, [f] aut vnde ipſa compellatio agitur: & ſi hoc iurauerit, poſtea vadat exinde ad pugnam. ſi autem minime iurare præſumpſerit: non ſit ipſa cauſa per pugnam iudicata, atque [1] † finita.

1 † aut.

Idem LEX XVI.

SI quis amodo inuentus fuerit cũ vxore * aliena turpiter cõuerſari, i. ſi manũ in ſinum, aut ad pectus eius miſerit, vel ad alium locum, vnde turpe eſſe poteſt cum conſenſu ipſius mulieris, & probatum fuerit, componat, qui hoc malum perpetrauerit, guidrigild [g] ad maritum ipſius mulieris. Si autem cauſa probata non fuerit, niſi tãtũmodo quiſpiam de ſuſpecto [h] alium de vxore ſua cõpellat, habeat licentiam ipſe, qui cõpellat, aut ad pugnã, aut ad ſacramentũ ipſum hominem quærere, [2] † qualiter voluerit. Si verò ipſa mulier in hac illicita cauſa conſentiẽs fuerit, habeat poteſtatẽ eius maritus in eã vindictã dare, ſiue in diſciplina, ſiue in venditione, [i] vbi [3] † voluerit, veruntamen non occidatur, nec ei ſcematio corporis fiat. Si quidem forſitan talis fuerit ipſe liber homo, vt nõ habeat, vnde compoſitionẽ facere poſſit, tũc publicus [k] debeat eum dare in manus mariti ſui, & ipſe in eum faciat vindictam in diſciplina, vel venditione: nam non in occiſione: aut in ſcematione corporis. Si autẽ aldius, vel ſeruus alienus hoc malũ in libera muliere facere præſumpſerit, tũc patronus eius cõponat ad maritum ipſius mulieris ſolidos 4. [l] & ipſam perſonã det ei ĩ manus eius. Si verò ſeruus, aut aldius ꝑ voluntatem domini ſui hoc malum fecerit, quod ſupraſcriptum eſt, & probatũ fuerit, quòd ipſe dominus eius conſenſiſſet, componat ſicut ſuprà legitur guidrigild ſuũ: ſic tamen, vt ipſe ſeruus in ipſa compoſitione tradatur. Et ſi probata cauſa nõ fuerit de domini eius voluntate, tunc ipſe dominus ſerui, vel donationis, purificet ſe per ſacramentũ, cum legitimis ſacramẽtalibus ſuis, vt in ipſo malo conſentiens non fuiſſet, & ſit abſolutus, & tamen fiat ſicut ſuprà ſtatuimus de ſeruo, vel aldione.

* Not. de vaſſallo, q̃ luſit cũ uxore domini man⁹ ad pectus eius ponẽdo, vel ẽt turpius, ꝙ priuať feudo adhoc al leg. hũc tex. glo. in c. 1. §. item ſi fideles. ĩ ver. turpiter luſerit. quib. mod. feud. amit.

2 † reare.

3 † qualiter.

Rex Rachis.

LEX XVII.

OMnibus [m] enim penè notum eſt, quia vſque nunc per prauas cupiditates deducebãtur homines ad ſacramentum de chartis vẽditionis, [4] † quæ factæ fuerant, & compellebãtur à venditoribus, ꝙ pretium completũ non haberent datum, qui ipſas chartas habebant, & res poſſidebãt, & ipſi emptores deducebantur ad ſacramentum, quod pretium completum haberet, quod nobis, & noſtris iudicibus illicitũ eſſe comparuit, & quia pro opinione ſua iurare nolebãt, dabant pro ſacramento ſuo aliquid, & habebant damnietatẽ ſine cauſa. Et naufragi homines propterea ipſam compellationem in faciebant, vt aliquid pro ipſo ſacramento

4 † Chartulis, venditionum.

n *Suſce-*

i

tollere potuiſſet: ideo decernimus, vt ſi quis chartam vẽditionis de aliqua re fecerit alicui, & à ſcriba publico ſcripta, vel à teſtibus idoneis roborata fuerit, & tã ipſe vẽditor, ꝙ teſtes in ipſa charta ſe ſubſcripſerint, aut manum poſuerint, & manifeſtauerint in ipſa charta, ꝙ pretiũ inter eos ſtatutum ſuſcepiſſet,[a] ſi pulſatus fuerit poſteà emptor, qđ pretium ipſum non compleuiſſet, ſacramentum ex inde nõ procedat, niſi fortè ei emptor per guadiam ſe obligauerit, tunc ipſe venditor pignoret[b] fideiuſſorem ſuum.

Rex Aſtulphus.

LEX XVIII.

SI quis Longobardus cauſam habuerit cum locis venerabilibus, quę ad defenſionem Palatij eſſe noſcuntur, ſi fuerit cauſa, vnde ſacramentum debeat procedere, ſi Iudex Abbatem, Cuſtodem, vel Præpoſitum pulſauerit, ipſe ſatisfaciat. Si autẽ Abbas, Cuſtos, Præpoſitus Iudicem pulſauerit, & ſacramentum fieri debuerit; ipſe Iudex iterum ſacramentum deducat. Si verò alter Longobardus habuerit cauſam cũ Abbatibus, unde ſimile ſacramentum deductum fieri debeat, anteponatur Abbas ipſe ſolus. Nã non alius, ſed de alijs, quales eligere vult, quanticunque ſecundũ legem iurare debent, vt ſacramentum deducat: ita tamen, vt ipſe Abbas* talis ſit, qui per regulam iuxta præceptum domini viuat, & ſubiectos monachos habeat vſque ad quinquaginta, uel amplius, qui cum eo regulariter viuant.

Idem. LEX XIX.

SI quis cum alijs Cuſtodibus, vel Præpoſitis, de locis venerabilibus cauſam habuerit, ipſi Cuſtodes, vel Præpoſiti ſacramentum deducant.

Idem. LEX XX.

SI quis [1] † cum in curte Regis cauſam habuit, & euenerit, vt pars curtis Regis ſacramentũ deducere debeat, ſi minor cã de viginti ſolidis fuerit, per ſacramẽtũ obſcariorũ,[2] † cũ actoribus finiatˀ. Si verò maior cã fuerit, actor de loco cũ actoribus, ſecũdum qualitatẽ cauſę per ſacramentum perſoluat.

Idem. LEX XXI.

VT ſacramenta, quæ ad placitum fuerint arramitta,[3] † in Palatio perficiantur, & ſi ſacramentales homines cum ipſo venire noluerint, iuſſione dominica, aut ſigillo, vel iudicio ad Palatium venire cogantur.

Idem. LEX XXII.

OMnia ſacramenta* in eccleſijs, aut ſuꝑ reliqas iurenˀ, & quæ in eccleſia iuuanda ſunt, vel cũ ſeptẽ electis, aut duodecim eſſe debeant, quales potuerint legibus inueniri, & ſic iuret, ſi illum Deus adiuuet, & ſancti, quorum reliquiæ ibi ſunt, vt inde veritatem dicat.

Idem. [4]† LEX XXIII.

VT infantes, q ſine rõnabili ætate ſunt, nõ cogant iurare, ſicut gugilbalda[5] † lege viuẽtes faciunt. Et q ſemel ꝑiuratus fuerit, nec teſtis ſit poſtea, nec ad ſacramentũ accedat, nec in ſuacã, vel vlterius iurator exiſtat.

Idem. LEX XXIIII.

MEntio etenim facta ẽ à nõnullis in placitis quę habuimus in anno ꝓterito. Dictũ eſt ibi, vt palã apparet,[c] ꝙ aut ille, q crimẽ ingerit, aut ille, q vult defendere, ꝑiurare ſe dẽat: melius viſum eſtˀ, vt in campo cum

a *Suſcepiſſet.*] Licet iure Romano habeat exceptionem, vt C. de non nume. pecu. l. in contractibus. non tamen poterit iure Longobar. inficiari pretij ſolutionem: vnde non loquitur lex iſta de acceptilatione, quæ eſt imaginaria ſolutio, deſiderans verba ſolennia, vt ſtipulatio vt Inſtitu. quib. mod. tolli. obliga. §. 1. & ff. de accepti. l. 1. ſed de confeſſione realis ſolutionis facta ꝑ ſcripturam. Quid, ſi debitor in publico inſtrumento confiteaẽ ſe recepiſſe mutuo pecuniã, aut creditor ſibi eſſe ſolutã, an locum habeat exceptio non numeratę pecuniæ? Rñdeo, ſi inſtrumentum cõtinet numerationem dicẽdo coram nobis numeratam, vel ponderatã eſſe pecuniã, ceſſat exceptio, ſecus ſi contineat cõfeſſionem tantũ. quod procedit in mutuo, propter eius frequentiã non in confeſſione aliorũ contractuum: quia tunc ſtatur confeſſioni publico inſtrumento factæ. l. ſi. C. arbit. tutel. & l. penul. C. de fideiuſſorib. l. antiquæ. C. ad ſenatuſcon. Velleia. & C. de recept. arbit. l. ne in arbitris.

b *Pignoret.*] Quid, ſi venditor confiteatur ſibi ex aliqua ueteri cauſa eſſe ſolutam pecuniam, quomodo pignorabit fideiuſſorem ſuum, ut hic dicitur? Reſpondeo, quia per ſtipulationẽ factus eſt tranſitus in aliam obligationem, ſcilicet, uerbis cõtractam: ſi emptor promiſit ſe ſoluturum pecuniam, & fideiuſſorem dedit, poteſt uenditor poſtea eũ pignorare non petendo pecuniam ex uenditione, ſed debitam per ſtipulationem, vel per ſtantiam. nec poteſt dici, obligationem ſtipulationis, uel ſtantiam interpoſitã ſine cauſa: quia ſufficit debitum ex emptione tranſitum feciſſe in ſtipulationem, uel ſtantiam. Ex hac lege, & ex l. 3. ſup. qualiter mulie. aliena. permitti. ſumitur argumentum, quod valeant inſtrumẽta publica, etiam ſine iudice confecta, & ſatis eſt, ſi à teſtibus ſubſcribantur: ſed q a ubique eſt copia iudicum, ſuſpectum videtur inſtrumentum à iudice non ſubſcriptum, niſi fortè in inſtrumento ſit ſcriptum, quod neceſſitate imminente ſit compoſitum.

c *MEntio. Apparet.*] Ex hoc dicebat Lutprandus, l. iſtam locum habere in tribus caſibus, videlicet, vbi teſtes inuicẽ pugnanˀ, ubi cõtentio poſſeſſionis uertitur inter duos, & vbi accuſans non eſt principalis, quos caſus per ordinem explicamus. Periuriũ itaq; apparet vt ſi teſtes iurant hinc inde verũ dixiſſe, ergo eorum teſtimonia ſunt contraria, & alter eorũ deierat, licet ſit in occulto: & ideo melius fuit uiſũ, vt per pugnam cognoſcatur, quàm in abſconſo ſit ſine pœna. Idẽ ſecũdo caſu, ubi contentio de poſſeſſione inter duos vertitur, & ẽt ubi contraria ſunt ſacramẽta: ideoq; palam apparet, ꝙ alter eorũ deierat: & quæ diximus in teſtibus idem in tertio caſu, ubi, ſ. ad conſonantẽ non pertinet principaliter cauſa. Hoc enim caſu accuſator iurat, ita eſſe, reus uerò ita non eſſe: ſunt ergo contraria ſacramenta: ideoque palam, &c. ſed ꝙ ille, ad quem cauſa principaliter non ſpectat, debet iurare ita eſſe, probatur argu. de teſtibus. Idq; e. n teſtes iurant ita eſſe, qđ principaliter ad eos non pertinet. arg. l. ſi quis per proditorem. ſup. de fur. ubi proditor iurare debet, ita eſſe, reus uerò minimè: ſic ergo illis trib. caſibus tantummodo, ſecũdum Lutprand. contraria ſunt ſacramenta: in alijs verò non. Et ubi per ſuſpicionem agitur, ille tantũ iurat, ad quem cauſa principaliter pertinet. Iurat. n. duntaxat actor de aſto, & ita non eſſe, & non ſunt contraria ſacramenta. l. ſi quis uxorem. & l. ſi quis amodo ſupra, eo. quidam uerò dicunt, arg huius legis ꝙ in omnib. alijs caſibus, vbi fieri debet pugna, fieri debent contraria ſacramẽta, & inſuper actor iurare debet, ut in ſuperioribus legibus. Et hanc literis exponũt vt in campo cum fu-

* No. Abbatem cũ monachis ſuis nõ minus quinquaginta regulariter viuere debere, ꝙ eſt contra plures Abbates commendatarios, qui non tenent niſi 6. presbyteros, & duos, aut tres nouitios, vt authen. de monachis. §. cogitandum. & in auth. quo. oper. epiſc. § fin.

1 † cum.

2 † obſcuriorum.

3 † arcendita.

* No. diuerſas ſacramentorum formas.

4 † Carolus.

5 † gondebalda.

fuſtibus pariter contendant, quàm periurium perpetretur.

Imperator Lodoicus.

LEX XXV.

VT nemo furẽ campiũ de mancipijs, aut de qualibet cã recipere præſumat: ſicut ſæpius Dominus Imperator commendauit.

Idem. LEX XXVI.

DE furto, vel de minoribus cauſis[a] ſtatuimus, ſi ille, cuius cauſa fuerit iurata,[b] dicere voluerit, quòd ille, qui iurauit, ſe ſciente periuraſſet, vel campo, vel cruce contendat. Et ſi ille, qui iurauit, victus fuerit, quòd ſciens periuraſſet, ſupraſcriptæ ſententię ſubiaceat. & ſi ille, qui criminauit alium, periurium non approbauerit, legem ſuam,[c] cui periuratum eſſe dixerit, perſoluat. De maioribus[d] uerò cauſis lex, quæ à longo tempore fuit, obſeruetur.[e]

Imperator glorioſiſſimus Rotharis.

LEX XXVII.

IBi ſacramẽta iurãda ſunt, vbi antiquitus fuit cõſuetudo ſacramẽta arramire,[1]† uel iurare, vbi mallum[2]† habeatur: mallum[3]† tamen neque in eccleſia, neq; in atrio eius habeatur,[4]† minora uerò placita Comes infra ſuã poteſtatem, uel ubi imperare potuerit, habeat.

Idem. LEX XXVIII.

VOlumus vtique, ut domus à Comite in loco, vbi mallum tenere debeat, cõſtituatur, vt propter calorem Solis, & pluuiam publica utilitas non remaneat.

Idem. [5]† LEX XXIX.

STatuimus, vt iuratores oẽs ſingulariter iurent, & [6]† quicunque ſacramentum, uel debitum ante Solis occaſum[f] perſoluerit, ſecurus inde ſit.

Idem. LEX XXX.

QVibuſcunque[g] per legem, propter aliquam contentionem, pugna fuerit iudicata,[h] præter de

1 † *arrimire.* 2 † *mallus.* 3 † *mallum.* 4 † *fit.* 5 † *Lotharius.* 6 † *vt.*

ſtibus contendant, id eſt, contendunt. Palam apparet, id eſt, appareat, φ aut, &c. Perpetretur, ſ. in abſconſo: alij idem dicũt, excepto, φ actor non haberet iurare de aſto, & leges volentes, actores de aſto iurare debere, eſſe correctas per hanc. Quidam aũt Papienſes dicunt, argu. huius legis, φ in pugna non debet fieri ſacramẽtũ, niſi de aſto, qđ ab actore tãtum præſtatur. Et dũ litera iſta dicit, apparet, i. apparet, ut ſi actor, & reus iuraret, φ alter eorum ſe per iurat, in his tantum caſib. fit pugna, tunc enim melius uiſum eſt, &c. non. n. iſto caſu poſſet fieri ſacramentum abſque periurio: & dum in litera habetur, abſconſo, dicunt potius eſſe gloſellam, & eam nõ legunt præterea, hoc probatur arg. huius legis, ubi aut per pugnam, aut per ſacramentum ſe defendat reus, ut in multis legibus habetur: ſi ergo defendunt ſe per pugnam, non debẽt pręſtare ſacramentũ, & econtra. Nec obſt. ſecũdum eoſdẽ, quod de teſtibus dr. qui pugnã faciunt, & iurãt, quia non per pugnã iurãt, ſed propter ſacramentum reddendũ. Nec obſt. ſup. de homic. libe. homi. l. qui uero. vbi conuictus pugna, manum amittit: nam non. ſ. per periurium in pugna cõmiſſum, cum non iurauerit, ſed per periuriũ, qđ fecit violando pacẽ, ſed Bart. dicit, φ lex iſta loquitur generaliter, ibi, vt palã apparet, &c. q. d. ubicunque inter duos uertitur contentio de crimine, quorũ alter dicit, ita eſſe, alter ita non eſſe, & φ ab his legibus non fieret pugna: vt ſi ambo iuraſſent certum eſſe, φ alter periuraſſet, ſed eſſet in abſconſo periurium eorum, tunc melius viſum eſt, &c. nec debet actor iurare de aſto, per quod manifeſtetur, qui eorum periurium cõmiſerit: ſi verò actor, ad quem cauſa principaliter ſpectat per ſuſpitionem dicat, rem ita non eſſe, quia tunc contraria nõ fiebant ſacramenta, non debet fieri pugna, niſi lex expreſsè dicat: quo caſu actor iurabit duntaxat de aſto, reus uero ita non eſſe. Quod autem dicitur, aut per pugnam, aut per ſacramentum reus ſe defendat, ſubaudi. ſcilicet, tantùm: unde ubicunque fit pugna, fit etiam ſacramentum, non econtra, probatur ſecundum eundem Barto. nam certum eſt, teſtes iurare in pugna, & exponere, quod iurant propter teſtimonium reddendum, non propter pugnam: quia quandoque creditur teſtibus ſine ſacramento, ſic ergo & per teſtimonium, & per pugnam fit ſacramentum. Præterea antequam iurent interrogare debent, ſi teſtimonium probare audeant per pugnam: ergo, &c. & maximè, cum non credatur teſtibus pugnare uolentibus, niſi prius iurent; multò minus reo, & actori. facit ſuprà text. in d. l. qui vero. ubi reus per pugnam uictus, manum amittit: ſi ergo non periuraſſet, utique manum non amitteret, nec obſtat, quod alij dicebant, quòd ibi amittit manum propter periurium commiſſum, uiolando pacem: quia multoties fit pax oſculo tantum, abſque ſacramento. facit etiam tex. in l. ſi qualibet perſona. ſupra, de exercitu. ubi interpellatus, aut emendet, aut per ſacramentum ſe defendat. ergo in pugna reus debet præſtare ſacramentum. cum generaliter loquatur. Item facit text. in l. ſi quis alium. ſupra de furtis. ibi, nam ſi aliquid per ſacramentum, ubi reus aliquid dedit propter ſacramentum in pugna: nec obſtat dum exponitur ibi, per ſacramentum ſuum, id eſt, campionis: quia campio ſacramẽtum facere nõ debet, ſecundum igitur opinionẽ Bartoli debet fieri ſemper ſacramẽtũ in pugna, & reus iurare, ita non eſſe: & actor vero quandoque ita eſſe, quandoque de aſto, ſi cauſa ad eum principaliter pertineat, ſecus ſi per ſuſpitionem accuſat.

a DE furto. Cauſis.] Non diſtinguit Bart. quãtitatem cauſæ, uel furti, quia licet furtũ, uel alia cauſa non ſit eius quantitatis, unde debet fieri pugna: tamen ſi eius nomine agat de periurio, pugna tamen fieri debet pro illis cauſis.

b *Iurata.*] Intellige ſecundum Barto. vt ille tantum agat, cuius cauſa iurata fuerit, & non alius, ad quẽ cauſa non pertineat, cuius contrarium dicebat. Alij dummodo agat ut teſtis non per ſuſpitionẽ, & eſt qđdam ſpeciale. ſecundum Bart. licet alias is, ad quẽ cauſa principaliter ſpectat, de aſto tãtum iurare debeat, quaſi ſemper agat per ſuſpitionem.

c *Legem ſuam.*] Id eſt, eam pœnã patiatur accuſator, quã nõ probauit, quam pateretur reus, ſi uictus fuiſſet, & hoc, quia dolo uidetur accuſaſſe. ed Bart dicebat, quod in hoc tantum caſu de aſto iurare debet, & non ita eſſe, & exponebat legem, id eſt guidrigild.

d *De maioribus.*] Id eſt, de quibus lex dicit, ut fiat pugna ſecundum Bald.

e *Obſeruetur.*] id eſt non ſolum de ipſa cauſa, ſed de periurio fieri poſſit pugna.

f STatuimus. Occaſum.] Dies alius naturalis, alius artificialis. naturalis a media nocte incipit, & finitur, lege more. ff. de fe. & ſic ſecundum Rom. ſemper eſt dies: verum hoc iure appellamus diem à mane vſque ad ueſperas, id eſt, donec Sol eſt ſuper terram, ſed hæc deſcriptio cauſatiuè eſt accipienda, quia verè dies non eſt ſol, neque ſol eſt dies: ſed ſol lucens ſuper terra eſt cauſa, quare dies ſit. Ex quo not. verba debere accipi ſecundum conſuetudinem, nam generaliſſima eſt conſuetudo, ut ſeparatim uocemus diem à nocte: unde ſi quis mihi promiſit certo die, niſi ſoluat, pœna non committitur. quandiu ſol lucet ſuper terra: uerum Hæbrei dicunt, vt dies non incipiat à mane, ſed a ſero, & probant ex auctoritate veteris teſtamenti, in lib. Gen. capit. primo. Factumque eſt ueſpere, & mane dies unus: quia primo ponitur uerbum ueſpere.

g QVibuſcumque.] No. hic pugnam non debere fieri, niſi vbi lex præcipit.

h *Iudicata.*] A iudice non ab arbitro, qui non eſt iudex licet ex conſenſu partium eligatur: nam priuatorum conſenſus iudicem non facit eum, qui nulli iudicio præeſt l. priuator. C. de iuriſ. omnium iudic. & arbitri ſententia omnino non eſt ſententia. l. quid ergo. §. ex compromiſſo ff.

infidelitate, * cū fuſtibus,& ſcutis pugnēt, ſicut in capitulari dñico prius cōſtitutū ē. Imp.Lot. LEX XXXI.

DE chartis, q̃ a q̄buſdā pſonis falſę appellanť, conſtituimus, ut ſi notarius ſuperuixerit,& teſtes ipſi ueram ipſam chartam, & idoneam faciant, & ſi teſtes ipſi morti fuerint,& notarius ſuperuixerit, cum iuratoribus legitimis ipſam chartam ueram,& idoneam faciant.

Idem. LEX XXXII.

VT examē aq̃ frigidæ,* ꝙ hactenꝰ ſiebat a miſſis noſtris, oīb.modis interdicatur,ut non ulterius fiat.

Idem. LEX XXXIII.

SAncitū eſt,ut nullꝰ deinceps quamlibet examinationem * crucis facere præſumat, ne Chriſti paſſio, quæ glorificata eſt,cuiuslibet temeritate cōtēptui habeatur.

Idem.[1] † LEX XXXIV.

DE chartis [a] ēt, uel quibuſcūq; ſcriptionibus, q̃ a quibuſdā pſonis falſæ appellantur, ſtatuimus,ut ſi notarius ſuperuixerit,& teſtes, ut idē notarius cū legitimis ſacramētalibus ſuis 12. ſimiliter cū ipſis teſtibus, qui in eadē charta ſcripti ſunt, ipſā chartā uerā, & idoneam faciāt. Similiter & oſtenſor [b] chartulæ cum 12 ſacramentalibus ſuis,ſicut legitimè iurare ualeat, ipſam chartā uerā, & idoneā faciat. interpellator aūt primū iuret, ꝙ ſe ſciente, nihil aliud,niſi uerīſſimā in oībus, & iuſtā rōnē exquirat. Si autē notarius ſe ſubtraxerit,& chartā ſuo nomine ſcriptā idoneam minimè confirmare potuerit,nulla redemptio ei concedatur, ſed manū ,ppriā amittat. Et oſtēſor ipſius chartulæ poſt rerū amiſſionem guidrigild ſuum cōponat. Et ſi notarius defuerit,& teſtes ſuperuixerint, ipſe oſtēſor chartulę cū ipſis teſtibus,& cum duodecim ſacramētalibus ſuis, ſex ,ppīquis,& ſeptimus ſit ipſe & quinq; aliis idoneis,oſtenſis primū aliis duab. chartulis manu eiuſdē notarii ſcriptis * etiam ipſam ſuam tertiam chartam [c] per ſacramentū uerā,& idoneam faciant.

Imp.Otto. LEX XXXV.

ANtiquis [d] eſt cōſtitutū tēporibus,ut ſi chartarum inſcriptio,q̃ cōſtabat ex pdiis, falſa ab aduerſario diceret,ſacroſanctis Euāgeliis tactis, uerā eſſe ab oſtēſore chartæ ,pbať: ſicq; pdiū ſine deliberatione iudicū uēdicabat,qua ex re mos deteſtabilis in Italia, improbusq; non imitādus inoleuit, ut ſub legū ſpē iureiurādo acqreť, q Deū nō nō timēdo minimè formidaret piurare. Tpe ergo,quo piiſſimus Rex Otto Romæ unctionē ſuſcepit Imperii, reſidente in ſynodo ſūma,& uniuerſali Papa D.Ioāne XIII. ann. ab Italię ,pceribus eſt ,pclamatū,vt Imperator ſanctus,mutata lege,facinus indignū deſtrueret, p qđ & in corpore quiſpiā diues fieret, * anima pereūte,pauper in æternū maneret. Iudicio itaq; Dñi Papæ, & piiſſimi Auguſti expectatum eſt, vſq; ad ſynodū, quæ paruam poſt intercapedinē habita eſt Rauennæ. Cumq; ibidem ex eadem re proclamatio repeteretur ob quorundā Procerum abſentiam, uſq; ad id tps eſt expectatum, ꝙ glorioſiſſimi Ottonis Regis Otto glorioſiſſimus filius, & Corradus Burgundiæ Rex Italiā properantes, Veronæ colloquiū cum omnibus Italiæ Proceribus habuerint. In hoc itaq; cum ab oīb. īperiales, aures magnis qōnib. pulſareť, ut mutata lege,fraudē hāc tā dirā ab Italia tolleret,cōueniētib. cæteris, uel cōſentiētibꝰ,legē huiuſmodi ſecūdū inferiora ,pmulgauit capitula.

Idem. LEX XXXVI.

DE pdiis ſi cōtētio emerſerit,& utraq; pars ſine altera cū chartulis,ſeu deſcriptionib. pdiū ſibi vīdicare uoluerit,ſi ille, q falſā chartā appellauerit p pugnā declarare uoluerit ut ueritas ita decernať: ſinaūt ſm priora capitula determinetur,edicimus. Idem. LEX XXXVII.

DE eccleſiarū reb. ut p aduocatos fiat, ſimiliter iubemus. Idem. LEX XXXVIII.

DE inueſtitura [e] prædii,ſi contentio fuit, ut per pugnam decernatur, edicimus.

ſo. ff. quib. ex cau. in fa. ir. & ff. de euict. l. ſi dictum. §. ſiue. & ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. & poteſt fieri cōpromiſſum in actione iur. fur. vi bono. rapt. ſi criminaliter nō agatur: alias ſecus, q d ergo ſi pugna nō iudicetur, ſed ex cōuētione litigatores eam ſuſcipiunt? Rñ utiq; procedit, quia cuilibet licet diſcedere a iure ſuo. alij adhærentes literæ, dñt, pugnā non debere fieri ex conuentione, idem dñt de iudicio aquæ feruētis, uel frigidæ.

a DE chartis.] Si de re iuris mei chartam pignoris, cui fecero,pro pecunia mutua, quam accepi ab eo, & poſtea debitum ſoluēs dimiſi chartā pignoris apud creditorem per quem poſtea ipſe, uel hæres eius aduerſus me,uel hæredem meū egerit,uendicando rem: q a mihi difficile eſt ,pbare debitum ſolutum eſſe,potero hanc falsā dicere, licet uera ſit: quia non iurabo falſam eſſe, ſed qđ, me ſciente, nihil aliud niſi ueriſſimam, &c. Quod & alio caſu accidere pōt, ſi cōduxi rem meā exiſtimans alienam, poſtea comperiam meam eſſe, nec penſionem ſoluere,illo dicente,me malo ordine rem ſuā poſſidere, quaſi p libellum ,pbando, potero dicere libellum eſſe falſum, licet uerus ſit. Hæc ita erunt, ſi p hanc legem ibimus, ſed ſi p legem de pdijs. ī. cod. non hoc ſacramentum facere debebit, ſed uſu iurabit eſſe falſam.

b Oſtenſor.] Si ſolus oſtenſor ſuperfuerit defuncto notario, & teſtibus, per legem Rhotaris eundū eſt. l. ſi qualiſcunq; cauſa inter homines liberos. & l. ſi pro quacunq; cauſa, aut culpa. ſup. eod. Si notarius odio oſtenſoris dixerit, ſe neſciente, chartam falſam ſcripſiſſe. Vel ſi oſtenſor odio notarij dixerit chartam falſam, nec oſtenſor rem, nec notarius manum amittere debet.

c Chartam.] Cum prior traditio ſere ſg ualidior ſit, poſterior chartam ,pferens. ut ualeat, neceſſe eſt, priorem falſum dicere, niſi cum poſterior derogat priori, ueluti ſi obligauero generaliter bona mea per chartam, & poſtea alienauero aliqđ ex eis. Vel ſi bona m[illegible] a in bannum miſſa [illegible] erint facta notitia, & poſtea intra annum fuerint extracta de banno per aliam notitiam. Vel ſi iudicauero res meas eccleſiæ per chartam, ſeruans mihi alienationem, & poſtea alienauero, his caſibus poſterior ualidior eſt, & quibuſdam alijs, in quib. neceſſe eſt, ut poſterior a priori falſa dicatur.

d ANtiquis.] Dñt quidam, ,pcedentem l. de chartis, tantū loqui de chartis pdiorum: ideo q a hic dī, ſi chartam inſcriptio, &c. Sed quia Ottho in proxima l. de prædijs. tantū de charta prædiorū uoluit pugnam fieri, idcirco tantum de ijs mentionem fecit, ſed lex præcedens generaliter de omnib. locuta eſt.

e DE inueſtitura.] Di. poſſeſſione, & loquiť, qñ uterque ſe poſſidere contendit

---

* No. ꝙ de infidelitate pōt fieri pugna, de quo per gl. in c. 1. §. non eſt conſuetudo. de alie. feu. paterni.

* Not. examen aquæ frigidæ ſublatum eſſe: de quo dixi ſup. de ho. lib. ho. l. ſi quis ex leg.

* Not. examen ſanctæ crucis ſublatum eſſe.

1 † aliâs, Imper. Guido.

* No. comparatione literarum fieri de quo in §. ſi aūt in auth. de trien. & ſe miſ. & in l. comparationes. C. de fi. inſtr.

* Not. quid prodeſt homini, ſi uniuerſū mundum lucretur, & animæ ſuæ patiatur detrimētum. c. matthæꝰ de ſimo. & l. fin. ſup. de eo, qui uxo. ſuam dimiſit.

dit ſuo nomine: alioquin ſi conductor, uel commodatarius dicat, ſe alieno nomine poſſidere: quia is poſſidet, cuius nomine poſſidetur, pugna locum non habet. Non enim cenſendus eſt poſſeſſor, qui eo ipſo, quòd poſſidet, ſolitam reddit penſionem, ut C. de præſcrip. 30. anno. l. malè agitur. Nam licet colonus naturaliter poſſideat pro redemptione tamen accipiẽdum eſt. Certum eſt enim, ꝙ dominus detinet poſſeſſionem ciuilẽ animo: naturalem uerò corpore coloni, qui non ſibi, ſed domino eam habet, ut C. communia de uſucapionibus. l. prima, & intelligo, locum eſſe pugnæ, deficientibus teſtibus: alias ſecus, ſi altera pars teſtibus utetur ſe eſſe in poſſeſſione.

a *Qvacunque lege.*] Nota hic quòd a pugna excuſatur iuuenilis ætas, decrepita, & infirmitas.

b *Similiter.*] idest, ſi ſimiles excuſationes inueniantur. ſecundum quoſdam, quod non placet, qa poſuiſſet uerba generalia: unde dic, quod ſi altera pars dedit campionem, liceat etiam alteri dare. Nam ſi qua partium priuilegiũ impetrauerit, uel per legem ſit ei conceſſum, aduerſarius eodem iure utetur, ut C de fructibus, & lit. expen. l. fina. quod procedit, quando priuilegium eſt conceſſum cum perſona, non cum generaliter datur: quia alias ſequeretur, quod aduerſarius mulieris, pupilli, & simil. uterentur cõtra iſtos priuilegijs eis conceſſis.

c *SI ſeruus.*] ſcilicet, non poſſeſſus per triginta annos l. 1. ſupra de præſcript.

d QVALITER diuerſarum, &c.

Tit. iſte per ſe patet, & non indiget cõmentatione, ut habetur in l. 1. ff. de in integ. reſt. uilitatem eius nemo eſt, qui ignorat l. 1. ff. de exer. nam ſi Romanus ſuccedit Longobardo, inſpicimus ut rectè poſſit hæreditatem adire, & ſi teſtamentum conſcriptum ſit coram

1† *decreuimus.*

* *No. quem de impedimento aliquo cauſante per aliũ cãpionem poſſe pugnã facere de quo dixi ſup. de ho. lib. hom. q uerò. de quo uide glo. in c. 1. §. ſi miles. in uerſ. aut domino. de pa. tenen. qua alleg. iſtum text. & ſeq.*

* *No. quòd per cõſimiles aduocatos fieri debet pugna: de quo per gl. inf. d. c. 1. §. ſi miles. qua allegat hunc text.*

Idem. LEX XXXIX.

SI quis per ſeipſum, aut ꝑ ſuum nũcium quicquam alicui depoſuerit, & depoſitum cupiditate victus negauerit, ſi uiginti ſolidorũ pretium fuerit, ut per pugnam decernatur, edicimus.

Idem. LEX XL.

SI quis dixerit, quòd per vim de prædio chartã alicui fecerit, per pugnam decernatur, edicimus.

Idem. LEX XLI.

DE furto, aut ſchalcho, ſi vltra ſex ſolidos fuerit, ſimiliter, vt per pugnam veritas inueniatur, præcipimus.

Idem. LEX XLII.

QVacunque lege,[a] ſiue etiam Romana in omni Regno Italico homo vixerit, hæc omnia, vt in his capitulis per pugnam decernimus,[1] † obſeruare præcipimus: ita tamen, ut ſi quem eorum iuuenilis, aut decrepita ætas, ſeu infirmitas pugnare prohibuerit,* liceat ei pro ſe pugnatorem ponere, & alter ſimiliter[b] faciat.

Idem. LEX XLIII.

SI ſeruus propter appetitũ libertatis liberum ſe uocauerit, liceat domino, ſi ſibi melius uiſum fuerit, propter difficultatem approbationis inſidioſæ, aut per ſe, aut per campionem ſuum litem dirimere, liceat autem ſeruo pro ſe campionem dare, ſi morbus, aut ætas eum pugnare prohibuerit.

Idem. LEX XLVI.

VT eccleſiæ, ſeu Comites, & uiduæ lites ſuas de his, quæ in ſupraſcriptis capitulis continentur, per conſimiles * aduocatos ꝑ pugnã dirimant: cæteri uerò liberi, ſecundum legem priſtinam per ſemetipſos reſpondeant, & determinent.

duobus: ſi verò Longob. Romano, ita demum, ſi coram ſeptem teſtibus: & ſi conuenitatur Longob. de hæreditate Rom. neceſſe eſt, vt ſe iure Romano defendat: idem econtra. nam attenditur priuilegium eius, cui ſuccedit, non ſuccedentis, ut ff. de iud. l. hæredes. nam cum eccleſia ſuccedit priuato, non utitur iure ſuo, ſed priuati, ut ſup. de ult. volun. l. fina. quod hodie per contrariam conſuetudinem eſt mutatum. ſic ergo una perſona utitur duplici iure, & hoc generale in huiuſmodi perſonis. nam cleri. ut pulſatus in ciuil. cauſa, ciuilis erit iudex: in eccleſiaſticis. aut. clericus. C. de epiſc. & cler. & filiuſfam. de Caſtrenſi peculio conuenitur, vt paterfamil. l. fin. C. de inof. teſtam. & clericus de patrimonio iure Lõgob. uiuit, de alijs iure Ro. & ſi miles in militia deliquit, conuenitur coram Magiſtro militum, ut C. de iuriſ. om. iud. l. magiſter. & ff. de cuſt. re. l. militibus ex alio delicto cõra Præſide prouinciæ, l. prima. C. ad leg. Cornel. de ſic. & ſi decurio ſcripſit inſtrumentum, quæſtioni ſubijcitur, ſi falſi quæſtio moueatur, vt C. ad legem Cornel. de Fal. l. ſi decurio. ſecus ſi de alijs conuenatur, vt ff. de decurio. l. fina. & C. de quæſtio. quod ſi miles viuat de ſeudo. l. nihil. Ex his ergo patet lege Francorum, de patrimonio iure Longob. ſe defendat: idem ſi uiuat de ſeudo iure Longob. & conuenitatur a domino de infidelitate contra eum commiſſa, & non erit contra teſtes pugna, quæ omnes procedunt in contractibus, in compoſitione autem, ſecundum negligentiam eius, cui eſt commiſſa.

TITVLVS LVII.

Qualiter[d] diuerſarum legum homines res ſuas diffinire debeant.

Imp. Carolus. LEX I.

SIcut conſuetudo noſtra eſt, ut Longobardus, aut Romanus, ſi euenerit, quò cauſam inter ſe habeant; obſeruamus, ut Roman. ſucceſſiones[c] iuxta illorum legem habeant, ſimiliter & omnes ſcriptiones ſecundum legem ſuam faciant, quando iurant, iuxta legem ſuam iurent. & alii ſimiliter, & quando componunt iuxta legem ipſius, cui malum[f] fecerint, componant. Et Longobardos illos conuenit ſimiliter componere; de cæteris uerò cauſis cõmuni lege uiuamus, quam Dominus Carolus Excellentiſſimus Francorum, atque Longobaadorum Rex in edictum adiunxit.

Imp. Pipinus. LEX II.

DE diuerſis[2] † generationibus hominum, quæ in Italia cõmanẽt, uolumus, ut ubicunque culpa contigerit, unde faida creſcere poterit, pro ſatisfactione hominis illius, contra quem culpauerit, ſecundum legem ipſius, cui negligentiam commiſerit, emendet. De ſtatu uerò ingenuitatis, aut de aliis querelis unuſquiſque homo ſecundum ſuam legem ſemetipſum defendat.

TITVLVS LVIII.

Vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult viuere.

Imp. Lotharius. LEX I.

VOlumus ut cũctus populus Romanus iterro

2† *generibus.*

e *SIcut, Succeſſiones.*] Vel aliter, id eſt, ut Romani habeant ſucceſſionem Longobardorum ſecundum eorum legem, ueluti circa ſolemnitatem, uel circa defenſionem, & econtrario.

f *Cui malum.*] Aliàs, qui, & eſt ſenſus, ut ille, qui deliquerit, ſuo iure damnetur, & ſecundum legem ſuam cõpo & hic aſſimabitẽ cõpoſitio iure illius, cui negligentia fit: uñ ſi Long offendat Romanum. iure Lon-

Longobardo fiet compoſitio, & econtra. Alij dīt legem iſtam loqui in caſu, quo ad compoſitionem, quia vtroque iure Roma ſ. & Longobardo delinquitur, licet non eadem pœna puniatur, vt in furto, & iniuria, & ſimilibus: alioquin ſi altero tm̄ iure pœna imponatur, puta in eo, qui mundiū accipit, inuito mundualdo, ſi Romanus eſt, non punitur: ſic ergo erit in electione agentis, cui negligentia eſt cōmiſſa. quā pœnam velit eligere, cum hæc lex ad eius commodum ſit inducta, vt inf. l. ſeq. Quid ſi Longo. agat contra Francum, vel econtra, qūo vnus contra alium aget, & probationes inducet? pone, Longobardum conueniſſe Romanum, vt daret, vel faceret: ſi quidam Romanus agere velit, non pōt: ex nudo pacto non oriī actio, & licet iure Longobardo teneatur Longobardus de nudo pacto: quia tenetur de ſtantia, vt ſup. de deb. & gua. l. l. ſi quis à modo. tū quia iure Roma. actio non oritur, iure Longo. non pōt eum conuenire, & licet inſpecto Lōg. iure, Long. dēat condemnari: tū quia nemo ſine actione experitur, non tenebitur: idem econtra, ſi Long. ageret ex nudo pacto contra Ro. qui ſuo iure ſe defendit, & abſoluitur: probationes autem debent fieri eo iure quo vtitur reus, vt ſic ri poſſit condemnatio, vt ſi Longob. producat teſtes contra Rom. licet iure Lōg. teſtes quandoque non iurent, ſi tales ſint, quibus iudex, aut Princeps ſine ſacramento credere poſſit, vt ſup. qual. quis ſe defen deb. l. ſi qualiſcunque 2. & antea debent diſcuti, quàm iurent, vt ſup. de teſtib. l. de periurio. tamen quia Romanus ſe defendit ſuo iure, non conuenitur talibus teſtibus: ergo neceſſe eſt, vt in principio iurent, & poſtea dicant. Idem eſt inter Longob. Rom. & Francum, quia ſi Francus producit teſtes contra alterum iſtorum, teſtes in ſecretum iudicis debent iurare; alioquin non intelligitur Longob conuictus, ſi teſtes palam dicant, vt eſt conſuetudo Francorum: ſimiliter econtra, ſi producantur teſtes contra Francum, palam dicere debent, vt Francus intelligatur per eos conuictus, contra quos poteſt pugnam offerre; quia iure ſuo ſe defendere debet.

getur, quali lege vult viuere, vt tali lege, quali lege viuere ꝓfeſſi fuerint, viuant, illisque denuncietur, vt hoc vnuſquiſque tam iudices, q̄ Duces vel reliquus populus ſciat; ꝙ ſi offenſionem contra eandē legē fecerint, eidē legi, qua profitentur viuere, per diſpenſationem Pontificis, ac noſtram ſubiacebunt.

TITVLVS LIX.

De periurijs.

Rex Lutprandus. LEX I.

SI quis [a] timoris Dei immemor, pro cupiditate terrena, vel propter qualemcunque rem ſciens periurauerit, & poſtea inuentum, [b] aut probatum fuerit, quod periuraſſet, tunc amittat [c] ipſam rem, vnde periurauit, [d] & habeat eam ipſe, cui contra rationem [e] iurauit.* Inſuper, quia in ſe ipſo, & quod plus eſt, in Deum peccauit, & negauit fidem ſuam, & periurauit in domino Deo ſuo, & ſibimetipſi non pepercit, componat medium guidrigild [f] ſuum ei, cui ipſe periurauit.

*Not. quos offendit. periurus: vide 22. q. 5. cap. quacunque. & per totum.

Imperator Carolus.

LEX II.

DE eo, qui periurium fecerit, ſe ſciente, nullam redemptionem habeat, niſi manum ꝓpriam perdat.

Imperator Pipinus.

LEX III.

SI quis periurium fecerit, nullam redemptionē ei facere liceat, niſi manū perdat, & ſi ille, qui prius illud ſacramentum iurat, de illo periurio probat' fuerit, & aliquis de ſuis iuratoribus dixerit, quòd neſciens ſe ibidē periuraſſet, aut hoc apud iudicium Dei approbet locum [1] † eſſe, aut ſimiliter manum perdat. De cuius cauſa ꝑiurium fecerit, ſicut lex loci illius, vbi periurium factum eſt, à longo tempore fuerit, de eorum [2] † pretio emendare ſtudeat.

1† verum, alias, factum.

2† ſuo

Idem. LEX IIII.

VT qui ſe periurauerit, aut infamis [g] erit, poſtquam pœnitentiam acceperit, inculpabilis [h] eſſe videatur.

DE PERIVRIIS.

a *SI quis.*] Loquitur de iuramento deciſiuo, quod quandoque defertur à parte, quandoque à iudice vbi à parte, iure Rom. prætextu periurij non retractatur. l. 1. C. de reb. cred. ſi verò a iudice retractatur, ſi tamen noua inſtrumenta, & ſcripturas inueniſſe dicat. l. admonendi. ff. de iureiur. vnde quidam intelligunt, legem iſtam de ſacramento iudiciali; alij de vtroque: quia ſi vnus litigator alteri detulerit iuſiurandum, qui tunc non ſuſcepit, ſi ſecunda die, vel poſtea iurare paratus ſit, habetur, ac ſi delatum non eſſet, vt ff. de iureiur. l. non erit. §. fi. Quid ſi delatum ſit iuſiurandum, & ſuſceptum, an ſit locus reuocationi? Reſpon. videtur, quòd non: quia delatio iuramenti eſt pactum, ſiue ſtantia, quæ iure Longo. actionem, & excep. parit, ſi ſit inter liberos, vt ſupra de debi. & gua. l. ſi quis amodo. maximè cum nec rem turpem, nec contra l. contineat & cuilibet licet à ſuo iure diſcedere. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. Sed dic, ꝙ iure Ro. cauetur, vt liceat reuocare, vt C. de rebus cred. l. ſi quis iuſiurandum. & maximè ſi putauerit ſe poſſe probare, ꝙ litigator paratus erat iurare contra veritatem.

b *Inuentum.*] Sui cōfeſſione, vel per inſtrumentorum probationem, quod ſi victus fuerit per pugnam, tunc rē ipſam nō amittat: qđ intellige, quando iurauit de merito cauſæ: cæterum ſi de iudicio fiſci, vel de aliqua cauſa extrinſeca, nō eſſet locus huic legi.

c *Amittat.*] Hoc odio periurij, cū non erubuit periurare, & falſitatis, quę odioſiſſima eſt, vt ſup. qualiter quis ſe defend. debet. l. de chartis.

d *Vnde periurauit.*] Quod ſi rem nullam habuerit, niſi quam falſo appoſuit, amiſſio rei non erit pariter: quia de iure communi vtens falſis excep. cauſam amittit, vt C. ſi falſ. tu. ſe excuſ. per to. & C. ſi ex falſ. inſtr. l. falſam. ſi verò aliam hēt exceptionem: puta, duplicem peremptoriam, ſcilicet, rei venditæ, & rei iudicatæ, vel pacti conuenti, & cum ſuper aliqua ipſarum iuraſſet, & falſa inuenta eſſet, propter periurium non poterit poſtea aliam veram excuſationem opponere. concor. l. de chartis. ſup. tit. prox.

e *Contra rationem.*] Et ſi ille probauerat ſuam iam fuiſſe per inſtrumentum, vel per aduerſarij confeſſionem, vel aliter, non eſt locus querelæ: cæterum ſi dum petitor rem ſuā diceret, & reus oppoſuerit excep rei iudicatæ, vel pacti conuenti, & inuentus eſt periuraſſe. nunquid adiudicabitur ei res, licet nullam oſtendat rationem? Reſpon. lex iſta loquitur diſtinctè, vt res applicetur cui periurium eſt commiſſum: facit l. ſi quis maior. C. de tranſact.

f *Guidrigild.*] Videtur multis legibus contradicere, quibus cauetur, vt qui ſciens deierat, nullam habeat redemptionē, ſed manum amittat: ſed intellige, ꝙ ſua auctoritate nō poſſit manum redimere, ſed curtis Regiæ auctoritate permittente. No. ꝙ hæc lex loquitur de periurio principalis: ſi autem teſtis deierat. dic, vt ſup. de teſti. l. ſi quis cum altero. ſi autē ſacramentalis, ſi ſciens, pari pœna punit: ſi ignorans, quidam dīt, eum impunitum relinqui, & hoc ex verbo illo, aut ad iudicium Dei aget. q d. ſed apud iudicem approbet verum eſſe: qđ non credo, & hic, aut ad iudiciū Dei &c. aut manum perdat, ſi approbauerit, manum redimat. in vlt. parte legis ſumitur argu. ꝙ ſtandum ſit conſuetudini.

g *VT qui. Infamis*] No. hic periurium infamare: facit l. ſi quis maior. C. de tranſactio.

h *Inculpabilis.*] illa. ſ. pœna, quam iudex pœnitētiæ poſſit dare

dare cōdemnando, vel abſoluendo, cum ad ſacerdotem pœnæ ciuiles non pertineant, nec in integrum reſtitutio, quæ pertinet ad Principem, vel ad Senatū Rom. vt ff ex quib. cau. infa. irroga. l. ad ſacerdotem. & concordat huic l C. de gene. aboli. l. indulgentia.

DE HIS, QVI cauſam iud. &c.

a *Si quis. Repetere.*] Hoc, quando ordine legitimo repetebat: id eſt, per appellationem, ſed cum tranſiſſet tempus appellandi, cogebatur ſtare rei iudi.

TITVLVS LX.

De his, qui cauſam iudicatam repetere præſumpſerint.

Imp. Carolus. LEX I.

SI quis iudicatam cauſam repetere[a] in mallum præſumpſerit, ibiq; à teſtibus conuictus fuerit, aut quindecim ſolidos componat, aut quindecim ictus accipiat à Scabinis, qui cauſam ipſius prius iudicauerint.

LONGOBARDORVM LEGVM, AC SANCTIONUM Sanctiſſimarum.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De Epiſcopis, & clericis.

Glorioſiſſimi inuictiſſimiq; Regis Francorum, necnon totius orbis Imperatoris Domini Caroli.

LEX PRIMA.

ANNO fœliciter vndecimo, regnāte Domino noſtro Carolo glorioſiſſimo, in menſe Martij factum eſt capitulare, qualiter in vnū congregatis ſynodali concilio Epiſcopis, Abbatibus, viriſque illuſtribus, vna cum pijſſimo domino noſtro Carolo, ſecundum voluntatem Dei pro cauſis opportunis conſenſerunt decretum [1]† De Metropolitanis, vt eorum ſuffraganei Epiſcopi, ſecundum canones ſubiecti ſint, & ea, quæ erga illorum miniſteria emendanda cognoſcunt, libenti animo emendent, atque corrigant.

1† *decreta*

Idem. LEX II.

DE Epiſcopatibus, vbi præſentes Epiſcopi, ſi ordinati non ſint, ſine tarditate ordinentur.

Idem. LEX III.

DE Monaſterijs, quæ regularia fuerint, vt ſecundum regulam viuant. necnon & monaſteria puellarum ordinem ſuum cuſtodiant; & vnaquæque Abbatiſſa in monaſterio ſuo ſine intermiſſione reſideat.

Idem. LEX IIII.

VT Epiſcopi de Presbyteris, & Clericis infra illorum parochiam, & de ſuo miniſterio poteſtatem habeant ſēm canones facere.

Idem. LEX V.

DE Toloneis, quæ iam ante forbannita fuere, vt nemo tollat, niſi vbi antiquo tempore conſuetudo fuerit.

Idem. LEX VI.

VT infantulæ ætatis puellæ non velent̄, antequàm eligere ſciant, quid velint, ſalua canonica auctoritate.

Idem. LEX VII.

VT nulli cogant̄ ad pontē ire, ad fluuium tranſeundū propter Tolonei cauſā, quando illi in alio loco compēdioſius illum fluuium tranſire poſſunt. Similiter vt in campo plano, vbi nec pons, nec tranſiectus eſt, ibi omnino, vt Toloneum non exigatur, præcipimus.

Idem. LEX VIII.

VOlumus, atque iubemus, vt Epiſcopi ſuū in omnibus iuxta vires ſuas peragere ſtudeant miniſteriū in parochijs eorum, & vt prędicationes ibidem expleant, & vt de monaſterijs, quæ infra eorum parochiam ſunt, vigilanter curent. vt Canonici ſecundum canones, & regulares ſecundum regulam viuāt. & vbi aliter, q̄ ordo popoſcit, inuenerint, emendare ſtudeāt, & ſi emēdare nequiuerint, nobis nuncient̄.

Idem. LEX IX.

VT Epiſcopi, Abbates, per Xenodochia, & Monaſteria eorum, hoſpitale, vbi antiquitus fuerit, faciant, & ſummopere curent, vt nullatenus prætermittatur.

Idem. LEX X.

VT nullus presbyter* chartā ſcribat, neque conductor exiſtat ſuis ſenioribus.

*Ne presbyterum notarium eſſe non poſſe, vt int. ad officium de hæret. lib. 6. & lateran. l. vniuerſos. & hi in aduerſ. de Hug. Celſus. C. de cerali 10. & in libro ... de pro ... ſer. ... ſen. lib. 10.

Idem. LEX XI.

VOlumus primò, vt neque Abbates, neque Presbyteri, neque Diaconi, aut Subdiaconi, neque quilibet de clero, perſonis ſuis ad publica, vel ad ſecularia iudicia trahantur, vel diſtringantur, ſed à ſuis Epiſcopis iudicati iuſtitiā faciant. Si autem de poſſeſſionibus, ſiue eccleſiaſticis, ſiue ſuis ꝓprijs, ſuper eos clamor ad iudicem venerit, mittat iudex clamantem cum Miſſo ſuo ad Epiſcopum, vt faciat ei per aduocatum iuſtitiam facere. Si verò aliqua inter eos fuerit orta intentio, quam per ſe pacificare non velint, aut non poſſint, tunc per aduocatum Epiſcopi, qualem iuſſerit cauſa ipſa ante Comitem veniat, vel iudicem, & ibi ſecundum legem finiatur, antepoſito, ſicut dictum eſt, de perſonā clericorum.

Idem. LEX XII.

VT liber homo, qui in monaſterio regulari comam depoſuerit, & res ſuas ibi legauerit, promiſſionem factam ſecundum regulam firmiter teneat.

Idem.

Idem. LEX XIII.

DE liberis hominibus qui ad ſeruitium Dei ſe tradere volũt, vt prius hoc faciant, q̃ à nobis licentiam poſtulent. Hoc aũt iõ dicimus, quia audiuimus aliquos ex illis non tam cauſa deuotionis, q̃ pro exercitio, ſeu pro alia functione regali fugienda; quoſdam verò cupiditatis cauſa, ab his, qui res illorũ concupiſcunt, circunuentos audiuimus, & hoc iõ fieri prohibemus.

Idem. LEX XIIII.

VT loca, quæ ſemel Deo dicata* ſunt, vt monaſteria, ſint in perpetuum, nec poſſint vltra fieri ſecularia habitacula.

* No. quòd ſemel Deo dicatũ, nõ eſt ad humanos vſus transferendum. ff. de rer. di. l. in tantũ. §. ſacra. & Dyn. & ibi dixi in re. ſemel. de reg. iur.

Idem. LEX XVI.

VT, ſi clerici aliquod negotium inter ſe habuerint, à ſuo Epiſcopo iudicentur. nã nõ à ſecularibus; nec monachus, nec clericus ad ſecularia negotia tranſeant.

Idem. LEX XVI.

VT ſeruum alterius nemo ſolicitet ad clericalem, vel monachalem aſcendere ordinem, ſine licentia domini ſui, & voluntate.

Imperator Pipinus. LEX XVII.

VT Eccleſiæ baptiſmales, ſeu oracula, q eas à longo tempore reſtaurauerint, mox iterum reſtaurent, & tam curtis Regia, quàm Longobardi tales ibi habeant dominationes quales illorum à longo tempore fuerit conſuetudo.

Idem. LEX XVIII.

VT Pontifex unuſquiſq; ordinet, & diſponat eccleſiam ſuam canonico ordine, & ſacerdotes ſuos, vel clericos diſtringat canonico ordine viuere. Et ſi qs Pontifex clericos ſuos canonico ordine diſtringere noluerit, anathema ſit. Et ſi illi ad ſecularẽ pertranſierint habitum, qđ canones clericos prohibẽt facere; Comes, q in loco ordinatus fuerit, diſtringat illos in omnibus ad ſuam partem ſicut alias exercitales.

Idem. LEX XIX.

MOnaſteria virorum, & puellarum tãquã in mundio palatij eſſe noſcuntur, vel in mundio epiſcopi ſui ſeu reliquorum hominum, & diſtringat vnuſquiſque, in cuius mũdio ſunt, vt regulariter viuant.

Idem. LEX XX.

SImiliter in Xenodochijs cuiuslibet, fratres in omnibus paſcantur iuxta poſsibilitatem illorum locorum.

Idem. LEX XXI.

VT * de reſtauratione eccleſiæ, vel pontis facienda aut ſtrata reſtauranda, omnia generaliter faciant homines, ſicut antiqua fuit cõſuetudo, & nõ anteponatur immunitas, nec pro hac re vlla occaſio perueniat.

* C. de ſacroſã. l. ad inſtructionem. & in auth. de ec. titu. §. ad hoc. collat. 9. infra l. conſiderauimus. & l. de pontib. & vide q̃ de hoc dixi in quadam quæſtione. de cu. cla. pore & aliorum lo. ſorti.

Idem. LEX XXII.

INſtituimus, vt ſicut dominus Carolus Rex commendauit de illis monachis, qui de Frãcia, vel de alijs locis venerint, & eorum monaſteria dimiſerint, vt præſentialiter in illis partibus reuertantur ad monaſteria, & nemo ex uobis ipſos ſecum detineat.

Idem. LEX XXIII.

DE presbyteris, qui de alijs locis, uel prouincijs veniũt, ut nullus eos dẽat recipere ſine dimiſſoria epiſcopi, de cui⁹ parochia eſt.

Idem. LEX XXIIII.

PLacuit nobis de eccleſiis baptiſmalib⁹, ut in omnibus ita debeant eſſe ordinatę, & conſeruatæ, ut dominus Carolus Rex commendauit, & in ſuo capitulari continetur.

Idem. LEX XXV.

ET hoc conſtituimus, ut immunitates; quæ ſunt iam ab edicto paterno confirmatæ, ut in omnibus conſeruatæ debeant permanere, ſicut iuſſio ipſius Domini Caroli Regis eſt.

Idem. LEX XXVI.

COnſiderauimus, ut uiæ, portus, & pontes infra regnum noſtrum, in omnibus pleniter emendari debeant per illa loca, vbi iam antea fuit conſuetudo: nam per alia loca ſuper ipſa flumina, * nullatenus pontes eſſe debent.

* No. ſuper flumina nauigabilia pontes fieri non debere impedientes nauigationem, vt per omnes.

Idem. LEX XXVII.

STetit nobis, ut miſſos noſtros, vnum monachũ, & alium Capellanum direximus infra Regnum noſtrum, prouidendo, & inquirendo per monaſteria uirorum, ac puellarum, quæ ſub ſancta regula uiuere debẽt, quomodo eſt eorũ habitatio, aut qualiter eſt uita eorum, aut conuerſatio eorum, & quomodo, quodq́; monaſterium debeat habere, vnde uiuere poſſit.

Idem. LEX XXVIII.

VT quicunque Xenodochia hẽnt, ſi ita pauperes paſcere uoluerint, & conſilium facere, quomodo ab antea fuerint, habeant ipſa Xenodochia, & regant ordinabiliter: & ſi hoc facere noluerint, ipſa dimittant, & per talem hominem in antea ſint gubernata cum conſilio epiſcopi, qualiter Deo, & nobis exinde placet.

Idem. LEX XXIX.

DE eccleſiis baptiſmalibus, ut nullatenus laici homines eas tenere debeant, ſed per ſacerdotes fiant, ſicut ordo eſt gubernare, neq; illi pagenſes negligentiam habeant de hoc, qđ ibidem facere debent: & illi ſacerdotes eas ſic regant, quomodo ordo canonicus expoſcit.

Idem. LEX XXX.

DE monaſteriis, & Xenodochiis, quæ per diuerſos Comitatus eſſe uidentur, & regalia ſunt, ut quicunque ea habere uoluerint, per beneficium * Domini Regis habeant.

* No. beneficia regalia conferre debere p principem, vt per Gui. de Cu. & Bal. in l. menſiſſ. ff. de of. precon. & dixi in §. 1. de pa. ſcri. li. conſuetu Burgũ. alias eſt in text. regularia ſunt.

Imperator Lodoicus. LEX XXXI.

VT vbi tẽpore aui noſtri inuictiſſimi Imperatoris Pipini conſuetudo fuit toloneum dare, ibi & in futuro detur. Nam vbi nouiter inceptum eſt toloneum, ulterius non exigatur: & [1]† ubi neceſſe non eſt fluuium aliquem tranſineare ad pontẽ, uel ubi nauis per mediam aquam, aut ſub ponte pergatur, [2]† & ad ripam non appro-

1 † vel

2 † pertexeris.

appropinquauerit, neque ibidem aliquid emptum, vel etiam venditum fuerit, vlterius toloneum non detur: & nemo cogatur per pontem ire, vbi iuxta pontem aqua tranſire poteſt. Et q vlterius in talibus locis, vel de his, qui ad palatium, ſiue in hoſtem perdunt, toloneum exacta uerit, cum ſua lege ipſum toloneũ reddat, & inſuper bãnum noſtrum, i. 60. ſolidos componat.

Idem. LEX XXXII.

ut ſup. l. ſi conſideramus.

VOlumus vt miſſi noſtri per ſingulas ciuitates, vna cũ Epiſcopo, & Comite, vel miſſo noſtro, vel noſtris hominibus, ibidem commanentibus,[1] †eligant, quorum cura ſit pontes per diuerſa loca emendare, & eos, qui emendare debent, ex noſtra iuſſione admoneant, & vnuſquiſque iuxta poſſibilitatem ſuam emendare ſtudeat.

1† permanentibus.

Idem. LEX XXXIII.

DE iniuſtis occaſionibus, & conſuetudinibus nouiter inſtitutis ſicut tributa ſunt & tolonea in media via, vbi nec aqua, nec palus, nec pons, nec aliquid tale fuerit, vnde iuſtè cenſus exigi poſſit, vel vbi naues ſubtus põtes tranſire ſolent, ſiue in medio flumine, vbi nullum eſt obſtaculum, vt auferantur, antequam ad noſtram notitiam deferantur, præcipimus.

Idem. LEX XXXIIII.

DE honore eccleſiarum vt per omnia eis exhibeatur, ſicut nuper à nobis cũ conſenſu omnium fidelium noſtrorum conſtitutum eſt.

Idem. LEX XXXV.

VT pontes publici, qui per bannum fieri ſolebant anno præſenti in omni loco reſtaurentur.

Idem. LEX XXXVI.

DE obſeruatione præceptorum noſtrorum in immunitate, ita obſeruetur, ſicut à nobis, & ab anteceſſoribus noſtris cõſtitutum eſt.

Idem. LEX XXXVII.

VT omnis ordo eccleſiarum * lege Romana viuat, & ſic inquirantur, & defendantur res eccleſiaſticæ, vt emphyteoſeos contractus, vnde eccleſia damnum patitur, non obſeruentur: ſed ſecundum legem Romanam deſtruantur, & pœna non ſoluatur.

** omnis ordo eccleſiarum ſecundum legem Romanam viuere debet, & ſic eſt contra Græcos, qui non obediũt Papæ c. rogamus. 24. q. 1.*

Idem. LEX XXXVIII.

VT miſſi noſtri, qui vel Epiſcopi, aut Abbates ſunt, aut Comites, vſquequo infra iudiciariam, vel terminum fuerint nihil de aliorũ coniectu accipiant: poſtquàm verò inde longè receſſerint, tunc accipiant, ſecundum quòd in ſua tractatoria * continetur: vaſſi verò noſtri, & miniſtri alij, qui miſſi ſunt, vbicunque venerint, inde coniectum accipiant.

** No. de tractatoria epiſtola, de qua C. de tract. l. 12. & infra ſi quis literas no. de Spec. l. 1. & 1.*

Imperator Lotharius. LEX XXXIX.

VOlumus de excubijs publicis, quæ ad vtilitatem Regni noſtri pertinent, vt præcepta immunitatum impedimentum non præſtẽt, ſed adiutorium.

Idem. LEX XL.

VOlumus, vt omnib[9] modis immunitates progenitorum noſtrorum præcepto, ſeu noſtro pleniter, ac iuſtè emendentur.

Idem. LEX XLI.

PRæcipimus, vt ſingulæ plebes ſecundum antiquam conſuetudinem ſint reſtauratæ: quòd ſi filij eiuſdem eccleſiæ eas reſtaurare noluerint, à miniſtris Reipublicæ diſtringantur, vt volentes, nolentesque noſtram obſeruent præceptionem.

Idem. LEX XLII.

DE * pontibus verò vel reliquis his ſimilibus operibus, quę per antiquam conſuetudinem eccleſiaſtici homines per iuſtitiã, cum reliquo populo facere debent, hoc præcipimus, vt eccleſiæ Rectores eos interpellent, & eis, ſecũdum quòd poſſibile fuerit portio deputetur, & per alium exactorem eccleſiaſtici homines ad opera non compellantur. Si verò opus ſuum cõſtituto die adimpletum nõ habuerint, liceat Comiti pro pœna propoſiti operis eos pignorare, iuxta æſtimationem, vel qualitatem imperfecti operis, quouſque perficiatur. Comes autem, ſi neglexerit, à Rege, vel à miſſo Regis iudicaturus eſt.[2] †

** vt ſup. l. ſi reſtauratione. & l. conſideramus.*

2† iudicandus.

Idem. LEX XLIII.

DE his, qui ſine conſenſu epiſcopi presbyteros in eccleſijs conſtituunt, vel de eccleſijs ſuis eijciunt, & ab epiſcopo, vel à quolibet miſſo dominico admoniti obedire noluerint vt bannum noſtrum gaudiare cogantur, & per fideiuſſorem ad palatium venire iubeantur; & tunc nos decernemus, vtrum nobis placuerit, aut illud bannum perſoluant, aut aliam ariſcadam ſuſtineant.

Idem. LEX XLIIII.

DE eccleſijs, q̃ inter cohęredes diuiſę ſunt, conſiderandum eſt, quatenus ſi ſecũdum noſtram prouidentiam, & admonitiones epiſcopi ipſi cohæredes eas tenere voluerint, & honores [3]† faciant. Si autem hoc contradixerint, vt in epiſcopi poteſtate maneant, utrum eas ita cuſtodire pmittet, aut reliquas exinde auferat, & ubi ad noſtrum beneficium eccleſiæ pertinẽtes ita diuiſæ fuerint inuẽtę, & ut deſcribantur, & nobis enuncientur.

3† honorare.

Idem. LEX XLV.

DE eccleſijs diſtinctis, ut epiſcopi, noſtriq; miſſi inquiſitioně faciant, utrum per negligentiam, aut per impoſſibilitatem deſtructæ ſint: & ubi per negligentiam inuentæ fuerint q̃ deſtructæ ſint, epiſcopi auctoritate emendare cogantur, qui eas debuerunt reſtaurare. Si uerò per impoſſibilitatem contigerit; ita ut plures ſint, quã neceſſe ſit: aut maioris magnitudinis, quàm ex rebus ad eaſdem pertinentibus reſtaurare poſſint, epiſcopus modum inueniat, qualiter emendari congruè, & conſiſtere poſſint.

Idem-

Idem. LEX XLVI.

** Olona eſt flumen iuxta Mediolanum.*
1 † Dolanā
** Vnus mãſus cū 12. vicarijs de vel eccleſia pro dote dari, & aſſignari. de quo per gl. in verbo, mãſus. & doc. in c. 1. de cenſi.*
2 † diſtringatur.

DE eccleſiis emendādis uolumus, ut ita obſeruetur, ut in capitulari noſtro continetur, quod ad * Olonam [1] † fecimus, & ſi in uno loco plures eccleſiæ ſint, q̄ neceſſe ſit, deſtruantur. Quòd ſi fortè in alio loco eccleſia ſit cōſtructa, q̄ tñ neceſſaria ſit, & nihil dotis habuerit, uolumus, vt ſm̄ iuſſionem Dñi, ac genitoris noſtri, unus * manſus cum duodecim uicariis de terra arabili ibi detur, & mancipia duo à liberis hominibus, qui in eadē eccleſia officium audire dēnt, ut ſacerdotes ibi poſſint eſſe, & diuinus cultus fieri, ꝙ ſi hoc popul⁹ facere noluerit, deſtruat̄. [2] †

Idem. LEX XLVII.

3 † à qua

STatutum, ut ſi quis liber homo per conſenſum epi eccleſiam in ſua conſtruxerit proprietate, ſortesq́; ab epiſcopo in ea fuerint conſecrati, ideo nō perdat ſuam proprietatem. Sed ſi epiſcopus uoluerit, officium ſacri baptiſmatis in ſuam eccleſiā trāsferat: ipſa uerò eccleſia, [3] † quæ transfertur, in conſtructoris maneat iure.

Carolus iiij. LEX XLVIII.

** Hæc conſtitutio Caroli iiij. Imperatoris, quæ per cōſilium Conſtan. in 19 ſeſſione approbatur, ut ſup. dixi in præfatiuncula, quam hic inſeri feci.*

CArolus Quartus * diuina fauente clementia, Romanus Imperator ſemper Auguſt⁹, & Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. & ſi Imperialis benignitatis clementia quorum libet deuotorū fidelium, quos ſacrū Romanorum ambit Imperium, ex officii debito teneatur neceſſitatibus, & iniuſtis oppreſſionib. cōſulere, & de opportunis remediis, puidere, ad illos tñ per maximè dirigit̄ nr̄æ mētis affectio, quos indebitè pati cognoſcimus quorumcunq́; oppreſſionib. eccleſiaſticæ libertatis, quam ſemper noſtris tpib. augeri uolumus, in nihilum redigitur, & minus indebitè pregrauatur: ſanè ad Imperialis maieſtatis audientiam ex parte honorabiliū Præpoſiti, Decani, & aliorum Prælatorū, & Capituli Maydeburgen. Eccleſiæ deuotorū noſtrorum dilectorū inſinuatione, q̄ q̄rulosa ſuppliciter eſt deducta, peruenit, ꝙ ſeculares quidam in ptātibus, & officiis conſtituti, uidelicet, Duces, & Comites, Barones, & alii Dñi temporales, necnon, & Conſules ciuitatum, uillarum, oppidorum, & locorum rectores dictæ Mayde Bur. Magunt. Colonien. prouinciarum Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia, & iniquas ordinationes motu proprio, & de facto contra perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiarum libertates, & legitimas, ciuiles, & cānonicas ſanctiones: putà, ꝙ nulla bona tpalia in eccleſiaſticam libertatem transferantur. Item ne clerici in ſacris conſtituti ad agendum, & teſtificandum in quibuslibet, & maximè in p. is cauſis aliquatenus admittantur, quodq́; excōicati laici, & publicè denunciati, in foro ciuili minimè repellantur. Item prædicti dñi temporales, Conſules, & rectores, per ſecularem poteſtatem res, & bona clericorum occupant, & arreſtant, oblationes fidelium diminuunt, & reſtringunt, exactiones, & tallias indebitè de bonis eccleſiæ, & reditibus exigunt, & extorquent. Poſſeſſiones eccleſiarum, & perſonarum earū deuaſtant incendiis, & rapinis. Contractus inter clericos, & laicos factos legitimos, ad libros ciuitatum, oppidorum, uillarum, & locorū recuſant inſcribere, & ſigillare donata, & legata ad fabricas, & eccleſiarū ſtructuras, contra prælatorum uoluntatem, & aliorum, quorū intereſt, præſumunt uſurpare contra iuſtitiam, in fraudem, & odium clericorū. Et de bonis, & reb. ēt clericorum, quas nō cauſa negociationis, ſed pro uſib. propriis, per terram ducunt, ſed duci faciunt, toloneum exigunt, & recipere nō uerentur, & confugientes ad eccleſias, & cimiteria inde extrahere contra imperiales ſanctiones præſumunt, quæ oīa, & ſingula abinde ſecuta, cū per ſacras, & ciuiles, & canonicas ſanctiones expreſſe reprobata ſint, & in fraudem eccleſiaſticæ libertatis de facto p̄ſumpta, de Principū, Comitum, Baronum, fideliumq́; noſtrorū cōſilio, ex certa ſcientia imperiali auctoritate caſſamus, irritamus, & annullamus, caſſaq́; irrita, & nullius eſſe momenti penitus declaramus, & expreſſe pronūciamus, p̄cipientes ſub indignatione imperialis bāni, uniuerſis, & ſingulis Maideburg. Maguntin. Colonien. & locorum uicinorū principib⁹, & tpalib. Cōſulib. & ptātib. ipſorū, ut ſtatuta ſicuti in p̄iudiciū eccleſiaſticę libertatis edita ſunt, oīno reuocent, & de luce tollant, quodq́; ſm̄ ea non iudicēt amplius, nec ſnīas dictent, aut eiſdem in iudicio, uel extra iudicium quomodolibet cōtra eccleſiaſticam libertatem patiantur. Item pronunciamus, & declaramus imperiali auctoritate, ꝙ quicunq́; laicus cuiuſcunq́; ſtatus, uel conditionis exiſtat, auſu ſacrilego, & propriæ auctoritatis [4] † audacia, ſacerdotē, uel clericum ſecularem, uel religioſum diffidauerit, uel captiuauerit proſcripſerit, ſpoliauerit, occiderit, uulnerauerit, & mutilauerit, aut in carcerem detinuerit, aut hmōi maleficia perpetrantes ſcienter receptauerit, uel fauorem in eis præſtiterit p̄ter pœnas a ſacris imperialibus, & canonicis ſanctionibus eis inflictas, ſint ipſo facto infames, ac oī honore priuati, nec ad placita, uel conſilia nobilium admittātur, quouis modo. Volumus ēt, hortamur, & requirimus ipſos p̄latos eccleſiaſticos, ut hanc noſtram legem, & ſanctionē, in ſynodis, & eccleſiis publicari procurent, & requiſiti excuſationem pœnarum, & ſnīarum denuncient, ne in præmiſſis excedētes, per ſimulatam ignorantiam ſuas malitias ualeāt excuſare. Nulli ergo hominū liceat hanc noſtræ ceſſationis, & remutationis, ſeu pronunciationis, aut denūciationis paginam auſu temerario infringere, aut quomodolibet contraire, ſub pœna mille marcharū auri puri, quas ab eis, à quib. contrafactum fuerit, irremiſſibiliter exigi uolumus, & earum medietatem noſtri imperialis, reſiduam uerò partem iniuriam paſſorum uſibus decer-

Cle. præſenti. de cenſi. & l. uniuerſi. C. de ueſtig. & cōmiſ.

4 † temeritatis.

1† *Tangermunde.*

decernimus applicari. Datum Tangerinűdæ,[1] † Anno Domini M. cclvij. indictione 15. quinto Kal. Iulij, regnorum noſtrorum, anno xxx. Imperij uerò 29.

TITVLVS II.
Quando liceat alterius clericum accipere, vel non.

Imperator Henricus. LEX I.

VT nulli Epiſcopo liceat alterius clericum recipere, aut ordinare in aliquo gradu, ſine dimiſſoria Epiſcopi ſui, de cuius parochia eſt.

Imperator Pipinus. LEX II.

VT nemo alterius clericum ſine commẽdatitiis, aut dimiſſoriis literis recipere præſumat.

Idem. LEX III.

DE præsbyteris, qui de alia prouincia uenerint, nullus eos debeat recipere ſine dimiſſoria epiſcopi ſui.

TITVLVS III.
De decimis.

Imperator Carolus. LEX I.

DE decimis, ut unuſquiſque homo ſuam decimam donet, atque per iuſſionem Epiſcopi ſui diſpenſetur.

Idem. LEX II.

PRæcipimus Comitibus, & omnibus fidelibus noſtris, ut quicunque de rebus eccleſiaſticis beneficia habent, pleniter ſecundum morem regionis nonas, & decimas * ad ipſas eccleſias donet, abſque ulla diminutione, & dilatione, inquantum melius poſſunt, & iuxta poſſibilitatem eorum: & quando neceſſitas exegerit, detur opera ad ipſas eccleſias reſtaurandas, & adiutorium faciant.

* *Not. decimas eſſe imprœſcriptibiles & ſine aliqua diminutione ſoluendas. de quo vide quod dixi in S. 12. de conſuet. prædictorum.*

Idem. LEX III.

VT uos epiſcopi, qui in omnibus nonas, & decimas accipitis, in ueſtra prouidẽtia ſit, quatenus eccleſiæ, & capellæ, quæ in una parochia ſunt, emendentur, & luminaria eis præbeatis, & ut in eis præsbyteri uiuere poſſint.

* *Not. pro ſtylo curiarum Franciæ facit l. ne ſplendidiſſima urbes. C. de ope. pub. ubi gl. dicit, ſic faciunt clerici in decimis, ꝑ quo eſt text. in c. quatuor. 12. q. 2. & ita fuit per concilium regale in eccleſia lemouicenſi indicatum.*

Idem. LEX IIII.

VT decimæ * populi in quatuor partes diuidantur, prima pars Epiſcopis detur, alia clericis, tertia pauperibus, quarta in fabrica ipſius eccleſiæ.

Idem. LEX V.

DE nonis, & decimis conſiderandum eſt, ut de frugib. terræ, & animalium nutrimine perſoluantur. De opere uerò, & reſtauratione eccleſiarum, Comites, & Epiſcopi, ſeu Abbates, vnà cũ miſſo noſtro, quem ſibi ad hoc elegerint, cõſiderationem faciant, ut unuſquiſque eorum tantum inde accipiat ad operandum, & reſtaurandum, quantum ipſe de rebus eccleſiarum habere dignoſcitur. Similiter & uaſſi noſtri, aut in commune tantum operis accipiant, quantum de rebus eccleſiarum habere uidetur, & unuſquiſque per ſe iuxta qualitatem, quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos conuenerit ut pro opere faciendo argentum donet, iuxta æſtimationẽ operis, in argento perſoluat. Cum quo pretio Rector eccleſiæ ad prędictam reſtaurationem operis conducere ualeat, & materiam poſſit emere. Et qui nonas, & decimas neglexerit * dare, primum quidem de illis ſecundum legem ſuam reſtituat, & inſuper bannum noſtrum perſoluat; ut ita caſtigatus caueat ne ſæpius iterando, beneficium amittat.

* *No pœnã non ſoluentis d. cauſã. & uiſ. l. pro xi. & in generè timore. m. 16. q. 1. & quaſi ꝑ totum.*

Imperator Lotharius. LEX VI.

DE decimis, ut dentur, & dare nolentibus, ſecundum quòd anno pręterito denunciatum eſt, a miniſtris Reip. exigantur, & eligantur quatuor, uel octo homines, optimi, uel prout ſi opus fuerit, de ſingulis plebibus, iuxta qualitatem uniuſcuiuſque plebis, ut ipſi inter ſacerdotes, & plebem teſtes exiſtant, ubi datæ uel non datæ fuerint. Hos autem ideo tantos teſtes eſſe diximus, ne ibi iuramentum aliquod faciendi neceſſitas contingat: non tamen ideo hos tantos teſtes * mittendos eſſe dicimus, ut ipſos ſemper omnes in dandis decimis præſentes eſſe pariter neceſſe ſit. Sed, ut dum p'urib. committitur, minus grauentur, duos autem teſtes, ſi ad fuerint, ſufficere credimus. Negligentes autem a præsbyteris eccleſiarum amoueantur uſq; ad tertiã uicem, ut ipſi decimam dent: quòd ſi contempſerint, ab introitu eccleſiæ prohibeãtur: & ſi hoc minimè emendauerint, a miniſtris Reipubl. diſtricti ſinguli per capita, 6. ſol eccleſiæ componant, & inſuper dare decimam cogantur. Nam ſi iterum contemptores exiſtant, & per publicam auctoritatem domus, uel caſæ eorum giſſentur,[1] † quouſque pro ipſa decima, ſicut ſupradictum eſt, ſatisfaciãt. Quòd ſi denuo rebelles, uel contradictores eſſe uoluerint, & ſuper ipſum guiſſam[2] † ſua auctoritate præſumpſerit introire, tunc a miniſtris Regis in cuſtodiam mittantur, uſq; dum ad iudicium poſt modum perducãtur, & ibi ſecundum legem ad Comitem, uel ad partem publicam compo. reliquã uerò decimam, ut ſupradictum eſt, & 6. ſoli ad eccleſiam ſatisfaciant.

* *No. illud, quod mul. torum ſen. tentijs, &c. C. de fideic. l. auth. hoc amplius. & c. paſtoralis. de effic. deleg.*

1 † *uiſſentur, alias biuſſentur.*

2 † *huiſam, alias iuuſam.*

Idem. LEX VII.

QVicunque decimam abſtrahit de eccleſia, ad quem per iuſtitiam dare debet, & eã præſumptiuè, uel propter munera, aut amicitiã, aut quamlibet aliam occaſionem ad aliam eccleſiam dederit, uel ꝑ Comitem, uel per miſſũ noſtrum diſtringatur, ut eiuſdem decimæ quantitatem cum ſua lege reſtituat.

Idem. LEX VIII.

DE decimis, quas populus dare non vult, niſi quolibet modo ab eo redimantur ab epiſcopis, prohibendum eſt, ne fiat: & ſi quis con-

contemptor inuentus fuerit, ad noſtram præſentiam uenire compellatur: cæteri uerò diſtringantur, ut inuiti eccleſiæ reſtituant, quæ voluntariè dare neglexerint.

Idem. LEX IX.

VT terminum habeat vnaquęque eccleſia, de quibus villis decimam accipiat.

Idem. LEX X.

DIctum eſt nobis, quòd in quibuſdam locis Epiſcopi, & Comites ab inceſtuoſis, & ab his, qui decimas non dant, guadias [1] † accipiant, & presbyteris pro quibuſdam negligentijs, & inter ſe pecunias diuidunt, quod penitus abolendum eſſe decernimus, ne fortè auaritiæ locus detur. Et conſtituimus, ut inceſtuoſi iuxta canonicam ſententiam pœnitentia mulctentur. Qui uerò decimam poſt tertiam admonitionem, & prædicationem ſacerdotum dare neglexerint, excommunicentur: iuramento uerò eorum conſtringi nolumus propter periculum periurij.

1 † vuadios

De itinerantibus.

TIT. IIII.

Rex Rotharis. LEX I.

NVlli ſit licentia itinerantibus * herbam negare, excepto prato intacto tempore ſuo, aut meſſe: poſt fœnum autem, aut fruges collectas, tantum vendicet is, cuius terra eſt, quantum cum clauſura ſua poteſt defendere: nam ſi quis caballos iter facientes de ſtipula, aut de ipſis paſcuis, ubi alia peculia paſcuntur, mouere præſumpſerit, in octogila caballos [2] † componat: pro eo quòd ipſos de aruo campto, quòd eſt foſſinegar, [3] † mouere præſumpſerit.

* No itinerãtibus impune herbã accipere ꝑmiſſum eē. c. 1. § ſi. de pace tenen. & dixi 1 §. 4. de cõjue. ꝑduorũ. & ſup. de damno eſt uada 10. l. ſi quis robori aut. & c. 2 † caballũ. 3 † Fonſacar.

Imperator Carolus. LEX II.

DE truſte * facienda, ut nemo præſumat ad nos uenienti manſionem vetare: & quæ neceſſaria ſunt, ſicut vicino ſuo, ei uendat.

* Expone truſte faciẽda. i. de regali ſeruitio faciẽdo.

Imperator Carolus. LEX III.

DE itinerantibus, qui ad palatium, aut alicubi pergunt, ut eos cum collecta manu nemo auſus ſit aſſalire: & nemo herbam alterius, tempore defenſionis, tollere præſumat, niſi uel in hoſtem pergendo, aut Miſſus noſter ſit: & qui aliter facere præſumpſerit, emendet.

Idem. LEX IIII.

VT Miſſis noſtris diſcurrẽtibus, vel cęteris proter vtilitatem noſtram iter agẽtibus, nullus manſionem contradicere præſumat.

Imperator Pipinus. LEX V.

DE Epiſcopis; & Abbatibus, Comitibus, ſeu Vaſſis dominicis, vel reliquis hominibu, qui ad palatium ueniunt, vel inde uadunt, uel ubicunque pergunt per Regnum noſtrum, ut non præſumant ipſi, aut hominem illorum, alicui homini ſuam cauſam tollere, uel ſuum laboratum, intantum ſi non comparauerit, aut ipſe homo, qui ſua ſpontanea uoluntate, eis non dederit, & quando hibernum tempus fuerit, nullus audeat manſionem uetare ad ipſos itinerantes, intantum, quòd ipſi itinerantes iniuſtè nullas cauſas tollant: & ſi aliquis hoc prę ſumpſerit facere, tam ſeniores, quàm vaſſalli noſtri, & ipſe homo ibidem ad eos proclamauerit, tunc uolumus, ut præſentialiter ipſe, qui hoc fecerit: hoc, quod ad ipſum hominem tulerit, ei ſecundum ſuam legem emendet. Et ſi euenerit, quòd ei ipſa cauſa ibidem ſecundum legem prę ſentialiter emendata non fuerit, & ad palatium exinde proclamatio euenerit [4] † tunc uolumus, ut ipſe hoc malum fecerit, contra ipſum hominem proclamauerit, ſecundum ſuam legem emendet: & inſuper ad palatium noſtrum componat: ex eo, quòd bannum noſtrum frangere auſus fuerit.

4 † Peruenerit.

De cerarijs, & chartularijs, [5] † & ut portus cuſtodiantur.

5 † Libellarys.

TIT. V.

Imperator Carolus. LEX I.

DE cerarijs, & tabularijs, & chartularijs, ſicut à longo tempore fuit conſuetudo, ita obſeruetur.

Idem. LEX II.

STetit nobis de omnib. libellarijs, vt nullus Comes, nec iuniores eorum, amplius diſtringant, nec inquietent, niſi ſicut à longo tempore fuerit conſuetudo.

Idem. LEX III.

SIcut conſuetudo fuerit ſigillos, & epiſtolas comprehendere, & uiam, uel portus cuſtodire: ita nunc ſit factum.

De herbanno.

TIT. VI.

Imperator Carolus. LEX I.

DE herbannis * uolumus, vt Miſſi hoc amodo exacta re fideliter debeãt, abſq; ullarum perſonarum gratia uel blanditia, ſine [6] † terrore, ſecundum noſtram iuſſionem, id eſt, de homine habente vj. lib. in auro, & argento, bruncis, ferramento, pannis, caballis, bobus, uaccis, aut peculijs: ita ut uxores, aut infantes non fiant expoliati pro hac re, de eorum veſti-

* Quo herbannum ſecũdum morẽ francia accipiatur. uide ſup. de exercitali. l. quicũque liber homo. & l. ſeq. 6 † Sine.

veſtimentis: ſed recipiatur legitimum heribannum, vel libræ tres. Qui verò non habuerit amplius in ſupraſcripto pretio valente libras tres, ſolidi triginta ab eo exigantur, id eſt, libra vna, & dimidia. Qui autem non habuerit amplius niſi libras duas, ſoluat decem. Si verò vnam libram, ſoluat quinque: ita vt iterum ſe valeat præparare ad ſeruitium Dei, & in noſtrã vtilitatem. Et noſtri Miſſi caueant, & diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium ſubtrahant noſtram iuſtitiam alteri tradendo, aut cõmendando: vt heribanum, aut aliquem collectum pro exercitali cauſa. Comes de liberis hominibus recipere, aut requirere non præſumat, exceptio ſi de Palatio noſtro Miſſi noſtri veniãt, qui illud heribannum requirant: vel, vt illi qui heribannum ſoluere debent, coniectum faciant ad heribannitorem.

Si quis literas Imperatoris deſpexerit.

TIT. VII.

Imperator Lodouicus. LEX I.

SI quis literas noſtras, id eſt, tractorias, [1] † quas propter Miſſos noſtros recipiendos dirigimus, aut honorem, quem habet, amittat, aut in eo loco, vbi prædictos Miſſos noſtros recipere debuerit: tam diu reſideat, & de ſuis rebus Legatos illuc venientes ſuſcipiat, quouſque animum noſtrum ſatisfactum habeat. Qui verò epiſtolam noſtram quocunque modo deſpexerit, iuſſu [2] † noſtro veniat ad palatium, & iuxta noſtram voluntatem, congruam ſuæ ſtultitiæ caſtigationem accipiat. Et ſi liber homo, aut miniſterialis Comitis hoc fecerit, honorem qualemcunque habuerit, ſiue beneficium amittat: & ſi ſeruus fuerit, nudus ad palatium vapulet, & capilli eius tondeantur.

1 † tractatorias.

2 † dimiſſa.

Idem. LEX II.

* DE noua Deſpectu noſtrarum literarum. } id eſt, ſi quis literas noſtras deſpexerit.

DE noua, & falſa moneta diximus: & de deſpectu noſtrarum literarũ, * & de latronibus coercẽdis, & puniendis, & faidis pacandis: & de homicidijs prohibẽdis: & de periurijs, & falſis teſtibus cõpeſcendis. De his omnibus, & cæteris his ſimilibus conſtituimus, vt omnibus annuntietur, & in futuro obſeruetur. Hoc quoque volumus, vt Miſſi noſtri obſeruẽt, & quicquid de his cauſis, uel ſimul, vel ſingulariter emendare potuerint, emendent: & ea, quæ emendauerint, diligẽter ſcriptis notent: & hoc ſic peragere curent, quatenus iuſtè reprehendi à quoquam nullatenus poſſint: & quæ facere debent, aut poſſunt, nullatenus prætermittant: imò caueant, ne, quod abſit, aut gratia alicuius, aut honoris, aut timoris, ſiue odij cauſa, illud, quod agere debent, omittãt: & ſummopere ſtudeant in hoc, quod per ſe facere non poſſunt, nobis notum faciant, & in omnibus præuideant, vt per ſingula capitula tam verbis, quàm ſcriptis de omnibus, quę illic peregerint, nobis rationem reddere valeant.

TIT. VIII.

De beneficijs, & terris tributarijs.

Imperator Carolus. LEX I.

QVicunque ſuum beneficiũ occaſione proprij deſertum habuerit, & infra annum, poſtquam Comes, vel Miſſus noſter notum factum habuerit, & illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat.

Idem. LEX II.

QVicunque tributariã terram, vnde tributum ad partem noſtram exire ſolebat, vel ad eccleſiam, vel cuilibet alteri tradiderit, is, qui eam ſuſcepit, tributum, quod exinde ſolebat exire, omnibus modis ad partem noſtrã tribuat: niſi fortè talem firmitatem habeat de parte noſtra, per quam ipſum tributum ſibi per donationem poſſit oſtendere.

Idem. LEX III.

SI quis terram cenſualem habuerit, quam antecesſores ſui ad aliquam eccleſiam, vel ad villam noſtram dederint, nullatenus eam ſecũdum legem tenere poſſit, niſi ille voluerit, ad cuius poteſtatem illa eccleſia, vel villa pertinet: ſi fortè filius eius, aut nepos eius ſit, qui eam tradiderit, & ei eadem terra noſtra ad tenendum placita ſit. Sed in hac re conſiderandum eſt, vtrum ille, qui eam tenet, * diues, an pauper ſit: & vtrum aliud beneficium habeat, vel etiam proprium: & qui eorum neutrum habuerit, erga hunc miſericorditer agendum eſt, ne ex toto expolietur, vt in egeſtatem incidat: & vt talem cenſum inde perſoluat, qualis fuerit conſtitutus ei: vel portionem inde aliquam in beneficio accipiat, vnde ſe ſuſtentare valeat.

* No. q ad eos pertinere ſoli. ad hoc de leg. glo. 1 in c. 1. § ſi. Epiſcopũ, vel Abba. contra ita ibi.

Imperator Corradus. LEX IIII.

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis: Corradus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtriſq; tam præſentibus, quàm futuris notum eſſe volumus, quòd ad reconciliandos animos ſeniorum, & militum, vt ad inuicem ſemper inueniantur concordes, & vt fideliter, & perſeueranter nobis, & ſuis ſenioribus ſeruiant deuotè. præcipimus, & firmiter ſtatuimus. vt nullus miles Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum, Marchionum, vel Comitum,

vel

vel omnium, qui beneficium de noſtris publicis beneficijs, aut eccleſiarum prædijs nunc tenet, aut tenuerit, aut hactenus iniuſtè perdiderit, tam de noſtris maioribus valuaſſoribus, quàm eorum militibus, ſine certa, * & conuicta culpa ſuum beneficium non perdat: niſi ſecundum conſuetudinem anteceſſorum noſtrorum, & iudicium parium ſuorum.

* Nota, quod iure nouiſſimo feuda ſine certa, & conuicta culpa amitti non debent, per tex. iſtum, quem alleg. glo. in c. 1. §. fi. in glo. fin. in fi. de his, qui feu. dare poſſunt per tex. in c. 1. de feu. ſine culpa non amitten. & in c. 2. & 3. quo tẽpore miles inueſt.

¶ Si contentio emerſerit inter ſeniorem, & militem, quamuis pares adiudicauerint illum ſuo beneficio carere debere: & ille dixerit, hoc iniuſtè, vel odio factum eſſe: ipſe ſuum beneficium teneat, donec ſenior, & ille, quem culpat, cum paribus ad noſtram præſentiam veniant: & ibi cauſa iuſtè determinetur. Si autem pares eius culpati in iudicio ſeniorum defecerint, ille, qui culpatur, ſuum beneficium teneat, donec ipſe cum ſuo ſeniore, & paribus, ad noſtram præſentiam veniat. Senior verò, & miles eius, qui culpatur, qui ad nos venire debuerint, ſex hebdomadas, antequam iter accipiant, ei, cum quo litigauerint, innoteſcant. Hoc autem de maioribus valuaſſoribus * obſeruetur. De minoribus verò in regno noſtro, aut ante Miſſum noſtrum, eorum cauſa finiatur.

* Nota, quod minores ualuaſſores appellãtes ad Principẽ hãbent 6. hebdomad. ad ſe præſentãdũ: ita tenet glo. per iſtũ tex. in c. fi. quo ti. mi. & glo. in c. 1. verſ. vſq; ad annũ. ſi de inue. inter do mi. & vaſa lũ oriatur.

¶ Præcipimus etiam, vt cum aliquis miles, ſiue de maioribus, ſiue de minoribus de hoc ſeculo migrauerit, filius eius beneficium tenere: ſi verò filios non habuerit, & habiaticum ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſeruato vſu maiorum valuaſſorum in dandis equis, & armis ſuis ſenioribus. Si verò fortè habiaticum ex filio non reliquerit, ſed fratrem legitimam ex parte patris reliquerit, ſed ſeniorem offenſum habuerit: & ſibi vult ſatisfacere, & miles eius eſſe, beneficium, quod patris ſui fuit, habeat, ſeruato vſu maiorum valuaſſorum in dandis equis, & armis ſuis ſenioribus.

Idem.

LEX IIII.

INſuper etiam omnibus modis prohibemus, vt nullus ſenior de beneficio ſuorum militum cambium, aut precariam, aut libellum ſine eorum aſſenſu facere præſumat: Illa verò, quæ tenent proprietario iure, aut per præceptum, ſiue per rectum libellum, ſiue per precariam, nemo iniuſtè deueſtire eos audeat: frodum [1] † verò de caſtellis, quòd noſtri anteceſſores habuerunt, habere volumus: illud verò, quòd non habuerunt nullo modo exigimus. Si quis autem hanc iuſſionem noſtram infregerit, auri optimi lib. centum compo. medium Cameræ noſtræ: & medium cui damnum illatum fuerit.

1 † fodrum.

De his, qui ſe in poteſtate alterius ſubdiderint, vel res per fraudem alienauerint, vel diuiſionem diſtulerint 2 † facere.

2 † diſſimulauerint.

TIT. IX.

Imperator Pipinus. LEX I.

STetit nobis de illis hominibus liberis Longobardis, vt licentiam habeant ſe commodandi, [3] † vbi voluerint, ſicut antea in tempore Longobardorum conſuetudo fuit, intantum, ût ſuo Comiti faciant rationabiliter, quod debent.

3 † commendandi.

Idem. LEX II.

DE illis hominibus, qui res ſuas alienauerint, vbicunque ſuper eas reſident, diſtringat eos Comes per excubias publicas, ſicut lex continet.

Idem LEX III.

PLacuit nobis, vt liberi homines, qui non propter paupertatem, ſed ob vitãdam Reipublicæ vtilitatem, fraudulenter, ac ingenioſè res ſuas eccleſijs delegant, eaſque denuo ſub cenſu vtendas recipiunt: ut quouſque res ipſas poſſident, & hoſtes, & reliquas publicas functiones faciant. Quòd ſi iuſſa facere neglexerint, licentiam eos diſtringendi Comitibus permittimus per ipſas res, non reſiſtente immunitate, vt ſtatus, & vtilitas Regni huiuſmodi adinuentionibus non infirmetur.

Idem. LEX IIII.

VOlumus, vt ſimilis in laicali ordine hæc [4] † ſeruetur menſura, videlicet, vt, ſi quis alterius proprietatem, qui hoſtem facere poſſit, emerit, aut quouiſmodo ad eum peruenerit, eique ad vtendum eam dimiſerit: & ſi negligenter de hoſte fuerit, per ipſas res à Comite diſtringatur, vt quoquo modo publica vtilitas non minoretur.

4 † de hac re.

Idem. LEX V.

VIdetur nobis, vt quicunq; liber homo ingenioſè in ſeruitium alicuius ſe tradiderit, is, qui eum recipit hoc, quod ille, qui ſe in ſeruitium tradidit, in publico per antiquam conſuetudinem facere debuit, adimpleat.

Idem. LEX VI.

DE his perſonis, quæ ſuas res, ideo in alienam perſonam delegant vt ad placitum venire non compellantur, vt mala, quæ facta habent, [5] † non emendent: quod ſi apparuerit, ideo delegaſſe, ne iuſtitiam facerent, volumus, vt ipſæ res in bannum mittantur, quouſque ille, qui eas habet, auctorem in placitum adducat: & ſic de malefactore iuſtitia fiat.

5 † quæ facta habebãtur.

Idem. LEX VII.

PRæcipimus, vt de his fratribus, qui in noſtris, & Romanæ finibus, in paternam, vel maternam ſuccedunt hæreditatem, ſi contigerit, quòd vnus Eccleſiaſticæ militiæ ſit mancipatus: & idcirco is, qui ſeculariter militare debuerat, vt ſe ad defenſionem Regni ſubtrahat, in noſtris finibus partem ſubſtantiæ in portionem ſuſcipere diſſimulauerit: idcirco, vt neque à Comite diſtringi valeat, vbicunque ſuus Comes eum inuenerit, licentiam diſtringendi ei concedimus: ita vt primùm fideiuſſorem donet, vt ad placitum veniat, & bannum noſtrum perſoluat. Si verò fideiuſſorem non inuenerit, tandiu per Comitem ſub cuſtodia teneatur, quouſque fideiuſſorem inueniat, & bannum noſtrum perſoluat.

Idem LEX VIII.

DE liberis verò hominibus, qui in alienam poteſtatem mobile ſuum transferunt, vt cauſatores eorum pignorare eos non poſſint, placet nobis, vt eorum res infiſcentur, quouſq; venientes ad audiendum, iuſtitiam faciant. Si verò venire contempſerint, ſecundum capitulare Domini, ac genitoris noſtri, de rebus eorum agatur: nam & de rebus eorum,[1] † habita æſtimatione, damnum quæſitori farciatur. Qui verò illud mobile recipit, ſi hoc per ſacramentum probare non potuerit, ꝙ propter iuſtitiam alterius differendam illud mobile non recepiſſet, bannum noſtrum perſoluat. De fratribus namque, qui ſimul in paterna, ſeu materna hæreditate viuunt communiter, nolentes ſubſtantiam eorum diuidere, occaſione, vt vnus eorũ tantùm in hoſtem vadat: volumus, vt ſi ſolus eſt, vadat. Si verò duo, ſimiliter. Si verò tres fuerint, vnus remaneat. Si vltra tres numerus creuerit, vnus ſemper propter domeſticam curã, atque rerum communium excolentiam remaneat. Si verò inter eos aliqua fuerit orta contentio, quis eorum expeditionem facere debeat, tunc prohibemus, vt nemo eorum remaneat. In ætate quoque illorum lex propria ſeruetur. Et in nepotibus hæc conditio remaneat ſimiliter.

[1] † ipſis.

Quando liceat rectoribus eccleſiarum acta anteceſſorum ſuorum reſcindere.

TIT. X.

Rex Aſtulphus. LEX I.

SI quis Longobardus cum Pontificibus, Abbatibus, vel cuſtodibus eccleſiarum, ſeu xenodochiorum præpoſitis, de quibuſcunque rebus conuenientiam fecerit, & pœnam inter ſe pars parti obligauerit, & hæredes & ſucceſſores ſuos obligauerit, & idonei homines interfuerint, non poſſit poſtea ab eorum ſucceſſoribus remoueri, ſicut nec remouetur ab eodem Longobardo, excepto, ſi pœnam obligatam componere voluerit. Si verò commutationem fecerit de caſis, terris, vel familijs,[2] † & interfuerit Miſſus Regis, vel Pontificis, ſeu iudicis, aut tales homines tres, quorum fides admittatur, & res eius meliorata apparuerit: tunc quãdo ipſa commutatio facta fuerit, quam pars religioſi loci ſuſcepit, nullo tempore poſtea ab eorum ſucceſſoribus remoueatur, ſed ſemper commutatio ipſa firma permaneat. Et ſi remouere voluerit pœnam inter ſe obligatam, componat.

[2] † familiis.

Imperator Lotharius. LEX II.

DE precarijs quoque, quæ à rectoribus eccleſiarum irrationabiliter fiebant, & ſe, ſuoſque ſucceſſores pœna graui obligabant, * vt facta eius nequirent diſſoluere: præcipimus, vt nemo ſucceſſor anteceſſoris ſui pœna ſtatuta ſit obligatus: ſed ſuæ prouidentiæ ſit conceſſum, vt ſi anteceſſor eius res Eccleſiæ irrationabiliter diſtribuerit, ab eiuſdem eccleſiæ rectore ad ius tenendum reuocetur.

* No. ꝙ inueſtiens aliquẽ de feudo alieno, vel ſub conditione, vel lege, ſi pmoueatur inueſtitor ante quã feudũ tenens, vel cõditio, aut tempus extet nõ obligatur ſucceſſor eius, ſi inueſtitor eccleſiaſtica perſona erat. ita ad hoc alleg. iſtum tex. ſen. & gl. in titu. qui ſucceſſ.

Idem. LEX III.

VT vbicunque commutationes tam tempore noſtro, quàm genitoris noſtri illegitimæ, & irrationabiles, atque inutiles in eccleſijs Dei factæ ſunt diſſoluãtur, & recipiat vnuſquiſque quod dedit. Vbi verò mortua manus interiacet, aut alia quælibet cauſa, quæ rationabilis eſſe videtur, inuenta fuerit, diligenter perſcribatur, & ad noſtram notitiam perferatur.

Idem. LEX IIII.

SI quis Epiſcopus, aut propinquitatis affectu, aut muneris ambitione, aut cauſa amicitiæ xenodochia, aut monaſteria, vel baptiſmales eccleſias, ſiue eccleſiæ pertinentes cuilibet per emphyteuſeos contractus dederit, ſe, ſuoſque ſucceſſores pœna mulctandos conſcripſerit, poteſtatem talia mutandi rectoribus Eccleſiarum abſque pœnæ conſcriptæ ſolutione concedimus.

Capitula, quæ Imperator Lotharius addidit ad limina Beati Petri Apoſtoli iuxta ciuitatem Romanam, tempore feliciſſimæ, peroptimæque memoriæ Eugenij Papæ, de pontificibus.

TIT. XI.

LEX I.

COnſtitutum habemus, vt omnes, qui ſub ſpeciali defenſione noſtra, ſeu Domini Apoſtolici fuerunt ſuſcepti, impetrata inuiolabiliter iuſta vtantur defenſione. Quòd ſi quis contemptor in quocunque tempore hoc violare

violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ eſſe incurſurum: nam & hoc decernimus, vt Domino Apoſtolico in omnibus obſeruent obedientiam, ſeu Iudicibus, ac Ducibus ſuis, ad iuſtitiam faciendam.

Idem. LEX II.

VOlumus, vt deprædationes, quæ hactenus fieri ſolebant, ne fiant: neque viuente, neque defuncto Pontifice. Si quis verò hoc vlterius fecerit, ſciat ſe legali ſentẽtia eſſe damnandum: quæ autem retroactæ factæ ſunt, placet nobis, vt per diſtrictionem noſtram legaliter fiant emendatæ.

Idem LEX III.

VOlumus, vt in electione Pontificis nullus præſumat venire, neq; liber, neq; ſeruus, qui aliquod impedimentum faciat illi, exceptis ſolummodo Romanis, quibus antiquitus fuit conſuetudo conceſſa, per conſtitutionem ſanctorum Patrum eligendi Pontificem. Et ſi quis contra hanc iuſſionem facere preſumpſerit, in exilio tradatur.

Idem. LEX IIII.

NOuiſſimè admoneatur homo, vt omnis, ſicut Dei gratiam, & noſtram habere deſiderat, ita præſtet obedientiam, & reuerentiam huic Pontifici.

Ne liberi homines opprimantur.

TIT. XII.

Imperator Carolus. LEX I.

AVdiuimus etiam, quòd iuniores Comitum, vel aliqui miniſtri Reipublicæ; ſiue etiam nonnulli fortiores Vaſſi Comitum, aliquas redhibitiones, vel collectiones, quidam per paſtum, quidam ſine paſto, [a] † quaſi deprecando à populo exigere ſolent. Similiter quoque operas, collectiones frugum, arare, ſeminare, runcare, carrucare, vel cætera his ſimilia, à populo per eaſdem, vel alias machinationes exigere conſueuere, non tantùm ab eccleſiaſticis, ſed etiam à reliquo populo: quæ omnia nobis ab omni populo iuſtè remouenda eſſe videntur: quia in quibuſdam locis tantùm inde populus oppreſſus eſt, vt multi ferre non valentes, per fugam à dominis, vel patronis ſuis lapſi ſunt, & terræ ipſæ in ſolitudine redactæ ſunt. Potentioribus autem, vel ditioribus ex ſpontanea tantùm voluntate, vel mutua dilectione volentibus ſolatia præſtare inuicem minimè prohibemus.

a † paſſu.

Pipinus. LEX II.

PLacuit nobis, vt vllos liberos homines, Comites noſtri ad eorum opus in ſeruitium non opprimant: & quicunque hoc fecerit, ſecundum iudicium, quod ſtatutum habemus, emendet.

Lotharius LEX III.

PLacuit nobis de omnibus liberis, vt nihil eis ſuperponatur, niſi ſicut lex eſt, & rectitudo continet.

Idem. LEX IIII.

DE oppreſſione pauperum liberorum hominum, vt non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium, contra iuſtitiam oppreſſi, ita vt coacti res eorum vendant, aut tradant: ideo hoc, vt ſupra de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes eorum contra iuſtitiam exhæredati fiant, & vt regale [a] † obſequium non minuatur: & ipſi hæredes propter indigentiam mendici, vel latrones, ſeu malefactores efficiantur: & vt non ſæpius fiant banniti ad placita, niſi ſicut in alio capitulo præcipimus: ita obſeruetur.

a † legali.

Imperator Guido. LEX V.

NEmo Comes, neque loco eius poſitus, neque Sculdaſius ab Arimannis ſujs aliquid per vim exigat: præter quod conſtitutum legibus eſt: ſed neque per ſuam fortunam in manſione Arimanni ſe applicet, aut placitum teneat, aut aliquam violentiam faciat. Si verò de prædictis perſonis publicis hoc irritum fecerit, honore proprio ſine miniſterio priuetur, & ſecundum legem emendet.

De his, qui ad patriam defendendam ire neglexerint, vel auxilium ſuum Comiti denegauerint.

TIT. XIII.

Imperator Lotharius. LEX I.

QVicunque [a] liber homo à Comite ſuo fuerit admonit', aut à miniſtris eius ad patriam defendendam: & ire neglexerit: & exercitus ſuperuenerit ad iſtius Regni vaſtationem, vel ad contrarietatem fidelium noſtrorum, capitali ſubiaceat ſententiæ. Similiter obſeruandum eſt, ſi vocati fuerint, audito inimicorum noſtrorum aduentu, & ita contigerit, vt hoſtes ſuperuenerint: hi, qui vocati fuerint, & venire noluerint, vnuſquiſque ſecundum ſuam legem emendet.

a *QVicunque.*] Contra l. vt Epiſco. & Comit. l. ulti. Sol. hæc loquitur de his, qui ſunt extra regnum: ibi de his, qui ſunt ex eodem regno.

Imperator Guido.

LEX II.

QVicunq; igitur ex laicali ordine, tam liberi, quàm ſerui homines, in Comitatu manentes, à proprio Comite, vel à publica parte, quæ ab his, qui Rempublicam agunt, admoniti fuerint, ſi ſe ſubtraxerint ab adiutorio ſui proprij Comitis, & eum non adiuuauerint intra ipſum Comitatum contra prædones venientes in ſuo Comitatu, tertiam partem liberi ex ſuis mobilibus componant: ſerui autem lx. ictus à proprijs dominis accipiant; ſi tamen probatum fuerit, quòd eis fuiſſet denuntiatum.

Idem. LEX III.

SI igitur ex præcepto imperiali Comes loci ad defenſioné patriæ ſuos Arimannos hoſtiliter præparare [1] † monuerit, aut per ſe, aut per Miſſos ſuos, ſi aliquis eorum remanſerit, exceptis his, quos Epiſcopus elegerit in ſua neceſſitate, aut Comes dimittere voluerit, niſi aliquibus ſonnis, & cæteris impedimentis, quæ legibus continentur, detentus fuerit, guidrigild ſuum componat; & hoc nullus Comitum, aut publicus poteſtatem [2] † habeat exigendi, niſi cum Miſſo palatij Imperatoris.

1 † properare.

2 † aut cuius publica poteſtas eſt.

Qualiter cum fara [3] † ſua alicui migrare permiſſum ſit.

3 † pharra.

TIT. XIII.

Rex Rotharis. LEX I.

SI quis liber homo migrare voluerit aliquò, poteſtatem habeat intra dominium Regni noſtri, cum fara ſua migrare quò voluerit: ſic tamen, ſi iam à Rege ei data fuerit licentia. Et ſi ei aliquas res Dux, aut quicunque liber homo donauerit, & cum eo noluerit permanere, vel cum hærede ipſius, res ad donatorem, vel hæredem eius reuertantur.

De aduenis.

TIT. XV.

Rex Rotharis. LEX I.

OMnes gargangi, [4] † qui de exteris finibus in Regnum noſtrum aduenerint, ſeq; ſub ſcuto poteſtatis noſtræ ſubdiderút, legibus noſtris Longobardorum viuere debeant, niſi legem ſuam à pietate noſtra meruerint. Si legitimos filios habuerint, hæredes eorum in omnibus, ſicut & filij legitimi Longobardorum exiſtant: & ſi filios non habuerint legitimos, non ſit illis poteſtas abſque iuſſione Regis, res ſuas cuicunque thingare, aut per quodlibet ingenium, aut per quemlibet titulum alienare.

4 † uuaregangi. aliàs vuaregág.

De his, qui ſecreta Regis fraudulenter inquirunt.

TITVLVS XVI.

Rex Rachis. LEX I.

RElatum eſt nobis, ꝙ ſunt aliqui praui homines, qui ſubmittunt in Palatium ad noſtrum ſecretum diſcendum, vt per delicioſos, aut per hoſtiarios, vel ꝑ alios homines captioſè, aut abſconsè inueſtigare poſſint, quicquid nos agimus: & ipſi, qui rogantur, quæ cognoſcere poſſunt, eis mandant, aut annuntiant noſtra ſecreta, & adhuc in extraneas prouincias mandatum faciunt: ſed apparuit nobis, vt ille, qui talem cauſam perpetrare præſumpſerit, nó eſt in fide ſua rectus, ſed in mala ſuſpicione manere videtur. Vnde decernimus, vt, qui in tali cauſa amodo detentus fuerit, tam qui ſubmittit, * quàm qui ſubmittitur, animæ ſuæ incurrat periculum, & res eius infiſcentur, quia ſicut dicit ſcriptura, Secretum regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei honorificum reuelare eſt.

* No. ꝙ contra proditores nunquam miſericorditer agendũ eſt, ſed ipſi debent ſua temeritatis conatibus opprimi. vt C. de ſer. & accu. l. 1. & 2. & de dela. l. fin. lib. 11. ita Bal. de pace Cõſta. in prin. ver. diſpenſationem. & per glo. & Doct. in c. de forma. 22. q. 5. & dixi ſtrac. de auth. magni. ciui. & prala. & ſup. de conſem l. 1.

De bruncis [5] † extra noſtrum Regnum non vendendis.

TIT. XVII.

Imperator Carolus. LEX I.

DE bruncis, [6] † vt nullus extra Regnum noſtrum vendere præſumat.

5 † brunei.

6 † brunetis.

Vbi mercatum habendum ſit.

TIT. XVIII.

Imperator Carolus. LEX I.

VT mercatũ nullo loco habeatur, niſi vbi antiquitus fuerit, & legitimè debet eſſe.

De eo, qui alium iniuſtè in iudicio adiuuare præſumpſerit.

TIT. XIX.

Idem. LEX I.

SI quis in iudicio [a] iniuſtè hominem contra aliũ altercantem per malum ingenium præſumpſerit adiuuare, atque inde coram iudicibus, vel Comitibus increpatus fuerit, & negare non potuerit, quindecim ſolidorum culpabilis iudicetur.

a. SI quis in iudicio.] Contra. ſ. de offic. iud. l. 1. Solu. hic loquitur non de præſtantibus patrocinium, ſed de alijs ſuffragatoribus.

Qua lege Aldiones, vel Aldiæ viuere Debeant.

TIT. XX.

Idem LEX I.

ALdiones, vel Aldiæ ea lege viuant in Italia in ſeruitute dominorum ſuorum, qua Fiſcalini, vel L.di viuunt in Francia.

De

De contemptoribus Legum.

TIT. XXI.

Idem. LEX I.

DE his, qui legem ſeruare contempſerunt, vt per fideiuſſorem in præſentia Regis deducantur.

Vt manſuræ æquales fiant.

TIT. XXII.

Idem. LEX I.

DE manſuris, vt ſecundum iuſſionem noſtram æquales fiant.

De homine ad iudicium non mittendo.

TIT. XXIII.

Idem. LEX I.

VT nullus pręſumat hominem ad iudicium mittere, niſi iudicatum fuerit.

Ne per vitam Regis, vel filiorum iuretur.

TIT. XXIIII.

Idem. LEX I.

NVllus præſumat per vitam Regis, vel filiorum eius iurare.*

*In Auth. de mand. Princi. §. ſi tibi. col. 3. & l. vna. C. ſi qs Imper. maled.

Ne quis iudicem ſuum prætermittat.

TIT. XXV.

Idem. LEX I.

VT cauſa, quæ adhuc coram Comite non fuerit finita, & is, qui ſe reclamat propter ſuam ſtultitiam, aut contumaciam, & Comitem inde appellare noluerit, iterum Comiti commendetur.

De excommunicatis.

TIT. XXVI.

Idem. LEX I.

PLacuit nobis ſecundum ſanctorum Patrum auctoritatem, ſi quis ab Epiſcopo ſuo iuſtè excommunicatus fuerit, à nullo penitus recipiatur: antequam in præſentia ſui Epiſcopi veniat, pro culpa ſatisfactionem redditurus.

Si quis ſanctum criſma ad iudicium ſubuertendum dederit.

TIT. XXVII.

Idem. LEX I.

VT presbyter, qui ſanctum criſma dederit ad iudicium ſubuertendum poſtquam de gradu ſuo expulſus fuerit, manum amittat.

De eo, qui bonum denarium refutauerit.

TIT. XXVIII.

Idem. LEX I.

QVicunque liber homo denarium merũ, & bene peſantem recipere noluerit, bannum noſtrum, id eſt, lx. ſolid. componat. Si verò ſerui eccleſiaſtici, aut Comitum uel vaſallorum noſtrorum hoc facere præſumpſerint, lx. ictus accipiant: aut ſi magiſter eorum, aut aduocatus, qui liberi homines ſunt, eos vel Comiti, vel Miſſo noſtro præſentare voluerit, prædictum bannum, id eſt, lx. ſoli. componat.

Vbi interdictum ſit Legatum alicui mittere.

TIT. XXIX.

Rex Rachis. LEX I.

SI quis iudex, aut quicunque homo Miſſum ſuum præſumpſerit dirigere Romam, Rauennam, Spoletum, Beneuentum, Franciam, Baioariam, vel Alamaniam, Græciam, aut Nauarram ſine Regis iuſſione, animæ ſuæ incurrat periculum, & res eius infiſcentur.

Si mulier filium ſuum ad confirmandum tenuerit.

TIT. XXX.

Imperator Carolus. LEX I.

SI mulier filium, vel filiam ſuam per fraudẽ aliquam coram Epiſcopo ad confirmãdum tenuerit, propter fallaciam ſuam, pęnitentiam agat, à uiro tamen ſuo non ſeparetur.

De capitulis legi Salicæ additis.

TIT. XXXI.

Imperator Carolus. LEX I.

GEneraliter omnes admonemus, vt capitula, quæ præterito anno legi Salicæ cum omnium conſenſu addenda eſſe cẽſuimus, iam non vlterius capitula, ſed tantùm leges dicantur imò pro legibus Salicis[1] † teneantur.

1 † lege Salica.

Qualiter iudicium inter Epiſcopum, & priuatum fieri debeat.

TIT. XXXII.

Imperator Pipinus. LEX IIII.

VT qui ſe reclamauerit ſuper Pontificẽ, quòd iuſtitiam habeat, ad inquirendum[2] † dirigat illum Comes, aut per Miſſum ſuum, aut ꝑ epiſtolam ſuã ad ipſum Pontificem: & ſi Epiſcopus ipſe Francus, aut Longobardus[a] diſtulerit ad iuſtitiam faciendam, tunc iuxta, vt ipſi Epiſcopi elegerint, ubi conſuetudo fuerit pignorandi à longo tempore, ut in antea in eo modo ſint pró iuſtitia facienda. & hoc ſtatuimus, ut ubicunque Epiſcopi* ſubſtantiam habuerint, aduocatum habeant in ipſo Comitatu, qui abſque tarditate iuſtitiam faciat, & ſuſcipiat. Et talis ſit ipſe aduocatus liber homo, bonæ opinionis, laicus, aut clericus, qui per ſacramentum pro cauſa eccleſię, quam peregerit, deducere poſſit; iuxta qualitatem ſubſtantiæ, ſicut lex eorum habet.

a VT qui. Aut Longobardus.] Hodie uero omnes clerici lege Romana uiuere debent. l. vt omnis ordo. ſup de Epiſco. & cleri.

2 † Requirendum.

* No. Epiſcopos pro iuſtitia miniſtrãda ꝑ iudices ſeculares cogi poſſe, in capite pignorib. qđ eſt de ſtylo Frãcia quo Epiſcoporũ tẽporale ꝑ defectu iuſtitia ſalſium, & ad manũ regiam ponitur.

De rebus forfactis.

TIT. XXXIII.

Idem. LEX I.

Nota de rebus forfactis, i. de rebus in bannũ miſſis, q̃ fiſco anno, & die lapſis, ſociantur.

DE rebus forfactis,* quæ per diuerſos Comitatus ſunt, volumus, vt ad palatium pertineant, tranſacto anno, & die.

De hominibus Placentinis.

TIT. XXXIIII.

Idem. LEX I.

NOn eſt noſtra voluntas, vt homines Placentini per eorum præceptum de curte palatii noſtri Aldiones recipiant.

Vt Imperatoris foreſtæ cuſtodiantur, & aliæ nouiter non inſtituantur.

TIT. XXXV.

Imperator Lodoicus. LEX I.

DE foreſtis noſtris, vt vbicunque fuerint, diligentiſſimè inquirantur, quomodo ſaluæ factæ ſunt, & defenſæ, & Comitibus denuntietur, ne vllam foreſtam nouiter inſtituant: & vbi nouiter inſtitutas ſine noſtra iuſſione inuenerint, dimittere præcipiant.

De Romanis iudicibus, vt in præſentiam Imperatoris veniant.

TIT. XXXVI.

Imperator Lotharius. LEX I.

PLacuit nobis, vt cuncti Iudices, ſiue hi, qui cunctis præeſſe debent, per quos iudicialis poteſtas in hac vrbe Romana agi debet, in præſentiam noſtram veniant volentes nomina, & numerum ſcire, & ſingulis de miniſterio ſibi credito admonitionem facere.

De capitulis pro lege tenendis. I†

I† ſeruandis.

TIT. XXXVII.

Idem. LEX I.

PLacuit nobis, vt capitula, quæ excerpſimus de capitulari bonæ memoriæ aui noſtri Caroli, ac genitoris noſtri Lodouici Imperatoris: his oĩbus, & fidelib. nr̃is, & ſanctæ Eccleſiæ in Regno Italiæ cõſiſtentibus, pro lege teneantur, & ſeruentur: & quicunq; horũ capitulorũ contemptor* extiterit, ſexaginta ſolidis componat.

Qui legẽ cõtẽnit bannũ præſtare debet. ſup. de contẽp legum.

De ſcriptis ſine menſe, & die menſis.

TIT. XXXVIII.

Idem. LEX I.

AVditũ cõperimus, in finibus Thuſciæ talia ſcripta eſſe prolata, quæ ſunt abſq; menſe, & die menſis, de quibus volumus, ut ſi deinceps prolata fuerint, nullum habeât vigorem.

De ſuſpectis tutoribus remouendis.

TIT. XXXIX.

Idem. LEX I.

COmperimus, ꝙ ab his, qui ſm̃ mundanã legẽ uiduarũ, & orphanorũ tutelam ſibi uendicant, nõ ſolũ negligunt, ſed ẽt aliquotiens opprimuntur, quibus Eccleſiaſtica ſolicitudine ſuccurrendũ eſſe cẽſemus: & ſi huiuſmodi oppreſſores ab Epiſcopali admonitione corrigi voluerint, gratulandũ his eſt. Sin autẽ in obſtinationũ impietate durauerint, ſuggerendũ eſt clemẽtiſſimo Imp. quatenus ipſe efficacẽ tutorẽ tribuat, & ut illi remuneratio reddatur: adeo ut de inutili ſilẽtio ſacerdotalis ordo dãnetur.

Quibus honoribus filij Diaconorum, & Presbyterorum remoueantur.

TIT. XL.

Imperator Ottho. LEX I.

DIaconorum Epiſcoporum, Presbyterorũ filios Notarios, Sculdaſios, Comites, Iudices fieri omnibus modis prohibemus.

Imperator Lotharius. LEX II.

DIuina fauẽte clemẽtia, Imperator Lotharius Romanorũ, pius, felix, inclytus, inuictiſſimuſq; trũphator ſemper Auguſtus, cũ uniuerſo populo, imperialis beneuolẽtiæ, paternique amoris propriũ iudicamus, cõmoda ſubiectorũ inueſtigare, & eorũ diligẽti cura mederi calamitatibus, ſimulq; publicũ * bonũ, & ſtatũ ad dignitatẽ Imperij oĩbus priuatis præponere cõmodis. Quo circa omniũ fideliũ noſtrorũ, tã futurorum, q̃ ẽt p̃ſentium nouerit uniuerſitas, qualiter dũ apud Roncalias, ſm̃ nobiliſſimorũ Imperatorũ antiquorũ conſuetudinẽ pro iuſtitia, ac pace Regni cõmponenda cõfœderemus, oĩa, q̃ ad honorẽ Imperij ſpectare uidentur, ſolicitẽ indagãtes, pernicioſam peſtẽ, & Reipublicæ nõ mediocre detrimentũ inferentẽ, reſecare propoſuimus. Per multas enim interpellationes factas ad nos didicimus, milites beneficia ſua paſſim diſtrahere, acita omnibus exhauſtis, ſuorũ ſeniorũ ſeruitia ſubterfugere: per qđ uires Imperalis Maieſtatis maximè debiles, attenuataſq; eſſe cognouimus, dũ Proceres noſtri milites ſuos oĩbus beneficijs exutos ad fœlicẽ nr̃i Imperialis numinis expeditionem minimẽ trãſducere valeãt. Hortatu itaq; & conſilio digniſſimorũ Archiepiſcoporũ, Ducũ, Marchionũ, Comitũ, Palatinorũ, cæterorũq; nobiliũ, ſimul & iudicũ, hac edictali lege in omne æuum (Deo propitio) valitura, decernimus, nõ licere beneficia, q̃ à ſuis ſenioribus habẽt, abſq; ipſorũ permiſſu diſtrahere: vel aliqđ cõmerciũ aduerſus tenorẽ noſtræ cõſtitutionis excogitare, p qđ Imperij, vel dominorũ minuatur vtilitas. Si quis verò cõtra ſaluberrima noſtræ legis præcepta ad huiuſmodi illicitũ cõmerciũ acceſſerit, vel aliquid in fraudẽ legis machinari tentauerit, pretio, ac beneficio ſe careturũ agnoſcat. Notariũ verò, qui ſuper tali contractu libellũ, vel aliud inſtrumẽtũ cõſcripſerit, poſt amiſſionẽ officij, infamię periculũ ſuſtinere ſancimus. Datum à noſtra Imperiali ſede, ſexto die menſis Nouembris, Indictione quintadecima.²†

No. Rem pub. p̃ferri debere rei priuatæ: ut auth. res, quæ ſubiacent. C. communia de leg. cum ſi.

²† vnde ſupra.

FINIS.

ANDREAE DE BARVLO IVRISCONSVLTI,

Commentaria in leges Longobardorum.

VTilitas huius opuſculi, cũ per ſe pateat, cõmendatione nõ indiget. Sic enim qñq; Iuriſconſultus Vlpianus loquitur, vt ff. de iureiur. l. 1. ff. de exerci. l. 1 in prin. Subuenitur enĩ, & ſuccurritur per hoc opuſculũ ſtudẽtibus in iure ciuili multis anguſtijs, & immẽſis vigilijs in ipſo ſtudio fatigatis: & poſt lõgũ tp̃s ad ipſius iuris ciuilis plenã ſciẽtiã uenientes reuertũtur ad propria iã periti. Et dũ fructũ ex labore capere cupiũt, accedũt ad curiã eorũ patrocinia petentibus p̃bituri: & multotiẽs in ſuis decipiũtur allegationibus, verecũdiã exinde reportãt, dũ ius Longobardorũ ignorãt, qđ iuri Roma o in multis caſib. cõtradicit, vt j. oſtendam. Et per quandam inueteratã cõſuetudinẽ in Regno iſto Siciliæ derogat ipſi iuri Romano, quæ cõſuetudo eſt optima legum interpres, vt ff. de leg. & Senatuſcõſ. l. de interpretatione. Vidi enim ſępe magnos aduocatos in iurę Romano valde expertos verecũdatos à minimis aduocatis ius Longo. ſciẽtibus. Et præcipuè cũ nuper quadam die in foro cõtentioſo manerẽ, quidã optimus aduocatus dum multa de iure Romano pro ſuo cliẽtulo allegaſſet, ſurrexit ex altera parte quidã aduocatellus, & oſtẽdit ius Lõgobardorum in cõtrariũ iudici, quod ſubtus capã tenebat abſconſum, & ſic aduocatellus in cã obtinuit. Nã in caſu illo ius Longo. diſcordat à iure Romano. Ille autẽ magnus aduocatus remãſit frigidus, & verecũdus, videns ſe ab impari, & tã de facili ſuperatum: & ius Romanorũ ſibi non proderat allegare, cum eſſet ſibi cõtrariũ ius Longob. Et illa hora cępi in animo meo cogitare hoc opuſculũ. In quo ſummario cõpendio narrabo oẽs caſus, in q̃bus differãt inter ſe iura p̃dicta. Præbuit enim aduocatellus ille cãm huic opuſculo, ſicut Calphurnia p̃buit cãm edicto. Quibus caſibus cognitis, facilè erit cuilibet aduocato iuris Lõgo. inſidias euitare. Et quaſi ſuperfluũ erit in iure Long. ſtudere, poſtquam notauerim caſus oẽs, in quibus dictum ius Longo. à iure Romano diſcordat: cum in cæteris alijs tanquã innumeratũ firmũ remaneat ius cõe. C. de teſta. l. ſancimus. C. de appel. l. præcipimus. in fi. & in Auth. q̃b. mod. nat. effic. ſui. §. tribus. & in Auth. de nõ alie. aut permut. §. vt autẽ lex. & ff. ad munic. l. 1. Præponam aũt caſum illũ, q̃ hodie magis in iudicijs frequẽtať.

Quãdo, & qualiter pars purgare ſe debet. Tit. I.

DIfferũt q̃dẽ primò inter ſe ius Romanũ, & Lõg. q̃a de iure Romano, actore nõ probãte plenè, vel ſemiplenè, ẽt ſi nil p̃ſtiterit, reus abſoluetur, ut C. de eden. l. q̃ accuſare. & C. de proba. l. 2. & Inſti. de interdi. §. cõmodũ. cũ multis ſimil. niſi in caſib. ſpecialibus, in q̃bus lex defert ſacr̃m reo ad purgationẽ ſui. C. de his, qui ad eccl. confu. l. præſenti. §. quod ſi res. & in gl. ſuper verbo, de conſcientia ſua. quibus caſib. ſacra. dela. referri nõ põt: ut no. ibidem. Semiplenè ideo dixi: quia ubi actor ſemiplenè probat, defertur ſacramentum quandoque actori, q̃nque reo, habita diſtinctione, quę no. ff. de iureiur. l. admonẽdi. & C. de reb. credi. l. in bonæ fidei. ſecus autẽ de iure Longo. quia in defectu legitimæ probationis poteſt petere actor a reo, ut purget ſe cũ ſacramentalibus ſuis ſecundum qualitatem cauſæ, ſiue ſit cã ciuilis, ſiue criminalis, ut in Longob. quali. quis ſe defe. l. ſi qualiſcunque cauſa. & dabit ſibi iudex ſpatium uſque ad duodecim dies, & noctes ad producendum ſacramẽtales. Et ſi fortè propter ęgritudinem, aut aliam iuſtã cãm, ſuperueniente prædicto conſtituto die, nõ potuerit iurare, ſuſpendiť cã vſq; ad 12. alias noctes: vt in gl. d. l. ſi qualiſcũque cã. & ſi nec compleuerit, & per totũ annũ dilatauerit, & ſacr̃m nõ dederit, cãm amittit. Illud aũt notandũ, q̃d ſi nulla iuſta de cã impeditus in primis 12. noctibus nõ præſentauerit ſacramẽtales ſuos in iudicio, iudex poterit, tranſactis 12. noctib. pignorare, ut no. Caro. in d. l. ſi qualibet. Item no. ꝙ parẽtes ex parte matris non debent noïari ei, cui ſacr̃m datũ eſt cũ ad ſucceſſionẽ nõ ueniũt iure Longob. ut no. Caro. in d. l. ſi qualiſcunque. Item no. ꝙ ſicut actor põt impulſare ſacramentales reo in articulis ſuis, ita reus põt impulſare actori in except onib. ſuis, ut no. Caro. in Lõg. de homi. lib. ho. l. ſi q̃s ex leui. in exceptionibus enim reus partibus actoris fungitur, ut ff. de prob. l in exceptionibus. & de exce. l. 1. Qualitas aũt tpis talis eſt, videlicet, ut ſi vſq; ad 20. ſoli. cã fuerit: aut amplius, iuret ad ſancta Dei euãgelia cũ 12. ſacramẽtalibus, ita ut ſex noïentur ab illo, qui pulſat, & ſeptimus ſit ille q̃ pulſať, & 5. ſibi eligat quales uoluerit, & ſint 12. Quòd ſi minor cã ſit 20. ſol. uſque ad 12. iuret cũ 6. ſacramẽtalibus, ita ut tres is noïet, q̃ pulſat, & ipſe, qui pulſatur, eligat duos quales uoluerit, & ſextus ſit ipſe. Et ſi minor cã fuerit quam 12. iurabit ipſe cum duobus, ita ut unum is noïet, qui pulſat, & aliũ ſibi inueniat, qui pulſatur, & tertius ſit ipſe. & hęc colligũtur in p̃dic. l. ſi qualiſcunque cã. Soli. aũt accipias ita quod 72. faciant librã auri, vt C. de ſuſcept. & archa. l. quotiens. quia lege Lõg. nõ inuenitur determinatũ. Et quotieſcunque aliquid nõ eſt determinatũ per ius Longo. recurrendum eſt ad ius Roma. vt no. in Longo.

de

de prohi.alie. min.l.ſi infans. & de debi.& gua. l.ſi quis debitum. Multa alia eſſent dicenda circa hanc materiam, quæ cauſa breuitatis omiſi.

De prohibita alienatione minoris. Tit. II.

DIfferũt ēt iura prædicta: quia de iure Rom. qui emit à minore nõ ſemper ꝑdit pretiũ, ſed dēt minor reſtituere quatenus locupletior factus eſt, nã ſicut in damno morari non dēt, ita nec in lucro, ut C. de repu.l.1: ff. de admi.tu.l.ſiue herede.§. interpoſito curatore. De iure autẽ Long. qui à minore emit ſemper perdit pretiũ, & rem emptã reſtituere tenetur, ut in Long. de prohi.alie.mino.l.2. & hoc no.eo.tit.l.ſi infans: quod intellige, niſi minor uenderet in caſib.à iure permiſ.tũc enim, ſeruata ſolemnitate, quæ in alienatione minoris requiritur de iure Long. irreuocabiliter minor alienat, vt no.Caro.in eo.ti.l.2. Et ſolemnitas, quæ requiritur ibidem no.ſ. vt fiat alienatio cum notitia iudicis, & auctoritate tuto.vel curat.ſecundum generalem conſuetudinem, ſapienter conſideratis, quæ conſideranda ſunt, vt ſi debitum poſſit expediri per mobilia, non extendatur manus ad immobilia, & conſideretur, vtrum expediat, rem magis uendere, quàm pignori obligare, vel ecõtra, & fiat illud, quod magis pupillo expedit, & melius ſit: ut ibi dicitur.

Vtrùm minor poſſit prouocare, vel non. Tit. III.

DIfferunt etiam: quia minor de iure Roma. non poteſt prouocare ad diuiſionem, ſed prouocari poteſt, vt C. de prædi. mino. l. inter omnes. ff. de condict.fur.l.& ideo eleganter. & no.C.commun. diui.l.ult. De iure autem Long. prouocat, & prouocatur, vt no.Caro.in Long. de prohi.alie.mino.l.3. quod eſt generale in omnibus, qui alienare non poſſunt: ut ibidem no.

Intra quod tempus quis dicatur minor, vel infans. Tit. IIII.

DIfferunt, quia iure Ro. quis dicitur minor vſque ad 25. annos, vt ff. de mino. in rubro & nigro, & in multis partibus corporis iuris. De iure autem Longob. dicitur quis minor vſque ad 18. annos: ut no.Cano in Longob.de prohi.alie mino.l.1. concordat in hoc ius Longob. cum iure conſti. imperialiũ, quæ ſtatuunt, perfectam ætatem eſſe, tam in maſculis, quàm in fœminis 18.annos.tam in contractibus, ꝗ in iudicijs oĩbus, Frãcis exceptis tantummodo, in quibus ad hoc ut alie. exeant ptãtẽ, 15. annorũ ſpatiũ pręfinit, ut in cõſti.impe. de reſti.mino.& rem pub.l.minorũ. in fi. No.ꝙ legitima ætas ad nubendũ eſt 14. annorũ, ſed ad cõſentiendũ eſt 13. an. ut plenè no. per Car. in l. nulli liceat. de ſuc.in Longob. Et pupillus dicitur proximus pubertati, quando diſtat a pubertate per 6.mẽſes, ut l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudi.per Bar.in l.1. ff. de noua. Adde, ꝙ infans dicitur de iure Ro. 7.anno. ut in l. ſi infanti. C. de iure delib. De iure uerò Longo. verbum, infans, extenditur uſque ad 18.annum: vide quod no.Caro. in Longo.de proh. alie.min.l.2. & l.ſi quis puerum. de eo, qui ſeruũ alie. aut mulie. in ſac.miſ. Differunt etiam, quia de iure Longob. ætas 18. annorum eſt perfecta, quò ad omnia, ut in Lõg. de prohi. alie. mino.l.1. ſicut de iure communi ætas 25. anno. l.pe. C. qui veni.æta impet.& cũ iure Longob. concordat conſtitutio regni, minorum.ur.de in integrum reſti.mi.

De venditione rei morboſæ. Tit. V.

DIfferunt ēt quia de iure Rom. uenditor rei morboſæ, vel uitioſæ teneť emptori, ſiue ſciat, ſiue ignoret: neq;.n. intereſt emptoris, an fallatur innocentia, an callid.tate, ut ff. de ædil. edic.l.1.§.cã huius. de iure aũt Longo. ignorans venditor excuſatur, ut in Long. qualiter quis ſe defendere dēt.l.ſi quis cõpenſauerit. dēt tamen uenditor iurare, quòd ipſe rei uenditæ uitium, vel morbum ignorauit, & abſoluetur, ut in ea. l. & habent hæc locum tam in rebus animatis, quàm inanimatis, ut no.Caro.in d.l.ſi quis.

De emptione futurorum fructuum. Tit. VI.

DIfferunt etiam, quia de iure Ro. futuri fructus rectè emuntur, ut ff. de contrahen. empt.l.nec emptio. de iure autem Long. expreſſè prohibita eſt emptio futurorum fructuum, ut in Longobar. de prohi.alie.futu.fruct.

De laudatione auctoris. Tit. VII.

DIfferunt ēt in laudatione auctoris in duobus: quia de iure Rom. auctor põt laudari qñcũq; ante ſniam, ut ff. de euict.l.ſi rem.in fi.licèt uideatur cõtra ff. de leg.3.l.qui cõcubinã.§.ſi hæres. vbi dr̃, ꝙ dēt denũtiari ante iudiciũ acceptũ. de iure aũt Lõgob. auctor laudandus eſt ante litẽ cõteſt. nõ poſt: & trãsfertur iudiciũ in auctorem laudatum, ut no.Caro. in Longobar. de euictio.l.1. & de reb.in tertia.l.ſi quis equũ.

De patria poteſtate. Tit. VIII.

DIfferũt etiã, quia de iure Romano ſunt in ptãte noſtra liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptijs procreauimus: ut Inſtit. de pat. pot. & C. eod. tit. per totũ: & patet per multas leges per corpus iuris diſperſas. De iure aũt Lõg. filius nõ eſt in poteſtate patris, ſed in patris familias: ut no. Caro. in Longob. de præſcr. præ. l.inter fratres. & concor. ius Long. cum iure Francorum, qui non habent filios in poteſtate, ſed prorſus abſolutos, ut no Inſtit.eo tit. Sunt & aliæ gẽtes, quæ habent filios, ut ſeruos, & eos uendunt, ut ſunt Dalmatici, aliàs Sclauoni, ut ibi no ex quo ergo de iure Longobar. filius non eſt in poteſtate, ſequitur, quòd ubicunque ius Long. obſeruatur, quicquid acquirit filius, ſibi acquirit, quò ad proprietatem, & ad uſumfructũ, licèt ſecus ſit de iure Rom. quia quicquid lucratur filiusfamilias, ſiue ex aduentitia cauſa, ſiue ex contractu, habet pater uſumfructum, ut C. de bon.mater.l.1.& 2.& C. de bo.quæ lib.l.cum nõ ſolũ.in princ. Dico tamen, ꝙ hodie non obſtante iure

Longob.

Longob. per ꝙ filiusfamilias nõ eſt in ptāte patris, de aduentitijs bonis delatis filijsfamilias vſusfructus eorum diuideť in viriles portiones inter patres, & filios: vt C. de bon. mater. l. 3. in prin. q̃ loquiť in emãcipatis. Itẽ ſeq̃tur, ꝙ filiusfamilias poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu pr̃is, vel ſuo, vel alieno noĩe, vt pr̃, vel defenſor: ꝙ de iure Rom. eſſe nõ põt, vt C. de anna. except. l. 1. in fi. Itẽ poſſet eſſe lis inter patrem & filiũ: ꝙ ſecus eſt de iure Rom. vt ff. de iudic. l. lis nulla. niſi eſſet emãcipatus, & tũc petita venia, & obtẽta, vt C. de in ius vocã. l. vlt. Si n. eſſet i ptãte, ẽt cum venia non poſſet, vt ex. l. dr̃. Sublato ergo iure patriæ poteſtatis per ius Longobar. multis legibus iuris Rom. eſt derogatum: ſed quia longum eſſet narrare, cauſa breuitatis omitto: & quia curioſus lector poterit per ſe inuenire.

In cuius poteſtate ſit mulier coniugata.

TIT. IX.

Differũt ẽt quia de iure Rom. mulier nupta in ptāte pr̃is eſt, & nõ mariti, niſi quò ad debitũ carnis, vt C. ſolu. matr. l. dos à pr̃e. & Inſti. ad Senatuſcõ Tertyl. §. poſtea aũt. & ibi no. C. de colla. l. filiæ licet. de iure aũt Longo. ſecus vt in Longo. qualiter mili. lib. alien. permiſ. ſit.

De matrimonijs. TIT. X.

Differũt ẽt, quia de iure Roma. matrimonia debent eſſe libera, vt C. de ſponſ. l. fi. in fi. C. de nupt. l. neq; ab initio. ſecus de iure Longo. vt no. Caro. in Longobar. de ſponſa. l. 1. in fi.

¶ Differunt ẽt, quia de iure Rom. mulier vidua prohibetur nubere intra annũ; & ſi nubat tã ipſa, quã qui eã duxit, infameť, vt ff. de his, q̃ not. infa. l. 1. & l. 2. & l. liberorũ. C. eo. tit. l. decreto. & amittit mulier donationẽ ꝑ nuptias, & q̃cquid conſequuta fuerit ex primo mr̃imonio, vt in Auth. de nup. §. j. De iure aũt Longob. mulier vidua põt licitè nubere poſt 30. dies cũ conſilio Epĩ, ſi Eps fuerit pr̃s, alioquin cũ conſilio aliorũ ſacerdotũ, & parentũ ſuorum, vt in Longob. intra quod tempus permiſſum eſt viduæ virum ſuſcipere, l. qui viduam. l. de fœminis. no. Caro. in Longobar. de ſponſa. l. ſi quis filiam ſuam.

¶ Differunt ẽt, quia de iure Roma. ſi pr̃, vel frater velit dare filiã, vel ſororẽ in vxorẽ hoĩ inferioris gradus, vt per hoc nihil, vel modicum de bonis pr̃is hẽat, de iure Roma. neceſſe hẽt filia, vel ſoror pr̃i, vel fratri conſentire, niſi turpẽ, & viliſſimũ ſpõſum eligat, vt ff. de ſponſa. l. ſed ea, quæ. De iure aũt Lõgo. in tali caſu rectè filia patri, vel ſoror fratri põt contradicere, vt no. Caro. in Long. de ſpõſ. l. ſi quis filiam quia peius nõ poſſet eẽ tractata mulier, q̃ ſi illũ accipiat virũ, quẽ ipſa nollet, vt in Lõgo. quali. ami. mul. l. vlt.

De mundualdis. TIT. XI.

Differũt ẽt, quia ſicut iure Rom. pupillis datur tutor, & adultis curator, tã maſculis, q̃ feminis, ſic de iure Longo. datur feminis mundualdus tã minoribꝰ, q̃ maioribus, ſine quo mulier non põt viuere, i. vitam ducere, ſicut piſcis ſine aqua, vt in Lõgo. quali. muli. lib. alie. permiſſit. l. j. & de hoc ibi. & tutor, & curator ſentiunt tñ onus ex cura. Mũdualdus verò, licèt habeat onus ex mũdio, cõſequiť tñ eò q̃ ſuccedit mulieri noĩe mũdij. Item partem hẽt cõpoſitionis, q̃ fit ꝑꝑ iniuriã factã mulieri. & hæc oĩa no. Caro. in Longob. quali mul. lib alie. permiſſ. ſit, l. j.

¶ Differunt ẽt, quia maritus non põt eſſe curator vxoris ſuæ de iure Romano, ff. de excu. tut. l. j. in fi. & Inſti. eo. tit. §. pe. De iure aũt Longob. maritus eſt præcipuus mundualdus vxoris ſuæ, & omnia bona ſua adminiſtrat, & ſine eo non põt viuere, & vitam ducere, vt in Longob. de ſucceſ. l. fi. & quali. mul. alie. lib. permiſ. ſit, l. j.

De iniuriis. TIT. XII.

Differunt ẽt, quia iure Romano paſſus iniuriã hẽt totã condemnationem, vt Inſti. de iniur. § inſumma. de iure aũt Longob. hẽt medietatem, & curia aliam medietatem, ut in Longob. de iniur. mulie. l. 1. & de ingreſſ. in vi. fact. l. 1. ſed hodie conſtitu. regni habet tertiam partem, & curia duas: ut in conſtit. uarietates.

¶ Differũt etiam, quia de iure Romano patitur maritus iniuriã per uxorẽ, & põt agere actione iniuriarum maritus ſuo noĩe, & noĩe uxoris, ut Inſtit. de iniur. §. patitur. De iure aũt Lõgob. nõ poteſt agere maritus ſuo nomine de iniuria facto uxori, ſed nomine uxoris tm̃, ut no. Caro. in Longobar. de iure mulie. l. nuntiatum. in fi.

¶ Differunt ẽt, quia iure Romano non inuenitur cautũ, ꝙ de iniuria facta mulieri grauiꝰ puniať, quam de iniuria facta maſculo. De iure autem Lõg. caueť, ꝙ magis puniť de iniuria mulieris, q̃ maſculi ꝑꝑ ſexus fragilitatẽ, quia ſe uindicare nõ põt, ut in Lõg. de iniur. mul. l. 1. & ibi no.

¶ Differunt ẽt, quia iure Roma. de minimis non põt agi actione iniuriarũ: ut ff. quod met. cau. l. metum. ſecus aũt de iure Long. quia ꝓ minimis cõpetit iniuriarũ actio, ut in Lõgo. de iniur. l. 2.

De ſacramento defuncti, & hæredis.

TIT. XIII.

Differunt ẽt iura prædicta, quia de iure Ro. multũ differt ſacrm̃ defuncti à ſacrõ hęredis, ut C. de iniur. l. gñaliter. in prin. De iure aũt Long. non ſemper differt, ut no. Caro. in Long. de pſcri. l. ſi quis poſſederit. & l. de poſſeſſione.

De ſucceſſionibus. TIT. XIIII.

Differũt ẽt iura ꝑdicta in ſucceſſionibus. & primò, quia de iure Longo. nullus cognatus ad ſucceſſionẽ admittitur: quod intellige in linea collaterali, uel aſcendenti: unde mater proxima cognata non ſuccedit filio, quia cognata eſt, nõ agnata, ut ff. de ſuis & legi. hær. l. filius. & no. plenè per Caro. in Long. de ſucceſ. l. 1. ſed in linea deſcendẽt ſecus eſt: nã filius matri ſuccedit, ut in Longob. eo. tit. l. ſi fr̃es. & l. ſi ſorores. & l. nõ hoc & l. ſi quis Lõg. ſorores. in fi. ſed ex naturali æq̃tate nõ ſct pta ꝑ illud ius põt dici, ꝙ admittiť mr̃ ad luctuoſam hæreditatẽ filij: ut no. Caro. in ꝑdic. l. ſi ſorores. De iure aũt Roma

no nō eſt dubiū, ꝙ ſicut filius ſuccedit mr̄i ꝑ Senatuſcō. Orfic. ita mr̄ ſuccedit filio. Itē, mortuo aliquo relicto frē, & nepote ex frē ꝑmortuo: nō ſuccedit nepos cū patruo de iure Longob. quia ſm illud, qui ꝓximior eſt in gradu agnationis, potior eſt in ſucceſſione: ut in Longo. eo. tit. l. 1. ſecus aūt de iure Romano: ut in auth. ceſſante. C. de legi. hęre. Itē ſi qs, vel ſi qua decedat, filio maſculo relicto, & fęmina, excluditur fœmina ꝑ maſculū, & frater dēt eā maritare: imò plus ſi decedat qs, relicta filia, & nepote, vel nepte ex filio ꝑmortuo, nepos, vel neptis, q̄ repn̄tat perſonā pr̄is, excludit amitā: ſed tenet eā maritare, ſicut teneret pr̄ ipſi' nepotis, vel neptis, ſi viueret: vt in Lōgob. eo. tit. l. ſi quis cū Longo. & ibi plenè. ſecus iure Roma. vt C. de legi. hęr. l. lege 12. tab. cū ſi. Filius aūt, vel nepos ex filio ꝑmortuo ęqualiter ſuccedūt. & in hoc cōcordat cum iure Romano: vt in auth. in ſucceſſione poſita. C. de ſuis & legi. hęr. quia licèt de iure Longo. q proximior eſt in gradu, potior ſit in ſucceſſione: vt s. dictū eſt: tn̄ illud hēt locū in linea collaterali agnatorū, nō in linea deſcēdenti: vt no. in l. ſi quicunq; Longobardus. & melius eo. tit. l. ſi qs habuerit. & ibi vide. Itē ſi quis decedat, relicta ſorore in capillo, & filia, ſuccedūt æqualiter amita, & neptis: vt in l. ſi quis Longob. filias, & ſorores. Et ita eſt mirabile, ꝙ filia non excludit amitā in capillo, ſed patruū ſic: & rō diuerſitatis plenè no. ibi ꝑ Caro. ſecus aūt vbi amita non erat in capillo: qa tunc excludit ꝑ filiā fr̄is mortui: vt eo. tit. l. ſi qs Long. ſorores. dr̄ aūt mulier remanere in capillo, qn̄ remanet in domo pr̄is mortui virgo. Erat. n. conſuetudo antiquorū, ꝙ mulieres virgines icedebāt capite diſcooperto in capillis, & ſeruat hodie in multis locis. & ꝑcipue i nobiliſſimis ciuitatib' Neap. & Beneu. ſicut quotidie de facto videmus. Item ſecus, ſi relinquat aliquē filiū maſculū, & ſororē: quia tūc filius amitā excludit, ſed dēt amitæ ꝓuidere in alimētis, & alijs neceſſarijs: vt e. ti. l. recolimus. & ꝑ hoc, ꝙ dicit, ꝙ amita, & ſoror defuncti cōcurrit cū filia, diſcordat à iure cōi Ro. ꝙ dicit, in ſucceſſione ab inteſtato potiorē eē lineā deſcēdētē: vt in Auth. de hęr. ab inteſ. venie. & rō eſt illa, quā no. Caro. i l. ſiquis Long. filias, vel ſorores. Itē mūdualdus, ſi eſt extrane', excludit oēs agnatos, exceptis filijs, pr̄e, & ſororib. vt e. ti. l. ſi ſorores. & de ſanctimo. l. ſi qua mulier. & no. e. ti. de ſoc. l. j. ſed alibi dicit Caro. ꝙ marit' mūdualdus excludit ēt filios: vt no. ipſo in l. ſi ſorores. e. ti. & l. vlt. & de ſpō. l. ſi qs filiā. & aliq contra tenent. Sed ego credo, diſtinguēdū, aut mulier decedit, relictis filijs primi mariti, & ſupſtite ſecūdo viro ſuo mūdualdo, & tūc marit' mūdualdus excludit ꝑ cōes filios: & colligitur hęc diſtinctio in ꝑdi. l. vlt. vbi dicit. ſi filius amborū eorū nō vni' tm̄ ſūt ſupſtites, tūc marit' nō ſuccedit. Caue. n. ibi lr̄a, ſi filij amborū, licèt aliqui ſubaudiant ibi, maximè. de iure aūt Ro. maritus eſt vltim' ſucceſſor, ſolo fiſco excluſo: vt C. vn̄ vir & vxor. l. 1. Itē ſi decedat ſoror, relicta ſorore, & frē ęqualr̄ ſuccedūt, niſi frater ſit mūdual. ꝑfert ſorori ꝑmortuę: qa tūc rōne mūdua. ꝑfertur: vt no. Car. e. ti. l. ſi ſorores. & ſi decedat frater, relicto frē, & ſorore: tūc, qa nō ē locus mūdual. vterq; ſuccedit ęqualr̄. vt no. Caro. e. ti. l. ſi qs Lōg. & i hoc cōcor. cū ipſo iure Ro. quia appl'one fr̄is & ſoror cōtinetur: vt ff. de pac. l. tres frēs. & ff. fa erc. l. Lucius. ꝙ aūt dixi s. ꝓxi. & in hoc concor. cū iure Ro. intelliges in ſum. x. ſ. vt ęqualr̄ ſuccedat ſoror cū frē, nō aūt itelligas vt cōcor. ius Ro. cū Long. vt appl'one fr̄is, & ſoror cōtineat, qa in hoc nō cōcor. imò diſcordat: qa licèt iure Ro. fęminin' ſexus ſub maſculino cōtinet, vt ff. de le. 3. l. q duos mulos in fi. tn̄ de iure Long. ſecus eſt: vt in Long. de eo, ꝙ pr̄ ſi. nece. ha. re. l. a nr̄is ꝑceſſorib. vn̄ iure Long. appl'one fr̄is nō ſoror cōtinet, & appe. filij filia cōtin. vt no. Caro. i ꝑd. l. à nr̄is Sed q̄ro ſi decedat aliqs, vel aliqua, relicto pr̄e, & frē, vel ſorore, qs ei ſuccedat de iure Ro. hęc qō ē indubitabilis ꝑ auth. defuncto. C. ad Tertull. ſed de iure Lōg. ſi deceſſerit filia, cui' pr̄ habuit mūdiū, dicā rōne mūdij ꝑferri, ſicut mō dixi i frē: ſi verò pr̄ n̄ habuit mūdiū, & deceſſit maſculus: tūc dicūt qdā patrē excludi, & fratrē & ſororē ꝑferri ꝑ l. ſi ſoror. qđ credo falſū: qa ꝙ ibi dr̄ parētes expelli, exponit, i. ꝓpinqui vltra frēs: ſic. n. exponit quaſi i toto iure Long. hoc verbū, parētes: vt in l. 1. de paric. & no. ēt Caro. i l. 1. de ſuc. & poſſum' dicere, ꝙ pr̄ excludat frēs defuncti: qa potior ē linea aſcēdēs, q̄ collateralis: vt no Caro. i. Lōgo. de ſucceſſ. l. 1. Itē qa nō inuenio ꝑ ius Lōgobardū expſſum, ſtat authē. defuncto. C. ad S.C. Tertyl. nā ſm ius Ro. potior eſt linea aſcēdēs, q̄ collateralis: ſicut qa frēs poſſum' exhr̄dare, dūmodo nō inſtituam' turpes ꝑſonas, ſed non patrē ſicut & frēs: vt C. de inof. teſt. l. frēs. & ff. e. l. mr̄. Itē plures cāę reqrunt i exhr̄datione pr̄is, q̄ fr̄is. tn̄ quātū ad hoc lex adęquauit eos: vt authē. defuncto. ſed qd erit, ſi mulier hn̄s filios ex primo mr̄imonio, nubat ſecūdo, & dat trecētū in dotē, & ex ſcđo marito hēt filios: morit, relictis filiis primi, & ſcđi mr̄imonii: q filii ſint potiores primi, vel ſcđi mr̄imonii, an ſimul cōcurrūt? Et dic, aut mulier fecit pactū marito de dote lucrāda, uelut detineat penes filios ſcđi mariti, & tūc ſerua. l. hac edictali. C. de ſecun. nup. ꝙ itelligas, qn̄ nihil hēt mulier, niſi ꝙ dat in dotem ſcđo marito: aliàs ſi hēat bona ſua, ſerua l. ſi liberis. C. de don. añ nup. aut nō fecit pactū de dote lucrāda: & tūc oēs filii æqualr̄ vocantur ꝑ Orficianū, cū hæc dos ad hr̄des mulieris dēat redire, vt i l. itē i pn̄ti. §. videamus. & no. C. de inoffic. teſt. l. 1. & hoc ſiue ſecūdus maritus hēat mūdiū vxoris, ſiue nō: vt plenè no. in ſecunda. Caro. l. vlt. de ſucc. Illud aūt no. ē, ꝙ ſi filia i corpus ſuū peccauerit, de iure Ro. diſtinguit, vtrū añ 25. annos peccet, vel poſtea: vt ſi qdē añ, po

terit

terit eã licitè exhrdar. ſi verò poſtea, minimè: vt i auth. ſed ſi poſt. C. de inof. teſt. de iure aũt Lóg. hęc diſtictio nõ inuenit̃, ſed idiſtictè hęc filia poterit exhrdari: vt i Lóg. e. ti. l. ſi filię aut ſorores. & ibi nõ. Itẽ queri. ſi pr̃ hẽat vnũ filiũ, aut plẽs, & filiũ, & filias, quãtũ poterit filiab. relinq̃re ſm̃ ius Lóg. Reſp tm̃ poterit ei, vel eis relinq̃re, ꝙ q libet filiorũ hẽat ter tm̃, quãtũ oẽs filię: vt i Lóg. de eo qđ pr̃ neceſſe hẽt filię reliq̃re, l. ſi qs verò Lóg. habuérit filiũ maſculũ. & ibi no. Pręterea, no. eſt qđ de iure Long. pr̃ nõ pót meliorare filiũ ſuũ de bonis, quãtúcũq; ſibi ſeruierit, niſi i odiũ alterius filij malè ſeruiẽtis: & tũc in quartã partẽ tm̃ melioratio fieri pót: ſi verò oẽs bñ ſeruiãt, vł oẽs malè tũc melioratio ceſſat, & hęc oĩa no Caro. in Lóg. de eo, qđ pr̃ filijs, vel filiæ neceſſe hẽt relinq̃re, l. ſi qs Lóg. voluerit fiijs ſuis. Contra tñ vr̃, qđ no. Car. i Lóg. e. tit. l. j. & ſibiipſi cótrariari vr̃: ſed vt ſalues vtrãq; ſniam, diximus, ꝙ d. l. ſi qs Lóg. loquit̃ in vltima volũtate, & l. j. loquitur in donõe inter vi. ꝑ verbũ, largiri, ꝙ ẽ ibi, ꝙ ꝑtinet ad dona. inter vi. tm̃: vt i auth. licet pri. poſita C. de na. lib. verbum autem, relinquere, pertinet ad vltimas voluntates tantũ: vt in eadem authent.

¶ Differũt ẽt in ſucceſſione baſtardorũ, qa de iure Ro. baſtardi ñ ſuccedũt cognatis, vel agnatis: nec cognati, vł agnati ſuccedũt eis: vt i Auth. q. mo. nat. effi. ſui. §. filiũ verò. & C. de na. lib. l. ſi qs naturalẽ. in gl. ſu pver. pr̃ cõferat, &c. De iure autẽ Lóg & agnati, & cog. ſuccedũt baſtardis, licèt ipſi baſtardi cog. vel agna. nõ ſuccedãt: vt in Lógob. de ſucceſ. l. ſi fuerint legitimi. & no. Caro. in Longobar. eo. tit. vt filii legi. l. patris. l. 3. vel 2.

De donationibus inter viuos. TIT. XV.

DIfferũt in donõnib⁹: quia de iure Ro. donatari⁹ vniuerſitatis nõ tenet̃ creditorib. hęreditariis, vt C. de don. l. ęris alieni. & l. cũ res, & de hęr. vel act. vẽ. l. 2. ff. de iure do. ſi mulier. De iure aũt Lóg. donatari⁹ vniuerſitatis hr̃ loco hęredũ: ita ꝙ à creditorib. hrditariis cõuenit̃, & nõ cõuenit debitores: vt i Lóg. de don. q̃ cũ thingatione, vel launegild. ſi. la. l. nulli donatori. Imò, ꝙ magis ẽ, ſi aliqs donauerit aliqua bona ſua, relicto ſibi vſufr. poterit donatarius pignorari à creditorib. donatoris, ẽt viuẽte donatore: vt i Lóg. de deb. & guadiis. l. 3. Cõueniri aũt nõ poterit à creditorib. talis donatari⁹ vniuerſitatis, niſi poſt mortẽ donatoris, ſcȧ cõſolidatione vſusfructus ad ꝓprietatẽ: vt no. Caro. i ꝑdi. l. nulli. Sed i vno mẽbro cõcordat cũ iure Ro donatarius vniuerſitatis exigit à debitorib. hrditatis. Nã ſi vẽdã, aut donem hrditatẽ, emptor hrditatis, ſeu donatari⁹ hẽt vtiles actiones aduerſus debitores hrditarios: vt C. de hęredi. vẽdi. l. emptor. & l. certl.

¶ Differũt ẽt, qa de iure Ro. nõ reuocat̃ donõ inter viuos, niſi in 5. caſib. notatis. C. de reuo do. l. vlt. De iure aũt Lóg. reuocat̃ ẽt in duob aliis caſibus, ſ. ſi donatarius nõ ſubueniat donatori i ſuis neceſſitatib⁹: vt i Lógo. de don. q̃ cũ thinx. l. 2. & ibi de hoc, & hoc vr̃ ſonare gl. ord. C. de reuoc. don. l. vlt. vbi tãgit hoc in modũ qõnis, inducit ad hoc arg. Itẽ i alio caſu ſi nõ poſſit, vel ſequat̃ launegild. l. meritũ. qđ ęqpollet donõni. vt i Lógo. e. ti. . ſi. & hoc itelligas i donõne rei ſingularis: donõ. n. vniuerſitatis nõ exigit launegild: q̃a ſimilis ẽ hrdis inſtõni, q̃ ſecũ portat cómoda, & incõmoda, ſicut hrditas: vt in ea. l. no. Illud autẽ no. qđ ſi donõ fiat ex mera libalitate, launegild ꝓſtito, vel nõ ꝓſtito, nõ diſtiguit̃: vt ibi nõ. vñ ad hoc, vt donõ rei ſingularis, ſiue lunegild irreuocabilr̃ ſcȧ valeat, oportet, ꝙ apponant̃ in inſtr̃o hęc verba, talis đ mera ſuã libalitate donauit tali talẽ rẽ: al's r̃uocari poterit, niſi fuerit ꝓſtitũ launegild: vt ſuperi⁹ dictũ ẽ. ẽ tñ i elect. donatoris, ſi velit rẽ donatã, vł launegild. peter̃, vt i e. l. no.

De donationibus cauſa mortis. TIT. XVI.

DIfferũt ẽt in donõne cã mortis: qa de iure Ro. donõ cã mortis reuocat̃ i trib. caſib. ſ. ſi donator cõualuerit, aut eum pęnituerit, aut ſi pri⁹ deceſſerit donatarius, q̃ donator, vt Inſt. de don. in prin. De iure aũt Lógo. nõ licet donatori donõnẽ cã mortis, in qua uẽtũ eſt ad traditionẽ, ꝓ ſuo uolũtatis arbitrio reuocare, niſi fuerit ſcȧ donõ uenerabilib. locis, quia tũc nõ pót: ut i Lógo. de ulti. uolũt. l. ſi quis Long. & ibi plenè no.

De donationibus propter nuptias. TIT. XVII.

DIfferũt ẽt i donõne ꝑꝑ nuptias: nã de iure Ro. ęqualitas ſeruãda ẽ i donõ. ꝑꝑ nuptias & i donõ. oib. ualeti cõſtõne quartę, & i pactis: vt C. de pact. cõuẽ. auth. ęqualitas. licèt gl. ibi dicat, ꝙ hodie ꝑ cõſuetudinẽ recipit imutationẽ. De iure aũt Lóg. ſecus ẽ: nã maritus volẽs facer̃ donõnẽ ꝑꝑ nuptias vxori, nõ pót dare, ſeu cõſtituere ei vltra quartã partẽ oĩum bonorũ ſuorũ: minus aũt pót, vt i Lóg. de his, q̃ à viro i vxo. dãtur, l. i. q̃ vocat̃ morgincap. Si verò maritus vult cõſtituere metã in pecunia, q̃ eſt idẽ, quod donatarium: tũc ſi quidem maritus eſt iudex, poterit.

De pignoribus. TIT. XVIII.

DIfferũt ẽt in pignorationibus: quia de iure Ro. nõ licet creditori pignorare debitorẽ ſuũ ſine auctoritate iudicis, & ſi ſecus fecerit, incidit creditor in edictũ Diui Marci, ꝑ qđ amittit ius crediti ff. ꝙ met. cau. l. extra. & tenet̃ lege Iulia de vi publ. vł priuata, & tertia parte bonorũ mulctatur, & infamis fit, ut ff. ad legẽ Iuliã de ui priu. l. ult. Itẽ ui bon. rapt. ſi res ẽ mobilis. & itra annũ tenet̃ in quadruplũ, poſt annũ in ſimplum, ut C. ui bon. rapt. l. res. niſi hoc fiat ex cõuẽtiõe, ut C. de pign. actio. l. pe. Et hoc caſu ẽt tutius facit creditor ſi cũ iudicis auctoritate pignorauerit, ut C. de pign. l. creditores. De iure aũt Lóg. creditor pt̃ licitè pignorare debitorẽ ſuũ ꝓpria auctoritate, ſi debitũ ſit cũ guadia, ẽt ſi debitor negauerit debitũ. Si uerò debitũ ſit ſine guadia, nõ licet pignorare negãtẽ creditorẽ, ſed cõfitentẽ: ſicut hic oĩa no. Car. i Lóg. de debi. & gua. l. j. Nã qui debitorẽ negãtẽ pignorat, tenet̃ i duplũ:

vt

vt in Lõg.eo.ti.l.quicũq;.& no.i l.2.Illud aũt, ꝙ ad hoc, vt ipſũ liceat pignorare, ſp req̃rẽ trina citatio,ſeu denũtiatio,ſiue debitũ ſit cũ guadia, ſiue debitor neget,ſiue cõfiteaẽ: vt no. e.tit. l.q. cũq;.alſ teneẽ creditor i octogild:vt ĩ.e.l.2.cõſti tui: vſq; ad octo ſolidos,& nõ vltra. Si verò alij cõſtituẽt minus,vt e.tit.l.2. Quot aũt dies debẽt interuenire inter denũtiationẽ, & denuntiationem,dices vnum diem ſufficere inter vnam denuntiationem,& aliam,vt in d.l.1. & ibi no.

¶Differũt ẽt,qa de iure Ro. primo debẽt pignorari mobilia, & eis d̃ficiẽtib' pñt capi ĩmobilia: vt ff.de re iud.l.à Diuo Pio.De iure aũt Lõg.hic ordo ñ ſeruaẽ,imò põt initiũ ſũmi ab ĩmobilib': vt no.Caro.de debi.& gua.l.1.& l.i anteriorib.

¶Differũt ẽt,quia de iure Ro.pñte principali debitore,& idoneo exñte, nõ licet creditori cõuenire,vel pignorare fideiuſſorẽ.i auth.pñti.C.de fideiu.De iure aũt Lõg.creditor hẽt electionẽ,ſi velit cõuenire,vel pignorare fideiuſſorẽ, vel debitorẽ,ꝓ ſuę volũtatis arbitrio:vt in Lõg. de debi.& guadi.l.ſi quis debitorẽ, aut fideiuſſorem. Et ſic correcta eſt hodie illa auth.per ius Longobar.reuerſi ſumus ad legem Codicis.

¶Differunt ẽt,quia de iure Ro.ſi aliq̃s cõueniret debitorẽ ſuũ añ cõſtitutũ tp̃s,duplicanẽ iducię: vt Inſt.de excep.§.hodie.De iure aũt Lõg.ſi creditor pignorauerit debitorẽ ſuũ añ cõſtitutũ tẽpus,cõponet ipſum pignus in octogild, vt in Lõgob.de debi.& guad. l. ſi q̃s ante cõſtitutũ tp̃s.

¶Differũt ẽt,qa de iure Ro. nõ licet creditori vẽdere pign' debitoris ſui añ bieñiũ elapſũ numeratũ à tpe denũtiationis,vel ſine iudicis authoritate,vt C.de iure do.imp.l.vlt.§.ſãcimus. De iure aũt Lõg. ſi debitor,q̃ pignoratus eſt,neglexerit ĩ. 30.dies recolligere pignora ſua,amittit ipſa,nec hẽt facultatẽ ipſa req̃rẽdi vlteri':vt i Lõgo.de debi.& gua.l.ſi q̃s debitorẽ,aut fideiuſſorẽ.de quo iure Lõg.tria tp̃a ſtatuta ſũt in pignore,videlicet 12.dies:vt ab inde i antea poſſit creditor pignorib.vti.12.dies quãtũ ad cuſtodia p̃ſtãdã à creditore i pignore. 30 dies q̃tũ ad tranſactionẽ:vt no Caro.in p̃d.l ſi q̃s debitorẽ. Prædicta aũt tpe pignorationis ſi debitor tunc ſciuit ſe pignoratũ:alioq̃n à tpe ſciẽ: vt in e.l.no.Illud aũt ſciẽdũ eſt,ꝙ de iure Long. vltra triplum nõ licet pignorare: vt in prędic.l.ſi quis debitorem.

¶Differũt ẽt, qa de iure Ro. teneẽ creditor in pignore cõuẽtionali p̃ſtare talẽ cuſtodiã, qualẽ diligẽs pr̃fa.i ſuis reb.p̃ſtat,& teneẽ de leui culpa, & lata tñ, nõ ẽt de leuiſſima: qa pignus gr̃a vtriuſq; daẽ tã debitoris,q̃ creditoris:vt inſt.q.mo.re cõtrahi.obl.§.creditor.de iure aũt Lõg.creditor p̃ſtare dẽt in pignore talẽ cuſtodiã, qualẽ diligẽtiſſim' pr̃fa i ſuis reb p̃ſtaret:vt no.Car.i Lõ. de deb.& gua.l.nulli liceat.& ibi plenè de hoc.

De nudo pacto. TIT. XIX.

DIfferũt ẽt,qa de iure Ro. non daẽ actio,ſed exceptio tñ:vt C.d̃ pac.l.cũ ꝓponas. & l. legẽ.de iure aũt Lõg.nudũ pactũ parit actionẽ, & exceptionẽ:vt no.Caro.i Lõg.de deb.& gua. l.j.& in tit.qual.diuer.ll.ho.res ſuas dif. deb l.1. illud aũt ſcias,q̃ illud q̃d de iure Ro.vocaẽ nudũ pactũ,de iure Lõg.vocatur,ſtãſia,aliàs ſtarſia:vt no Car.i Lõg.e. ti.de deb.& gua.l.ſi q̃s amodo.

Vtrũm perpetuetur actio.
TIT. XX.

DIfferũt ẽt,quia iure Ro. ꝑ executorẽ,vel litis cõteſt.perpetuaẽ actio:vt C.de arb.l.pe. in fi.& de p̃ſcrip.30.an.l.ſicut.l.cũ notiſſimi.§. imò.de iure aũt Lõgo ſecus vr̃, vt tangit Caro. in Long.de his, quæ dantur ob cau. l.fi.ſed alibi notare videtur,vt in Long.de conſi.mor.l.1.

De iureiurando. TIT. XXI.

DIfferũt ẽt, quia de iure Ro. qui iuriſiurãdi cõtẽnit religionẽ, ſatis Deũ hẽt vltorẽ.C. de reb.cred.l.2.cũ diſtictione, ibi poſita.de iure aũt Lõg prius dẽt manum amittere: vt no.Car. in Lõg quali.quis defen.ſe.deb.l. ſi quis alius.

Vtrũm maritus, habens filios, poſſit relinquere vxori. TIT. XXII.

DIfferũt ẽt,quia de iure Ro.maritus põt relinq̃re vxori ſuę in vlt.volun. ꝓ ſuo libito volũtatis:& cõſequetur mulier legatũ,& dotẽ: vt C.de rei vxo act.l.j.§.ſciẽdũ.& põt ẽt vnà cũ filijs hr̃dẽ inſtituere:ut ff.de le.3.l.vxorẽ.i prin. de iure aũt Lõg.ſi maritus hẽat filios , nihil põt vxori dimittere,quòad ꝓprietatẽ,ſed vſũfr. tm̃ tertię partis bonorũ ſuorũ, vt in Lõg. de his,q̃ à vi,in vxo.dan.l.vlt.vide etiã l.pe.& vide no.per D.And.de Iſer.in cõſt.Reg.q̃ inci. in aliquib.ſuper uer.præferri volumus.& vide no.ꝑD.Roff. de Beneu.i t.t.de bo.poſ.vnde vir, & vxor i pig.

De termino amoto. TIT. XXIII.

DIfferũt ẽt,quia de iure Ro.termino amoto ẽ ſtatuta pęna 50.aureorũ ſi ciuiliter agaẽ: ut ff.de termi.mo l.agraria.q̃ daẽ in publicũ, ſi criminaliter agaẽ,imponiẽ pena ꝓ cõditione ꝑſonæ:nã ſplẽdidiores releganẽ ad aliquod breue tp̃s,ſi ſunt ſenes:ſi iuuenes, in lõgũ:alij caſtigantur, & verberib. cędunẽ:vt ff.de ter.mo.l.2.& l. agraria.& pęna applicaẽ fiſco:vt ff.de publica.l. licitatio.§.illicitis.aliàs incipit,locatio.§.q̃d illicitè.& in hoc nulla eſt utilitas actoris. & iõ põt agi finiũ regũdorũ ꝓ ipſo termino ponẽdo, vt ff.fini.regũ.l i finalib.De iure aũt Lõg. pęna eſt 80 ſol. Regi, & medium ei,cuius terminus eſt amotus:ut in Long.de æſtima. atque termi.l 1.

De furtis. TIT. XXIIII.

DIfferũt ẽt,quia de iure Ro. pęna furti manifeſti eſt quadrupli,nõ manifeſti ẽ dupli: vt Inſtit. de oblig. q̃ ex deli.naſcun. §.pęna.De iure autem Longo. pęna furti eſt octogild: ut no.Caro.in l.ſi quis deliquerit.de fur.

¶Differũt ẽt qa de iure Ro.ſi plures eãdẽ arborẽ furto inciderint,vel aliud dãnũ dederint,vel furtũ fecerint,q̃libet teneẽ i ſolidũ:ut ff.arb fur. cęſa.& ſi plures.ff.ad l.Aq.l.ita vulneratus.l.itẽ

Mela.

Mela. & vno ſoluẽte pœnã, alter nõ liberat̃: vt d. l. itẽ Mela. de iure aũt Long. ſecus: nã nõ tenetur quilibet in ſolidum: ſed oẽs ſimul teneãtur in ſolidum: & ſi vnus cõueniatur, põt ſe adiuuare cũ ſocijs ſuis, & pœnam inſimul præſtare, vt in Longob. de fur. l. ſi plures. & ibi plenè no. inuenies.

¶ Differũt ẽt, de iure Ro. ſi aliquis furet̃ poſ. vel vſum rei tm̃: tametſi nõ hẽt animũ furãdi rẽ, ſed vſum tm̃, nõ tenet̃ furti ad ipsã rẽ, nec quadruplicatur ipſa res, ſed vſus, & poſſeſſio tm̃: ut no. Inſt. de obl. quæ ex malefi. naſ. in prin. de iure autem Longob. ſecus eſt: quia licèt aliquis furetur vſum ſiue poſſeſſionem, tamẽ tenetur furti pro tota re, & quadruplicatur tota res: ut no. Car. in Lõg. de eo, qui pecu. in dã. inue. l. ſi quis caballũ.

De æſtimatione ſeruorum. Tit. XXV.

Differunt ẽt, qa ſeruus de iure Ro. gñaliter æſtimatur 20. ſoli. vt C. de ſer. fu. l. quicũque. in prin. De iure aũt Lõgob. appretiatur 40. ſoli. vt in Long. de æſtima. atque termi. l. 2.

De adulterijs. Tit. XXVI.

Maritus pt̃ ipunè occidere cõmiſcẽtẽ cũ vxore. gl. in l. 2. de homic. li. hom. ĩ uer. dñm. ſed de iure Ro. ut ĩ l. marito. ff ad le. Iul. de adult. &c.

De noxalibus. Tit. XXVII.

Differũt ẽt, qa de iure Ro. ſi ſeruus, aut quadrupes alicui[9] dederit dãnũ, dñs ſerui, vel quadrupedis hẽt electionẽ, ſi uelit emẽdare dãnũ, aũt dare ſeruũ, vel quadrupedẽ ꝓ noxa. ut ff. ſi quad. pau. fec. dic. l. 1. ĩ prin. ff. de nox. l. j. C. de noxa. l. ſi ſerui veſtri. de iure aũt Lõg. hãc æquitatẽ nõ iuenimus, ſed ꝑcipuè tenet̃ dñs quadrupedis dãnũ emẽdare, qa noxæ deditio ceſſat de iure Lõg. ut no. Caro. in Lõg. de pau. l. 2. de homi. li. ho. l. ſi quis magr̃m. in gl. fi. & de cul. ſer. l. ſi ſeruus. imò magis ẽ, ꝙ ſi ꝑ domũ, vel agrũ meũ dãnũ qs patiat̃, nõ liberor ego, ſi patior domũ, uel agrũ poſſideri, ſed oĩo teneor ad dãnũ reſarciẽdũ ꝑ rẽ meã datũ, ut no. Caro. ĩ pd. l. ſi qs ĩ agrũ.

¶ Differũt ẽt, qa de iure Ro. oĩs noxalis actio caput ſequit̃: nã ſi ſeruus tuus noxã cõmiſerit, quãdiu eſt in ptãte tua, tecũ eſt actio: ſi in ptãte aliena ꝑuenerit, cũ in illo icipit actio eẽ: vt Inſti. de noxa. §. oĩs. de iure aũt Lõg. regula iſta. ſ. noxa caput ſequitur, nõ hẽt locũ, ſed actio naxalis ſp̃ remanet, cũ prioribus dñis: vt no. Caro. in Lõg. de pauperie, l. 2. & de cul. ſer. l. ſi quis aliũ, & l. ſeq.

De except. non num. pecu. Tit. XXVIII

Differũt ẽt, qa de iure Ro ſi ſcriptũ nõ inueniat̃ in inſtr̃o publico p̃tiũ eſſe ſolutũ, hẽt uẽditor exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ infra biẽnium, vt C. de nõ nu. pec. l. in cõtractibus. de iure aũt Lõg. nõ pt̃ uẽditor inficiari ꝑtii ſolutionẽ, ſed ita dẽt eẽ, ſicut in inſtr̃o continetur, ut in Lõg de his, qui ſcrip. ſe in caſu non ſubeſſe. l. 1. nam ſm̃ ius Longob. nõ hẽt locũ exceptio non num pecu. niſi in mutuo, ut no. Caro. in ea. l.

De appellationibus. Tit. XXXIX.

Differunt ẽt in appellationibus, nã de iure Ro. q̃ iiuſtè cõuincit̃ appellaſſe, punit̃ ĩ 50. libr's argẽti, vt C. quo. ap. nõ rec. l. ab executio. ĩ fi. de iure aũt Lõg. dolosè appellãs iculpabilis erit ſatiſfaciẽdo de dolo aũt forte tenebit̃ ĩ 40. ſol ut no. Caro. ĩ Log. q̃ iudex iud. deb. l. ſi qs cãmã ſi.

De commemoratione iudicis. Tit. XXX.

Differũt ẽt, qa ď iure Ro. ſi dubiũ ſit de his, q̃ corã iudice fiũt, nõ credit̃ iudici, niſi eatenus quatenus cõſtat ꝑ acta, vel ꝑ lĩtima documẽta, ut C. de arb. l. ne in arbitris. & ff. de re. iu. l. acta. ubi de hoc. de iure aũt Lõg. ſibi iudici creditur, & cõmemoratio iudicis hr̃ loco actorũ: vt no. Caro. ĩ Lõg. de debi guad. l. ſi qs amodo,

De confeſſionib. extraius factis. Tit. XXXI.

Differũt ẽt, qa de iure Ro. nõ ſtat̃ cõfeſſioni extra ius factæ, niſi corã 5. teſtib. rogatis, ut C. de teſti. l. teſtiũ. & auth. rogati. ibi poſita. De iure aũt Lõg. ſtat̃ cõfeſſioni extra ius factæ coram 2. teſtib. rogatis, ſicut confeſſio corã iudice facta. ut no. Caro. in Longo. qual. mul. lib. alie. permiſ. ſit, l. 2. & de præſcri. l. 1. quaiiter qs ſe defendere debet, l. qualiſcunque cauſa.

¶ Differũt ẽt, qa de iure Ro. licèt qs ſit cõfeſſus corã iudice de crĩe, niſi ꝑſeuer. ĩ cõfeſſione, ñ ꝑiudicat ſibi. ut ff. de q̃ſt. l. j. §. Diuus. & §. ſi qs ultro. de iure aũt Lõg. ſecus. nã prius cõfeſſus, poſtea negare uolẽs, nõ audit̃: vt ĩ Lõg qualiter qs ſe defendere dẽt, l. ſi pro qualicũq; cã & no. hoc Marti. in cõſti. de homi. & dam. claud l. ſi dãnũ.

De teſtamentis. Tit. XXXII.

Differũt ẽt, qa ď iure Ro. regulariter ĩ teſto reqrunt̃ 7. teſtes, vt C. q teſt. fac. poſ. l. hac cõſultiſſima. Inſti. de teſta. in fi. de inre aũt Lõg, 2. teſtes ſufficiũt in quolibet teſtõ, ut no. Caro. in Longob. qua. diu. leg. homines uiue. deb. l. 1.

¶ Differũt ẽt, qa de iure Ro. q̃libet hẽt licẽtiã teſtãdi de reb. ſuis ſine lnĩa Principis, vel Regis: vt C. de ſacroſan. eccl. l. 1. de iure aũt Lõg. gargangi ſine Regis lnĩa nõ pñt teſtari: ut ĩ Lõg. de adue. l. oẽs gargangi. & l. vlt. & gargangi dicuntur aduenæ, qui de exteris finibus Regni in Regnũ adueniunt, in præall. l. oẽs. & hãc differentiam no. Marti. in conſti. Regni. de offic. ſecre. l. præſenti. in glo. quæ incipit, hoc verbum. & Matth. de Afflic. in d. conſtit. in §. dohatuæ. in fi. l. verbis.

¶ Differũt ẽt, quia de iure Ro. nouiſſimo pr̃, & mr̃ tenẽtur cõſeruare eorũ filiis tertiã partẽ bonorũ ſuorũ, ſi ſunt 4. vel j. vltra 4. tenent̃ cõſeruare medietatẽ, ut in auth nouiſſima. C. de ioff. teſta de iure aũt Lõg. mr̃ neceſſe hẽt cõſeruare filiæ duas partes, quia ſtrictius debẽtur bona matris filiis, quàm patris: & pater tertiam filio: & ſi habet plures, medietatem, ut in Longob. de ſanctimo. l. 1. ſed de conſuetudine non ſeruatur.

De contractibus mulierum. Tit. XXXIII.

Differũt ẽt, qa de iure Ro. mulier põt cõtrahere, & donare ſine cõſenſu viri ſui, ut C. de reuo. do. l. velles. De iure aũt Lõg. ſecus ut in Longo. qua. mul. alie. permiſ. ſit, l. pc. & vlti. Imò

plus

plus dico, q̃ ĩ alienatione mulieris nuptę nõ ſufficit cõſẽſus mariti tm̃, ſed debet eẽ pñtes duo, vel tres parẽtes mulieris, aliàs ñ valet alienatio, vt Lõg.e.tit.l.2.ĩ alienatione aũt mulieris nõ cõiugatę ſufficit cõſẽſus mũdualdi tm̃, ut no.Car.ĩ Longob.eo.tit.l.1. & rõ diuerſitatis no.in d.l.2.

De teſtibus Tit. XXXIIII.

DIfferũt ẽt, q̃a de iure Ro mulier in oĩb.caſib9 admittit ad teſtimoniũ, p̃terquã ĩ teſtõ: vt ff.de teſt.l.q̃ teſtõ.§.mulier.& Inſt.eo.ti.§.teſtes. De iure aũt Lõg. mulier nõ admittiẽ ad teſtimoniũ, ut no.Car.ĩ Lõ.đ p̃ſc.l.ſi q̃s Lõ.poſſidẽs.

¶ Differũt ẽt, q̃a đ iure Ro.teſtis dẽt primo p̃ſtare corporale iur̃m de veritate dicẽda, & poſtea teſtimoniũ phibere, vt C.đ teſtib.l.iuriſiurãdi.ſine quo iur̃o iudex nullũ dẽt recipere ad teſtimoniũ phibẽdũ, niſi ĩ caſib.ſpecialib.no.ĩ d.l.iuriſiurãdi. De iure aũt Lõg. iudex p̃t remittere ſacr̃m teſtibus, ſi fides eorũ nota ſit iudici, ut ĩ Lõg. de reb.ĩ tertia.l.2.& no.Caro.ĩ tit.de teſti.l.đ pl̃ur.

Qualiter accipiatur nomen parentis. Tit.XXXV.

DIfferũt ẽt, q̃a de iure Ro.appellatione parẽtis ĩtelligimus patrẽ, & matrẽ, & auũ, & auiã vſq; in infinitũ, vt ff.de in ius vo.l.quiq; litigãdi.§.j.de iure aũt Lõg.appellatione parẽtis cõtinẽtur agnati, & cognati, & oẽs collaterales, ut in Longo de pari.l.j.no.Caro.de ſucceſ.l.1.

An partus ſequatur ventrem. Tit. XXXVI.

DIfferũt ẽt, q̃a de iure Ro.partus ſeq̃tur uentrẽ, ut Inſti.de ige.§.1.& in Auth.cõſtitutio, q̃ ex aſcriptitio. ĩ prin.ver cũ eñ.& C.de rei vẽd.l.partũ.niſi ĩ caſu, vbi ſequiẽ cõdõnẽ pr̃is, vt C.de ſer.fugi.l.fi. & niſi in murilegulo, vt C.de murilegul.l.q̃ aut p̃re.lib.11. & l.hi, q. De iure aũt Lõg.ſp in deteriorẽ trahiẽ ſtatũ, ſi ſit matrimoniũ: nã ſi p̃r eſt ſeruus, & partus eſt ſeruus: & ſi mr̃ ſerua, & ipſe ſeruus, & ſic ſp trahiẽ ad deteriorẽ ſtatũ: ſecus ſi ſit cõcubinatus: nã tũc ſeruaẽ ius Ro.q̃đ ſequiẽ vẽtrẽ: & hęc no.Inſt.de ĩgenu.

De præſcriptionibus. Tit. XXXVII.

DIfferũt ẽt, q̃a in p̃ſcriptionibus de iure Ro. res mobilis iuſto tit. & bona fide poſſeſſa p̃ triẽniũ vſucapitur, vt C.de vſucap. trãſfor.l.j. & Inſti.de vſuca.in prin.de iure aũt Lõg.ea præſcriptio requiritur in re mobili, q̃ in immobili: ut no.Caro.in Long. de præſcr.l.2.& l.ſi q̃s põt. & in l.ſi magiſter.in gl.fi.in fi.de homi.lib.hom.

¶ Differũt ẽt, q̃a de iure Rom.ſi aliq̃s p̃ſcripſerit rẽ aliquam bona fide ſpatio lõgi t̃pis, vel lõgiſſimi, ſi cadat de poſſeſſione illi9 rei, poterit rẽ illã vẽdicare a quolibet poſſidẽte, ut C.de p̃ſcr.30. vel 40.an.l.ſi q̃s emptionis. ſecus aũt de iure Lõgob. q̃a ſi aliq̃s poſſederit rẽ aliquã per 30 annos, ſi cadat a poſſeſſione, a nullo uendicabit, ut no.Caro.in Long.de præſcri. l.ſi quis poſſederit.

¶ Differũt ẽt, q̃a de iure Rom. in p̃ſcriptione 30. an.nõ eſt neceſſaria bona fides, ut C.de p̃ſcr.30. vel 40.an.l.ſicut.& l.ſi q̃s emptionis.ſecus autẽ de iure Lõg. ut no.Caro. in Long. de præſcri.l.ſi ſeruus.& l.ſi quis poſſederit. & l. ſi quis chartã.

¶ Eſt quædã alia p̃ſcr ptio de iure Long. quadragenaria, q̃ nõ inuenitur de iure Ro. & eſt hodie cõfirmata per cõſtitutiones imperiales, & locũ hẽt inter frẽs, qui d uiſerũt bona materna, & paterna, uel alicuius agnati, vel cognati hr̃ditatẽ, & aliq̃s ipſorũ eſt læſus in ipſa diuiſione, q̃a põt iſte læſus vſq; ad 40.ann. petere, q̃ fiat adæquatio partiũ iter eos, vt ĩ Lõg.de p̃ſcr.l.ſi ĩter frẽs. & hoc ĩtelligas, q̃ñ nulla eſt obigatio, vel ſatiſdatio de partibus nõ reuocãdis, ſecus aliqua ſatiſdatione interueniẽte, ut nullus cõtraueniat, tũc adęquatio ceſſabit, ut no.Caro.ĩ d.l.ſi ĩter frẽs.

¶ Sũt & alij caſus, in quib. diſcordãt ĩtra prædicta, maximè in criminalibus, quos tanquã inutiles, & inuſitatos ĩ hoc opuſculo nolui cõpilare.

De arbitris. Tit. XXXVIII.

DIfferũt ẽt, quia de iure Ro.iudex ordinari9 nõ p̃t eẽ arbiter eius rei, de qua eſt iudex. ff.de arb. l.ſed & ſi in ſeruũ.§.1.ſed de iure Lõg. põt antequã incipiat de illa re cognoſcere: ut Caro.in Lõg.l.ſi quis cãm habuit. qua.iud.iu.de.& audi nouum intellectum, quem dat ibi Caro.ad d.§.1.quod idem de iure cano. quod poteſt eſſe arbiter.extra, de præſumpt.c.literas veſtras.

De reconuentione. Tit. XXXIX.

DIfferũt ẽt, quia de iure Ro.hẽt locũ recõuẽtio, vt l cum Papinianus. & in auth.ſeq.C. de ſent.ſecus eſt de iure Lõg. niſi eſſet cauſa cohærens primæ cauſæ, vt per Caro.in Longobar. qua.iud.iud.de.l.ſi quis in aliena patria.

¶ Differunt ẽt, quia de iure Ro. maſculinũ genus cõcipit fęmininũ, ut ff.de ver.ſig.l.j.đ iure Lõg. maſculinũ nõ cõcipit fęmininũ, vt in Lõg.de eo, quod habetur. l. à noſtris. ſed contra no. Caro. in Longobar.de debi.& gua.l.ſi quis gregem.

¶ Differũt ẽt in exceptione non numeratæ pecuniç: nã de iure Lõg.nõ hẽt locũ excep.non num. pec. niſi in uno caſu, ut in Long. qualiter quis ſe defen.deb.l.oĩb.caſibus.ſecus de iure Ro.ut per totũ titulũ C.de non nu.pec. Ex eo, quod dr̃ C. de leg.tu l.vlt. ver.cui eñ ferẽdũ eſt. vr̃ corrigi tit.ille C.q̃ñ mu.tu.offic.fun.põt. & auth.ibi poſita, p ius Long. in quo dr̃, q̃ mulier põt eſſe tutrix filiorũ, ſi ad ſecũda uota nõ trãſeat: q̃ p ius Lõg.eſſe non põt, cũ ipſa mulier ſit ſub mundio, & poteſtate alterius: igitur alius ſub ſua poteſtate eſſe non poteſt: ut in d.l.apertè inuenitur.

¶ Itẽ ultra p̃dicta differũt ius Lõg.a iure Ro.quia iure Ro.aĩal inuẽtum in agro meo licitè includere nõ poſſum, ut in l. Quintus. ff. ad legẽ Aquil. cum ſi.de iure autem Long. ſecus, ut no. Caro. in Longobar.de dam.iniu.& incen.l.ſi caballus.

¶ Adde q̃đ multę leges huius iuris Lõg. ſunt canonizatæ.17.q.4.de quo iure fit ſpecialis mẽtio in ca.Raynutius.extra, de teſta.& dicit ibi Ioan. And.ſm Innocẽ. q̃đ tales leges in foro eccleſiaſtico ſeruãtur, in quãtũ faciunt pro Canoniſtis.

FINIS.

LEGES NVNC RECENS ADDITAE AD TRES LIBROS CODICIS.

LIBER DECIMVS.

De[a] iure fiſci.

a. Addebãt veteres, & populi: & Paul. lib. 5. ſent. 10. tit. & Lamprid. in Alexandro ait eũ leges de iure fiſci et populi moderatas & infuſtas tuliſſe. Cont.

TITVLVS PRIMVS.

21. Pars vndecima conſt. ex lib. 56. Baſil.

b Ex collectione Anto. Auguſtini.

OMnis[b] publica actio intra ſex menſes poſt litis conteſtationem peragatur: niſi fortè contingat, vt ſit neceſſe vel perſonas, vel inſtrumenta quædam ex prouincijs accerſiri in Regiam vrbem, aut ſi ipſimet, qui conueniuntur, cauſam dilationis præbeant, vtpote ſi ſe imparatos dixerint.

De[c] delatoribus.

c Eclo. lib. 6. titu. 1. c. 217.

TIT. XI.

7. Conſtit. pars ex Baſilicis.

d Ex collectione Ant. Auguſt.

NEque[d] ſeruo neque libero homini liceat deferre id ex quo quiſquam aut mortem, aut bonorum ſuorum amiſſionem pertimeſcat. Quòd ſi quis aliter fecerit, vel ſi propterea ꝙ theſaurum inuenerit, deferat quenquam: ſeruus quidem ſtatim igni tradatur, maximè ſi dominum ſuum detulerit: liber autem homo bonis ademptis, & ciuitate amiſſa extra fines Romani Imperij abeat.

Pars VIII. conſt. ſiue eius epitomes ex Baſilicis et verſione Ant. Auguſt.

NE liceat aduocatis fiſci dicere ſibi eſſe relatum detinere quemquam bona ad fiſcum pertinentia, & propter hanc occultam accuſationem inſidias alijs agere: ſed delator adſit, eiuſque qualitas conſideretur.

1 ¶Et neque filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiſcalibus deferat: nequé exilium paſſus, aut calumniæ cauſa damnatus, aut fuſt. bus à magiſtratu cæſus, aut alius à iure prohibitus audiatur.

e Eclo. ex tit. 7. c. 8.

2 ¶Seruus[e] autem ſiue in fiſcali cauſa, ſiue in alia qualibet dominum accuſauerit: eius vox in ipſa accuſationis oratione opprimatur, etiam ſi vera contra dominum detulerit.

3 ¶Schola verò Palatinorum quæ eſt, poteſt & cogitur delationes facere, aut is, cui à iure permittitur, ſi quemq am deferat, patronus fiſci delatoris meminerit.

4 ¶Atque ſi eſt in urbe Regia is qui delatus eſt, ex decreto Comitis rerum priuatarum conueniant, neq; amplius quatuor nummi toti Palatinorum ſcholæ, & pro tempore Primicerio, atque fiſci aduocatis pro citatione aut pro comparitione procuratoris exſoluat. Sed in ſingulis cognitionibus conſtitutas expenſas in iam dicto iudicio præbeat, tam pro ipſa cognitione, quàm pro actorum conſcriptione. Quòd ſi innocens ſit, abſoluatur à petitione: ſi verò obnoxius eſſe videatur, nõ ea ſolùm, quę habeat, aut debitũ, quod debeat, exſoluat, ſed ét ſumptus, quos fiſcum feciſſe cõtigerit, in duplum auctos reſtituat, ex quo temere litem ſuſcepit.

5 Si verò ſolùm bona deferantur, ut ad ſacrum ærarium pertinentia, & ignoretur eorum poſſeſſor, ſint tamen ea intra Regiam vrbem, aut in ſuburbanis, ſi quidem immobilia fuerint, non eis titulos ſchola Palatinorum imponat, neve ea occupet, ſed Comes rerum priuatarũ Auguſti edicta in celebrioribus Regiæ vrbis locis proponat, & ubi ea conſiſtunt, quibus permittat cuicunque contradicturo de his rebus intra triginta dies ſuſcipere apud ſe iudicium, & cum ſuis rationibus comparare, expenſas ſoluendo ſupradictas: ſiue ipſe poſſeſſor bonorum ſit, qui velit ſe opponere, ſiue amicus ipſius, aut ſeruus vel libertus, cum abeſt is, qui verè ea bona poſſidet. ea quoque in hoc negotio peragantur, quæ de cuſtode poſſeſſionis conſtituta ſunt. Si verò neque ipſe dominus rei, neque procurator poſſidentis, neque cuſtos poſſeſſionis intra triginta dies appareat, idque actis expreſſum ſit, in poſſeſſionem mittatur fiſcus eorum bonorum ſine præiudicio domini in eis, quæ ipſi competunt, actionibus. Si verò bona delata ipſi mobilia, aut ſe mouentia fuerint, non temerè ea apprehenduntur: ſed prius perquiratur eorum poſſeſſor, isque conueniatur, & litiget expenſas ſoluendo iam dictas, aliaque ſupraſcripta ſeruando. Atqui omnibus legitimis modis & probationibus ſcriptis, & non ſcriptis diſcutiatur de his rebus, & qui ſcire quid quam poſſunt examinentur.

6 ¶Sciat verò is qui conuenitur, ſe, ſi ſuccubuerit, non ſolum ſumptus in eo iudicio factos ſoluturum, ſed & illa, quæ apud ipſum reperiantur, reſtituturum, & eorum adiecturum æſtimationem.

7 ¶ Hæc cum generaliter de rebus fiſcalibus conſtitutio ſtatuiſſet, propriam deinceps ſanctionem de publicatis ob crimen læſæ maieſtatis decernit, vt eo crimine renuntians nullo pacto delator appelletur, ſed rectè ſuſcipia-

piatur, & ſi quidem hi nuntiatores calumniati fuerint, vt cæteri delatores puniantur. ſi verò vicerint in delatione, non ſolùm pœna careant, ſed etiam octauam partem bonorum delatorum accipiant.

8 ¶ Delati autem, ſi res ab eis poſſeſſæ, vel eorum facultates minores quinquaginta auri libris æſtimabuntur, eius quantitatis quæcunque fuerit, fideiuſſores dabunt: ſi verò excedens eam ſummam, vſque ad quinquaginta eaſdem libras nihilominus dabunt fideiuſſores, pro reliqua autem quantitate iurabunt, addentes in eadem cautione iuratoria ſe ad futuros in iudicio ſacrarum priuatarum Augusti aut per ſeipſos, aut per procuratores, neque id tribunal deſerturos. Si verò poſt id iuſiurandum deſerant, ter vocantur denis diebus inter ſingulas vocationes interpoſitis: fient quoque tria proclamata contra eos: & ſi ne tunc quidem veniant, aut ipſi aut eorum procuratores, vel defenſores, poſſeſſionem bonorum ſacer fiſcus apprehendat, abſentibus reſeruata eorum defenſione.

9 ¶ Quòd ſi bona delata in prouincia ſint, & Præſes prouinciæ ſiue ſponte ſua, ſiue ex iuſſione Comitis rerum priuatarum Augusti de cauſa cognoſcat, nihil cum tumultu, aut per vim fiat: ſed expenſæ ſoluendæ eius iudicij tertiam partem earum, quæ in regia vrbe ſoluuntur, non excedant.

10 ¶ Vnuſquiſque autem deferens ſiue Comiti rerum diuinarum priuatarum Augusti, ſiue ſcholæ Palatinorum, ſiue clariſſimis fiſci aduocatis, ſiue etiam clariſſimis Præſidibus prouinciarum, nouerit ſe, ſiue in cauſa perſeueret, & calumniator eſſe detegatur: ſiue ab accuſatione deſiſtat, & latitet: ſi mediocres facultates habeat, eaſque amittere pro nihilo ducat, grauiſſimis verberibus caſtigandum, & perpetuò fore relegandum. Si verò militiam habeat, vel honeſtum aliquod officium, aut idoneas facultates excidet tum à malitia, tum ab alijs facultatibus, & neque intra vrbem regiam, neque in ea prouincia habitare permittetur.

11 ¶ Seruabiturque hæc lex tam à Comite priuatarum Augusti, quàm à ſchola, quæ ſub eo eſt: eamque violans, ob ſingula capita eius violata quinquaginta auri libras mulctæ nomine exſoluet. Si verò in prouincia eorum aliquid violetur: in ſingulos euentus triginta auri libras tam qui prouincijs præſunt, quam ſubiectæ eis cohortes exſoluent. Ne verò quiſquam eam mulctam effugiat, liceat etiam iniuria affectis deferre legis tranſgreſſorem, & renuntiare id impunè Sacratiſſimo Augusto, aut glorioſiſſimo magiſtro, vt ea cognoſcens Imperator ipſi magiſtro mulctarum exactionem committat.

De annonis & tributis.[a]

TIT. XVI.

Pars conſt. 1. ex l. b. 56. Baſilicorum.

VAcantes deinceps[b] annonæ, & capitationes à fiſco exigentur: neque à magiſtratibus ſeparabuntur, vt alijs concedantur, aut in publica opera inſumantur, ſine ſacra forma, qua & donatio & modus ſumptuum explicetur. Sed neque etiam ex publico canone in priuatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur ſine ſacra forma. Qui contrauenerit, de ſuo fiſci damnum ſarciat, & competens ſcrinium grauiſſimis pęnis ſubijciatur.

13. *Imperator Anaſtaſius Anthemio P.P.*

SI prouincia vel ciuitas releuationem petat animalis functionis, vel inſpectorem aut peræquatorem, referatur petitio ad Principem, eiuſque arbitrio idoneus mittatur prius iureiurando præſtito: ex cuius tamen relatione facta Præfectis prætorio non aliter forma vlla detur, quàm ſi Præfecti ea omnia quæ ab eo didicerunt & quæ fierunt, Principem edocuerint, atque ita ſacra proferatur forma modis omnibus obſeruanda. Priuati autem ijs de rebus preces ne porrigant. Nec releuatio vel deminutio perpetuò vel ad tempus, nec inſpectio nec peræquatio fiat aliter, quàm ex ſcripta iuſſione Principis. Sed neque Præfecti delegationes faciant pro tempore præcedenti, neque annonas vel pecunias quibuſdam ſeorſum addicant, non præſtitas initio, vel poſtea defectas cauſæ præſtationis accipientiumve corporum defectu: uerùm hæc omnia fiant ex ſola auctoritate Principis ſcripto comprehenſa. quod qui non obſeruarint, & data, & omne damnum quod fiſcus ſenſerint, ei de ſuo reſarcient. Is etiam qui debitoribus fiſci dederit dilationes, præſcripſerit ve terminos alios quàm legitimos ſua auctoritate ſine iuſſione Principis, quæ debentur fiſco de ſuis facultatibus exſoluat. Sed neque pecunias ciuiles fiſco inferendas, vel ciuitatibus deputandas, in alios vſus transferat, vel quibuſdam perſonis deputet ſine auctoritate Principis. Et officium Præfectorum, niſi omnia quæ conſtitutione continetur, obſeruauerit, inſtruxeritque Præfectos & Præſides prouinciarum, obſequentiaque illis officia, & cæteri qui res fiſcales tractant, niſi ijs iuſſionibus paruerint, fiſco contingens damnum de ſuis facultatibus præſtabuntur, & legis contemptores quinquaginta libris auri mulctabũtur. Tripertito autem omnia fiſcalia inferantur, ea etiam quæ

Arme-

a *Annona in ſpeciebus conſiſtunt, veluti frumento, vino, & c. tributa in corporibus, veluti auro, argẽto, etc.*

b *Ex collectione An. Ang.*

Armeniaca vocant, videlicet Kalendis Ianuarijs, & Kalendis Maiis, & ad finem indictionis, in tres æquas partes diuiſa, nulla in medio collatoribus innouatione facienda. Quia verò Armeniacorum tributorũ præſtatio duabus penſionibus diuiditur, libeat collocatoribus ſi velint, priorem conſuetudinem huic conſtitutioni præferre, & duabus penſionibus ſoluere, & aliud dimidium Septembri futuræ indictionis. Quòd ſi velint tripertito ſoluere, habeant ad dilationem totum Septembrem menſem futuræ indictionis. Ante miſſum verò vt conuenit inferant in exordio cuiuſque indictionis. nam & hoc eius ſignificat appellatio. Dat. Kalend. Apri. Paulo V.C. Coſ.

De exactoribus [a] tributorum.

a *Exactionibus in C. Th.*

TIT. XIX.

9 Imperator Anaſtaſius Anthemio. P. P.

NE exactorum multitudo cum fiſci rationibus tum collatoribus damnum adferat, vnum tantùm in ſingulis prouinciis ex competenti ſcrinio canonicarius mittatur, qui eorum, quæ proprio ſcrinio debentur, exactionem vrgeat. compulſor planè non mittatur, niſi poſt diem quo ſolui debuit, & hoc amplius menſem alterum. At eo tempore elapſo compulſor mittatur, qui non tantùm reliqua fiſcalia, ſed & pro modo culpæ mulctam à Præſide & officio eius & à canonicario [b] exigat. Soli autem Præſidi & officio & canonicario compulſor immineat, & pro ratione prouinciæ atque itineris ſpatio ſolatium ab eis ferat, per quos factum eſt vt m tteretur. Verùm alius compulſor nequaquam mittatur, nec alius quiſquam. Si tamen Præfecti ex vſu eſſe exiſtimauerint alium compulſorem mitti, eadem in eo ſeruentur, & definitum ſolatium ei is præſtet, qui mittendi cauſam præſtiterit, hoc eſt Præſes prouinciæ & officium eius & canonicarius, & compulſor. Conſtitutum namque canonicario ſolatium omnibus exactoribus poſt eum miſſis ſufficit, nec eo amplius quidam corpora ciuitatum vel collatores præſtare coguntur, etiam ſi plures mittantur, iis qui miſſi ſunt ſigillatim mulctandis, niſi publica tributa expedierint. Quæcunque autem fiunt delegationes, canonicario mittantur, vt eas per ſe expediat, nec ob eas augeatur canonicarii ſolatium.

b *Canonicarij ſunt Palatini, q mittuntur ex ſcrinio canonum. ex Cuiac.*

1 ¶ ἐνδοματικα nullus accipiat, ſed & nomen illud penitus aboleatur.

2 ¶ Quòd ſi qua ex parte quis legem tranſgrediatur, & aduerſus officia Præfectorum, & aduerſus Præſides prouinciarum, & officiales eorum, & cæterorumq; publica tractantium perſonas, quinquaginta librarum auri pœna conſtituta eſto. Dat. 12. Kalend. Aug. CP. Paulo V.C. Coſ.

Vt [c] nemini liceat in emptione [d] ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitocomiæ. [e]

c *Eclo. lib. 56. tit. 9.*
d *In vno meo manuſcri. leg. cõparatione. ĩ alio coemptione. Cũ.*
e *Sitonia, uel ſitonici, legend. putat Cuiac. eſt autẽ ſitonia cura coemendi frumenti & σιτώνης curator frumenti.*

TIT. XXVII.

I I.

CIuitatum incolæ, vel qui in eis aliquid poſſident, non cogantur in aliam ciuitatem, vel metropolin ſpecies conferre. Sed & ſi ineuitabilis quædam cauſa id fieri exigat, iuſtis prætiis, quæ in ea ciuitate obtinent, ex qua præbentur ſpecies, eas indigentibus vendant. Compenſentur autem vẽd toribus pretia cum auraria collatione. nec enim æquum eſt, qui nunc præbuit ſpecies, & annonæ copiam attulit, ei poſtea pretia computari. & hoc fiat cura & ſolertia Præſidis cuiuſcunque prouinciæ. Nullus verò cogatur vendere omne id quod ſui vſus gratia comparauit, ſed ſuperflua tantùm: quandoquidem ſatis impium eſt ſuis quemque defraudari, eaque in alios trasferri: Præſidẽ qui legem violarit violarive conceſſerit, centum libris auri mulctando, & dignitate propria cinguloque ſpoliando. Nulla vnquam citra ingentem neceſſitatem iuſſionemque Principis poſſeſſoribus coemptio indicatur, nec aliter quàm vt coemptionis aurum ex auri collatione à poſſeſſoribus debita, ſi quidem ea omnimodo ad coemptionem ſufficiat, retineatur. Quòd ſi nihil fiſco debeant ii quibus coemptio indicitur, aut partem tantùm, prius in nummis ponderis probi aurum accipiant, quàm ab eis ſpecies exigantur, nemine audente vel iniuſti ponderis, vel ex parte tantùm nummos exſoluere, vel qua alia ratione collatoribus damnum dare, damni quadruplo & eo quod pret o deeſt, ab eo qui ſecus fecerit, exigendo. Sed & ſi quis coemptionem indicere auſus ſit, vel indictam illicitè exegerit, quinquaginta libris auri mulctabitur, & militiam ac dignitatem amittet, maiori etiam commotioni ſubdendus. At cum ex mandato Principis coemptio indicitur, vnuſquiſque pro rata iugorum & capitum quę poſſidet, coemptioni ſubiiciatur, nemine excepto: eo qui in exigendo hanc rationem non ſeruauerit, quinquaginta librarum auri mulctam ſubituro, & dignitatem ac cingulum amiſſuro, & maiorem aliam commotionem expectaturo. Excipimus ab hac lege Traciæ diœceſin. In Thracia enim quia tributa fiſcalia in ſolidum non inferuntur barbarorum incurſibus colonis attritis, nec ſufficiente ſpecierum collatione ad alendos milites in ea conſiſtentes,

quod omnium maximè intereſt, nec tamen ſine coemptione præſtari poteſt, ideo eam frequentiſſimè fieri longè neceſſarium eſt. In ea igitur diœceſi, quæ hactenus obtinuit, conſuetudo ſeruetur, et ſubiectis etiam negotiatoribus, vt collatoribus & negotiatoribus coemptionis aurum primùm ſoluatur in nummis obryzis & debiti ponderis, tum ab eis ſine refragatione, & damno vllo conferantur ſpecies, illo qui hæc non ſeruauerit, eiſdem ſubdendo pœnis. Melius enim eſt inſtar priuatæ negotiationis militibus etiam negotiatores alimonia conferre. Quòd ſi quandoque ob ciuitates aliquas inopes neceſſe ſit coemptionem fieri, liceat Præſidibus eam facere in territorio duntaxat eius ciuitatis, quæ frumento indiget, & in confinijs eius, & eo pretio quod in locis pro tempore obtinebit. quod & patres ciuitatum obſeruabunt, & quilibet alius coemptionis curam gerens. At ſi neceſſitas exigat ciuilem coemptionem fieri in vrbe regia deficientibus annonis, ea verò procedat ex ſacra iuſſione, auro prius ſine damno & dilatione præſtito, vt in foro rerum venalium diſtrahantur ſpecies, ita vt & naula ex publico præbeantur, & collator vendat ſolummodo ſuppeditetque egentibus neceſſarias ſpecies. Nihil verò hac conſtitutione innouatur eorum quæ de coemptione magnæ Alexandrinorum ciuitatis diſpoſita ſunt ſacra forma de annona militum euocatorum. Subiiciantur mulctæ quinquaginta librarum auri & periculo dignitatis ac cinguli tam maximi Apparitores glorioſiſſimorum Præfectorum prætorio, quàm clariſſimi Præſides prouinciarum, & eis obſequentia officia, & locorum defenſores, & alii publicorum tractatores, ſi hanc legem violauerint, aut violari conceſſerint, aut confeſtim & verè eius violatores minimè detulerint.

III.

CVm in ciuitate aliqua frumenti comparandi curatore opus eſt, eius creatio fiat arbitrio & electione Epiſcopi, & primorum ciuitatis, non vt videbitur creatoribus, neque ex quibus voluerint perſonis, ſed ſoli ex regione illa officiales militantes & dimiſſi ad munus illud ſitoniæ ab eis promoueantur. Hi namque qui in publicis negotiis diu ſunt exercitati, facilius ſitoniæ munus expedient. At omni damno liberentur qui eam neceſſitudinem curamque ſuſtinuerint, & ſecundum leges diſcutiantur: quandoquidem æquum non eſt, vt ex tot laboribus damnum ferant: frumentum autem præbeant non maiore pretio quàm in foro diſtrahatur. Qui violarit legem aut violari conceſſerit, triginta librarum auri mulctam ſuſtineto.

De [a] diſcuſſoribus.

[a] Eclo lib. 36. tit. 10.

TIT. XXX.

IIII.

NEmo fiat diſcuſſor aliter quàm ex iuſſione Principis, ſpecialiter diſcuſſoris faciente mentionem, non Præfectorum iuſſu, non ex præcepto alterius cuiuſquam iudicis, non ciuilium operum vel pecuniarum frumento comparando deſtinatarum, vel portuum vel eorum quæ impenduntur in aquæductus, murorumve conſtructione, vel ad vias ſternendas, vel ad pontium & aggerum inſtructionem, ſed neque pecuniarum ad lauacra deſtinatarum, vel alio quocunque modo ad ciuilem rationem pertinentium. At Princeps ſiue ex ærario pecunias miſerit ad mœnium vel alterius operis conſtructionem, ſiue ab alio relictas ciuitatibus pecunias inuenerit, ſemel vel etiam ſæpius, cum ei ſederit animo, mittat diſcuſſorem qui opus admetiatur, & rationes putet exactè, & ad ſe referat: vt ſi rectè ſumptus facti ſunt, iis qui fecerunt ſacra ſecuritas conficiatur, qua freti nullam ii poſtea vel hæredes eorum aut bonorum poſſeſſores quæſtionem patiantur. Valeat & ab diſcuſſore poſt rationum diſcuſſionem emiſſa ſecuritas, nec ſacra apocha nec alia qualibet cautione indigens. Sumptus autem diſcuſſoribus pollicetur conſtitutio, vt ſine damno ratiocinia tractent. Eos verò qui de ſuo impendunt in opera ciuitatis vel alias publicas neceſſitates, hæredesve eorum, nullam vult diſcuſſionem ſuſtinere vel lucrorum, vel eorum quæ dicuntur ἀγωγικὰ aut παραπεμπτικὰ, vel ſumptuum qui fiunt citra mulos fiſcales aut muliones, vel proſecutionum ratione, vel eorum quæ generali nomine vocantur ſolemnia. Cęterùm Præſidum nemo diſcuſſorem mittat, ſed referat ad Principem in hoc vt ab eo mittatur qui hæc diſcutiat, ac ne vnum quidem obolum inde corradat, ſed tam fiſco quàm collatoribus ius ſuũ conſeruet: & ſi inuentas apud aliquos pecunias fiſcales exegerit, & ſacro ornamento intulerit, licito iure ſibi in ſingulas libras ſex ſolidos pro ſolatio retineat. Quòd ſi vel obolum inuitis aut volentibus prouincialibus acceperit, is quidem quod accepit, reddat, quadruplum fiſco inferens, & criminaliter coerceatur quaſi proditor fiſci, collatorumque cuſtos. Qui autem dedit, quaſi hoc ipſo confeſſus ſe fiſci rationibus obnoxium, rurſus diſcutiatur & exigatur. Diſcuſſione autem ſolemnium facta, & ad Principem perlata, diſcuſſis ſacra ſecuritas detur: dari etiam ea poteſt à diſcuſſoribus, ita vt vtroque caſu nullam illi poſtea diſcuſſionem patiantur. Neque verò ob ſecuritatem à ſe expoſitam diſcuſſor quidquam

accipere

accipere poteſt, vel ſi quid exigat, poſſeſſoribus & municipibus eum propulſandi ius eſt, referendi etiam ad Principem, vt mittat aliquem qui hoc genus concuſſionis coerceat. Præſes qui poſt hanc legem non accepta ex ſcripto iuſſione Principis, diſcuſſorem quacunque ex cauſa miſerit, viginti librarum auri, & officium eius quindecim pœnæ ſubijciatur, qui nec occaſione repurgationis cloacarum, vel ædificiorum muris adiunctorum, vel ruinæ eorum, vel ob factas in publicis porticibus χροδουλεῖας, vt vocantur, & areas, vel eorum quæ in ciuitatis intercolumnijs ædificata ſunt, quaſi deſtruenda ſint, vel de imaginibus, alijs ve à ſe excogitatis modis, aut ciuilibus quæſtionibus vllas iuſſiones facere poteſt. Sed & ſi fecerit, licet ciuibus executioni earum obſiſtere, minimeque eis ſatisfacere, Præſidibus prouinciarum hoc ſilentio tranſmittentibus, & omni ciuili publicoque auxilio eiſdem ſubdendo pœnis, facultaté quoque habentibus ijs qui voluerint preces Principi offerre, & geſta perdocere, vt principalis indignationis correctio conſequatur: Præſidibus item talia iubentibus viginti libris auri mulctandis, maioremque Principis commotionem expectantibus: officio autem obſecundante prę ter mulctam quindecim libras auri in corpus caſtigando. Soli enim Principi licet horum inſpectionem viro integro & fideliter, atque ex vſu ciuitatum hæc indaganti, nihilque protinus ob id accipienti mandare. Prouideant autem patres ciuitatum poſſeſſorumque potiores, ne quis ciuilem vel publicum vllum locum in muris, vel in publicis porticibus, vel obſequijs, vel alibi iniuſta ex cauſa detineat, & ne cuiquam detur quidquā ex publico ſine ſacra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita, non rectè reſcindentur: & in damno verſabuntur qui acceperint. Iidem prouideant, ne qui ex ſacra forma habēt poſſeſſionem aquæ, quid vſurpent præter cæteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat. Hæc autem magnificus Comes priuatarum, & ei obſequentes Palatini perſcrutari, & deferre debent, impoſitasque pœnas exigere: vel ſi neglexerint, viginti libris auri mulctantur, officium verò quindecim.

a *al. à quibus muneribus.*

Quibus muneribus[a] excuſentur hi, qui poſt impletam militiam vel aduocationem per prouincias ſuis commodis vacantes commorantur,[b] & de priuilegijs eorum, & de conductoribus[c] vectigalium fiſci.

b *Hactenus quæ præceſſerūt verba pertinebāt ad Græcam cōſtitutionē quæ deperdita eſt. Cont.*

c *al. conditionibus.*

TIT. LV.

Deeſt ſub hoc titulo 1. Conſtitutio Græca, cuius ſententia his verbis expreſſa eſt libro 54. Βασιλικῶν, tit. 7.

Qui militiam vel aduocationem impleuerunt, præter ea priuilegia quæ iam adepti ſunt, nec frumenti aut olei comparandi curam, vel inſpectionem operum, vel ratiociniū, vel defenſionem ciuitatis, vel partis ciuitatis munus, vel curationem Reipubl. vel curationē annonæ exerceant, ſed & habitent vbi voluerint, nec Præſidibus vltra portas occurrere cogantur, nec ad curias ſiue collegia vocentur inuiti, vel nominentur vel nominent, nec deſcriptiones præbeant conſuetudinum vel ſpectaculorum nomine. Vnam quoque domum hēant liberam onere ſuſcipiendorum militum ſuperuenientium: iis qui in locis verſantur dignitate aliqua præditis ſuam immunitatem obtinentibus. Hæc enim conſtitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiſcalia tamen præbeant, & honorent Præſides, ac viciſſim honorentur ab eis. Qui hanc conſtitutionem violarit, aut violari permiſerit, quinquaginta librarum auri mulctam ſuſtineto.

LIBER VNDECIMVS.

De nauicularijs, ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri[d] collatione.

d *Quid ſit luſtrale aurum Euagrius et Zonaras elegāter deſcribūt, illudq; vnoquoque luſtro, id eſt quarto quoque anno pē di ſoli. Iam traduntur.*

TITVLVS PRIMVS.

Argumentum Græcæ conſtitutionis quæ deeſt tit. 1. lib. 11. Cod. de luſtralis auri collatione, tale reperi in antiquiſſimo exemplari manuſcripto. quam fidem ei habere debeas, prudens lector perpendes. Contius.

Indictionibus trino luſtro digeſtis, auri primo pro rebus functio præter annuum canonem indicitur: aurumq; quod ex tali collatione dependitur, eſt luſtrale. Quindecim verò annorum ſpatium in ſe quinquennij continens tria luſtra, primo aurum, ſecundo argentum, tertio æs exſoluere collatores perurget. In luſtra verò conglomeratio per ſubadiunas mello proximos adiutores & arcarios ad hoc officij deputatos ſub forma exactionis inſerta hoc exped ito curſu perſtringat.

I.

Remittit omnibus prorſus collationem auri argenti, exceptis ciuitatibus aut vicis q quid vltima voluntate ſub hoc collationis onere acceperunt, vel ſi quid à fiſco eadē lege datū ſit. Qui verò tale onus agnoſcunt, in eorū arbitrio ſit id ſoluere Cōſtantinopoli vel in prouincia, ſiue quarto quoque anno, ſiue vltra quadriennium, ſine damno & peruerſitate vlla. Ac ſi quid eo illato ſuperſit, id in alias ciuitatis neceſſitates impendatur, velut opera aut frumen

ti coemptionem aut lumina aut ſimilia. Conſtituit autem pœnam centum librarum ſcholæ Palatinorum & Præſidibus, & cohorti, & municipalibus, ſi hæc quandoq; nō obſeruauerint.

I I.

NE quis, quò ſit releuatus auri atque argenti collatione, deſcribatur in ſpectacula vel alia quædam: alioquin ſupradicta pęna imminebit.

De ſpectaculis, & ſcenicis, & lenonibus.

T I T. VI.

V I I.

NE quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatus, nullus ancillam ingenuamve proſtituat. alioquin humilior qui id fecerit, coercitus metalli & exilij pœna damnabitur: honeſtior bona & militiam ac dignitatem amittet. His quoque abſtineant thymelici. Quòd ſi ancilla proſtituta ſit, vt gratuitò vindicet ab omnibus viris aut fęminis, clericis aut monachis. Et vt hęc obſeruent magiſtratus tam minores quàm maiores & officia eorum, corporis & viginti librarum imminente pœna.

De [a] agricolis, & cenſitis, [b] & colonis.

T I T. XLVII.

a Baſ. lib. 52. tit. 1.
b Cenſiti, & capite cēſiti à Iuliano in Nouellis dicūtur, ſunt cenſib. quaſi adſcripti, ſiue adnotati, q capiti cenſum pſtāt, & ij quidē ſerui ſunt: coloni verò, qui liberi ſunt, terram tanquā domini habentur: & tantum domino terræ reditus certos ac pēſiones præſtant in pecunia, vel in ſpeciebus pro ſolo. Cuiac.
c Hāc legē Græcam et Latinā edidit Cuiac. cuius mētio fit in l. 23. & ab Euſtathio lib. de temporibus.

18. [c] Imp. Anaſtaſius.

AGricolarum alij quidem ſunt adſcriptitij, & eorum peculia dominis competunt: alij verò tempore annorum triginta coloni fiūt liberi manentes cum rebus ſuis, & ij etiam coguntur terram colere & canonem præſtare. Hoc & domino & agricolis vtilius eſt.

LIBER DVODECIMVS.

Qui militare poſſunt, vel non poſſunt: & de ſeruis ad militiam vel dignitatem adſpirantibus, & vt nemo duplici militia, vel dignitate & militia ſimul vtatur.

T I T. XXXIIII.

8. *Conſtitutio deſideratur. Eius ſententia ex lib. 57. Baſilicōn hæc eſt, doctiſſimo Cuiacio referente.*

HAec conſtitutio Græca confirmat primam conſtitutionem huius titu. qua cauetur, ne quis eodem tempore duas militias habeat, adūciēs, ne quis aliam militiam habeat, & præterea Tribunis notariis adnumeretur. & exigit vt apud acta quiſque deponat vtrum malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem ſtatuit tempus triū menſium, intra quos ex quo præſens conſtitutio promulgata fuerit, adeat quiſque in vrbe Comitem priuatarum, in prouinciis Præſides, & ſuam voluntatem exponat. Quo tempore elapſo, præcipit conſtitutio, vt ſi plures habeat militias, vnam tantùm retineat: ſi militiam & epiſtolas Tribunorum notariorum, Tribunus tantùm maneat: ſi militiam & Comitis dignitatem, miliam amittat, dignitatem Comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente. Quòd ſi quis militiam habens fiat Præſes prouinciæ, & vt ſibi gradus ſernetur à Principe, promeritus ſit, iubet conſtitutio, tunc gradum ei militiæ ſeruari, nec vti eum dignitate ex prouinciæ adminiſtratione conquiſita. Quòd ſi quidam vtramque retinere ſtudeant, & fortè duplici militia vtantur, vtramque amittunt. Definit & in eoſdem pœnam viginti librarum etiam ſi ſacram formam huic conſtitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in Præſides qui eam ſuſceperint.

De [d] erogatione militaris [e] annonæ.

d Ecl. 57. tit. [illegible]
e Al. [illegible]tione militia, & annona.

T I T XXXVIII.

X V I I I.

COnſtitutio iubet vt in regionibus retineantur in primis ea quæ militibus eroganda ſunt, atque ita deinde procedant reliquæ cauſæ fiſci. Nec enim oportet ſolas transmiſſiones vrgere, & erogationes militares negligere. Et ſi hanc conſtitutionem Præſides violarint aut municipia vel quilibet alius tractator publicorum, vt de ſuo militibus pecunias exoluant, & hoc amplius mulctam centum librarum auri.

X I X.

COnſtitutio iubet, ſi milites propriis angariis minimè dant operam perſonis quibuſdam auxilii gratia deputati vel per commeatum dimiſſi, vt actuarius eorum ſtipendia in ſpeciebus non accipiat, ne corrumpantur, ſed in auro; facta ſpecierum æſtimatione ſecundum rationem menſæ, & iureiurando præſtito à Tribunis & vicariis, & domeſticis, & actuariis, & optionibus, à quibus etiam ſi iuſiurandum dederint, ratio poſtea nihilominus, & ſi qua in re peieraſſe inuenti fuerint, duplum exigetur. Sed & ſi milites adærari ſibi velint annonas, eandem in

pretio

pretio rationem menſæ ſeruari: ſi ſpecies dari, vt eas accipiant quas regio parit, arbitrio religioſiſſimi Epiſcopi & clariſſimi defenſoris ciuitatis. Rurſus ſi actuarius à milite emerit annonas eius, & eas accipiat à collatore quaſi ſibi conceſſas, rationem menſæ ſeruari, niſi malit collator ſpecies ipſas inferre. At ſi velint ſua ſponte collatores vendere quædam militibus, id non prohibemus, etiam ſi ex eo lucrum facturi ſint, minorem ſpecierum quantitatem præbentes, quàm exigat ratio menſæ publicæ. Ne tamen eapropter liceat ciuibus lædere collatorem, puta ſi curia ſiue ciuitas cum milite per peram conuentionem inierit præbendarum ſpecierum, ne cogatur collator ſecundum eam conuentionem ſpecies inferre. Quia verò plerique ex chartularijs fortiſſimorum numerorum uel fœderatorum coemunt ſibi frumentum pretia à fiſco accipientes, iuxta nundinationem quæ menſa continetur, ſibi autem quaſi iam ante comparatas ſpecies retinentes, ideo iubet conſtitutio, ne quis collator inuitus eorum coemptioni parere cogatur. Sed ſi quis ſua ſponte eis vendere uelit, ne excedant illi pretia menſæ in quantitate ea, quæ annonarum nomine militibus præbenda eſt. Nam etiam extrinſecus quantitatem ſpecierum eo pretio emere prohibentur, ſicut milites. Quæ omnia demonſtrabit futura retractatio, qua quantum apparuerit ſibi quemque vindicaſſe, in tantum damnabitur in duplum: ita vt ſimplum fiſcus habeat, ſimplum actor. Omnibus quoque militibus perſonis quibuſdam deputatis ſecundum rationem menſæ adærentur annonæ & capita, nec petantur ſpecies, niſi à volente: eo qui quid antè dictorum temerarie auſus fuerit, maximum periculum ſubituro, ſiue Tribunus ſit, ſiue vicarius, aut domeſticus, aut actuarius, aut optio, aut numeri princeps, aut officialis magiſtri militum, ſi quid horum contigerit non bona fide tractari, & id confeſtim minimè denuntiauerit. Retractatio enim quicquid aduerſus conſtitutionem acciderit, coarguet & iudicabit.

De[a] metatis,[b] & epidemeticis.[c]

a Eccl. lib. 57. tit. 12. c. 2.
b Metata ſunt hoſpitia, quæ ſuperuenientibus militi. uel alijs perſonis prouincialis præbent. al. metatoribus. dicuntur autem metatores qui eligendis et præparandis hoſpitijs curam procurant.

TIT. XLI.

11. Imp. Zeno.[d] *A.*

DEcem poſt Primicerium Tribunos in domibus quas in hac Regia urbe poſſident, metatorum iuſſimus uacationem mereri.

XII.

NE quid Præſes dum per prouinciam oberrat, hac ſpecie exigat à prouincialibus, ne illos hoſpitio grauet, vel vt eis habere arma concedat. Qui ſecus fecerit, dignitate bonisque ademptis, exilio perpetuo damnetur.

c Epidemetica ſunt p̄ſtita quib. ſe reddiderunt onere hoſpitū ſuſcipiendorū. quidā legunt, epimetaticis, al. epidimeticis, uide hic Alciat.
d al. Leo.

De filijs officialium militarium, qui in bello moriuntur.

TIT. XLVIII.

III.

SI quis quocunque modo militans in bello moriatur, filius eius ſi vnus ſit, uel ex multis maior natu, ſtatim in locum eius ſuccedat, & eaſdem annonas accipiat, ſi pater vſque ad Biarchi dumtaxat gradum peruenerit. Quod ſi altiorem obtinuerit (veluti ducenarij, aut centenarii) filius eius fiet tantum modo Biarchus. Manifeſtum autem eſt, maiorem natu, in quem eiuſmodi ſolatium confertur, fratrum ſuorum curam habiturum.

De[e] executoribus, &[f] exactoribus.

e Eccl. tit. 7. tit. 4.
f vel.

TIT. LXI.

VII.

QVilibet executor diuinæ iuſſionis Prætorianive præcepti id prius inſinuare Præſidi debet, ut is inquirat, an ſit in eo vitium aliquod falſi, aut legibus aduerſum aliquid, & an per obreptionem impetratum ſit. Executio autem fit ſcripto, vel ſine ſcripto propoſitis ſacris Euangelijs, & præſentibus poſſeſſoribus omnibus, & vnà cum Præſide inquirentibus, qui & opem executori ferent, ſi res digna videatur. Sed ſi quid manifeſtè in ea falſi vel illegitimi deprehenderit, ſuſpendet exactionem, & relationem mittet ad Principem peragentem in rebus, vel ad ſedem eius à quo res proceſſit. Et interim executor quidem cautionem præſtabit pro rei qualitate: reus perſonalem, ſe ſiſti puta, idque ſine vlla impenſa. Debet enim executor indemnem eum præſtare quem conuenit, ſi temerè forſitan eum conuenerit. quam cautionem niſi præſtiterit, impunè ab eo quem conuenit, repelletur. Præſes ipſe vel alius, ad quem iuſſio dirigitur, cautionem exiget ab executore pro rei qualitate. Sed & ſi potuerit quis executionem repellere, & repulerit, debet Præſes executorem reſtituere, & ab eo cautionem exigere perſonalem, & rem deferre. quod ſi negligat, tam ipſe quàm ſuum officium, isve ad quem literæ miſſæ ſunt, de ſuo indemnitatem conuento præſtabit durante, vel depoſito magiſtratu. Conſtitutio excipit eos, qui nomine tributorum obligati ſunt. Quòd ſi pretio victi Præſides non in-

quirant, qua de re ſuperius diximus inquirendum eſſe, etiam ſi negligentia hic tantùm argui videatur, & rei familiaris damnum patientur, & magiſtratu eiicientur, & circa ſalutem periclitabuntur. Omnis autem lex Præf. prætorio prius inſinuari debet, deinde in prouinciam tranſmitti, & portitori dari aureos ſex, Præſide curante per omnes ciuitates ſuæ prouinciæ legem promulgari ſine vlla impenſa Præſidis vel defenſorum vel portitoris. Et ſi quis ex ea re quid perceperit, in duplum tenetur, & magiſtratus dignitatem amittit, officialis officium.

a Eclo. lib. 59. tit. 17.

Publicæ [a] lætitiæ uel Conſulum nuntiatores, uel inſinuatores conſtitutionum, & aliarum ſacrarum uel iudicialium literarum, ex deſcriptione, uel ab inuitis, ne quid accipiant immodicum.

TIT. XIIII.

[b] *II.*

b Eclo. lib. 9. titu. 6. ex lib. 56. tit. 27. c. 67.

c *Hac lex eſt epito. 2. par. 26. cuius Græca ſup. de epi. aud. quam ſuo loco reſtituimus.*

COnſtitutio [c] vult ſingulas prouincias inſinuatoribus ſacrarum literarum vel generalium conſtitutionum, vel publicorum commonitoriorum vel ſtatuarum ſex duntaxat ſolidos dari, & ab eo qui amplius acceperit, quadruplum reddi, hoc inhibente Præſide & Epiſcopo & primoribus ciuitatis, omniq́ue tam ciuili quàm fiſcali adminiculo, niſi velit Epiſcopus in Principis indignationem incurrere. Præſes bonis & dignitate & ciuitate mulctari. Curet autem officium nec deſcriptionem fieri ex iis cauſis vltra ſex aureos, nec ab inuitis, & ab accipiente quadruplum inferri. At cum ciues ſeipſos volunt deſcribere operis publici, vel frumenti coemendi cauſa, & hoc ſibi concedi à Principe petunt, nihil oportet lædi ex hac cauſa, ne ſacerdotes indignationem eandem incurrant, Præſides dignitatem amittant & publicentur, officium in corpus torqueatur, niſi Principi detulerint, quicquid contra hanc conſtitutionem fuerit admiſſum. poſſunt enim deſcripti reſiſtere deſcribentibus: vel ſi nequeant reſiſtere, licet eis inuocare Præſidem, & deferre Principi. Sed non oportet patres ciuitatum vel ſitonas, vel ſuſceptores ex reditibus quos habent in manu, quidquam præbere, ſed eorum quantitatem deſtinatæ neceſſitati ſeruare debent. Quòd ſi Præſes violarit, de ſuo eos reditus implebit. Fiſcales enim ciuiles res imminutas ſeruari neceſſe eſt.

Fragmenta, ſeu extraordinaria capitula nunc recens vſibus feudorum adiecta, quæ doctiſſimus Cuiacius reſtituit ex Ardizone & Aluaroto uſque ad finem libri quarti. Ac deinde liber quintus ab eodem Cuiacio confectus ex varijs Imperatorum diuerſorum feudalibus conſtitutionibus.

De alienatione feudi.

TIT. LXXIII.

SVmmoperè mandare curamus, vt ſi quis aliquem de beneficio inueſtiuerit, quòd ille qui inueſtitus fuerit, non poteſt per proprium vendere, nec [d] pro leuiſſima re locare, nec infeudare, niſi maiorem partem apud ſe retinuerit: & ſi in diſperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare poteſt. Quæ omnia ſi facta fuerint, nullius momenti erunt: & eo defuncto, omnia ad priorem dominum reuertuntur, & ſi dominus conqueſtus fuerit paribus, pares auditis rationibus intra anni ſpatium expedire faciant: vaſallo non faciente ſatiſdationem, domino dent poſſeſſionem, ſaluis ſuis rationibus: niſi diffinitiuam promeruerint ſententiam.

d *titu. 9. §. 1. ſup. eo.*

De feudis ſcutiferorum.[e]

e *Supra eo pars.*

TIT. LXXIIII.

FEuda ſcutiferorum, vt ad [f] libitum dominorum poſſint adimi, rationis non eſt, dum tamen ſeruiant ſecundum laudationem curiæ.

f *titu. 8 in inf. eod. tit. ſen. 1. §. 5.*

De conditione feudi non impleta.

TIT. LXXV.

VT inter conditionalia,[g] & non conditionalia aliqua ſit differentia, dicimus, quòd ſi quis alicui dederit beneficium conditionale (vtpote quæ dantur propter habitationem [h]) deſerta habitatione beneficium amittetur. & etiam cum certo conſtituuntur ſeruitio, non dato ſeruitio non poterit retinere beneficium.

g *titu. 19. inf. eo.*

h *tit. 105. inf. eo.*

De fidelitate.

TIT. LXXVI.

QVoniam de fidelitate mentionem fecimus, ſuper ea aliquid ſummatim deſpiciamus. Si beneficium eſt ſine [i] fidelitate, & vaſallus aliquid, quod ſit contra ſuum dominum fecerit, amittat beneficium laudatione parium: hoc idem dicimus in iis, qui fide-

i *Poteſt eſſe beneficium ſine fidelitate, & fidelitatis iuramento, tit. 3 in ſi. pr. & tit. 24. §. 1. at non ſine fide.*

fide-

fidelitatem iurant. Si cui militi fidelitas requiſita fuerit a domino, dominus, ſecundum quoſdam, librum militi oſtendere debet, & miles eã facere debet uel parium laudationi ſtare intra annum: quod niſi factum fuerit, miles ſecundũ quoſdam, de beneficio damnari poteſt, quod contra præceptum dom ni Lotharii[a] Regis Papiæ datum uidetur. Librum autem ꝙ uaſallo oſtendi ſoleat, non neceſſitate fieri, ſed uoluntate. Eſt enim quoddam ſignum requiſitæ fidelitatis memoriæ cauſa. Et uenit aliquando ut uaſallus dicat domino ſe facturum fidelitatem, quã pares laudauerunt. tunc non perdit beneficium, ſi ſtat per dominum, quòd faciat curiam.

Qui fidelitatem iurant, ſi uoluntate utrorumque ſeparatio facta fuerit, fidelitas finitur: ſi ſua uoluntate uaſallus, uel iudicio parium feudum dimiſit, fidelitas durat.

Si plures ſint domini uel uaſalli, an plures[b] fidelitates uel ſeruitia debeantur.

TIT. LXXVII.

CVm plures fratres uaſalli paternũ habent beneficium, donec illud indiuiſum poſſident, una fidelitas, & unum ſeruitium domino fieri debet. Si uerò partitum[c] fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Seruitia uerò non pro partibus, ut unum primum, uidelicet grauiora, ſed pro quantitate beneficii moderanda. Plures autem domini, etſi feudum inter ſe diuidant, nullo modo niſi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Seruitium uerò omnibus non grauitate, ſed moderamine faciendum eſt.

Culpam[d] unius ex cohæredibus cæteris non præiudicare.

TIT. LXXVIII.

CVm feudum hæreditarium uni ex cohæredibus propria culpa auferetur a paribus per iudicium, cæteris non præiudicat. Hoc autẽ ita intelligitur, ut uiuo[e] eo, uel ſuis[f] hæredibus feudum ad cæteros uenire non intelligatur.

Vt ratio uaſalli priuſquam[g] domini diſcutiatur.

TIT. LXXIX.

SI contentio fuerit inter dominum, & uaſallum, & dominus habuerit aliquam rationẽ contra vaſallum, & vaſallus contra dominum, vaſalli ratio prius diſcutiatur: quoniam pares maiorem[h] iuriſdictionem habent de[i] ſuo pari, quàm de ſuo domino.

a tit. 52. ſu. eo.
b titu. 55. l. 2. §. 1. ſup. eod. tit.
c feudũ ꝑ diuidi, ut hic, tamen regale, tit. 55. §. 1. i. ſi.
d tit. 93. inf. eod. tit. 52. ſup. eo.
e tit. 83. infra eod.
f tit. 93. infra eod.
g ad iudiciorum ordi . . id pertinet, ut & titu. 83 inf. eod.
h in tit. 22. in ſi. ſup. eo.
i i. tam in ſuum conuaſallum, quam in ſuum hominem.

De euictione.

TIT. LXXX.

GEneraliter uerum eſt in feudis dominos[k] de euictionibus teneri. at ſi quis ſciens[l] in ueſtituram alterius beneficii acquiſierit, eo cui ctio nullam aduerſus dominum vaſallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem.

De feudis improprijs[m] quæ auferuntur[n] dantis arbitrio.

TIT. LXXXI.

VNum quidem non minus utile, ſed ſatis cõgruum ſuperioribus aduerti, & ex comprobato[o] uſu in ſcriptis bono arbitrio reducere procuraui. Si quis igitur pro uice dominicaria[p] uel uillicaria, ut dicam, pro decania,[q] uel aliis quibuſcunque angariis feudum quod improprium eſt, acceperit, niſi ſpecialiter hoc actum ſit inter contrahentes, id eſt, nominatim feudum cum honore feudi, & ita, ut non liceat domino auferre quod datum fuerit, etiamſi adminiſtratio illa auferatur: quod datum penitus ablata adminiſtratione ſine omni obſtaculo auferre liceat. Si autem quod ſuperius dictum eſt, probare conetur, & quodammodo poſſidere uaſallus quibuſdam credatur, non iureiurando decidi oportet, ſed teſtibus uel inſtrumento aliisve legitimis probationibus cauſa firmiter approbetur.

Prius[r] poſſeſſionem reſtituendam eſſe quàm de principali cauſa agatur.

TIT. LXXXII.

SI qua contentio de beneficio inter aliquos (prout ſæpe fieri ſolet) orta fuerit, ſi unus dominus uel loco domini habeatur, & alter uaſallus uel loco uaſalli habeatur: ſi per pares ſm uſum regni iudicium uentiletur, primo[s] de ſuo recto beneficio inueſtiri debet, & ſi poſſeſſio aliqua perturbata fuerit, modo reſtitui debet.

Si unus ex fratribus dederit[t] ſuam partem fratri, uel domino, uel extraneo.

TIT. LXXXIII.

SI alter ex fratribus[u] qui paternum[x] habeat beneficium, ſuam portionem dederit domino, uel alicui extraneo: dominus uel extraneus tamdiu[y] teneat ſine preiudicio, quamdiu ille qui dedit, hæredem maſculum habuerit: ſi uerò ſine hærede deceſſerit, alter frater ſi uiuerit, uel eius hæres ſine ullo obſtaculo, & temporis præſcriptione[z] beneficium, quod hæreditarium[a] eſt, uindicet a quocunque poſſidente. Hoc idẽ dicimus & ſi frater fuerit & alter ab altero ex fratribus acquiſierit hoc enim uerissimum ex uſu comprobato didicimus.

k tit. 8. 25. 46 ſup. eo.
l tit. 28. & 96. inf. eod.
m titu. 48. ſup. eo.
n ti. 74. ſu. eo. tit. 94. infra eod. 1. feu. 1. §. 5. & ti. 2. 11.
o ex conſuſu ſumitur deciſio inf. 83.
p dixi 1. feu. 2.
q decania, quidã ſitã legũt caeterum Decanus Longobardorũ, et Gallorũ legibus, non tantũ is eſt qui in militia decuria ĩperat: ſed & qui donos iudicandi munere fũgitur, ut aduocatus cẽtenarius, millenarius, quingentenarius.
r tit. 20 & 39. §. 1 ſupra eod.
ſ dixi. ti. 2. §. 1. ſup. eo.
t i. refutauerit.
u de feudo a patre refutato v. ſi tit. 18. ſu. eo.
x de quo u. tit. 50. ſup. eo. 1. feu. 4. §. 2.
y tit. 78. ſu. eod.
z Lõga, nõ xxx. anno. ut tit. 9. §. 1. 26. §. 4. ſup. eod. 1. feu. ult. ad de titu. 88. inf. eod.
a Paternũ feudum hic dicitur hæreditariũ. Interpretibus hæreditarium eſt qđ quis habere nõ poteſt, niſi ſit hæres.

Patrem [b] in feudo filii non [h] ſuccedere.

ati.50.ſup. eod.

b excipe caſum q. nũc ſequitur.

TIT. LXXXIV.

Quoddam vſui traditum recordationis cauſæ in ſcriptis ponere procuraui. Si quis igitur habens filium, ipſum per dominum inueſtire fecerit, niſi [c] nominatim cũ domino pactus fuerit, ut filius deceſſerit ante patrem, quòd feudum ad patrem reuertatur: dicitur defuncto ante patrem filio, patrem carere beneficio, & domino adquiri beneficium.

c Pater cõtracta fiducia filiũ de feudo inueſtire faciẽs, ſi eo ſuccedit: aliàs nõ ſuccedit ... tit. 50.

De inueſtitura facta marito uel utrique coniugi.

TIT. LXXXV.

Si maritus de feudo ſuæ uxoris inueſtiatur ea abſente, niſi nominatim quaſi gerendo [d] uxoris negotium inueſtiatur, ſibi acquirit feudum ea ſciente & eliubente. Si uerò uterque in ſimul [e] inueſtiatur, pro parte ſibi proficiunt: niſi cum iam dicta diſtinctione factum fuerit. & dicimus etiam, ut ſi unus ante alterum ſine hærede deceſſerit, quòd alterius [f] pars domino adquiratur.

d Per geſtorem poteſt inueſtitura acquiri hic, & per nuntiũ tit. 5... §.2. ſu. eo. per procuratorem, titu. 3. §.1. 3. uerſi. ſed ... ſup. eo.

e ti.104. ſ. eod. 1. feud. 25.

f & ita iuri adcreſcẽdi hoc caſu locus non eſt, idde tit. 28. §.3. & tit. 45. ſu. e.

De fructibus [g] feudi.

TIT. LXXXVI.

Vnũ quidem ſatis vſitatum dicimus, quòd ſi aliquis deceſſerit nullo in feudo relicto hærede, ius feudi ad dominum pertinere dicimus; Fruges autem extantes non ad dominum, ſed ad filias ipſius vaſalli, uel etiam ad uxorem eius pertinere, & hac ratione creditor [h] eas retinere poteſt licèt pignus habere non poſſit: & hoc cum diſtinctione imperialium conſtitutionum.

h ti.45. eo.

An præſcriptione [i] feudorum adquiratur.

i Præſcriptione tricẽnali feudũ adquiritur inf. eo. tit. 9. §.1 in fi. 26 §.4. 1. feu. ult.

TIT. LXXXVII.

In beneficiis ut in cæteris contractibus, præſcriptiones currere ſatis humanum, & rationi congruum uidetur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iuſta traditione acceperit, licet dominus non ſit, cum uerus dominus in traditione putetur, longi [k] temporis præſcriptione ius ſibi acquirit. Si uerò malam [l] fidẽ habuerit, nulla ſe poterit tueri præſcriptione, nec etiam de euictione agere poterit.

k xxx. an. alias nõ currit præſcriptio 1. tit. 23. ſup. eo.

l tit. 10. ſu. eo. titu. 96. inf. eod.

De probatione inueſtituræ.

TIT. LXXXVIII.

De ingreſſu [m] curiæ a quibuſdam uaria ac diuerſa putantur: nos autem quod ſæpius ac rationabiliter in multis curiis & ciuitatibus intelleximus, in ſcriptis bonę recordationis cauſa inſerere procurauimus. Quicunque igitur beneficium per inueſtituram acquiſierit ſine poſſeſſionis traditione, pares ad inueſtituram habeat, ut pro ipſo ueritas diſcernatur, cum controuerſia inde fuerit. Sanè ſi poſſidet, aliis quibuſdam adiuuetur adminiculis. Veruntamen quia milites inopes uaſalli ſunt, per teſtes, uel per breue teſtatum probatio ſatis competens eſſe dignoſcitur.

m ... de qualitate uaſalli & paris.

Conditionem tacitè feudum ſequi.

TIT. LXXXIX.

Beneficia conditionalia, [n] quæ in maioribus curiis a ueteri tempore eſſe noſcuntur: utpote Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Ducum, Marchionum, Comitum, Capitaneorum, ſiue etiam maiorum ualuaſſorũ, ſi duobus, tribus, uel deinceps aliis dantur uaſallis, tacitè [o] conditiones eos ſequuntur, niſi nominatim in ipſis traditionibus ipſæ conditiones excipiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus, quæ nouiter [p] conſtituuntur ad harum ſimilitudinem uerißimum fore ſapientibus placet.

n qb. adiecta eſt conditio aliqua tit. 2. §. 2. ti tu. 78. ſu. e.

o Qualitas fundi, ſeu dum tacitè ſequitur.

p tit. 108. inf. eod.

Fratrem fratri in feudo nouo [q] ne ſuccedere.

q aliud in paterno 1. Feud. 8. in fi. tit. 14. §. 2. tit. 20.

T. I T. XC.

Si duo fratres in hæredes maſculos, & fœminas de beneficio inueſtituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptem cum patruo ad feudum uenire dicimus: cum unuſquiſque [r] fratrum ſuæ ſoboli benè cõſuluit. Si enim frater ſuus ſine ulla progenie deceſſerit, feudum non ad ſuperſtitem, ſed ad dominum perueniet; niſi pactum de ſucceſſione factum foret.

r tit. 13. ſu. eo.

De inueſtitura ueteris, & noui beneficii.

TIT. XCI.

Beneficium intelligitur de ueteri [s] & nouo: & cum de ueteri ſit inueſtitura, ſatis ſit ſi de recto [t] beneficio fiat inueſtitura. Hæc autem inueſtitura ab unaquaque [u] perſona fieri poteſt, ſiue ſeculari, ſiue eccleſiaſtica, ſi antiquitus [x] eorum conſuetudo fuerit. hæc, ſecundum quoſdam, & a fœmina, & a minore 25. ann. fit. De nouo ſi fiat inueſtitura, nominatim & de certa re oportet fieri. Hæc inueſtitura a muliere, ſecundum quoſdam non ualet: quibuſdam ualere placet: quæ ſententia mitior [y] eſt. A minore autem 18. annorum non ualet: hoc etiam de minoribus ann. 25. aſſeritur, ut quibuſdam placet. A prælatis Eccleſiarum uerò tradi, & legitimè dici poteſt iure, ut ualeat inueſtitura, dum tamẽ diſſipator [z] uideri non poſſit: quod ſi aliter intellige-

s ti. 4. ſu. eo.

t de quo ui de tit. ... o.

u 3. Feu. 1. x d. ... & 6.

y idẽ ſequenda.

z Prælatus res eccleſiæ iſtudare poteſt, at non diſſipare.

telligeretur, nullum beneficium ab eccleſiaſticis perſonis datum retineri poſſet. Dicitur etiam quòd ſi coniecturæ [a] perſonæ gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, quod duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet, inutile eſt beneficium.

a Nouell. 120. c. 5.

Iuſto [b] errore excuſari vaſallum qui fidelitatem non fecit.

b titu. 26. §. 7. uer. vaſallus.

TIT. XCII.

QVicunque paratus eſt facere benè fidelitatem domino ſuo, prout pater fecerat fidelitatem patri, vel anteceſſori domini, dum tamen hæc bona fide dicat, & non doloſè, ſed iuſto errore, omnino condemnari non poteſt. Cũ enim controuerſia eſt inter ipſos, per antiquitatem feudi, vel per breue teſtatum, vel per teſtes domino incumbit probatio, alioquin per vaſallum ueritas inquiratur.

Factum fratris [c] fratri in feudo paterno non nocere.

c v. tit. 78. ſup. eod.

TIT. XCIII.

QVoddam ſatis benè diſpoſitum ad vtilitatem, & ad pernicioſam calliditatem deſtruendam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidam [d] miles bina beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes alter eorum ſuo domino pro beneficio quod ad eum uenit, fidelitatem nullo [e] antepoſito, ſicut pater fecerat, fecit. Alter uerò frater alteri domino ſimiliter pro ſuo beneficio, quia alium nullum dominum habere uidebatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit. defuncto poſteriore fratre ſine filijs utrunque feudum in unam, ut prius uenit perſonam: & ſic dominus talem fidelitatem quærit, qualem frater eius fecerat: quas altercationes amputantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil ſuperſtiti obeſſe: licèt in ſecundam & tertiam generationem, vſq; ad infinitum peruenerit.

d tit. 52. §. 2. ſup. eod.
e hoc feudi ligij propriũ eſt titu. 99. inf. eod.

De feudo guardiæ, [f] & gaſtaldiæ.

f 1. feud. 2. & 4.

TIT. XCIIII.

QVod nomine gaſtaldię vel guardię in feudum datur, ablata gaſtaldia vel guardia iure auferri [g] poteſt. [h]

g v. tit. 81. ſup. eod.
h niſi aliud conuenerit. tit. 105. inf. eod.

De ſucceſſione feudi.

TIT. XCV.

QVidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios: & vnuſquiſq; ipſorum habuit duos vel tres filios: vnus illorum fratrum deceſſit, vna tantùm filia relicta: portionem illius non [i] ad omnes ſuperſtites, ſed ad patruos [k] illius & ſuis poſterioribus [l] pertinere dicimus.

i Tit. 50 [illegible] ſi ſup. eod.
k ad fratres. Cuiac.
l i. poſteris. ut l. 3. §. 1. ff. de iniuſto.

De inueſtitura alieni beneficij.

TIT. XCVI.

SI quis acceperit inueſtituram alterius beneficij, inutilis eſt hæc inueſtitura: & qui ſciens hoc agit, de euictione [m] agere non poteſt.

m Tit. 87. in fi. ſup. eo.

Non amittere feudum eum, qui ſine dolo ceſſauit per annum in petenda inueſtitura.

TIT. XCVII.

INter [n] dominum & vaſallum nulla fraus debet eſſe, & inde poteſt accipi, ſi vaſallus non doloſè ſteterit per annũ [o] quærere inueſtiturã ſui beneficij, non damnabitur. dolus enim abeſt, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit. vel etiam cum amore ſeruitium fecerit domino conſcio. Dicimus autem vt ſi contra [p] ea quæ in fidelitate nominantur, fecerit, beneficio carebit.

n dixi tit. 52. §. 3. in fi. ſup. eod.
o & duem 1. feud. 22.
p 2. feud. 24. §. 2. verſicu. ſed. & 1. feud. 21.

Ex delicto vaſalli feudum ad dominum redire.

TIT. XCVIII.

VAſallus habens feudũ deliquit contra dominum, cui iudicatum eſt. agnati cum domino litigant. quidam domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad dominũ non [q] pertinere, donec [r] aliquis maſculus ex delinquenti vaſallo ſupereſt, alij verò contradicũt.

q Cuiacius hanc negationem expungit.
r Titu. 78. ſup. eo.

De feudo ligio.

TIT. XCIX.

SI quis inueſtitus de feudo ligio, pro quo cõtra omnes [s] fidelitatem domino debet, Lucio & Titio ex ſe deſcendentibus filijs, ſibi hæredibus inſtitutis, vita deceſſerit, diuiſione facta, ſi ad ſolum Titium feudum peruenerit, rationabiliter placuit eum ſolum fidelitatis ſacramento eſſe obnoxium, ad quem ſolita feudi iura tranſierint. quòd ſi ab alio domino Lucius poſtea feudum per inueſtituram acquiſiuerit, pro quo ſimiliter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio ſine liberis, ad quem deuoluatur feudum, quod ex diuiſione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum, quæri poteſt. & cum placeat [t] quem ligiũ hominem duorum eſſe non poſſe, videri poteſt feudum ad dominum pertinere. ſed rectius viſum eſt, feudum, qđ per inueſtituram acquiſiuerit, impedimento ei nõ eſſe, licereq; ei per [u] ſubſtitutum acceptabilem domino priori ſeruire.

s feudi ligij propriũ hoc eſt, tit. 52. §. 2. tit. 93. ſup. eo. c. paſtoralis. de ſentẽ. & re iudic. vt n[am] quidẽ Imperator excipiatur, antiquior ve dominus. In iureiurãdo nõ homologi excipitur. Ti. 28. in fi. ſup. eo.
t Duorum homologus nemo eſſe poteſt ut hic: non homologus poteſt d. titu. in fi.
u ſ. uer tit. 5[2]. §. 1. tit. 100.

Impe-

Imperatorem feudum amittere vel alium pro ſe fidelem dare.

TIT. C.

EX facto incidiſſe ſcio Fridericum Principẽ noſtrum, cum ab initio Dux eſſet, & pro Ducatu fidelitatem faceret, diuino nutu poſtea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate ꝓ Ducatu, petenti domino reſpondiſſe, non teneri ſe fidelitatem facere, cum omne hominum genus ſibi fidelitatem debeat, & ipſe ſoli Deo & Romano Pontifici. Sed cum inſiſtente feudi domino de hoc contenderetur, prudenter viſum eſt, feudum amiſſum eſſe,[a] vel alium[b] Ducem in Ducatu conſtituendum, qui feudo ſeruire debeat, & domino fidelitatem faciat.

Eccleſiam fidelitatem non facere.[c]

TIT. CI.

DE negotio ſuper quo nos conſulere voluiſti, tibi ſecundum ius curiæ & vſum feudi breuiter reſpondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per Eccleſiam detinetur, nulla ſit facienda fidelitas.[d]

Non cogi vaſallum pro uno feudo duas fidelitates facere.[e]

TIT. CII.

INſuper etiam te inſtructum eſſe volumus, ꝙ ſi dominus à quo feudum tenebatur, diem ſuum plurib. hæredibus relictis obierit: vaſalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, niſi domini illud feudum primo partirentur: quoniam ſecundum ius feudi non debet quis duas[f] fidelitates pro eodem feudo facere.

Filios tantùm ſecundi matrimonij matri in feudum ſuccedere.

TIT. CIII.

MVlier quæ feudum ſecundi viri contemplatione acquiſierat, ſi ex vtroque matrimonio ſuperſtitibus liberis deceſſerit, ſolos ex[g] ſecundo viro ſuſceptos filios ad feudi ſucceſſionem admitti, vſu curiarum obtentum eſt.

Caſus quibus fœmina in feudo ſuccedit.

TIT. CIIII.

SI cui militi ad certum[h] ſeruitium feudum fuerit datum, iſque relicta ex ſe deſcendente fẹmina, deceſſerit, quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minus decenter[i] præſtare poſſit, ꝗ maſculus, etſi in inueſtitura minimè cautum ſit, vt & fẹminæ ad id aſpirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus, quinimo hoc caſu, ſimul cum maſculo in feudo eam ſuccedere, quidam putant, quod multò magis dignum obſeruantia exiſtimamus, cum feudum ſic datum eſt, vt nullum pro eo ſeruitium fiat, vt pleraque hodie feuda dantur.

1 ¶ Item ſi quis eo tenore de feudo aliquo ſit inueſtitus, vt in eo ſuccedant fẹminæ: ſicut[k] maſculi, ſiue feudum ad id certum fuerit datũ ſeruitium, ſiue pro eo indeterminatè fuerit promiſſum ſeruitium, inueſtito moriente in feudũ ſuccedunt pariter & mares & fœminæ, quanquam enim ſuperſtite[l] maſculo ex eo qui primus feudum adquiſiuit, fœminæ excludantur, & ſi in maribus & fœminis fuerat acquiſitũ (vt in feudis regulariter tradi ſolet) ſermonem tamen inſtitutæ, nec non vim verborum & ſenſum contrahentium intuentes, diſcretionem ſexus in eiuſmodi feudi ſucceſſione non facimus.

2 ¶ Iugales[m] à quodam milite ſimul[n] de eodem feudo inueſtiti fuerant, vt in ſe deſcendenteſque ſuos id haberent. Hi ex ſe, filio & filia ſuperſtitibus defuncti ſunt, inter quos feudi quæſtio agitatur. maſculus.n. vniuerſum feudum ſibi vindicat: fẹmina verò ad parentum feudum pariter cum fratre vocari ſe defendit. quidam ꝓ maſculo, quidam pro fœmina pronuntiant. Eorum qui pro filia iudicant ſententiam ſequendã eſſe cenſeo, cum filia ex ante dictorum iugaliũ contubernio ſupereſt, ex prædefuncta vxore alio ſuſcepto maſculo qui conſanguineus ad eam frater ſit. In cæteris[o] priorum ſententia ſanè ſequenda eſt. quòd ſi ſola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio cõnubio ſuperſtite maſculo, ab hac luce ſubtracti fuerint, feudum ſcindi fert prudentum noſtræ ciuitatis opinio, vt dimidiam quidem partem fœmina ſibi acquirat, reliquam verò dñs aut eius hæres accipiat.

De feudis habitationum.

TIT. CV.

FEuda habitationum,[p] niſi[q] aliud ſpecialiter cautum ſit, morte accipientium finiuntur.[r]

Seruos poſt delatam ſucceſſionem manumiſſos in feudum non ſuccedere.

TIT. CVI.

QVæſitum ſcio, dudumque apud prudẽtes fuiſſe cauſam hanc ſi ſerui,[s] quibus macula[t] ſeruitutis obſtaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi ſucceſſionem valeant aſpirare? Denique poſt magnas varietates obtinuit ſententia diſtinguentium, quo tempore libertatis donum aſſecuti fuerint: vt ſi quidem

eo

a aliud in Eccleſia ti. 108. inf.
b Vicariũ ſi. & ſubſtitutũ. ut tit. 35. §. 1. tit. 99. ſup. eo.
c i. ſolutam eſſe iuramẽto fidelitatis. & ita derogatur legi generaliter conceptæ tit. 3. in fi. ſup. eod.
d igitur maior Eccleſia quã Imperatoris authoritas tit. 100. ſup.
e Quid ſi plures feudũ adquiſierint? omnes fidelitatẽ facere debent. tit. 26. §. 4. uer. omnes.
f tit. 55. §. 3. ſup. eo. tit. 77. ſup. eo.
g tit. 26. §. 4. uerſ. mulier.
h titu. 51. §. 7.
i puta vero mittetur domine uxorem. titu. 2. inf. ſup. eo.
k 1. Feud. 1. §. 3. titu. 6 §. 1. tit. 8. & 2. Feud. 26. §. 7. uerſi. feudum eo lege. Vt huius poſſi ſuccedunt fœminæ cũ maſculis.
l ſunt ea Gerardi ſententia de quo dixi. 1. Feu. §. in fi. de contrahẽda empte.
m id eſt, coniuges.
n tit. 95. ſup. eo. Huiuſmodi ſeudum partim fœminarum partim paternum: & ita nullũ.
o i. quoties filia ex eodem matrimonio fratres habet.
p Tit. 75. ſup. eod.
q Tit. 44. ſup. eo.
r & deſerta habitatione d. tit. 75.
s An ſeruus inueſtiri poſſit, uide tit. 3. §. 1. uerſ. ſed perſonam.
t ſeruitutis macula.

eo tempore,[a] quo cohęres alter, vtpote his conſtitutis inhabilibus, aut dominus quaſi ad ſe deuolutum vindicaſſet, ab eius ſucceſſione ſint penitus alieni: ne quod legitimè factum eſt, ſuperuenienti facto poſtea retractetur: qui ſi re integra manumiſſi fuerint, in feudum rectè ſuccedere queunt.

a In feudis delata ſucceſſionis tẽpus ſpectatur facit. ti. 30. §. eo.

Vt vaſalli ſumptibus domini ſeruitia præſtent.

TIT. CVIII.

ANtiquatum eſſe ipſis rerum experimẽtis, nos ipſi cognouimus, fideles, niſi[b] aliud contractib pactiones inſertæ deſiderent, dominorum[c] ſumptibus eiſdem ſeruitia miniſtrare. Iuſtum namque eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, quo tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium, præſertim cum nec quiſquam proprijs cogatur impendijs militare, maximè cum extra[d] ciuitatis ſuæ tentoria ſeruitijs exhibendis eos conuenit fatigari.

b Conuentio format contractum.
c ſūptu domini cũ ſeruitium præſtatur à vaſallo.
d vi. Curtiũ 4. parte 1. 11. verſi. tertia cauſa

Vaſallum feudum poſſe in alium arctiori lege transferre.

TIT. CVIII.

NVlla iuris conſtitutione aut conſuetudinis, vſuſque longæui obſeruantia prohiberi ſciſcitatus inuenio, vaſallum arctiori,[e] quàm ipſe habeat, lege feudum in alium vbilibet poſſe transferre.

e Titu. 34. §. 1. tit. 48. 89. in fi.

Clericatu feudum amitti.

TIT. CIX.

ET iure & moribus receptum eſt, vaſallum clericali[f] ſe militiæ dedicantem, feudum amittere: Scriptum eſt enim in diuinis eloquijs: Miles Chriſti ſeruiat Chriſto: miles ſeculi ſeruiat ſeculo.

f Tim. 21. tit. 26. §. 4. verſ. qui clericus. §. eo.

DE FEVDIS, LIBER V.

Quo variæ conſtitutiones Imperatorum ad hanc partem iuris pertinentes continentur.

Conſtitutio Conradi[g] de beneficijs.

TIT. I.

g 1. feud. 1. §. 2. adde 2. feud. 34. 40.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Cõradus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, Omnibus ſanctę Dei Eccleſię fidelibus & noſtris tam præſentibus, quàm futuris notũ eſſe volumus, ꝙ ad reconciliandos animos ſeniorum, & militum, vt ad inuicem ſemper inueniantur cõcordes, & vt fideliter nobis & ſuis ſenioribus ſeruiant & deuotè, præcipimus & firmiter ſtatuimus, vt nullus miles Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, Marchionũ, vel Comitum, vel hominum qui beneficium de noſtris publicis bonis, aut de Eccleſiarum prædijs nunc tenent aut tenuerint, aut hactenus iniuſtè perdiderint, tam de noſtris maioribus valuaſoribus, quàm eorum militibus, ſine[h] certa, & conuicta culpa ſuum beneficium perdat, niſi ſecundum conſuetudinem anteceſſorum noſtrorum, & iudicium parium ſuorum. Si contentio emerſerit inter ſeniorem & militem, quamuis pares iudicauerint, illũ ſuo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc iniuſtè, vel per odium factũ eſſe[i], ipſe ſuum beneficiũ teneat, donec ſenior, & ille quẽ culpat, cum paribus ad noſtram præſentiam veniant, & ibi cauſa iuſtè determinetur. Senior verò, & miles qui culpatur, qui ad nos venire debuerint, ſex[i] hebdomadas antequam iter incipiat ei cum quo litigauerit, innoteſcat. Hoc aũt de maioribus valuaſoribus obſeruetur. De minoribus verò in regno noſtro, aut ante ſeniores, aut ante miſſum[k] noſtrũ eorũ cauſa finiatur. Præcipimus etiam, vt ſi aliquis miles ſiue de maioribus ſiue de minoribus, de hoc ſeculo migrauerit, filios eius beneficiũ tenere: ſi verò filios non habuerit, & auiaticũ[l] ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſeruato vſu maiorum valuaſorũ in dandis[m] equis, & armis ſuis ſeniorib. Si vero fortè auiaticum ex filio non reliquerit, ſed fratrem legitimum ex parte patris, & ſi ſeniorem offenſum habuerit, ſibi vult ſatisfacere,[n] & miles eius eſſe, beneficiũ quod patris ſui fuit habeat. Inſuper & omnibus modis prohibemus, vt nullus ſenior de beneficio ſuorum militum cambium[o] aut precarium aut libellum ſine[p] eorũ adſenſu facere præſumat. Illis verò, quæ tenet proprietario iure, aut per præcepto ſuo porrectum libellum, ſiue per precariam, nemo cum deueſtire audeat iniuſtè. Fodrum[q] autem de caſtellis, quod noſtri anteceſſores habuerunt, habere volumus: illud verò quod non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc iuſſionem noſtram infrigerit, auri optimi libras c. componat, medietatem cameræ noſtræ, & medietatẽ cui damnum illatum fuerit.

h 1. Feud. 21. 22. §. 3.
i d. §. 2.
k vicariũ.
l .i. nepotẽ ex filio 1. Feu. 1. §. 2.
m 2. Feud. 14.
n 2. Feud. 51. §. 1. tit. 55. §. 2.
o De cambio adde 1. Feud. 4. §. 2. 22. §. 1. tit. 25.
p 2. Feu. 9. i fi. 34. §. 1.
q Annonarum militarẽ 5. Ammonius 3.

Conſtitutio Henrici de cauſis amittendi feudi.

TIT. II.

IMperator Auguſtus Henricus ſecundus. De militum beneficijs, quoniam dubias variaſque cauſas in regno noſtro eſſe cognouimus, ideo ad Reipublicæ ſtatum quædam ſtatuimus. Si[r] quis ergo dominum ſuum interfecerit, vel vulnerauerit, ipſum dominum, ſuamve dominam

r Cãs feudi amittendi.

a 1. Feud. ſup. & 2. feu 38. 57.

nam obſederit, vel eum cucurbitauerit,[a] vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, vel his ſupradictis conſilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si verò de ſupradictis ſe defendere voluerit, teſtibus à parte domini deficientibus, cum tribus paribus ſe expurget: ſi autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parẽtibus ſe defendat (vſu verò curiali ſolus defendat.) Si quis autem ſuorum parium, idoneus tamen exinde ſe veritatem ſcire dixerit, & per pugnã eum fatigare voluerit, vt per [b] pugnam ſe defendat, edicimus. Si quis autem fuit, qui domino non ſeruierit, parium laudatione beneficium amittat (curiali tamen vſu id redimere poteſt pro medietate, quantum valuerit.) ſed ſi hoc defendere noluerit, duos vel vnum ſaltem parem oſtẽdat, & cum his ſe ſeruiſſe iuret: & ſi pares paremve habere nequiuerit, cum tribus vel duobus propinquioribus parẽtibus ſe intra annum [c] ſeruijſſe iuret: (vſu tamen curiali ſolus iurare conceditur. Qualiter autem iuret, an ſolus, aut cum alijs, nihil intereſt, dum tamen ſeruitia nominet.) Si autem concorditer cum domino ſuo ſe habuerit dominum ſæpe videndo, tunc dicimus vt probet per teſtes ſeruitium feciſſe, & per ſe non ſtetiſſe. Si autem aliqua inter dominum & vaſallum diſcordia fuerit, vel ſi domicilia in longinquum habuerint, vaſallus domino ſe repræſentando ſeruitium promittat, & ſi neceſſe fuerit, hoc probet iureiurando, ſaltem ad finem controuerſiæ vaſallo à paribus dato. Si quidem intra annum ſeruierit, quod leuiſſimum fuerit, & dominus aliud ſeruitium impoſuerit, quod vaſallus neglexerit, vnde damnum domino illatum fuerit vſque ad fruges, feudatarius parium exiſtimatione damnum reſarciat. De alijs verò culpis vnde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat ſe, vt ſupra, vel emendat.

b 2. Feud. 27. in prin. & §. 3. & tit. 39. §. 2.

c quod minimum eſt, vt inf. eod.

Alia conſtitutio Henrici de vaſallo qui vnum ex dominis refutauit.

TIT. III.

Imperator Henricus. Si contingerit feudum in curia, aut neglectu fidelis conſortibus [d] applicari, nullum ex eo leuamen detruſus excipiat, ne ſenioris ſui contemptus illuſus fiat, ob quem feudum iure dimiſerat. Sanè qui aliter fecerint, quàm quòd mens ſaluberrimæ noſtræ conſtitutionis expoſcit, beneficio ſe cituros eſſe cognoſcant, ita vt eis amplius ſperare non liceat, ſeniori danda licentia tam ab ipſis eorumque poſteris, quàm cæteris detentatoribus prædictum beneficium vendicandi.

d i. uni dominorum, vt 2. Feud. 38.

Alia conſtitutio Henrici eiuſdem, vt ingratitudo vaſalli probetur teſtibus quinque.

TIT. IIII.

Imp. Henricus Aug. vniuerſo populo.

SI [e] vaſallus inhoneſtis factis, atque indecentibus machinationibus dominum ſuum offenderit, &c.

e v. 2. Feu. 57.

Conſtitutio Lotharij de feudis non alienandis.

TIT. V.

Lotharius diuina fauente clementia tertius Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus ac triumphator ſemper Auguſtus vniuerſo populo.

IMperialis [f] beneuolentiæ proprium eſſe iudicamus, commoda ſubiectorum inueſtigare, &c.

f v. 2. Feu. 53. in prin.

Alia eiuſdem Lotharij conſtitutio de inueſtitura non petita intra annum.

TIT. VI.

Imp. Lothar. Eugenio Papæ, & vniuerſo populo.

QVoniam [g] inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire, &c.

g v. 2. Feu. 52. §. 1.

Conſtitutio Friderici de feudis non alienandis & alijs capitulis.

TIT. VII.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus vniuerſo populo.

IMperialem [h] decet ſolertiam ita Reipublicæ curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, &c.

h v. 2. Feu. 55.

Alia de iure fiſci.

TIT. VIII.

Imp. Fridericus.

REgalia [i] ſunt armenniæ, viæ publicæ, flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, &c.

i v. 2. Feu. 56.

Alia conſtitutio eiuſdem Friderici de pace tenenda.

TIT. IX.

FRidericus [k] Dei gratia Romanus Imperator, ſemper Auguſtus, Epiſcopis, Ducibus,

k v. 2. Feu. 57.

bus, Comitibus, Marchionibus, & Rectoribus, &c.

Alia conſtitutio Friderici Imperatoris de incendiarijs & pacis violatoribus.

TIT. X.

FRridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Decet fidelitatis noſtræ tempora, generali populorū prouinciarū tranquillitati circunſpectionis noſtræ ſtudio prouideri, vt dum in ſubiectis dominationis uirtute pollemus reprobos quoslibet ac ſcelероſos à ſubditorum iniurijs arceamus æquitatis noſtræ correctione. Conſiderantes quippe quæ damna, quantæque deſolationes hominum & prouinciarum, per ſeditiones & incendia prouenerint, & quantos præterea futurorum timores reportent, ea quæ de conſcientia & conſilio Principum, & aliorum fidelium noſtrorum, tam liberorum, quàm miniſterialium, ad reprimendos incendiariorum inſolentias, Imperialis noſtra ſanxit auctoritas, vniuerſalis Imperii fidelibus nota fieri uolumus, & ſicut in caſtro noſtro Nurimbere hęc ordinata, & cōfirmata ſunt, firmiter indicimus obſeruanda.

a *De incendiarijs.* Primum igitur de incendiariis [a] demandamus generaliter, vt ſi liber homo, ingenuus, miniſterialis, vel cuiuſcunque conditionis fuerit, incendium commiſerit pro vuerra propria, pro amico, pro parente, vel cauſæ cuiuſquam alterius occaſione, de ſententia & iudicio Imperiali, proſcriptioni ſtatim ſubiectus habeatur. Hic excipiuntur, ſi qui fortè manifeſta vuerra caſtra manifeſtè capiunt: & ſi qua ibi ſuburbia, aut ſtabula alia vel tuguria præiacent, igne ſuccendunt. Excipiuntur & iudices quos in malefactores pœnam iuſtitia exigente exercere contingit. Quòd ſi aliquis in Ducatu alicuius incendium fecerit, ipſe proſcriptum pronuntiet, ac deinde iuſtitiæ ſuæ auctoritate eum proſcribat. Idipſum faciant Marchiones, Palatini Comites, Laudgrauij, & Comites alii, nec alicui eorum liceat talem abſoluere, niſi domino Imperatori.

Quicunque etiam incēdiarium in domo ſua ſcienter receperit, & conſilium auxiliumve ei impenderit, damnum & iniuriam paſſo pro facultate ſua reſtituat. Iudici verò x. libras monetæ de illa diœceſi in qua commiſſum eſt, perſoluat, ac domino Imperatori pro voluntate, & gratia ſua diſponat. Si quis autem ſuper hac culpa innocentiam ſuam probare vel oſtendere voluerit, cum duobus viris veracibus culpa in præſentia iudicis ſe expurget.

Si quis autem cuiquam impoſuerit, quòd incēdiarium receperit, & de hoc ipſum iure voluerit cōuenire, hoc nequaquam ei fieri liceat, niſi præſtito primo calumniæ ſacramento. Dominus etiam Imperator proſcriptorum neminem à ſententia proſcriptionis abſoluat, niſi de illicitis primò damnis cū iniuriato componat, & niſi conſciente iudice hoc faciat.

Proſcriptum verò, quem pro incendio ſententiam proſcriptionis incurriſſe omnibus notum fuerit, diœceſanus Epiſcopus, ſi ad ſatiſfactionem inobediens extiterit, à communione Eccleſiæ Dei & fidelium Chriſti abiiciat, & extraneum eum reddat, nec eū abſoluat, quoadusque læſo damnum reſtituat: & econuerſo, quem Epiſcopus legitimis induciis citatum iuſtitia dictante excommunicauerit, & hoc iudici inſinuauerit, iudex eum banno proſcriptionis condemnet, & nec prius eū abſoluat, quàm coram Epiſcopo de his pro quibus condemnatus eſt, ſatisfaciat. Quòd ſi a proſcriptione illa prędicto modo fuerit abſolutus, & Epiſcopo ſuo voluerit obedire, incēdium primò abiuret, deinde ſit in arbitrio Epiſcopi, qualem ei pœnam iniungat, ad uiſitandum ſepulchrum domini, aut limina Iacobi Apoſtoli. Si autem proſcriptus eo, ut dictum eſt, modo abſolui deſiderauerit, domino Imperatori fines Imperii per annum & diem abiuret. Si quis autem à proſcriptione, & excommunicatione ſimiliter nō fuerit abſolutus infra annum & diem, uniuerſo iure, & honore, & legalitate priuatus habeatur, ita vt ferendo teſtimonio, uel ad iudicandum, decetero nequaquam ſit admittendus. Omni quoque feudali iure carebit perpetuò.

Item ſi in reiſa [b] alicuius domini, cum ipſo domino cuius eſt reiſa, aliquis fuerit, qui incendium (vt ſæpius contingit) faciat, dominus ipſe, cuius eſt ipſa reiſa, iurabit ſuper reliquias, quòd non fecerit conſcientia, uel mandato, uel voluntate ſua. Reum autem abiicet à ſe, & nunquam recipiet. Quòd ſi illum poſt ſatisfactionem receperit, tenetur uniuerſum damnum, quod ille commiſit, reſtituere. b *Reiſa militaris excurſio. hinc Raiſognel. dum apud Auentinū reſpōdētis ad delectū.*

Item ſi cōtingat dominum aliquem in uilla aliqua hoſpitari, uiolenter, & fortuitu euenerit, domū aliquam incendi, & ille cui fit damnum, dominum impetierit, quòd mandato ſuo, uel uoluntate, uel conſcientia ſua factum ſit, damnum damnificato reſtituat.

Item ſi incendiarius captus fuerit, & coram iudice negare uoluerit incendium ſe commiſiſſe, ſi fortè notorium non fuerit, per prouinciā iudex ſi poſſet eum cum ſeptem idoneis teſtibus conuincere, capite plectatur. Sed ſi notorium fuerit, nullius requirendum eſt teſtimonium, ſed ſtatim decollandus. Item ſi Caſtellani cuiuſquam domini deſcendentes à caſtro domini ſui, incendium fecerint domino abſente à prouincia, caſtrum domini propter hoc non erit comburendū, ſed bona incēdiariorū, quæcumque extra caſtrum fuerint reperta, combu-

comburantur. Poſt reuerſionem verò domini, ſi dominus incendiarium retinere uoluerit, & à ſe non repulerit, caſtrum eius ſimiliter erit comburendum. Item ſi proſcriptus propter incendium in aliquam domum confugerit, de qua non poſſit haberi, niſi domus incendatur, propter hoc incendium non erit quis incendiarius, ſed damnum pro incendio reſtituere debet. Itẽ ſi incendiarius ſuper caſtrum aliquod agitatus confugerit, & dominus, cuius eſt caſtrum, fortaſſis dominus, uel uaſallus, uel conſanguineus fuerit, dominus ille non debet eum perſequentibus repræſentare, ſed iuuabit eum a caſtro in ſyluam uel aliàs, ubi ſecurus ſibi uideatur. Quòd ſi nec dominus uel uaſallus, nec cognatus fuerit, perſequentibus eum ſtatim repræſentet, uel cum eo in eadem culpa ſit.

Statuimus etiam, & eodem firmiter edicto ſancimus, ut quicunque alii damnum facere, aut lædere ipſum intédât, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium ſuum diffiduciet eum. Quòd ſi læſus diffiduciatum ſe fuiſſe negare uoluerit, nuntius idem ſi unius eſt, iuret quòd contradixerit ei ex parte domini ſui, loco & tempore deſignato. Si mortuus eſt nuntius, iuret dominus iunctis ſibi duobus uiris ueracibus, quòd contradixerit ei, ne dolo mediante de fide uiolata quis ualeat inculpari. His ſancientes adiicimus, ut quicũque treugas alicui dederit, niſi ibi determinatum & exceptum fuerit, quo tenore ſeruet, uel non ſeruet eas, contradicere eis ante terminum ſtatutum nequaquam poſſit. Quod ſi fecerit, ut uiolator fidei iudicetur.

Item qui nuntium aliquem, pro eo quod cõtradicturus mittitur, læſerit, fidem ſuam uiolauit, & de cętero omni honore ſuo carebit, & in poſterum nullus ei contradicet. De filiis [a] quoque ſacerdotum, diaconorum, ruſticorum, ſtatuimus, ne cingulum militare aliquatenus aſſumant & qui iam aſſumpſerunt, per iudicem prouinciæ a militia pellantur. Quòd ſi dominus alicuius eorum eum in militia contra iudicis interdictum retinere contenderit, dominus iure iudici in decem libras condemnetur, ſeruus autem omni iure militiæ priuetur. Statuimus etiã, ut ſi quis uineas [b] aut pomaria exciderit, proſcriptioni, & excommunicationi incendiariorũ ſubiiciatur. Vt autem hæc tam utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & eo quo dicta eſt tenore, incõuulſa conſiſtat, eam legibus prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum atque Regum iuſſimus interſeri, & perpetuo iure ſeruari. Cui ſi quis auſu temeritatis contra ire præſumpſerit, Dei omnipotentis, & noſtræ perpetuò indignationis ſit reus. Fiat, fiat. Actum Nurembere in præſentia Principum, conſilio, & conſenſu eorum. Anno incarnationis M. C. LXXXVII. III. Kal. Ian.

a Filiĩ ſacerdotũ remoti à cingulo militari.
b l.2 l.3. ff. arborũ furti. 60. Ecl. 16. c. 2. 6. Harmen. 6. c v. 2. Feu. 53.
d v. ĩ ti. 18.
e Pauci de iure προτιμήσεως. (in ius originẽ ad ius diuinũ quidã referunt, Leui. 25. dicẽdũ. iure Romano ſi teſtator noluiſſet fundũ alienari extra familiã, fundo extero alienato proximiori agnato fideicommiſſi petitio cõpetebat. l. 3. §. ult. ff. de le. 2. fundo ulteriori agnato uendito non cõpetebat, argu. l. 114. §. 15. 16 ff. de leg. 1. l. 32. ĩ pñ. l. 67. §. 5. ff. de leg. 2. l. 54. ff. ad l. Falci. Apud eoſdẽ, ẽt proximis cõſortibus, cõceſſũ erat, ut extraneos ab emptione remouerẽt, quã poſtea licet uetitũ l. 14. C. de cõtr. empti. l. 16. ff. de reb. auctor. iud. redductũ ẽ genearchici, atq; paterni feudi retractu pximioribus agnatis conceſſu, ut hic & 12. Feu. 26. §. 5. uerbo, Titius iure ciuili dominus pfertur extraneo i emendis meliorationib. calent. l. 2. C. de iure

Alia conſtitutio eiuſdem de pace componenda & retinenda inter ſubiectos, & alijs capitulis.

TIT. XI.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, uniuerſis ſubiectis ſuo Imperio, Salutem.

HAc [c] edictali lege in perpetum ualitura iubemus, vt omnes noſtro ſubiecti Imperio, &c.

Alia conſtitutio eiuſdem Friderici de pace conſtantiæ.

TIT. XII.

IN [d] nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c.

Alia conſtitutio Friderici de iure προτιμήσεως [e]

TIT. XIII.

SAncimus amodo in omni prouincia, & in omni ciuitate, ſi quis ex parentela [f] habeat communem agrum, [g] domum, uel uineam, vel rem immobilem diuiſam, vel indiuiſam, aut ex communi emptione, uel aliquo huiuſmodi titulo, vel alio modo aliquo coniunctim, & voluerit alienare ſupradictas res per venditionem, vel emphyteuſim, [h] vel locationem, non ante liceat ei alienare, quàm denuntiauerit illis quos vocauimus per ordinem in ius προτιμήσεως. In primis [i] vocentur parentes, qui ſunt coniuncti, poſt hos ſocij, poſt hos illi qui ſunt coniuncti, etiam ſi extranei ſint, poſt hos vocentur omnes qui ſunt ſub uno ſeruitio, & qui ſunt coniuncti ex aliqua parte. Sin autem plures ſint in iure προτιμήσεως, omnibus denuntietur, vt intra [k] triginta dies ſoluendo iuſtum [l] pretium ſine mora, aut quantum quiuis emptor ſine fraude dederit, vnuſquiſq; portionem ſuam accipiat. Verùm ſi intra ſtatutum terminum iuſtum pretium non ſoluerit, de cætero non habebit ius προτιμήσεως, niſi ſi quis eorum erat in captiuitate, vel deportatus, vel in exilium miſſus, vel abſens Reipublicæ cauſa, aut ex propria ſua cauſa, uel minor viginti quinque annis: & licèt iſti fuerunt abſentes ex iuſta cauſa, tamen tutores eorum, uel curatores, uel procuratores, vel defenſores intra quatuor menſes debent uenire, & ſoluere iuſtum pretium cum legitimis vſuris, [m] & expenſis neceſſarijs, & accipere ius προτιμήσεως, & extraneos emptores omnimodo expellere, & ſi neglexerint hoc facere, ſarcient de

propriis

emphy. Iure conſuetudinario apud quaſdã gentes ãlodialiũ fundorũ, & cẽſibus obnoxiorũ retractº pximis pmiſſus eſt, bis cõcurrẽtib. Qui retrahit ſibi, ac in uſum ſuũ nõ alteri, intra tẽpus retractui definitũ, expẽſas l. 30. ff. de minor. inſtũq; ptiũ emptori offerre dit. arg. 2. Feu. 3. §. 1. l. 1. §. 8. ff. de ac. emp. aut id qd appa ret depone re, ac de eo quod obiectum erit ſatiſdatũ offerre. l. 5. l. 34. §. 1. ff. de ſtatu ho.
f i. cognatione, aut agnatione po sui.
g i reb. mobilib. ius retractus locũ non hẽt.
h In qb. cõtractib. ius retractº locũ habeat, ut hic: i quibus non habeat. uerſ. Ex cã ſuſ. eod.
i Qui potiores in iure retractus.
k Intra qđ tps ius retractº cõpetat, ut hic. adde & aliud tẽpus a menſium inf. eod. ibi intra quatuor menſes.
l de iuſto pretio emptori a retrahẽte offerendo.
m de uſuris, & expẽſis neceſſariis à retrahente emptori offerẽdis.

proprijs ſuis quidquid incommodi illi habuerint. Licet autem ſupra diximus omnes vocati ad ius προτιμήσεως, tamen ſi [a] probatum fuerit quod atroces iniurias, vel manus impias venditori vel eius familię intulerint, vel ipſius ſubſtantiæ grauem iacturam moliti ſunt, vel contra eius vitam niſi ſunt, omnes iſti nullo modo ſine voluntate venditoris ad ius προτιμήσεως veniunt. Ex [b] cauſa tamen dotis, uel donationis propter nuptias, vel ſimplicis donationis, vel donationis cauſa mortis vel ex teſtamento, permutatione, tranſactione, & parentes. & extranei omnes poſſunt alienare, niſi quis vendendo vel locando ei qui non habuit ius προτιμήσεως ſimulatè donauerit uel legatum dederit. Ideoque illi qui habent ius προτιμήσεως, poſſunt exigere iuramentum [c] à venditore & emptore, & poſt iuramentum ſi probatum fuerit contra conſtitutionem noſtram ſimulatè hoc feciſſe venditorem, & emptorem, rem & pretium [d] perdent, & fiſco applicabitur, fiſcus autem vendet rem illam illis qui habent ius προτιμήσεως. Sed ſi ante iuramentum probatum fuerit hoc eos feciſſe, venditio erit irrita, & venditor cogetur [e] inuitus vendere illis qui habent ius προτιμήσεως. Prohibemus autem potentiores [f] perſonas aliquid accipere prætextu adoptionis, vel donationis ſimplicis, aut cauſa mortis, ex teſtamento, vel ex vſucapione, aut ſub prætextu defenſionis, niſi fortè parentes fuerint. Potentiores [g] autem dicimus, qui non tantùm per ſe, ſed etiam per propinquos poſſint inferre timorem alienatoribus, aut promiſſionem beneficij. Quòd ſi aliquis ex potentioribus hoc præſumpſerit facere, ſit alienus ab illa re, & æſtimationem illius rei præſtet fiſco. Tranſcurſo tamen decennio [h] ſine denunciatione nulla de cætero moueatur cotrouerſia illis qui poſſident ex aliquo contractu, vel ex donatione vel ex teſtamento, ab illis qui habent ius προτιμήσεως, vel etiam fiſco.

a Qui ex agnatis remouêatur à iure προτιμήσεως.
b In quibus contractibus ius προτιμήσεως locum non habet.
c De iuramento ab emptore ſimulato præſtando.
d Pæna cõmittentis in ius retractus.
e Inuitus interdũ uēdere cogitur.
f In fraudem cognatorum non licet fundũ alienare in potentiores perſonas.
g Potentiores pſona, qua.
h Quatenus emptores pſcribūt aduerſus pximiores uenditoris agnatos.

Alia eiuſdem de iure προτιμήσεως.

TIT. XIIII.

QVum omnibus hominibus qui legibus reguntur & moribus, præceptum eſſe conſtet, ius ſuum cuique tribuere, [i] nec cuiquã ius ſuum detrahere, libertatis [k] procedente gratia qua naturaliter quod cuique facere libet, niſi quid vi aut iure prohibetur, eſt conceſſa facultas, res ſuas vnicuiq; liberum eſſe aut propter [l] nuptias donationes, aut dotis, aut ſimplicis donationis aut cuiuslibet alienationis, aut vltimæ voluntatis diſpoſitionis cauſa ſiue teſtamentario iure in alium transferre, non eſt ambigui iuris. Sed quoniam & iure præcipitur, honeſtè vinere, alterum nõ lædere, ne hi qui cognatione vel communione, vel aliquo propinquitatis modo eorũ qui vendunt vrbanis ruſticiſve prædijs ad hærendo ab his qui intromiſceantur, lædantur, uel aliter ipſa venditione impediantur iure προτιμήσεως præferri ſancimus, &c.

i l. 10. §. 2. ff. de iuſtitia.
k §. 1. Inſtit. de iure perſona.
l Titu. 13. ſup. eod.

ΝΕΑΡΑ ΡΩΜΑΝΟΥ ΤΟΥ ΓΕρόντος, περὶ ἐκποιήσεως κτημάτων καὶ προτιμήσεως συγγενῶν, καὶ κοινωνῶν, καὶ ἀναμεμιγμένων καὶ συμπαρακειμένων ὁμοτελῶν, καὶ συναπτῶς ἡνωμένων καὶ τῶν νουέρων ὁμοτελῶν χωρίων, καὶ ἀγριδίων, καὶ κωλύσεως δυνατῶν προσώπων, καὶ ἐκποιήσεως στρατιωτικῶν κτημάτων.

TIT XV.

Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδ' εἷς, &c.

VOcantur hac conſtitutione in ius προτιμήσεως cognati primum conſortes, veluti fratres, qui paterna prędia pro diuiſo aut pro indiuiſo poſſident, hi ſunt qui dicuntur οἱ ἀναμὶξ συγκείμενοι συγγενεῖς, προτιμήσεως, auctorib. Græcis interpretibus, qui & indé adnotant rectè conſortes extraneos præferri cognatis non conſortibus. Poſt cognatos conſortes vocantur ſocij, deinde qui rem communem habent citra ſocietatem, ſiue ſint cognati ſiue exteri, tum ij qui communi cenſus vinculo tenentur, licèt non eodem loco cenſum exſoluant, poſtremo vicini & confines. Hi teſtato denuntiandi ſunt antequã venditio fiat extraneo. Denuntiatis datur menſis, procuratoribus eorum menſes quatuor, non denuntiatis decennium, dominis ἐμφυτεύσεων & feudorum longè alia tempora, l. vltima. Cod. de iure emphyt. & ſupra 2. tit. 9. & ij qui præſentes uenditioni adfuerunt, & tacuerunt, vt interpretes Gręci adnotant rectiſſimè, nec venditioni conſenſiſſe, nec pro denuntiatis habentur, l. Titia. §. Lucia. D. de leg. 2. l. Caius. C. de pign. act. Conſenſu amittitur ius προτιμήσεως, & præſcriptione temporis, & ingratitudine ſiue indignitate. Datur etiam hac Nouel. ius προτιμήσεως conuicanis, ſecundum l. 1. Cod. non lic. habit. metr. Eſt & aliud hac No. caput de locupletioribus & potentioribus, vt ne quid ex bonis tenuiorum adquirant, ἔντισι χωρίοις ἢ ἀγριδίοις, ἐν οἷς οὐκ ἔχουσιν ἴδια κτήματα, ut explicatius enarrant interpretes. non igitur niſi ἀνακοινώσεως, aut πλησιασμοῦ iure. & ad definitionem potentiorũ, Nou. Conſtantini Porphyrogennetæ περὶ δυνατῶν τῶν εἰσελθόντων εἰς κτῆσιν πενήτων declarat nihil intereſſe potentior ſit qui emerit, an is qui potentiori domeſticus ſiue προσοικειωμένος fuerit, Fridericus malè propinquus. Igitur ne potentiores quidẽ derogare poſſunt iuri προτιμήσεως. quinimo ſeuerius cum his agitur. nam neque donationis

aut teſtamenti, aut tranſactionis, aut patrocinij, aut adoptionis iure ad bona tenuiorum peruenire poſſunt. Sed eadem, & hos quæ ſuperiores tuetur præſcriptio decennij.

Poſtremum caput uetat alienationem prædiorum militarium: quod omnino pertinet ad feuda, & conſentit etiam cum Friderici, & Lotharij Conſtitutionibus, ne milites per inopiã munetibus militaribus reddantur inhabiles, publicove depereat cenſus qui eo nomine dependi ſolet, qua de re viſum etiam eſt proponere nouellam Conſtantini Porphyrogennetæ.

ΝΕΑΡΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ πορφυρογεννήτου περὶ στρατιωτῶν.

TIT. XVI.

ΩΣΠΕΡ *σώματι κεφαλὴ*, &c.

VT Lotharij & Friderici conſtitutione feuda nullo modo poſſunt a militib. alienari, ita nec ea prædia militaria, quæ relata ſunt in Codicis militares ex hac Conſtitutione, quæ Cofeudis comparamus. Cætera autem quæ Codicibus militaribus abſunt, poſſunt alienari vſque ad certum modum, puta ſecundum eius diſtinctionem, ſi modo retineat ſibi tantum ex ijs miles quantum conficiendis quatuor, uel duabus libris auri ſufficiat, ne ſcilicet omnino redactus ad inopiam, & militiæ reddatur inutilis, quæ etiam eſt ratio conſtitutionum Lotharij, & Friderici. Sed hoc diſtabant illa prędia militaria a feudis, quòd illa à nemine recognoſcebant, quippe cum eorum eſſent milites pleno iure domini, & conſequenter quòd alienatione alijs non aperirentur, ſed illis ipſis reſtituerentur. Cæterum vt Fridericus nullam cenſet emptori præſcriptionem temporis opitulari poſſe, quominus uenditio reſcindatur, ita nec Conſtantinus, niſi quadraginta annorum, quaſi ſcilicet omnis qui ea prædia emerit in eo pro malæ fidei poſſeſſore habeatur, l. 7. Cod. de agric. & cenſ. licet in fructuum, & eius quod intereſt ratione diſtinguat inter bonę, & malę fidei emptorem, ſicut Fridericus in pretij repetitione. Et præterea longi tantum temporis præſcriptionem excludere Fridericus voluit. Militibus hac ſiue nouella, ſiue edicto Conſtantinus adnumerat cauſarios, & quid iuris ſit ſi prędia miles a milite emerit, definit, & alia quędam.

FEVDORVM FINIS.

IMPERATORIAE CONSTITVTIONES.

a miſcella ſe, nec vnius ac certa Imperatoris, vt Leonis, & Iuſtiniani: ſed variorũ Imperatorũ quib. ideo nullos commentarios addere viſum eſt, ut quas plures, & ordine meliore aliquando daturus ſim.

Enimundo Bonefidio interprete.

HERACLII.

1. *De fide.*

QVum ſanctus Sophronius tum ſummo ſacerdotio fungens Hieroſolimis, ſubiectis ſibi ſacerdotibus conuocatis ſynodicè demonſtraſſet, eos qui vnam in duabus Chriſti naturis uoluntatem, atq; energiam affirmarent, palam unam quoq; naturam ſtatueret: eiq́; Ioannes Papa Romanus aſſenſus eſſet: Imperator edictum proponit. Neq; ſingularem neque duplicẽ in Chriſto energiam eſſe aſſerendã.

2. *De Iudæis.*

ANno 19. vero ineunte, Heraclius Cõſtantinopoli Hieroſolyma proficiſcitur, & auehit uenerabilia, ac uiuifica crucis ligna: uotisq́; Deo perſolutis, Patriarchã Zachariam reſtituit. Omnes porrò Hebræos ſancta vrbe exigit, edicto ne ijs intra tertium miliare accedere liceret.

3. *De foro competenti Epiſcoporum, & clericorum, & monachorum.*

SCias autem eſſe nouellam piorum Imperatorum Heraclij, & Conſtantini, quæ ſtatuit ne Epiſcopus, vel clericus, vel monachus ob pecuniariam criminalemve cauſam apud ciuilem, vel militarem conueniatur magiſtratum: ſed apud ſuos Epiſcopos dumtaxat, aut metropolitanos, aut Patriarchas. Eadem etiam ſtatuit aurea bulla celeberrimi Imperatoris domini Alexij Commeni, vulgata menſe Iulio, indict. 4. anno (*ab orbe condito*) 6589.

Leonis Iconomachi.

1. *De Hebrais, & Montanis.*

ANno ſexto Imperator Hebræos ac Montanos ad baptiſmum adegit.

2. *De patrimonijs templorum vrbis Romæ, & de capitatione infantium.*

FVrore percitus maiore homo aduerſus Deum pugnans, tertiæ Siculi ac Calabri populi parti tributum in ſingula hominum capita impoſuit. Patrimonia quoque templorum Romæ principib. Apoſtolis cõſecratorum (quæ pecunia quotannis antiquitus pẽdebatur talentorum trium ſemis) in ærarium publicum conferri iuſſit: & mandauit inſpici, atq; deſcribi infantes, qui naſcebantur, ut cenſus ille de ſingulis capitib. (cephaletionem vocãt) exigi poſſet.

3. *De duabus ſiliquis præſtandis prouinciarum adminiſtratoribus.*

IMperator, ruina murorum urbis cognita, ciues ita eſt alloquutus: Vos muris vrbis reficiundis cum non ſitis pares, nos procuratorib. prouinciarum negotium dedimus, ut ultra conſtitutum tributum in ſingula numiſmata accipiant miliarium unum, idq; in ærarium noſtrũ conferant: ex quo nos muros condamus. Exinde obtinuit, ut binæ ſiliquæ ſeu ceratia quæſtoribus ſoluantur. Ceratia autem appellantur duodecim folles, ſiue nummi.

Conſtantini Caballini.

1. *De reliquijs, & interceſſione ſanctorum.*

IDoneum ſe Antichriſti inſtrumentum præbuit: atque adeo uniuerſali edicto uetuit, ne quis in uniuerſum Domini ſeruorum Sancti titulo cohoneſtaretur: quinimo conſpicui eorum interceſſionem poſtulari, quod eos nihil poſſe diceret. Atque addidit ſceleſtus Mariæ quoque uirginis interceſſionem non eſſe implorandam, nihil enim eam præſtare poſſe. Quin & Deiparam hanc noluit appellari.

Nicephori.

1. *De militia inopum, de chartiatico, & ſumario, & naucleris, & de inuentione theſauri, & alijs quibuſdam.*

VT exercitus deprimeret, quid non mali excogitauit aduerſus chriſtianos? primo .n. chriſtianos ex omnib. regionibus in Sthlabinias coegit demigrare, & eorum habitationes diuidendit. Quæ res nihil ab hoſtil. captiuitate abfuit, omnibus in sũmas anguſtias coniectis. Secundum maleficium: imperauit ut egeni

militarent, iiſque à viciniſ arma & ſtipendia in ſingulos 18. numiſmatum darentur, accenſus præterea publicus eorum nomine penderetur. id Allelengyum vocabatur, quòd alteri pro alteris tributi nomine ſponſores eſſent.

Tertio, omnium bona inſpici, indeq; cenſum in publicum exigi iuſſit, nomine chartiatici præterea exactis in ſingulos duab. ſiliquis.

Quarto, omnes onerū releuationes ſuſtulit.

Quinta calamitas, quòd ab omnibus ſacris ædibus, parœciis, pupillis educandis deſtinata domo, hoſpitalibus, ad ſenes fouendos factis ædibus, nec non ab eccleſiis, atque monaſteriis Imperatoriis, fumarium tributum exegit ab initio vſque ſui Imperii. Meliora de eorum bonis ſub Imperialem curam transferri iubebat: nihilominus tamen tributum de his pendendum iis imponebatur, quæ reliquerat in iis ipſis ſacris domibus, ita vt multis tributum duplicaretur: interim habitationibus ita exinanitis vt inde emigrare cogerentur.

Sextum tyrannicum inſtitutum, ꝙ à magiſtratibus inſpici res eorum iuſſit, qui ex pauperie ſubitò ad opes perueniſſent: ab iiſque, velut qui theſauros inueniſſent, pecuniā poſtulari.

Septimum, ꝙ emunxit etiam hos pecunia, q̄ à viginti retro annis ad præſens vſque tempus dolium aut vas aliquod aliquando reperiſſent.

Octauum, qui ab auis vel proauis hæreditatem percepiſſent: etſi ea diuiſa iam inde à viginti annis eſſet, eos penſionem in publicum conferre coegit. vtq; ii, qui extra Abydum mancipia emebant, de ſingulis duo nomiſmata ſoluerent maximè Dodecaneſem incolentes.

Nonum, naucleros maritima, præſertim minoris Aſiæ, inhabitantes, & nunquam agriculturam expertos, inuitos coegit emere prædia q̄ aliis ipſe eripuerat, indeque tributum ſoluere.

Decimum, inſignes Conſtantinopoli naucleros in vnum conduxit, iiſque duodecim cuiq; libras auri tradidit: ea lege vt in ſingula nomiſmata vſuræ nomine quatuor ſiliquas ſoluerent: cum nihilominus reliqua etiam vectigalia nauigiorum ab iis penderentur.

2. *De vſura.*

VSuras de nauigiis captatas (quum interim re fœnebri aliis omnibus interdixiſſet) aliaque infinita mala excogitauit.

3. *De vaſis & rebus eccleſiaſticis.*

DVces exercituum iuſſit Epiſcopis & clericis mancipiorum loco vti, pro ſua authoritate in ædes epiſcopales, & monaſteria diuertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti. Vituperabat eos qui ab omni ætate Deo aurea & argentea vaſa conſecraſſent: & res templorum ſacras in publicos debere vſus conuerti ſtatuebat.

Leonis Armenij.

1. *De præfecto pœnam adultero non irrogante.*

PRæter vigilem accuratamque Reipu. gubernationē, ſumma fuit in eo in flagitioſos ſeueritas: cuius rei exemplum referam. Exeuntē aliquando palatio acceſſit quidam, querens ſuam ſibi vxorem à ſenatore quodam raptam: idq; facinus ſe ad vrbis Præfectū detuliſſe, neq; tamen ſuum vis conſequutum. Leo ſtatim mādauit, vt redeunti ſibi ſiſteretur Senator reus tam atrocis flagitii, & vrbis Præfectus. Quo facto, actorē proponere ſuam cauſam iuſſit, qui quum rem ab initio ad finem vſq; expoſuiſſet; reus conuictus probationibus, quum nullum inficiandi criminis locum inueniret, ſcelus confeſſus eſt: & Præfectus cauſam interrogatus cur flagitium digna pœna vltus non eſſet, inops excuſationis obmutuit. Hunc ergo Imperator ſtatim munere ſuo exuit, & adulterum ex legibus puniendum dedidit.

Theophili.

1. *De imaginibus.*

IN eos qui cultū diuinis imaginibus præſtarent, nimis durum ſe atque inhumanum præbuit, oēs qui ante ipſum fuere tyrannos crudelitate vincere contendens. Nam Michaelus pater eius edixerat ne vlli pictæ imagini, vbicunque ea eſſet nomen Sanctus imprimeretur, ꝙ id nulli rei præterquam ſoli Deo cōgruere putabat. Leo autem & filius eius Copronymus, omni earum adoratione prorſus interdixerāt. Theophilius autem, ne pingi quidem eas coloribus cōceſſit: abiecti dicens animi eſſe talium rerum admirationem, ipſamque ſolam ſpectandam eſſe veritatem.

2. *De expulſione monachorum.*

EDixerat Theophilus, ne monachus vllam vrbem intrare liceret: iuſſeratq; omni modo eos arceri: atque adeo non tutum erat iis conſpici ea in regione. Quin & monaſteria atque otii cauſa conditas ædes hominibus frequentans, mundana fecit hoſpitia.

3. *De connubio Perſarum cum Romanis.*

PErſæ hunc Theophobum, Conſtantinopoli abducere, regemq; ſuum facere cupientes, eius cauſa aliquoties ad Theophilum legatos miſerant, pacta ſimul pacis offerentes. Neq; tamen perſuaſerāt Imperatori, vt Theophobum ipſis dederet: ſed eum potius patricii dignitate ornatum, ſorori ſuæ matrimonio copulauit: lege etiam lata, quæ Perſis coniugiorum cum Romanis licentiam concederet.

4. *De tonſura capillorum.*

QVia verò à natura paucos capitis capillos habebat, & erat recaluaſter: iō edicto

edito iuſſit crines ab omnib. tonderi: neque ad vllo Romano vltra collū demiſſos geſtari ſanxitque edictum, graui flagrorum ſupplicio priſcorum Romanorum virtutē reuocare ſtudens.

5. *De pœna raptoris equi.*

MIles quidam manu promptus equum habuit egregium qui ipſum ſæpe ex prælio incolumen extulerat. Huius equi amore captus dux ſub quo is militabat, quum neque pollicitationibus neque minis impetraret, hominem timiditatis accuſatum apud Imperatorem exauctorat. Quum autem Theophilus equum inſigni virtute cuperet habere, & miſſis in omnes partes mandatis talem ſibi quæri atque afferri iuberet, eam occaſionem nactus dux ille, militi ei equum inuito adimit, & tanquam ſuum Imperatori mittit. Poſt, quū neceſſitas bellica plures milites requireret, mandatoque Imperatoris omnes qui arma ferre poſſent, in exercitum allegerentur: ille etiam miles arma ſumpſit, & in prælio fuſis ſuis, quòd equum à quo ſeruari conſueuerat, non haberet, occubuit, vxore & liberis relictis. Vidua amiſſi mariti deſiderio accenſa, & quod neceſſaria pupillis ſuppeditare nequibat, iuſtitiæ Imperatoris fama inſtigante, Conſtantinopolim venit: Theophilumque ad templum Blachernenſe equitantem de more conſpicata mariti ſui equo vehi, concitato curſu aggreſſa frenum equi apprehendit, ſuum hunc eſſe vociferans: & non alium, ſed ipſum Imperatorem cædi mariti ſui cauſam præbuiſſe. Perterritus Imperator manere eam iubet dum in palatium ipſe rediret: ac reuerſus ſtatim ad ſe vocat ac de re tota accuratius inquirit. Quam quum ea à principio ad finem vſque recitaret, illico etiam dux ille ſiſtitur, & muliere iuſſu Imperatoris occultata, de equo acriter interogatur: quem quum aſſeueraret ſuum fuiſſe, neque raptu paratum, producitur extra velum mulier, reum de vi peractura. Qua is conſpecta diriguit, & aliquandiu mutus adſtitit: tandemque ad ſe reuerſus, ſupplex pedibus Imperatoris ſe aduoluit, lacrymans, ac peccatum confitens. Ergo Imperator eius facultates viduæ eiuſque liberis hæreditatis iure addicit: ipſumque dignitate ſpoliatum exilio perpetuo damnat. Adeo infenſus erat ijs qui iniuſtè opes parare intenderent.

Baſilij.

1. *De iudicibus, & foris quibuſdam: & de pauperibus lites habentibus.*

OPeram dedit vt iuſtitia vigeret: & æquo iure inter ſe viuerent ſubditi, neque à diuitibus inopes opprimerentur: propoſitis paſſim decretis, quibus iniuſtitia exterminabatur. Iudices quoque conſtituit, ampliſque ſtipendijs & honoribus auxit, iuſſos per diem ſedere pro tribunali, & litigantium cauſas dijudicare. Ad eam rem loca ijs deſignauit commoda, Magnauram, Circum, & Chalcen (æream portam) quam vetuſtate laborantem, ruinamque minantem, ad hoc inſtaurauit atque adornauit. Alimenta etiam pauperioribus, quibus iudicio erat diſceptandum, ordinauit: ne inopia coacti litibus renuntiarent.

2. *De notis numerorum.*

ANimaduertens occaſionem maleficij prauis hominibus eo dari, quòd numeri quibus (verbi gratia) ſemiſſis, ſextans, vncia, & ſimilia deſignatur, per notas recepta antiquitus conſuetudine ſcriberentur: loco notarum literis vti iusſit, quas etiam ruſtici legere poſſent: & de ſuo ſumptus in chartes, literas atque ſcribas ipſe ſuppeditauit.

Leonis & Alexandri.

1. *De iudicibus.*

EXiſtimo equidem, eorum neminem qui iudiciario funguntur munere, eo vnquam ſtuporis aut inſcitiæ proruptorum, vt aliter quam ex præſcripto legum iudicium ſententiamve ferre audeat. Quòd ſi quis in tantam euaſerit dementiam, reus peractus eas dependet pœnas quæ legibus ſunt irrogatæ. Sin fortè nos effugerit, peruigilem tamen illum atque inſomnem oculum, cui nihil non, quamlibet occultum ſit, patere poteſt, effugere non poterit. Tametſi idipſum imprecationibus quoque diriſque execrationibus ſtabilire ac firmare nō ab re alienum cenſuimus. Inueniat itaque iſte & Deum & cæleſtes omnes atque incorporeas poteſtates ſibi nunquam non aduerſantes. Immaturè ex hac vita excidat potius quàm excedat. Incommodis inſuper afficiatur perpetuis, ipſius ædium fundamenta ignis tandem deuoret, & poſteritas eo redigatur inopiæ, vt panem oſtiatim quæritet. Atque hæc iure ſanè optimo, propterea quod leges, quas liberrimas eſſe oportuit, ſeruas quodammodo atque captiuas effecit fictorum prauorumq; iudiciorum.

Conſtantini Porphyrogennetæ, Nouella I.

1. *De rebellibus & ſeditioſis anathemate feriendis.*

QVæ autem menſe Iulio, 9. indic. an. 6534. ab Imperatore dn̄o Cōſtātino Porphyro gen-

genneta facta eſt. Nouella, ſanctiſſimo quoque Patriarcha domino Alexio, & ſynodo aſſentiente, quæ deciſionis locum obtinet, vt quæ ab Imperatore, & ſynodo deſcripta eſt, & quæ decernit eos anathematizari, qui defectionem ab Imperatore moliuntur, vel tyrannide, & ea ratione ſubiectos aduerſus eorum dominos incitant. inter alia hoc quoque circa finem expreſsè definit.

Iis qui ab hoc deinceps tempore inſidias ſunt machinaturi, vel tumultū excitaturi, anathema. Iis qui ipſis opem ferunt, & in defectione ſunt ſocij, anathema. Iis qui conſulunt, vel ad huiuſmodi incitant, anathema. Is qui ipſos ad pœnitentiam ſuſcipiunt, quum defectionis pœnitentiam non agant, nec eam relinquant, anathema.

2. *De polligamis.*

VNionis verò deciſio, quæ facta eſt ſub Cōſtantino Porphyrogenneta, & Romano, Conſtantino quidem imperante, ſocero autem eius Romano patris Imperatoris dignitatē obtinente, anno *6429.* indict. *9.* & quæ ſingulis annis legitur in ſuggeſtu, menſe Iulio, hæc dicit circa finem.

Deinceps autem communi ſententia ac iudicio pronuntiamus, ex præſenti anno, qui eſt *6429.* indict. *9.* neminē oportere ſe quarto matrimonio iungere, ſed eſſe omnino reijciēdum: & ſi quis ad eiuſmodi coniugium venire voluerit, eſſe omni eccleſiaſtica congregatione priuatum, ab ipſo in ſanctum templum ingreſſu alienum, donec in coniugio permanſerit. Hoc enim etiam ſanctis patribus, qui nos præceſſerit, viſum eſt. Nos verò etiam ſententiam apertiorem reddentes, ipſum vt à Chriſtiana Republica alienum, abdicamus. Ac ſic quidem de quarto matrimonio.

Vt autem quæ ad alia quoque matrimonia pertinent, decentius conſtituantur, & nō Chriſtiana vita indignam inſtitutionem habeant, de tertio quoque matrimonio definimus, vt nō abſolutè ac ſimpliciter, & temerè perficiatur. Etenim à patribus quidē vt ſordes permiſſum eſt, non ſic tunc quidem vt nunc, re citra vllum ruborem impudenter peracta, & indiſcriminatim contracta: ſed quemadmodum ſi quis qui in domo in angulum incidit, multas ſæpè ſordes viderit: nunc autem quando libertatem accepit, & perinde ac ſi nihil habeat dedecoris, & ſordis reputatur, rectè viſum eſt hoc repurgare, quemadmodum, & turpitudinem non in angulum coniectam, ſed in ædibus diffuſam, nullo modo permittimus, ſed repurgamus, & quod moleſtum eſt & indecorum ab eo reijcimus. Quinetiam humanę cedentes infirmitati, honeſtatis autem Chriſtianę vitę conuenientis curam gerentes, hoc in tertiis nuptiis ſeruandum ſtatuimus, vt ſi quis qui quadrageſimum annum exceſſerit, & nec naturam reueritus, nec honeſtæ vitæ, q̄ in Chriſtianis requiritur, vllam curam gerens, ſed ſola libidinis perturbatione victus, ſe in tertium matrimonium proiecerit, is cum omni diligentia & obſeruatione ſit vſque ad quinquennium ſacramenti communionis minimè particeps: & nec hoc tempus illi contrahatur. Qui enim poſt annum quadrageſimum ſordem in Chriſti Eccleſia eſſe vel diciamauit, quod melioris vitæ argumentum prębebit propter quod tempus ſacramentum participationis ei contrahetur? Sed & poſtquam impolluta participatione dignus habitus fuerit, non erit ei permiſſum in alio tempore ad participationem accedere, quàm in ſola ſalutari Chriſti & Domini noſtri reſurrectione, per præcedentis ieiuniorum abſtinentię repurgationem. Hæc autem dicimus, quando ex priorib. matrimoniis non fuerint liberi iis qui poſt quadrageſimum annum tertiam vxorem ducere voluerint. Nam ſi liberos habuerint, eis nullo modo tertium permittitur matrimonium. Eſt enim valde iniquum tempeſtiuæ libidini indulgere, priorum autem matrimoniorum liberis non proſpicere, vt ſint ſecuri, à moleſtia, & à perturbatione remoti, quæ ſolent euenire hominibus ex filiorum multorum ſuſceptione. Quòd ſi quis triginta annos natus, & ex prioribus matrimoniis habens liberos, tertiæ mulieri coniunctus fuerit, is quoque nulla ei venia data, ad quartum vſque annum communionis ſacramentorum ſit expers: quia manifeſtum eſt eum ſola intemperantia motū, & quòd ſit carnalis libidinis ſeruus, ad hoc ſe matrimonium conferre. Et poſtquam etiam ſacramentorum participatione dignus fuerit habitus, ſemel quidem ſe ſalutari Chriſti & Domini noſtri reſurrectione ſecundo autē in dormitione immaculatæ Dominæ noſtræ Deiparæ: & tertio in natali Chriſti & Dei noſtri: quòd in his præcedat ieiunium, & eius vtilitas. Sin autem non ſint liberi (quia liberorum ſuſceptionem deſiderare facilè eſt) condonandum, & ſola ea pœna, quæ ab initio & hucuſque ſeruata eſt, in eum animaduertetur. Hæc etiam de tertio matrimonio. Atqui nec ſecundum, nec primum extra cautionem adhibitam relinquimus, ſed & illa ſic contrahi ſtatuimus, vt nullum malam cauſam habeant, vel ex raptu, vel ex pręcedente clandeſtino concubitu, ſed legitimè & ab iis qui ab eiuſmodi inquinamentis & fornicatoria impuritate mundi ſunt. Si quis ergo prędictis conſtitutionibus neglectis, ad matrimonii conſuetudinem primam vel ſecundam proceſſerit, eum Chriſti eccleſia, quę eſt pura, immaculata, & ſine ruga, ſalutaribus examinationibus ſubiicit: nec eius ad diuinorum myſteriorum

rum-

rum participationem admittit, quàm definitū ob fornicationem tempus expleuiſſe cognouerit, niſi fortè neceſſarius è vita exceſſus vrgeat, donec ſcilicet ſeptimus annus completus fuerit. Sacerdos autem qui anſus fuerit præter id quod ſtatutum eſt, diuina participatione aliquem dignari, de proprio gradu in periculum veniet. eo videlicet qui præter formam conſtitutam diuina communione dignus eſt habitus, ad excommunicationem redacto, vſque ad ſeptimi anni complementum.

Eiuſdem nouella ſecunda conſtitutio, de voluntarijs homicidis, ſuſcipens quidem eos præter vim prioris, per commiſerationem, damnans autem perpetuo exilio & bonorum ſpoliatione.

HÆc ſancire nunc propoſuimus, ſeueritatem quidem prioris conſtitutionis benigniore eccleſiaſticorum decretorum cenſura commutante: diſſolutæ autem & indulgenti delinquentium diſciplinæ, eaque de cauſa ad imitandum facili, non ſolùm vinculo pœnarum medentes, ſed & totius ferè ſubſtantiæ ad homicidam pertinentis ſpoliatione, homicidis quidem ipſis de ſalute, Reipublicæ autem ne quis ſimili moueatur affectu, vtiliter proſpicientes, vt horum vtrumque tam ius obſeruetur, & magnum diuinumque eccleſiarum conſeruetur priuilegium, quàm his cautionibus imitationis frequentia coerceatur. Quod igitur attinet ad vitæ rationem homicidæ, ordinari iubemus, quemadmodum canonica præſcripſerit diſciplina. Nos autem hac conſtitutione perpetuo eum damnamus exilio ab eo loco in quo ſcelus perpetratum fuerit. Quo quidem tam punietur reus, quàm propinquis occiſi non maioris fiet triſtitiæ, & doloris augmentum, quod vtrumque forſan non inutile: ne aſſiduo conſpectu eius qui dolorem attulit, & defuncti memoria propinqui ſponte ad vltionem impulſi, malum malo ſanare conentur, & homicidij duplicent infortunium. Omnino igitur homicida perpetuò illinc exulet, nec vnquam eò reuertatur, & terrā habitet quæ iniuſtè ſublati fratris ſanguinem hiſcendo ſuſcepit. Et hanc primùm poſt eccleſiaſticam cenſuram condemnationem ferat: præterea verò bonorum ſuorum priuationem ſubeat: ne tameu applicentur fiſco. Nam ſi vxor ſit homicidij damnato: dotem & propria omnia auferre eam oportet, hoc amplius donationem ante nuptias. Quòd ſi theoretron pacta fuerit aut aliud quidpiam, huius omnino recuperationē, & proprietatem habere, ſi liberi non ſubſint. Sin autem ſubſint liberi, eam habere lucroſum nuptialium vſumfructum, obſeruatis omnibus legum præſcriptis, liberi autem in trientem reliquæ ſubſtantiæ paternæ ſuccedant. Et ſi quidem homicidam proprio motu, aut conſilio ac approbatione eorum à quibus examinatur. ad monaſticam vitam (prius ſceleris purus effectus) tranſierit, accipiat monaſterium tertiam partem illius ſubſtantiæ, reliquo triente reſeruato vxori, & liberis occiſi in paruum eorum infortunij ſolatium. Quòd ſi liberi non ſuperſint occiſo, inter vxorem, & aſcendentes triens ille æqualiter diuidatur. Vxore autem relictis liberis præmoriente, præferantur ij aſcēdentibus. Sed ſi nec liberi, nec vxor, nec aſcendentes ſint occiſo, & alij qui lege ad ſucceſſionem vocantur cognati, diligentiam adhibuerint, vt ſcelus manifeſtaretur, trientem accipiāt eius qui iniuriam intulit. Sin autem ſolitariam vitam homcida non appetierit, non triens, ſed bes iuxta prædictam diſtinctionem parti eius qui interfectus eſt, diſtribuatur. Præterea nemo eorum qui huiuſmodi ſceleris conuicti ſunt, ciuile officium aut aliud quodlibet adminiſtret vnquam, nec ſi diuinum reſcriptum impetrauerit: ſed omnimodo maneant infames, quibus, vt viuerent tantùm, benignè conceſſum eſt. Cæterùm ij omnino tondebuntur, & in numerum monachorum referentur: qui malitiæ exuberantia, præmeditati ſunt cædem proximi, & eam, prius habito conſilio, in animæ ſuæ perniciem & fratris ſui necem, inſtructi patrarunt. Nec ad tempus modo pœnitentiæ præſtitutum, ſed quandiu vixerint monaſterii regula coerceantur. Nam qui aliter ſponte interfecerint, ſed laſciuia, & impetu iræ ratione carentis, non conſultò & præmeditatè ac huius habita deliberatione arguentur occidiſſe, perpetuo quidem præter alia omnia ſubijcientur exilio, non tamen monaſticam vitam eligere cogentur.

2. *De laicis qui inteſtati moriuntur abſque liberis.*

NEc tibi repugnare videatur nouella Imperatoris domini Conſtantini Porphyrogennetæ, quæ tractat de ijs qui ſine liberis ab inteſtato moriuntur, non ſuccedere ex linea tranſuerſa cognatos: ſed tertiam partem bonorum eorum qui ſic moriuntur, ad pias animæque ſalutares elargitiones procedere, cum eo etiā collectis pretijs ſeruorū eius qui mortuus eſt, vtpote ijs eo ipſo libertatis. Hæc enim nouella de laicis loquitur & ſolis, ſicut prædicta Iuſtiniani nouella locum habet in epiſcopis & clericis qui ab inteſtato moriuntur.

Romani ſenioris.

1. De prædiorum acquiſitione.

NOuella quoque Cæſaris Romani ſenioris idem penè ſtatuit, *Ne quis* vltra, conſpicuorum & ſpectabilium magiſtrorum, aut patriciorum, neque eorum qui Imperijs, poteſtatibus, aut omnino principalibus dignitatibus inſigniti ſunt & ornati, neque item ciuilium, militarium aut delegatorum magiſtratuum, aut his ſubſtitutorum, neque metropolitanorum, aut archiepiſcoporum, aut præfectorum, aut eorum qui ſacris domibus præſunt, aut denique ad alium quemuis honorem ſæculi prouecti ſunt, prædiorum aut fundorum poſſeſſionem, aut emptione aut donatione aut alio quouis modo adeat. Eos enim qui poſt præſentem conſtitutionem, eiuſmodi quippiam moliri, & aggredi auſi fuerint, inde iubemus abſque ſuæ pecuniæ reſtitutione, detrudi, proprijsque laboribus ac ſumptibus fraudari, quos ad rem ornandam, & pretioſiorem faciendam contulerunt. atque ipſam prædij æſtimationem, ſi quidem conſpicui viri ſint, & illuſtres qui hoc admiſerunt, fiſco applicari: ſin abiectiores ſint, & omnino abſque vlla pretij reſtitutione expelli, & meritis inſuper pœnis caſtigari.

2. De reſcindenda venditione.

NOuella quoque Cæſaris Romani ſenioris ita habet: Si deprehenſum, & exploratũ fuerit eos qui poſt à ſe peractam venditionem, ſi modo teſtibus peracta comprobetur, ad iudicium prouocarunt, intra quadriennium id feciſſe ac conqueſtos eſſe, citra controuerſiam his ſuccurritur. Succurritur autem, non vt vendita ſuburbana recipiant, ſed vt ſi quidem emptor quod reliquum eſt iuſti pretij expletioni præſtare voluerit, hoc ei facere liceat. Atque ita iuſtum rei pretium ſuplens ac perſoluens ipſa prædia ſibi retineat, & qui de facta venditione quæruntur, iuſtum pretium quanti prædium ipſum æſtimatur, accipiant. Sin nolit emptor iuſtam rei æſtimationem complere, pecuniam quam ab ijs qui cum eo expoſtulant accepit, vna cum eius cauſis ac vſuris reſtituat, & è prædio decedat venditori reſtituendo.

III.

SI qui communes ędes, fundum, vineam aut quamuis aliam rem ſoli habentes, aut aliter quam communionis iure propinquis prædijs aliqua ex parte permixti aut adiacentes, conſortes, vel alioquin vicini & proximi, ſua alienare aut venditionis, aut emphyteuſeos aut locationis nomine voluerint, ne prius hæc alij cuiquam alienanto, quàm teſtatum iis fecerint, quos in prærogatiua κατὰ τάξιν, hoc eſt ordine, ſuccedentes dicimus. Vt primi, inquã, vocentur permixtim quoquo gradu iuncti cognati, aut quibuſcum aliquid eſt commune: vt ædes, fundus, vinea, aut quæuis alia res. Eiuſmodi ſi quidem cognatos lex præfert. Vbi verò cognati communionem in re non habent, tum anteponuntur qui aliquid in ea communitatis habeant. Quibus ij ſuccedunt qui tantùm permixti ſunt, etſi omni ex parte ei qui rem alienat ſint externi. deinceps & ſimul iuncti conſortes. Poſtremo qui ſimpliciter aliqua ex parte rei alienandæ vniti ſunt, & vicini. Conſortes porrò appellamus, quotquot ſub eodem cenſore perſcripti ſunt, & in cenſum publicum relati: etiamſi propria tributa diuerſis in locis penſitent. Enim uerò cum multi finibus prædij alienandi circumquaque adiacent, ſuo cuique ordine teſtationis prærogatiua tribuatur, vt renuentibus fortè iis qui iure præferuntur, qui deinceps vocantur, contractum, ſi velint, inire queant. Quòd ſi æqualibus omnes ſubnixi reperiantur priuilegiis, vt nihil omnino ſibi inuicem in huiuſmodi vocatione præiudicent, eadem quoque rurſus fiat denuntiatio, vt intra triginta dies iuſtum pretium, quodque verus emptor haud ſegniter præſtaturus eſſet, ſi abſque vlla mora ſoluentes, pro rata parte vel ſponte ſua vel alicuius opera & arbitratu diſtribuant. Quotquot autem intra præfixum tempus, ſibi delatam pretii partẽ non præſtiterint, ius prærogatiuæ amittent: niſi ſi quis fortè eorũ captiuus eſt, deportatus aut relegatus: aut ob publica priuatave negotia citra dolum abſens: aut etiam nondum annum ætatis viceſimumquintum expleuit. Horum enim qui adminiſtranda negotia ſecederunt, intra quatuor menſes, cum præſentibus nouis emptoribus pro rata portione concurrunt, pretium explentes, quod à minoribus ſubducta ratione eſt præſtandum, vna cum legitimis vſuris, & neceſſariis ſumptibus. Externos uerò emptores in totum ſummouent, pretium cum uſuris ac ſumptibus ipſis reſtituentes. Quin & in uniuerſitate uillarum, quæ dicuntur aut prædiolorum (uniuerſitatis autem unius ſunt, qui ex eadem ſunt uilla) longè ſatius eſt ut earum habitatores ſibi mutuo præferantur. Quòd ſi omnes quibus in rei diſtractione prærogatiuæ ius datur, recuſarint, uel eos exploratum fuerit, ei qui rem alienat, & eius familiæ aut pecuniarii damni ſeu mulctæ autores fuiſſe, aut eius corpori acutæ inſidias ſtruxiſſe, grauiſſimamque infamiam peperiſſe idque nõ fortuito, ſed de induſtria, aut per ſe aut per ſuos: hos inuito eo qui talia ſit paſſus, nulla ratione uolumus ad ipſius prædia aſpirare. Poſt decennium tamen ſilentio peractum, aduerſus eos qui quouis modo contraxerint, quiue dona-

dona-

donatione aut teſtamento quippiam fuerint conſecuti, nulla omnino ab iis qui dictis ex cauſis prærogatiuæ ius habent, imò nec à fiſco controuerſia moueatur. Occaſione tamen dotis aut propter nuptias donationis, ex teſtamento vel permutatione vel tranſactione, & propinquis & externis omnes alienent abſque ſimulatione nimirum ac dolo. Si verò qui in fraudem noſtræ conſtitutionis alienant, aliud quid facere auſi fuerint, & aliud apertè ſimulare, ſi quidem poſt iuſiurandum conuicti fuerint, tam ipſi quàm qui ita doloſè cum ipſis contraxerunt, & periurij pœnas dabunt: & hi quidem prædio, illi verò clam ſoluto pretio excident, & vtraque fiſco inferentur, vt à fiſco propinquis venundentur. Sin verò ante iuſiurandum deprehenſi fuerint tale quippiam egiſſe, & quod actum fuerit erit irritum, & qui ſemel fundum prçter iuris formulam alienare conatus eſt, vel inuitus poſtea cogetur iis vendere quibus ius prærogatiuæ conceſſimus. Et hæc quidem ita de his ſtatuenda.

Nicephori Phocæ.

1. *De tetartero, quod eſt numiſmatis genus.*

NVmiſma attenuauit, tetartero excogitato. Cumque eo modo duplex eſſet nummus, penſiones publicæ grauiorem exigebant, minor in ſumptibus faciendis diſſipabatur. Cúmque eſſet lege & conſuetudine receptum vt omnes nummi imagine Imperatoris alicuius notatę, modò ponderi nihil decederet, idem valerent: ipſe ſua inſignes imagine præferri, aliorum depreſſis pretiis, voluit. eaque re haud leuiter ſubditis in permutationibus incommodauit.

2. *De eodem.*

APparet eundem auaritiæ quoque ſordibus fuiſſe contaminatum. Nam cum vſque ad eum quoduis numiſma uexagium penderet, ille tetarterum excogitauit pondere imminuto.

3. *De prælatione.*

NE quod priuilegium prætendant pauperes, dum diſtrahitur prædium à potentioribus, neque ex conſortio, neque ex communicatione, licet milites vel etiam ciues eſſe deprehendantur: ſed in hoc rurſum ſuccedat perſona quæpiam poteſtate prædita, quæ ſcilicet pauperum hinc inde adiacentium tranquillitatem ac vtilitatem poſſit tueri. Et potentes cum potentioribus duntaxat emptiones contrahere volumus: milites verò & pauperes, cum iis qui parem ſecum ſortiti ſunt ordinem ac locum.

4. *Ne eccleſiæ prædiis locupletentur, & ne ſine ſententia Principis Epiſcopus creetur.*

PRæterea ad officium aſſiduè veniens, grauiter ſubditos afflixit, non modò penſionum & tributorum omnigenis rationibus, ſed & rapinis intolerabilibus. Adhæc, partem quandam eorum, quæ Senatoribus ſolebant Imperatores largiri donorum, in fiſco retinuit, cauſatus ſibi ad bella gerenda deeſſe pecuniam. Neque hoc tantùm, ſed & donationes monaſteriis atque templis relictas à quibuſdam piis Imperatoribus, prorſus aboleuit lege etiam lata, ne eccleſiæ immobilibus locupletarentur bonis: cauſatus, Epiſcopos malè prodigere ea quę pauperibus darentur, interim militibus deficientibus. Id verò omnium grauiſſimum, quòd legem tulit, cui & Epiſcopi quidam leues, atque adulatores ſubſcripſerunt: ne Imperatoris iniuſſu vllus crearetur Epiſcopus: & mortuo aliquo Epiſcopo aliquem ſuorum ſubmiſit qui definitos faceret ſumptus: ipſe quod erat de reditibus reliquum accepit.

5. *Ne de nouo conſtruatur monaſterium, aut venerabilis alia domus.*

IMperatoris autem Domini Nicephori Phocæ Nouella decernit non eſſe de nouo conſtruenda monaſteria, vel xenodochia, vel noſocomia, vel alia ſancta & religioſa loca, ſed eorum quæ ſunt curam geri oportere, & hæc expreſsè in fine adiicit.

Quare ab hoc deinceps tempore, quod eſt ſeptima indict. initium, nemini liceat, nec loca, nec agros ad monaſteria, vel herocomia tranſmittere. ſed neque ad metropolim vel ad epiſcopatum. neque enim illis eſt hoc conducibile. Si quæ autem prædictæ & religioſæ domus, vel epiſcopatus & monaſteria adeò malam adminiſtrationem & prouidentiam ſortitæ ſunt, vt locis priuatæ deſtitutæque ſint, iis ſententia & examinatione Imperatoria, eorum quæ ſufficiunt acquiſitio non prohibebitur. Cellas autem & quę appellantur laurę in deſertis ædificare, quæ non ad poſſeſſiones & agros alienos extenduntur, ſed ſoli monaſtico ambitui ſeorſum prçſtituuntur, tantum abeſt vt volentibus prohibeamus, vt etiam in magna laude ponamus.

Baſilii Porphyrogennetæ.

1. *De poſſeſſione eccleſiarum & venerabilium domorum.*

QVam quidem Nouellam Porphyrogenneta Dominus Baſilius iunior ſua Nouella ſuſtulit, menſe Aprili edita indict. prima, anno 6495. quæ & hęc expreſsè continet, Imperium noſtrum, quod a Deo profectum eſt, quum & à monachis, quorum pietas & virtus eſt teſtata, & à multis aliis, legem de Dei ec-

cleſijs & ſanctis domibus, vel potius contra Dei eccleſias & ſanctas eorũ domos a domino Nicephoro, qui Imperium inuaſit, conditam præſentium malorum cauſam fuiſſe, & radicem, & vniuerſalis huius ſubuerſionis, & confuſionis (vt quæ ad in uriam), & contumeliam non ſolũ eccleſiarum, & ſanctarum domorum, ſed etiam Dei ipſius facta ſit) intellexiſſet, & maximè cũ id re ipſa expertum eſſet: ex quo enim hæc lex eſt obſeruata, nihil boni penitus in hodiernum vſque diem uitæ noſtræ occurrit: ſed contra nullum penitus calamitatis genus defuit.

Statuit per præſentem auream bullam ut lex prędicta ab hoc pręſenti die ceſſet, & deinceps infirma, & irrita permaneat, & locum habeant & in uſu ſint quæ de Dei eccleſijs, & ſanctis, & religioſis domibus, factæ ſunt leges.

2. *De allelengyo communis cenſus penſitorum.*

COnſtituit, tributum pauperum qui ſoluendo non eſſent, à locupletibus exigendum eſſe: quod allelengyum vocabatur.

3. *De prædijs potentiorum.*

LEge etiam ſanxit, ne potentiores multiplicandis prædijs augeſcerent. Quamquam eadem etiam ab auo eius Conſtantino, huiuſque ſocero Romano lata fuit.

1. *De præſcriptione quadraginta annorum.*

CAeterum nouella lex Cæſaris Baſilij Porphyrogennetæ in his quadraginta annorum præſcriptionem tollit. Neque rurſum inopes, ſi potentiorum iniuriis oppreſſi fuerint, quadraginta annorum præſcriptione repelli: neque ullas prorſus ualere præſcriptiones, etſi aureis bullis inſertæ ſint, quæ iniuſtè & fraudulenter inductæ fuerint. Neque ipſum etiam fiſcum ullo temporis excludi interuallo, ſed ab Auguſto Principe ius ſuum reuocare, probationesque ſuas ad illud recuperandum afferre.

Romani Argyri.

2. *De reditu magnæ eccleſiæ, & de allelengyo.*

INitio Imperij bonis ac laudabilibus inſtitutis ſubditos demeritus eſt. Principium fecit beneficentia in religionem. Cum enim ſciret magnæ eccleſiæ reditus non ſufficere, ut qui ſuperioribus temporibus diſpẽſator fuiſſet eius, & aliarum quibus eius clerus de more inſeruiebat, octuaginta auri libras quotannis ex ærario imperatorio expendi iuſſit. Aboleuit etiam allelengyum, quod Cõſtantinus erat ſublaturus, niſi mors eum interuertiſſet.

Zoæ.

1. *De magiſtratibus non vendendis.*

IMperio Zoæ reſtitutio, quæ ſororem Theodoram, quantumuis inuita, conſortem habebat, ſtatim, & honorum gradibus Senatorio ordini, & largitionibus multitudini gratiæ ſunt actæ, a c Reipublicæ quanta omnino poterat cura geſta. Nam in omnes Imperii partes literæ, & edicta dimittebantur, quæ & magiſtratus vendi (quod erat ante factitatum) prohiberent: & omnia iniuſtitiæ genera de medio tolli iuberent.

Michaelis.

1. *De prætorio, & velamine capitis, & de publicis curatoribus.*

CVm autem eſſet admodum ſenex, multaque antiqua recordaretur, multas ueterum conſuetudinum reducere intẽdit, nihil uel Imperio, uel Reipublicæ profuturas. Nam prætorium expurgari iuſſit, & ciuium capita non linteis, ut nunc, ſed byſſinis pileis, magnis lineis purpureis intertextis, tegi. Et procuratores publicos non ex Senatu delegit, ſed alios ſcribarũ è numero uelocium, in ſingulis archiuis educatorum: & id genus alia multa.

Iſaacii Comneni.

1. *De canonico, & conſuetudinibus quæ dantur pro ordinatione.*

DE canonico autem, & conſuetudinibus quæ pro ordinatione dantur, hucuſque uim habet aurea bulla inuicti Imperatoris domini Iſaani Comneni, quæ partim ita habet.

Statuit uerò Imperatoria mea maieſtas, ut etiam in ordinatione ſacerdotum, & canonico vetus forma authoritatem obtineat: & nihil in ordinatione Epiſcopus qui ordinat, amplius accipiat, quàm præſtantioris monetæ imperatoriæ meæ maieſtatis ſeptem aureos nummos duntaxat: vnum videlicet, quando facit ſimplicem Papam, ſiue lectorem: tres, quando ordinat diaconum: alteros tres, quando ſacerdotem, ſiue præsbyterum perficit. Sic ſimiliter pro canonico a uico triginta infumibula habente, ſimilem aureum unum, argenteos duos, arietem unum, ordei modios ſex, uini menſuras ſex, farinę modios ſex, gallinas triginta: à uico verò qui uiginti infumibula habet; auri beſſem, pro duobus argenteis argenteum, agnum dimidiatum, ordei modios quatuor, uini menſuras quatuor, & gallinas uiginti: a uico denique qui decem infumibula habet:

habet, argenteos quinque, agnellum vnum, or dei modios duos, vini menſuras duas, farinæ modios duos, & gallinas decem: quemadmodum in veterum actuariorum ſigillis perſcripta ſunt. Atque prouincialium conueniens ordinatio imperatoriæ meæ maieſtati placuit. Cum hac verò aurea formali bulla confecta eſt etiā quindecim menſis Ianuarii, indictionis decimæ, à ſanctiſſimo illo Patriarcha domino Nicolao ſynodalis annotatio, quę iubet vt ſecundū hanc auream bullam canonica, ac pro ordinatione dentur.

Michaelis.

1. *De prælatione antichreſi.*

POtior eſt propinquus externo in rerum ſoli antichreſi.

Nicephori Botaniatæ.

1. *De ſolutione matrimonij ob furorem coniugis.*

AT verò C. & C I. Imperatoris domini Leonis philoſophi nouellæ ſtatuunt, vt viro triennium duret, neque intra illud, poſtquam vxor furere cœperit, coniugium dirimat: mulier autem, niſi quinquennium præterierit, à furente marito non ſeparetur. Legas quoque nouellam Imperatoris D. Nicephori Botaniatæ, quæ de furentibus coniugibus eadem diſſerit.

2. *De releuatione fiſcalium debitorum.*

BOtaniates cum ad imperium perueniſſet, à Patriarcha regali faſcia tertio die coronatur ac primum illud liberalitatis ſpecimen edidit, vt quicquid fiſco deberetur, id vniuerſum citra exceptionem aboleret, ac nouas tabulas magnifico edicto inſtitueret.

Alexii Comneni.

1. *De ætate ineuntium officia.*

DE iis autem qui in imperfecta ætate officia aut dignitates ſuſcipiunt, repoſitum eſt in publicis ſecretis edictum D. Alexii Comneni, ſemper celebrandi Imperatoris, illud etiam cognoſce. Habet ita ad verbum.

Multi vbi ob denuntiatam Reipub. aliquam vtilitatem, aut per ambitionem, qualemcunque dignitatem vel officium aut capere, aut permutare, aut vendere petierunt: ea in paruos pueros transferunt. Ne igitur hoc fiat, neq; tales imponere aut decipere conſpiciantur: ſtatuit imperatoria mea maieſtas, vt quicunque dignitatem vel officium, ſiue propter denuntiationem, ſiue propter beneuolentiam aliquam, ſiue per commutationem ſiue in munus & per largitionem, aut dum animum noſtrum oblectamus, ab imperatoria mea maieſtate acceperit: ne quempiam qui honoretur, viginti annis minorem admittat. Quin omnes quicunque per eaſdem cauſas aut dignitatem aut officium accipiunt, maiores viginti annis ſunto. Quando verò imperatoria mea maieſtas non propter talem cauſam, ſed nulla cauſa interueniente honorauerit quempiam, aut officium donauerit, tametſi honoratus viginti annis minor fuerit, citra dubitationem tamen illi inſternuntur. Reponatur igitur præſens hæc tabella inter chartas ſecretorum noſtrorum, ad oſtendendam imperandi gubernandique imperatoriæ meæ maieſtatis rationem, vt hoc modo deinceps in omne futurum tempus efficaciam habeat. Debet autem in eius qui citra medium honoratur, tabula adijci: Inſternitor, non impedietur per edictum de ijs qui minores uiginti annis honorantur, ab imperatoria mea maieſtate factum. Ac verò eſto hoc ſignum eorum, qui (vt dictum eſt) citra cauſam mediam honorantur, tanquàm imperatoria mea maieſtas hoc ſciuerit. Menſe Ianuario, indictione quinta, per Imperatorem.

2. *De nuptijs amitæ & fratris filiæ cum filio fratris & patruo.*

EXtat iuſſio ſemper celebrandi Imperatoris Domini Alexij Comneni, ad ſuggeſtionem proedri illius, & hetæriarchi Bardæ Zeri, menſe Martio, indictione decimaquinta edita, & ad illius temporis ſanctiſſ. Patriarcham Dominum Nicolaum ac ſanctam diuinamque ſynodum miſſa, quæ amitam & fratris filiam cum patruo & fratris filio, tametſi ſexti gradus cognationem ex affinitate obtineant, citra impedimentum iungi ſtatuit. Quam iuſſionem ſynodali ſubnotatione, quę in memorati Patriarchæ Domini Nicolai codice reperitur, inſertam legas.

3. *De ſponſalibus nouella celebrandi Imperatoris Domini Alexij Comneni, emiſſa menſe Iulio indictionis ſeptima anni ab orbe condito 6592.*

SPonſalium nuptiarumque terminos vetuſta ſuperiorisque ætatis legiſlatio longè ſeparauit: horumque interuallum magis quàm Myſorum & Phrygum prouerbium notum fecit. Verùm quę ſub fælicis memorię Patriarcha Domino Ioāne Xiphilino ſynodi opera confecta eſt ſubnotatio (cui etiam perpetuò inter Imperatores celebrandum Dominum Nicephorum Botaniatem per aureę bullæ ſcripturam authoritatem largitum eſſe compertum eſt) quæ multum inter ſe diſtabant, in vnum contraxiſſe cernitur. Qua ratione quod ſynodica deciſio de nuptijs promulgarat, hoc ille diſertis verbis de ſponſalibus cenſet, duobus fratribus duos patrueles ſponſare non permittens.

mittens. Atque promiſcua quidem plebs indiſcriminatim rem aggrediens, & ſe in ſynodalis ſtatuti ſenſum mergere prorſus nequiés, ſine ratione quidnam ſponſalia eſſent fingebat, neque quo pacto cautius firmarentur, exactè conſtituere valebat. Interdum etiam mentis ſuę inconſiderantiam aduerſus abſolutam eccleſię normam vendicabat. Verum Imperatoriæ noſtræ maieſtatis dictas peritius conſiderationem auſpicata, vbi apparentem contrarietatem rectè diiudicaſſet, per præſentem legiſlationem, optimam adinuenit conſonantiam. Poſteaquam enim vetus lex ſponſalia in ſola contrahentium voluntate conſtituit, nihilque amplius quam de conſenſu, inſtrumentis, atque ſponſalitijs arrhis elaborat: nobis autem vitæ negotia ad longè ornatius magiſque ſacrum diuina gratia deuenerunt incrementum, atque hinc non nuptiæ ſolùm, verumetiam ſponſalia peragendam ſacram benedictionem ſibi coniunctam habeant: ac certum tempus primæ coniugum cõiunctioni per recentiorem ſapientiſſimi Imperatoris Domini Leonis ſanctionem eſt promulgatum (in maribus nempè annus ætatis decimuſquintus, in fœminis decimuſtertius: quod profectò tempus ad perfectam coniugum cohabitationem vetus lex ſufficiens eſſe iuſſit) neceſſarium eſſe potentia noſtra iudicauit, vt per præſens oraculum firmiter definiat, propriè illa eſſe ſponſalia, & reuera ſecundum exactę ſynodalis normæ conſiderationem cum nuptijs æquiuolere, quęcunque tempus quod Imperatoris Domini Leonis ſanctio determinauit, integrum ſibi habuerunt, & ſacra benedictio conſecuta eſt: atque in illis ſynodalis deciſionis obſeruationem valere debere. Si namque contrahentium alteram partem morte fortè aliove fortunæ caſu, aut ſententię mutatione recedere, ad aliudq́; vitæ conſortium tranſferri contingerit: non exiguus hic abſurditatis tractus exiſtet, ſi præambulæ nuptiarum preces in ſponſalibus peractę, tanquam vanum aliquid & temerè accumulatum reputentur, & indiſcriminatim ea res intelligatur, quaſi ſi Deus per ſponſalia inter coniungendas perſonas introductus non eſſet. Hoc autem commemoratus celebris Imperator rectè ſequutus, ſancti vniuerſaliſque ſexti Concilij canonem, qui ſponſam, dum ſponſus adhuc in viuis eſt, cum alio in matrimonij conſuetudinem coire vetuit, adulterium rem manifeſtè ſtatuens: cum aperta veteris legis contrarietate pulchrè conciliauit. Quoniam poſt benedictionem ſponſis factam, ſeparatio ea ſecundum eius vocem iuſtorum ſponſaliorum eſt ſolutio. Quòd ſi ſponſalia quædam ſecundum multorum conſuetudinem congruenter iam contracta fuerint, & inſtrumenta confecti ſint, nondum autem ſtatutum tempus, quo Chriſtianis debita benedictio fieri conſueuit, aduenerit, neque ſolemnes ſuper deſponſatis preces per ſacerdotem pronuntiatæ fuerint: hęc ſponſalia quantum ad exacta eccleſię diſſertationem, neque eſſe, neque dici iuſta poſſunt: neque verò aduerſus hæc ſynodalis ſubteſtatio efficatiam habet: ſed tanquam hominum placita ſimpliciter per ſtipulationes confirmata, authoritatem ferunt, vetuſque legiſlatio in illis firmationem obtinet. Hoc enim pacto cum vetuſta lex, quæ antea de ſponſalibus promulgata eſt, integra conſeruabitur: tum ſynodi iudicium ſecundum hic poſitam obſeruationem & intellectum, & interpretatum, intactum atque intentatum, cuſtodietur. Quandoquidem verò hæc ita ſunt explicata, & hæc vera ſponſalia deſignata ſunt, quæ cum ſacra benedictione, ſtatutoque tempore peracta eſſe noſcuntur: quæ verò ſecundum antiquorum legiſlationem fiunt, velut hominum placita ſtipulationibus conſtabilita vim habere, atque ſoli priſcę legi, quæ certas perſonas ad ſeiunctam ſponſam ingredi prohibitas recenſuit, in his valere conceſſum eſt: quiddam cum conueniente Chriſtianis honeſtate coniunctum, præſenti oraculo nunc etiam addi oportet. Quia enim non ſecundum exactam conuenientemque rationem veteris nouęque legiſlationis decreta peragebantur, ſed promiſcuum vulgus antiquiori legum authoritati adhęreſcens, poſt ſeptennale tempus intra citationem ſponſalia celebrabat, ac pro arbitrio quiſque ad deſponſatam ingrediebatur, continua conſuetudine atque libertate congreſſus ad colloquia amoris flammam accendens: ſacratior autem pars nouellam Imperatoris iuſſionem ſequuta, inter ſponſalia & nuptias diſtinctione ponebat, primùm preces ſponſalitias, ac deinde matrimoniales coniungendas accinés: atque coniunctim ſimul & eodem tempore, quando interea vel minimum quiddam incideret, iſtæc perficiebantur, & ſponſalia nuptięq́; uno ſpatio peragebantur: hoc tanquam ſine diſquiſitione fiat, noſtra pietas corrigens per præſentem generalem iuſſionem ſancit, ut qui ad annum contrahentium ſeptimum, & deinceps uſque ad decimumquartum aut duodecimum uelut imaginarij ſponſaliorum contractus fiunt, legitimorum firmorumque ſponſaliorum uicem non obtineant: ſed tanquam confirmatæ ſtipulationes habeantur, atque ſecundum aliorum contractuum naturam operentur. Et ad hunc quidem modum apud omnes ſubditos noſtros illa obtineant: ut tamen interim uetus lex, quæ de ſponſalibus promulgata eſt in perſonas ad ſeiunctam ſponſam ingredi prohibitas plenam efficaciam habere debeat: idque quò is ſtatus quem in Chriſtianorum

rum

rum Reipubl. vigere conuenit, augmentum accipiat. Nam tametſi ea res ſecundum exactam rationem perfecta ſponſalia non ſint: attamen quia quod agitur, ſpõſaliorum propoſitum habere videtur, atque inde nuptiarum fundamentum iaci incipit: magna profecto ratio eſt, quã obrem à lege prohibitæ perſonæ iterum impediatur, adeoque nemo impudenter prouocari prẹſumat, ut in vxorem aſſumere audeat, quẽ vetus lex ſponſam alicuius factam, diremptis ſponſalibus in alterius manum conuenire nõ ſinebat. Verumtamen vbi id tempus aduenerit, quod ſponſalibus ſimul & nuptijs conuenire iudicauimus, (vbi nempe fœmina duodecimum annum, maſculus verò decimumquartum exceſſerit) tunc in primis ſponſalia decantandis ſacris precibus, illorumque ſolemnibus (arrha videlicet, gratoque deſponſatis oſculo) obſeruandis perficiantur: atque deinde exiguo longioreve tempore, quomodo contrahentibus viſum fuerit, intermiſſo, citra recuſationem legitimæ etiam nuptiæ procedant: non autem multum diſiunctæ res ſimul vno die, & ſæpe vna hora effectum ſortiantur. Taliter enim ordine in nuptijs procedente, cum lex vetus, quæ prohibitarum perſonarum catalogum fecit, illis non permittens ad ſeiunctam cognatæ perſonę ſponſam ingredi, obſeruabitur: tum ſapientiſſimi Imperatoris nouella iuſſio decore in omnibus & valere, & in Republ. obtinere conſpicietur, quin & contrahentes perſonæ ab intempeſtiuis & indecoris congreſſibus coercitæ, caſtam vitam ducent, oportuno tempore, quando ſponſalia nuptiasque ipſis perfici conueniet, cum ſacra inuocatione inuicem congreſſuræ. Quòd ſi quis contra atque præſenti potentiæ noſtræ conſtitutione prohibitum eſt, ſponſalia conficere præſumpſerit, neque hæc generaliter & aduerſus omnes promulgata, quæ in poſterum obtinere debent, ab ipſis Kalendis ineuntis menſis Iulij inſtantis ſeptimæ indictionis, anni 6592. ſequi viſus fuerit, & ante legitimum tempus ſacramque benedictionem arrhas paciſci fuerit auſus, aut etiam in mutuum conſpectum contrahentibus perſonis conuenire, atque inter ſe promiſcua omnia habere permiſerit: tabellio qui arrhabonicum cõtractum conſcripſerit, à ſua ſtatione remouebitur: qui verò ante tempus ſponſalia confecerint, humanæ diuinæque iræ ſe obnoxios reddent. Fiſcus namque propter præſentis iuſſionis contemptum per rerum domeſticarum ſecretarium poſitam ex ſtipulatione in inſtrumentis pœnam ab ipſorum ſingulis integram exiget. Credimus verò etiam ipſum Deum aduerſus hos inſurrecturum, quòd inter iuuenes nequitiam palam & deſtinato introducere non erubuerint. Etenim ſi vetus lex irrita facta eſt, & perfecta ſponſalia confici nequeunt: verùm recentioris legiſlationis prẹſcriptum ad effectum deducere contrahentes recuſant: quid aliud faciunt, quàm homines ſibi mutuò ſecundum legem non obſtrictos, contra legem inter ſe corrumpi ſinunt, iuuenumque animis laſciuos amores per pollutam conſeruationem ingenerant?

4. *De ſolutione ſponſalium.*

Menſe Martio, indictione decimaquinta, an. 6600. ſuggeſtio Curopalatæ & magni Drungarij Vigliæ Domini Ioan. Thracenſis; ex qua declaratio facta eſt Imperatoris Domini Alexij Comneni, præcedentem ipſius nouellam de nuptijs confirmans, ac ſtatuens ne diſſolui poſſint ſponſalia quæ ſacra benedictione munita ſunt.

Domine mi ſancte, cum quidam nuptiarum repromiſſiones liberorum ſuorum nomine cõtraxiſſent, deinde diſplicerent conuenta, & ſponſaliorum, contractum reſcindere conarentur, cumque ſupplicaſſent ſanctę tuę maieſtati, & ad forum hippodromi remiſſi, in eo inſiſterent vt pœnæ inſtrumento ſponſaliorum comprehenſæ præſtarentur, & ſponſalia dirimerentur. Cum autem alij contradicerent, oportere hæc indiſſoluta manere, non, vt antea, datione pœnæ diſſolui, & nouellam tui Imperij conſtitutionem de ſponſalibus ante aliquod tempus emiſſam in auxilium ſuum allegarent: quæ à ueteribus legibus recedens, fecit ne aliter perſicerentur ſponſalia, quàm ſi mas decimumquartum ætatis annum exceſſiſſet, fœmina autem duodecimum, ſolita precatione in ſponſalibus facienda, cum alijs ſolemnibus obſeruationibus, nimirum arrhabone & oſculo: vt inclyto Imperatori Domini Leoni philoſopho conſtitutum eſt: & breui temporis ſpatio, vel etiam maiuſculo, ut ijs qui contrahunt placuerit, nuptias differri, non eadẽm die vel hora concurrere: Diuiſum eſt iudicium in diuerſas ſententias. ſunt enim qui cenſeant præſtandas eſſe pœnas, & ſponſalia ſolui debere: allegantes, ſi id non procedat, nullam inter nuptias & ſponſalia, fore differentiam, ſi quidem nuptiarum prærogatiua ſponſalia ornentur. Præſertim cum arrhabonis ea ſit natura (quemadmodum lex ait) vt ſi is qui dedit non impleat ea de quibus conuenit, amittat datum: ſin autem is qui accepit, reddat in duplum. Alij è contrario indiſſoluta manere ſponſalia putant: dicentes non eſſe conſentaneum, vt quæ poſt liberorum perfectam ætatem ſimul parentibus placuerunt, eorum conſenſu & ſacris precibus obſignata, datione pœnæ reſcindantur. hoc enim conueniens eſſe, & accidere quando nudum vinculum proceſſerit, aut etiam ſponſalia poſt ſeptimum annum initiata fuerint iux-

ta veterum ritum, quæ nec ſponſalia eſſe tuæ maieſtatis lex demonſtrat. Sic igitur diuiſis iudicum ſententiis, tuę maieſtati vilis ſeruus eius refero, quærens vtri ſententiæ adiicere ſe oporteat. Vtraque enim pars probabilia proferre videtur. Et per venerandum reſcriptum dari mihi poſtulo interpretationem quę dilucidè pureque dubitationem ſoluat. Legis enim vigorem obtinebit in poſterum: & oportet certam puramque eſſe ſententiam, ne poſtea amplius in controuerſiam reuocetur. Et interrogationem quidem meam ſancta tua maieſtas æqui bonique conſulat. Ego verò audacter etiam de tempore refero. Vilis enim ſeruus tuus arbitror iuſtum non eſſe vt eodem tempore ſponſalia & nuptię definiantur: ſed paruam aliquam prærogatiuam vel in tempore habeant nuptiæ, & à ſponſalibus differant, quæ in eo nuptiis ſint inferiores. Et enim hoc valde profuturum ſpero Reipublicæ. Nam parentes amore quo in liberos affecti ſunt victi, & quamprimùm iis prouidere feſtinantes, & ſecuritatem adipiſci, temporis anguſtiis impediti, moleſtè & grauiter ferunt. Sunt autem qui & ex contemptu metiuntur annos, amore liberorum ad periuria impulſi, quod ſi ſublatum fuerit, & diminuatur ſponſaliorum tempus, tum & quæ ex contemptu væcordia parentum ſanabitur, & quæ ex hac contingere ſuſpiciamur mala mendacium & periurium, conuenienter reprimentur. Et ſanctum Imperium tuum gloriæ, magnificentiæ & honoris fructum ineffabilem percipiet & aſſiduas intenſaſque præces, quandoquidem ſubditis conducibilia, vtilia & ſalutaria ſemper procurat.

Si imperium nihil aliud eſt quàm legitima præfectura: leges autem Rempublicam tuentur indemnem, procul expellentes & eijcientes ea quæ ciuili adminiſtrationi officiunt: Regibus autem permiſſa eſt legis ferendæ poteſtas: opus ſanè Regium ad communem Reipubl. vtilitatem, legum interpretationem ab ijs qui rerum potiuntur fieri, & earum quæ deficiunt, ad implementum ſolidi, & ad earum quę obſcuræ ſunt dijudicationem, quas vel ipſi ſanciuerunt, vel antè latas offenderunt, ab his exponi.

His conuenienter cum noſtra maieſtas Iulio menſe præcidentis ſextæ indictionis anno 6592. legem feciſſet, & nouella conſtitutione D. Leonis philoſophi & Imperatoris fundaretur, definiente vt prima contrahentium conuentio ſacra benedictione initiaretur, ipſa videlicet ſponſalia, & tempus certum, quod vtique & ad nuptialem coniunctionem ſufficere lex antiqua ſtatuit: inſtituit ea eſſe propriè ſponſalia, & verè nuptiarum poteſtatem habere, quæ & tempus Leonis nouella definitum integrum habent, & ſubſequentem ſacram benedictionem nouerunt: & in his ſponſalibus ſynodalis deciſionis obſeruationem in nuptijs obtinere, quemadmodum & quæ tempore Beati Patriarchæ Domini Ioannis Xiphilini ex ſynodali conſultatione emiſſa declarauit annotatio. *Cui & inter Principes inclytus D. Nicephorus Botaniata robur inuenitur tribuiſſe. Diſerte namque pronuntiat, duos fratres non adſciſcere ſibi duas conſobrinas per ſponſaliorum conciliationem, neque etiam coniungi vetitis perſonis ſynodica deciſione huiuſmodi ſponſalia contrahere licere. Quin potius etſi perſonæ huiuſmodi ſponſalia cōtraxerint, quæ alterius fortè partium morte diſſoluta ſint, ſuperſtes alia ſponſalia prohibebitur contrahere cum ea perſona cum qua, ſi nuptiarum ſocietas ei proceſſiſſet cum defuncta perſona, contractum inire non poſſet. Et ſecundum ea quæ in hac ab Imperiali noſtro culmine de his præſcripta ſunt, gubernari conſtituit eos qui noſtræ orthodoxæ & Chriſtianæ Reipubl. ſunt ſubiecti, neq; omnino ſponſalia initiari vnquam, aut actum propriè ſponſaliorum nomen ſortiri, niſi in ijs ſacra peragatur benedictio, & nuptijs præſtitutum tempus habeant. Etenim quę aliter factæ fuerint, non ſponſalia propriè, ſed hominum placita per ſtipulationem confirmata cenſeri, & tanquam talia effectum ſortiri, veteremque legiſlationem in his vim ſuam obtinere. Et hæc quidem ab imperio meo accuratè tunc conſtituta ſunt. Cæterùm quia nihil de eo quod magnificè ſuggeſſiſti editum eſt, quę dictæ nouellę conſtitutioni deſunt, noſtra adiicit potentia, & definit, talia ſponſalia quę propriè ſponſalia ſunt, immota manere & inconcuſſa, ac inſolubilia, vtpote Deo inter eos qui coniunguntur interueniente, & primam vitę conciliationem confirmante corroboranteque, per ſacrum precum recitationem. Nunquam verò ipſa pœnarum reſoluentur dationibus. Neque enim hęc ex hoc tempore contrahentium inſtrumentis adſcribentur. Nam quando ſolis pœnis corroborabantur, & eę adſcribebantur, datione etiam earum infirmabantur diſſoluebanturque: nunc autem cum Deus diſiuncta coniungens, ſponſalia roborat & cōſtabiliat, indiſſolubilia prorſus remanebunt, quin facimus vt horum ſolutio, perfecti matrimonij eſſe cenſeatur. perfecti enim matrimonij diſſolutionem facere videbuntur qui hęc ſponſalia dirimere conabuntur. Sic igitur probabiliter & cognatę perſonę, prohibitę cum ſponſa vel ſponſę ſorore nuptias aut ſponſalia primas coeuntium conuentiones contrahere, ab huiuſmodi contractibus arcebuntur. Si quidem nuptię iuxta tempus antiquis & recentioribus legibus noſtraque nouella conſtitutione pręſtitutum ſeruabuntur

uabuntur cum ſolitis his obſeruationibus. Nec licebit cuiquam eorum qui in Republica noſtra degunt, pręter ea quę pręſenti maieſtatis noſtrę conſtitutione vetita ſunt, peragere quid quam, niſi Imperator (vt ſæpè accidit) ſponſalia, & ex ſacra benedictione conciliationem intra definitos annos per diſpenſationem quandam ſponſis permiſerit. Licet enim quibus à Deo rerum humanorum diſpenſatio commiſſa eſt, ſupra leges diſpenſare: vt philoſophorum ſummus & ueteris legislationes dicunt. Licebit igitur Principibus, quando voluerint, in anguſtum cogere & contrahere per diſpenſationem & vtraque ſponſalia, nimirum quæ ſecundum antiquam legem præſcribuntur fieri non minoris ætatis quam annorum ſeptem, quæ & imperfecta ſponſalia cenſentur: & ea quæ iuxta Imperatoris D. Leonis philoſophi ſummi legem cum ſacrarum precum recitatione celebrantur, & perfecta ſponſalia exiſtunt, vtpote cum nuptiis concurrens tempus habentia: & coniunctionem ſponſorum quæ per ſacram benedictionem fit, nimirum perfectas nuptias intra præſtitutos ipſis annos circumſcribere, ante hanc lata conſtitutione ea imperatore philoſopho ſummo. Nam vt & ſponſalia & ex ſacra benedictione coniunctionem ſponſis intra præfinitos annos Princeps decerneret, ab eo conſtitutum eſt. Quòd ſi ſponſalia non ſint perfecta, quæ per precationes in ipſis arrhis ſponſalitijs confirmationem non acceperint, neq; definitum nuptijs tempus conſentaneum acquiſierint, qui ſponſis conuentionem ex ſacra nuptiarum benedictione decreto ſuo permittit, puberibus hanc & impuberibus ſponſis omnino decernere. Et hæc quidem ab Imperatoribus per diſpenſationem quandam efficientur.

Non permittent tamen naturalem concubitum, ſed ab eo repellent tam eos qui per ſponſalium ſacram precationē initiandi ſunt, quàm qui per diuinum carmen nuptialium precum coniunctionem ſuſcipiunt, intra annos declaratis ſponſalibus, & nuptiis præſtitutos, & tam iuxta leges antiquas quàm nouellas philoſophi Regis conſtitutiones. Tunc enim naturalis coitus his concedetur, quando & ab initio lege definitum eſt: nimirum mare decimumquartum annum excedente, & fœmina duodecimum. Donec autem vel ambo vel alter eorum definitum annorum ſpacium percurrerit, eis non dabitur coniunctionis naturalis poteſtas, illo à parentibus exigendo, ne circa huius rei cuſtodiam negligenter, & ſegniter ſe gerant: ne præter decorum & ab initio definitum naturali coitu, tempus ad ſe inuicem conueniant. Si enim per eorum incuriam hoc perpetratum fuerit, tam qui perpetrauerit quam parentes eius ſubiicientur pœnis legitimis eorum qui virginem intra præſtituta nuptiis tempora corruperunt. Sed & ſi cum Princeps per diſpenſationem aliquam tempus ſponſaliorum vel nuptiarum præciderit, contigerit ante benedictionem nuptiarum & coronarum, poſt ſponſalia ſacris precibus initiata, ſponſos morte ſeparari, ſuperſtes perſona contrahere nuptias prohibebitur, cum quibus contrahere prohibetur iam dicta ſynodali conſultatione. Non erit enim ſuperſtitibus permiſſum ad huiuſmodi perſonas ingredi, quòd tempus perfectorū ſponſaliorum non inuenietur concurrens. Nam quę per Imperatoriam diſpenſationem peraguntur, idipſum diſpenſationem pro tempore ferunt auxiliantem. Leges enim, vt ſæpe dictum eſt, lęgem condere & diſpenſare Imperatoribus permiſerunt. Nam etſi in imperfecta ętate ſponſalia & nuptię fiant, cum talibus certè perſonis contrahere prohibebuntur, cum quibus contrahere perfectę nuptię & perfecta ſacris initiata ſponſalia non ſinunt. Et hæc obtinebunt etiam in his quaſi perfecta æſtimentur contrahanturque quæ & in perfectis nuptiis obtinent quæ ſine Principis diſpenſatione fiunt. Conſtitutione igitur antè promulgata Iunio menſe ſeptimę indict. anni 6592. iuxta omnia quæ ita diſpoſita ſunt inuiolabiliter obtinente, nullo enim modo per præſentē conſtitutionem mutilita eſt, quin potiùs repletur & ad integritatem reducitur.

Quæ verò nunc per præſentem & in perpetuum valituram cōſtitutionem noſtra definiuit ſerenitas, omnibus omnino manifeſta quàm primùm fieri curato illuſtriſſime Curopalata, & magne Drungarie Viglæ: vt nemo eorum qui ſub ditione noſtra ſunt, ignoret ea quæ pro ipſorum vtilitate à nobis ſancita & conſtituta ſunt. Nam omnem Chriſtianiſſimam multitudinem pręſenti conſtitutione frui volumus, ne quis ex omnibus ignorantiam huius conſtituti iuris vnquam prætendat: cui debes auxilio eſſe in omnibus iudiciis, & omnibus quę noſtri imperii ſunt prouinciis, & apud omnium eccleſiarum quę ita ſunt Pręſules, eoſque qui obſeruantur ab omni Chriſtiana ciuilitate. Actum Martio menſe pręſentis 15. indict. anni 6600. Excepto eo quòd etſi ſponſalia ſacra precatione initiata debeant indiſſolubilia manere, non omnino tamen nuptię poſthac indiſſolubiles ſeruabuntur. Sed quibus ex cauſis hę ſolutionem admittunt, iiſdem & ſponſalia diſſoluentur. Menſe Martio indict. 15. rubris literis.

De chartophylacie.

Imperium meum, quod eccleſiaſticæ honeſtatis maximam curam gerit, & bonum quidem ordinem cum in omni ciuili ratione quę-

ris,

rit, tum autem multò magis in rebus diuinis eum verſari ſtudet, quæ vnicuique gradui eccleſiaſtico ſunt ab initio tributa priuilegia, & eam quæ in his hucuſque obtinuit conſtitutionem, deinceps quoque eſſe immutabilem, & perſeuerare vult, & cenſet, ſanctiſſime Domine: vtpote quæ per tot annos ſuſcepta, & in vſu ciuili longo tempore verſata, & ab alio in aliud immutabilibus hucuſque transmiſſionibus vindicata, ac confirmata ſit. Sed quoniam Imperatoria mea ſublimitas didicit, nonnullos antiſtites contentione quadam, & gloriæ ſtudio incitatos velle chartophylacis priuilegium minuere, & canones in medium adducentes, per eos contendere illum ante antiſtites ſedere nõ oportere, quando aliquo vſu exigente oportet eos conuenire, & conſidere ante exceſſum ad tuam ſanctitatem: non ferendum Regiæ meæ maieſtati viſum eſt, vt res quæ tanto tempore approbata eſt, & à prioribus Patriarchis, & ab alijs antiſtitibus, ſed & ab ijs qui nunc ob rem non honeſtam contendunt, longiſſimi temporis ſilentio nunc obiter aboleretur: & tanquam neglectum quidpiam conuelleretur. Hanc ergo rem decernit eſſe valde rationi conſentaneam, & iuſtam. Si enim contra vellent antiſtites immobilia non mouere, nec ea quæ ijs qui prius fuerunt patribus placuere, ſed & quæ iis ipſis longo ſilentio, & hucuſque patientia, probata fuere, rurſus in certamen non deducere, rectè ſe habuerit, & eius magna gratia haberetur, quòd pugnandi ſtudio abiecto, pacem & quietem protuliſſent. Si autem etiam adhuc nonnulli, verba canonis vſurpantes (à ſententia enim longè abſunt) voluntatem ſuam confirmare conantur, & non rectè ordinem ad id quod eſt inordinatum transferunt: permitit quidem Imperatoria mea ſerenitas canonis interpretari & declarare contextum, qui facilè comprehendi poteſt, & pulchrè diſcerni iis qui exactè penetrant, & canonicum ſenſum attingunt. Hoc autem vtique ipſum in antiſtitibus increpat, quod cum canonem ſcirent, & eius verba perfectè intelligerent, ſuam ipſorum conſcientiam præter rationem conculcarint, & dum diſturbaretur canon, tolerarint, & in anterioribus chartophylacibus inferiorem ſedem elegerint. Et his mercedem contemptionis ſacrorum canonum, dat expulſionem ad proprias eccleſias: canonem eccleſiaſticum hic ſubſequens, & canonum contemptoribus ſacros illos canones in ſubſidium opponens. Neque enim Pontifices occidentalium, Præſules qui longo tempore ſibi creditorum ouiliorum non geſſerunt, nec vt oportebat iis præfuerunt, dicere poſſint, hoſtium rabiem quæ per orientem graſſata eſt, impedimento fuiſſe, indeque rationalium ouium Epiſcopatu eſſe ſpoliatos. Et quod ita quidem à meo Imperio diſpoſitum eſt, iudicium ipſius rei geſtæ reliquit. Quoniam autem & illud ad aures ipſius perlatum eſt, aliquos ex eccleſiæ clero in ferendis ſuffragiis præteriri, iiſque præferri nonullos inferiores fortè & ætate & ſtatu vitæ meliore, & qui non multum pro eccleſia laborarunt: ea res nequaquam viſa eſt ſacra antiſtitum ſynodo digna. Vnde religioſè ſimul & Regiè mandat ne ludatur in non ludicris, neque affectui indulgeatur in diuinis, (vbi enim anima eſt id quod periclitatur, cuius alterius cura gerenda eſt?) illi autem præferantur aliis, & in ſuffragiis honorem ferant, quos eum doctrina vita ornat inculpata: aut deficiente fortè doctrina, diuturnum tempus, & multus circa eccleſiam labor, defectum implent. Sic enim & ſuffragiis rectè iudicent, nec in ſuæ animæ condemnationem arguatur, Deo ſententiam ferentes.

6. *De Doctoribus.*

NOta ex hoc præſenti canone, poteſtatem docendi populum ſolis Epiſcopis datam eſſe: & magnæ eccleſiæ Doctores Patriarchæ iure docere. Hoc autem etiam oſtenditur ex nouella illuſtris Imperatoris Domini Alexii Comneni, quæ deſcribit, & quomodo & quinam debent in eccleſiis eligi, & decernit omnibus Doctoribus tam iis qui ſunt extra eccleſiam, quàm iis qui ſunt intra, tres aſperorum libras, & frumenti modios quinquaginta, & hæc apertè decidit. Sit autem & hic Doctoribus honor tributus, vt iterum in propriis eccleſiis, propter quas ſeceſſerunt, ſtatim poſt officiales proximi Patriarchæ aſſideant, tanquam eius perſonam repræſentantes. Audimus enim eum qui Pontificis locum tenet, maximum gerere honorē: & nemo poterit ad hoc contradicere. Qui autem & verbo & opere digni ſunt quorum ratio habeatur, ad doctrinę miniſterium introducantur, & per docendi munera ad officia prouehãtur Propterea enim, mortuo qui erat eo tempore Patriarcha, nec ipſi docere poſſunt.

7. *De electis ad orientales eccleſias.*

LEge iuſſionem quæ menſe Nouemb. ſecunda indictione emiſſa eſt, illuſtris Imperatoris Domini Alexij Comneni, decernentem, eos qui in orientales eccleſias electi ſunt, & iterum ſuas habere præpoſituras & adelphata, & officia. Didicit Imperium meum ſanctiſſime Domine & vniuerſalis Patriarcha, quòd cum in Dei eccleſia electiones procedant, quidam eorum qui electi ſunt in monaſterijs

naſterijs Prioratum tenentes & adminiſtrationem habentes, vel alia etiam miniſteria exercentes, & omnino monachi exiſtentes, alij autem in magna Dei eccleſia, & aliis ex officiis, & aliis quibuſdam miniſteriis, ea quæ victui ſufficiunt, poſſidentes, ægrè ferunt pontificale iugum ſubire, & illis eccleſiis præeſſe in quas renuntiati ſunt: veriti ne, cum eiuſmodi eccleſiæ in Orientis partibus ſitæ ſint, eis neceſſaria deſint, vtpote cum eccleſiæ in quibus electi ſunt, reditum non ferant, & ſint ipſis omnino inacceſſæ: priuentur autem & ipſi, eo quòd illarum regionem ſuſcipiant, Præfecturis & œconomiis quæ ſibi adſunt, & aliis muneribus, & iis quæ ſimpliciter dicuntur adelphata, & officiis, & quibuſdam aliis miniſteriis. Meum itaque ſtatuit Imperium, ea quæ ad ipſos pertinent, diſpenſatiua quadam ratione diſponens: ne quis propterea pontificale iugum ſubire recuſet. ii enim omnes rurſus fruentur iis quæ ſibi adſunt Prefecturis, & œconomiis, & aliis miniſteriis, ac muneribus, & officiis, & quæ illis adſunt adalphatis: & doctrinæ rationem ſubeuntes, à ſe ſuſcepto ordine perfectiuo, illorum quoque reditus liberè percipient, donec remiſſionem acceperint, & ab ea quæ nunc eſt cleri calamitoſa ſorte, ad meliorem cleri ſucceſſum eis attributarum eccleſiarum, quæ ab eis, vt dixi, adiri non poſſunt, vt quæ ab infeſtiſſimis teneantur hoſtibus, peruenerint. Sed hæc quæ à meo imperio conſtituta ſunt, locum non habebunt in officiis vel gradibus Sacerdotum, Diaconorũ & cæterorum cleri magnę Dei eccleſiæ. Pone ergo præſentem conſtitutionem in codicibus chartophylacii, ſeu tabularii magnæ eccleſiæ.

8. *De erigendis Epiſcopatibus in Metropoles.*

INterim autem ſcire debes in menſe Maio, decima indictione, anno *6565.* exiiſſe edictum ab illuſtri Imperatore Domino Alexio Comneno, continens, cum Metropolis Baſilæi, & Metropolis Madytana viduę eſſent, & Antiſtitum electionem fieri oporteret, exurrexiſſe Heracleanum & Ancyranum Metropolitanum, & dixiſſe non debere eas eccleſias, etiam ſi Metropolium dignitate honoratę ſint, à magnę eccleſię patribus Antiſtitem ſuſcipere, ſed ab ipſis, eo quòd Madytana quidem eccleſia ſit Heracleę Epiſcopatus, Baſilęi autem eccleſia ſit Ancyrani Metropolitani Epiſcopatus. Et cum vſi eſſent ii Metropolitani duodecimo canone Chalcedonenſis ſynodi, decernente, ſeruanda verè Metropoli iura, quę illi adſunt in honorata eccleſia, decretum fuit Imperiale in pręſentia tunc conuocatę ſynodi conſentientis vnaque decernentis, licere Imperatori pontificalem thronum eccleſiis largiri, & Epiſcopatus vel Archiepiſcopatus in Metropoles erigere: eaque quæ ad electionem pertinent, & reliquam diſpoſitionem, prout ipſe voluerit, deſcribere: nec à canone impediri, qui ſtatuit Metropoli iura ſeruari quæ illi adfuerint ab initio in honorato Epiſcopatu. Et lege hoc edictum quod interpretatur, quomodo debeant ſeruari iura antiquæ Metropolis, & non diuidendam eſſe vnam prouinciam in duas. Nos enim eo quòd ſit prolixius, hic integrum non poſuimus. Hoc ipſum autem edictum poſt decretum quod continet, debere eccleſias quæ ſunt honoratę, iuſſu imperiali à throno Conſtantinopolitano Pręſulum electionem accipere, nec eos qui paulò ante erant, Metropolitanos vllam in eis partem habere, hęc quoque expreſſè continet.

Quoniam autem rurſus quoque Antiſtites Chalcedonenſis ſynodi canonem adducentes, eos qui iuſſu Imper. altiore throno digni habiti ſunt, dicebant præter canones honorem perfectiorem conſequi, & rationis expertes eorum appetitiones coerceri volebant, & canonicam auctoritatem afferebant: Imperium meum, & imperialis poteſtas, quod ei à diuinis canonibus datum eſt priuilegium, neglectui haberi non ſinens, & Antiſtitum ob honoris prouocationem ſupplicationis, vt non canonicas neque legitimas, appellationes euentum accipere nolens, ſtatuit Epiſcopatum non aliter in ſublimiorem thronum erigendum, Archiepiſcopatus ſcilicet, vel Metropoleως, quàm ſi Imperator illius temporis, proprio motu impulſus, gratia humana non intercedente indecora, voluerit illam quę eſt ſuperior ac eminentior, dignitatem ei prębere vel propter ciuitatis honorem, vel propter eius fidem in ſanctam eccleſiam, vel eius qui illi pręeſt, virtutem honorans, & ex eo ſua ſponte incitatus ad largiendum honorem. Ac ei quidem qui propter humanam affectionem, & mores non laudatos, ordinem ſublimen largitur, diuinorum canonum metus incutitur, in quos ne ſæpe Imper. incidat, permittit & ſanctiſſimo eius temporis Patriarchæ, ne aliter à quouis allatam de cuiuſcumque eccleſiæ primatu chartam confirmet, nec eius Præſulem inter Archiepiſcopos, vel Metropolitanos recipiat, quàm poſtquàm de ea re ad imperialem poteſtatem retulerit, & quid ſacris cautum ſit canonibus docuerit, intellexerit quòd Imperator proprio motu, iuſta de cauſa eccleſię hunc honorem largitus eſt. Tunc enim & eam admittet & in eorum qui ſub ſe ſunt, Antiſtitum numerum illum

cooptabit qui præſtantiorem honorem ab Imperatore ſortitus fuerit.

9. *De teſtibus, & benedictione matrimonij ſeruorum.*

LEge etiam nouella Imperatoris Domini Alexij Comneni, quæ edita eſt de non admittendis teſtibus qui contra opponuntur, quando teſtes adducuntur ab eo qui ad libertatem proclamat: & de eo quòd liberi ſerui non fiant qui ſacram benedictionem acceperint. quæ his verbis hæc perſequitur: Duo hæc ad aures mei Imperij peruenerunt, ſanctiſſime domine, quoſdam eorum qui ad ſanctum & magnum diuini verbi ſapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, & genus ſuum ad libertatis oſtenſionem allegantes: (dicunt enim ſe ex liberis parentibus eſſe natos, Bulgaris fortè, vel aliquibus alijs, quos in ſeruitutem noſtrã cepit Reſpublica) ea quidem quæ dicunt demonſtrare permitti: & poſtquam teſtes omni exceptione maiores, & in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eis teſtes opponendos eorum dominos procedere. Et ſic eos qui proclamant, quum ſemper in iudicijs ſubſiſtere non poſſint, ſeruilis conditionis onere rurſus opprimi. Et quando matrimoniales fiunt ſeruorum conuentiones & coniunctiones in noſtra Republica, eas tamen ſacram non ſequi benedictionem, cauentibus dominis ne ſeruos inter ſe inuicem cum ſacra benedictione coniungant, & ex eo ad libertatem perueniant. Eorum vtrumque conuenienti correctione opus habere cenſuit, & propterea hanc conſtitutionem magna cum cautione & obſeruatione edidit, per quam ſtatuitur de iis qui ad libertatem proclamant ſeruis, ne ii qui contra adduncuntur teſtes, vim vllam locumve habeant, in quocunque ſeu ciuili ſeu eccleſiaſtico iudicio: ſed ii ſoli qui proclamant, legitimas probationes afferant: & ſi ii quidem teſtibus abundent, qui iure ſunt recipiendi, neque calumnia inducti, teſtium iureiurando iudicium ſoluetur. Sed non aliorum etiam teſtium aduerſus hæc productiones eorum dominis permittantur: ne magna aduerſariorum inæqualitas ſit inferioribus damni cauſa: ſed quemadmodum in iis qui idem tributum ſoluunt, lex beatiſſimi domini Baſilii potentibus aduerſus pauperes contrarias productiones non permiſit: ſic & hic dominus aduerſus ſeruos vis contrarię productionis extincta erit: & ſola apud eos valebit aduerſus teſtes illata criminatio, contraria productione non omnino iis excluſa qui ad libertatem proclamat, quando ii qui trahunt in ſeruitutem, eos aduerſus illos qui iure ſunt liberi produxerint. Inferioribus enim & imbecillis præſens conſtitutio gratificatur, & quod eos iuuet ſubminiſtrat: non autem pro maioribus & potentioribus editur. Adiicit autem, & benedictiones non ſolùm in liberis, ſed etiam ſeruis valere. Et nuptias non alioqui legitimas & Chriſtiana inſtitutione dignas eſſe & exiſtimari, niſi etiam benedictio eos qui coniunguntur obliget. Abſurdum enim eſſet, cum vna in omnibus Chriſtiana fides valeat, & vnus ſit in confeſſo baptiſmus, per quem ad Dominum deducti ſumus, & eadem ſalus à nobis omnibus ſperetur: nonnullis hanc obortam eſſe ſuſpicionem, quòd ſerui ſint boni minus participes, & liberi quidem matrimonio inuicem coniungantur prius oratione colligati: ſerui autem a tali bono excidant, & Deum non aſſumant in congreſſus benedictione: vel metuant, ſi eum aſſumpſerint, ne hæres in dominio iniuria afficiatur, illorum ſeruitio priuatus. Si hoc autem locum habuerit, ſanctum quoque baptiſmum timere oportet, ne ſerui à dominis alienentur: ſed etiam immaculatorum myſteriorum aſſumptionem, ne per eam ab illis quoque alienentur: quo fiet vt in ſeruis intereat magnum & venerabile diuinæ fidei nomen: & non ſolùm hominum, ſed etiam diaboli ſerui fient homines. Eorum autem domini in periculum quoque venient, ne dum miniſterio hominum priuari formidant, à Dei gloria ſe ipſos abalienare ſuſtineant. Sed neque hoc eſt rationi conſentaneum, & ſacram beneditionem in ſeruis quoque valere, ęquum, & Chriſtiana inſtitutione dignum eſt. Verùm enim uero fortuna nouit in hominibus diuerſa eſſe dominium & ſeruitutem. Et quæ noſtra accepit Reſpublica, ea in iis quoque valere oportet. Vnus autem dominus omnium, vna fides, vnum baptiſma, & quod ad fidem quidem attinent, dominij & ſeruitutis differentiam non cognouimus. Omnes enim ſumus ex æquo ſerui eius qui nos ſuo diuino & viuifico ſanguine redemit. Vt quoniam hæc ſic rectè & vtiliter conſtituta ſunt, oportet magnam tuam ſanctitatem hæc omnia in omnibus eccleſiis manifeſta reddere: vt qui eis præſunt, ea quæ ad libertatem pertinent, ſic examinantes, contrarias teſtium productiones aduerſus ſeruos dominis non permittant, & omnibus in ſuis prouinciis manifeſtum efficiant, eos qui non cum ſacra benedictione ſeruos inuicem coniungunt, non Deo gratum inter eos matrimonium conſtituere, ſed fornicatorium coitum & ſtuprum confirmare. Quos enim non coniungit Deus per ſacram benedictionem aſſumptos, hi omnes ad peccatum conueniunt: & ſicubi hoc ab aliquo, quicunque is ſit, factum renuntiatum fuerit, ſciant domini, ſe non ſolùm iræ diui-

næ

næ fore obnoxios, ſed à ſeruis quoque abalienatum iri, eis abductis in libertatem. Cum eis enim liceat ſeruos ſuos iure inuicem coniungere, & integrum in eos habere dominiũ, niſi hoc fecerint, iure omnino ab eorum dominio excident. Præſens autem conſtitutio non ſolùm debet in eccleſijs quæ vbique ſunt promulgari, ſed in omni etiam ciuili foro deponi: tradi autem etiam ijs qui in prouincijs magiſtratus gerunt. Quoniam autem in perſonis ſeruilem fortunam habentibus nuptię prius factæ ſunt, & nuptiæ conuenienter iniquæ quæ hucuſque inualuit conſuetudini proceſſerunt: oportet in ijs quoque ſacram benedictionem fieri, vt per eam, etiam ſi tardè fiat, id quod eſt colendum ac venerandum, habeant: ſuperioribus obſeruationibus etiam in hoc coniugio obtinentibus.

20. *De oblationibus & alijs eccleſiaſticis iuribus.*

QVia autem de oblationibus & alijs eccleſiaſticis iuribus emiſſa eſt conſtitutio illius inclyti Imper. D. Alexij Comneni, ad ſuggeſtionem quorundam diaconorum, qui curã patriarcalium monaſteriorum ſuſceperunt à patriarchali magnificentia, quæ ſubſcriptioné habebat, Decembrem menſem quintę indictionis: ſcito eam hæc ad uerbum continere.

Obſeruationem & correctionem animæ lapſuum conſtat habere ſanctiſſimum ius temporis Patriarcham tam in liberis monaſterijs quàm in traditis & donatis, & ijs quæ ad adminiſtrationem vel diſpenſationem data ſunt. Ius enim habet ſubeundi & contrectandi delicta animæ, & ſecularia & publica monaſteria, & vt ſemel dicam, omnia quæ ſunt ſub eius regione, ſiue ſint patriarchalia, ſiue imper. & quæ ſunt ſui iuris. Et in propria quidem quæ ſuperiores Patriarchæ ad incrementum non elocabant, abſque impedimento, quando volet, ingredietur, ſiue ipſe per ſe, ſiue eius ſuaſione, quem ipſe ex eccleſiaſticis elegerit, & ea perſcrutari, dignum eſſe ſtatuerit. Libera autem & ſui iuris monaſteria, quando ad ſanctiſſimum dominum meum & Patriarcham delictum in monaſterio factum perſcrutauerint, ſiue alioqui ex fama aliquorũ vel etiam vnum audiuerit, tunc, vt dictum eſt, ingredietur, & perſcrutabitur delicta animę etiã ſi is qui dixit, nolit ſubire probandi periculum. Homo enim Chriſtianus, quando aliquid factum audiuerit, debet hoc dicere communi patri & Antiſtiti. fortaſſe enim non vult hoc ſubire periculum. & propter eiuſmodi cauſam, delicta animę inobſeruata & incorrecta relinquere, eſt hoc valde abſurdum, nullo quocunque ſcripto imper. vel patriarchali hoc prohibente. Sed monaſteria quidem debent non innouata conſeruari in perſcrutationibus eorum qui mittuntur, nullo inde ſumptu dato. Tunc enim animæ delictorum correctio facilè ſi Deus volet, fiet. In monaſterijs autem non ſolùm alia animæ delicta inquiret, ſed etiam an diſſoluta ſint vel diſſoluantur, in parte vel in uniuerſum, ab ijs qui ea accepere: & ſi inueniet in ijs aliquas fieri diminutiones, coget eos qui ea detinent reſtituere, quemadmodum accepere, & ſecundum monaſterij facultates. Sed in illis quidem qui propter inopiam non ſufficiunt ad ſtatum in quo ea accepere, quæ ſunt quidem effecta meliora & aucta, cum rectè ſe habeant, non minuentur, ſed manebunt vt ſe habent. Qui autem ea detinent quæ ſunt illis tradita, vt regimen & adminiſtrationé ad tempus ſuſcipiant, & eis damnum afferunt, ſi nolint in eum quem acceperunt ſtatum ea reſtituere, eis auferantur, nec ab ijs quæ habeant ſcriptis iuuentur, eis dato conuenienti die præfinito. Interea autem dum penderet terminus, debent obſeruari an ipſis eorum de in integrum reſtitutione operibus vacent, vt oſtenſum eſt. Tum enim etiam terminus ſeruabitur. Renuntiationes autem, quoniam præter canones dantur & accipiuntur, omnino ceſſabunt: & qui accipere vel dare inuentus fuerit, ſi eſt quidem monaſterij Præfectus, ex Præfectura expellatur: ſin autem beneficiarius, è monaſterio expelletur. Quæ autem ab ijs qui ad tonſuram veniunt, fiunt offerentium ſpontanea voluntate oblationes, ſuſcipientur, & deſcribentur in breuiario monaſterij, de iis quæ offerentur etiam ſanctiſſimo Patriarchæ cognitione data: etiamſi ij qui habent monaſteria, documenta habeant de accipiendis renuntiationibus & oblationibus, & in lucri faciendis. hoc enim ceſſare nunc debet, & fieri quemadmodum dictum eſt ſuperius. Sed etiam ſeruatę oblationes non debent alienari prętextu documentorum. Porrò autem non ſolùm cura animarum monachorum, ſed etiam ipſorum ſecularium, incumbit ſanctiſſimo Patriarchæ: & quando viderit aliquem ſecularium ſitientem propriam ſalutem, quomodo continget prohiberi Patriarcham, quominus in monaſterio eum collocet ad ſalutem animę eius qui accedit? citra vllum enim impedimentum ſanctiſſimo Patriarchæ licebit collocare, quàm chariſticarij, licèt documenta habeant. Præterquam ſi iubet ſanctiſſimus meus dominus fraternitatis vſum accipere ſecularem aliquem vel etiam monachum ex alio monaſterio ab eo differente: ne det ſeculari vel externo monacho monachatum, & grauetur monaſterium adelphato. ſi enim grauetur, omnino deerit monachis qui ſunt intus

tus & pro mercede fiet iudicium. Si autem accedit laicorum quiſpiam, qui eſt omnino inops & pauper: ad ſanctiſſimum meum dominum, vel ex Antiſtitibus qui ſuos thronos perdiderunt, & ſunt inopes, & voluerit ſtatuere, vt is victum capiat è ditiori aliquo monaſterio, hoc rectè faciet, non ſupra facultates numeri eorum qui ſunt ordinati: monachi enim, qui ſunt intus, debent præferri cæteris omnibus ad ea quæ ſunt ſibi neceſſaria capienda.

11. *De foro clericorum, & de iudice per reſcriptum prohibito cauſam ad ſe tranſmiſſam diſceptare.*

SI verò partitio inter aduerſarios fuerit, & alterum mundani ſtatus eſſe appareat, alter in ſacrum clerum allectus ſit: actor foro rei per omnia ſubiacebit, & vterque ad competens iudicium abibit: niſi ſi quando tribunal imperatorium aliquis requiret. Tunc enim omnibus ceſſantibus imperatoria maieſtas litem dijudicabit, & decidet controuerſiam: Verùm huius aureæ bullę ſegmentum, quod ſtatuit, vt quicumque ad qualecumque tribunal trahuntur, ſi imperatorii tribunalis auditorium requirant, admittantur: irritum factum eſt ex poſteriore iuſſione eiuſdem Imperatoris Domini Alexii Comneni, quæ euulgata eſt menſe Maio, indictione tertia, & ſtatuit poſt prooemium in hæc verba, Præſcribit igitur omnibus vobis, qui iudiciis præeſtis, imperatoria mea maieſtas, ne vnquam poſthac vlli obtemperatis reſcripto, quod iudicum quempiam iudicium ad ipſum tranſmiſſum exercere prohibeat, tametſi cinnabari ſubſignatum ſit, tametſi cereę bullæ ſigillum habeat: ſed ſiquidem poſt libelli oblationem intra viginti cognitionis dies, qui in iudicium pertractus eſt, dimiſſionem imperatoriæ noſtræ maieſtatis impetret, quæ alterum iudicem illi cui prius cauſa tranſmiſſa eſt, adiungat: in vnum conueniant conſtituti iudices, & legitimam deciſionem controuerſiis imponant. Si verò viginti dierum tempus decurrerit, ne alter iudex admittatur (quoniam hoc etiam legi videtur) neque verò prætextu, quod fortaſſe poſtmodum ſtatui poſſit, vt cauſa ad imperatoriæ maieſtatis tribunal introducatur, nullo modo, quò minus iudicium ferat, impediatur: ſed tranſmiſſam ſibi controuerſiam ad legis præſcripta exactè decidat: vt tamen litigator ſi ſe iniuria affectum putet, à prouocatorio iudicio neutiquam excludatur. Atque hoc omnes vos iudices cognoſcentes, nitimini commiſſas vobis lites ſeruare, & legitimum illis finem imponere. Non vult enim imperatoria mea maieſtas, vt poſteaquàm ex iuſſione ipſius ad iudicem quempiam controuerſia tranſmiſſa fuerit, per cuiuſmodicunque poſterius ſcriptum, quod controuerſiam ad imperatoriam meam maieſtatem introduci demandet, cognitio impediatur: ſed vtilia apud eundem iudicem, aut (vt ſuperius dictum eſt) iudices, intra viginti cognitionis dies cum ipſo datos, vſque ad finem, ita vt ſubtrahi non poſſit, procedat: ac poſt iudicium finitum ei qui fortaſſe iniuria ſe affectum putabit, facultas ſit vt per prouocationem aliud tribunal imploret, aut potentiæ noſtræ audientiam requirat.

Manuelis Comneni, ſiue Emanuelis.

1. *De executoribus teſtamentorum.*

MEnſe autem Martio, indictione decimaquarta, facta eſt nouella Sancti noſtri Imperatoris Domini Manuelis Comneni, quæ partim hæc ſtatuit: cum his hoc etiam, ijs quæ antè ſcripta ſunt ſanciendo coniungimus. Multi homines in extremis ſuis diſpoſitionibus procuratores ſiue executores eorum quæ præſcripſerunt relinquunt, ijſque Chriſto, dulci iſto ac mundo ſalutari nomine, hęrede ſcripto, rerum ſuarum diſpenſationem atque adminiſtrationem iniungunt. Hoc autem videntur facere, cum pauperibus ſubſtantias ſuas diuidi præcipiunt. Quum enim mendicans accipit, aſtat Chriſtus, ac vnà cum illo manum porrigit Quatenus namque, inquit, vni ex minimis hiſce fratribus feciſtis, mihi feciſtis. Iubemus igitur vt quando huiuſmodi procuratoriæ diſpenſationes, & in pias cauſas diſtributiones, quæ ad animæ rectum ductum, ac pupillorum fenum, atque pauperum educationem & exhibitionem tendunt, proponuntur: in his iudiciorum protelationes, atque qui hinc exiſtunt inanes temporum decurſus, locum non habeant. Contingit enim hinc, vt defunctorum animæ damnum ſubeant, & communis omnium boni vtilitatiſque cauſa latæ leges commutentur in contrarium. Tum neque iuſtum eſſe imperatoria mea maieſtas iudicat, vt qui ordo in reliquis iudicijs obtinet, etiam in iſtiuſmodi vſurpetur: ſed vt talium ſpecierum ambiguitates confeſtim ſoluantur: neque libellus detur, & cognitio in tres aut ſummum quatuor dies differatur: nulla iudiciaria dilatione introducenda, quid cuique iure competat, diſquiratur: citra omnem dilationem vtraque pars accerſatur: atque vt quid iuris ſe habere putet, proponat, exigatur: tumque demum per breue tempus, in menſem fortè vnum aut etiam alterum extendendum, res in controuerſiam deducta, prout iudici

viſum

Digitized by Google

viſum fuerit, conuenienter dirimatur: in ſua ſede ac ſoliditate firmiter maneant leges quæ non mox a defuncti morte, ſed poſt aliquot dierum decurſum ſucceſſores ipſius in iudicium trahi ſtatuunt: quemadmodum quæ huc pertinent, fuſius in Baſilicis tractata ſunt. Si vero procurator ad dilationem vergere videatur, eaque euertere dolo deprehendatur, nec quemadmodum teſtator præcepit, procraſtinationes nectendo faciat: a rerum defuncti procuratione ac diſpenſatione remoueatur: eaque quibus Imper. ſtatuerit iniungatur: aut ſi is fortè peregrè ſit, Præfectus vrbis vna cum ſanctiſſimo eccleſiæ œconomo res illas procuret ac diſpenſet: qui de his quæ in huiuſmodi ſpeciebus adminiſtrarunt, Imperatori, aut (ſi fortaſſis hic peregrè erit) ſanctiſſimo Patriarchæ rationem reddere debebunt. Non tamen prout Imperator iuſſerit, defuncti voluntas adimplebitur.

2. *De ferijs.*

CAeterùm ſi quonam die iudicia ceſſent, exactè diſcere velis, lege adorandam illā diuinitus coronati, optimi ac ſancti noſtri Imperatoris, domini Manuelis Comneni nouellā, mēſe Martio, indictione decimaquarta, anno ab orbe cōdito 6674. emiſſum, atque hæc poſt procœmium complectentem.

Sancimus igitur, vt illis dies feriati ſint, quos in præſenti conſtitutione nominatam enumerabimus. Quorum alij omnino toti feriati ſint, vt nullo modo vlla ipſorum parte conſtitui iudicium poſſit, extra quam ſi fortè Imperator diſpenſationis modo, aut propter neceſſitatem (vt multa ſæpenumero rerum viciſſitudo nouiter introducit) in illis etiam iudicium conſtituere velit: alij verò ex parte a iudicijs ceſſent, a mane videlicet vſque ad ipſum diuini miniſterij tempus: vt iudicibus precationibus, atque glorificando Deo vacare liceat, ac deinde poſt diuinum ſacrificium iuſtitiæ operam nauent, ſecundumque legum vim iniuriam paſſis auxilium ferant. Verum enimuero quibus ita poſt diuinum miniſterium iudicare permiſſum eſt, in conficiendis a ſe inſtrumentis, temporis, quo illa confecta ſunt, mentionē facient. Ac primum quidem de omnino feriatis eſt agendum.

Natalis itaque dies puriſſimæ dominæ, ac Dei genitricis, qui eſt octauo Septembris, feriatus eſt. Item decimuſquartus, qui propter exaltationem viuificæ crucis honoratur. Item vigeſimuſſextus, propter Apoſtoli, & Euangeliſtæ Ioannis Theologi tranſmutationem. Item ſextus Octobris: quòd tum memoria Sancti Thomæ Apoſtoli celebretur. Item nonus in honorem Iacobi Alphæi Apoſtoli. Itē decimus in honorem Lucæ Apoſtoli & Euangeliſtæ. Item decimuſtertius Nouembris, quòd tum memoria patris Chryſoſtomi celebretur. Item decimuſquartus, quòd tum Philippus Apoſtolus feſtiuiter honoretur. Item decimuſſextus, quod tum Matthæus Euangeliſta & Apoſtolus honoretur. Item vigeſimuſprimus, quòd tum Dei genitricis in templum introitus celebretur. Item trigeſimus quod tum Andræas Apoſtolus feſtiuiter honoretur. Item nonus Decembris: quippe quia tunc genitris Dei noſtri conceptio celebretur. Item vigeſimus uſque ad ipſum ſextum Ianuarij, ut pote quòd diebus illis natalitia, & baptiſmus domini & Dei & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti celebretur. Item eiuſdem Ianuarij duodeuigeſimus, diuinorum patrum & Doctorum Athanaſij & Cirilli gratia. Item eiuſdem menſis vigeſimuſquintus, propter memoriam magni patris Gregorii theologi. Item ſecundus Februarij, quòd tum Seruatori obuiam itum ſit. Item tertius, celebrandæ memoriæ Simeonis Dei ſuſcepioris cauſa. Item vigeſimuſquintus Martij, boni nuntii ergo ad Dei genitricem delati. Item dies paſchales ab ipſa Lazari reſurrectione vſque ad ipſum poſt ſacrum Paſcha octauum. Item decimuſquintus Aprilis, in honorem Apoſtoli & Euangeliſtæ Marci. Item trigeſimus, in honorem fratris Theologi & Euangeliſtæ Iacobi Apoſtoli. Item octauus Maij, ob memoriam Euangeliſtæ Ioannis Theologi. Item decimus, propter memoriam Simonis Zelotæ Apoſtoli. Itē vigeſimuſprimus, propter memoriam ſanctorum ac Apoſtolis æqualium, magnorum Imperatorum Conſtantini & Helenæ. Item vigeſimuſſextus, propter memoriam Apoſtoli Alphæi Iudæ. Item vndecimus Iunii, in honorem Bartholomæi Apoſtoli. Item vndeuigeſimus in honorem Apoſtoli Iudæ, & qui Thadæus & Lebæus & Iacobus nominatur. Item vigeſimuſquartus, propter Præcurſoris natalitium. Item vndetrigeſimus propter Principum Apoſtolorum, Petri & Pauli, celebrationem. Item trigeſimus, propter duodecim Apoſtolorum celebrationem. Item vigeſimuſquintus Iulii, propter Sanctæ Annæ, matris Dei genitricis, obdormitionem. Item ſextus Auguſti, propter Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti tranformationem. Item nonus, propter memoriam Sancti Matthiæ Apoſtoli. Item decimuſquintus, propter glorioſam ſanctæ Dei genitricis emigrationem. Item vigeſimus, propter memoriam Sancti Thadæi Apoſtoli. Item vigeſimuſquartus, propter Bartholomæi Apoſtoli memoriam. Item vndetrigeſimus, propter venerabilis Præcurſoris decollationem. Hiſce omnino feriatis diebus connumerabuntur medietates quadrageſimalis ieiunii, & Penthecoſte: tum etiā Seruatoris aſſumptio, & omnes totius anni domi-

nici dies: vt in illis omnis in iudicium aditus præcludatur, ac nemo iudicum iudiciale quiddam faciat. Sanè verò qui ex parte iudicum ſiſtent, neque toti (vt antea diximus) feriati erunt, hi ſunto. Menſis Septembris ſextus, quoniam tunc in Chonis ſummi ducis Michaelis miraculum prodigioſe peragitur. Item vigeſimuſtertius Octobris, quoniam memoriam fratris Dei, Iacobi celebramus. Item vigeſimuſſextus: quia magnum illum martyrem & vnguento ſcaturientem feſtiuiter veneramur, Demetrium. Item primus Nouembris: quod miraculoſi illi anargyri, Coſmas, & Damianus, feſtiuè colantur. Item octauus, quòd conuentus defunctorum celebretur. Item duodetrigeſimus, quòd S. Steph. martyr iunior celebretur. Item quartus Decemb. in honorem egregiæ martyris Barbaræ Item ſextus, in honorem miraculis celebris vnguentoque ſcaturientis Nicolai. Item decimus Ianuarij, in honorem diuini Gregorij Nyſſeni. Item decimuſſextus, propter adorationem venerabiliũ Principis Apoſtolorum Petri vinculorum. Item decimuſnonus, propter recuperationem venerabilis defuncti Gregorij theologi. Item vigeſimuſſeptimus, propter recuperationem venerandarum reliquiarum Chryſoſtomi. Item ſeptimus Februarij, in honorem magnifici martyris, ducis exercitus, Theodori. Item decimuſſeptimus, in honorem præmijs decorati Theodori t ronis. Item nonus Martij, nempè quòd tum ſanctorũ quadraginta Chriſti martyrem memoria celebretur. Item vigeſimuſtertius Aprilis, quippe quia tum magnificus martyr Georgius honoretur. Item ſecundus Maii in honorem magni Athanaſii. Item octauus Iunii, in honorem magnifici martyris Theodori, exercitus ducis. Itẽ nonus, in honorem ſancti patris noſtri Cyrilli Alexandrini. Item vigeſimuſſeptimus, in honorem ſancti & miraculoſi Sampſonis. Item primus Iulii, quia tum ſanctorum & miraculoſorum anargyrõ illorũ memoriam colimus. Item ſecundus, quia depoſitionem pretioſæ veſtis Dei genitricis recolimus. Item octauus, q̃a magnificum martyrem Procopium feſtiuiter honoramus. Item vndecimus, quia eximiam martyrem Euphemiam concelebramus. Item vigeſimus, quia prophetam Heliam honoramus. Item vigeſimuſſeptimus, quoniam præmiis decoratum & miraculoſum Panteleemonem feſtiuę colimus. Item trigeſimuſprimus Auguſti, propter pretioſi cinguli immaculatæ Dei genitricis depoſitionem. Atque hi quidem dies ſunt qui quodammodo feriati, & quodammodo non feriati ſunt. Quibus verò diebus propter natiuitatem aut creationem Principis feriamur, hos Imperatoria mea maieſtas inter non feriatos collocat: præſentem ſanctionem a ſe inchoans, & per ea quæ ipſamet actura eſt, reliquos docens. Non perinde enim præſentis conſtitutionis ſermo quantumuis in illum attentis, atque Imperatoriæ maieſtatis meę actio perſuadeat. Mea itaque Imperatoria maieſtas, quibus diebus, tum in hanc vitam producta, tum diuina prouidentia in Imper. deſignata eſt, ne feriati ſint, neque vllas inducias in illis iudicia habeant, ſancit. Sanè præter ſupra deſcriptos anni dies omnes faſti erunt, & in illis iudicia, iudiciariiſque ſententiis conſentaneæ executiones exercebuntur. Perſuaſum autem habemus, Deo etiam hanc Imperatoriæ meæ maieſtatis ſanctionem fore gratam. Cum enim Phariſæos exoraretur dominus, neglectum ab ipſis miſericordiæ iudicium ante omnia cauſatus eſt.

De ſynodica ſubnotatione Patriarchæ Lucæ de nuptijs ſeptimi gradus cognationis.

FActa eſt autem etiam poſtea iuſſio potentis & ſanctis Imper. noſtri & domini, emiſſa menſe Maio eiuſdem indictionis, quæ hæc in eius parte decernit.

Noſtra itaque Imperatoria ſublimitas hoc ſynodale de quæſito reſponſum, vel, vt verè dicam decretum conſequenter diuinis canonibus legibuſque ciuilibus editum, in poſterum obſeruandum & perpetuo immobile ac immutabile futurum iudicauit, eandem de propoſita quæſtionis habens ſententiam, quam ſanctiſ. D. & vniuerſalis Patriarcha, & ſancta ac diuina ſynodus.

De deciſione Siſinnij de nuptijs duorum fratrum cum duabus conſobrinis.

CVm hæc ita ſe habeant, & de eiuſmodi contractu exorta eſſet controuerſia, emiſſa eſt nouella conſtitutio potentis, & ſancti noſtri Imper. & domini mẽſe Iunio, indictione octaua, quæ hæc in fine perſequitur.

Itaque ut vtraque rectè ſeruentur & colantur Imperialium & ſacerdotalium iuſſionum maieſtas, legumque & canonum ſubtilitas, nec deciſio omnino ſoluenda eſt, nec rurſus permittendum vt omnino exerceatur. Sed media quadam & regia, vt aiunt, via eſt incedendum: & vtrumque eſt conſeruandum, nempe & reuerentia quæ debetur antiſtiti, qui illam deciſionem conſcripſit: & Imperatoribus, qui illius deciſionis meminerunt: & videndum nequid quod a legibus canonibuſque diſcrepet, ſuadeatur, quod hæc induxit deciſio. Oportet enim contractum ea deciſione introductum, iam quidem etiam ante interrogationem perfectum non diſſolui, ſed eos qui ſic matrimonio coniuncti ſunt, pœnis impoſitis grauari, iu-

dicio

dicio & examinatione illius loci antiſtitis, & conſeruari coniugium. Quod ſi prius ſciſcitatum acceſſerint, non concedere ſine conuenientibus pœnis & mandatis, propter eam quæ ſuperius dicta eſt, reuerentiam. Nec liberè ac ſecurè, nullaque ad eos retardandos allata cauſa ſciſcitantibus permittere, ſed cum mandato, vel ipſos potius ab eccleſia, dictæ deciſionis, & eorum quæ in illa decernuntur, commemorationem accipere. Et ſi decretum quidem honorare volentes, quæ etiam in eo comprehenſa ſunt, velint inconcuſſa manere, ſunt omnino laudandi: ſin autem quod ab eo vetitum eſt velint agere, hoc eis facere permittetur, conuenientibus tamen eis prius pœnis impoſitis.

5. *De nuptijs cum duabus ſobrinis.*

QVia autem aliquando ad Imperatoris tribunal agitatum eſt, an poſſet vnus & idē duas ſobrinas in matrimonio habere: vtpote cum contractus ad ſeptimum affinitatis gradum deducatur, edita eſt Imperatoris Domini Emanuelis Comneni iuſſio, quæ ſtatuit hoc non poſſe fieri, quoniam maritus cenſeatur vnius eſſe gradus cum vxore, & quod contractus ad ſextum affinitatis gradum deueniat.

6. *De ſententijs iudicum.*

HIs ſic definitis, quæſierit quiſpiam, cum præſens canon definiat in omnibus cauſis plurium ſententiam vincere: nouella autem conſtitutio potentis & ſancti noſtri Domini & Imperatoris D. Emanuelis Comneni menſe Iulio 14. indictionis, anni 674. promulgata, conſtituat cum aliis & hæc nominatim: Si omnes non ſunt eiuſdem ſententiæ, ſed aliqui diſſentiant, ſi, qui diſſentiunt, numero ſunt æquales, eorum præferetur ſententia quibus is qui iudicio præeſt, conſenſerit: vtrum ſequi debeamus.

7. *Ne morientium Epiſcoporum diripiantur bona ab exactoribus.*

PRæterea tene memoria conſtitutionem Septembri menſe, decimaquarta indictione emiſſam, Imperatoris domini Emanuelis Comneni, de non rapiendis ab exactoribus bonis, quæ ad defunctos Epiſcopos pertinuerunt: quę quidem hæc complectitur.

Res quæ & in Dei contemptum, & ad legum naturæ infirmationem, ab iis qui, vt aiunt, neque Dei vocem, neque hominum vindictam formidant, vt eſt veriſimile, patiatur, non ferenda omnino meo Imperio viſa eſt, cum ad eius aures perueniſſet. Quamobrem eam vt omnino Chriſtiana profeſſione indignam, meum corrigit Imperium. Etenim relatum eſt, in exceſſu è vita eorum qui vbivis Pontificatum gerunt in ſanctiſſimis Dei eccleſiis partim quidem antequam funus efferatur, partim verò poſtquam elatum fuerit: eos qui in ea regione fiſci procurationem exercent, ipſorum mortis prætextu, eorum cellas inhumanè inuadere, & immobilia quæ ſunt ſub eccleſiis quæ eis obtigerant, & omnes quidem facultates quæ in illis inuentæ fuerint, auferre: vniuerſam autem eiuſmodi immobilium exactionem facere, & ea alioqui omnino conterere. Imperium ergo meum, ne vel auditu quidem ferendam eorum eſſe audaciam exiſtimans, ne cum damnum & calamitas ex antiſtitum morte ad eorum eccleſias peruaſerit, hi multo maiorum calamitatem inuehant, & ea ſint quam iam habent moleſtia longè moleſtiores: ſtatuit per hanc præſentem conſtitutionem, ne ab iis qui ducales magiſtratus gerunt, vel deſcriptiones vel aliqua alia publici iuris exercent, tale quid in ſanctiſſimas eccleſias, vel earum immobilia, vel antiſtitum cellas, in eorum morte deinceps amplius innouetur: ſed ſi teſtati quidem moriantur antiſtites, eorum voluntate & ordinatione omnia fiant, quod ad ea attinet quæ in eorum cellis inueniuntur. Quod ſi fortè etiam inteſtati deceſſerint omnia quoque fiant vt ſacris canonibus, & legibus videtur. Atqui in viduarum eccleſiarum immobilia ne pedem quidem omnino immittet aliquis ex ducibus, vel aliquibus aliis, vt dictum eſt: ſed nec quælibet illinc pars quomodocunque apprehendetur, ſed omnia à partibus eiuſmodi eccleſiarum in ipſis adminiſtrabuntur, quemadmodum de ea legitimè & canonicè edictum eſt: donec ſc. qui poſt mortuos antiſtites in eccleſias renuntiati ſunt, in regione fuerint, & eorum adminiſtrationem apprehenderint: debente ſcire eo qui ad infirmationem alicuius eorum, quæ à præſenti Imperii mei conſtitutione decreta ſunt, proceſſerit, quod etiamſi Deus in tali eius tamque audaci incepto in præſentia ſiluerit, omnino in futurum dignum eius ſupplicium reſeruans: Imperium tamen meum eum acerbius in præſentia aggredietur, pœnis eum corporalibus ſubijciens, & ſuorum membrorum truncationibus, bonorumque publicationi, & diuturno exilio. Non ſolum enim ex eo ſimplum reddet eccleſiæ, quod ei illo modo ab ipſo auferendum eſt, ſed etiam à fiſco talis quantitas in duplum abſque vlla commiſeratione exigetur, perfectiſſima de ea re cognitione ab antiſtite illius temporis data myſtico, qui debet etiam vtraque adminiſtrare: de ſuo autem pecca-

to omnino excuſationem non habebit. Venit enim meum Imperium, & eis per præſentem conſtitutionem euangelicè locutum eſt, quæ in ſacro chartophylacio ſeu tabulario reponetur, ſanctiſſimis eccleſijs opem latura, etiamſi eius exemplaria ſola competenti fide munita ab ipſis partibus inſinuentur. ea enim archetypi vim habebunt, & exhibentibus aderunt ad ęternam ſecuritatem.

8. *De homicidis voluntarijs.*

QVia autem de voluntariis homicidis menſe Aprili, ind. ct. decimaquarta à potentiſſimo & ſancto Imperatore noſtro Domino Emanuele Comneno nouella edita eſt, eam manda memoriæ: quæ ſic habet, poſt prooemium ſic tractans.

Iubet ergo omnibus qui ſunt in regionibus iudicibus, & militaribus quæ ſunt in eis copiis, & earum Ducibus, vbi fuerit cędes voluntaria, & tale quidpiam auſus fuerit aliquis, vt omnes ſtatim excitentur ad apprehendendum homicidam, & eum vinctum mittant ad imperatoriam circumſpectionem: vel, ſi ea abſit, ad magnę urbis quę à Deo cuſtoditur Pręfectum, vt ipſe in carcerem publicum introducatur, & tam in corpore quàm in bonis ſecundum legum & nouellarum conſtitutionum poteſtatem puniatur, & alia ſupplicia ſubeat. Scientibus his omnibus, ſi probatum fuerit, potuiſſe quempiam homicidam apprehendere, & non fecerit, eum non ſecus condemnandum quàm ſi Imperio inſidiatus fuerit: ſin autem latuerit fortaſſe quiſpiam, & ad ſanctiſſimam Dei magnam eccleſiam confugerit, poſtquam pœnæ eccleſiaſticæ aduerſus eum proceſſerint, ex legali obſeruatione præſente quidem in regia urbe eo qui Imperium obtinet, ab eo mittetur in prouinciam quam cenſuerit, vt totum uitæ ſuæ tempus illic tranſigat, nec illinc effugiat, vt recurrat in eum locum in quo facinus execrandum admiſit. Abſente autem fortè Imperatore, à Præfecto, ut dictum eſt, in aliquam remotiorem regionem exterminabitur, & illic vitæ ſuæ tempus peraget. Sin autem non ſolùm uoluntariè, ſed etiam præmeditato captoque conſilio cædem perpetrauerit, non cogetur ex prædicta regia conſtitutione tonderi. Si enim eum qui ſua ſponte ad tonſuram accedit, non eo ipſo ſtatim admittit canonica ſubtilitas, ſed ei ſufficiente tempore attributo, & per ipſum mente eius firma ſit an inſtabilis examinata, ſi quidem hominem inuenerit, in eo quod primùm habuit propoſito perſeuerantem, & monaſtico habitu et corporis mortificatione ſe impigrè præparantem, boni quoque operis ei affert complementum, eo in monaſticam inſtitutionem ſtatumque ſuſcepto: quomodo non fuerit a ratione alienum, & à legibus ſpiritalibus diſſidens, aliquem neceſſariò tondere, eumque homicidam, quem Deus eò vſque reliquit, vt etiam manus fraterno ſanguine pollueret? Timendum eſt etenim, ne inuitus uitam angelicam ingreſſus, eaque vi ſuſcepta, venerando habitu in ludibrium vtatur. Homines enim leuiores qui in dementiam inciderunt peſſimas & peruerſiſſimas actiones, ſuapte natura aggrediuntur. Loco ergo tonſuræ ſtatuit mea imperialis maieſtas, vt qui voluntariam cędē capto conſilio perpetrauerit, in cuſtodia toto vitę ſuę tempore degat: & nec illinc quidem educatur iuſſu fortè imperatorio per obliuionem exhibito. De eorum autem facultatibus fiat ſicut iuſſit Imperator memoratus. Quia autem plures homicidæ qui cædem meditatò & conſilio capto perpetrant, ad ſanctiſſimam Dei eccleſiam poſtea accedentes, non vt facta eſt à ſe, ſed vt ad ſuam facit utilitatem, cędem confitentur, iubet mea imperialis ſublimitas, ut à ſanctiſſimo huius temporis Patriarcha ad regionis Antiſtitem, & qui ei ſubeſt clerum, quin etiam ad prouincias iudicem cum pœna ſcribat, & quemadmodum factam eſſe cædem ex illius reſcripto intellexerit, ita eam quoque perſequatur: & non eum qui capto conſilio cædem facit propter falſam ſuam confeſſionem ad eaſdem pœnas & eadem ſupplicia admittat, ad quæ qui fortuito & improuiſo in tale aliquod crimen incidit. Si quis autem homicida, qui ad ſanctiſſimam magnam eccleſiam confugerat, & vel perpetuo exilio condemnatus, vel in vinculis eſſe, vel in perpetua eſſe cuſtodia toto vitæ ſuæ tempore iuſſus erat, ſolutus, inuentus fuerit in loco vbi cædem perpetrauit ambulare, vinctus ab exactore qui eſt in prouincia, ad meam imperialem ſublimitatem mittetur: & quæcumque quidem res tunc ei inuentæ fuerint: exactori in lucrum cedent, & ei qui homicidam indicauit, ex æquo diuiſæ. Omnino autem curæ erit iis qui ſunt in ſanctiſſima magna eccleſia illorum iudicibus, ut cum conuenienti canonica ſeueritate crimina cædis puniant, & tempora non temerè contrahant, nec pluſquam par ſit in iis, quæ non decet, ſe lenes & clementes præſtent. Imperialis autem meæ conſtitutionis exempla, ab iis qui præſunt iudiciis deſcripta, miſſa ad eccleſias quæ ſunt in prouincia, ibi reponentur: ut eorum quæ ſunt conſtituta omnes ſcientiam habeant, & faciant quemadmodum eis comprehenditur. Quòd ſi is qui capto conſilio cædem fecit, tonſuram ſua ſponte elegerit, non abſque probatione inter monachos cooptabitur, ſed ſufficienti tempore accuratiſſimè, & diligentiſſimè ex canonicis conſtitutionibus examinatus, & probatus, in monaſterio vel inuitus toto uitæ tempore manere cogetur, nec ei unquam

exire permittetur. Monaſterium autem erit omnino in alia prouincia, & nō in ea terra quæ mortui ſanguinem dehiſcens malè ſuſcepit.

9. *Vt eccleſiarum & monaſteriorum, quæ ſunt ad vrbem, immobilia intacta ſint à manu fiſci.*

POtenti ergo & ſancto noſtro Imperatori gratiæ agendæ ſunt, qui Apoſtolico canoni conſequenter, & præſenti conſtitutioni, eccleſiarum, & monaſteriorum quæ ſunt ad vrbem, intacta, & integra immobilia conſeruauit à manu fiſci, ſeu publici per tres aureas bullas ſuæ Imperialis maieſtatis: quarum altera quidem Iulio menſe, nona indictione, 6654. anno facta eſt, & conſtituit non lædi monaſteria, eo quòd iura quæ illis fortè adſunt claudicent: & ſecunda, quæ menſe Octobri, ſexta indictione, 6666. anno emiſſa eſt, & iubet monaſteria indiuulsè, & inſeparabiliter habere immobilia etiam ſi eis allegationes a cenſus deſcriptore datę ſunt, quę pro iure fiſci faciunt. Hic autem ſitæ non ſunt, ꝙ non perpetua cautio, & vtilitas monaſterijs ex ijs ſuppeditetur, ſed temporalis. Alia uerò quæ menſe Martio ſexta indictione, 6666. anno edita eſt, & in omnib. ſecretis poſita quæ poſt procœmium hoc expreſsè edicit.

Imperialis mea ſublimitas aliquot ab hinc annis auream bullam emittere diſpenſareq. præuenit, iiſque quæ in hac vrbium regina ſita ſunt, monaſteriis, & ijs quæ ſunt in occidentali parte Steni quantum eſt in littore, & longius: ſimiliter, & iis quæ ſunt in ſinu Nicomediæ, & uſque ad ipſam Nicomediam, & iis quæ sūt in inſulis, Oxea, Prima, Chalce, Plate, Sācta Glyceria, Principo, Antigonia, Tragoneſio, Terebintho, Sancto Andrea, Sancto Typhone, Sancto Liberio, Codonæ, Pelago, Co inſulæ dimidio, Medicæ, & Sancto Demetrio, & ijs quæ ſunt in poſſeſſionibus, portuum, & vſque ad complexum Athyræ: &(vt ſemel dicam) ijs qui circum circa reginam ciuitatum exercentur monachis, viris & mulieribus, ijs multa iura largita eſt, & in immobilium detentione ac dominatione, quæ quibuſdam iuribus ad eos pertinent, firmam & inconcuſſam poſſeſſionem conceſſit: quemadmodū aurea bulla hæc fuſius perſequitur. Sed quoniam cauillatores quieſcere non potuerunt, ſed fiſci ſeu publici prætextu eis grauem afflictionem intulerunt: imperialis mea maieſtas Deum placare & propitium efficere volens, ob ea quę ipſum vt homo offendit: ſimul etiam volens magni Imperatoris, Chriſti ſcilicet, milites qui vitam monaſticam propter ipſum elegerunt, & ſpiritus armaturam induerunt, ſocios habere; & ſtrenuos defenſores aduerſus hoſtes tam qui videntur quàm qui non videntur, bono illi fundamento tectum quoque pro portione conueniens imponere voluit: & præſentem auream bullam ea ex cauſa edidit, per quam ſtatuit & definit, omnia immobilia quæ hodie ab enumeratis monaſterijs poſſidentur, vel etiam ſilentiarijs & anachoreticis cellulis, vel lauris, & omnino monaſticis habitaculis, quocunque nomine vocentur, parœcias, prædia, conuentus, tributa, vectigalia, portus, flumina, iura maritima, & vt ſemel dicam, quodcunque ius in poſſeſſione immobili conſideratur, & in quocunque loco ſitum ſit, in quo ſcilicet hucuſque non nata eſt ijs denotatio, ſeu deſignatio ab ijs qui ſunt in ea regione cenſus deſcriptoribus, quæ publicum in ijs ius habere comprobet, habere dictas manſiones perpetuo dominio, vt imperii mei donum & liberalitatem, & eis deinceps ſemper in poſterum dominari, etiamſi probabili vel nō probabili de cauſa aliqua eorum, vel etiam fortaſſe omnia hucuſq; detinuerunt: vel etiam ſine vllo titulo, vel ex titulo quidem qui malè ſe habet, vel ex fortaſſe falſo confictus. Omnia enim quæ ab ipſis in quocumque ſitu poſſidentur in Oriente & Occidente, ſiue ex ijs qui eo tempore adminiſtrabant Imperatoribus, ſiue ſint ex fragmentis, ſiue ex commiſerationibus, ſiue è loco motis, vel caducis, vel ex vilibus quæ penduntur diarijs, vel ex vilibus calamitate vexatis, vel ijs quæ à potentibus vendita ſunt, vel cōtra: vel ex correctione malè factarum venditionum, & ſi in aliis locis iuſſa dari, in aliis tradita ſunt: vel donata, non tradita ſunt: vel tradita, donata non ſunt: vel quouis alio modo malè ab ipſis detinentur, inconcuſsè & nullo negotio eis exhibito, à dictis monaſteriis vult meum Imperium ea in æternum poſſideri, vt meum meī Imperii donum à mea liberalitate & munificentia profectum. Cum enim ſola nunc apud ipſos immobilium inueniatur detentio, quæ pro omni titulo debet eis ſufficere, eſt ſuperuacaneum, de vllis aliis curioſè inueſtigare. In omnibus enim quæ hodie poſſident, præterquam in iis in quibus à publici cenſus in ea regione deſcriptoribus documento data ſunt, quæ ius fiſci ſeu publici, vt dictum eſt, probant, debet præſens aurea Imperii mei bulla ſufficere, & pro donatione, & emptione, & quouis alio titulo ſatis eſſe: etiamſi quodcunque aliud ſecretum in eis probetur. Nec cogentur monaſteria, ob ea quę nunc poſſident, immobilia, antiqua alia quę eis adſunt iura proferre. Sed hac præſenti aureę bullę ſcriptura pro omni iure vtentes, ea cōtenti eſſe debēt, vt quæ eis, vt prius ſcriptū eſt, ſufficere debeat & pro donatione & pro traditione, & quouis alio iure. Sin autem inuitante fortaſſe tempore voluerit vllum monaſterium ijs etiam quæ hēt iuribus & titulis vti, ea pro ſe aſſerēs, à nullo penitus prohibebitur hoc enim

non faciet neceſſario. Sin autem hoc propria voluntate elegerit, nemo impediturus admittetur. Non ſolum autem ad probandum ius terreni, quod habent, monaſterijs ſufficiet præſens bulla aurea: ſed etiam in parœcijs, quæ nunc ab eis detinentur, & prædiis, vectigalibus conuentibus, traiectionis ſolutionibus, portubus, fluuiis, iuribus maritimis, & quocunque alio iure, quod ab eis poſſidetur, præterquam in ijs in quibus documenta pro publico (vt ſæpe ſuperius dictum eſt) aſſumpta ſunt. Sin autem recenſeri iuſſa ſunt vel amputari quædam tributa, vel pacta, vel militiæ, vel publica, vel libellica, vel aliquid aliud quod ad publicum pertinet, & non factum eſt quod recenſendum erat, vel habet aliquod aliud ius quod apprehendi poſſit, monaſteria ex eo nihil lædentur. Quid autem opus eſt multa dicere, & enumerare, & exempli gratia afferre? Verborum multitudinem Imperii mei maieſtas prætercurrens, ne quis in eiuſmodi rebus callidis, & vafer nonnullis quidem dictis, ex ijs cauſis quæ immobilia concutiunt, aliis verò ſilentio præteritis, verba arripiat, & more Iudaico, literæ inſiſtat, & conetur in jis quæ dicta non ſunt, monaſteria agitare & vexare, vniuerſali & generali oratione Imperium meũ vult & decernit, vt quod in ijs quæ hodie à monaſteriis poſſidentur, vel in ipſis ſunt monaſteriorum cathedris, pro publico cogitatum fuerit ab aliquo, vel nunc vel quandocunque, monaſterio datum eſſe reputetur. Et ſimulac hoc cogitarit quiſpiam vel dixerit, id quoque ſtatim apprehendet monaſterium, vt hodie à mea Imperatoria ſublimitate donatum. Quod enim ad ea attinet quæ nunc poſſident immobilia, de quibus pro publico documenta non acceperunt monaſteria, Imperium meum vult vnumquodque eorum publicum exiſtimari, & perpetuam firmitatem obtinere, & à nullo de ea re diſceptari. & quemadmodum publico nulla à ſe moleſtia negotiumve exhibetur, ſic nec ſilentiaria, nec monaſteria, nec reliqua ab vllo publici curatore litibus agitabuntur, ſiue quis probabilem, ſiue non probabilem cauſam afferat ſiue cuiuſmodicunque ſit quod loquetur. Quiſquis enim hoc facere aggreſſus fuerit, inualida & reuera infirma dicere videbitur: & citra vllam miſericordiam, eius facultates fiſco conſecrabuntur, & ipſe omnino infamis ſemper erit: vtpote qui Imperatori aduerſetur, qui piè ac religioſè omnem moleſtam vexationem à monaſteriis in iis quæ ipſis data ſunt, per præſentem auream bullam amoueat, & per ipſam exiguum aliquod domum offerat pro innumerabilibus beneficiis quę à munifica eius dextra accepit. Non licebit ergo nec publici cenſus deſcriptori, nec vllius ſecreti pręfecto, vel perequatori, vel in rebus agenti, uel alii perſonæ quę publicum tractet, monaſteriorum immobilia deſcribere, vel focos cenſere, & terræ menſuras inueſtigare, vel parœcorum quantitatem, vel quod terræ amplius poſſidetur, vel non iuſtæ pretio emptum eſt, vel iniuſtè detinetur, examinare. Sed quoniam Imperii mei mandato acta facienda ſunt, eorum nomine quæ hodie à monaſterijs detinentur immobilium, & parœcorum, tunc demum iuſtè monaſterium moleſtia afficietur, & quod iniuſtè detinet, ab eo auferetur, quando publici cenſus deſcriptor oſtenderit monaſterium extra terminum occupare loca vel parœcos, vel ius aliud. Nec enim licentiã habebunt monaſteria augere & amplificare ea quæ ab ipſis hodie poſſidentur, ſiue parœci ſint, ſiue loci, ſiue αὐτουργια. Verumtamen per huiuſmodi occaſionem non licebit exactori aut deſcriptori vlli ſumarium, vel menſoriũ, aut aliud quodpiam vectigal quod ad ipſius officiũ pertineat recipere ab immobilibus, quæ ſupraſcriptis ſubiacent monaſterijs. Qui enim contra auſus fuerit, ſciat ſe non tantum id quod exegit multiplicatum reſtituturum, ſed & omnium bonorum publicationi cum infamia & ciuilium munium incapacitate ſubiectum iri. Sic enim vult mea maieſtas iam manifeſtatorum monaſteriorum immobilia omnia haberi ab vnoquoque exactore, quaſi non ſubſint ipſius officio vel poteſtati. Et quemadmodum exactores in non ſibi ſubiectis prouinciis nihil iuris habent, vt in iis agant adminiſtrentve quicquam; ſic nec in immobilibus monaſteriorum exactores prouinciarum, quibus ea ſubſunt, cenſebuntur exactores. Quæ igitur fient acta, & deſcriptiones ab iis quos Imperium meum ſtatuerit ad probationem eorum quæ à monaſteriis poſſidentur, competentibus ſecretis propter notitiam inſinuabuntur. Scire namque debent omnia monaſteria, ſi quod ex iis deprehenſum fuerit aſtutiam aliquam vel colluſionem vel dolum feciſſe in immobilibus quæ hodie ab ipſis poſſidentur, non ſolùm nihil vtilitatis ex hac meæ maieſtatis aurea bulla conſequuturum, ſed etiam caſurum iure conceſſo prædictis monaſteriis per præcedentem mei Imperii auream bullam. Deinde autem ſuſtulit hæc aurea bulla omnem quoque iuſſionem quæ ei aduerſatur, quæ ſcilicet facta eſt uel fiet: & ſtatuit ut monaſteria ſuis quoque antiquis titulis vtantur.

10. *De immobilibus magnæ eccleſiæ.*

ET illi quidem antiquo & celebri Solomonis ſapientiæ templo pro uiribus offerebant omnes: & huic quoque ſacro & maximo templo, quod eſt ſub nomine Dei ſapientię, qui ex Solomone & Dauid ſecundum humanitatem deriuatur, glorioſe & regaliter extructo,

cuius erat illud Solomonis præfiguratio, nouæ inquam Sion, arcæ ſanctificationis, ſeruatoris noſtri eccleſiæ, (quam ſuper Apoſtolicorum mandatorum Petram adeo ſtabilem & immobilem Spiritus ſanctus ædificauit) multi diuerſa munera obtulerunt, quæ in immobilibus poſſeſſionibus ſpectantur, ad orientem & occidentē ſita: ſed nonnulla in inſulis (ſunt autem eorum quæ dixi, per redemptionem multa, ne dicam plurima) publico ea applicare decreuerunt ex diuerſis cauſis ij qui ſunt vbique publici cenſus deſcriptoribus, & in eiuſmodi rebus exercitati. Quoniam autem hoc ad mei Imperij aures frequenter delatum eſt relatione eorum qui hoc magnum & diuinum templum diſpenſant: ſtatim noſtra potentia nihil cunctata, hanc præſentem bullam huic venerabili domicilio elargita eſt, per quam ei purè donat & concedit noſtra pietas omnia quæ ad fiſcum ſeu publicum quomodocunque pertinent, ex ijs quæ ſunt in oriente & occidente, & ab eis, in omnibus inſulis poſſidentur immobilium poſſeſſionibus, tanquam eius donum aliquod & ſacram oblationem, ſiue ſint paroeci, ſiue terra fortaſſe arabilis, vel pratenſis, vel conſita uitibus, uel hortenſis, vel cuiuſmodicunque prædia, ſiue in eorum domibus agant famuli negotiatores vel artifices, etſi caſtra in aliquibus eorum extructa ſint, vel aliquid aliud, quod ad publicum vtique pertinet, inuentum fuerit. Corrigit autem meum Imperium per præſentem auream bullam quæcunq; claudicare inueniuntur in ijs quæ dictæ magnæ Dei eccleſię adſunt viribus ac titulis in omnibus eiuſmodi immobilibus quęcunque ea fuerint, & omnia quæ illis adſunt in oriente & occidente, & in omnibus inſulis, ut nunc à meo Imperio data, & ei conceſſa reputentur per pręſentem bullam auream noſtrę ſerenitatis. Ob eam enim cauſam & exactas procedere deſcriptiones, quę declarent cuiuſque generis immobilia, & qui eis præſunt incolas ac inquilinos: hoc amplius inuenta in ijs omnis generis αὐτουργια à locorum deſcriptoribus, eorūque ſubſcriptionibus confirmari & in perpetuam ſecuritatem parti ſanctiſſimę magnę eccleſię tradi iubet noſtra maieſtas: vt omnia ſint manifeſta & extra controuerſiam poſita, nec vllo tempore in diſquiſitionem reuocentur à deſcriptorum quoquam, vel inſpectorum, vel perę quatorum, & eorum qui aliter publica perſcrutantur declaratarum deſcriptionum competentibus ſecretis, in futuram rei memoriam inſinuandarum. Neq; enim vnquam eorum quis poterit vllo modo ingredi huiuſmodi immobilia, aut ea in controuerſiam deducere & diſquiſitionem. Sed nec inſtrumenta in ijs requirere, non ſumarium vel metreticon exigere, aut aliud vllum vectigal excogitatum in deſcriptorum lucrum: qui prohibentur inſinuatione ipſa & ſola præſentis aureæ bullæ mei Imperii, & deſcriptionum, quæ vt ſupra comprehenſum eſt, valituræ ſunt. Omnis autem facta iuſſio, ſiue de prius ſeparatis, ſiue de fragmentis, ſiue de commiſerationibus, ſiue de iis quæ ab humilibus ordinibus, ſiue de iis quæ inciſionibus ſubiecta, ſiue de militiis affectatis, licet compenſatio facta non ſit, ſiue de non adquieſcendo factis ſine quantitate donationibus, ſiue de quacunque re edita fuerit iuſſio, & vlla in re repugnet præſenti Imperij mei bullæ aureæ, irrita erit & inualida, & ſi, ne irrita fiat, in ea expreſſum ſit: niſi nominatim pronuntiatum ſit. Omnium enim iuſſionum quæ factæ ſunt, notitiam habet mea pietas, quas ſingulatim enumerare ſuperuacuum exiſtimauit. & vt expreſſim enumeratas & euerſas quod ad hanc aureę bullæ orationem attinet, cenſeri conſtituit mea maieſtas. Sed nec alia vlla quæ in poſterum fiet iuſſio huic præſcripturæ præualebit: quinimo & illa, quatenus præſenti meæ maieſtatis definitioni aduerſatur, irrita fiet nullarūque viriū: licet, ne ſubuertatur appoſita ſit clauſula, Niſi nominatim pronuntiatum ſit, aut quęuis illa diſtinctio. Vt autem ſint manifeſta quæ adſunt ſanctiſſimæ Dei magnę eccleſię immobilia, omnia in præſenti bulla aurea apertè inſcripta ſunt: quæ habent hoc modo: In Thracia & Macedonia illa & illa, & deinceps enumerat omnia immobilia. Et poſt horum enumerationem ait, Iudęi ſtrobiliotæ vbicumque inuenti, & excuſſi ampliori capacitate triginta millium. Sancit Imperialis mea poteſtas ſanctiſſimam magnam eccleſiam & omnem eius partem habere ius ſuum inuiolatum omnino & inconcuſſum, cum exactiores fieri debebunt terminorum definitiones à locum deſcriptoribus, vt ſæpe dictum eſt. Verum eo prætextu non licebit prædictis deſcriptoribus ſumarium exigere vel metreticon, aut neceſſariorum dationem, vllamve exactionem facere à quibuſcunque immobilibus eius. Sed abſque vlla collatione & petitione prædictas finium deſcriptiones conficient. Quod ſi quis auſus fuerit violare quidquam eorum quæ præſenti aureæ bullæ oratione maieſtatis meæ definiuntur, præter Imperialem indignationem, in periculum veniet ſubeundi pęnam triginta librarum, quæ ſine commiſeratione à domeſticorum ſecreto, ex aditione ſanctiſſimæ magnæ eccleſię exigentur: quippe cum firma ac munita ſit pręſens aureæ bullæ oratio, facta menſe Auguſto primę indict. ann. 661. cui noſtrum pietate pręcellens ſubſcripſit Imperium.

11. *De inſtrumentis omnium quæ vbique ſunt eccleſiarum ob poſſeſſionem immobilium.*

PRæterea autem emiſſa eſt & alia bulla aurea Imperatoris, quæ dicitur medicatrix, vtpote

vtpote quæ fortaſſe medeatur titulis, & iuribus omnium eccleſiarum quę claudicant, Epiſcopatum ſcilicet, & Metropolium, & ipſius magnæ eccleſiæ, quæ etiam ad verbum ſic habet.

Qui poſt Moſem fuit electi illius populi Imperator Ieſus, Hierichuntis feſtinans munimenta ac propugnacula diruere, ſacerdotibus iuſſit in circuitu tuba canere: & ſic murorum propugnacula mirabiliter deiecit. Imperio autem meo, quod nouo populo à Deo electo præeſt, poſt illum Principem populi ſeruatorem, & Ducem alium Moſem inclytum, dico Imperij mei dominum & genitorem, veluti quædam Hierichuntina mœnia, diruere properanti communis Chriſtianorum inimici propugnacula, occidentalis dico draconis, qui in Sicilia tyrannidem exercet, & illinc aduerſus Romanum Imperium latenter prorepit, veluti ſpiritalibus quibuſdam tubis, veſtris Antiſtitum Deum nobis quotidie placantium precibus, ad illum diruendum adiuuantibus opus eſt. Sed & ipſe diuinus Moſes, quando cum Amalech prælium commiſit, ſacerdotibus vtrinque innixus, ſic eum fugauit, & vicit. Sicut ille ergo meum quoque Imperium, Antiſtitum ſuſtentaculo indigens, ad aciem aduerſus nouum hunc Amalech propoſitam: & veluti quandam lucis columnam nouum hunc Iſrael præcedentem, & eius greſſus dirigentem, preces eorum habere volens: hanc præſentem auream bullam & omnium eccleſiarum matri, nouæ Sion, Dei ſapientiæ habitaculo, & ijs qui ſunt in omnibus inſulis & in Oriente & Occidente Antiſtitibus donauit: eorum pro Imperio meo preces magis confirmans. Rectè enim ſcit meum Imperium Regem non ſeruari per multam potentiã, & gigantem non ſeruatum iri in multitudine virtutis ſuæ, mendax autem equus ad ſalutem, vt dicam cum Propheta & Pſalmographo, & Dei patre. Volens enim vt firmitas & ſtabilitas eccleſiæ quæ omnibus præeſt, ſeruetur, & omnibus dictis Antiſtitibus ſanctarum quæ vbi cunque ſunt eccleſiarum, & ſecuritatem titulorum ac iurium quæ illis adſunt, in ipſorum immobilium detentione firmius conſtituens, & prætera corrigens ſi quid in eorum iuribus claudicet, & mero iure ſit deſtitutum. Et non ſolum hoc, ſed & ſi quod ius conſequi debeant ad eiuſmodi immobilium dominationem, detentionem, & proprietatem, id fortaſſe prius factum non eſt, hanc Imperij mei bullam aureã eius quod deeſt medicatricem illis tradidit, quę veluti perfectum & integrum, & omnino inconcuſſum ius eius oſtendit. Per quam confirmat quidem & tutius facit quodcũq; ius adeſt ſanctis Eccleſijs, eique quæ illis preſidet, in ipſarum immobilibus cuiuſmodicunque fuerint, & vbicunque ea ſita ſint: & quod bonum eſt, melius fecit Imperij mei ſententia & calculo.

Quicquid autem eſt in eis, in quibuſcunq; quis ſpectatum id dixerit, ſiue in aureis bullis diuerſorum Imperatorum, ſiue in ſigillis, & ſiue in ſimplicibus iuſſionibus, ſiue in reſolutionibus, ſiue in actis claudicans, & aliquatenus ab eo quod eſt exactum, & à debita conſequentia deficiens regalium iuſſionum & legum, corrigit, & decernit, dictis ſanctiſſimis eccleſijs nullum ex ea præiudicium in æternum afferri: ſed quod in eis eſt infirmum & imbecillum, eſſe firmiſſimum & nulla iuris allegatione oppugnandum ab eo qui velit aliquid pro fiſco ſeu publico dicere, vt quod præſenti Imperij mei bulla aurea confirmetur, & valde corroboretur. Et vt ex multis eorum quæ cuipiam in mentem venire poſſint, pauca quædam Imperium meum memoria repetat. ſi fortè donatio ipſius paræcorum ſit ſine certa quantitate, aut menſurarum terræ, vel auturgia alia innouauerint in huiuſmodi poſſeſſionibus fortè quæ ipſis donatæ nõ fuerunt: aut donatæ quidem fuerunt, iuſſiones autem de his factæ, non ſunt reuocatæ: vel in prius deſignatis donatis ipſis iuſſiones de prius definitis non ſunt reuocatæ: aut iuſſionum principalium quæ ipſis tributæ ſunt, aliquæ nullo modo inſinuatæ fuerunt, aut fuerunt quidem inſinuatæ in aliquo ſecreto, non tamen competente: aut inſinuatæ perierunt, exempla autem earum fide digna reperiuntur: aut acta quę procedere debebant non proceſſerunt, vel quę proceſſerunt, non ſunt inſinuata: aut quæ fieri debuerunt rationum cõputatione, factæ non ſunt: aut fortè quamlibet aliam ob cauſam ſiue ex parte ſiue in totum iura ſæpe dictis ſanctis Dei eccleſijs, & matri omnium claudicant & inde firmitatem ſuam non habent: etſi non quæ id faciat cauſa nominatim expreſſa ſit, aut fortè alia ipſis exhiberi debuerunt iura de huiuſmodi immobilibus, velut quibuſdam omnino procedentibus in ipſis (nam ſi documentum de quopiam ex poſſeſſis à ſe immobilibus nequaquam adquiſierint, nihil à præſente aureæ bullæ oratione iuuabuntur) nulla in re hæc omnia, & quæcunq; alia cuipiam pro fiſco certanti in mentem quandoque venerint, lædere vnquam ſanctiſſimas eccleſias & Sophiæ Dei templum. reliquaſque metropoles, archiepiſcopas, epiſcopas, poterunt, in ijs immobilibus, quæ (vt dictum eſt) ad ipſas pertinent, ex qualibuſcunque documentis. Nam ſi nullum quæ ſierunt vnquam ius in aliquibus fortè immobilium quæ habent, nullam ex præſenti aureæ bullæ oratione ſentient vtilitatem: ſicut nec in quibus fiſcus ad hodiernum vſque diem poſſeſſionem habuit ex iuſta quopiam cauſa: in his enim omnibus iuris obſeruabitur exacta diſciplina. Si quis igitur voluerit per auaritiam, aut quampiam aliã cauſam, ea contemnere quæ hac chryſobulla mei Imperij oratione definita ſunt: primũ quidem

dem ſanctæ Trinitatis ſplendorem, cum ad tremendum ſiſtemus tribunal, non conſpiciet: excidet autem & Chriſtianorum parte, vt Iudas duodenario. Et præter hæc execrationem ſibi conciliabit primogenitorum ſanctorum, iuſtorum, & de ferorum patrum qui ab æuo præmortui fuerunt.

12. *De citatione abſentium.*

AC in ijs quidem conſiſtit canon. Tu autẽ ſcias, terminum qui hoc præſtituitur hodie locum non habere, & per tria xxx. dierum edicta omnes actores & reos accerſiri, cuiuſcunque ſint ſtatus, & cuiuſmodicumque cauſa ſit, ſecundum nouellam potentis & ſancti Domini noſtri & Imp. menſe Iulio editam indict. XIIII. anno 6674. Sed hoc quidem ſeruatur, quando per libellum & reliquam iudicialem conſequentiam pecuniaria vel criminalis cauſa aduerſus Epiſcopum illata fuerit. Si autem per ordinem aduerſus Epiſcopum, vel clericũ aliqua eccleſiaſtica quæſtio denuntiata fuerit, quando nec libello opus eſt, vel aliqua alia iudiciali conſequentia: & qui accuſatur, ſeu defertur, non adeſt: punietur ſecundum LXXIII. canonem Apoſtolicum, ſicut cõdemnatur ſeu punitur etiam à legibus contumax impudens.

13. *De tonſura mulierum degere volentium in monaſterio, poſt trimeſtre facta.*

NOn eſt lex ſcripta quæ ſtatuat vt ſi qua tõderi atque diuortium facere cum marito velit, ne confeſtim tondeatur, ſed in monaſterium abducatur, & trimeſtri ſpatio exploretur num fortè in ipſo velut pugnę initio tonſuram deprecetur. Sed ex inſcripta conſuetudine, ſæpenumero in iudicio probata & confirmata, receptum eſt, ne aliter mulieri tonſura permittatur, quàm ſi poſt tres menſes interrogata ſit an in hoc bono propoſito permanere velit. Ac ſanè hac de re coram imperatorio tribunali ſatis certatum eſt. Cum enim multi dicerent, debere Pyrrogeorgij illius vxorem confeſtim detonderi, quod firmi iudicij eſſet, vt quæ etiã quadraginta annos haberet: ac verò nulla lex ſcripta de trimeſtri iſto ageret: à Deo coronatus optimus & ſanctus noſter Imperator longam conſuetudinem (vt dictum eſt) confirmatam pro ſcripta lege ſuſcepit, atque ſubnotatione confirmauit.

14. *De foro Iudæorum.*

CVm moris eſſet vt Iudæi coram ſolo Steni Præfecto litigarent,, optimus atque ſanctus noſter Imperator ſtatuit, vt coram quocunque tribunali ſecundum leges cauſas agerent. Ac conſuetudo pro nihilo habita eſt, vt quæ legitimè non fuiſſet confirmata.

Alexij Comneni Secundi.

1. *Ne monaſteriorum prædia deſcribantur.*

IMperium meum ex veſtris precibus exaltatione indigens, & veſtigijs domini & patris ſui bonæ memoriæ volens inſiſtere, illius quoque in eos qui ſunt Deo dedicati beneficentiam imitari conſtituit. Ideo per hanc vnam in vos beneficentiam & Deo, qui ipſum Imperatorem fecit, & gratificatur, Imperatoriſque & patris noſtri ſanctæ animæ, & noſtræ potentiæ profectus in bonum baſim ac fundamentum ponit: & veſtræ petitioni ſe inclinans, vt vim ſuam habeant, ſintque ſtabiles, firmæ, ac immobiles, quæ de veſtris monaſteriorum beneficijs, aureæ tres bullæ emiſſæ ſunt à ſancta illius maieſtate, decernit, & vt in eõdem robore immobiliter permaneant, in quo à principio expoſitæ ſunt, & quæ ijs conſequenter proceſſerunt traditionis acta ſecuritatem referant, etiam ſi poſt biennium facta fuerint: licèt fortaſſe quædam eorum in conuenientibus ſecretis prius poſita non fuere: ijs quæ ad interpretationem vel ſubuerſionem virium bullarum aurearum particularem, vel generalem editæ ſunt iuſſionibus, quæ in noſtris monumentis declarantur, quomodocumque emiſſæ fuerint, per præſentem reſolutionem inutilibus inualidiſque redditis: & perinde ac ſi ne eſſent quidem omnino reputatis. Ceſſabit autem, & quæ hucuſque veſtris monaſteriorum immobilibus in Thracia & Macedonia ſitis inſultauit, Prætorici & Catepanici vſus exactio, ſtuppæque & axungię redemptio & exactio, tanquam per hanc pręſentem reſolutionem exciſæ & radicitus extirpatę, & eò redactę vt nec ſint, nec nominentur: Pręturibus, & exactoribus, & catepanis, & ijs qui ſtupę & axungię redemptionem vel exactionem exercent, iiſque qui illis miniſtrant, ſic eiuſmodi immobilia pretercurrere debentibus, perinde ac ſi ne in ſuis quidem omnino regionibus ſita eſſent: utpote quę non ſint à publico omnino requirenda in omnibus quæ hoc modo decreta ſunt, ipſi ab initio hodierni diei repetiti diuturno, & deinceps in omne ac perpetuum tempus, ſuſcepta ſine contradictione, nec habeantur pro deſcriptis in publicis actis, licèt autem non deſcriptæ ſint in actis, ſed alio quomodo agnita, & ſic recepta. Si quis autem præter ea quę cõſtituta ſunt his aureis bullis & præſenti ſolutione mei Imperii, fuerit auſus aliud exequi in quibuſuis poſſeſſionibus immobilibus veſtrorum monaſteriorum, pręterquam quòd læſæ maieſtatis tenebitur

tur reus, (ſicut his aureis bullis definitum eſt,) & ab eminentiſſimo temporis illius myſtico illatum cuipiam veſtrarum poſſeſſionum damnum ſarcire compelletur. Monaſterijs quoque omnibus viciſſim curæ erit, tam ijs quæ ſunt intra vrbem, quàm quæ extra, ſub terminis ijs aureis bullis comprehenſis Imperatoris bonę memoriæ inclyti domini & patris Imperij mei, ea peragere quæ in veſtra ſuggeſtione declarata ſũt: niſi velint tali excuſatione priuari, eo quod ſemel ea neglexerint.

Iſaacij Angeli.

1. *De Metropolitanis reuocantibus ad ſe pertinentes epiſcopatus, iure metropolis, aut Archiepiſcopatus honoratus.*

QVoniam autem menſe Aprili, xi. indict. ann. 6707. edita aurea bulla Imperatoris domini Iſaacii Angeli, quæ & Metropolitanis Epiſcopatus ad ſe pertinentes, & Metropolium vel archiepiſcopatum honore donatos ad ſe reuocantibus, & ii itidem qui imperialem circumſpectionem priuare conãtur, ne epiſcopatus in Metropoles & Archiepiſcopatus erigat, ſecundum ſibi datam à ſuperis poteſtatem, os occludit: à nonnullis quæſitum eſt quid ſit quod canone compræhenditur, vt honore affectæ metropoles ſolum honorem habeant, vtpote aliis iuribus veræ metropoli ſeruatis. Dicimus de ea re dubitationem ab hac imp. conſtitutione diſſolui. Quæſitum enim eſt, & poſt multas rationes allatas, hæc eius rei gratia expreſſim comprehenſa ſunt: & quod vniuerſali ratione & generaliter expoſita diſpoſitione, eccleſias quæ iuſſione imperatoria in altiorem thronum eriguntur honore quoq; dignas cenſeri oporteat, & electiones illic procedere ex forma canonica, quæ in magna eccleſia cõſecuta eſt, Metropolitanis & Archiepiſcopis conuenientibus, & Metropolitanum eligentibus: hoc & Imper. mea ſublimitas decernit, & hanc conſtitutionem ſancta quoque ſequetur ſynodus, vt quæ eccleſiaſticum ritum accuratè ſeruet, & à canonica rectitudine non excidat.

2. *De nuptijs ſeptimi gradus.*

SCias verò, licèt ſynodalis deciſio, & ipſam confirmans imperatoria iuſſio, conſanguineorum in ſeptimo gradu matrimonium minanter prohibeant: indictione tamen 4. anno 6694. cum dominus Baſilius Camaterus Patriarcha eſſet ab Imperatore noſtro ſancto domino Iſaacio Angelo iuſſionem eſſe factã, quæ ſtatuit ne ex dictis actis, matrimonio poſt illa inter longe fœliciſſimos Cæſares, dominum Ioannem Cantacuzenum videlicet, atque germanam Imperatoris ſororem dominã Irenen, contracto, quamquam in ſeptimum conſanguinitatis gradũ referatur, præiudicetur: ſed quantum ad illos, & quidem ſolos, quæ à ſynodo atque Imperatore domino Manuele de iſtiuſmodi nuptiis determinata ſunt, inefficacia ſint. Quod etiam à ſynodo approbatum eſt.

3. *Subnotatio inclyti Imperatoris D. Iſaacij Angeli, vt tondeantur electorum Pontificum vxores, facta die 20. menſis Septemb. 4. Indict. 5.*

LEgitimam Imperatoris ſententiam non ſine periculo delinquentes experientur. Vt enim dentibus acerba vua, oculis fumus nocet, ſic iniquitas iis qui ipſa vtuntur. Quorſum verò mihi hoc orationis ſpectat præludium? Cum ſacratiſſimus Cyzici Metropolitanus inueniſſet maieſtatem meam hodierno die iura reddentem, aſſidentibus ſanctiſſimo domino meo œcumenico Patriarcha, & aliis ſanctiſſimis Patriarchis, Antiocheno videlicet & Hieroſolymitano, nec abeſſent qui tunc in vrbe regia ſacratiſſimi Pontifices erant, quorum nomina inferius continebuntur: propoſitum eſt quoſdam eorum qui ad metropoles vel archiepiſcopatus electi, & ordinati ſunt, cum vxores ante ordinationem haberent, non recuſare quidẽ quin primarii ſacerdotii chriſmate inungerentur; ſed eorũ vxores eundẽ rurſum mundanum habitum induere, inuerecundè agentes in iis ædibus quas antea habitabant: nec fœmineis introductas eſſe monaſteriis, ſed nec Deo ſeipſas dedicaſſe & vitam delegiſſe monaſticã. Et hæc, quòd ſacri diuiniq́ue canones expreſſim moneant electos Põtifices, à legitimis ſuis vxoribus, quas ante ordinationem habebant, omni modo abſtinere: vt non ex præcepto, ſed propria voluntate eorum quiſque continentiã vel cœlibatum proprium ſibi deligat, propter dignitatem ſacerdotii, aut propter matrimonii honeſtatem, coniunctionem caſtam præferat. Hæc dicens, varios canones allegabat, inter quos & quadrageſimus octauus erat ſextæ ſynodi, hæc ad verbum comprehendens: Vxor eius qui ad epiſcopalem dignitatem promotus eſt, communi viri ſui conſenſu prius ſeparata, poſtquam in Epiſcopum ordinatus eſt ac conſecratus, monaſterium ingrediatur procul ab Epiſcopi habitatione extructum, & Epiſcopi prouidentia fruatur. Sin autem digna viſa fuerit, etiam ad Diaconatus dignitatem proueheatur.

Lecto igitur hoc canone, Imperium meum in hominibus agnoſcens maxima dona Dei à ſuperna clementia, & regni ac ſacerdotii diuinitus conceſſam vnctionem & dignitatem ex vno eodemq́ue perenni fonte manare, humanamq́ue

namq́ue

namq́ue exornare vitam, & amplificare: nihil etiam ſtudioſius colens quàm ſacerdotem auctoritaté, qui regia & diuina ſpeculatione manus erigentes, Deum pro Chriſtiana multitudine deprecantur, & vt ſacræ quædam ancoræ imperialem potentiam ſuffulciunt: poſtquam etiam canones contemni & infringi cognouiſſet in bene inſtituta Republ. & quidem noſtræ potentiæ quaſi non ſoluti eſſent creati Pontifices, qui ſuis vxoribus cohabitare vererentur: non parum commotum eſt. Triſte etiam quiddam nec gratum in piiſſimum chartophylacem mea intuens maieſtas, definijt, cohortantibus ad id ſanctiſſimis Patriarchis, vxores creatis Pontificibus ante ordinationem coniunctas in muliebria monaſteria procul ſita ab habitatione Pontificum ſine dilatione induci, tondereq́; eas, & canonicè aut monachas degere, in quo monaſterio comam depoſuerint: aut ſi ipſæ tonſuram recuſent, qui eis ante creationem iuncti erant matrimonio, pontificali ſolio & dignitate priuentur & in eorum locum alii ſufficiantur. In poſterum autem, qui ante creationem legitimam vxorem habebit, non aliter ordinari quàm ſi communi coniugum ſcripto conſenſu & placito à ſe inuicem ſeparentur, & mulier monaſticam vitam amplexa ſit. Sic enim creatio ſine offendiculo, & damno iuxta ſacros & diuinos canones procedet, ſemota ab omni ſacerdotalis ordinis reprehenſione. Aſſidebant ad meæ maieſtatis tribunal Pontifices Cæſareæ, Epheſi, Cyzici, & alii non pauci.

Ioannis Ducæ.

1. *De veſtibus.*

